

Postquam eo ventum, unde a ferentariis praelium committi posset. *Add. Veget. 1, 20* Erant apud veteres inter pedites, qui dicebantur leuis armaturae funditores et ferentarii, qui praecipue in cornibus locabantur, et a quibus pugnandi sumebatur exordium: sed hi et velocissimi et exercitatissimi legebantur. *Vt ait Festus:* auxiliatores, a ferendo auxilio, ut quidquid opus esset, auxilio ferrent, excursu leues, armis grauibus non impediti, sed ense et telis tantum instructi. *Vel dicti sunt Ferentarii, teste Varrone L. L. 6, 3* quod fundis lapidibusque pugnabant: quae tela feruntur, non tenentur. *Sallust. in Catil. c. 60* Postquam eo ventum est, unde a ferentariis praelium committi posset. *Cato eos Ferentarios dixit, Qui tela ac potiones militibus pugnantibus ministrabant.* Hi et Velati vocabantur, ut inquit Festus: quod vestiti inermes sequerentur exercitum. *Haec fere ex Festo et Nonio. Conf. Salmas. de Re Milit. c. 14 et 16. Veget. 1, 20. Cort. ad Sall. c. 1.* Ferentarius amicus, *Qui fert auxilium:* *Plaut. Trin. 2, 4, 55* Nam illum tibi ferentarium esse amicum inuentum intelligo. *i. Auxiliarium, subsidiarium, qui tibi egenti subinde opituletur, velut diues pauperi.*

FERCULUM, i. n. [*Φερσίων*] *Est instrumentum ferendi, ac deinde, ut solet in talibus pro ipsis rebus ponitur, quae sic feruntur. Ac primo in conuiuiali re locum habet, ut sit repositorium, quo plures simul lances, et cibi adeo inferuntur: hoc apertum est, si quis consideret Trimalchionis illam coenam apud Petron. 31 sqq. maxime c. 35* Laudationem ferculum est infecutum — *Repositorium rotundum duodecim habebat signa in orbe disposita, super quae proprium conuenientemque materiae structor imposuerat cibum: super Arietem cicer arietinum, super Taurum bubale frustum — super Aquarium anserem, super Pisces duos mullos. In medio cespes cum herbis excisis fauam sustinebat — Tum IIII tripudiantes procurrerunt superioremque partem repositorii abstulerunt, quo facto videmus infra, scilicet in altero ferculo, altitia, et sumina, etc. Pulchre igitur Fulgent. Exp. serm. ant. 42* Ferculum, inquit, missus carniū. *Hinc intelligimus Sueton. Aug. c. 74* Coenam ternis ferculis, aut, quum abundantissime, senis praebat. *Contra summus luxus Iuuenal. 1, 94* Quis fercula septem Secreto coenauit auis? *Proprie etiam Aufon. Epigr. 8* Fercula gemmatis cum poneret aurea vasis. *Hor. Serm. 2, 6, 104* Multaque de magna superessent fercula coena, *ad quem locum Vet. Schol. Fercula vasa, quae plena pulmentariorum sunt, et ponuntur in canistris cum his quae superfuerunt. Iuuenal. 11, 64* Fercula nullis ornata macellis sunt dapes inentae, quae ruri nascuntur. *Prop. 4, 40* 4, 74 Quum pagana madent fercula deliciis, quum rustici lautius se excipiunt, in descriptione Parilium. *Sen. Epist. 95* Multos morbos multa fercula fecerunt. ¶ *2 Sed sunt etiam alia Fercula.*

Vet. Schol. ad Horatii l. c. Fercula sunt et pulpita, in quibus deorum simulacra tolluntur. *Sueton. Caes. c. 76* inter honores *Diuios* ponit Thensam et Ferculum in circensi pompa. *Antiquissima in hoc genere videntur spoliūrum fercula, quo nomine vititur Prudent. adu. Symm. 2, 580.* *Vulgo etiam legitur Liu. 1, 10* ubi tamen probabilius est *Ferretum de quo mox.* *Sen. Herc. Oct. 110* inter felicitatis argumenta, *Si quis* Nec pompae veniet nobile ferculum. *Cic. Off. 1, 131 c. 36* Cauendum est, ne tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur. *Pro feretro Sueton. Calig. c. 15* Matris fratrisque cineres — medio ac frequenti die duobus ferculis Mausoleo intulit. *Stat. Theb. 6, 126* Portant inferias arsuraque fercula primū Graiorum. *Hic tamen non tam ipsum cadauer intelligitur, quam minera simul cremanda, ut Plin. 10, 10* de miluis, famelicam semper alitem nihil esculenti rapere vnquam ex funerum ferculis. *Haec fercula potius ad n. 1. referenda.*

FERICULUM, i. n. *Pro Ferculo apud Petron. legit Reines. c. 60* ubi editur, Sacrum esse periculum tam religioso apparatu perfusum. *Receperat etiam in contextum Hadrian. Ita etiam Heinsius c. 39* restituit pro Fericulista, quae vox in *Nodot. Ed. plane omissa est, reddita in Burm. sed non explicata.*

FERETRYM s. **PHERETRYM**, i. n. [*Φερετρον*] *Lectus, vel quid simile, quo mortuus ferri solet. Varro de L. L. 4, 35 p. 40 pr. 65* *σέραςτρον* ubi lectus mortui fertur, dicebant: feretrum nostri, Graeci *Φερετρον* καὶ *Φερετρον*. *Plin. 7, 52* Varro quoque auctor est *XX* viris agros diuidentibus Capuae, quendam qui efferretur feretro, domum remeasse pedibus. *Stat. Silu. 2, 1, 20* Puerile feretrum produxi, funus comitatus sum. *Ouid. Met. 14, 747* Luridaque arfuro portabat membra feretro. *Cruentum feretrum Sil. 5, 168.* Ingenti subiere feretro *Virg. Aen. 6, 222.* *Id. ibid. 11, 149* Feretro Palanta reposito Procubuit super. *Val. Fl. 5, 11* Positumque feretro Congemuerē. *Stat. Theb. 6, 55* Damnatus flammae torus, et Puerile feretrum Texitur. ¶ *2 Latius aliquando patuisse hoc nomen putant illi, qui cum Perotto apud Liu. 1, 10* ita legunt, *Inde victor Romulus* — spolia ducis hostium caesi suspensa fabricato ad id apte feretro (*id. ferculo*) gerens in Capitolium ascendit etc. *Et sane ab hoc Feretro facillime deriuatur Feretrius Iupiter, de quo statim. Et esse feretro etiam in libris Perotto antiquioribus, docet Drakenborch. Rem consecram putarem in sententiam Perotti, si indubia esset lectio antiqua Val. Fl. 3, 143* Has, precor, exuuias et prima cadauera nostro *Linguite*, ait, feretro: quod, praeter antiquas editiones, probatur *Passeratio ad Propert. l. c. Vossio ad Val. Flacc. it. ad Vell. 2, 82* ipsique *Scaligero*, qui etiam Feretrium Iouem ab hoc feretro dictum putat ad *Propertium*, quod etymon probat etiam *Perizon. Animadu. hist. 7 p. 248.* Sed de loco Flacci intercedit iure suo *Gronouius Obs. 4, 12* et legendum ostendit, *Has, precor, exuuias, et prima cadauera, Nestor, Linguite* ait. ferro potius mihi dextera, ferro *Gnauet* opus. *Quam lectionem pulchre explicat. Itaque feretrum pro ferculo triumphali alio auctore, quam de cuius lectione modo quaeritur, adhuc quidem careret, nisi opportune, ut saepe alias succurreret Tertullianus, qui de Patientia c. 14* Quale in illo viro (*Hiobo*) feretrum deus diabolo extruxit? Quale vexillum de inimico gloriae suae extulit? *Bene Rhenanus triumphale instrumentum intellexit, non bene funebrem sandapilam Rigaltius.*

FERETRIVS [*τροπαιχχος, στυλοφόρος*] est Iouis Epiteton, quatenus templum primum omnium Romae illi sacratum est a Romulo his verbis apud *Liu. 1, 10* *Iupiter Feretri, haec tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico, sedem opimis spoliis, quae, regibus ducibusque hostium caesis, me auctorem sequentes posteri ferent.* *Propert. 4, 10* ita orditur, *Nunc Iouis incipiam causas aperire Feretri, Armaque de ducibus trina recepta tribus. Deinde exsequitur trina illa spolia opima, et tandem ita concludit v. 45 sqq.*

Nunc spolia in templo tria condita. causa Feretri,

Omne quod certo dux ferit ense ducem,

Seu quia victa suis humeris huc arma ferebant,

Hinc Feretri dicta est ara superba Iouis.

Facillima est etymologia, quam damus statim in FERETRUM n. 2. Dionysius Halic. Antiqu. 2 p. 102. putat, Feretrium, Φετρειον non modo posse Graece vocari τροπαιεχον, aut σκυλοφορον, tropaea habentem, ferentem spolia; sed etiam ὑπερφετρην, qui emineat super omnes, et omnem rerum naturam et motum complexus ferat: qua in re magis ad notionem Graecam verbi φέρω, unde ὑπερφέρειν, item φερίων, φερίσος, φερατος, etc. quam ad Latinum fero attendisse animum videtur. Feretrii Iouis

mentio apud Festum haec, dictus a ferendo, quod pacem ferre videretur. ex cuius templo sumebant sceptrum, per quod iurarent, et lapidem silicem, quo foedus ferirent. Minuc. Felix 21, 15 Iupiter

— quum Feretrius, pompa aditur. Sic emendat vulgatam lectionem non auditur, Perizon. Anim. 7 p. 249. Add. Liu. 1, 33. 4, 20 et quoties Opimorum spoliatorum mentio est. Vid. SPOLIUM.

Lepide et apposite admodum, quisquis fuit, Poeta Amorem siue Cupidinem Feretrium finxit, cuius duos versiculos laudat Terentianus Maurus p. 2442 pr. Opima apposui fenex Amori arma feretrio.

FĒRŌNĪA, ae. f. Nympham Campaniae vocat Servius ad Aen. 8, 564 ubi Herili Regis Praenestini mater dicitur. At idem ad illud Aen. 7, 800 Quis Iuppiter Anxurus aruis Praesidet, et viridi gaudens Feronia luco; Circa hunc tractum, inquit, colebatur puer Iupiter, — et Iuno virgo, quae Feronia dicebatur. Aperit deinde Mythum,

Est autem fons in Campania iuxta Terracinam, quae aliquando Anxur est dicta. Subiicit, Non vacat, quod addidit, viridi: nam cum aliquando huius fontis lucus fortuito arsisset incendio, et vellent incolae exinde transferre simulacra, subito reuiruit. Est itaque Feronia Nympha, est Iunonis epitheton, est fons, est lacus, et quidem duplex, vel triplex adeo. Reliqua apud Geographos quaerantur, Cluuerium praesertim et Cellarium. Nos indicamus antiquitatem. Iunonis ergo epitheton est in Inscr. ap. Fabrett. p. 411 IUNONI FERON. et Asia, quae est etiam Reines. 1, 31 IUNONI REG. ET FERONIAE.

Huc facit etiam Liu. 22, 1. Postquam enim narrauit, quid Iunoni Reginae, et Sospitae placandae, decretum esset, addit, quin et libertinae ut ipsae, unde Feroniae donum daretur, pecuniam pro facultatibus suis conferrent. Hinc diues Feronia Sil. 13, 84, ubi spoliatum ab Annibale illius templum memorat, qua de re Liu. 26, 11. Quod autem libertinae donum dant, eo referimus, quod Servius ad Aen. 8, 564 Haec etiam, inquit, libertorum Dea est, in cuius templo raso capite pileum accipiebant. — Quam Varro libertorum deam dicit Feroniam, quasi Fidoniam. Haec Servius. Alioquin Varro de L. L. 4, 10 nomen Feroniae a Sabinis ortum indicat. Ad religionem forte pertinet illud Horat. S. 1, 5, 24 Ora manusque tua lauimur, Feronia, lympha. Feroniae lucus triplex in Italia memoratur a Drakenb. ad Sil. 13, 84 ex Cluuerio.

FEROX, ōcis. Adi. [ἀγριος, ἀδάδης] Idem fere quod Ferus: videtur enim ferarum illam vim et impetum primum notasse; deinde ad homines translatum, nunc ad laudem generosi motus pertinere, nunc exprobrationem bruti cuiusdam impetus. Non. 4, 192 Ferox est saeuus et indomabilis, translatum a feritate. Ferox genus, nullam vitam rati sine armis esse Liu. 34, 17. de Hispanis. Volsci, ferocior ad rebellandum quam ad bellandum gens Id. 7, 27. Hor. Carm. 1, 35, 10 Vrbes, gentesque et Latium ferox. Sallust. Jug. 106 Ille animo feroci negat se fuisse toties Numidiam pertimescere. Ferocior, i.

Belliciosior Nep. 2, 2, 1. Conf. Tacit. Hist. 2, 24, 3. Virg. Aen. 4, 135 Stat sonipes, ac fraena ferox spumantia mandit. Ter. Eun. 3, 1, 25 Eone es ferox, quia habes imperium in belluas? Ferocem fortasse ac arrogantem et infestum facit indulgentia, non mendacem, aut auarum, aut non amantem suorum Cic. Att. 10, 13. Reddit hominem ferociorem impotentemque victoria Id. Fam. 4, 9.

Nimium vehemens feroxque natura homo Id. in Vatin. 4 c. 2. Animi ferox Tacit. Ann. 1, 32. Mentis ferox Ouid. Met. 8, 613. Scelerum ferox Tacit. Ann. 4, 12. Vnda ferocior Ouid. Epist. 3, 133. Globus ferocissimorum iuuenum Liu. 1, 12. Plura Lambin. de hac voce ad Hor. Carm. 1, 15. Poetae frequenter hoc Epitheton Deabus et Heroinis pro Virginitate nihil non ausuris tribuunt: Titinius apud Non. 4, 193 Videram ego te virginem formosam esse, sponso esse superbam, forma ferocem. Sic Virgo ferox Minerva Mart. 14, 179. Vid. Barth. ad Stat. Theb. p. 639. ¶ 2 Substantiua:

Aetas ferox Hor. Carm. 2, 5, 13. puellae nondum amare volentis. Animus Sen. Med. 12. Corda ferocia ponunt Virg. Aen. 1, 306. Discordia Sil. 16, 101. Gentes ferocissimae Plin. 33, 11. Impetus feroces animo geris Sen. Agam. f. 3. Lacertus ferox Ouid. Epist. 4, 82. Lucina Martial. Spect. 12 Cum Exiliit partus miserae de vulnere matris. Manus Sen. Herc. Oet. f. 4. Populi Virg. Aen. 1, 267. Turmae Id. Georg. 3, 179. Vagitum ferocem reddit lituis infans Honorius Claud. Conf. Hon. 4, 151. ¶ 3 Ablatiui: Plaut. Mil. 4, 8, 13 Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior. Bello erat ille ferox Ouid. Met. 11, 294. Corde ferox Sen. Med. 7.

Plaut. Milit. 4, 9, 13 Namque in statione stat fenex, ut adoriatur moechum, qui Forma est ferox. Accius apud Non. 4, 192 Neque vi tanta quisquam est, neque tam abundans fortunis ferox. Ferox ardensque Oculis Virg. Aen. 5, 277. Add. Ibid. 10, 711. Praesidio Veneris ferox Hor. Od. 1, 15, 13. Robore corporis stolide ferox Tacit. Ann. 1, 3. de Agripp. Posth. Victoria et viribus ferox Liu. 1, . . . Virtute feroci exuperans, i. Fortitudine Virg. Aen. 12, 19. ¶ 4 Ferox cognomen Rom. a Moribus tractum. De Magurio Feroce, vid. Inscript. Patauin. a Reines. illustrat. Iulium Ferocem cum laude memorat Plin. Epist. 2, 11. Nomen item Canis apud Columel. 8, 12.

FEROCVLVS, a, um. Dimin. [ἀγριός] Hirt. de B. Afr. 16 Quid tu inquit, miles tiro, tam feroculus es?

FEROCIA, ae. f. [ἀγριότης] Natura Ferocis. Cic. de Rep. 6 ap. Non. 8, 15 Qui comperit eius vim et effraenatam illam ferociam. Id. pro L. Agr. 2, 90 Itaque illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione et consilio maiores nostri ad inertissimum et desidiosissimum otium perduxerunt. Impetum gladiatoris ferociamque comprimere Id. de Arusp. Resp. 1. Tacit. Ann. 2, 72 Per communes liberos orauit Agrippinam Germanicus, exueret ferociam. Effraenata Cic. apud Non. 8, 15. Cato apud Gell. 7, 3 Ferociam et Superbiam coniungit, sicut Virtutem et Ferociam Tacit. Agric. 31, 6. Et Liu. 9, 6 extr.

FEROCITAS, atis. f. [ἀγριότης] Idem. Cic. Off. 1, 90 c. 26 Vt equos propter crebras contentiones praeliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere soleant, etc. Cic. in Vatin. 2 Ferocitatem tuam

tuum istam comprimerem, et audaciam frangerem. Infirmetas puerorum, ferocitas iuuenum, et grauitas iam constantis aetatis Cic. de Senect. 33. Victoriae ferocitatem extimescere Id. pro Marcell. 16 c. 6. Tanta ferocitatis victorem extimescere Id. pro Deiot. 15. Reprimere ferocitatem alicuius Id. Off. 2, 40. Cum contumacia coniungit Suet. Vitell. c. 12. Meliorem in partem adhibuit Val. Max. 3, 2, 7 Numantino Theogeni ad virtutem capeffendam quasi magistra gentis suae ferocitas exstitit.

FEROCITER, eius, cissime. Adu. [*ἀγρίως*] Plaut. Amph. 1, 1, 58 Nimis ferociter. Vid. NIMIS. Liit. 23, 8 Cum quo ferocissime pro Romana societate aduersus Punicum foedus steterat. Aspere, ferociter, et libere maledicta in aliquem dicere Cic. pro Planc. 33 c. 13 extr. Ferocius obequitare Liit. 9, 22. Loqui ferocius Nep. 18, II, 4. Multo ferocius inquit Cic. Q. Frat. 2, 12.

FEROCIO, ire. [*ἀγρίαίνω*] Ferocem esse, saeuitiam exercere. 15 Gell. I, II Non inmodice ferocirent. Ouidio tribuitur Mox intracitati more ferocit equi: falso, arbitror. Fluctibus ferocire Eumen. Paneg. Constant. c. 7. Ferocit, apud Catonem, Ferociter agit Festus. Add. Apul. Met. 9 post pr. Tertull. Apol. c. 5.

FEROCIENS, entis. Partic. Gell. I, II Orationem ferocientem 20 fauientemque cohibere.

FERRVM, i. n. [*σίδηρος, ὀυλός*] Communissimum illud metallum. Optimum pessimumque vitae instrumentum Plin. 34, 14. Siquidem hoc tellurem scindimus, serimus arbuta, ponimus pomaria, vites squalore deterfo annis omnibus cogimus iuuenescere: hoc exstruimus 25 testea, caedimus saxa, omnesque ad alios vsus ferro vtimur. Sed eodem ad bella, caedes, latrocinia non cominus solum, sed etiam missili volucrique, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc vero penato — Siquidem vt ocuus mors perueniret ad hominem, alitem illam fecimus, pennasque ferro dedimus, etc. Satis longa enim de ferro 30 tractatio ibi est. Vid. n. 3 Laxare ferrum. A Ferendo dicitur, vt nonnulli volunt: quod in agros colendi gratia feratur. Vel a Feriendo: quod caetera eo feriantur, id est domentur. Conf. Isidor. 16, 20. Gell. 16, 10 refert versus Ennii, in quibus ad etymon alluisse videri potest, Proletarius publicitus scutisque ferroque Ornatur ferro. Sic Lucret. 2, 102 Fera ferri corpora. Plin. 12, 25 Ferro laedi vitalia 35 odit de balsamo. Ferrum viuum, Quod in magnete tritum ferrum attrahit. Stercus ferri Scribon. 188. i. scorria. India mittit ebur, molles sua tura Sabaei, At Chalybes nudi ferrum Virg. Georg. 1, 57. Conf. Rutil. Itin. 1, 351 sqq. Ferrum Indicum, Sericum, 40 ex India in proximas Asiae regiones delatum vult Ioh. Bapt. Tabernar. Persic. 5, 12. et ex eo Bynckersb. Obs. 4, 5 p. 353. Ferrum tuum in igni est: formula prouerbiali dixit Seneca Lud. de Morte Claudii, pro Negotium tuum agitur. Per metonym. materiae, pro Gladio et variis instrumentis, quae ex contextu orationis intelliguntur, accipitur. Cic. 45 Tusc. 1, 86 In seruorum ferrum et manus incidisset. Sic pro Rosc. Amer. 90 Vulneratus ferro Phrygio. Nep. 15, 9, 3 Si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, etc. At prius ignotum ferro quam scindimus aequor Virg. Georg. 1, 50. i. vomere. In ferrum atque in vincula coniecti Cic. Verr. 5, 17. Aes atque fer- 50 rum, duelli instrumenta sunt, non faui Id. de Legib. 2, 45. Pectus ferro durius Ouid. Epist. 21, 229. Velox ferro Stat. Theb. 3, 399.

Acies ferri Virg. Aen. 2, 333. Vid. ACIES. Gens ferri patiens Sil. 3, 575. Nucleus ferri Plin. 34, 14 f. 41. Rigor ferri Virg. Georg. 1, 143. Stridor ferri Id. Aen. 6, 558. ¶ 2 Epi- 55 theta: Acuto ferro praefixum robur, i. hasta Virg. Aen. 10, 479.

Aduncum Ouid. Met. 9, 128. de sagitta. Candens Lucret. 6, 147. Candens ferrum in aqua demissum Scribon. 132. 146. Debile Stat. Theb. 10, 280. Duri robora ferri Lucret. 2, 449. Ferum Enn. ap. Gell. 16, 10. et Lucret. 2, 102. Graue Sen. Octau. f. 7. He- 60 bes Iuuenal. Sat. 11, 140. Infandum Lucan. 2, . . . Infestum Ouid. Epist. 11, 19. Iniustum Id. Met. 13, 44. Letale Iuuenal. Sat. 15, 165. Nefandum Ouid. Met. 8, 440. Rigidum Claud. de Rapt. Proserp. 3, 94. Solido tabularia ferro Ouid. Met. 15, 810.

¶ 3 Verborum formulae, in quibus plerisque enfem et alia tela significat. 65 Abstumere ferro aliquem Virg. Aen. 4, 60. Accipere ferrum pectoribus Sil. 10, 7. Acuere ferrum Hor. Carin. 1, 2, 21. Adegit ferrum in viscera Sil. 7, 626. Adactum ferrum per pectus Ouid. Met. 6, 271. Aperire pectus ferro Sen. Agam. 4. Applicatum ferrum, vid. APPLICICO. Ardens ferrum, i. Splendidum. Valer. 70 Argon. 1, 488 Ardenti Aesonides retinacula ferro Abscidit. Armata gracili ferro Sen. Hippol. f. 4. Armare ferrum veneno, vid. ARMO. Caedere aliquid ancipiti ferro Lucret. 6, 167. Caesus ferro Sen. Octau. 17. Capeffere ferrum imbelles Valer. Argon. 1, 759. Cernere ferro, vid. CERNO. Collapsus ferro Virg. 75 Aen. 4, 664. Collocati certis locis cum ferro homines Cic. pro Caecin. 41. Committere se ferro Scribon. Epist. in. i. sectioni. Compescere culpam ferro Virg. Georg. 3, 468. Condit ferrum sub aduerso pectore Id. Aen. 12, 950. Coniectum in guttura ferrum pressit Ouid. Met. 3, 90. Consumere ferrum pectore, h. e. Acci- 80 pere Stat. Theb. 12, 745. Conuellere aliquid ferro Virg. Aen. 6, 148. Conuertere ferrum ab vno in alium Ouid. Met. 8, 768. Crispans hastilia ferro Virg. Aen. 1, 317. Decernere ferro Id. ibid. 12, 695. Vid. DECERNO. Defringere ferrum Id. ibid. 11, 748. Demetere aliquid ferro Hor. Serm. 1, 2, 46. Demittere ferrum 85 in artus Ouid. ex Pont. 4, 16, 51. Detegere ferrum, Euaginare Lucan. 3, 128. Distringere in mortem alicuius ferrum Tacit. Ann. 14, 8. Do: vt, Funera dare ferro Virg. Aen. 8, 570. Dedit obuia ferro pectora Id. ibid. 12, 540. Ducere ferrum vagina Ouid. Fast. 4, 929. Elicere ferrum e terrae cauernis, rem ad co- 90 lendos agros necessariam Cic. de N. D. 2, 151. Eripere ferrum vagina Virg. Aen. 6, 260. Excipere ferrum aduerso pectore Sen. Agam. 4. Excindere portam ferro Virg. Aen. 6, 553. Excutere ferrum alicui Lucan. 1, 118. Exigere spiritum ferro, Vitam sibi eripere, Se occidere Sen. Oedip. f. 14. Exegit ferrum per viscera 95 domini Lucan. 2, 149. Ouid. Epist. 9, 157. Tacit. Ann. 15, 63 Eodem ictu brachia ferro exfoluunt Seneca et uxor, i. venas rescindunt. Foedare aliquem ferro Virg. Aen. 3, 241. Tacit. Ann. 14, 8 Hic est, hic est Fodiendus ferro: Verba Agrippinae utrum ostendentis. Sen. Octau. f. 6. Gliscere dulci ferro Stat. Theb. 12, 639. inter- 100 prete Lactantio, cum furore cupere ferrum et arma. Hausit pectora ferro Ouid. Met. 8, 440. Iacet ferro meus coniux Sen. Oedip. 14. Icta mordaci ferro pinus Hor. Carm. 4, 6, 9. Immori ferro Sen. Herc. Oet. f. 7. Impulit ferrum in meos penates Ouid. Met. 12, 551. Incumbere ferro Id. ibid. 14, 81. Induere semet opposito ferro, 105

- i. Irruere in ferrum* Sen. Oedip. f. 4. Inspecat acuto ferro faces
Virg. Georg. 1, 292. Instructi ferro Id. Aen. 12, 124. Quinctil.
3, 8 Qui in legatione ferro sunt intererenti. Inuadere cum ferro
aliquem aduenientem Cic. pro Caecin. 25. Irruinus ferro Virg.
5. Aen. 3, 222. Lacerare ferro aliquem Hor. Carm. 3, 27, 46. La-
cessere aliquem ferro Virg. Aen. 12, 185. Laedere ferrum scabie et
rubigine Id. Georg. 2, 220. Stat. Achill. 1, 429
- Ferrum Laxatur ad vsus
Innumeros, quod rostra liget, quod muniat arma,
10 Belligeros quod fraenet equos, quod mille catenis
Squalentes nectat tunicas, quod sanguine fumet,
Vulneraque alta bibat, quod conspirante veneno
Impellat mortes, tenuantque humentia saxa
Attritu, et nigris addunt mucronibus iras, etc.
- 15 Liuentia ferro crura Claud. in Eutrop. 2, 343. Mactare hostiam
ferro Virg. Georg. 3, 489. Maculatum sanguine ferrum Ouid.
Met. 15, 107. Mergere ferrum iugulo Sen. Agam. 13. Minitari
patriae igni ferroque Cic. Philipp. 14, 34. Mitigat agrum ferro et
flammis Hor. Epist. 2, 2, 186. Moliri ferrum in aliquem Ouid.
20 Fast. 3, 35. Mollit ignis ferrum Hor. Serm. 1, 4, 20. Mori
ferro Sen. Octau. 6. Nocens Ouid. Met. 1, 141. Obsistere ferro
ne quis accedat Cic. pro Caecin. 25. Occisus ferro Quinctil. 6, 1.
Occumbere ferro Ouid. Met. 12, 207. Parcere temerando ferro
Lucan. 1, 147. Tacit. Ann. 1, 32 Et animi ferox, inter obstantes
25 et armatos, ferro viam patefecit. Perfusum ferrum gemina caede
Sen. Thyest. 8. Petere aliquem ferro Ouid. Met. 13, 444. Petita
ferro bellua Hor. Epod. 5, 10. Recludere pectus ferro Sen.
Troad. 10. Quinctil. 2, 4 Quod etiam rusticis notum est, qui
frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem, quia Reformi-
30 dare ferrum videntur, et nondum cicatricem pati posse. Reponere
ferrum Stat. Theb. 9, 81. Rescindere aliquid ferro Virg. Georg.
3, 453. Referare pectus ferro Sen. Octau. 6. Resoluit iugulum
ferro Ouid. Met. 6, 643. Retundere ferrum iugulis, *Hebetare*
Lucan. 6, 161. Retusum Virg. Georg. 2, 301. Rubens igne
35 Ouid. Met. 12, 276. Satiare ferrum sanguine Id. Fast. 5, 575.
Secare collum ferro Virg. Aen. 9, 331. Sequi aliquem nudo ferro
Ouid. Met. 6, 666. Sequi extrema ferro Virg. Aen. 6, 457.
Splendenti lancea ferro Ouid. Met. 3, 53. Sternere ferro aliquem
Sen. Troad. 6. Hor. Serm. 2, 3, 202. Stringere ferrum Stat. Theb.
40 8, 140. Superare ferrum duritia Ouid. Epist. 2, 137. Tentare
aliquem inerti ferro Claud. de B. Get. 389. Tollere ferro Scribon.
230. *i. abscindere.* Traiecta ferro pectora Virg. Aen. 1, 359.
Ferrum Tuetur principem Sen. Octau. 456. Quum me Viderent
45 in ferro, tamen audaciter resistunt Apul. Met. 3 p. 131. *Elmenb.* Vio-
labere ferro nullo Ouid. Met. 5, 226. Vritur ardenti ferro Iuuenal.
Sat. 14, 22.
- FERREVS, a, um. Adi. [*αιδηρῆς*] Quod est ex ferro. Plin.
10, 42 Pfitacus verberatur radio ferreo. Fabricam ferream inue-
nere Cyclopes Id. 7, 56. Ferrei coloris atque duritiae marmor
50 Id. 36, 7. Ager ferreus horret hastis Virg. Aen. 11, 601. *de exerci-
tu, vid. mox Imber.* Annulus Ouid. de Arte Am. 1, 473. Bella
Id. Epist. 13, 64. Clausuris ferreis cohibere portas Sen. Thyest. 7.
Ensis Lucret. 5, 1292. Virg. Aen. 12, 284 — It toto turbida caelo
Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber. *Conf. Ager.* Mu-
55 cro Id. ibid. 11, 817. Seges ferrea telorum Id. ibid. 3, 45. Id.
ibid. 12, 664. Turris Id. ibid. 6, 554. *Per translationem, pro
Duro et inexorabili.* Cic. Fam. 15, 21 Ferreus essem, si te non ama-
rem. Ferreus qui fratris carissimi atque amantissimi praesentis
moerore non mouetur Cic. in Catil. 4, 3. Ferus ac ferreus Id. Q.
60 Frat. 1, 3. Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses? Quam
ferus et vere ferreus ille fuit Tibull. 1, 10, 1. *Vid. FERRVM ferum.*
Durus ac ferreus, *Inhumanus* Cic. Verr. 5, 120. Patiens et ferreus
Iuuen. Sat. 1, 31. Decreta ferrea veterum sororum Ouid. Met. 15,
781. Iura Virg. Georg. 2, 501. Negotium Plaut. Perf. 1, 1, 21.
65 Os Cic. in Pison. 63 c. 26. Praecordia Ouid. Epist. 12, 183. Cic.
de Fin. 1, 5 De quo Licinius, Ferreum scriptorem, verum opinor
scriptorem tamen, ut legendus sit. Saecula Tibul. 2, 3, 39. So-
mnus ferreus, *Mors* Virg. Aen. 12, 309. Sors ferrea vitae Ouid.
Trist. 5, 3, 28. Vox Virg. Georg. 2, 44.
- 70 FERREA, ae. f. *Instrumentum rusticum.* Cato R. R. c. 10. et
Varr. 1, 22. *Al. Furca, quod verbum subintelligendum esse videtur.*
FERREOLVS, vid. FERREOLA.
FERRARIVS, a, um. Adi. [*αιδηρῆς*] Quod ad ferrum attinet.
Aqua ferraria, *Qua utuntur fabri ferrarii ad extinguendum candens fer-
75 rum.* Plin. 28, 16 Quidam vrinam equi aquae ferrariae ex officinis
miscunt. Faber Id. 14, 4. Metallum Id. 34, 14. Officina
Id. 13, 23. Id. 8, 57. ¶ 2 *Substant.* Ferraria [*αιδηρῆργία*]
Fodina ex qua ferrum extrahitur. Caes. B. G. 7, 22 Apud eos ma-
gnae sunt ferrariae. Liu. 34, 21 Pacata prouincia, vectigalia
80 magna instituit ex ferrariis, argentariisque. ¶ 3 Ferraria
item Herba, quae et Peristereos: vid. Apul. de Herb. c. 65 et 72.
FERRARIVS, i. m. Firmic. 4, 7 Coquos, ferrarios, atque
ex igne vel ferro artes suas officiaque complentes. Inscriptio ve-
85 tus apud Spon. Misc. E. A. p. 66 COLL. FERRARIOR. *i. Colle-
gium ferrariorum.*
FERRATILIS, e. Adi. Genus ferratile in Plaut. Most. 1, 1, 17
*legimus de seruis dici, qui compediti habentur, i. qui annulatis cruribus
atterunt assidue ferrum. Verba Plaut. sunt haec, Cis hercle paucas
tempestates Tranio augebis ruri numerum, genus ferratije. Vid.*
90 *Lips. Elect. 2, 15. et Muret. Var. Lect. 5, 9.*
FERRATVS, a, um. Adi. [*αιδηρῆτος*] Cui ferrum inditum et
applicatum est. Ferrata hasta Liu. 1, 32. Et apud Plin. 36, 23
Ferratis vectibus. Et apud Columel. 10, 45 — ferrato robore pa-
lae. Virg. Georg. 3, 361 Vndique eam tergo ferratos sustinet orbes.
95 Agmina Hor. Carm. 4, 14, 30. Calce ferrata cruentat cornipedem
Sil. 17, 541. Portae Stat. Theb. 10, 504. Ferratus in pistrino,
i. Catenis ferreis vinctus Plaut. Bacch. 4, 6, 11. Ferrati *absolute
sunt Cataphraeti, aut validius armati:* Tacit. Ann. 3, 45 In fronte
statuerat ferratos, in cornibus cohortes, a tergo semermos. *Dicun-
100 tur Ferrati viri apud Claud. de Conf. Honor. 6, 571. Aquae ferratae
sunt Acidulae* Scrib. Larg. Compos. 146 Hoc traxi ab aquis caldis,
quae funt in Tuscia ferratae. *Conf. L. Holsten. in Cluver. Ital.
Ant. p. 34.*
FERRAMENTVM, i. n. [*αιδηρῆιον*] *Instrumentum ferreum.*
105 Varr. R. R. 1, 22 Ferramentorum varietas. Nec radio, nec subula,
nec

nec lima, nec torno, nec id genus ferramentis vti Apul. Flor. 2 pr. Tacit. Germ. 30, 4 Peditem super arma ferramentis quoque coe-
rant. Martial. 14, 36 Ferramenta tonforia. Caes. B. G. 5, 41
utitur pro his, quibus terra foditur. Cic. Catil. 3, 10 c. 5 pro Gladiis
et telis: Cethegus dixit, se bonorum ferramentorum studiosum esse,
Petron. c. 94 Eodem ferramento ad mortem viam quaero. Cic. de
N. D. 1, 19 c. 8 Quae molitio, quae ferramenta, qui vectes, quae
machinae, qui ministri tanti muneris fuerunt? Agrestia Liu. 1, 40
Secures. Vetera Columel. 2, 4. Ferramenta fabrorum Hor.
Epist. 1, 1, 85. Ferramentum plumbeum Caes. Aur. Tard. 2, 4, 48.
Vid. DENTIDVCVS.

FERRAMENTARIVS, i. m. Firmic. 3, 13 sub finem, In Solis
vero aut Lunae domo, facient aerarios, ferramentarios, statuarios, etc.

FERRVGO, inis. f. [*ῥῆσ ἀδῆρξ*] Rubigo ferri. Plin. 23, 8 Su-
dor virgae, corni arboris, lamina ferrea candente exceptus, non con-
tingente ligno, illitaque inde ferrugo incipientes lichenas sanat. Com-
pressae purpurae color rufus, nigrioris ruboris, quasi violacei, similitu-
dine coloris ferri, dum est rubiginosum vocatur Ferrugo. *παρφύρα μελαίνα*
Gloss. Lat. Gr. Virg. Aen. 9, 582 Pictus acu chlamydem, et ferru-
gine clarus Ibera. Vbi Seruius, Ferrugo, inquit, Coloris genus est,
qui vicinus est purpurae subnigrae. Donatus vero, Alio loco, Ty-
rioque ardebat murice lena. sed illic purpura significata est confecta
ex murice, hic autem ferruginem dixit aërii coloris. Haec Donatus.
Plin. 15, 10 Vestitos alia ferruginis tunica. Conf. Brouckhus. ad Ti-
bull. 1, 4, 37. Atra Ouid. Met. 15, 788. Dulci violas ferrugine
pingit Claud. de Rapt. Proserp. 2, 93. Lugubris Prudent. Cathem.
9, 78. Mala ferrugine purus animus Lucan. ad Pison. 95. Ob-
scura Virg. Georg. 1, 467. Peregrina ferrugine clarus et ostro Id.
Aen. 11, 772.

FERRVGINEVS, a, um. Adi. [*αἰδηροαδῆς*] Quod est coloris
ferruginis. Plin. 29, 6 Et ferrugineas maculas habentes. De lacer-
tis. Ferrugineum colorem, inquit Nonius 16, 7 Ferri similem esse
volunt. Vere autem Ferrugineus color Caeruleus est. Virg. Georg.
4, 183 Et ferrugineos hyacinthos. Plaut. Mil. (4, 4, 43) Pallio-
lum habeas ferrugineum, nam is colos thalassicus est. Haec Nonius.
Amictus Claud. de Rapt. Proserp. 2, 275. Cymba ferruginea Cha-
rontis Virg. Aen. 6, 303. i. Nigra, tristis: Seruius. Nemus Stat.
Theb. 2, 13. i. Horridum: Lactantius. Ferrugineos hyacinthos
Virg. Georg. 4, 183. et Aen. 6, 303. Auson. Epist. 10, 62 Liuor
vbi iste tuus, ferrugineumque venenum Opportuna tuis inimicat
pectora fucis. Vid. Is. Voss. ad Catull. p. 217. ¶ 2 Quod
saporem ferri habet. Plin. 31, 10 Tungri ciuitas Galliae fontem ha-
bet insignem, plurimis bullis stillantem, ferrugini saporis: quod
ipsum non nisi in fine potus intelligitur.

FERRVGINANS, tis. Adi. Ferrum sapore referens. Ter-
tull. adu. Val. c. 15 Guttas bituminosae, ferruginantes et sulphurantes.

FERRVGINOSVS, a, um. Adi. Vt, Ferruginosum ferrum,
apud Sidon.

FERRVMEN, inis. n. Quasi Gluten, iunctura seu ligatura, quae
ex ferri excrementis vel ramentis, vel quavis alia materia fieri solet.
Plin. 36, 23 Ruinarum vrbs ea maxima causa, quod furto calcis sine
ferrumine suo caementa componuntur. Difficilis est locus Petron. c. 102
vbi aduersus consilium atramento transformandi se in Aethiopes, ita etiam
disputatur, Finge, nec vestem atramento adhaesuram, quod frequen-
ter etiam non arcessito ferrumine infigitur. Probabilis mihi videtur
Munkeriana emendatio, nec vestem atramentum adhaesurum, quae fre-
quenter e. n. a. f. inficitur. Ferrumen itaque fuerit illa vis penetra-
bilis, (Graeci *δυσκοπιόν* vocant) quae atramento hodie quoque a ferro
iniecto conciliatur, ut deinde elui e linteis nullo sapone possit. Quin
constabit etiam Sensus, si de Munkeriana emendatione primam modo par-
tem assumas, nec vestem atramentum adhaesurum; reliqua lectionis
vulgatae serues: Atramentum adhaeret vestem (frequente satis in simi-
libus constructione) quod atramentum infigitur frequenter vestibus,
non arcessito illo ferrumine, quod est in atramento scriptorio, vel a
chalcantho s. vitriolo, vel a ferrugine proprie.

FERRVMINO, are. [*συνάπτω*] Arcte coniungere et velut con-
glutinare, vel simpliciter applicando sibi corpora, ut in ferro candente fit,
vel interposita aliqua materia, quae ferrumen est. Quamquam proprie
ferruminare de priore tantum genere dicitur. Vid. mox FERRVMINATIO.
Pompon. in l. Quidquid D. de Acquirendo rerum dominio, Si tuum
scyphum alieno plumbo plumbaueris, alienoue argento ferruminaue-
ris: non dubitatur, scyphum tuum esse, et a te recte vendicari.
Plin. 27, 4 Fabulosa arbitror quae adiiciuntur: recente ea si vratur,
ferrum aut aes ferruminari. Id. 33, 5 c. 29 de chrysocolla, Ita fer-
ruminatur aurum. — difficulter ferruminatur. Id. 31, 6 de
aquis marinis, Quae calefiunt ad neruorum dolores, ferruminant et
fracturas, ossaque contusa. Id. 36, 28 Vitrum sulphuri concoctum
ferruminatur in lapidem. Id. 35, 15 Calcis quoque vsum bitumen
praebuit, ita ferruminatis Babylonis muris. ¶ 2 Metaph.

Plaut. Mil. 4, 8, 25 Ferruminant labra labellis, de osculantibus.
FERRVMINATVS, a, um. Partic. Ferruminatio alui glutino
Plin. 10, 33. Vid. Vall. 6, 58. Ponticuli ferruminati Petron.
c. 31. sunt pars repositorii in conuiuium allati. Id. c. 32 Annulus
aureus ferreis veluti stellis ferruminatus.

FERRVMINATIO, onis. f. [*συνάφῃ*] Paullus in l. In rem
actio §. Item quaecunque D. de rei vindicatione, Ferruminatio per
eandem materiam facit confusionem, plumbatura vero non idem efficit.

FERRVMINATOR, oris. m. Qui ferruminat, apud Vitruuium
esse dicitur.

FERRICRĒPĪNVS, a, um. Adi. Finxit Plaut. Asin. 1, 1, 21
Apud ferricrepinas insulas: i. Vbi ferreae compedes crepant, ut in
ergastulis.

FERRIFŌDĪNA, ae. f. Idem quod Ferrara, vbi foditur ferrum.
Varr. de L. L. 7, 33 Cum recte dicatur Argentifodina, negat aeque recte
Ferrifodinam dici.

FERRĪTĒRVVS, i. m. Seruus, qui ferrum terit, quo vincus est.
Plaut. Trin. 4, 3, 14 Ferriteri mastigiae.

FERRITERĪVM, i. n. Carcer, vbi ferreae compedes teruntur.
Plaut. Most. 3, 2, 55 Inde in ferriterium, postea in crucem recta.

FERRITRĪBAX, acis. Adi. Idem qui Ferriterus. Plaut. 100
Most. 2, 1, 9.

FERTILIS, FERTILITAS, FERTILITER, vid. FERRO.

FERTVM, quod FERCTVM etiam scribitur i. n. Genus libi,
a Ferendo dictum: quod saepe ad sacra ferebatur, nec sine strue, al-
tero genere libi: quae qui adferebant, strufertarii dicebantur, Festus. 105

Itaque probabilis est coniectura, legentium Ouid. Fast. 1, 276 Haec adole-
 let flammis cum strue ferta suis pro vulg. farra. Neapolis laudat Vet.
 Lap. PORCAM ET AGNAM STRVIBVS ET FERTIS. *Etiā in monumento Fratrum Arualium (nisi tamen hic ipse est Vetus*
 5 *lapis Neapolis) pro STRVIBVS EFFERTIS legi vult Vrsinus strui-*
 bus ET FERTIS. Vid. *append. Catonis in mea editione Scriptor.*
R. R. p. 130. Caeterum hic ponendus est locus Catonis c. 134 Fertum
 (hoc iam malim quam Fertum, quod ibi datum est Victorio) Ioui mo-
 10 *veto et maclato sic: Iupiter te hoc fertō obmouendo bonas preces*
precor, vti fies volens propitijs mihi liberisque meis, domo familiae-
que meae, macltus hoc fertō etc. sunt enim verbosae formulae plures:
et strues obmouenda vel commouenda, cum fertō obmouendo et li-
 15 *Viri docti. Conf. Isidor. 6, 19. Perf. 2, 48 Attamen hic extis et*
opimo vincere fertō Intendit. i. Pingui libo, quod pro omni sacrificio
ponit. Sic Casaubon. Add. STRVES in STRVO et STRV-
 FERTARII.

FERTVS, a, um. Adj. Idem quod Fertilis: ut, Fertā arua et
 20 frugifera Cic. in Orat. 163 c. 49. Ex antiquo Poeta.

FERTORES ferta libantes Gloss. Isid.

FERVEO, et FERVO, vi et bui, ēre et ēre. [ζέω, βράζω]
 Ab igne externo, vel ab aestu quodam intestino vehementer misceri, tur-
 25 *bari, bullire, intumescere, laxari, etc. quod proinde etiam ad sanguinis*
ab affectu vehemēti motum ipsasque animi perturbationes refertur.
 Aequor feruet Virg. Georg. 1, 327. Cor mero feruet Ouid. Fast.

2, 732. Lingua mero feruet Id. ibid. 2, 732. Feruet vinum,
 quum ex musto in vinum transit Plin. 14, 9. Mare feruet aquis

Ouid. Epist. 18, 26. Pelagus aestu feruet Cic. de Orat. 155. Pon-

30 *tus vertigine feruet Ouid. Met. 11, 549. Martial. 2, 64 Fora liti-*
 bus omnia feruent. Feruet opus Virg. Aen. 1, 440. Opere

omnis semita feruet Id. ibid. 4, 407. Sic loca dicuntur feruere,
 quae hominum celebritate frequentantur. Vid. Burm. ad Val. Flac. 1, 121.

Cic. pro Quint. 38 Vsque eo feruet ferturque auaritia, ut de suis com-

35 *modis velit aliquam partem amittere. Leti feruebat amore Sil. 17,*
 567. Pectus auaritia, miseraque cupidine feruet Hor. Epist. 1, 1,

33. Ouid. Met. 2, 602 Utque animus tumida feruebat ab ira,
 Anima assueta capit. Ira totus feruet Sen. Herc. fur. 17. Vbi

40 *ferbuerit Apic. 3, 2. ¶ 2 Tertiae etiam coniugationis esse,*
ista ostendunt: Ter. Adel. 4, 1, 18 Quum feruit maxime, tam placi-
 dum quam ouem reddo. Virg. Georg. 1, 455 Omnia tunc pariter

vento nimisque videbis Feruere. Id. Aen. 9, 693 Feruere caede
 noua. Propert. 2, 28, 4 Incipit et sicco feruere terra cane. Add.

45 *caede Lacaenae Credit. Et 1, 121 Feruere cuncta virum coctu.*
Sic Feruere Leucaten, auroque effulgere fluctus Virg. Aen. 8, 677.
 Id. ibid. 4, 409 Cum litora feruere late Prospiceres. Multa id ge-

50 *nerus collegit Non. 9, 1. it. 3 et 5. v. g. ex Titinnio, Sapientia guber-*
 nator torquet nauem non valentia: Cocus magnum aenum quando

feruit, paula confutat trua. Ex Accio, Heu cor ira feruit caecum,
 amentia rapior ferorque. Ex Afranio, Hoc potius, hoc nunc fer-

55 *uit animus, hoc volo. Ex Pomponio, Domus haec feruit flagitii.*
Ex Varrone, Feruere piratis, vastarique omnia circum. Pompo-
 nius, Facite ut ignis feruat. Afranius, Quanta vociferatione fer-

60 *uitur? hei miserae mihi. Haec Nonius et plura. Lucilius apud*
 Quinct. 1, 6, 8 Feruit aqua et feruet: feruit nunc feruet ad annum.

Multa ad h. l. contulit in Reliqu. Lucil. 9, 14 p. 46: quibus conficitur,
 Feruit esse Praesentis temporis, feruet Futuri, verbumque adeo esse tertiae

65 *Coniugationis, in quo ipse Fabius l. c. videtur aliquid humani passus esse,*
tum multo magis Barth. Adu. 56, 9 p. 2645: quorum ille feruire verum
 putabat (nisi locus corruptus est) ut Seruire; hic significationes distin-

70 *guebat, ut Feruit transeuntem momento calorem notet, Feruet perpetuum.*
 FERVENS, entis. Part. [ζέων]. Plaut. Curc. 4, 2, 25 Quasi aquam
 feruentem frigidam esse, ita vos putatis leges. Et Columel. 12, 50

65 *Feruētissima aqua. Conf. Prudent. Perist. 10, 439. Lucri cupidi-*
 ne feruens Claud. Ruff. 1, 100. Plaut. Amph. 4, 2, 10 Quem pol
 ego hodie ob isthaec dicta faciam feruentem flagris. Plin. 12, 12

Radix costi gustu feruens odore eximio. Feruentia superfundentur
 Scribon. 201. Aestus feruentissimus Plin. 31, 3. Cic. Off. 1, 46

70 *c. 15 Nam fortis animus et magnus in homine non perfecto nec sa-*
 piente feruentior plerumque est. Aqua feruens Id. Verr. 1, 67 c. 26.

Aquis feruentibus mollit artus Ouid. Met. 1, 228. i. coquit. Plaut.
 Capt. 4, 2, 57 Laridum atque epulas foueri focolis feruentibus.

Horae diei feruentes, pro Meridianis Plin. 17, 22. Hor. Carm. 1,

75 *13, 4 Feruens difficili bile tumet iecur. Ingenium rapido feruenti-*
 us amni Id. Serm. 1, 10, 62. Natura feruentissima Columel. 12, 15.

Oleum feruentissimum Scribon. 56. Plin. Epist. 3, 14 Lauabatur in
 villa Formiana: repente cum serui circumstant: alius fauces inua-

80 *dit, alius pectus et ventrem, alius os verberat: et quum exanimem*
 putarent, abiciunt in feruens pauimentum, ut experirentur an viue-

ret. Rota feruens Ouid. ex Ponto 1, 8, 68. a celeritate motus.
 Sanguis Sil. 17, 489. Sterquilinum columbinum feruentissimum

85 *Pallad. 1, 33. Vndae feruentes aestibus Ouid. Met. 14, 48. Vul-*
 nus Id. ibid. 4, 120.

FERVENTER. Adu. [ζέωντος] Cacl. ad Cic. Fam. 8, 8 Et
 de damnatione feruenter loqui est coeptum. Compar. Augustin. de

90 *maledictis. Genes. ad lit. 2, 5 Quae celerius utique feruentius aguntur. Superl.*
 Augustin. de Ciu. Dei 18, 52 Paullus Christum feruentissime praedica-

bat. Cacl. ad Cic. Fam. 8, 6 Curio feruentissime concepitur, de

95 *FERVESCO, ēre. [ζεωμαι] Feruere incipere, concipere feruo-*
 rem. Terrae feruescunt sole Lucret. 6, 851. Medicamentum
 feruescit Scribon. 267. Ventus mobilitate sua feruescit Lucret.

6, 176. Conf. Sen. Nat. Quaest. 4, 2. Cell. 6, 10. Vitruu. 2, 7.

95 *FERVEFACIO, ēci, actum, ēre. [ζεωμαιω] Facere feruere,*
 seu bullire. Cato de R. R. c. 157 Et portionem polentae eodem ad-

100 *dito, et oleum postea feruefacito. Et apud Plin. 20, 3 Feruefactum*
 vinum. Calidum facere. Feruefacere patella Scribon. 56. i. in
 patella. Sed Plaut. Pseud. 3, 2, 44 Eae ipsae se patinae feruefaciunt

105 *illico. Add. Apic. 4, 2.*
 FERVEFACTVS, a, um. Part. Plin. 20, 3 Vinum feruefa-
 ctum. Feruefacta iacula Cacl. B. G. 5, 42. Radiis feruefacta
 sunt omnia Solin. c. 29.

FERVIDVS, a, um. Adj. [ζέσος] Idem quod Feruens et maxi-
 me calidus. Cic. de N. D. 2, 27 Iam vero reliqua quarta pars
 mundi.

mundi, et ea ipsa tota natura feruida est. *b. e. Ardens maxime.*
 Aestus Hor. Serm. 1, 1, 38. Aqua Curt. 4, 7, 22. Cinis Sen.
 Troad. 2. Flamma Hor. Epod. 17, 32. Spuma Ouid. Met. 8,
 287. Vina Hor. Serm. 2, 8, 38. *Vid. mox Oratio. Diligens ac*
vehemens: Liu. 27, 33. Cum toto eo bello damnosa praepropera ac
 feruida Ingenia imperatorum fuisse. Virg. Aen. 9, 350 — hic
 furto feruidus instat. Ingenio feruidus Ouid. Met. 14, 485. Ado-
 lescentia Sen. Octau. 8. Animi feruidi vir Liu. 2, 52. Bella
 Sil. 3, 365. *Vid. Drakenb.* Cura Tibul. 4, 12, 1. Dicta Virg.
 Aen. 12, 894. Genus dicendi feruidum quoddam et petulans et fu-
 riosum Cic. de Clar. Orat. 141 c. 68. Id. ibid. 141 c. 68 Appii Clau-
 dii volubilis, sed paullo feruidior erat oratio. Et 288 c. 83 Nouam
 istam quasi de musto et lacu feruidam orationem. Virtus Catul.
 62, 218. *Cum Gen.* Sil. 17, 414 Feruidus ingenii Mafanisa, et fer-
 vidus acui. *Compar.* Oratio feruidior Cic. de Clar. Orat. 108 c. 27. 15
Superl. Tempus diei feruidissimum Curt. 3, 5, 1.

FERVIDE, Adu. [*ῥεῦσις*] Plaut. Trucul. 2, 4, 2 Feruide vt
 tota floret, vt oleum nitide nitet. *Vulg.* Ver vide.

FERVOR, oris. m. [*ῥεῖσις*] *Calor vehemens, feruentium status*
aut conditio. Plin. 11, 21 Indi furantur aestiuo feruore aurum eru-
 tum a formicis tempore hiberno. Aetatis feruor Cic. de Senect.
 45 c. 13. Febrium feruores Plin. 31, 9. Maris Cic. de Prou.
 Conf. 31 c. 12. Mentis Id. de Orat. 1, 220 c. 51. Pectoris Hor.
 Carm. 1, 16, 24. Vini feruore rupta dolia Varro R. R. 1, 13, 6.

Aestiuu feruores Columel. 4, 24, 3. Igneus feruor, *vid. IGNIS.* 25
 Pronus nimium Claud. de B. Get. 476. Siccis aer feruoribus vstus
 Ouid. Met. 1, 119. Terrae immodicus Curt. 7, 5, 4. Accessit
 feruor capiti Hor. Serm. 2, 1, 25. Loca Inhabitabilia feruore
 Plin. 5, 1. Insidet in venis et medullis feruor, *vid. INSIDEO.*

Torret nimis feruoribus aetherius sol Lucret. 5, 216. Feruores, 30
Astra dixit Vitruuius 9, 4 Faciat in his feruoribus retentiones.

FERVUNCVLVS et FERBVNCVLVS, i. m. Arnob. 2 p. 49
 Feruunculum, scabiem sanare. *Elmenb. mauult* Furunculum.

Ferbunculus est Prisciano 1, 10. *Etiā* Capex de verbis dub. *Putsch.*
 p. 2248 Feruunculum a feruore, non Furunculum dicere iubet. 35

FERVLA, ae. f. [*ῥαῖβη*] *Frutex, de quo* Plin. 13, 22 Ferula
 calidis nascitur locis, atque trans maria, genicularis nodata scapis.

Duo eius genera, Nartheca Graeci vocant assurgentem in altitudinem:
 Nartheciam vero semper humilem, a genibus exeuntia folia maxima,
 vt quaeque terrae proxima. Caetero natura eadem quae anetho, et 40
 fructui similis. Nulli fruticum leuitas maior, ob id gestata facilius
 baculorum vsum senectuti praebet. *Vid. Columel. de Arberib. c. 22*

ad finem. Caedere ferula Hor. Serm. 1, 3, 120. Virg. Ecl. 10, 25
 Florentes ferulas et grandia lilia quassans. Iuuen. Sat. 6, 478 Hic
 frangit ferulas, rubet ille flagellis, *i. vapulat ferulis.* Martial. 14, 45

80 *de ferulis,* Inuisae nimium pueris. Idem 10, 62 Ferulaeque
 tristes, scepra paedagogorum Cessent. *Notauit ideleganter* Colum.

10, 21 Nec manibus mites ferulas. Et 119 Inulae tristes, ferulae-
 que minaces Plantantur. Iuuen. Sat. 1, 15 Et nos ergo manum fer-
 ulae subduximus. *Conf. Aufon. Protrept. ad Nepot. f. Eidyll. 4, 29.* 50

Isidor. 17, 9 A feriendo ferulam dicunt. Hac enim pueri vapulare
 solent. *Conf. Turneb. 11, 5. Metaph.* Plin. 8, 32 f. 50 *de Ceruo-*

rum cornibus, Teneris increfcunt ferulis molli plumata lanugine.
 Ferulae etiam aptae continendis ossium fracturis Cels. 8, 10. *Vid.*

Colum. 7, 5, 18. Veget. Mulom. 2, 47, 4. Ferula fissa comprimun- 55
 tur testiculi vitulorum et paulatim confracti resoluuntur Pall. Mai.

7, 1. E ferulis alui apum Var. R. R. 3, 16, 15.

FERVLACEVS, a, um. Adi. [*ῥαῖβη*] *In modum feru-*
lae, vel Ferulae similis. Plin. 15, 7 Et in Hispania prouenit repente
 altitudine oleae, caule ferulaceo. Id. 18, 7. et 22, 22. et 25, 5. 60

FERVLAGO, inis. f. *Frutex, quam ferula humiliorem Theophras-*
tus caeterum omnino similem tradit. Cael. Aurel. Acut. 2, 12. Tha-
 psia, quam nos ferulaginem dicimus.

FERVLEVS, a, um. Adi. *Ex ferula factus.* Cael. Aurel.
 Tard. 2, 1 Atearis tabella, aut ferulea. 65

FERVS, a, um. *Vid. post FERA.*

FERVS OCVLVS, Herba est, Asyla aliter dicta, quam in re-
 medio pecora quaerunt, si quando anagallida feminam gustauerint.
Vid. Plin. 25, 13.

F E S

FESCENNIVM, i. n. *Sive FESCENNIA, orum. Pl.* Oppi-
 dum Campaniae, *inquit* Seruius ad Aen. 7, 695 Vbi nuptialia inuenta
 sunt carmina. Plin. 3, 5 Fescennia Hetruriae ciuitas dicitur: cuius
 populi ducunt originem ab Atheniensibus. 75

FESCENNINVS, a, um. Adi. Virg. Aen. 7, 695 Hi Fe-
 scenninas acies, aequosque Faliscos. Fescennini versus, dicebantur
 Qui in nuptiis canebantur. Dicti quod ex vrbe Fescennina allati
 essent: siue quod fascinum putantur arcere. Haec Festus. Liu.

7, 2 Qui non sicut ante Fescennino versu similem incompositum te- 80
 mere, ac rudem alternis iaciebant. *Erant hi versus omni obscenitate*
et opprobriis pleni. Macrobian. Saturn. 2, 4 Temporibus triumvrali-

bus Pollio, quum Fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait, At ego
 taceo: non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.
 Add. Aufon. Parebasi Eidyll. 18. *Elmenhorst. in Arnob. 4 p. 136.* 85

Inter nuptiales fescenninos Sen. Contr. 21. Licentia Hor. Epist.
 2, 1, 145. Locutio Catull. 62, 126. *Apud Prudent. in Symmach.*

1, 261 Fescennina absolute sunt Cantica nuptialia, vt non adeo semper
 versus obscenitate pleni denotentur. Plin. 15, 22 Iuglandes nuptia-

lium Fescenninorum comites. ¶ 2 Est etiam Fescenninus 90
 pedis nomen, idem qui Amphimacrus Diom. 3 p. 475.

FESCENNICOLA, ae. c. Sidon. 12, 2 Carmen Fescennicolae
 Diones.

FESCINOE, pro quo legitur FESNOE, vocabantur, Qui de-
 pellere fascinum credebantur, Festus. Scaliger, Fascinoe, *i. 95*
Fascini.

FESSAE, arum. f. Pl. *Reines. Var. Lect. 3, 4 p. 394* Fessas
 ouium vocat Pediculos, oues infestantes, quas Plin. Valer. cum creta ne-
 cari dicit.

FESSONIA Dea apud veteres colebatur, vt fessos iuaret: sicut 100
 Pellona placabatur, vt hostes depelleret. August. de Ciuit. Dei 4, 21.

FESSVS, a, um. Adi. [*ῥεῖσις, κεννησις*] Idem fere quod
 Fatigatus, a quo tamen differt. Diomed. 1 p. 372 extr. Fatigor fati-

gatus sum facit, non fessus. Et longe falluntur, qui opinantur ex
 eo quod fatigat fessus deriuari: nam fessus appellatio est (Nomen, non 105

Participium) Differt autem fatigatus a fessio, ut Verrius ait, quod fatigatus dicitur, cum quis per alium laborare compellitur, ut lassatus: fessus vero, cum quis laborare (*leg. labore*) deficit, ut lassus. *Participium verbi* Fatiscor, Priscianus facit l. 8 p. 825 pr. ex quo defestiscor defessus. *Dicitur autem tam de Animo, quam de Corpore*, Virg. Ecl. 2, 10 Thestylis et rapido fessis messoribus aestu. Sic Plin. 7, 52 Puerum aestu et itinere fessum. Fessus de via Cic. Acad. 1, 1. it. Somn. Sc. 1 *ubi tamen rectius τὸ Fessum omittitur.* ¶ 2. *Ablatiui causae*: Aetate fessus Virg. Aen. 2, 596. Bello fessus Cic. de Diuin. 1, . . . Virg. Aen. 2, 109. Curis fessus Sen. Hippol. 247. Corpus fessum Cursu Liu. 1, 25. Errore viarum fessus Sil. 15, 720. Hieme et Inopia fessus Tacit. Hist. 3, 56, 5. Inedia fluctibusque fessum recreare Cic. pro Planc. 26. Luctu fessa Ouid. Met. 14, 426. Opere, Frigore, Calore Varro R. R. 1, 13, 1. et 2, 1, 1. Plorando fessus Cic. Att. 15, 9. Senecta fessus Lucan. 3, 724. Studiorum pondere fessus Id. ad Pison. 178. Videndi satietate fessus Lucret. 2, 1037. Tacit. Hist. 3, 2 Circo quoque ac theatris, et amoenitate vrbis emollitos, aut valetudinibus fessos. Via fessus Ouid. Met. 14, 426. Vita fessus Plin. 5, 17. Corpus Vulnere fessum, Fessum cursu Liu. 1, 25. *Sed cum Genit.* Virg. Aen. 1, 182 Tum Cererem corruptam vndis, Cerealiaque arma Expediunt fessi rerum. *Vbi Seruius, Fessi rerum, b. e. Penuria fatigati.* Et Fessus generale est: dicimus enim Fessus animo: ut Virg. Aen. 8, 232 Ter fessus valle resedit. nimirum, Egens consilii. Et Fessus corpore: quod magis est proprium. Et Fessus rerum, a fortuna venientium. *Haectenus Seruius. Fessi rerum, inquit Turnebus, sunt Fatigati naufragii calamitate et tempestatis iactatione: sic dixit, sunt lacrimae rerum, id est calamitatum et rerum aduersarum.* ¶ 3. *Substantiua*: Aetas Tac. Hist. 1, 12. et 2, 12. et 3, 59. *i. senectus.* Artus fessi Virg. Georg. 4, 190. Caput fessum viridi summisit in herba Ouid. Met. 3, 502. Cardinibus fessis turbatisque, *i. a pondere vitiatas* Plin. 36, 15 l. 24. *Vid. mox Naues.* Corpora Virg. Aen. 4, 522. Dies fessa Stat. Silu. 2, 2, 48. Genis fessis obrepsit somnus Sen. Troad. 6. Latus fessum depono sub lauru mea Hor. Carm. 2, 7, 18. Membra Ouid. Epist. 4, 90. Virg. Aen. 5, 29 Quoque magis fessas optem dimittere Naues. *Vbi Seruius, Fessas naues, pro Nos fessos.* *Sed compara Cardines fessos.* Oculos fessos furari labori Virg. Aen. 5, 845. Exsanguem diu fessumque terrarum Orbem breui refecit Aur. Victor de Vespas. Pectus fessum curis Sen. Hippol. l. 2. Vespasianus Augustus fessis Rebus subueniens Plin. 2, 7 l. 5. Senectus Lucan. 2, 128. Viator Hor. Serm. 1, 5, 17. Virtus Sen. Hippol. 7. Vox mihi fessa loquendo Ouid. Trist. 3, 3, 85.

FESSVLVS, a, um. Adi. Dimin. Pseud-Epigr. Petron. p. 228

45 Animula fessula.

FESTATVS, a, um. Adi. *Qui festum diem celebrat, ut feriatus.* Gell. 10, 15 Dialis cotidie festatus est. *Ita editum etiam a Gronouio; nec de varietate lectionis quidquam videtur commodius. Quam enim feriatus, et festos perpetuo dies agens fuerit, Festus etiam docet, cuius verba damus in PRAECIA.*

FESTINO, are. [*σπεύδω, ἐπιίγω, σπεύχω*] Properare, et accelerare gressum. Plaut. Epid. 1, 1, 73 I sane, si quid festinas magis. Id. Afin. 1, 3, 5 Remigio veloce quantum poteris festina et fuge. Cic. Att. 14, 21 pr. Eros autem festinauit, ut ad me literas Dolabellae perferrentur. Ter. Heaut. 1, 1, 73 Video alios festinare, etc.

55 Virg. Aen. 2, 373 Festinate viri. Properare et festinare Cic. Phil. 9, 6. Festinat ad urbem Vict. de Viris Illustr. 39. Plin. 7, 20 Festinat ad fratrem. Festinans aduersum Marium Vict. de Viris Illustr. 76. Ad euentum Hor. de Arte Poët. 148. Quintil. 6, 3, 39 At M. Caelius de illa C. Laelii, Collegaeque eius in prouinciam festinantium contentione. Nihil festinare, *vid. NIHIL.* Animus festinat ad aliqua Cic. Philipp. 2, 47. Ad singulare factum festinat oratio Id. ibid. 1, 3. Esseda festinant, pilenta, petorita, naues Hor. Epist. 2, 1, 192. Omnes festinant intus totis aedibus

60 Plaut. Caf. 4, 1, 5. Cuncta festinat domus, huc et illuc Curstant mistae pueris puellae Hor. Od. 4, 11, 9. ¶ 2. *Obs.* Festinare significat Festinanter conficere, ut properare Ouid. Met. 11, 575 Et iam, quas induat illa Festinat vestes. Fugam festinare Virg. Aen. 4, 575. Mortem in se festinauit Tacit. Ann. 4, 28. Ter. Adolph. 3, 2, 25 Quid festinas mi Geta? animum recipe. *Hic idem est, quod trepidare prae metu, ut interdum Trepidare ad solam festinationem pertinet.* Iterum Terent. Eun. 4, 3, 8 Quid istuc? quid festinas? aut quem quaeris? Donatus ad h. l. Properas, turbaris, et trepidas. Sallustius, Festinantibus in summa inopia patribus.

75 Cum Infm. Iuuen. Sat. 9, 126 — festinat enim decurrere velox Flosculus angustae miseraeque breuissima vitae Portio. Festinabimus emundare Columel. 4, 27 pr. Festino effugere Plin. 9, 8. Quintil. 9, 4 Finem imponere egresso destinatum modum volumini festino. Festinare et Properare veteres voluerunt habere distantiam.

80 Cato in oratione, quam de suis virtutibus scripsit, Aliud est properare, aliud festinare. Qui vnum quid mature transit (*al. transigit*) is properat: qui multa simul incipit, neque perfcit, is festinat. Verum vtrorumque verborum ratio sub hac significantia proxima est veritati, ut sit saepe animi properare studiose ad res aliquas contententis: Festinare corpore necessitatibus obsequendi. Virg. Aen. 4, 310 Et mediis properas Aquilonibus ire per altum. Ibid. 2, 373 Festinate viri: nam quae tam fera moratur Segnities? Haec Nonius 5, 81. Add. Gell. 16, 14. *ubi et Catonis locum eundem habes, et disputationem de etymo.*

90 FESTINOR, ari. Pass. [*σπεύδομαι*] Tacit. de Mor. Germ. c. 20 Nec virgines festinantur. *i. Cito ad coniugium abripiuntur.*

FESTINANS, is. Partic. [*σπεύδων*] Legatus festinans perguit Sall. Iug. 52, 7. Plin. in Paneg. c. 4 Ad hoc aetatis inflexa maturitas, nec sine quodam munere deum festinantis senectutis insignibus ad augendam maiestatem ornata caesaries. *Sed editur hodie festinatiss, quod tuetur Schwartzius.*

FESTINATVS, a, um. Partic. [*σπεύοντις*] Plin. in Paneg. 69, 5 Quinimmo festinatis honoribus amplificat atque auget, etc. Calor Claud. Conf. Hon. 6, 224. Honores Lucan. 8, 24. Iter festinatum facere Ouid. ex Pont. 4, 5, 8. Labores Stat. Achil. 1, 160. Quintil. 6 prooem. 10 Festinatam maturitatem celerius occidere. Tacit. in Vita Agric. 44 Ita festinatae mortis grande solatium tulit. Praelium Tacit. Hist. 3, 15, 3.

FESTINATVS, us. m. Zeno Veron. . . . Quantus festinatus 105 populi.

¶ M m m m 2

FESTI-

FESTINATIO, ōnis. f. [*ἔρεσις, σπουδή*] Cic. pro Milon. 49 Quae causa cur Romam properaret? Cur in noctem se coniceret? Quid afferebat festinationem? Cic. de Orat. 3, 209 Quales ipsi quoque oratores, qua sint aetate, honore, auctoritate debet videri: tempus pacis an belli, festinationis an otii. Celeritas et festinatio 5
Cic. pro Rosc. Amer. 97. Liu. 5 extr. Festinatio curam exemit vi-
cos dirigendi. Festinationis plena epistola et pulueris Cic. Att. 5, 14.
Ambitiosa Quinctil. 1, 4, 22. Columel. 11, 2 Quo cautior villicus
vel abstinere possit operibus, vel festinationem adhibere. Ignoscere
festinationi alicuius Cic. Fam. 5, 12. Perdit diuisionem festinatio 10
Quinctil. 7, 2. Praeripere festinatione deorum immortalium bene-
ficiam Cic. Philipp. 14, 5. Properare ventis remisque in patriam
omni festinatione Idem Fam. 12, 25. In festinationibus non susci-
piendae nimiae celeritates Cic. Off. 1, 21. Tollere vnus festinatio-
nem alteri Idem Att. 13, 1. Festinatione mora lectioni adiicitur 15
Quinct. 1, 1, 32. Laudatur Liu. . . Improvida est et caeca
festinatio.

FESTINIS, e. Adi. antiquum pro Festinante. Titinn. 5 Nunc hoc vrer, nunc haec res me facit festinem. Nonius 8, 3.

FESTINATOR, ōris. m. [*σπεύων*] Laudatur Quinctil. Decl. 20
2 Ecce cubiculi vestri fores, trepide festinatoris effringuntur impulsu.
Vbi rectius legitur Trepidae festinationis.

FESTINANTER. Adu. [*σπευδόντως*] Celeriter, et cito. Cic.
de Fin. 5, 77 c. 26 Illud mihi a te nimium festinanter dictum videtur,
sapientes omnes esse beatos. Idem Att. 3, 7. Compar. Tacit. Ann. 25
15, 3 Occulto praecepto compositus cuncta quam festinantius agerent.
Suet. Aug. c. 29 Festinantius publicatum. Plin. Epist. 5, 17 pr. Fe-
stinantius nuncio tibi. Plin. 17, 11 Quia festinantius germinant.
Superl. Augustinus Paullino Epist. 250 sub fin. Festinantissime re-
spondisse. 30

FESTINANTIA, ae. f. l. 22 C. Theod. de Haeret. Et Bern-
hard. in Vita Malachiac.

FESTINABUNDVS, a, um. Adi. Val. Max. 2, 8, 5 Festina-
bunda manu.

FESTINATE. Adu. Tacit. Ann. 15, 3 Occulto praecepto, com- 35
positus cuncta, quam festinatius agerent. Al. festinantius.

FESTINATIM, pro Festinanter. Pompon. Asin. Exsiliui de no-
cte ad molam fullone festinatim. Sifenn. Histor. 4 Praetor festina-
tim de castellis ad castra maxima pedites conduxit. Haec Nonius 11, 37.

FESTINATO. Adu. [*ἔσπευμένως*] Plin. 18, 10. Quinctil. 4, 40
2 Quam nihil praeparato, nihil festinato fecisse videtur Milo! Ma-
teria festinato sicetur Colum. 1, 6, 19. Add. Quinct. 4, 2, 58.
Compar. Gell. 10, 11 Cum significandum est, coactius quid factum et
festinatius.

FESTINVS, a, um. Adi. [*ἐπισπεύων*] Celer. Canities festina 45
venit Claud. de Nupt. Hon. 325. Cursu festinus anhelio Ouid. Met.
11, 348. Dies festina Prudent. Cathem. 11, 6. Senectus festina Val-
ler. Argon. 4, 470. Virtus cruda festinaque Stat. Theb. 9, 716.

FESTINE. Adu. Cic. Att. 4, 14 Si quid forte de
comitiis, de Republica (soles enim tu haec festine odorari) scri- 50
bas ad me.

FESTIVITAS, **FESTIVVS**, vid. **FESTVS**.

FESTRAM antiqui dicebant, quam nos Feneſtram. Sic Festi epi-
tomator. Sed Festus, Scaligero iudice Festra, Ostium minusculum in
sacrario, ab Feneſtra, per detractionem mediae syllabae. Macrobr. 55
Saturn. 3, 12 Antonius Gniphio in eo volumine, quo disputat, quid sit Fe-
stra, quod est ostium minusculum in sacrario, quo verbo etiam Enni-
us vsus est. Sic interpretes legendum censent in Plaut. Caf. 1, 1, 44 Con-
cludere in festram firmiter. Adde ad h. l. Lips. Elect. 2, 15 p. 53.

FESTVCA, ae. f. [*κάρφος*] Dicitur Arboris nouellae, et cuius- 60
que sati pullulus, stipula item (vid. **FESTVCARIVS**) et similes minutiae.
A Fenore deducit Festus, Voc. Fenus. Vid. **PEO** et locum Festi, quem
damus in **FOENVS**. Columel. 8, 15, 7 Per quos festucae, surculique
in auariis passim spargendi sunt, vt colligere possint aues, quibus ni-
dos construant. Plin. 9, 10 Feminam coitum fugere, donec mas 65
festucam aliquam imponat auersae. Idem 18, 27 Cum herba creuerit
in festucam. Hinc adagium sacrum, Per trabem oculi sui festu-
cam alterius niti eruere Hieron. . . Festuca item Auena inanis
Plin. 18, 17.

¶ 2 Festuca quoque dicebatur Virga, quam so-
lebant Romani iniicere in corpus eius, quem manumittebant, serui: quae 70
etiam Vindicta dicebatur, eo quod hominem libertati vindicet. Vid. Voss.
Lex. Etymol. vel Politian. Miscellan. c. 98. Plaut. Mil. 4, 1, 15 Quid
ea? ingenua: an festuca facta, serua an libera est? Quod Perf.
5, 88 dixerat, Vindicta postquam meus a praetore recessi: illud ibid.
v. 175 ita indicat, vt libertatem inesse dicat, Non in festuca, licetor 75
quam iactet ineptus.

FESTVCVLA, ae. f. Dimin. Pallad. 5, 8.

FESTVCO, aere. rectius **FISTVCO**. v. v.

FESTVCARIVS, a, um. Adi. Gell. 20, 9 extr. Idcirco Ennius
significare volens bellum, non, vt ad Praetorem solitum est, legitimis 80
actionibus, neque ex iure manu confertum, sed bello, ferroque et ve-
ra vi atque solida, quod videtur dixisse conferens vim illam civilem
et festucariam, quae verbo diceretur, non quae manu fieret, cum vi
bellica et cruenta. Respicit ad festucam s. stipulam, quam promittentes
sollemniter frangebant, a qua dicta stipulatio est. 85

FESTVS, a, um. Adi. [*ἑορταῖος, ἑορταίσιμος*] Sollemniter lae-
tum et feriatum significat, inquit Nonius 5, 18. atque ad diem pertinet.
Festi itaque dies Dis dicati, vt ait Macrobr. 1, 16, 1 in quibus vel sacrificia
diis offerebantur, vel epulae celebrabantur, vel ludi in honorem deo-
rum fiabant, vel certe feriae obseruabantur. Plaut. Aulul. 2, 8, 10 Festo 90
die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. Liu.
2, . . . His COSS. aedes Saturno dicata: Saturnalia institutus festus
di s. Festi dies vt agendi sint villico docet Colum. 11, 1, 19. Exer-
ce e quae licitum sit diebus festis disputat Idem 2, 22, 1. Add. Ma-
crob. Sat. 3, 3. Fundus utriusque Virg. Georg. 1, 268 Quippe etiam 95
festus quaedam exercere diebus Fas et iura sinunt, etc. Sunt enim
plur. Metaph. Plaut. Casin. 1, 49 Sine amabo te amari, meus
festus dies. Ter. Eun. 3, 5, 12 O festus dies hominis: amice sal-
vo. Donatus, O festus dies, Vtrum quia causa est festi ac laeti
diei? an quia ipse tantus sit, quantus est festus dies? Hoc puto, vo-
luit Grammaticus, ipsius praesentiam hoc efficere, quod solet festus dies,
bilaritatem puta, epulas, ludos etc. Sic contra ἀποφάσις, quod nomen
diem atrum, inauspicatumque significat, conuicium est in hominem, cuius
ipse occursum sit mali omnis instar defugiendus, quo praesente nihil bonae
rei sit suscipiendum etc. Add. **FESTIVITAS**. Iustin. 38, 7, 6 Ma- 105

gnam temporis partem non vt militiam, sed vt festum Diem acturos. Agere aduentus alicuius dies festos Cic. pro Sext. 131. Acti et instituti dies festi Idem pro Milon. 9. Agitantur dies festi Cic. Verr. 2, 154 c. 63. Virg. Georg. 2, 527. Agere anniuersarios dies festos Cic. Verr. 4, 107. Celebrare dies festos ludorum Idem pro Arch. 13 c. 6. Lucret. 5, 1166 Horror, Qui delubra Deum noua toto suscitatur orbe Terrarum, et festis cogit celebrare diebus. Festi atque sollempnes dies sunt aduentu redituque alicuius celebrati Cic. in Pison. 51. Festo quid potius die Neptuni faciam Hor. Od. 3, 28, 1. Tempora Institua festosque dies de nomine Phoebi Virg. Aen. 6, 69. Sub dies festos aliquid esse Cic. Q. Fratr. 2, 1. ¶ 2 Sed aliis quoque Nominibus iungitur. Arces festae Palladis Ouid. Met. 2, 712. in quibus celebrabantur festa Palladis. Aures festae uocantur Claudiano, Quae iocis, et laetis sermonibus audiendis commodantur: Sic ille de B. Get. 206 Mandemusque Noti flabris quoscumque timores Pertulimus, festae doleant ne tristibus Aures? Plin. 3, 5 de Italia loquens, Vrbs Roma, vel sola in ea, et digna tam festa ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? Choreae Ouid. Met. 8, 746. Clamor Plin. Epist. 2, 17. Lucan. 2, 369 de Caetonis et Martiae nuptiis, Non soliti iusere sales, nec more Sabino Exceptit tristis conuicia festa maritus. h. e. Ridicula disteria, et versus fescenninos atque procaces in nuptiis cantari solitos. Corona festa tegi Ouid. Met. 10, 598. Cultus Sen. Troad. 10. Dapes Horat. Epod. 9, 1. Vid. DAPS. Fronde festa uelare delubra deorum 25 Virg. Aen. 2, 249. Quinctil. 6, 3 Quin illae ipsae, quae dicta sunt, ac uocantur, quas certis diebus festae Licentiae dicere solebamus, etc. Lux Tibull. 2, 1, 29. Hor. Carm. 4, 6, 42. Pagus festus, Festa celebrans Hor. Carm. 3, 18, 11. Plin. 2, 46 Nunc uero pace tam festa, tam gaudente prouentu rerum artiumque principe, omnino nihil addisci noua inquisitione, immo ne ueterum quidem inuenta perdisci. 30 Ouid. Met. 2, 795. Conf. Burm. ad Grat. 487. Ritus festi laetique Tacit. Hist. 5, 5 extr. Tempus Hor. Epist. 2, 1, 140. Compar. Claud. Conf. Hon. 3, 3 Festior annus eat. Superl. Festissimi dies, apud Vopisc. in Tacit. c. 11. ¶ 3 Est etiam cognomen Romanum, ut illius, qui Paulum Apostolum audiit, ut Pompeii Festi, quo saepe utimur etc.

FESTVM, i. n. [ἐορτή, πανήγυρις, τελετή] Sollemne festum Ouid. Fast. 2, 247. Annua festa celebrare Idem Met. 10, 431. Casta Ouid. Amor. 2, 13, 3. Coniugialia Idem Met. 5, 3. Florale 40 Ouid. Fast. 4, 947. Al. Florale sacrum. Stat. Silu. 2 vlt. 90 O nunquam data festa longa summis, i. gaudia, res secundas. Matralia Ouid. Fast. 6, 533. vid. Matralia, in MATER. Palilia Ouid. Met. 14, 774. vid. PARILIA. Quinquatria Hor. Epist. 2, 2, 197. vid. QVINQVATRIA. Terminalia Hor. Epod. 2, 59. vid. TERMINALIA. 45 De Festis ancillarum, Cybeles, Fortunae, Iani, Vestae, Vindemiarum, Virtutis atque Honoris, vid. Lex. Pitisc. Agere festum genialiter Ouid. Met. 11, 95. Celebrare festum Idem ibid. 4, 113. Parare festa alicui Ouid. Fast. 2, 247. Studium puerile fatiscit, Laeta nisi austeris mutantur festa profestis Aufon. Eidyll. 4, 9. 50 FESTIVO, are. Onom. Festiuo, ἐορτάζω. Quidam Lucretio tribuunt, sed non occurrit.

FESTIUVS, a, um. Adi. [εὐφροσύνη, εὐεργής, τερπνός] Iucundum et lepidum significat. Ter. Adolph. 5, 9, 26 O mi pater festiuissime. Cic. Verr. 3, 29 Quid isto festiuus fore arbitramur, qui, 55 etc. Add. Id. Fam. 6, 4. Acroama Cic. Verr. 4, 49. Plin. Epist. 2, 17 Quibus paruula, sed festiua area includitur. Ter. Adolph. 2, 3, 8 Quid sit? illius opera Syre nunc uiuo, festiuum Caput. Libris me delecto, quorum habeo Antii festiuam Copiam Cic. Att. 2, 6. Dies festiuus mox dabitur ex Donato vid. FESTIUITAS. Filius Cic. 60 pro Flacco 91. Homo Idem de Orat. 2, 277. Plaut. Pseud. 5, 1, 9 Ita magnis munditiis digni habiti, atque Loco festiuo festiue accepti sumus. Et Mil. 2, 1, 5 Nunc qua assedistis causa in festiuo Loco Comoediai. Ludi Plaut. Casin. 4, 1, 2. Puer Cic. Att. 1, 12. Idem Off. 1, 108 De Graecis autem dulcem et facetum, festiuoque sermonis. 65 Compar. Titulum festiuorem excogitasse Plin. praef. Op. Superl. Plaut. Epid. 5, 1, 17 Vsque ab unguiculo ad capillum summum est festiuissima. Aristophanes, homo festiuissimus Gell. praef. Op. Id est festiuissimum, quod adiicit orator Quinctil. 6, 3.

FESTIUITAS, atis. f. [εὐφροσύνη] Iucunditas et laetitia quaedam in dictis. Plaut. Capt. 4, 1, 3 Ludum, iocum, festiuitatem, ferias, pompam, coniungit. Idem Casin. 3, 3, 14 Quid agis mea festiuitas? Ter. Eun. 5, 9, 18 An fortunam collaudem, etc. an mei patris festiuitatem et facilitatem? Festiuitas (ait Donatus) in dictis, 75 Facilitas uero in animo et factis. Festiuitatem, laetitiam: ut Festiuus dies est. Cic. de Clar. Orat. 177 Festiuitate igitur et facetiis, etc. Festiuitas, splendor, concinnitudo in oratore Cic. de Inuent. 1, 25. Perpetua Idem de Orat. 2, 210. Abuti insolentius festiuitatibus Cic. in Orat. 176. Imaginem antiquae et uernaculae festiuitatis in aliquo agnoscere Idem Fam. 9, 15. Festiuitate, et uenustate coniuncta uis dicendi Cic. de Orat. 1, 243. Sermonis festiuitatem debet habere narratio Auct. ad Heren. 1, 13 c. 8.

FESTIUE, Adu. [τερπνός] Cic. Q. Fratr. 2, 15 Quamquam a te actam fabellam uideo esse festiue, nullo modo probauit. Contexitur 85 festiue crimen Cic. pro Deior. 19. Dicere belle et festiue Idem de Orat. 3, 100 c. 26. Dissoluere festiue aliquid Cic. de Diuin. 2, 35. Tradit festiue elementa loquendi Dialectica Cic. Acad. 4, 92 Superl. Gell. 9, 15 extr. Atque ibi Iulianus, festiuissime, Nolite quaerere, inquit. Idem 13, 4 Olympiadem festiuissime rescripsisse legimus Alexandro.

FESTIUITER, Adu. antiquum pro Festiue. Naeuius Geminis, O domus parata pulchrae familiae festiuiter. Ex Nonio 11, 10. Hoc imprimis delectatus est Gellius: vid. 1, 2 et 22. 18, 8 etc.

95 F E T

FETIALIS, ita enim, non FECIALIS esse scribendum, uel Graeci libri suadent, in quibus Fetiales [εἰρηνοδίκαι, εἰρηνοποιοί, aut ἀποφοροί] etiam, Φετιάδες, Φητιάδες, uel Φητιάδιοι dicuntur: uel etymologia a fando, cum sint oratores quidam, fari sollempnia uerba inter gentes iussi. Interim Fecialis est in libris plerisque: et retentum quoque in Liuio Drakenborch. Neque audiendus hic est Festus, Fetiales a feriendo dicti, apud hos enim belli pacisque faciendae ius est. Neque etymon probabile, et male res ipsa finita, nisi facere bellum aut pacem ad solam 105 formulam et signa externa referamus. Audiamus potius Non. 12, 43 Fetiales

tiales apud veteres Romanos erant, qui sancto legatorum officio ab his, qui aduersum Populum Rom. vi, aut rapinis, aut iniuriis hostiliter commouerant, pignora facto federe iure repetebant: nec bella indicebantur, quae tamen pia vocabant, priusquam quid fuisset fetialibus denuntiatum. Varro de Vit. Pop. Rom. 2 Itaque bella et tarde, et magna licentia (*h. e. Mercerio interprete, valde licite: al. nulla licentia*) suscipiebant, quod bellum nullum, nisi pium, putabant geri oportere. Prius indicerent bellum iis, a quibus iniurias factas sciebant, *fetiales* legatos res repetitum mittebant quatuor, quos *oratores* vocabant. Idem 3 Si cuius legati violati essent, qui id fecissent, quamuis nobiles essent, vti dederentur ciuitati, statuerunt, fetialesque viginti, qui de his rebus cognoscerent, iudicarunt, et statuerent, constituerunt. *Reliqua docet Liuius, vt de origine 1, 32 de Anco Martio, Vt* — a se bellicae caerimoniae proderentur; nec gererentur solum, sed etiam indicerentur bella aliquo ritu, ius ab antiqua gente Aequicolis, quod nunc Fetiales habent, descripsit, quo res repetuntur. *Deinde ordinem totum rei gerendae explicat. Sic 4, 30 Fetiales prius mittendos ad res repetendas censuere* — Missi fetiales: nec eorum cum more patrum iurati repeterent res, verba sunt audita. *Sic 7, 6. 9, 16 etc. Multa etiam illorum mentio in Caudina pace. Liu. 20, 9, 5 Consules* — negarunt — fedus fieri posse sine fetialibus, caerimoniaque alia sollemni — vbi precatione res transigitur, per quem populum fiat, quo minus legibus dictis stetur, vt eum ita Iupiter feriat, quemadmodum a fetialibus porcus feriat. *Tum c. 10 ubi dedendis sponsonis Caudinae auctoribus sermo est, Praegressi exercitum* 25 Fetiales, vbi ad portam Samnitium venire, vestem detrahi pacis sponsonibus iubent — A. Cornelius Aruina fetialis ita verba fecit — quo Populus Rom. scelere impio sit solutus, hosce homines vobis dedo. Haec dicenti Fetiali Postumius (*COS. modo deditus*) genu femur quanta maxime poterat vi, perculit, et clara voce ait, se Samnitum ciuem esse, illum legatum fetialem a se contra ius gentium violatum; eo iustius bellum gesturos. *Ita Fetiales iubentur ire ad fedus ferendum* 30, 43. *Liu. 31, 8 Consulti Fetiales a Consule Sulpicio, bellum quod indiceretur regi Philippo vtrum ipsi vtique nuntiari iuberent, an satis esset, in finibus regni, quod proximum praesidium esset,* 35 eo nunciari? Fetiales decreuerunt, vtrum eorum fecisset, recte facturum. *Liu. 36, 3 Consul ex Senatusconsulto ad Collegium Fetalium retulit, Iptine vtique regi Antiocho indiceretur bellum, an ad praesidium nunciaretur? et num Aetolis quoque separatim iudici iuberent bellum? et num prius societas eis et amicitia renuncianda esset, quam* 40 bellum indicendum? Fetiales responderunt etc. *De Fetalibus Pop. Rom. est libellus Io. Iensii, pars illius fercoli literarii, tum dissertationes Io. Dan. Ritteri Lips. 1732. et F. C. Conradi Helmst. 1734.*

FETIALIS, vel FECIALIS, e. Adi. *Liu. 9, 11 Hoc fide, hoc federibus, hoc fetialibus caerimoniis dignum erat. Cic. Offic. 1 c. 11* 45 Belli quidem aequitas sanctissime fetiali Pop. Rom. iure perscripta est. *Et 3 c. 29 Aduersus quem totum ius fetiale et multa sunt iura communia. Iura fetialia vocat Seru. ad Aen. 7, 695. et 10, 14. Val. Max. de nom. rat. n. 10 Ab Aequicolis recitant Sertorem Resium, qui primus ius fetiale instituit.* 50

F E V

FEVDVM, forte hic quaeret aliquis: cum Latinum, a Fide deductum quibusdam putetur verbum, quam hi, qui vassalli appellantur, hoc est, quasi coloni, ei, a quo praedium accipiunt, dant, se pro illius salute 55 vitam, si res postulet, et sanguinem profusuros. Quam consuetudinem Franciscus Connanus ab antiquis Gallis deductam existimat, de quibus Caesar B. G. 3, 22 scribens, dicit eos, qui opibus valerent, multos habuisse deuotos, quos secum in bellum ducerent, *soldurios* sua lingua nuncupatos: quorum haec erat conditio, vt omnibus in vita commo- 60 dis vna cum his fruerentur, quorum se amicitiae dedidissent. Quod si quid his per vim accidisset, aut eundem casum ferrent ipsi, aut mortem sibi consciscerent. *Vossius de Vit. L. L. 1, 7 hanc Gothicam vocem nominat, eamque tolerari posse scribit: quatenus nempe res ipsa, antiquis incognita, suo nomine signanda est. Sed hoc non agimus. Ha-* 65 *beant sibi sua Feuda ICTI.*

FEVDALIS, e. Et

FEVDATARIVS, a, um. Adi. *Apud Iurisconf.*

FEX, vid. FAEX.

F I et F I B

FI, Imperatiuus ex Fio: sed rarus. *Plaut. Curc. 1, 1, 87 Fi mihi obsequens. Et paullo post, Fite mihi volentes propitiae. Horat. Serm. 2, 5, 38* — Fi cognitor ipse.

FI, FI: *Vocula, qua foetidos abigimus, quam Pareus dat etiam Plauto Casin. 3, 3, 7 Fi, fi, foetet tuus mihi sermo; pro eo quod est in Gron. ei, ei. Fi vel Fv esse abominantis foetorem, apparet ex obsceno Ausonii Epigrammate 128, 9. Vid. FVE.*

FIBER, fibri. m. [*κασωρ*] *Animal in Ponto: sic dictum ab extremis oris annuum quas colit, et vbi maxime solet videri. Plin. 8, 30* 80 *f. 47 postquam egit de hyaena mares sibi natos castrante, Eadem partes sibi ipsi Pontici amputant fibri, periculo urgente, ob hoc se peti gnari: castoreum id vocant medici, alias animal horrendi morfus, arbores iuxta flumina vt ferro caedit. Homini parte comprehensa, non ante quam fracta concreperint ossa, morfus resoluit. Cauda piscium* 85 *iis, caetera species lutrae. Vtrumque aquaticum, vtrique mollior pluma pilus. Vid. CASTOR. Sil. 15, 490 Enatat intento praedae fiber auius hoste. Festus, Fiber, Genus bestiae quadrupes. Plautus Sic me subes quotidie, quasi fiber salicem: quo nomine extremae fluminis orae appellantur. Vnde et fibras iecinorum, et fimbrias* 90 *vestimentorum dicimus. Haec conueniunt cum loco Varronis, quem mox dabimus in FIBRA.*

FIBRINVS, a, um. Adi. [*κασόριος*] *Plin. 17, 28 Fibrina pelle deterunt. Sic 32, 9.*

FIBRA, ae. f. [*ίβρον, λωβός*] *Extrema fluminum ora, quasi Fini-* 95 *bra: item Iecoris et cordis et cuiuscunque visceris extremae partes, Fibrae dicuntur. Eliciunt hoc viri docti e Festi l. c. in FIBER: quibus consonant ista Varron. de L. L. 4, 13 p. 22 pr. Fiber, ab extrema ora fluminis dextra et sinistra maxime quod solet videri: et antiqui Fibrum dicebant extremum; vnde et in toga extrema, Fimbriae, et in ieco-* 100 *re extremum, Fibra: hinc Fiber dictus. Scaliger, Coniect. ad h. l. Vt, inquit, a cerno cribrum, a facio faber, a tunico tuber, — Sic a finio fiber extremus etc. Fibra igitur fuerit pars, extrema respectu totius, sed vasculosa tamen, et adhuc composita, carni, stirpiumque. Sed si licet post Varronem et Scaligeros Vossiosque conari aliquid, videba-* 105

tur mihi Fibrum, Fibramque et Fimbriam nomina accepisse non a fini-
endo, sed a findendo, ac notare animal illud caedendis et findendis lignis
nobile; tum Fissum illud iecoris, quam propriam appellationem esse, de-
inde apparebit, sub FINDO; quemadmodum in omni fibra alia fissum
 5 *quiddam intelligi, docet inductio: de Fimbria res manifesta, et super-*
est vestigium consonantis extritae. Nec illud omittendum, I in Fimo vix
posse corripri, in Findo tantum positione longum, quod Praeteritum Fidi
indicat. Iam in Fibro primam esse breuem, vidimus ex Sil. 15, 490. In
 10 *Fibra posse corripri, idoneus auctor Manil. 1, 92 Consultare fibras, et*
rumpere vocibus angues. Mihi quidem certum est Fibram et Fimbriam
esse fissum quiddam; quidquid etiam de Fibro aliquis sentiat. ¶ 2
Est ergo Fibra pars altera aut pulmonis, quos lobos vocant medici.
Virg. Aen. 6, 600 de Tityo, cuius iecur tondet vultur, Nec fibris re-
 15 *quies datur vlla renatis. Cels. 4, 1 Pulmo spongiosus, ideoque spi-*
ritus capax, et a tergo spinae ipsi iunctus, in duas fibras vngulaebu-
lulae modo diuiditur. Praesertim in extispicio haec vox usurpatur:
vid. Brouckbus. ad Tib. 2, 1, 26 Viden vt felicibus extis Significet pla-
 20 *cidios nuntia fibra Deos. et Drakenborch. ad Sil. 3, 344 Fibrarum et*
pennae diuinarumque sagacem Flammaram. Oudend. ad Lucan. 1,
623 Pulmonis anbeli Fibra latet. In extis fibra quid valeat Cic. de
Diuin. 1, 16. Venae calentes fibrarum Lucan. 1, 588. Fibras li-
 25 *tantes Id. 6, 524. Pecudum fibrae Virg. Aen. 10, 176. Conscia*
deorum Tibul. 1, 8, 3. Vid. Brouckh. Minaces Virg. Georg. 1, 484.
 ¶ 3 *Longius deinde progressi Fibras dixere Cor etiam, et musculosas par-*
tes alias, quatenus et illae sunt fissiles. Quod latet arcana non enar-
 30 *rabile fibra Perf. Sat. 5, 29. i. corde, vt explicat Casaub. qui tamen ad*
1, 25 p. 76 de iecore accepit, quod et ipsum sedes affectuum. Sed ad
1, 47 Nec enim mihi cornea fibra de sensu gloriae, cor potissimum affi-
ciente interpretatur, et Sidonii corda cornea fibrasque glaciales hinc
 35 *esse, ait. Pellucens numerare in pectore Ouid. Met. 6, 391. Plin.*
11, 37 Murium iecusculis fibrae ad numerum lunae in mense congruere
dicuntur, totidemque inueniri, quotum lumen eius sit. Quin Cael.
Aurel. 3, 18, 184 de muliebri verendo, Externas vero partes per lati-
 40 *tudinem lanis conteginus, vel cataplasmatum, et vtrique fibrae cucur-*
bitas infigimus. Intelligit ea, quae vulgo vocantur labia. ¶ 4
Denique quidquid finditur a natura Fibra est. Cato. R. R. 70. et
Colum. 6, 10, 2 Porri fibra non est folium, sed capitulum vnum, bulbos
 45 *vnus cum sua herba, de illo velut caespite plurium ex se inuicem enatorum*
ablatum: quas Cato in vlpico et allio spicas vocat. Sed ideo non
minus fibrae sunt minuta quoque germina foliorum. Nam Colum. 11, 3, 21
 50 *Cum ternas fibras emiserunt spicae vlpici. Et 11, 2, 9 Cum fibra-*
rum quatuor esse coeperunt frumenta. Et 2, 12, 4 Triticum et ado-
reum, cum quatuor fibras habere coeperint — recte sarriuntur.
 45 *Hinc Fibras etiam dicuntur minutae radices arborum, herbarumque extre-*
ma velut fila. Plin. 17, 10 de arborum sationibus ait solum eligi oportere
quam minime rimosum, ne penetrans sol exurat fibras. Virg.
 50 *Georg. 1, 120 — Et amarum intuba fibris. Cic. de Senect. 51 c. 15*
Herbescens viriditas nixa fibris stirpium sensim adolescit. Idem Tusc.
 55 *3, 13 c. 6 Radicum fibras euellere. Sed Col. 12, 54, 1 Mediam fi-*
bram rapi gustato, si receperit salem: haec est fibra manu facta: nam
iusserat vasa ferramento lunato decussatim incidi, quo facto formatum
est corpus vnum et continens quatuor fibrarum. Denique Mela 2, 3, 39
 60 *Peloponnesos ob sinus et promuntoria, queis, vt fibris litora eius in-*
cisa sunt, — platani folio simillima. Nihil enim opus est Pintia-
 55 *ni emendatione fimbriis: cum res cognatae valde sint Fibra et*
Fimbria. v. v.

FIBRĀTVS, a, um. Adj. [*ἰνωτός*] Fibrata radix ceparum modo Plin. 25, 5. Idem 27, 12 Radix digitali crassitudine, multis capillamentis fibrata.

FIBRENVS, i. m. Fluii nomen apud Cic. de Legib. 2, 6 Qui in Lirem praecipitat. Idem ibid. 1. In Fibreno flumine insula. al. Fibrinus.

FIBVLA, ac. f. [*πέδιον, πέδιλον*] Quiddam stringit ac connectit. Est enim velut Figibula quaedam, qua confixae partes vestimentorum, vel aliarum rerum, continentur vel perpetuo, vel ad usum temporarium. Ac prima quidem nobilissimaque videtur Fibula vestiaria, quae primo acuo modo vel spina constabat; deinde aliud aliudque corpus adiunctum, quod illam sustineret, circulare, semicirculare, vel cuiuscunque figurae. Hic enim, vt in Lucernis, incredibilem artis fabrilis fecunditatem, et velut luxuriam, deprehendimus: quum magna vis earum fibularum superfit, quam oculis qui subiicere volunt, adire possunt Smetiorum antiquitates Noviomagenses p. 81 sqq. et Io. Rhodii de Acia dissertationem, qua simul vniuersa Fibulae ratio explicatur, p. 62 sqq. edit. posterioris, quibus facile fuit addere plures Montefalconio. Multa passim Salmasius ad Hist. Augustam etc. Nos iam loca antiquorum adferemus. In Gloss. antiq. *πέδιον*, et *πέδιλον*, et *πέδιλα* exponitur. Virg. Aen. 4, 139 Aurea purpuream subnectit fibula vestem. Plin. 33, 1 Fabricam etiam deum fibulas, et alia muliebris cultus, sicut in aures, in primordio factitasse, tradit Homerus. Idem 19, 31 Fibulae sunt, quibus pectus feminarum ornatur, vel pallium tenetur, viris in humeris, ceu cingulum in lumbis. Plin. 33, 3 pr. M. Bruti in Philippicis campis (scriptae) epistolae reperiuntur frementes, fibulas Tribunicias ex auro geri: nempe quibus saga et chlamydas connecterent. Sed Aurelianus permisit gregariis. Vid. Vopisc. c. 46. Tertull. de Pallio c. 1 Pallium extrinsecus habitus, — ab utroque laterum regeatus, et ceruicibus circumstrictus, in fibulae morsu humeris acquiescebat. Vid. Salmas. ad b. l. p. 116. Quinctil. 6, 3, 58 Sarmentus Iunium, hominem nigrum, et macrum et pandum, fibulam ferream dixit. Rafilis huic summam mordebat fibula vestem Ouid. Met. 8, 318. Tereti gemma fibula Virg. Aen. 5, 313. Fibulis aureis donabantur antiquitus milites. Liu. 39, 31 Quintius alter Praetor suos equites catellis ac fibulis donauit. Vid. Idem 27, 19. Conf. Hugo de Mil. Equestr. 5, 1. Columel. 6, 5, 5 Aenea fibula pars auriculae latissima circumscribitur, ita vt manente sanguine, tanquam O literae, ductus appareat orbiculus. Sic libri quidam; et sane habet omnis fibula vestiaria acum, qua hoc fieri possit. Sed recte tamen al. Aenea subula. ¶ 2 Notabiles etiam Fibulae, quibus vubera contrahuntur: quo in genere cum etiam sit Acia: hinc factum, vt Acia Celsi fibulae etiam explicandae occasionem praerberet Rhodio, vt vidimus. Cels. 5, 26 de glutinatione vulnerum, Si vero in carne vulnus est, hiatque, neque in vnum orae facile attrahuntur: futura quidem aliena est: imponendae vero fibulae sunt (*ἀγκυρας* Graeci nominant) quae oras contrahunt, quo minus lata postea cicatrix sit. Idem 7, 4, 1 Dein fibula oris cutis inicienda est, eique glutinantia medicamenta superdanda sunt. Sic Fibulis arctata pars Scribon. 206. Sic Veget. 2, 15, 1 Impositis fibulis consues palpebram

bram foris versus. *Et 2, 31 Si iumento lingua fuerit incisa, statim cum fibulis confuio. Add. 1, 22, 6. et 2, 22, 6. ubi reponendum videtur fibulam dabis, pro fistulam.* ¶ 3 *Architectonica fibula etiam frequens est, quo nomine comprehendendi videntur primo clauis, tum aliae copulae, subscudes, ancorae, securiculae, quacunq; figura denique ligna, quibus colligantur et firmantur, figunturque adeo ligna maiora. Tales sunt Fibulae in apparatu Trapeti et Torcularis Caton. R. R. 3, 5. et c. 12. Fibulae iligineae, ulmeae, nucuae, ficulneae ibid. c. 31, 1. Hae fibulae Catonis nihil aliud videntur quam clauis, ut fibula prima vestiaria nihil aliud quam acus: quod etiam vidit Popma de instrum. fundi c. 9. Vitruu. 1, 5 Tum in crassitudine eius, perpetuae taleae oleagineae vstulatae quam creberrime instruantur, vti vtraeque muri frontes inter se (quemadmodum fibulis) his taleis colligatae, aeternam habeant firmitatem. Vitruu. 10, 2 Tigna tria ad onerum magnitudinem ratione expediuntur, et a capite fibula coniuncta, et in imo diuaticata eriguntur funibus in capitibus collocatis, et iis item circa dispositis erecta retinentur. Fibulis tigna coniuncta Caes. B. Gall. 4, 17. Vid. Lips. Poliorc. 2, 5. et Turneb. Aduers. 8, 6. et 25, 20. Hinc Metaph. Tertull. adu. Hermog. c. 27 Nam et AVTEM ipsum, velut fibula coniunctivae particulae ad connexum narrationi oppositum est. Idem de Resurr. Carn. 40 Ita vocabulum Homo confertarum duarum substantiarum quodammodo fibula est, sub quo vocabulo non possunt esse nisi cohaerentes.* ¶ 4 *Peculiaris Fibula vsui fuit ad reprimendum coitum. Cels. 7, 25, 3 Infibulare adolescentulos, interdum valetudinis causa quidam consueverunt, eiusque haec ratio est. Cutis, quae super glandem est, extenditur, notaturque vtrinque a lateribus atramento, qua perforetur, deinde remittitur. Si super glandem notae reuertuntur, ninis apprehensum est, et vltra notari debet: si glans ab his libera est, is locus idoneus fibulae est. Tum qua notae sunt, cutis acu filum ducente transfuitur, eiusque filii capita inter se deligantur, quotidieque id mouetur, donec circa foramina cicatriculae fiant. Vbi hae confirmatae exemto filo fibula additur, quae quo leuior, eo melior est. Haec Celsus conf. Vlit. ad Nemes. 93. Ferrar. de Re Vestiar. part. 2, 1, 16 seq. vel Smet. in Antiq. Neomag. p. 81. Erat autem haec fibula, Annulus tenuissimus vel aureus, vel argenteus, vel aeneus, qui praeputio sicut docuit Celsus perforato inferebatur. Iuuenal. Sat. 6, 73 de mulierum histrones amantium impudicitia, Soluitur his magno comoedi fibula. Rursus ibid. 378 Si gaudet cantu, nullius fibula durat Vocem vendentis Praetoribus. Conf. Vet. Scholiast. Mart. 14, 215 Dic mihi simpliciter comoedis et citharoedis Fibula quid praestat? carius vt futuant. Nec solum Annulus erat haec fibula, sed Subligaculum quoque, quo histrones utebantur tum ad inguina tegenda, tum vt a coitu cobiberentur, ne vox eorum ob coitum raucesceret. Martial. 7, 81*

Menophili penem tam grandis fibula vestit,

Vt sit comoedis omnibus vna satis.

Hunc ego credideram (nam saepe lauamur in vno)

Sollicitum voci parcere Flacce suae.

Dum ludit media populo spectante palaestra,

Delapsa est misero fibula: verpus erat.

Verpus, i. Iudaeus recutitus, proinde volebat inspicere. Hinc Metaph. Fibulam carni imponere Tertull. de Monogam. Fibulam laxare deliciis Id. de Cor. Mil. 11. Tert. de Pudic. 16 Bonum est homini mulierem non contingere — Huius boni fibulam quis nesciat illum (Paulum) inuitum relaxasse? Quid est, quare apud Poetas salacissimus Iupiter desierit liberos tollere? Vtrum sexagenarius factus est, et illi lex Papia fibulam imposuit Sen. ap. Lactant. 1, 16.

FIBLA, pro Fibula. Cocto fiblas tolles Apic. 8, 7. Vid. INFIBVLO.

FIBVLO, ãre. [*περονόω*] Coniungere. Columel. 1, 6, 13 Omnesque parietum et soli iuncturae testaceis puluinis fibulantur. Cogitemus cylindrum formari ex mortario illo testaceo: eum cylindrum in longitudinem aequabiliter decussari: orientur velut prismata, quorum duo latera ad angulum rectum iuncta, tertium latus inflexum sit in arcum illius anguli. Hi baculi, hi puluini, ipsis parietum ad perpendicularum iunctorum commissuris applicati, et rimas omnes ibi excludunt, et vtrumque parietem velut fibulant et continent.

FIBLO, as. scribitur Apic. 8, 7 Porcellum imple, fiblabis. Vid. INFIBVLO.

FIBVLATIO, ònis. f. Vitruu. 10, 3.

FIBVLATVS, a, um. Pallia fibulata Vopisc. in Prob. c. 4.

FIBVLATORIVS, vel FIBLATORIVS, a, um. Adi. Quod fibula stringitur. Saga fibulatoria Treb. Poll. in Regillan. Tyrann. p. 276 Hack. al. Fiblatoria. Gloss. Gr. Lat. absolute *πίστη*, Fibulatorium, pro ipsa fibula.

F I C

FICANA, [*Φικανὰ*] Oppidum in Latio, Romae propinquum, de quo Plin. 3, 5.

FICARIA, FICARIVS, FICATVM, vid. FICVS.

FICEDVLA, ae. f. [*συκαλὴς, μελαγκόρυφος*] Auis a ficu sic dicta: quod ea, ut inquit Varro de L. L. 4, 11 ficu pinguis fiat. Gell. 19, 8 Hi negant vllam auem praeter ficedulam totam comesse oportere. Conf. Gell. 15, 8. Martial. 13, 49 Quum me ficus alat, quum pascar dulcibus vuis: Cur potius nomen non dedit vna mihi? Plin. 10, 29 Alia ratio ficedulis. Nam formam simul coloremque mutant. Hoc nomen nonnisi Autumno habent, postea Melancoryphi vocantur. Martial. 13, 5 Cerea quae patulo lucet ficedula lumbo, i. flaua pinguedine. Quo loco secunda syllaba producitur, quam tamen Iuuen. Sat. 14, 9 corripit, Mergere ficedulas didicit nebulone parente. Vid. Pictisc. in Suet. c. 42 n. 6. Add. Plin. 10, 29. Petron. 33 in coena Trimalchionis factitia pauonis oua inferuntur ex farina pingui figurata, de quibus Enculpius, Ego quidem paene proieci partem meam: nam videbatur mihi iam in pullum coisse. Deinde, vt audiui veterem coniuuam: hic nescio quid boni debet esse! persecutus putamen manu, pinguisissimam ficedulam inueni piperato vitello circumdatam.

FICEDVLENSES ficticii milites Plautini Captiu. 1, 2, 60 quos ille Turdetanis similes finxit et Placentinis, vt non Turdi modo et Placentiae saluam mouerent auditoribus, sed Ficedulae etiam, forte cum quadam ad Ficolenses, vel Ficelias allusione. Habemus magnam vim talium nominum, quae vt *γεωργουφάμενα* Parasitica tabulas totas implent.

FICELIAE, arum. f. Pl. Locus in monte Quirinali, ubi habitabat Nepos vicinus Martialis: qui 6, 27 sic scribit, Bis vicine Nepos, nam tu quoque proxima Florae Incolis, et veteres tu quoque Ficelias. Conf. Donat. de Urb. Rom. 3, 15. Nardin. Rom. vet. 4, 9.

FICOLEA, Palus ficulneus. Festus.

FICOLENSES, Quartae regionis Italiae Populi Plin. 3, 4.

FICTE, FICTILIS, FICTOR, vid. FINGO.

FICVS, secundae vel quartae Decl. f. [φυκῆ, αῦκον] Arbor ficus fe-

rens. Cato R. R. 40 Ulmos, Ficos, poma, oleas seri oportet —

Ficos, oleas, mala, pira, vites inseri oportet. c. 41 Ficorum et malorum insitio. — Oleae et ficorum insitio. c. 42 Quod genus ficos aut oleam esse voles, inde librum scalpro eximito, alterum librum cum gemma de eo fico, quod genus esse voles, eximito etc.

Sic omnes sine varietate. Secundum haec aut hic ficus dixit Cato, aut hoc ficum, ut hoc malum: quod nusquam, puto, observatum est.

Falsa autem plane est Capri observatio p. 2248 Putsch. Ficus non ficos, nec ficibus sed ficis. Plin. 16, 26 Fructum perdunt facillime ante maturitatem, palma, ficus, amygdala, malus, pyrus. Idem 16, 31

Quidam breuitate radicum celerius senescere arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices longissimae, et senectus ocissima. Iuuenal. Sat. 10, 145 — Ad quae Discutienda valent sterilis mala robora fici. Cic. de Orat. 2, 278 Cui quum quidam familiaris quereretur, quod dixerat vxorem suam suspendisse se de ficu. De

ficibus suspendit Varro ap. Charif. 1 p. 74 extr. Densissima pomis

Ouid. Fast. 2, 253. Ruminalis, vid. h. v. ¶ 2 Ficus, fructus, secundae etiam Decl. et quartae, Fem. similiter gen. Lucil. ap. Charif. l. c. Fici comeduntur et vuae. Plin. 15, 18 E reliquo genere pomorum ficus amplissima est. Nota, pomorum genere comprehendi ficos. Sed teste Macrobio Sat. 2, 16 Ficum tanquam non pomum fecerni a pomis apud idoneos reperimus, laudaturque ibi Afranius, itemque Cicero. Martial. 7, 70 Ficus non habet vnus ager. Hor. Epod. 16, 46 Suamque pulla ficus ornat arborem. Varr. de R. R. 1, 41 Fici semen naturale intus in ea fico quam edimus. Et paullo post,

Tum enim resticulas per ficos, quas edimus, maturas perferunt, et eas, quum inauerint, complicant. Ficum, pro fructu, Masc. gen. probant nonnulli ex Macrobio 2, 16 Grossi appellantur fici, qui non maturefcunt, hos Graeci dicunt ελύθρας. Mattius, In millibus tot ficorum non videbitis grossum. Sic etiam Gron. Sed al. quae. Lucil.

apud Non. 4, 124 Sicuti cum primus (sic Merc. al. primas) ficus propola recentis Protulit, et pretio ingenti dat primitu' paucos. Sic omnes. Laudatur etiam Plinius 16, 25 In ficis mirabiles sunt et abortiu', qui nunquam maturefcunt. Sed a duobus amplius saeculis legitur abortus, ne mentione quidem alterius lectionis facta. Cic. pro Flacc.

¶ 41 Homini enim Phrygi qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti. Varro R. R. 1, 41, 4 Fici semen naturale in ea fico, quam edimus: quae sunt minuta grana etc. — Resticulas per ficos quas edimus maturas perferunt. Ex fici tantulo grano terra tantos truncos ramosque procreat Cic. de Senect. 52. Aridae ficus Plaut. Rud. 3, 4, 59. Arida pinguis ficus Scribon. 66. Aridae ficus decoctae aqua 190. Assiduas ficos Lucilii laudat Charif. 1 p. 74. Ficus anus, vid. ANVS. Dulciferae fici lactantes vbere toto Ennius ap. Charif. 1 p. 103. Pingues Hor. Serm. 2, 8, 88. Ficos biferas, noue dixit Suet. in August. c. 76 pro Fructu arboris biferae, de qua vid. Torrent. ad l. d. et Turneb. Aduers. 18, 4. Ficorum genera, nomina, epitheta ex Plinio, rusticis, Macrobio ordine referre longum est. Solus Plinius 15, 18 Nouem et viginti genera refert. Videri potest Lexicon nostrum rusticum h. v. ¶ 3 Ficus morbus intestini recti extremi, ab attritu nimio orti v. g. in equitatione, de quo Martial. 14, 86 cuius lemma. Ephippium, Stragula succincti venator fume veredi, Nam solet a nudo surgere ficus equo. Inprimis vero morbus cinaedorum et pathicorum: quare non modo laboranti hoc morbo conuicium facere solet Martialis, sed etiam familiam talem aut pueros tales habenti. Vid. FICVS n. 4 et 5. FICOSVS item, et FICETVM.

¶ Add. Zavottus de Medica Martialis tractat. p. 379 sq. Marcellus Empir. c. 31 p. 389 A Ad ficos, qui in locis verecundioribus nascuntur. Ad hunc morbum non pertinet proprie, sed illi tamen declarando inseruit Celf. 6, 3 Est etiam vlcus, quod a fici similitudine, Graecis ούκωσις nominatur. Caro excrescit, et id quidem generale est. Sub eo vero duae species sunt, Altera vlcus durum et rotundum est, altera humidum et inaequale. Ex duro, exiguum quiddam et glutinosum exit: ex humido, plus et mali odoris. Fit vero vtrumque in his partibus, quae pilis conteguntur. Sed id quidem quod callosum et rotundum est maxime, in barba: Id vero quod humidum, praecipue in capillo.

¶ 4 Ficus etiam dicitur, qui illo morbo laborat, ficosus. Horat. Sat. 1, 8, 47 in ridicula narratione ex persona Priapi, Nam displosa sonat quantum vesica, pepedi Diffissa nate ficus: tanta vehementia displosam a se dicit eum, quem sphinctera vocant medici, ut inde finderetur podex, et ex ea laesione ficus s. marisca oreretur: diffissa nate ficus factus est Priapus. Ficus est non modo arbor, quae ficus habet, sed etiam homo, qui ficos habet. Martial. 4, 52 Gestari iunctis nisi desinis, Aedylo (Hedylo) capris, Qui modo ficus eras, mox caprificus eris. Vetus lemma, In Aedylo fico laborantem. Hinc Id. 12, 33 Vt pueros emeret Labienus, vendidit hortos, Nil nisi ficetum nunc Labienus habet. Multae arbores fici ficetum sunt.

¶ 5 Valde exercuit Ficus Grammaticos veteres et novos, cum de Genere et Declinatione disputarint a Martialis inde temporibus, cuius est hoc epigramma 1, 66

Cum dixi, ficus, rides quasi barbara verba,
Et dici ficos, Caeciliane, iubes.

Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci,
Dicemus ficos, Caeciliane, tuos.

Infinutum fuerit omnia huc referre, quae de hoc ipso loco disputata sunt ab antiquis et recentioribus, e. g. Charifio 1 p. 103. Prisciano 6 p. 713.

Valla Eleg. 4, 1. In quibus multus est Raderus. Itaque haec modo monemus: primo lectionem, quam dedimus, esse omnium suffragiis certam, praeter Ramiresii, qui Ficus etiam v. 4 vult legi, et in hoc reprehendi Caecilianum, qui ficos tantum dici secunda Declinatione putarit. Deinde Pronomen tuos quibusdam non videri adiectiue adiunctum ad ficos, ut inde possit probari, quod facit Priscianus, ficos pro morbo esse generis Masculini: verum hoc velle Martialem, Si omnino Fici tibi ita probantur, dicemus Ficos eos, qui tuae libidinis fructum tulere morbum illum ficosum, tuos homines, tuos pullos etc. Placuit hoc iam Charifio 1 p. 103 cum dicit, in eo versu esse ελύθρας. Reliqua disputatio cum tota ad exempla et auctoritates redeat, in quibus satis fuimus copiosi; hic supersedere ea longiore possumus. Ficum arborem et fructum tutius Feminino genere, fructum insuper Declinatione secunda, Ficum morbum Masculino, et secunda Declinatione adhibere malim: sed secus facientes facile tulerō.

FICVLA, ae. f. Dimin. [φυκίδιον] Parua ficus. Laudatur Plaut. Stich. 5, 4, 8 Hoc conuiuium est pro opibus nostris, satis commodule nucibus,

nucibus, fabulis, ficulis, etc. *Etiam* Poen. 5, 2, 45 legit *Acidalius*, *Ficulas*, *fauulas* (fabulas) ait se aduexisse et nuces. *Sed Gronou. retinuit Ligulas* *canalis* ait etc. *Ficulus autem plane, puto, auctorem non habet.*

FICĒTVM, i. n. [*συκῶν*] *Locus ficis confitus.* Varro 1, 41 *Ficusque densa materia non est, ideo sequitur calidiorē: quod fit, ut in locis frigidis ficeta fieri non possint.* Martial. 12, 33 *Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.* *Vid. FICVS n. 4.*

FICĀRIVS, a, um. Adi. [*συκοφάγος*] Plin. 11, 35 *Ficarios culices caprificus generat.* Cato c. 48 *Eo farmenta aut ficarias crates imponito, quae frigus arceant et solem.*

¶ 2 *Ficarii fauni ponuntur a Vulg. Interprete Ierem. 50, 39 ubi Graeci ἰνδάλματα habent aut Φαρμάματα.* Hieron. in Ies. 13, 21 *Pilosos Vulgati interpretatur vel incubones vel satyros, siluestres quosdam homines, quos non nulli Faunos ficarios vocant.* Isid. Gloss. *Ficarius, Faunus.* Et 15

Orig. 8 *extr. Quem vulgo incubonem vocant, hunc Romani Faunum ficarium dicunt, ad quem Horatius dicit, Faune Nympharum fugientium amator etc.* Hunc alii Satyrum vocant. *Vid. quae more suo de his Bochart. Hieroz. 2, 6, 6 qui c. 7 de Pilosis et Satyris agit.*

FICARIA, ae. f. [*συκῶν*] *Ficetum.* Pallad. 4, 10 *Aliqui inter ficarias caprifici arborem ferunt.* ¶ 2 *Insula Sardiniae propinqua Plin. 3, 7.*

FICĀTVM, i. n. [*συκωτόν*] *Iecur aprugnum, aut suillum arida ficu saginatum.* Gloss. Isid. *Ficatum quod Graeci συκωτόν vocant.* Papias, *Ficatum, iecur.* *Nempe paulatim ipsum iecinoris nomen factum est, quod Hispanorum Higado, Italarumque Fegato et Foie Gallorum hodie indicat.* Plin. 8, 51 *de suibus, Adhibetur et ars iecori feminarum, sicut anserum, inuentum M. Apicii, fico Carica saginatis ac satie, necatis repente mulsi potu dato.* *Sic Harduinus. Alii saginatis, ac satie necatis.* Marcell. Empir. c. 22 *Ficatum lupi integrum lauri foliis inuolues.* Apic. 7, 3 *inter Sumen et Offellas, medio loco ponit Ficatum, eique oenogarum parare docet, itemque inuolues ait in omento et in craticula assas.* *Reliqua dabit Reinesf. Var. Lect. 3, 4 p. 394. Salm. ad Solin. p. 343 aF.*

FICITAS, ātis. f. dictum ut Oliuitas; i. *Fructus fici.* Naeuius, *Ficitores omnes cupiunt ficitatem, merx est sine molestia.* Ex Nonio 2, 317.

FICITOR, ōris. m. [*συκοφίλος*] *Ficorum mercator, aut cultor certe.* Naeuius l. c. *Ficitores omnes cupiunt ficitatem.*

FICOSVS, a, um. Adi. *Vlceribus, quae fici vocantur, plenus.* 40 Martial. 7, 70 *Ficosa est vxor, ficosus et ipse maritus.* *Superl. in Priapeis Carin. 50 Ficosissima me puella ludit.*

FICVLNVS, a, um. Adi. [*συκινός*] *Quod est arboris fici, aut ex fico arbore.* Hor. Serin. 1, 8 *princ. ex Persona Priapi, Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.* *Machaera ficulna, Praesidium ficulnum, prouerbio Graecorum dicuntur pro Infirmis atque inutilibus.* *Ficus enim mollis est planta, et ligna eius nullius vsus.* *Vid. Mich. Apost. Prou. Cent. 17, 79.*

FICVLNEVS, a, um. Adi. [*σύνικος*] *Idem quod Ficulnus.* Plin. 15, 28 *Sunt et ficulnei caules. Legitur et Ficulni.* Cato R. R. c. 31 *Fibulae vnde fiant aridae iligneae, vlneae, nucuae, ficulnae.* *Sic Varro de R. R. 3, 16 Ficulnea ligna.* *Arbor Columel. 5, 11. Cacumina Pallad. Mart. c. 10.*

FICVLNEA, ae. f. *Vetus Latinorum oppidum, a Tarquinio Prisco captum.* Liu. 1, 38. *Hinc*

FICVLNENSIS, e. Adi. *Incola eiusdem.* *Via Ficulnensis olim dicta, post Numentana ad sacrum montem ducens.* Liu. 10, 3. *et 3, 52 pr. Cic. Att. 12, 34. al. Ficulensis.*

F I D

FIDEICOMMISSVM, **FIDEIVBEO**, **FIDEIVSSOR**, *vid. FIDES, Fidei.*

FIDELIA, ae. f. *Vas fictile, seruandis liquidis et salgami aptum.* *Samium vas ad vsus plurimos vocat Non. 15, 5.* Perf. 3, 73 *Disce, nec iniudeas, quod multa fidelia putet, In locuplete penu: de salgami dono datis.* Colum. 12, 10, 4 *Pira — in fictili picata fidelia componito.* Et 12, 7, 3 *de simili re, Ut ius vsque in summum labrum fideliae perueniat.* *Plant. Aul. 4, 2, 15 Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.* *Columel. 12, 38, 1 In fictili fidelia sicco loco reponuntur baccae myrti siccatae.* *Perf. 3, 22 Sonat vitium percussa, maligne Respondet viridi non cocta fidelia limo.* *Tumet alba fidelia vino Perf. 5, 183. Columel. 12, 56 Medullam eius concisam in fideliam vitream, vel nouam fictilem conicito, et adicito ius: de olere atro.* *Curio ad Cic. Fam. 7, 29 Sed, amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere: sine eum errare, et putare me virum bonum esse, nec solere duo parietes de eadem fidelia dealbare: i. duobus imputare, quod vni debetur solidum, ut si faber de fidelia calcis quam praebuit Titius dealbare velit etiam parietem Maeuii.*

FIDELIS, etc. *vid. FIDES, ei.*

FIDĒNA, ae. f. et **FIDĒNAE**, arum. Plur. *Vrbs Latinorum mediterranea in Sabinis, olim colonia Romana.* Liu. 4, 17 *princ. Prima Syllaba anceps est.* *Virg. Aen. 6, 773 Hi tibi Nomentum, et Gabios, urbemque Fidenam.* *Iuuen. Sat. 6, 57 Viuat Fidenis, et agello cedo paterno.* *Propert. 4, 1, 36 Hac vbi Fidenas longe erat ire, vta.* *Hor. Epist. 1, 11, 8 Gabiis desertior atque Fidenis vicus.* *Et moment Grammatici a Virgilio corripit Syllabam natura longam.*

FIDĒNAS, ātis. Adi. *Fidenas bellum, id scil. Quod inter Romanos et Fidenates fuit.* Liu. 1, 15. *Fidenas etiam Cognomen L. Sergii Liu. 4, 17. Fidenates, Populi Plin. 3, 12. Liu. 4, 31.*

FIDENTIA, *vid. FIDES, ei.*

FĪDES, ēi. f. *pen. antiquis etiam producta. [πίστις] Nomen latissimae significationis, quam ita licebit, puto, comprehendere Fides est persuasio, et quidquid illam efficit. Itaque interdum est ipsa illa conuentia et non repugnantia dictorum, cogitationum, factorum, actiones et virtus eorum, quos fideles dicimus; interdum assensus, quem adhibemus rei tanquam probabili, qui si temerarius est, vocatur credulitas; interdum speciatim persuasio de homine, cui credendum putamus; interdum argumentum, quo planum facere vel persuadere aliquid conamur; non nunquam fauorem et auxilium adeo eius, ad quem confugimus, cui nos dedimus, credimusque: apud Christianos sic vocatur vel totus ille sensus rerum diuinarum, a quo dicuntur fideles; vel speciatim illa fiducia ex diuinis promissionibus concepta etc. Deriuatur merito a πίστις Graecorum, quod cum πίστις habeat Futurum secundum, inde reddi potest ratio, cur fido, fidus, infidus etc. habeant longam penultimam, fides autem et perfidus etc. breuem. Non igitur veram etymologiam attulit, sed Stoice*

- Iuste* Cic. Off. 1, 23 c. 7 Dictorum conuentorumque constantia et veritas. Ex quo (quanquam hoc videbitur fortasse cuiusdam durius, tamen vt audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, vnde verba sint ducta) credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem.
- 5 Ter. Andr. 5, 2, 16 Tristis seueritas inest in vultu, atque in verbis fides. *i. ἀξιοπιστία, πιστὰ λόγος, auctoritas, cui credatur.* Sic Fidei causa Sallust. Iugurth. 85, 29. *i. ad auctoritatem conciliandam.* Lucret. 5, 103 Via qua munita fidei, *penult. producta.* Fide pro Fidei, apud Hor. Carm. 3, 7, 4 Thyna merce beatum, Constantis iuuenem fide
- 10 Gygen. Vid. Heins. et Burm. ad Ouid. Met. 3, 341. Ad fidem, vid. AD. Apud te nulla mihi fides est Plaut. Amph. 2, 1, 5. At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum. *Add. Phorm. 5, 3, 25.* Cum fide, *i. fideliter* Colum. 1, 7, 7. Cum certa fide Id. 3, 2, 29. Ex fide idem Plin. Ep. 9, 14 pr. Supra fidem et opinionem Scribon.
- 15 Ep. . . Quid est tam Extra fidem? Sen. Ep. 92. In fide manere, *vid. mox* Manere in fide n. 3. In fide alterius esse Cic. Fam. 13, 66. *i. in clientela, patrocinio.* *Add. pro Rosc. Am. 160.* Et pro Planc. 97 Dyrhachium, quod erat in fide mea, petere contendit. Et ad Q. Fr. 2, 14 Est ex municipio Atellano, quod scis esse in
- 20 nostra fide. In fidem alicuius venire Liu. 10, . . Absonum fidei, *vid. ABSONVS.* Tacit. Hist. 3, 57 Neque fidei Constantis, neque strenuus in perfidia. Lapsus fidei, *vid. LABOR Verbum.* Stat. Silu. 1, 2, 164 Quis morum fideique Modus? *quam diu lugendo fidem probabis erga maritum defunctum?* Obstinatio fidei, *in bonam partem, pro Obfirmatione.* Tacit. Hist. 3, 39 Blaeso super claritatem natalium, et elegantiam morum, fidei obstinatio fuit. Lucret. 5, 103
- 25 Vt sit, vbi insolitam rem apportes auribus ante,
Nec tamen hanc possis oculorum subdere visu,
Nec iacere indu manus, Via qua munita fidei
- 30 Proxima fert humanum in pectus, templeaque mentis.
- Cic. de Senect. 1 Licet enim verbis iisdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium Ille vir haud magna cum re, sed plenu' fidei: *Hexameter Ennii, quo describit S. Aelium Paetum.* Praeclarus fidei Tacit. Ann. 4, 34. Sinister fidei, *Perfidus* Sil. 11, . . Breuitatis
- 35 promissae fides admonet, quanto omnia transcursum dicenda sint Vell. 2, 55, 1. *i. studium seruandi promissum.* Causarum fides Quinctil. 1, 8, 10. *argumentum probabile.* Proh Deum atque hominum fidem! *vox admirantium et testes Deos atque homines facientium, v. g. Ter. Andr. 1, 5, 2 et 11. et ibi Bentl.* Quinct. 1, 6, 18 monet, Fidem Deum dici, non
- 40 Deorum. Iudicis fides et religio Cic. pro Rosc. Com. 45. Probationum fides Quinctil. 4 Pr. 6. *argumenta probantia.* Segetis certa fides Hor. Od. 3, 16, 30. *fertilitas agri reddentis cum fenore semina.* Plin. Paneg. 32, 4. *Burm. ad Petron. c. 117.* Hor. Od. 3, 16, 30. Solutionis fides Plin. Epist. 8, 2 *debitum cum fide solutum.* Tabu-
- 45 larum fides, *i. Auctoritas, quo modo accipitur in titulo* De fide instrumentorum, Cic. pro Arch. 9 Quum Appii tabulae negligentius asseruatae dicerentur, Gabinii, quamdiu incolumis fuit leuitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem resignasset, *i. ἀξιοπιστία.* Testimoniorum fides et religio Cic. pro Flacc. 9. Idem
- 50 pro Arch. 8 Adest Vir summa auctoritate, et religione, et fide, L. Lucullus, qui, etc. Fides est iustitia in rebus creditis Cic. in Partit. 78. Constantia promissi et fides Idem Att. 4, 16. Ter. Andr. 1, 1, 7 Nihil isthac opus est arte ad hanc rem quam paro, sed his quas semper in te intellexi sitas, fide et taciturnitate, *i. fideli cura*
- 55 *mandati.* Fides et fiducia Plaut. Trin. 1, 2, 80. Fides, *sinceritas, nihil ficti habens.* Plin. Pan. 23, 6 Iteraturus gaudii fidem, vbi nulla necessitas gaudendi est. Fides pro Fidei formula scripto comprehensa. Hilar. ad Constant. Imp. Periculosum nobis admodum atque
- 60 *Epitheta:* Ennius apud Cic. Off. 3, 104 O fides Alma, apta pinnis, et iusiurandum Iouis: *de Dea Fide, sed pertinet tamen etiam ad virtutem.* Ambigua, *vid. AMBIGVVS.* Ambulans male Petron. c. 12. Caes. B. C. 3, 1 Quum fides tota Italia esset Angustior, neque
- 65 *et Dolus malus, contraria* Cic. in Topic. 66. *Sed de Bona Fide plura dedimus in BONVS.* Cana Virg. Aen. 1, 296. *per Propoioeian i. antiqua, qualis apud maiores.* Certa segetis *vid. n. 1.* Clauda Sil. 13, 33. Contumax etiam aduersus tormenta, seruorum fides Tacit. Hist. 1, 3: Difficillima est grauissimi cuiusque sceleris fides
- 70 Quinctil. 4, 3, 6. *i. difficillime probatur et creditur.* Dubia Ouid. Epist. 19, 200. Tacit. Hist. 4, 23 Et Fluxa seruitorum fides, ac fortuita belli sperabantur! Graeca fide mercari Plaut. Asin. 1, 3, 47. *i. praesenti pecunia.* Vid. Scal. Lect. Aufon. 2, 7. Voss. Instit. Orat. 1 p. 186. Turn. 4, 13. et 12, 18. Illibata Firmic. in praef. 7. In-
- 75 columis Liu. 6, . . Impolluta Sil. 13, 679. Incorrupta fides, nudaque veritas Hor. Carm. 1, 24, 7. Integra Quinctil. 5, 7, 2. Liquida, *vid. Liquidus in LIQVOR.* Longa tenaxque Ouid. Amor. 2, 6, 14. Manifesta Virg. Aen. 2, 309. *omnibus iam patefcit.* Sic Liu. 6, 13 extr. Magna auum Ouid. Fast. 4, 814. Magna cum
- 80 fide Plaut. Trin. 4, 4, 3. Maxima rerum, verborumque fides tibi Virg. Aen. 9, 280. *i. nihil tibi non arcani committam, nihil non agendum mandem.* Mea fide, *Vox intercedentis et pro alio spondentis.* Plaut. Pseud. 1, 3, 81 Fac hoc, quod te rogamus Ballio mea fide, si isti formidas credere. Cic. in Pison. 59 Quum accepta pecunia a Dyrhachinis ob necem hospitis tui Platonis, eius ipsius domum euertisti, cuius sanguinem addixeras, eumque seruis symphoniacis et aliis muneribus acceptis, timentem et multum dubitantem confirmasti, et Thessalonicam fide Tua venire iussisti. Idem Fam. 13, 29 Cures vt
- 85 *satisdetur fide mea.* Mira fides! Stat. *passim in admiratione.* Vid. Sil. 4, 4, 81. *et ibi Barth.* Sensus est, *res mira, sed vera tamen.* *Add. n. 3* Miranda fides. Muliebris, *vid. MVLIER.* Nota fide celeberrimus Stat. Achil. 2, 61. Nuda, *i. Non fucata* Valer. Argon. 5, 498. Tacit. Hist. 5, 5 Et quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, etc. Optima et spectatissima alicuius Cic. pro
- 90 Flacc. 62. Parua, Perennis, Perpetua, *vid. bb. vv.* Prodigiosa arcani, perlucidior vitro Hor. Carm. 1, 18, 16. Prodigiosa Iuuen. Sat. 13, 62. Publica fides, *quam promittit populus, qualis intelligitur* Liu. 38, 33 pr. Quos nominatim Philopoemen depoposcerat, ipsi se ituros professi sunt, fide accepta ab legatis, vim abfuturam, donec causam
- 100 dixissent. Sallust. in Catil. 48 Is quum se diceret indicaturum de coniuratione, si fides Publica data esset, iussus a Consule, quae sciret, edicere: eadem fere quae Vulturcius de itinere hostium, etc. Idem ib. 47, 1 Primo fingere, alia dissimulare de coniuratione. Post, vbi fide Publica dicere iussus est, omnia, vti gesta erant, aperit. Idem
- 105 Iug. 35 Comes eius qui Romam fide Publica venerat. Vid. Sall. Iug.

32 seq. Cic. Catil. 3 c. 3. Pura Ouid. Amor. 1, 3, 6. *i. Simplex et incorrupta.* Rara, albo velata panno Hor. Carin. 1, 35, 21. *Protopoëia.* Sancta Sen. Octau. 7. Sincera Claud. in Epithal. Pallad. 92. Ouid. Amor. 2, 6, 14. Plena fuit vobis omni concordia vita: Et stetit ad finem longa Tenaxque fides. Stat fides, *quum integra et incorrupta manet: contra, violata iacere dicitur.* Timida Ouid. Met. 9, 791. Tuta nusquam Virg. Aen. 4, 373. Vana Virg. Aen. 4, 12. ¶ 3 *Verborum formulae:* Cic. pro Flacc. 83 Ita scitote iudices, esse caetera, vel quod ait Luceius, L. Flaccum sibi dare cupisse, ut a fide se Abduceret, festertium vicies. *vid. AB-DVCO.* Abiit fides, Abhorret a fide, Abrogare fidem, *vid. hb. vv.* Tacit. Hist. 4, 60 Querente sane civile, et increpante Germanos, tanquam fidem per se Abrumperent. Tacit. Hist. 2, 60 Et Vitellius credidit de perfidia, et fidem Absoluit: *Credidit perfidiam fuisse, quod casui tribuendum erat, et fidem Othoni praestitam, quae alioquin crimen erat apud Vitellium, imprudens absoluit.* Liu. 38, 31 *extr.* Orarentque eum, ut veniret in Peloponnesum, ad urbem Lacedaemonem in fidem ditionemque Populi Romani Accipiendam. Accepta fide, *vid. Fide publica.* Accipere aliquem in fidem suam, *i. tutelam* Cic. pro Arch. 31. Accipe daque fidem Virg. Aen. 8, 150. 20 Acquirere fidem Cic. in Catil. 2, 18. Addictam pretio habere fidem, *vid. ADDICO.* Tacit. de German. 3 Ex ingenio suo quisque demat vel addat fidem. Addere fidem dictis Ouid. Epist. 21, 136. Adhibenda fides somniantium visis non est Cic. de Diuin. 2, 122 c. 59. *Sed editur hodie habenda. Vid. ADHIBEO.* Ita Recentiores v. c. 25 Sulp. Seuer. de Vita Mart. c. 1 et 11 et 23. Sed Plauto Rud. 4, 2 *idem est, quod Vti fide, fidelem esse. Vid. Vorst. de Lat. mer. susp. p. 146.* Adimere fidem, *vid. ADIMO.* Adiungere fidem et auctoritatem rebus commenticiis nullam debemus Cic. de Diuin. 2, 113. *vid. ADIVNGO.* Admittere fidem, *i. credere.* Claud. in Eutrop. 2, 70. *vid. 30 ADMITTO.* Afferre fidem alicui rei, *pro Fidem facere, et facere, ut aliquis credat et existimet.* Plin. 9, 18 Omnibus his fidem, Nili inundatio affert, omnia excedente miraculo. Afferre fidem dubiis Quinctil. 5, 10. Afferre fidem et auctoritatem oratori Cic. in Orat. 120. Affecta Tacit. Hist. 3, 65. *pro laesa, non integra, quemadmodum Lilius dixit res affectas 6, . . Vid. AFFECTVS.* Afflicta Tacit. Hist. 1, 88 *eadem quae Affecta.* Vlpian. in l. quoties tutor §. sicut autem D. de administratione et periculo tutorum, etc. Nec enim prohibentur tutores bonam fidem Agnoscere. Alligare fidem iure iurando Sen. Troad. 611. Alternant spesque timorque fidem, *b. e. Va-40 riant credulitatem et incertam faciunt* Ouid. Epist. 6, 38. Appellet fides tantum auctores, *b. e. Fides sit penes auctores* Plin. 28, 1. Astringere fidem suam, Promittere fidem, *inquit* Donatus: Ter. Eun. 1, 2, 22 Verum heus tu, lege hac tibi meam Astringo fidem. Quinctil. 6, 6 Matri, cuius filium premebat auctoritas, fidem Abstulit. Ca-45 pere in fidem deuictas bello nationes Cic. Off. 1, 35 c. 13. *Sed legitur bis recipere. Capiunt vix fidem maiora monstra veris, i. Vix creduntur* Sen. Troad. 168. Carere fide, *vid. CAREO.* Carent fide verba Ouid. Epist. 2, 26. Ille Deum fidem clamitans Apul. Met. 8 p. 209, 26. *i. testes illos aduocans.* Cogere fidem Sen. de Benef. 2, 15. 50 Culta Valer. Argon. 1, 838. *Vid. COLO.* Commendare aliquem fidei alterius. *Vid. COMMENDO.* Cic. pro Flacc. 62 Optima et spectatissima fidei alicuius salutem urbis et civium Commendare. Committere fidei alicuius, et eius potestati permittere Cic. pro Font. 30. Commissa sunt iura fidei magistratum Id. Off. 1, 124. Com-55 mittere se in fidem, *vel fidei alicuius, vid. COMMITTO.* Commutare fidem pecunia, *vid. COMMVTO.* Concedere fide optima aliquid Cic. pro Rosc. Amer. 144. Id. pro L. Man. 19 c. 7 Tum quum in Asia res magnas permulti amiserunt, scimus Romae solutione impedita fidem Concidisse: *de his, qui iam versuram facere non possunt.* Con-60 ferre se in fidem alicuius, *vid. CONFERO.* Cic. pro Rosc. Amer. 93 Nam quum multos veteres a maioribus Roscii patronos hospitesque haberent, omnes eos colere atque obseruare destiterunt, ac se in Chryfogoni fidem ac clientelam Contulerunt, *i. in patrocini-65 um.* Confirmat omnem sibi fidem sensibus oratio nostra, *i. in-65 corruptis atque integris testibus* Cic. de Fin. 1, 71. *Opposita:* Quinct. 5, 7 Aliter enim oraculorum, aliter aruspicum, augurum, coniectorum, mathematicorum fides Confirmari aut refelli potest. Confugere ad alicuius fidem, *vid. CONFUGIO.* Conseruare fidem, *vid. CONSERVO.* Constitit fides, *Certum est et probatum* Colu-70 mel. 3, 6 Sed vbi plurium velut emeritis annorum stipendiis fides furoculo Constitit, nihil dubitandum est de fecunditate. Constringi fidem religione potius, quam veritate Graeci noluerunt Cic. pro Corn. Balb. 12. Idem pro Cael. 21 Ideo vobis quoque vos causam putare esse iustam, alieno dolori potius, quam vestrae fidei Consulendi, *i. 75 iusiurandum iudiciale, et religionem seruandi: conscientiam vulgo hic vocamus.* Consumere fidem, *vid. CONSUMO.* Cic. pro Flacc. 46 c. 20 Pecuniam sumsit mutuam a Sextio Sola, qui tamen Credit P. Fuluii Veratii lectissimi hominis fide. Gruter. Fidei, *eadem sententia.* Curare fidem suam, *vid. CVRO.* Debet fidem Quinct. 80 5, 10. *i. fidelis esse debet.* Liu. 34, 11 Potuisse se extra id periculum esse, si decedere fide, si coniurare cum caeteris voluissent. *vid. DECEDO.* Decipi fide alicuius ac potius perfidia Cic. pro Rosc. Amer. 110. Deficere eos fides nuper coepit, res iam pridem Idem in Catil. 2, 10. *i. nemo iam credit illis pecuniam.* Demere fidem Tacit. de German. 3. Deine fidem in falso crimine Ouid. Amor. 2, 2, 38. Derogare fidem Cic. pro Font. 13. Id. Philipp. 13, 42 c. 19 Omitto alia: fidem Dolabellae sanctissimi viri Deserere homo pius non potest, *i. a promissis illi datis discedere.* Quinctil. 5, 7 Per quae non a se tantum dictis Detrahat fidem, sed caeteris quoque, qui profuerant, auferat auctoritatem. Dissidet a veri fide illa fama Ouid. Fast. 3, 662. Ter. Eun. 5, 9, 30 Do fidem ita futurum, *i. Iuro, confirmo, spondeo, inquit* Donatus. *vid. DO.* Dare fidem alicui Cic. de Fin. 2, 65. Nulla fides, quae infideli Data sit Idem Off. 3, 102. *Add. Nep. 2, 8, 4. et 14, 10, 1.* Dasque negasque fide ambigua Ouid. 95 Amor. 2, 9, 50. Dare fidem et violare, et in ea non stare Cic. pro Rabir. perduel. reo 28. Idem Fam. 1, 9 Pompeii fides, quam de me Caesari Dederat, *tanquam sponsor, et fideiussor.* Cic. in Catil. 3, 8 Introduxi Vulturium sine Gallis: fidem ei publicam iussu Senatus Dedi: hortatus sum, ut ea, quae sciret, sine timore indicaret: *pro-100 misi impunitatem. Sed* Plin. Pan. 74, 3 Dabat vocibus nostris fidem apud optimum principem, quod apud malos detrahebat. Dabat, *i. faciebat fidem: ut* Lucr. 5, 105 Dictis Dabit ipsa fidem res. Nunc quoque Dant verba plurima signa fidem Ouid. Fast. 2, 20. Ducere fidem ex aliquo, *quod dicunt vulgo, probabilitatem accipere.* Lucr. 2, 478. Eligere 105 fidem, *est Deponere apud hominem, quem fidelem censeas: Callistratus*

- in l. non intelligitur §. si quis palam D. de iure fisci, Tacita autem fideicommissa frequenter sic deteguntur, si proferatur chirographum, quo se cauisset is, cuius fides Eligitur, quod ad eum bonis defuncti peruenerit, restitutum. Emta Claudian. de Conf. Hon. 4, 500.
- 5 Eripere fidem alicui Ouid. Met. 15, 283. Excessitque fidem merituum summa tuorum Idem Met. 7, 283. Patere. 2, 56 pr. Caesar omnium victor, regressus in urbem (quod humanam excedat fidem) omnibus, qui contra se arma tulerant, ignouit. Exsoluere fidem Plin. Epist. 2, 12. Experiri fidem et beneuolentiam alicuius erga se
- 10 Cic. Fam. 1, 5. Explorata fides et nota per tot usus Stat. Silu. 3, 5, 44. Dictis captiuorum fides Existit Liu. 10, 34 extr. Tacit. Ann. 12, 14 At ille moriturum potius, quam fidem Exueret, clamitans. Facere alicui fidem Nep. 17, 8, 3. i. persuadere. Facere fidem causis ex sua bonitate Quinctil. 6, 2. Facit aspectus fidem iudicii sui Cic.
- 15 Acad. 4, 19. Non facit fidem nutus tuus Idem Att. 7, 8. Fac fidem te nihil nisi populi utilitatem quaerere Cic. de L. Agr. 2, 22. Idem Philipp. 13, 42 ex epistola Antonii, Mihi quidem constat, nec meam contumeliam, nec meorum ferre: nec deserere partes, quas Pompeius odiuit, nec veteranos sedibus suis moueri pati, nec singulos ad cruciatum trahi, nec Fallere fidem, quam dedi Dolabellae. Fallere fidem hosti datam Cic. Off. 1, 39. Tacit. de German. 39 Fides antiquitatis religione Firmatur. Frangere fidem, perfidiosum et nefarium est Cic. pro Rosc. Com. 16 c. 6. Ter. Eun. 1, 2, 59 Ait, si fidem Habeat, se iri praepositum tibi apud me. Vbi
- 25 Donatus: Si fidem habeat, Si credere cogatur, i. Si credat. Vnde Fideiussor dicitur, h. e. Auctor credendi. Fides, hic est argumentum et causa credendi. Add. Nep. 2, 7, 2. Tacit. Ann. 13, 15 Vt proximus quisque Britannico, neque fas, neque fidem pensi Haberet, provisum erat. Ter. Andr. 3, 4, 7 Propemodum Habeo iam tibi fidem.
- 30 Cic. Verr. 5, 152. Habemus his fidem, quos plus intelligere quam nos arbitramur Cic. Off. 2, 33. Habenda etiam paruis fides Quinct. 2, 4. Plaut. Perf. 5, 2, 8 Ita miserum Toxilus me hic constituit, qui ei fidem non Habui argenti, eo mihi eas machinas molitus est. Habere auctoritatem et fidem res dicitur Cic. pro Flacc. 21. Habuit
- 35 res fidem, i. credita est Ouid. Met. 9, 705. Habet fidem Scribon. 122. i. meretur, de medicamento. Cic. Acad. 4, 58 Quasi vero non specie visa iudicentur, quae fidem nullam Habebunt, sublata veri et falsi nota. Quinctil. 4, 2 Ab aduersario quoque, quia non est in negando Habiturus fidem. Haesuraque mihi tempus in omne
- 40 fide Ouid. Trist. 3, 4, 36. i. cuius non obliuiscar. Imminuere auctoritatem et fidem alicuius Cic. de Orat. 2, 156. Impulit me fides eius in eam mentem Idem Fam. 1, 9. Plin. 10, 49 Nec Sirenes Impetraverint fidem, licet affirmet Dino, Clitarchi celebrati auctoris pater, in India esse, mulcerique, etc. i. non credetur, esse Sirenes. Im-
- 45 plere fidem peractae mortis Plin. Epist. 3, 14. Impleffe fidem omnis videbantur Tacit. Hist. 2, 78. Implorare fidem alicuius, i. auxilium: Ter. Adelph. 3, 4, 43 Illaec fidem nunc vestram Implorat, Demca. Hirt. Bell. Afr. 26. Liu. 31, 7 pr. Si Saguntinis obfessis, fidemque nostram Implorantibus impigre tulissemus opem. Idem 2, 23.
- 50 Add. Stat. apud Cic. de Natur. Deor. 1 c. 6 pr. Implorare fidem alicuius in aliquo negotio, vid. IMPLORO. Implorare fidem Quiritium Liu. 2, 23. Cic. Att. 15, 26 Ille tamen dolet, dubitans utrum morem gerat Leptae, an fidem Infirmit Silio. Infir-
- 55 mare fidem testis apud iudicem, vid. h. v. sub INFIRMVS. Inspicienda fides duro tempore Ouid. Trist. 1, 4, 25. Idem Epist. 17, 130 Tarda solet magnis rebus Inesse fides. Cic. de Clar. Orat. 89 Quae quidem vis tum maxime cognita est, cum Lusitanis a Ser. Galba Praet. contra Interpositam, ut existimabatur, fidem, interfectis. vid. INTERPONO. Conf. Cic. pro Rosc. Amer. c. 39. Sallust. in Iugurth. c. 32 pr. Haec atque alia huiuscemodi saepe dicendo, C. Mem-
- 60 mius Popul. Roman. persuadet, uti L. Cassius, qui tum Praetor erat, ad Iugurtham mitteretur, eumque Interposita fide publica Romam duceret. Inuocans nequidquam pastorum fidem, i. auxilium Liu. 1, 7. Vlpianus in l. vbi autem, D. de verborum obligation. Paul-
- 65 lus, Si filiusfamilias ita stipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua esse Iubes? Idem in l. Graece 8 §. si quis Stichum 8 D. de fideiussoribus, Si quis Stichum stipulatus, fideiussorem ita acceperit: Stichum aut decem fide tua iubes? intellig. esse, aut me. Labefactare fidem Suet. in Vespas. c. 4. Add. Liu. 6, 11 extr. Qui
- 70 fidem Laedit, oppugnat omnium commune praesidium Cic. pro S. Rosc. c. 38. Leuant multa fidem promissa, i. eleuant et imminuunt, Multa promittentibus non habetur fides Horat. Epist. 2, 2, 10. Cic. pro Flacc. 46 c. 20 Ipse tamen Fuliis satisfacit absentibus, et fidem suam Liberat. Vid. Vlpian. in l. si vero D. mandati. Locare in
- 75 fide alicuius ciuitatem Cic. Att. 6, 1. Mandare quippiam fidei alicuius, vid. in MANDO. Cic. Verr. 5, 82 Si ciuis Rom. dignus isto negotio nemo fuit, quid ciuitates, quae in amicitia fideque Pop. Rom. perpetuo Manserant? vid. MANEO. Manere in fide, et Frangere foedus, contraria Cic. pro Domo 66. Mercari Graeca fide, vid. n. 2.
- 80 Quinctil. 9, 2 Nec Meretur fidem, qui sententiae gratia iurat. Meruit fidem vetustas Lucan. 3, 406. Minuere fidem alicuius Quinctil. 5, 7. Miranda fides Stat. Silu. 1, 3, 20. ut Mira fides, n. 2. Mouere fidem acceptam parce Ouid. Fast. 4, 204. Mutare fidem, Pactum rescindere, et violare promissum Sallust. in Iugurtha . . .
- 85 vid. MVTO. Mutare fidem cum altero Ter. Phorm. 3, 2, 27. i. non stare contractu. Negata magnis sceleribus semper fides Senec. Hippol. l. 2 non facile credita. Nouauit fidem mutata fortuna Virg. Aen. 5, 604. Liu. 22, 22 Vult sibi quisque credi, et habita fides ipsam plerumque Obligat fidem, i. cui semel credidimus, illi credere
- 90 pergimus. vid. OBLIGO. Obstringere fidem suam Plin. 7, 13. Liu. . . . Haec simul iurgans, querensque, deum, hominumque fidem Obtestans. Pacta Ouid. Epist. 6, 41. Quae scelere Pacta est, scelere rumpetur fides Sen. Med. v. 55. Quinctil. 9, 4 Perdideret gratiam simplicis atque inaffectedi coloris, Perdideret fidem quoque. Plaut. Pseud. 1, 3, 142 Si tu argentum attuleris, cum illo Perdiderim fidem, i. discedam a contractu. Perit fides, vid. PEREO. Perspicere fidem, vid. PERSPICIO. Petere et dare
- 95 fidem pacis Ouid. Met. 3, 128. Porrigere fidem, et spem salutis supplici ostendere Cic. Verr. 5, 252. Praebere fidem alieni Nep. 25, 4, 4. Praestare fidem Cic. de Diuin. 2, 78. Vlpian. in l. ita autem §. Iulianus D. de administratione et periculo tutorum, Et ait Iulianus, tutores nisi bonam fidem in administratione Praestiterint, damnari debere. Praestare fidem alicui Ouid. Fast. 3, 497. Praestruere sibi
- 100 fidem Liu. 28, 42. vid. PRAESTRVO. Priuare fide aliquem Stat. Theb. 2, 425. Prodere fidem Propert. 4, 4, 87. Prodere

commiffa fidei Horat. Serm. 1, 3, 95. Promiffa fides venturi Stat. Theb. 6, 933 *certum prodigiis denuntiatum*. Vid. Barth. ad h. l. Pugnatur hinc fides, illinc fraudatio, *contraria* Cic. in Catil. 2, 25. Recipere fidem de aliquo, et eam feruare Idem Att. 2, 22. Recipere aliquem in fidem fuam, et commendatum habere Cic. Attic. 15, 15. Redde nunc pactam fidem, *i. fta promiffis* Senec. Hippol. f. 8. Renouata Lucan. 4, 204. Resignare fidem tabularum, *irritam reddere* Cic. pro Arch. 9. Rupiffent elementa fidem *foedus illud aeternum, quo velut deuincta sunt diuinitus* Claud. de Rapt. Proferp. 1, 43. Sacrata coniugii Senec. Agam. f. 2. Sequi bona fide aliquid Cic. Att. 6, 1. Sequitur verba fides Ouid. Fast. 1, 357. Vlpianus in l. 1 De reb. cred. Omnes enim contractus, quos alienam fidem Sequuti inftituimus, complectitur. *Eft etiam exemplum in l. 2 C. de bonis auctoritate iud. poffid.* Plaut. Trin. 4, 3, 41 Male fidem Seruando, illis quoque abrogant etiam fidem, qui nihil meriti. Virgil. Aen. 15, 2, 161. Seruare veritatis fidem Quinctil. 3, 8. Seruare in aliqua re fidem Cic. in Vatin. 15. Seruanda cum hofte faepe iusiurandi fides Idem Off. 3, 100. Sollicitare donis pudicam fidem Ouid. Met. 7, 720. Soluta fides morte Idem Epift. 10, 78. Spondeo fide mea futurum, vt omnia longe ampliora, quam a me praedicantur, inuenias Plin. Epift. 1, 14. Spondere fidem Ouid. Met. 10, 395. Stare in fide Cic. pro Rabir. 28. Stat fides, *vid. paulo ante* Tenax fides. Sum: Ter. Phorm. 5, 7, 11 Adhuc curauim vnum hoc quidem, vt mihi effet fides. Fides illi nuntianti fuit Liu. 1, 16 *extr.* (Si qua fides eft) Scribon. Peror. Haec eft fides? Sueton. Ner. c. 49 *exprobratio in deferentes*. Fide nulla es: *h. e. fidem faepe mutas, neque praeflas, quod polliceris* Plaut. Mil. 20. *vid. NVLLVS*. Sumere fide alicuius: *Subaud. Argentum, i. non fua, fed aliena cautione* Cic. pro Flacc. 85. *Conf. Salluft. Catil. 24, 1.* Tacit. Ann. 3, 16 Sed fide, ac virtute legatos, fe confiliis Superfuffe, *h. e. viciffa.* Cic. pro Rabir. Post. 4 Nec interea locupletare amicos vnquam fuos deftitit, mittere in negotium, dare partes, augere, fide Sufstentare, *i. fponfione.* Tenere fidem Cic. Philipp. 13, 27. Tentare fidem polliciti Ouid. Met. 11, 107. Tollere fidem, *vid. TOLLO*. Tribuere fidem testimonio alicuius Cic. pro Sulla 10. Tribuere fidem rebus, *i. auctoritatem* Idem de Diuin. 1, 5. Tueri fidem fuam, *eft Seruare illaesam famam locupletis debitoris* Cic. Att. 11, 2. Idem 11, 1 Ego in cistophoro in Asia habeo ad feftertium bis et vicies, huius pecuniae permutatione fidem noftram facile Tuebere: *nimirum praeflando, quod promiffi.* Fides enim verbum eft proprium debitorum, et faepe cum verbis translatis apte coniungitur, vt apud Caef. B. C. 3 pr. Quum fides tota Italia effet anguftior, neque creditae pecuniae foluerentur. Turbata Claudian. in Conf. Honor. 3, 63. Vacillat fides testium, *vid. VACILLO*. Vendere fidem gemmis Tibull. 1, 9, 32. Venit prona cupidis in fua vota fides Ouid. de Arte Am. 3, 674. Venire fide publica Salluft. Iugurth. c. 32. Violare fidem Lucret. 2, 465. Cic. pro Rofc. Amer. 111. Vti fide alicuius, *vid. VTOR*. Fides, *Dea: a Romanis culta.* Ennius apud Cic. Off. 3, 104 c. 29 O Fides alma apta pennis, et iusiurandum Iouis. — Quam in Capitolio vicinam Iouis O. M. maiores noftri effe voluerunt. Liu. 1, 21 Fidei follemne inftituit: ad id facrarium Flamines bigis curru arcuato vehi iuffit, manuque ad digitos vsque inuoluta rem diuinam facere: significantes fidem tutandam, fedemque eius etiam in dextris facratam effe. Cic. de Natur. Deor. c. 23 *ait* proxime a M. Aemilio Scauro; ante autem ab Atilio Calatino erat Fides confecrata. Seruius in Aeneid. 1, 296. et 8, 636 Fidei albo panno inuoluta, vel velata manu sacrificabatur: per quod ostendebatur, Fidem debere effe teftam, et fecratam: unde Horat. (Carm. 1, 35, 21 sq.) — Et albo, rara Fides colitur Velata panno. Acron vero, Albo panno, *ait*, caput velaffe eos, qui Fidei sacrificarent. Iuftitiae foror incorrupta Horat. Od. 1, 24, 6. *Add. Carm. Saec. 56 sq. Plura vid. apud Varron. de L. L. 4, 10 p. 20, 30. Sancta vocatur epitheto follemni: vid. Drakenborch. ad Sil. 2, 479.*

FIDEICOMMITTO, ere. *Interdum vno verbo coniunctim legitur.* Alterius fidei praeflandum aliquid demandare. Tertull. de Praefcr. du. Haer. c. 37 Sicut Apoftoli cauerunt, ficut fideicommitterunt, ficut adiurauerunt, ita teneo.

FIDEICOMMISSVS, a, um. Adi. [*πεντευμένος*] Libertas fideicommissa, *i. fideicommissa relicta.* Vlpianus in l. Titius D. de actionibus emti, Titius quum decederet, Seiae Stichum, Pamphilum, Arefcufam per fideicommissum reliquit: eiusque fidei commisit, vt omnes ad libertatem post annum perduceret, etc. Heres eadem mancipia Sempronio vendidit, nulla commemoratione fideicommissae libertatis facta, etc.

FIDEICOMMISSVM, i. n. [*πεντευμένον*] Species est dispositionis vltimae alicuius voluntatis: qua precatur heredem aut alium dare, aut facere aliquid, quod nunc per omnia legato exaequatum est Vlpian. in l. 1 D. de Legat. 1. Petere fideicommissum Quinct. 3, 6. *Conf. Sueton. Claudian. 23, 2.* Fideicommissorum, alia singularia sunt, alia vniuersalia: Singularia sunt, quae singularum rerum sunt, veluti, *Rogo te heres, vt fundum illum Sempronio reddas, restituas.* Vniuersalia vero, totius hereditatis, veluti, *Peto a te, vt hereditatem illi meam restituas.* Vid. Icti, et in his Briffon. de Form. 7 p. 669. *Disiuncte* Hor. Serm. 1, 3, 94 — si furtum fecerit, aut si prodiderit commiffa fide. *Vbi Fide, pro Fidei dixit antique.*

FIDEICOMMISSARIVS, i. m. Cui fideicommissum relictum est. Vlpian. de Legat. 3 l. fideicommissa, Paullatim igitur admittemus, et si ex parte pecuniae rem comparauit, quam non hoc anno exegit, vt fideicommissarium priuaret fideicommissio, posse adhuc fideicommissi petitionem superesse.

FIDEICOMMISSARIVS, a, um. Adi. Hereditas l. 77 §. 24 D. de Legat. 2. Verba l. 29 D. ad Sc. Trebell.

FIDEDICTOR, oris. m. Idem, qui Fideiuffor. Augustin. Epift. 23 ad Bonifac. Quando ad Baptifmum offeruntur, pro eis parentes, tanquam fidedictores respondent. *al. Spondent.*

FIDEIŪBEO, ere. [*ἑγγυῖμαι*] Pro alio spondere, et fidem fuam interponere. Vlpianus in l. si dubitet §. filiusfamiliās D. de fideiufforibus, Filiusfamiliās pro patre poterit fideiubere, nec erit sine effectu haec fideiuffio. Idem in l. 1 D. de solutionibus. Paullus in l. de die, in princ. D. qui fatisdare cogantur, Sed nec miles, nec minor vigintiquinque annis probandi sunt: nisi hae personae in rem fuam fideiubeant, vt pro suo procuratore. Vid. Briffon. p. 574. *Salmaf. de modo vsur. c. 16.*

FIDEIŪSSIO, onis. f. [*ἑγγυή*] Iabolenus in l. sed etfi D. de fideiufforibus, Quum seruus fideiuffionis nomine obligari non possit.

FIDEIVSSOR, ōris. m. [*ἰγγυσηρής, ἀνείδοχος*] Auctor credendi, inquit, Donatus ad Ter. Eun. 1, 2, 59. *i. alium aliquid daturum, facturumve sua fide, suoque periculo promittens. Est totus Titulus Digestorum de Fideiussoribus, ubi v. g. Vlpian. l. Graece, Si quis Stichum*
 5 *stipulatur, fideiussorem ita acceperit, Stichum aut decem fide tua iubes? Add. Tit. de fideiussoribus et nominatoribus et heredibus tutorum et curatorum. Eius compositum Confideiussor, vid. suo loco. Fideiussores assidui, vid. ASSIDVVS. Fideiussor, Iurisconsultis dicitur, Qui fide ac periculo suo suadet, ut id, de quo agitur, fiat, quoniam eius euentum praestat, ut l. Lucius D. de fideiuss. Peto, des ei*
 10 *numos, fide ac periculo meo. Itaque quum has passim formulas legimus, Stichum aut decem fide tua iubes? Quantam pecuniam credidero, fide tua esse iubes, et similes, subauditur perpetuo, Isti credita. Nam Iubere, pro Velle, suadere, cupere, hic usurpatur, ut veteres in*
 15 *his locutionibus annotarunt, Iubeo te saluere: Iubeo te bono animo esse, etc. Ex Hotomano. Vid. Macrob. Sat. 5, 19 quem damus in PALICI.*

FIDEIVSSORIVS, a, um. Adi. Papinian. in l. tribus D. de usufruct. earum rerum, quae usu consu. Si coheredes ex causa fideiussoria conuenirentur. Obligatio fideiussoria l. 50 ff. de Fideiuss.

FIDEIPROMISSOR, ōris. m. Gloss. Lat. Gr. Fideipromissor, *πισιμαλεύσης.*

FĪDO, filus sum, ēre. [*ἰαθήσω, πισοῖσα*] *Fidem habere, credere, spem ponere. Plin. Epist. 8, 21, 4 Ita solemus, qui ingenio parum fidimus, satietatis periculum fugere. Virgil. Aen. 9, 378 Et fidere*
 25 *nocti. Vid. Seru. ad Aen. 7, 290. et 1, 456. et 5, 800 qui Datium modo regere, affirmat. Sed tamen Aen. 7, 290 Moliri iam tecta videt, iam fidere terra: placet Prisciano 18 p. 1185 extr. qui nempe utrumque casum probat, quod verius est. Ipse Seru. ad Aen. 11, 351 Dum Troia tentat Castra, fugae fidens, Fugae, inquit, figurate dixit, pro Fuga*
 30 *fidens. Cursu Ouid. Met. 7, 545. Pecunia Nep. 6, 3, 5. Victoria Idem 12, 1, 2. Conf. Cic. Acad. 4 c. 20. Et de Natur. Deor. 2 c. 41. Fidebo, futurum antiquum, teste Nonio 10, 36 Naeuii testimonium citante, ubi ait, Tibi quum fidebo, fidelis ero. Sed Merc. Viuebo.*

FIDENS, entis. Partic. [*ἰαθήων, ἰαθήαλευς*] Cic. de Nat. D. 1, 93 c. 33 *Istisne fidentes somniis, non modo Epicurus et Metrodorus, et Hermachus, contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, etc. Idem Att. 10, 7 Istum enim victorem magis relinquentium puto, quam victum; et dubitantem magis, quam fidentem suis rebus. Cic. Tusc. 3, 14 Qui fortis est, idem est fidens, quoniam*
 40 *confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur; ductum verbum a confidendo, quod laudis est. Qui autem est fidens, is profecto non extimescit. Animus prudentia consilioque fidens Cic. Off. 1, 81 c. 23. Animo fidenti gradi ad mortem Idem Tusc. 1, 110 c. 46. Brachiis iuuentus fidens Horat. Carm. 3, 4, 50. Fuga fidens Parthus*
 45 *Virgil. Georg. 3, 31. Puer bene sibi fidens Cic. Att. 6, 6. Praesidio fidens Horat. Epist. 1, 19, 81. Voce fidenti loqui Cic. de Diuin. 2, 64. ex Poeta. Animi fidens Virg. Aen. 2, 61. Compar. Apul. Met. 5 pr. Psyche paullo fidentior intra limen sese facit. Ammian. 16, 31 Romanus fidentior. Superl. Id. 27, 24 Fidentissimo impetu.*

FIDENTER. Adu. [*ἰαθήαλευς*] *h. e. tuto et cum fiducia. Cic. de Orat. 2, 80 Tum ille fidenter homo peritissimus confirmare, etc. Contraria: Cic. de Diuin. 2, 67 c. 31 Timide fortasse signifer euellibat, quod fidenter infixerat. Fidenter Accedere Apul. Met. 2. Agere Cic. Acad. 4, 24. Et de Fin. 2, 21 c. 7 At ille non pertinuit saneque fidenter, istis quidem ipsis verbis, inquit. Compar. Fidentius scribere alicui Cic. Attic. 6, 1. Superl. Ammian. 17, 2 Ausi omnes accedere fidentissime. Id. 19, 8 Dimicantes fidentissime. Augustin. de Vera Rel. c. 3 pr. Fidentissime dixerim.*

FIDENTIA, ae. f. [*ἰαθήος, πισοῖσθια*] Cic. Tusc. 4, 80 c. 37 *Et si fidentia, id est firma animi confisio, scientia quaedam est et opinio grauis, non temere assentiens; metus quoque est diffidentia expectati et impendentis mali. Idem de Inuent. 2, 162 c. 54 Fidentia est per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae certa cum spe collocauit.*

FIDELIS, e. Adi. [*πισός, εὐόρκος*] *Cui fides tuto adhiberi potest; vel Qui fidem seruat. Plaut. Capt. 2, 3, 79 Fac fidelis sis fideli, caue fidem fluxam geras. Cic. Fam. 4, 1 Aut si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas. Ad vetustatem fidelis, vid. AD Praep. In amicitia fidelis Cic. de Fin. 2, 81. In amicis Sallust. Cat. 9. Imperio fidelis Cic. de Arusp. Resp. 29. Officiis fidelis Idem Verr. 3, 2. Pice fidelior explendis rimis Plin. 16, 36. ¶ 2 Substantiua: Ager, vid. mox Doctrina. Amicitia fidelis Cic. de Amic. 54. Animo fideli et clementi in aliquem esse Ter. Hec. 3, 5, 22. Animo fideli in dominum feruus Cic. pro Milon. 29 c. 10. Ars, vid. mox Doctrina. Auxilia fidelissima Idem ad Brut. 16. Benevolentia Cic. Fam. 9, 16. Comprehensio fidelis et vera Idem Acad. 4, 401. Coniux Ouid. in Ibin 356. Coniux fidelissima Cic. Q. Fratr. 1, 3. Consilium fidele dare Idem pro Cluent. 85. Cura fidelior Ouid. de Arte Am. 1, 555. Desideriis iceta fidelibus Horat. Carm. 4, 5, 15. Doctrina, Domus, et Ars, et Ager etiam fidelis dici potest Cic. Fam. 16, 17. Familiaritates Graecorum parum fideles Idem Q. Fratr. 1, 1. Gratia fidelissima mihi coniunctus homo Cic. pro Milon. 76 c. 27. Intentio fidelis, pro Seria: Senec. Epist. 72 Si quidquam ex studio, et fideli Intentione laxauerint; retro eundem est. Lacrimae Ouid. Epist. 13, 127. Medicus Horat. Serm. 2, 3, 147. Mente fideli casta sis Tibull. 1, 6, 75. Monitus fidelis Ouid. Met. 13, 722. Oculis subiecta fidelibus Hor. in Arte Poët. 181. Plaut. Perf. 1, 1, 49 Obscuro te, rescuroque, Operam da hanc mihi fidelem. Pax Ouid. ex Pont. 4, 9, 77. Seruus egregie Cic. Q. Fratr. 1, 1. Silentium Horat. Carm. 3, 2, 25. Socii fideliores Cic. Att. 5, 18. Socius fidelissimus Idem pro Font. 3. Tellus fidelis filius Corn. Seu. Aetna 263. ¶ 3 Obs. Fideles, Substantiue, serui ministrisque appellantur. Cic. Fam. 4, 1 Si quem tuorum fidelium velis ad me mittas. Vet. Gloss. Fidelis, *πισός δαλος*. Conf. Taubm. ad Plaut. p. 263 v. 79. Plaut. Mil. 2, 4, 55 Nae te edepol stultitia tua paene perdidit: dum te fidelem facere hero voluisti, paene absumtus es. Nemo credit ei, nisi quem fidelem putat Cic. pro Rosc. Amer. 112. De Seruis quem habuisset fidelissimum Nep. 2, 4, 3. Fidelis, Ecclesiastice dicitur, Qui Christianus est factus. Vid. Prudent. Perist. 2, 443. et 5, 334. Fidele, pro Fideliter Idem Romano 426 Nunquam pro — principis cohortibus Aliter precabor, quam fidele vt militent. Non. 11, 25 Fidele pro fideliter: et laudat Plaut. Capt. Fac fidele, caue fidem fluxam feras. *Locus est forte idem, quem ex 2, 3, 79 dedimus n. 1 pr.**

FIDELITAS, atis. f. [*τὸ πισόν*] *Fides, virtus fidelium. Cic. Q. Fratr.*

O O O O

100 Prudent. Perist. 2, 443. et 5, 334. Fidele, pro Fideliter Idem Romano 426 Nunquam pro — principis cohortibus Aliter precabor, quam fidele vt militent. Non. 11, 25 Fidele pro fideliter: et laudat Plaut. Capt. Fac fidele, caue fidem fluxam feras. *Locus est forte idem, quem ex 2, 3, 79 dedimus n. 1 pr.*

105 **FIDELITAS**, atis. f. [*τὸ πισόν*] *Fides, virtus fidelium. Cic. Q. Fratr.*

Q. Fratr. 1, 2 Quibus in rebus etiam si fidelitas summa est, quod prorsus credo, etc. Sic Verr. 3, . . . Tanta auctoritas est in eorum hominum fidelitate. Erga patriam fidelitas Cic. Fam. 10, 17. Operam et fidelitatem alicuius desiderare Idem Fam. 16, 11. Fidelitate et benevolentia alicui satisfacere Cic. Fam. 13, 21. Amicorum fidelitate seruata alicuius vita Idem pro Planc. 71 c. 29 extr. Plin. Pan. 67, 2 Nec verendum est, ne incautos putet, si fidelitate temporum constanter vtamur, i. credamus, fideliter, bona fide nobiscum agere principem.

FIDELITER. Adiu. [πίσως] Aequae et iuste. Cic. Offic. 1, 92 10 Haec praescripta seruantem licet grauius, magnifice, animoseque vivere, atque etiam simpliciter, fideliter, et vitae hominum amice. Continere fidelius Quinctil. 10, 3 pr. Curare fideliter merces alicui Cic. Att. 15, 20. Discere fideliter artes Ouid. ex Pont. 2, 9, 47. Inaurato ibi fidelissime simulacro Plin. 33, 3. Cic. Fam. 16, 17 Sed 15 heus tu, qui πᾶσι esse meorum scriptorum soles, vnde illud tam ἀκρῶς, Valetudini fideliter inseruendo? vnde in istum locum fideliter venit? Cui verbo domicilium proprium est in officio: migrationes in alienum multae. Nam et Doctrina et Domus, et Ars, et Ager etiam fidelis dici potest; vt sit, quomodo Theophrasto placet, verecunda translatio. Monere aliquem fideliter Ouid. Epist. 15, 67. Quo fidelius ad te literae Perferantur Cic. Fam. 2, 12. Permanere constanter et fideliter in amicitia Populi Romani Liu. 33, 35. Horat. Epist. 1, 19, 70 Nec Retinent patulae commissa fideliter aures. Seruire alicui fidelius Ouid. Met. 7, 563. Valere fidelius constantiusque 25 Gell. 17, 12. Fidelissime narrare Plin. Paneg. c. 56.

FIDVS, a, um. Adiu. [πίσος] Idem, qui fidelis, fide dignus. Plin. in Paneg. 79. Virgil. Aen. 2, 281 — Spes ô fidissima Teucrûm. Cic. de Amic. 53 Quos fidos amicos habuisset, quosque infidos. Amicitiam non fidam futuram putabat Nep. 14, 8, 6. Amicus Catul. 99, 1. Liu. 25, 15 Quo vbi ventum est, coorti cum clamore equites, propere inconditam Thurinorum turbam, nec satis fido Animo vnde pugnabat stantem, extemplo in fugam auerterunt. Aures Ouid. Met. 10, 382. Coniux fidissima Idem ex Ponto 1, 4, 45. Cultor fidissimus imperii Romani Liu. 26, 32. Custos fidissima 35 Ouid. Fast. 5, 45. Cic. de Fin. 2, . . . Inest ad humanam societatem iustitiae fida custodia. Sic de Natur. Deor. 2, 158. Domus Ouid. Trist. 1, 3, 64. Ensis Virgil. Aen. 6, 524. Familiaritas Cic. Off. 2, 30. Interpres Horat. de Arte Poët. 133. Medicus Id. Epist. 1, 8, 9. Minister Ouid. Met. 2, 837. Pax fida Romanis fuit 40 cum Porsena Liu. 2, 15 extr. Pectora Ouid. Met. 9, 249. Seruus fidissimus domino Liu. 33, 28 extr. Silentia Virg. Aen. 3, 112. Sodalis Ouid. de Arte Am. 1, 752. Tacit. Ann. 5, 8 Quasi fidissimum ad Subsidiu[m] perfugisset. Terra Ouid. Met. 5, 491. Vxor fidissima Cic. Fam. 14, 4. Compar. Iustin. 16, 5, 2 Vt eos sibi fidio- 45 res redderet. Superlat. Fidissimi nostris rebus Hirt. B. Afr. c. 79.

FIDVSTVS, a, um. Adiu. A Fidus; ut a Vetus, Vetustus. Fest. FIDE, illime. Adiu. [πίσως] Cic. Fam. 2, 16 Nec me ista terrent, quae mihi a te ad timorem fidissime atque amantissime proponuntur. 50

FIDAMEN, inis. n. pro Fiducia, apud Tertull. Carm. ad Senat. 83 Corrige delictum fidamine.

FIDV CIA, ae. f. [πιστοδῆς, πιστοδία] Constantia fidem habentis: In bonum fere semper accipitur, quamuis aliquando in malum. Cum fiducia Scribon. 118. Plin. Epist. vlt. f. 10, 122 Merito habuisti 55 Secunde carissime, fiduciam animi mei. Plaut. Bacch. 3, 3, 9 Nunc propter te, tuamque prauos factus fiduciam, quia tuis assentionibus credit. Et de Natur. Deor. 3, 74. Forma fiducia decipit Ouid. Met. 8, 435. Iuris fiducia Quinctil. 4, 2. Minimae fiduciae exercitus, Cui parum feditur Liu. 8, 8. Fiducia mea, h. e. meo 60 periculo: Plaut. Poen. 5, 4, 39 Mea fiducia hercle haruspex patruelis promisit scio libertatem: quia me scit hanc amare. Fiducia mei, Idem Plin. Epist. 4 penult. Virgil. Aen. 8, 395 — Fiducia cessit Quo tibi diua mei? Liu. 25, 37 Mirabundique vnde tot hostes tam subito exorti prope deleto exercitu forent, vnde tanta audacia, tanta 65 fiducia sui victis ac fugatis, etc. Qua fiducia id facere audeam, nec quid me nunc faciam scio Ter. Andr. 3, 5, 7. Virgil. Aen. 1, 136 Tantane vos generis tenuit fiducia vestri. Idem Aen. 9, 188 Cernis, quae Rutulos habeat fiducia rerum. Fiducia, pro crimine et audacia apud veteres Seru. ad Aen. 2, 61. Non. 4, 205 laudat Sallust. 70 2 Ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur. ¶ 2

Epitheta et Verba: Audax Stat. Theb. 6, 393. Falsa formae Propert. 3, 24, 1. Magna fiducia Scribon. 118. Mendax Ouid. ex Pont. 2, 4, 31. Mutua inter se, vid. MVTVM. Nimia fiducia quantae calamitati soleat esse Nep. 16, 3, 1. Tenuis in volucris 75 fiducia cursu Stat. Theb. 5, 167. Vana pedum Ouid. Met. 10, 120. Addere fiduciam alicui, vid. ADDO. Afferre fiduciam, vid. AFFERO. Fraudare quempiam per rationem fiduciae Cic. pro Caecin. 7. Habere orationis fiduciam Quinctil. 2, 15. Idem 4, 1 Aduersarius enim fiduciam partis suae iactat. Pallens Stat. Theb. 80 6, 393. Prae se ferre fiduciam Quinctil. 5, 13. Stabilis benevolentiae fiducia in vita tyrannorum esse non potest Cic. de Amic. 2. Tangit fallax animum fiducia Ouid. Met. 11, 430. Fiducia in virtute alterius, Existimatio, quam de fide et virtute alterius habemus. Liu. 24, 5 extr. Confessorum nemo, quum diu socius consilii torqueretur, 85 aut latuit, aut fugit: tantum illis in virtute ac fide Theodori fiduciae fuit, tantumque ipsi Theodoro virium ad arcana occultanda. Facere fiducia alicuius, quod facimus Cic. Verr. 5, 175. Alicuius fiducia spoliare prouinciam Idem Verr. Act. 1, 40. Fiduciam eam diligentiae tibi habeo, vt credam te omni ratione id acturum, ne sint 90 obnoxii iniuriis Plin. Epist. 10, 82, 2. Fiducia a Spe differt, vt maior et certior. Senec. Epist. 16 Iam de te spem habeo nondum fiduciam. ¶ 3

Fiducia est contractus, quo creditur alteri sine testibus, sine certa formula, sine stipulatione, quod ille sola honestate ductus, reddat, praestet, quae in fictis praesertim mancipationibus interponebatur. Cic. pro Rosc. Com. 16 c. 6 Si qua sunt priuata iudicia summae existimationis, et paene dicam capitis, tria haec sunt, Fiducia, Tutelae, Societatis. Aequae enim perfidiosum et nefarium est, fidem frangere, quae continet vitam, etc. Idem Offic. 3, 70 c. 17 Fidei bonae nomen Scaeuola existimabat manare latissime, idque 100 versari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, etc. Similia pro Caecin. 7 c. 3. et de Natur. Deor. 3, 74 c. 30. Cic. in Topic. 42 c. 10 Si tutor fidem praestare debet, si socius, si cui mandaris, si qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Boëthius in quarto commentario Topicorum p. 813 Fiduciam accepisse dicitur cuius- 105

que res aliqua ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando reman-
cipet. Veluti si quis tempus dubium timens, amico potentiori fun-
dum mancipet, reddituro quum tempus illud dubium praeterierit.
Cic. pro Flacc. 51 c. 21 Pecuniam adolescentulo grandi fenore, fi-
ducia tamen accepta, occupasti. Hanc fiduciam commissam tibi te-
nes hodie ac possides. Eum tu testem spe recuperandi suadi paterni
venire ad testimonium dicendum coegisti. Pecuniam (inquit) fe-
neraticiam a te sumsit adolescens, ob eamque fundum fiduciam dedit,
i. Fiduciaria mancipationis tradidit, ea conditione, vt reciperet fun-
dum, soluto die dicta aere alieno; plane perderet, si non solueretur. Hunc
fundum, hanc fiduciam commissam dicebat, vero an falso, possessor: recu-
perare studebat debitor. Exemplum eius rei praebet Liu. 32, 38 Philippus
cum acie decernendum videret — de Argis sollicitus, optimum ra-
tus Nabidi eam — velut fiduciarium dare, vt victori sibi restitu-
eret; si quid aduersi accidisset, ipse haberet. Deinde c. 39 pr.
Posteaquam in potestate (Nabidis) Argiuorum ciuitas erat, nihil eius
memor tyrannus, a quo eam ciuitatem, et quam in conditionem acce-
pisset, etc. ¶ 4 Ex l. c. Cic. pro Flacco iam apparet, Fi-
duciam quoque vocari pignus, vel hypothecam. Illud sollemne est ICTis,
v. g. Iul. Paul. Sent. 2, 13 §. 1 Debitor, distractis fiduciis a creditore,
aduersus eum habeat actionem. §. 3 Debitor creditori fiduciam ven-
dere non potest, etc. §. 6 Si creditor rem fiduciae datam, vni ex
heredibus, vel extraneo legauerit, aduersus omnes heredes actio fidu-
ciae competit. Isid. Etym. 5, 21 Pignus manente apud debitorem do-
minio nudam possessionem transferebat: per Fiduciam vero res ali-
qua mutuae pecuniae gratia vel mancipabatur, vel in iure cedebatur.
Quod pulchre cum dictis conuenit ad loc. Cic. pro Flacco, et cum eo, quod
modo docentem Paulum vidimus, Debitorem creditori fiduciam vendere
non posse, quippe quae iam in dominio huius sit. Sed vid. ICTi, nomi-
natim Fr. Car. Conradi dissertt. de contractu Fiduciae.

FIDUCIALIS, e. Adi. Vnde
FIDUCIALITER. Adu. Cum fiducia. Gloss. Vet. παρρησιαζο-
μας, fiducialiter ago. Conf. Vulgat. Act. 9, 27. 28. Ambros. Virg.
Iapl. 3 Fiducialiter intueri. Conf. Augustin. Confess. 9, 13.

FIDUCIARIUS, a, um. Adi. In quo Fiduciae contractus ver-
satur. Huc referendus locus Liu. 32, 38 quem modo dedimus in FIDUCIA
n. 3. Sic Caes. B. Ciu. 2, 17 Neque se ignorare, quid sit officium
legati, qui fiduciarium operam obtineret, i. sibi creditam ab impera-
tore ea lege, vt ea cedat pro arbitrio imperatoris. Sic Hirt. B. Alex. 23
Fiduciarium regnum est Arsinoae ad tempus permissum, dum controuer-
siae inter heredes essent compositae. Curt. 5, 9, 8 Bellum regem tem-
poris gratia statuamus. Compositis rebus iusto regi tibi fiduciarium
restituere imperium. Saepe vtuntur eo ICTi, v. g. Fiduciarium heres
est l. 46 et l. 67 fin. D. ad SC. Trebell. cuius fidei commissum est, vt
hereditatem, vel rem legatam sibi, alteri restituat; qua ratione fraudem
legi Voconiae solebant facere, et aliis, quibus testandi libertas restricta
erat. Sic Fiduciarium seruus, pro Oppignerato. Paull. Sent. 2, 12
Quidquid creditor per fiduciarium seruum quaesuit, sortem debiti
minuit. Fiduciarium tutor, vid. TUTOR, oris. in TVEOR.

FIDUCIO, are. Pignori, vel Fiduciae dare. Vid. Rigalt. in loc.
Vet. Gloss. Fiduciat, vnortferau. Fiduciat, vnortferauos. Vetus
Inscriptio in vinea Card. Carpensis: DIS MANIBVS. M. VL-
PIVS AVG. LIB. SYMPHOR. FLATVRARIVS AVRE
ET ARGENTI MONETAR. SIBI ET VLPIAE HEL-
PIDI, etc. FECIT, ET LIBERTIS LIBERTABVS-
QVE VTRIVSQUE SEXVS, etc. EA CONDITIONE
NE FIDUCIENT, NE VENDANT, NEVE ALIO
QVO GENERE ID SEPVLCHRVM, SIVE MONV-
MENTVM EST, ALIENARE VLLI POTESTAS
SIT. Vid. Gruter. Inscript. p. 638 n. 4.

FIDUCIATVS, a, um. Partic. Tertull. de Idol. 23 Pecuniam de ethnicis mutuantes sub pignoribus fiduciati, fiducia iurati ca-
uent. Fiduciati contractu fiduciae constructi.

FIDES, is. f. [χορδή, κίθάρα, λύρα] Chorda, vnde fere Pluralē
Numero vsurpatur de instrumento musico chordis intento. Sed tamen
etiam singulariter positum inuenias. Non. 4, 216. Est genus Citharae,
quae et Lyra dicitur. Cic. in Hortensio, Ponendae sunt fides et ti-
biae. Sic de Orat. 3, 214 Festus, Fides, genus citharae, dicta, quod
tantum inter se chordae eius, quantum inter homines fides concordent.
Perf. 6, 4 Atque marem strepitum fidis intendisse Latinae. Horat.
Carm. 1, 17, 18 — Fide Teia Dices. Add. Aufon. Eidyll. 10, 443.
Conspicuis fide Ouid. Epist. 5, 139. Canorae fides Virgil. Aen. 6,
120. vid. CANORVS. Adhibere fides epulis Quinctil. 1, 10. Af-
sumta fide pulsus luctus, i. Cithara Valer. Flacc. 4, 88. Canere fidi-
bus Quinct. 1, 10. vid. CANO. Cecinisse fidibus praeclare dicitur
Epaminondas Cic. Tuscul. 1, 4. Idem de Fin. 4, 75 Vt in fidi-
bus pluribus, si nulla earum ita Contenta numeris sit, vt concentum
seruare possit, omnes aequae incontentae sint: sic peccata quia discre-
pant, aequae discrepant: paria sunt igitur. Discebant fidibus anti-
qui Cic. de Senect. 26 c. 8 extr. Docere aliquem fidibus, vid.
paullo post FIDICEN. Iungere vocem fidibus Quinct. 5, 10. Mo-
vere fides Lucan. ad Pison. Scire fidibus Ter. Eun. 1, 2,
53.

¶ 2 Fidis, vt et Fidicula, Sidus est Lyrae. Varro
R. R. 2, 5, 12 Fidem nostri vocant, quam λύραν Graeci. Colum. 11,
2, 14 Cal. Febr. Fidis incipit occidere. Sic saepius h. c.

FIDICVLA, ae. f. [κίθαρίδιον, λύρα] Parua lyra. Gell. 1, 11
Sed enim Achaeos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum,
tiliarumque concentu conspiratam. Cic. de Nat. Deor. 2, 22 Quid
si platani fidiculae ferrent numerose sonantes? Sideris nomen: Plin.
18, 26 Pridie Nonas Ianuarii Caesari Delphinus matutino exoritur,
et postero die Fidicula, quo Aegypto Sagitta vesperi occidit. Ibid.
c. 25 Fidiculae occasus Autumnum inchoat. Hoc sidus Arato dicitur
et Chelys et Lyra. Conf. Columel. 11, 2, 37. ¶ 2 Fidi-
culae, Plur. Chordae quaedam s. feniculi, quibus verum et confessio-
nem extorquere studeant. Val. Maxim. 3, 3, 5 ext. Fidiculae laxauit,
soluit equuleum. Senec. de Ira 3, 3 Equuleus, et fidiculae, et
ergastula, et cruces. Sueton. in Tiber. c. 62 Excogitauerat inter
genera cruciatus, vt repente veretris deligatis, fidicularum simul, vri-
naeque tormento distenderet. Vid. Idem Calig. c. 33. Ignis et
fidiculae faeuant Prudent. Romano 481. Hae Fidiculae videntur
Turnebo lasciuia quadam ioci nomen inuenisse, quod vt in fidibus nerui,
item quoque hinc et inde multis funibus homines distendebantur. Sed et
illa machina funes multos vt neruos habebat. Vid. Ferrar. Elect. 1, 6.
Durant. Var. Lect. 1, 15. Sigon. de Iudic. 1, 17. ¶ 3 Vr-

bis Italicae nomen apud Val. Max. 7, 6, 1. Vnde

FIDICVLANVS, i. m. *Incola vel ciuis: qualis ille Falcula Cic. pro Caecin. 28.*

FIDICEN, inis. m. [*κιδαρωδός, κιδαρεινός*] *Qui canit fidibus. Cic. Fam. 9, 22 Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. Fidicen et tibicen mundus Cic. de Nat. Deor. 3, 22. Romanae fidicen Iyrac 5 Hor. Carm. 4, 3, 23.*

FIDICINA, ae. f. *Mulier fidibus canens. Ter. Eun. 3, 2, 4 Ecquid nos amas de fidicina istac? Ibid. 5, 6, 15 Quandam fidicinam amat hic Chaerea.*

FIDICINVS, vel FIDICINIVS, a, um. Adi. [*κιδαρωδικός*] *Quod pertinet ad fidicinem. Plaut. Rud. prol. 43 Eam vidit ire e ludo fidicinio domum.*

FIDICINARIVS, i. m. *Idem, qui Fidicen. Gloss. Gr. Lat. λυγιστής, Fidicinarius.*

FIDICINO, are. Mart. Capell. 9, . . . et Gloss. Gr. Lat. λυγίζω, fidicino.

FIDIVS Deus, [*Ὁρκίος θεός*] *quis fuerit, doceat nos Varro de L. L. 4, 10 p. 19 pr. de Dis, Iouis nomine disputans, Vnde sub Dio (Horat. Od. 1, 1, 25 sub Ioue frigido) et Dius Fidius. Itaque eius perforatum tectum, vt videatur diuum, id est caelum. Quidam negant sub tecto per hunc deierare oportere. (Obserues tale quid in plebecula, quae potentius deierari sub dio putet.) Aelius Gallus Dius Fidius dicebat Dionis filius, vt Graeci Διδόναγον, Castorem (Itaque Medius Fidius idem esset, ac Me Dios Filius, vt Me castor) et putabant hunc esse Sanctum (Sangum, Sancum) ab Sabina lingua, et Herculeum ab Graeca. Fuerit itaque Medius Fidius, Mehercle. Conf. Ouid. Fast. 6, 213 Quarebam Nonas Sanco Fidione referrem, etc. et ibi viri docti. Huc etiam referendus locus Seruii ad Aen. 1, 301 Diuus Fidius Hercules, quod solus fidem fecerit, se Iouis filium. Sic est in Masviciano Indice, et seruatum in Burmann. Verba ipsius Seruii non inueniebam, sed ad 296 ista Pomponii Sabini, Quirinus: Sabini Euryalum colunt, quem Romani Quirinum dicunt, incertum an Mars, an alius Deus bello praesidens. Huius templi puella custos peperit puerum, qui Medius Fidius appellatus est, is cum adoleuit, condidit Cures Sabinorum urbem. Haec Varro, vt ait Sabinus: vnde ipse porro acceperit, iam non vacat quaerere. Pergamus dicere de Fidio Deo. Plaut. Afin. 1, 1 pr. Libanus seruus herum suum inter alia sic obtestatus fuerat,*

*Si quid med erga tu hodie falsum dixeris,
Vt tibi superstes vxor aetatem fiet:
Atque illa viuua viuus vt pestem appetas.*

Respondet Demaenetus,

*Per Deum Fidium quaeris: iurato mihi video
Necesse esse eloqui, quidquid roges,
Ita me obstinate aggressus, etc.*

Plin. Epist. 4, 3 extr. *Non Medius Fidius ipsas Athenas tam Atticas dixerim. Et Traian. ad Plin. 10, 47 Sed Medius Fidius ad eandem diligentiam tuam pertinet. Conf. MEDIVSFIDIVS.*

FIDO, FIDVCA, FIDVCIARIVS, FIDVS, etc. *Vid. FIDES, ei.*

FIDVLVS, i. m. *Viri proprium, de quo Cic. in Vatin. c. 31 C. Fidulus atratus. al. aliter.*

FIDVSTA, vt vult Festus, a Fide denominata, Ea, quae maxime fidei erant.

FIDVSTIVS, M. Senator, a Sulla nulla alia de causa proscriptus, quam quia proscriptus fuisset. Plin. 7, 43.

F I G

FIGMEN, FIGMENTVM, *vid. FINGO.*

FIGO, xi, xum, are. Diomedes I p. 373 med. *Fictum probat ex Scauri verbis, Sagitta confictus. [πήσσω, πήγνυμι] Est autem Figere, immittendo firmare, vt pangere, -verum etiam ad vulnera, et teia in corpus descendencia refertur. Columel. . . . Palum humi fixit.*

Virgil. Georg. 4, 115 *Ipse seraces Figat humo plantas. Aduersarios figere et amicitias parcere Cic. in Orat. 89 c. 26 de ridiculo, tanquam telo. Sic Cic. de Natur. Deor. 1, 94 Zeno quidem — caeteros figebat maledictis: sed Socratem, etc. Apros cuspide fixit Ouid. de Arte Am. 2, 190. Viscera figere verubus Virgil. Aen. 1, 212. Ceruos Idem Ecl. 2, 29. Gradus Valer. Arg. 7, 559. Gravidam fixisset quum leuis hasta suam Martial. Spectac. 12. Imbrices figere clauulis Cato c. 21. Plin. 10, 40. Cic. Philipp. 14, 6 c. 2*

Quousque igitur (Antonius) nomine hostis carebit? nisi Mucrones etiam nostrorum militum tremere vultis, et dubitare vtrum in ciue, an in hoste figantur. Mucronem laeuo tempore Ouid. Met. 5, 116. Notas in collo dente Tibull. 1, 8, 38. Palum in parietem Plaut. Mil. 4, 4, 4. Virgil. Aen. 6, 159 It comes, et paribus curis vestigia figit. Vbi Seruius, Aut simili sollicitudine detentus incedit. Aut figit vestigia, id est, stat subito: quod cogitantes facere consueverunt. Tela Propert. 2, 9, 38. Telis diuersis nostri figebantur Hirt. B. Alex. 30 extr.

2 Peculiariter refertur ad ea, quae memoriae causa in locis publicis firmantur clavis, aut simili ratione. Plin. Epist. 8, 6, 13 ex Scto, Senatusque consulta de iis rebus facta in aere inciderentur, idque Aes figeretur ad statuam loricateam D. Iulii — vt vellent in oculis omnium figi Pallas insolentiam suam, patientiam Caesar, humilitatem Senatus. Liu. 4, 20 Spolia in aedibus Iouis Feretrii prope Romuli spolia, quae opima prima appellata, sola ea tempestate erant, cum sollempni dedicatione fixit. Virgil. Aen. 1, 248 de Antenore, Armaque fixit (in templo, Deo alicui dedicauit) Troia: nunc placida compositus pace quiescit. Cic. Att. 3, 15 Quoddam caput legis Clodium in Curiae poste fixisse, ne referri neue dici liceret. Idem Att. 14, 12 Verumtamen ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia fixit legem a Dictatore comitiis latam, qua, etc. Virgil. Aen. 6, 622 Fixit leges pretio, atque refixit. Vbi Seruius, Fixit ideo, quia incisae in aereis tabulis affigebantur parietibus. Vid. Briffon. Form. 2 p. 137. Tacit. Ann. 12, 53 Et fixum est aere publico Senatusconsultum, quo libertinus Sestertii ter millies possessor, antiquae parsimoniae laudibus cumulabatur. Cic. Fam. 12, 1 Tabulae figuntur, immunitates dantur. Idem Philipp. 1, 3 c. 1.

3 Formulae altiae: Arcana murmura figit auribus Stat. Achill. 1, 380. Beneficium trabali clauo figere Cic. Verr. 5, 52 prouerb. vt nempe nunquam possit excidere. Dicta haec mea figite animis Virgil. Aen. 10, 104. Horat. Carm. 3, 15, 2 Tandem nequitiae fige Modum tuae. Oculos figis in virgine Ouid. Met. 4, 196. In terram Senec. Epist. 11. Oscula Virgil. Aen. 2, 490. Ouid. ad Liu. 95. Querelas nostras tacitus intra te fige Iuuen. Sat. 9, 94.

105

Cic. Fam. 2, 6 Ego omnia mea studia, omnem Operam, Curam, Industriam, Cogitationem, Mentem denique omnem in Milonis Consulatu fixi et locavi. Tela deorum in impiorum mentibus figurantur Idem de Arusp. Resp. 9. Vultus fixit in imagine diuae Ouid.

5 Fast. 4, 318.

FIXVS, a, um. Partic. [πεπηγμένος, πιπτός] Plaut. Trin. 4, 3, 33 Ad parietem sunt fixa clavis ferreis. Cic. Att. 1, 16 med. Bonorum omnium coniunctione, et auctoritate Consulatus mei fixus et fundatus videbatur. (Status Reipublicae) Arua parietibus fixa Cic.

10 de Diuin. 1, 74. Dolor fixus medullis Sen. Herc. Oet. f. 4. Saxis asperis fixus Cic. in Pison. 43 ex Poeta. Sententia fixa menti Valer. Argon. 1, 548. Studium salutis alicuius, et testimonium dignitatis in monumentis publicis fixum Cic. pro Sext. 128. Fixum, per translationem, pro certo, constanti, firmato: Idem Att. 8, 22 (14) Et

15 simul scito labare meum consilium illud, quod iam satis fixum videbatur. Cic. Fam. 4, 4 Si haec mala fixa sunt, ego vero te quamprimum, mea vita, cupio videre. Ratum, firmum, fixum Cic. Acad. 4, 27. Fixum et statutum est Idem pro Muraen. 162. Sicut

20 quid ille promisit, id erit fixum Cic. Philipp. 1, 17. Maneat, ac fixum sit, quod neque moueri, neque mutari potest Idem pro Rabir. Post. 25. Et Fam. 10, 34 Quae perpetuo animo meo fixa manebunt. Stabile et fixum bonum Cic. Tuscul. 5, 40. Stabile, fixum, et ratum decretum Idem Acad. 4, 27. Fixum immotumque animo sedet

Virgil. Aen. 4, 15. Animis fixum tenere aliquid Cic. pro Corn. Balb. 68 f. extr. Conuellere aliquid fixum Idem pro Cluent. 26. Compar. apud Arator. in Act. Apost. c. 4 Arua tremunt concussa locis, tu fixior heres.

25 FIXE. Adu. Compar. Augustin. Epist. 6 extr. Vbi tenacius habitabit et fixius, nisi vnde se Deum visurum esse praesumit?

30 FIXIO, ōnis. f. Vet. Gloss. Fixio, καθήλωσις, πήξις. FIXURA, ae. f. Idem. Vulg. Interpr. Ioh. 20, 25 Fixura clavorum. Conf. Vet. Interpr. Irenaei 5, 10. Et Tertullian. aduers. Gnost. cap. 1.

FIGLINA, FIGVLARIS, FIGVLVS, FIGVRA, vid. FINGO.

35

F I L

FILATIM, vid. FILVM.

FILIASTER, vid. FILIVS.

40 FILICTVM, FILIGVLA, vid. FILIX.

FILIPPI, Numi genus, vid. PHILIPPVS, i.

FILIVS, i. m. [υἱός, παῖς] Qui patrem habet. Filium ἀπὸ τῆς φύσεως dictum volunt, hoc est ab amoris. Alii a φύλον, i. γένος, genus, natio, ex φύω, nascor, T transeunte in I, sicut ex φύω etiam est Fio.

45 Non absurde deriuari a Graeco υἱός, adspiratione in F transeunte, vel inde cognoscas, quod Latinum Filius, quasi reuolutione quadam rediit in Hispanorum Hijo. Isidor. 9, 5 quatuor modis Filii appellantur, natura, imitatione, adoptione et doctrina. Iurandi formula, Ita mihi

50 contingat herede filio mori Quinctil. 9, 2. vid. Bynkershoeck. Obs. Iur. Rom. 1, 19. Effigies probitatis paternae, filius Cic. de Fin. 2, 58 c. 18. Imago animi et corporis, filius Idem Fam. 6, 6. Familiarum filii Sallust. Catil. 43, 2. it. Tacit. Ann. 1, 26. Sed Suetonius Vesp. c. 11 Neue filiorum familias feneratoribus exigendi crediti

55 ius vnquam esset. Rursum Tacit. Ann. 11, 13 Saeculitiam creditorum coercuit Claudius, ne in mortem parentum pecunias filiis familiarum fenori darent. Quin apud Suetonium quoque l. c. familiarum habent Codd. quidam. Et Suet. August. c. 59 Nonnulli patrum familiarum

testamento cauerunt. Et Calig. c. 26 Patres familiarum notos. Sic Tac. Ann. 3, 8 Sueta erga filios familiarum nobiles liberalitate. vid.

60 FAMILIA, n. 4. Cic. pro Cael. 39 c. 15 Illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes. Ter. Phorm. 1, 5, 23 Phaedriam mei Fratris video filium mihi ire obuiam. Blandus filius, vid. BLANDVS. Herilis Plaut. Cist. 4, 2, 83. et

65 Bacch. 2, 2, 55. Infans Iuuen. Sat. 14, 49. Iustus, pro Vero, vid. IVSTVS. Adoptare filium, siue Pro filio: vid. ADOPTO. Amittere, vel perdere filios, vel liberos Cic. Fam. 5, 16. Cohibere filium, vid. COHIBEO. Idem de Nat. Deor. 1, 90 Lex, vt Condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquisset. Educare

70 filium Quinctil. 4, 2. Eniti filios Idem in prooem. 6. Loco filii esse Cic. pro Domo c. 14. Pietate filius, consiliis parens, amore frater in me Inuentus est Cic. post redit. in Senat. 36. Acerbum est parentum scelera, filiorum poenis sui Idem Brut. 12. Probum

75 filium ex patre improbo nasci Cic. pro Rosc. Com. 30. Orbatu filio, vid. ORBATVS. Esse loco filii per aetatem Idem pro Domo

80 35 c. 14. ¶ 2 Obseruatt. Filii etiam in bestiis et rebus inanimatis dicuntur. Columel. 6, 37, 4 Eiusmodi admistrarius nepotibus, quam filiis utilior. de equis. Vet. Interpr. Iuuen. Sat. 10, 230 Hirundo pleno ore volat, dum incubat filios suos. Caeli filius Laetant. 1, 11, 55. Minucius Felix in eo libro, qui Octavius inscribitur, sic argumentatus est: Saturnum, quum fugatus esset a filio, in Italiamque venisset, Caeli filium dictum, quod soleamus eos, quorum

85 virtutem miremur, aut qui repentine aduenerint, de caelo cecidisse dicere. Respicit Minuc. 22, 11 Terrae et caeli filius, quod apud Italos esset ignotis parentibus proditus, vt in hodiernum inopinato

90 visos, caelo missos, ignobiles et ignotos Terrae filios nominamus. Tertull. Apol. 10 de Saturno et ipse, Cuius parentes ignoti erant, facile fuit eorum filium dici, quorum et omnes possumus videri. Quis enim non caelum et terram matrem ac patrem venerationis et honoris gratia appellet? Vel ex consuetudine humana, qua ignoti, vel ex

95 inopinato apparentes de caelo superuenisse dicuntur, proinde Saturno, repentino vbique, caelitem contigit dici. Nam et Terrae filios vulgus vocat, quorum genus in incerto est. Fortunae filius dicitur is, Cui omnia prospero fortunae euentu succedunt Horat. Serm. 2, 6, 49. Albae Gallinae filius, vid. GALLINA. Inconstantiae filius Metamelos

100 Varroni apud Non. 2, 83 Nemp Metamelon vocat poenitentiam, quae ab inconstantia quadam semper oritur. Simile est eiusdem Varronis apud Non. 1, 66 Cui celer di ενός λήμματος λόγος Antipatri Stoici filius rutro caput displanat. Vid. Petr. Victor. Var. Lect. 23, 5 Verbo, Logos, Modus quicumque colligendi (nam variat lectio; nos dedimus optimam

105 Mercerianam) est filius Antipatri, ab eo inuentus, defensio, etc. Medicorum filii, i. Medici: ad quam rationem et illud Plaut. Bacch. 2, 3, 74. Megabyzi filius, i. Megabyzus, interpretatur Taubmannus. Terrae filii, obscuri homines, vid. TERRA n. 2 et quae modo diximus in Caeli filius. Filios Aetrei dixit cum respectu ad morum similitudinem

110 Cic. Tusc. 4, 77 c. 36 Nosti quae sequuntur: alternis enim versibus

115

120

125

130

135

intorquentur inter fratres (*Eteoclen et Polynicen*) gravissimae contumeliae; vt facile appareat, Atrei filios esse eius, qui meditatur poenam in fratrem nouam. *Audaci translatione, et orientalium hominum referente consuetudinem*, Varro Phreneticos Septentrionem filios ventos dixit, apud Non. 1, 22. Sic Sapientiam vsus et Memoriae filiam dixit ex Afranii sententia Gell. 13, 8. ¶ 3 Filii, etiam Filias comprehendunt: Quintil. 9, 3, 63. Vid. *Burmam. p. 517. Conf. Paull. l. 84 de verb. signif. Fili in Vocatiuo vsitatum est. Sed antiquae Liuius Andronicus apud Priscian. 7 p. 741 dixit, Pater noster, Saturni filie.*

FILIOLVS, i. m. Dimin. [*τεχνίον*] Plaut. Truc. 4, 3, 31. Cic. Att. 1, 2 Filiolo me auctum scito, salua Terentia. Filiolus tibi nascitur Iuuen. Sat. 9, 84.

FILIA, ae. f. [*θυγάτηρ, παῖς*] dicitur femina respectu parentum. Adultera filia Iuuen. Sat. 14, 26. Integra, vid. INTEGRER. Virg. Aen. 7, 52 Sola domum, et tantas seruabat filia sedes, iam Matura viro, iam plenis nubilis annis. Nubilis Ouid. de Rem. Amor. 571. Solis Virg. Aen. 7, 11. i. Circe. Auctus est ibi filia in subsidium et solatium simul Tacit. in Vit. Agric. 6. Collocare alicui filiam, vid. COLLOCO. Collocare filiam nuptui, vel in matrimonium, vid. COLLOCO. it. Columel. 4, 3 f. — nuptum Caes. Bell. G. 1, 18: Respondere filiam suam alicui Cic. pro Cluent. 179 c. 94. Tacit. Ann. 5, 19 Post quos Sext. Marius Hispaniarum ditissimus, defertur incestasse filiam, et saxo Tarpeio deiicitur. Locare filiam, vid. h. v. ¶ 2 Metaphorice ponitur, vt Filius, v. v. n. 2. 25

Sic, Sed propter inde posita Gallorum solo Massilia, Graetum filia Paullin. ad Cyther. 305. i. colonia. ¶ 3 Filiabus, in testamentis ob discrimen sexus, ait Plin. dici consueuisse: quum his tantum nominibus adici solet, quae Numero Plurali ES, literis terminantur, vt Cupiditates, Dignitates, vel quae VS, vt Manus, Senatus, Fluctus. Haec Charisius 1 p. 104 pr. Add. p. 39 extr. Filiabus Liu. 24, 26 pr. Iustin. 7, 3 ubi tamen a plurimis omittitur. Filiis, in Dativ. et Ablat. Plural. pro Filiabus habet Plaut. Poen. 5, 3, 9. et Stich. 4, 1, 61. Hirt. de B. Alex. c. 33.

FILIAFAMILIAS, interdum iunctim scribitur; vid. Senec. ad Helu. c. 14. et l. 21 §. 3 ff. de Pactis, et l. 195 §. 2 ff. de verb. signif. Add. FAMILIA n. 4.

FILIOĻA, ae. f. Dimin. [*θυγάτριν*] Plaut. Rud. prol. 39. Cic. de Diuin. 1, 103 c. 46 Filiolam suam Tertiam, quae tum erat admodum parua exosculans, animaduertit tristiculam. Idem Att. 1, 15. Mihi videris istam scientiam iuris tanquam filiolum osculari tuam Cic. pro Mur. c. 10.

FILIALIS, e. Adi. Augustin. Serm. 2. Fest. Pentecost. Cui non filiali obediebant amore.

FILIASTER, quo quidam utuntur pro Priuigno, non Paruus filius est, sed Imitans filium, auctore Valla. Gloss. Gr. Lat. *θυγατρίδης*, neptis, filiaster. Inscript. vet. D. M. EPITYNCHANO FILIASTRO M. ANTONIVS HERMEROS B. M. F.

FILIATIO, ōnis. f. Agnitio filii. Ict.

FILIX, icis. f. [*πρίξ*] Herba passim in siluis, atque adeo agris ipsis crescens. a Findendo ducit Martinius, quia fissis habet folia. Conf. Isidor. 17, 9. et Cic. Att. 6, 1 p. 581. Graeu. ubi discimus, aliquando scribi, Felix, Felicatus. Columel. 2, 2, 13 Iunci et graminis pernicies repastinatio est: filicis frequens extirpatio. Idem 11, 2, 62 Filix (al. Filex, al. Felix) quoque aut carex, vbicunq; nascitur, Augusto mense recte extirpatur. Add. Pall. Mai. 3, 3. it. 1, 9, 3. Plin. 27, 9 l. 55 Filicis duo genera nec florem habent, nec semen, etc. Scribon. 136 Biles purgat et filicis radix lota et rasa, etc. Diosc. 4, 178. Virg. Georg. 2, 189 Et filicem curuis inuisam, pascit aratris. Manipulis filicum dura humus Idem Georg. 3, 297. Neglectis vrenda filix innascitur agris Horat. Serm. 1, 3, 37. Filix Macedonica Scrib. 140. Filicis radix biles purgat Id. 136.

Qui serere ingenuum volet agrum,
Liberat arua prius fruticibus,
Falce rubos filicemque resecat,

Vt noua fruge grauis Ceres eat Boeth. 3 Metro 1.

¶ 2 De pilis locorum obscenorum Pers. 4, 40 in mollitiem virorum velentium loca, quae pudor velat,

Quinque palaestritae (vinctores in palaestris) licet haec plantaria vellant,

Elixasque nates labefactent forcipe adunca,
Non tamen ista filix vlllo mansuecit aratro.

FILICŪLA, ae. f. [*πρίξιδιον*] Herba similis filici, quae super muros antiquos, aut etiam iuxta quercus crescere solet. Plin. 26, 8 Detrahit bilem polypodium, quam nostri filiculam vocant: similis enim est filici. Radix in vsu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, etc. Columel. 6, 27, et Filicula trita remedium equarum. Filicula quidam libri hic, et omnes, puto, apud Catonem R. c. 158.

FILICĀTVS, a, um. Adi. Cic. in Parad. 1, 3 Quid autem Num Pompilius? minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? Alii legunt Deliacas. Filicata patera dicta, quod ad filicis herbae speciem sit caelata. Fest. Filicatae lances Cic. Att. 6, 1. Vid. Graeu. p. 581. Videndum an filicata etiam sint vitrea, quod genus vasa pretiosa ex filice olim et nunc parata, docet Salmaf. ad Solin. p. 771, a, G.

FILICEVS, a, um. Adi. Plinio tribuitur: non habet Index Hard.

FILICĪNA, ae. f. Herba similis filici, alias Radiolus. Apulei. de Herb. c. 83.

FILICIO, ōnis. Apud Petron. c. 67 ex coniectura Heinsii est capsula aurea filicata. Hodie ita legitur, Scintilla de ceruice sua detrahit capsellam aureolam, quam Felicionem appellabat: inde duo crotalia protulit.

FILĪCO, ōnis. m. Filicones, Mali et nullius vsus, a Filice dicti, Festus.

FILICTVM, vel FILICETVM, vel FILECTVM, variat enim scriptura, i. n. [*πρίξιδιον*] Locus filicibus obfusus. Columel. 2, 2, 8 Iuncione sit, an gramine vestitus, an filictis, aliisue frutetis impeditus. Conf. Pallad. 9 tit. 3.

FILTRVM, i. n. Vet. Diction. Filtrum dicitur a Filum, quia ex filis, i. e. pilis animalium fit. Nempe sic vocantur, tum opus illud coactile, quod ad pileos fere vitur Europa cultior, quae nomen etiam vsurpat, Filtz, Feltro, Feutre: tum Colum chymicum, pannus villosus, vel charta emporetica. Hinc

FILTRATVS, Et

FILTRATIO, ōnis. f. quae est Distillatio per filtrum.

FILVM, i. n. it. FILVS, i. m. teste Arnob. 1. p. 36. [νήμα, μίτος] Tenue illud ac minutum, quod ex lino lanae trahendo ducitur, Linamentum. Varr. L. L. 4, 23 p. 29, 18 Filum, quod minimum est hilum, id enim minimum est in vestimento. Isidor. 19, 29 Fila dicta, vel quia ex pilis animalium sunt, vel quia lanificium filis tenuibus constat, in modum pilorum, id est quasi filorum. Lucilius apud Non. 4, 214 Surge mulier, duce filum non malum. Liu. 1, 32 Legatus ubi ad fines eorum venit, unde res repetuntur, capite velato (filum lanae velamen est) Audi Iuppiter, inquit, etc. Atra filarum fororum Horat. Carm. 2, 3, 16. i. Parcarum. vid. mox Legere fila. Martial. 13, 57 de Colocasia, Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces, Improba cum morsu fila manuque trahes. Nempe vitium oleris, et fructuum, cum filorum aut lanae instar habent. Pendula Piscatoris Claudian. de Torpedine 20. Tenuia aranei Lucret. 3, 384. Tenui filo suspensa salus Valer. Maxim. 6, 4, 1. Cinctum filo caput habebant Flamines Varro de L. L. 4, 15 p. 23, 1. Coniicere filum in acum Cels. 7, 16. Deducit aranea filum pede Ouid. Amor. 1, 14, 7. Deducere filum pollice Idem Met. 4, 25. Intextuit albis purpureas notas filis Ouid. Met. 6, 577. Intexere filis canis frondes Idem Met. 15, 372. de Bombycibus. Virgil. Aen. 10, 815 Extremaque Lauso Parcae fila Legunt. Mouere sonantia fila, Citharae chordas ferire Ouid. Met. 10, 89. Relinquit incepta fila Id. Met. 6, 34. Resoluent fila tua triplices deae Ouid. Met. 2, 654. i. Parcae. Traicere filum in acu Cels. 7, 16. Veniunt fila supremae horae Martial. 10, 5 cum respectu ad Parcas. De ellychnio Iuvenal. 3, 286 Vel breue lumen Candela, cuius dispono et tempero filum. ¶ 2 Varias parit Metaphoras. Pro linea dici Filum putatur, laudaturque, nescio unde Varronis dictum, Sumtoque atramento sutorio filum duxit. Et nihil est insolens, si de ratione nominis LINEA cogitaris, v. v. Sic Filum notat ea, quae vocantur alias Lineamenta Gell. 14, 4 Forma ac filo virginali dixit imaginem iustitiae fieri solitam. Idem 1, 9 tradit Pythagoram explorare solitum discipulos ex totius corporis filo atque habitu. Stat. Silu. 1, 4, 7 Damnosaque fila senectae Exuit, atque alios melior reuifescit in annos. Plaut. Merc. 4, 4, 15 Satis scitum filum mulieris. Apul. Met. 4 p. 153, 8. Virginem filo liberali Id. de Deo Socr. p. 48 pr. de Daemonibus, Fila corporum possident rara et splendida et tenuia, vsque adeo, ut radios omnis nostri tuoris et raritate transmittant, et splendore reuerberent, et subtilitate frustrentur. Sed cum omnis figura lineis quibusdam conclusa cogitetur, hinc Filum pro quacunque figura dicitur. Lucret. 2, 541 de suis elementis, Debent nimirum non omnibus corporibus omnia prorsum esse pari filo similique affecta figura. Idem 4, 84 Sunt igitur iam formarum vestigia certa, Quae vulgo volitant, subtili praedita filo, Nec fingillatim possunt secreta videri.

Vtitur bis Salmaf. ad Capitolin. Maxim. iun. 1 p. 63. Hack. ad Anastasii Filopares, i. filo pares. ¶ 3 Notabile in primis est Filum orationis, pro Stilo, et dicendi forma genereque, ac compositione ipsius orationis. Gell. 20, 4 Amaui in vtriusque epistola breuitatis elegantissimae filum tenuissimum. Cic. de Amicit. 25 c. 7 Sed aliud quoddam expetimus filum orationis tuae: h. e. aliud dicendi genus. Idem de Orat. 3, 101 Primum filum rerum ac sententiarum comparanda est. Haec formanda filo ipso et genere orationis. Silua hic generatim est materia, lana veluti, aut linum, unde fila ducuntur. Cic. Fam. 9, 12 de sua oratione pro Deiotaro, Ego hospiti — munusculum mittere volui leuidentem, crasso filo, cuius modi solent ipsius esse muneris. Ludit in saga fili crassioris, quae muneri miserat Deiotarus. Tenue argumentandi filum Cic. in Orat. 124. Tenui deducta poemata filo Horat. Epist. 2, 1, 225. i. stilo subtiliori. vid. DEDVCO. Cic. de Orat. 2, 93 Omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum, sed erant paullo vberiore filo, i. abundantiore genere dicendi.

FILATIM. Adu. [κατὰ νήματα] Lucret. 2, 830 Purpura, poeniceusque color clarissimus multo, Filatim quum distractus, disperditur omnis.

FILO, āre. [νήμα, μίτος] Filum ducere: cuius Passiuum est Filor. A quo fit compositum Effilo. Conf. Fortunat. de Mart. 3, 112.

FILAMENTVM, i. n. Apud Medicos.

FILATVS, a, um. Sidon. . . .

F I M

FIMBRIA, Cognomen Flauiorum, e quibus est ille C. Fimbria, crudelitate insignis, qui quum Scaeuolae, quem grauiter vulnerauerat, diem insuper dixisset, quaerentibus quid in Scaeuola esset accusaturus, Quod. (inquit) non totum corpore ferrum receperit Cic. pro Rosc. Amer. 33. Conf. Cic. Off. 3, 19 et 22. et Verr. 3, 70 etc.

FIMBRIA, ae. f. [πέζα, θύρανος, κρινέδον, κροσσός] Vestimentorum fissa et in fila diuisa extremitas. Non. 2, 318 Fimbriae sunt omnis extremitas. Nomen est a Fibro, quod antiquis Extremum erat. Similia Varr. de L. L. 4, 13 quae damus, voce FIBRA pr. ubi etiam de Fimbria sententiam eandem diximus. Plin. 7, 51 Iam signa letalia: in furoris morbo risum: sapientiae vero aegritudine, fimbriarum curam et stragulae vestis plicaturas. Cic. in Pison. 52 c. 11 Erant illi comiti capilli, et madentes cincinnorum fimbriae, et fluentes, ceruffataeque buccae. Laticlauiarum mappae, fimbriis hinc atque illinc pendentibus Petron. c. 32. Conf. Salmaf. ad Spartian. Pertin. c. 8.

FIMBRIATVS, a, um. Adi. [θυσσώριος] Plin. 17, 10 f. 13 de stolonibus, Cum perna sua auelluntur, partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. Idem 21, 15 de urtica, Caule quoque mordaci, fimbriatis foliis, i. ferratis, denticulatis. Gestamen prolixae fimbriatum Apul. Met. 8 p. 214 de flagro sacerdotum Cybeles. Sueton. in Caes. c. 45 Vsum ferunt lato clauo ad manus fimbriato. Vid. ibi Casaubon. et Oef. Ferrar. de Re vestiaria 2, 1, 19.

FIMBRIATVRO, ire. Quinctil. 8, 3, 32 tribuitur, ut Fimbriaturit fictum sit ad exemplum Ciceroniani Sullaturit. Fimbriaturit ergo significabit Fimbriae furorem aemulatur. Sed inclinatur animus in suspicionem Burmanni, ita legendum esse totum locum, Nec a verbis modo, sed a nominibus quoque deriuata sunt quaedam, ut a Cicerone subuculatum, et ab Asinio Fimbriatum et Fibulatum.

FIMVS, i. m. [κόπρος] quod animalia egerunt. Deriuant quidam a φύω, gigno, quia agros feraces facit. Isidor. 17, 2 Fimus est, qui per agros iacitur, et dictus fimus, quod fiat imus, id est stercus, quod

quod vulgo lactamen vocatur, etc. Apuleius Met. 4 p. 144, 3 Fimo fistulatum excusso. Plin. 17, 9 M. Varro principatum dat turdorum fimo ex auariis. Bubulo fimo incenso factus fumus aptus apibus Columel. 9, 14, 1. Columbinus, vid. COLUMBUS. Fimo corrupto aliquem perfundere l. i §. 1 D. de extraordin. crimin. 5 Gallinarum fimo bobus noxius Veget. 3, 2. Murinus Sammonic. 354. Ouillus, vid. sub OVIS. Reddere finum, Excrementa ventris egerere Plin. 8, 15. Pingui fimo saturare sola Virgil. Georgic. 1, 80. ¶ 2 Fimus, feminin. dixit Apulei. Met. 7 extr. Liquida fimo strictim egesta. Sic certe Elmenh. Sed al. Liquido 10 stercore, etc.

FIMVM, i. n. Plin. 28, 12 Dolorem inflexibilem (Opisthotonon vocant) leuat vrina caprae auribus infusa, aut finum cum bulbis illitum. Id. 29, 5 Prodest et finum gallinaceum. Ibid. 5 Remedium est finum caballinum. Add. Sammonic. 721. 15

FIMETVM, i. n. [νομῆρον] Sterquilinum. Plin. 24, 19. et 17, 9 Fimeta sub dio concauo loco, et qui humorem colligat stramento intacta, ne in sole arefcat, palo e robore depacto fieri iubet Virgilius.

FIMARIVS, i. m. Apud Firmicum esse dicitur. 20

FIMOSVS, a, um. Adi. In Digestis.

F I N

FINDO, fidi, fissum, ěre. [ῥιζῶ] Scindere et interiectu cunei, 25 vel cuiuscunque rei rem diuidere in duas partes: ac proprie ad ea pertinet, quae partibus constat iis, quas a findendo fibras vocari, suo loco diximus. Vid. FISSILIS. Laudatur, nescio quam bene, Columel. 3, . . . Curabis, vt praeacutissima falce, ab ea parte, qua bifurca est, findas eam. Findere et diuidere Cic. de Legib. 2, 6. Aëra 30 findit Ouid. Met. 4, 666. de volante Perseo. Plin. 10, 23 de anseribus et oloribus, Liburnicarum more rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes Aëra, quam si recta fronte impellerent: a tergo sensim dilatante se cuneo porrigitur agmen. Agros Sirius findit Tibul. 1, 7, 21. Hiulca siti findit canis aestifer Arua Virgil. Georg. 2, 353. 35

Caelum findere aratro Ouid. Trist. 1, 8, 3 de Re impossibili. Plaut. Bacch. 2, 3, 17 Heu cor meum et cerebrum Nicobole finditur, istius hominis, vbi fit quaque mentio. Euphrates illic finditur Plin. 6, 26. Freta findere classe Propert. 3, 4, 2. Humum solidam findere carmine Ouid. Amor. 1, 8, 18. Mare findo carina Propert. 3, 9, 35. 40

Rura finduntur vomere Claudian. in Eutrop. 1, 112. Terras findunt radices arborum Cic. in Arat. Via finditur in solidum cuneis Virg. Georg. 2, 79. Via se findit in ambas partes Idem Aen. 6, 540. Findi, prae indignatione rumpi, et dissilire: Pers. Sat. 3, 9 Turgescit vitrea bilis. Findor: vt Arcadiae pecuaria rudere credas. Sic 45

Casfabonus: i. rumpor indignatione. Al. Finditur.

FISSVS, a, um. Partic. [ῥιζός] Lignum fissum Virgil. Aen. 9, 413. Lingua fissa in duas partes Ouid. Met. 4, 586. Paries fissus tenui rima Idem Met. 4, 65. ¶ 2 Substant. Fissum, pro Fissura et diuisura. Cic. de Natur. Deor. 3, 14 c. 6 Vnde porro 50 ista diuinatio? quis inuenit fissum iecoris? Idem de Diuin. 2, 32 c. 13 Fissum familiare, et vitale tractant. Et ibid. c. 14 Conuenire potest fissum iecoris cum lucello meo. Et 1, 16 c. 10 Quid fissum in extis, quid fibra (vid. FIBRA) valeat, accipio: quae causa sit, nescio. Et 2, 28 c. 12 Quomodo est collata inter ipsos (obseruatio) quae pars 55 iniinici, quae pars familiaris esset; quod fissum periculum, quod commodum aliquod ostenderet? Vid. Brisson. de Formul. 1, 31. ¶ 3

Sed Fissum ani, i. rima in ano. Cell. 5, 21 Proprie autem ad ani fissa, vel ora venarum fundentia sanguinem, vel cancerum, etc. Id. 7, 30 si qua fissa in eo induruerant. 60

FISSIO, ōnis. f. [ῥιζίς] Idem. Cic. de Nat. D. 2, 159 c. 63 Quibus quum terrae subigerentur fissione glebarum, etc.

FISSVRA, ae. f. [ῥιζῶ] Columel. 4, 29 Quod tum et totius obruncatione vitis, et cum eiusdem resectionis fissura praecipit fieri. Vid. Plin. 10, 63. Idem 5, 2 Fissura Nili, i. diuisio. Fissurae ani 65 diutinae Scrib. 223.

FISSICVLO, aere. Fissis s. fissuris exta distinguere, actio proinde deorum exta vaticiniis parantium. Apul. de Deo Socr. p. 45, 28 de iis, quos daemones vocat, Eorum de numero praedicti curant singula, proinde vt est eorum cuique tributa Prouincia, vel somniis conforman- 70 dis, vel extis fissiculandis, vel praepetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis, vel vatibus inspirandis, etc. Omnes hae sunt actiones non hominum scrutantium, sed efficientium signa daemonum. Mart. Capell. 1 p. 5 In fanis, quibus aut vaticinia — fundebantur, — aut denuntiata pecudum caede fissiculatis (male legitur physiculatis) extorum proficiis viscera loquebantur. Alter Capellae locus 2 p. 38 plane 75 Apuleiano conuenit, At intra folis meatum vsque lunarem globum, secundae beatitudinis numina, supparisque potentiae, per quae tamen vaticinia somniaque ac prodigia componuntur. Haec aruspicio exta fissiculant (etiam hic physiculant editum) admonentia quae- 80 dam, etc. Quomodo Physiculare explicare conetur Scaliger, vid. s. l. sub

PHYSIS.

FISSICVLATOR, ōris. m. Elmenhorstius in Ind. Apuleii, quem sequitur Floridus, laudant ex Glossis Isidori Fissiculator, et interpretantur, augur, naturas in extis animantium quaerens. Sed ne vocem qui- 85 dem, nedum interpretationem ibi inuenias.

FISSILIS, e. Adi. [ῥιζός] Quod fissum est, aut findi potest. Plin. 16, 38 de arboribus, Venae latiores candidioresque pulpae fissilibus insunt: ideo fit, vt aure ad caput trabis, quam libet praelongae ad- 90 mota, ictus ab altero capite vel graphii sentiat, penetrante tectis meatibus sono: vnde declaratur, quod de significatione propria verbi Findo diximus. Plaut. Aul. 3, 2, 25 Ad focum si adesses, non fissile haberes caput, non pulsatus esses, lasciuia comica. Columel. 9, 1, 3 Fissilis stipes, tereti trunco opponitur. Robur fissile cuneis scinditur 95 Virg. Aen. 6, 181.

FISSIPES, edis. f. Calamus scriptorius Auson. Epist. 7, 49. Iu- uencae Idem Ep. 5, 1.

FINGO, finxi, fictum, ěre. [πλαττω] Componere, formare, proprie de his dicitur, qui formant aliquid ex luto, cera aliaue molli materia: inde etiam Statuariis tribuitur. Mox generale fit vocabulum ad 100 caetera, quae ingenio, manuque hominis artificiose formantur, aut simulantur. Quintil. 5, 12 Statuarum artifices, pictoresque clarissimi, quum corpora, quae speciosissima fingendo, pingendoque effingere cuperent. Idem 3, 11 Nec pingere quisquam, aut fingere coepit a pedibus, Cic. Fam. 5, 12 Neque enim Alexander ille gratiae causa 105

VOL. II.

- ab Apelle potissimum pingi, et a Lysippo fingi volebat. *Paullo post*,
 Nec minus est Spartiatus Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam,
 neque fictam imaginem suam passus est esse. *Fingere et formare* Cic.
 Acad. 1, 6. *Fingi gignique multa in agris propter fecunditatem* Cic. de
 5 *Diu.* 1, 94 *Quae natura prona atque ventri obedientia finxit Sall. in Cat. 1.*
Fingere, de opere pistorio aut dulciario Sueton. August. c. 4 *extr.* Cic.
 Verr. 4, 30 *Cybiratae sunt fratres quidam Tlepolemus et Hero; quo-*
rum alterum fingere opinor e cera solitum esse, alterum esse pictorem.
In ceris fingere Idem de Natur. Deor. 1, 71. ¶ 2 *Metaph.*
 10 *Natura te finxit ad honestatem* Cic. pro Mur. c. 29. *Idem pro Mi-*
lon. 5 *Quid enim nobis duobus Iudices, laboriosius, quid magis so-*
licitum, magis exercitum Dici aut fingi potest, etc. Cic. pro Dom.
 79 *Quid te aut fieri aut fingi dementius potest?* Idem de Senect.
 41 *Quod quo magis intelligi posset, fingere Animo aliquem iubebat*
 15 *tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima.*
Animo et cogitatione aliquid fingere Cic. Tusc. 5, 68 c. 24. *Cogi-*
tatione igitur fingite imaginem huius conditionis meae Idem pro Mi-
 lon. 79. *Fingere ex sua natura caeteros: h. e. caeteros ex suo in-*
 20 *genio iudicare* Cic. pro Rosc. Amer. 26 c. 9. *Suscipe paullisper meas*
partes, et eum te esse finge, qui sum ego Idem Fam. 3, 12. *Finge*
aliquem nunc fieri sapientem, nondum esse Cic. Acad. 4, 86. *Vlp.*
l. cum quidam D. de acquirenda heredit. *Finge obstetrices dicere.*
Fingite me dignum tali nece Ouid. 1, 2, 57. *Finge aliquid saltem*
 25 *commode* Cic. pro Rosc. Am. c. 19. *Plin. Epist.* 6, 26, 2 *Tibi spon-*
deo, habiturum te generum, quo melior fingi, ne voto quidem
potuit. ¶ 3 *Sed omnem vim verbi non melius declarabi-*
mus, quam propositis Nominibus eorum, quae Fingi dicuntur. Cic. de
 Amicit. 51 *Atque etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis causa*
 fingunt Amicitias, amabilissimum nodum amicitiae tollere. *Animos*
 30 *audientium* Quint. 3, 4. *Animi inopis et pusilli di me finxerunt*
 Horat. Sermon. 1, 4, 18. *h. e. fecerunt.* *Carmina* Idem Carmin. 4, 2,
 32. *i. componere.* *Ter. Eun.* 1, 2, 58 *Postquam sentit me tecum*
quoque rem habere, fingit Causas, ne det, sedulo. i. cavillatur. *Ter.*
 Hec. 4, 4, 71 *Facis iniuriam, quum fingis falsas Causas ad discordiam.*
 35 *Collyria fingere* Scribon. 21. 22. 27. *Comas auro finxerat* Stat.
 Theb. 5, 228 *nisi leg. Fixerat.* *Corpora fingere lingua: h. e. lin-*
gendo efformare, quemadmodum leones et ursi solent suos catulos Virg.
 Aen. 8, 42. *Credibilius fingere* Quint. 4, 2. *Crimen* Cic. Verr.
 3, 141. *Horat. Epist.* 1, 2, 64 *Fingit Equum tenera docilem ceruice*
 40 *magister Ire viam, format, docet.* *Ter. Heaut.* 3, 2, 34 *Nonne*
ad senem aliquam Fabricam fingit? *Faciem, vultum, sonum no-*
bis non possumus fingere Cic. de Orat. 1, 127. *Fallaciam* Plaut. Afin.
 2, 1, 2. *Ter. Heaut.* 3, 2, 22 *Aliquid reperiret: fingeret Falla-*
 45 *cias, vnde esset adolescenti, amicae quod daret.* *Add.* Idem Andr. 1,
 3, 15. *Ter. Eun.* 1, 2, 120 *Ego pol quae mihi sum conscia, hoc*
certo scio, neque me finxisse Falsi quidquam, etc. Cic. Off. 1,
 157 c. 40 *Apium examina non fingendorum Fauorum causa congreg-*
 50 *antur: sed quum congregabilia natura sint, fingunt fauos.* *Filium*
tuum ille Syrus mire finxit Ter. Heaut. 5, 1, 25. *Virg. Drakenb. ad Sil.*
 1, 445. *Formas apte fingetur in omnes* Ouid. Met. 14, 685. *Fortu-*
na suis cuique fingitur moribus Cic. in Parad. 5, 1. *Conf.* Plaut.
 Trin. 2, 2, 84. *Plaut. Capt.* 2, 1, 14 *At Fugam fingitis: sentio*
 55 *quam rem agitis.* *Futura ex euentis* Cic. Fam. 6, 6. *Id. Acad.*
 4, 86 *Etianine hoc affirmare potes, Luculle, esse aliquam vim cum*
prudencia et consilio, scilicet, quae finxerit, vel (vt tuo verbo vtar)
quae fabricata sit Hominem. *Homines imitatores et narratores*
facetos natura fingit et creat Cic. de Orat. 2, 219. *Iocum tristi*
 mente Tibull. 3, 7, 2. *Libere et impune aliquid* Quint. 6, 1.
 Maleficium Cic. pro Rosc. Amer. 116. *Pallade iam pingui fingere*
 60 *Membra putes* Ouid. Her. 19, 44 *sec. lectionem Heins. quem it. conf. ad*
 20, 134. *Moderatur et fingit non modo Mentem et voluntates,*
sed paene vultus eorum, apud quos agit actor Cic. de Legib. 3, 40.
 Miserum finxit me fortuna Virgil. Aen. 2, 80. *Cic. Acad.* 4, 114
 65 *Tantum tibi arroges, vt exponas disciplinam sapientiae, naturam*
rerum omnium euoluas, Mores fingas, fines bonorum malorumque
constituas. *Nidos* Plin. 11, 21. *Nidos fingere et construere vo-*
lucres videmus Cic. de Orat. 2, 23 c. 6. *Cic. Att.* 1, 18 *pr. Qui-*
cum ego colloquar (f. cum loquar) Nihil fingam, nihil dissimulem,
nihil obtegami. *Opprobria quaelibet in quemuis* Hor. Epist. 1, 16,
 70 30. *Opus luteum fingit sub trabe celsa hirundo* Ouid. Fast. 1, 157.
Orationem institutis aliquorum commode fingere Cic. de Clar. Orat.
 119. *Oratorem summum* Idem in Orat. 7. *Parricidia* Sen. Con-
 sol. ad Marc. 26. *Pastillos fingere* Scribon. 85. 90. 113. *Pilulas*
 75 *fingere* Idem 87. 138. *Pocula de humo* Ouid. Trist. 2, 489. *Hor.*
in Arte Poët. 367 *Quamuis et voce paterna Fingeris ad Rectum, et*
per te sapis. *Religiones nouas sibi ex loco Caes. Bell. Gall.* 6, 36.
Rhetora se Martial. 2, 64. *Ridicula ex tempore* Cic. in Orat. 87.
 Proderit et subito, quum Se non finxerit vlli, *Ad dominam celeres*
 80 *mane tulisse gradus* Ouid. Rem. Am. 341. *i. comserit, ornauerit.* *Se*
totum ad arbitrium et nutum eorum, qui audiunt fingere et accom-
modare Cic. in Orat. 24. *Idem de Amic.* 98 *Hos delectat assen-*
tatio, his fictus ad ipsorum voluptatem Sermo quum adhibetur, ora-
tionem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant. *Somnia*
 85 *sibi* Virgil. Ecl. 8, 108. *Stultitiam* Vict. de Vir. Illustr. c. 10 *de*
Bruto. *Timores* Ouid. Amor. 2, 8, 23. *Venustissime aliquid*
 Quint. 6, 3. *Verba, sicut mollissimam ceram, ad arbitrium no-*
 90 *strum fingere et formare* Cic. de Orat. 3, 175. *Verba inania fingis*
 Propert. 3, 20, 5. *Versus* Horat. in Arte Poët. 382. *Tacit. Ann.*
 6, 51 *Occultum ac subdolum fingendis Virtutibus.* *Caes. B. G.* 1, 39
 95 *Hi neque Vultum fingere, neque interdum lacrimas tenere poterant.*
 Cic. de Fin. 2, 77 *Quod si Vultum tibi, si incestum fingeres, quo*
grauior viderere, non esses tui similis: verba tu fingas, et ea dicas,
quae non sentias. *Ter. Heaut.* 5, 1, 14 *Vultus quoque hominum*
 fingit scelus.
- 95 **FICTVS;** a, um. *Partic.* [*πικτασμένος, πικτός*] *sive Nomen ex*
Partic. pro Simulato. *Ter. Eun.* 1, 2, 24. *Cic. de Amicit.* 79 *In*
amicitia autem nihil est fictum, nihil simulatum. *Fictus et astutus*
 Horat. Sermon. 1, 3, 62. *i. simulator.* *Alii fictum, ingratum imme-*
 100 *morem loquuntur* Plin. Ep. 8, 18. *Dederunt et vitio, quod fictus*
fuisse, nec tam simplex, quam videretur Capitolin. in M. Ant. Philos.
extr. *Cic. de Orat.* 1, 115 *Sunt autem quidam ita naturae muneri-*
bus in iisdem rebus habiles, ita ornati, vt non nati, sed ab aliquo
deo ficti esse videantur. *Amore ficto suspirare* Lucret. 4, 1185.
 105 *Causa abs te per summam fraudem et malitiam ficta est* Cic. pro Quint.
 56. *Plaut. Truc.* 2, 2, 32 *Abire hinc ni propere grandigras, iam*
 ego

ego istos fictos, compositos, crispos, Cinnos tuos, vnguentatos, vsque ex cerebro expellam. Crimina Tac. Ann. 3, 37. Cunctatio Idem Ann. 1, 46. Deus fictus et commenticius Cic. de Nat. Deor. 2, 70 c. 28. Ebrietas Ouid. de Arte Am. 1, 597. Fabula ficta et commenticia Cic. Off. 3, 39 c. 9. Fabula ficta in vanum iocum Tibull. 3, 4, 68. Gemitus dat fictos Ouid. Met. 6, 565. Gratia ficta linguae Idem Epist. 12, 12. Homulus ex argilla et luto fictus Cic. in Pison. 59 c. 25. Imago picta et ficta Id. Fam. 5, 12. Materia nois inerudite ad declamandum ficta Quinctil. 1, 10. Plaut. Stich. 5, 5, 4 Nam ita est ingenium Muliebre, bene quum lauta est, terfa; ornata, ficta est, infecta est tamen. Vid. Fingere Se, n. 3. Officio ficto, simulataque sedulitate coniunctus Cic. pro Caecin. 14. Orationes Quinctil. 6, 1. Pectore ficto fatuir Virgil. Aen. 2, 107. Religio Cic. Fam. 1, 4. Res fictae et adumbratae Idem de Amic. 79. Res fictae et commenticiae Cic. pro Muraen. 23. Testis fictus subornari solet et imponi falsae tabulae Idem pro Caecin. 71. Voce ficta gloriam sibi quaerere Ouid. Met. 9, 54. Tenax ficti prauique Virg. Aen. 4, 188 de Fama. *Substantiue*, Ficta cito ad naturam reciderint suam P. Syrus.

FICTOR, oris. m. [*πλαστής, πλαστικός*] Qui fingit. Cic. de 20 Natur. Deor. 2, 72 c. 29 Reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores, fictoresque voluerunt. Fictor legum Plaut. Epid. 3, 4, 86. ¶ 2 Fictor appellatur, Isidor. 10 a Fingendo et componendo aliquid: sicut, Qui capillos mulierum linit, et pertractat, et vngit, et nitidat. Sed et Dei habebant suos Fictores, hoc est, qui simulacra eorum exornabant. Senec. apud Augustin. de Ciu. Dei 6, 10 Alius nomina Deo subiicit, alius horas Ioui nunciat, alius fictor est (*ita enim cum Lepso legendum*) alius auctor. **FICTORES PONTIFICVM** et **VESTALIVM** in antiquis lapidibus leguntur; et hi erant, vel Qui vel de pane aut cera fictas hostias faciebant pro tenuioribus, vel Qui inter ministeria sacrorum liba fingeant: posterius diserte Varro ait de L. L. 6, 3 p. 73, 23 Fictores dicti a fingendis libis. Conf. inpr. Graeu. ad Cic. pro Domo c. 54. Fictores etiam dicebantur Dulcarii operis factores alii. Vid. Casaub. ad Sueton. Aug. cap. 4 extr.

FICTRIX, icis. f. [*πλαστής*] Cic. de Natur. Deor. 3, 91 c. 39 Eius autem vniuersae fictricem et moderatricem, diuinam esse prouidentiam. Fictrices et Veratrices olim dictae mulieres veneficae et sagae, de quibus Scalig. in Ciri p. 75 laudatque Calicem infectum spiriti fictricis Tertull. de Ref. Carn. c. 16. vid. Iun. in not.

FICTIO, onis. f. Lactant. de Opific. Dei c. 12 In auium fetibus primum oculos fingi, dubium non est: quod in ouis saepe deprehendimus. Vnde fieri non posse arbitror, quin fictio a capite sumat exordium. Corporis fictio Lactant. 2, 12. Hominis fictio Idem 4, 4. Lact. Inst. 1, 2 Fictioibus credere. Arnob. 4, . . . Inducere Deorum, nescio quas fictiones. Falsitatis Arnob. 5 p. 166. Vfus est et Quinct. 5, 10. et 8, 6. it. 9, 3 ubi Protopopoeiam appellauit Personae fictionem.

FICTURA, ae. f. Gell. 10, 5 de nomine Auarus: Cur enim non videri possit ab vno solum verbo inclinatum, quod est aueo; eademque fictura, qua est amarus. Est igitur fictura eadem, quae figura et velut conformatio vocis.

FICTVS, us. m. Sarisb. 2, 27 Disciplinae fictum effigere, **PICTE**. Adu. [*πλασῶς*] Cic. Fam. 3, 12 (13) Nam vt vetus nostra similtas antea stimulabat me, vt cauere, ne cui suspicionem fictae reconciliatae gratiae darem. Contraria: Idem pro Domo 77 Ius a maioribus nostris, qui non fictae et fallaciter populares, sed vere et sapienter fuerunt, ita comparatum est, etc. Fictae et simulate loqui Cic. Q. Fratr. 1, 1, 4.

FIGMEN, inis. n. Prudent. Apoth. 798 Factor utroque hominem medians de figmine iunctum Aedificare sui similem. Et 1035 Os capere, et fabro deitatis figmine nasci.

FIGMENTVM, i. n. [*πλασμα*] Quod fictum est. Cic. de Orat. 2, 188 Tantum est flumen grauissimorum, optimorumque verborum, tam integrae sententiae, tam verae, tam nouae, tam line figmentis, fucisque puerili, vt mihi, etc. Gell. 5, 12 Caprae figmentum, i. effigies, imago. Conf. Lactant. 7, 22. et Apul. Met. 4 p. 155. alique apud Cellar. Cur. Post. p. 141. Sic Ammian. Marc. 22, 13 Asclepiades Philosophus — Deae caelestis argenteum breue figmentum quocumque ibat secum solitus efferre, etc. i. imaginulam.

FIGVLVS, i. m. [*περάμενος, χυτρεός*] Idem, qui Fictor. Sic Figuli faciunt dolia Varr. R. R. 3, 15, 2. Plin. 35, 12 Fingere ex argilla similtudines, Dibutades Sicyonius figulus primus inuenit Corinthi, filiae opera. Columel. 11, 1, 9 Tam docendus est futurus villicus, quam futurus figulus aut faber. ¶ 2 Figulus, cognomen, v. g. Nigidiorum. Vid. Cic. Brut. 20. et de Legg. 2, 25.

FIGVLINA, ae. f. [*περάμειον*] seu, quod magis doctis placet, per syncopen **FIGLINA**; Officina est, in qua figulus opera facit. Plin. 7, 56 Figlinas Coroebus Atheniensis inuenit. Varr. de R. R. 1, 2, 23 Figlinam exercere, ubi etiam artem possis intelligere. Add. Plin. 80, 28, 2. et 35, 12. Idem 35, 12 Figlinarum opera imbricibus tubulis, tegulisque ad balneas hamatis, vel ad tecta coctilibus laterculis frontatisque, aut quae rota fiunt. Vid. l. 6 ff. de seruit. rust.

FIGVLINVS, et **FIGLINVS**, a, um. Adi. [*περάμεος*] Figlina creta, qua figuli vtuntur Plin. 10, 21. et ipse Varro R. R. 3, 9, 3. 85 Fornacibus incocta figulinis Arnob. 6 p. 200. Figlinum opus, quale figuli ipsi facere solent: Plin. 31, 3 Ollisque e figlino crudis. Conf. Idem 15, 17. Vitruu. 5, 10.

FIGLINV, i. n. [*περάμιον*] Opus ipsum figuli. Plin. 34, 18 Alii limatam scobem, in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum.

FIGLINARIVS, i. m. Idem, qui Figulus in Digest. . . **FIGVLARIS**, e. Adi. [*περάμικος*] Quod pertinet ad figulum. Plaut. Epid. 3, 2, 35 Versutior es, quam rota figularis. Figularis creta, qua figuli vtuntur Columel. 6, 17, 6. Vid. ARGILLA. Add. 95 Idem 8, 2. Figularibus tritis, et picis liquidae et fricti salis singulos sextarios infundunt Columel. 7, 5, 9 Figularia vocat, Fragmenta testacea, vel lateritia.

FIGVLO, are. pro Fingere. Tertull. adu. Valent. c. 24 Figulat hominem Demiurgus.

FIGVLATVS, a, um. Partic. Idem de Carne Christ. c. 9 Corpus hoc nostrum de limo figulatum.

FIGVLATIO, onis. f. Tertull. de Resurrect. Carn. c. 5. Et de Anima c. 25.

FIGVLATOR, oris. m. Gloss. Vet. περάμενος, Faber figulator. 105

FIGULARIUS, i. m. Gloss. Lat. Gr. Figularius, *καρμεύς*.

FICTILIS, e. Adi. [*πλαστός*] Quod est factum s. fictum a figulo.

Plin. 35, 12 Quae rota fiunt, etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis, et ad aquas. Ibid. 7 Fictiles in fastigio templi eius quadrigas, de quibus, etc. Di fictiles simplicitatis antiquae argumentum Propert. 4, 1, 5. Figurae Cic. de Natur. Deor. 1, 71 c. 26. Imago Propert. 3, 3, 30. Mortarium Scribon. 111. Olearium Idem 161. Pocula Tibull. 1, 1, 38. Simulacra deorum fictilia in delubris dicata Plin. 34, 7. Vas Scribon. 65, 269. Vasa Cic. Attic. 6, 1. Valer. Maxim. 4, 4. Vrna Cic. in Parad. 1. ¶ 2 Substant. Fictile, Quidquid ex terra fingitur. Plin. 35, 12 Quoniam eo peruenit luxuria, ut etiam fictilia pluris consent, quam murrhina. Gulosum Iuuenal. Sat. 11, 20. Pura Tibull. 1, 1, 38. Fictilibus coenare pudet Iuuenal. Sat. 3, 168. Nulla aconita bibuntur fictilibus Idem Sat. 10, 25. Vid. Brouckh. ad Tibull. 1, 1, 30. Conf. Senec. Epist. 5. et Aufon. Epigr. 8. Ad simulacra etiam refertur: Liu. 34, 4 Fictilia deorum.

FICTILIARIUS, i. m. Gloss. Gr. Lat. *δρακονοικός*, Fictiliarius.

FICTICIUS, a, um. Adi. Plin. 23, 1 Ficticium non potest appellari, quod bion appellauimus, sc. vinum. Firmic. de Error. prof. Rel. . . Videtis, ut vestros ementitos et ficticios deos turbulentus error excogitauerit.

FINGIBILIS, e. Adi. Fingi aptus, aut fictus adeo. Cael. Aurel. Tard. 1, 4, 104 Prae oculis scintillarum fingibilis visus.

FIGURA, ae. f. [*ἰδέα, ἔχημα, τύπος, χαρακτήρ*] Forma, quae fingendo efficitur. Gell. 12, 28 Est, ut ait Asconius (in Verr. 3, 57) circa gestum, situmque membrorum. Ter. Eun. 2, 3, 24 Quid tua isthaec? CH. noua figura oris: de inusitata pulchritudine. Cic. Off. 1, 116 Principio corporis nostri magna natura ipsa videtur habuisse rationem, quae formam nostram, reliquamque figuram in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. In figura hominis feritas belluae Cic. Off. 3, 12 c. 6. Figura et species humana Idem de Natur. Deor. 1, 47. Et pro Rosc. Amer. 20. Hic videntur Synonyma. Sic alio sensu Figurae Scribon. 199. i. species s. formae, de medicamento ex pluribus composito. Sed Emplastri figuram habet medicamentum Idem 157. Figura, forma, et statura corporis nostri ad naturam apta Cic. de Finib. 5, 35. Formae figura Idem de Nat. Deor. 1, 91. Conformatio quaedam et figura totius Oris et corporis Cic. de Orat. 1, 114. Idem de Inuent. 1, 41 Maius et minus, et aequae magnum, ex vi et numero, et ex figura Negotii, sicut ex statura corporis consideratur. Vocis figura Auctor ad Herenn. 3, 25. Concors, vid. CONCORS. Claudian. de Rapt. Proserp. 2, 131 Te quoque flebilibus moerens Hyacinthe figuris, i. literis AI. Moecha Ouid. Epist. 10, 134. Muliebris Cic. de Vniuers. 39. Muliebrem in figuram habitumque formata statua Idem Verr. 2, 87. Noua figura oris Ter. Eun. 2, 3, 24 in laudem puellae dictum, ut vidimus. Ipsas quoque puellas Figuras nonnunquam dictas docet Burm. ad Quinct. Decl. 12, 2 p. 307. Nempe ut Formae, v. v. n. 2. Simillimae Cic. de Vniuers. 39. ¶ 2 Verba: Ouid. Met. 2, 474 Adimam tibi namque figuram, Qua tibi quaque places nostra importuna marito. Sic mox Immutata. Animare aurum impressis figuris Stat. Silu. 5, 1, 2. Confidere fallaci figurae formae, pulchritudini Ouid. de Arte Am. 2, 143. Dedit naturaabilem et aptam ingenio humano figuram corporis Cic. de Legib. 1, 26. Ducere veri figuram, Ad naturam ipsam propius accedere de textili pictura Claud. de Rapt. Proserp. 2, 43. Effingere varias figuras Lucret. 2, 588. Expri- mere quandam formam figuramque dicendi Cic. de Orat. 2, 90. Immutata figura Ouid. Met. 7, 722. Signatur cera figuris Idem Met. 15, 169. Sumere figuras varias Ouid. Met. 12, 556. Idem Met. 3, 399 Ossa ferunt lapidis traxisse figuram. Variata figuris multigenis Lucret. 2, 335. Versa Ouid. Met. 10, 234. Vincit hominis figura omnium animantium formam Cic. de N. D. 1, 48 c. 18. ¶ 3

Figura, apud Grammaticos et Rhetoras est Conformatio quaedam orationis, remota a communi et primum se offerente ratione, ut ait Quinct. 9, 1, 4. vel, ut s. 14 Arte aliqua nouata forma dicendi. Nempe alias omnis conformatio vocis est figura. Quaedam tertiae demum personae figura dicuntur, ut licet, piget Quinct. 1, 4 extr. Sequi Graecam figuram malit Idem 1, 5. Variare, ac versare aliquid mille figuris Quinct. 5, 14 etc. ¶ 4 Peculiariter Rhetores Figuram vocant illud genus orationis, in quo, ut ait Quinct. 9, 2, 65 per quandam suspicionem, quod non dicimus accipi volumus; non utique contrarium, ut in Ironia, sed aliud latens, et auditori quasi inueniendum: quod iam fere solum schema a nostris vocatur, et vnde controuersiae figuratae dicuntur. Eius triplex usus est, vnus, si dicere palam parum tutum est; alter, si non decet; tertius, qui venustatis modo gratia adhibetur, etc. Dedita enim opera ibi hoc genus tractatur, et quam saepe vanum sit ostenditur. Exemplum modo vnum alterumque addemus, In suspecta nuru, (dicit filius) Duxi vxorem, quae patri placuit: illud placuit potest honestum esse, potest ad incestam turpitudinem pertinere. Sic Infamis amore filiae virginis pater raptam eam interrogat, a quo vitiata sit? Quis te, inquit, rapuit? (illa respondet) tu, pater, nescis? Add. Idem 9, 1, 14 Zoilus — id solum putauit schema (figuram) quo aliud simula- tur dici, quam dicitur, quod sane vulgo quoque sic accipi scio: vnde et figuratae controuersiae quaedam — vocantur. Idem 7, 4, 28 A quo dissensuros puto, qui libenter patres figura laedunt. Sueton. in Vespas. c. 13 Amicorum libertatem, Causidicorum figuras, philosophorum contumaciam lenissime tulit. Idem Domit. c. 10 Occidit et Hermogenem Tarsensem propter quasdam in historia figu- ras, etc. Vid. Casaubon. ad l. et Voss. Inst. Orat. 5, 6, 7. ¶ 5

Mathematicis Figura est, quas sub aliquo, vel aliquibus terminis comprehenditur. Eucl. primo Element. ¶ 6 ICTIS etiam Fi- gura est, quam alias Speciem dicunt, ut l. 31 D. de mortis causa donat. Exceptis his capiendi figuris. It. l. 1 D. de obligat. et act. Ex variis causarum figuris. Et pr. Instit. de Legatis, De iis iuris figuris, quibus per vniuersitatem res nobis acquiruntur.

FIGURATE. Adu. significat Per figuram. Cum respectu ad Rhetoricam significationem Figurae, de qua n. 4. Ascon. Ped. prooem. Act. Verr. 30 c. 10 Vide figurate singulis additam laudem ex ore aduersarii, velut ostendentis, cur sibi isti omnes displiceant. Igitur figurate etiam licet laudare. Comparat. Sidon. Epist. 5, 8 Figuratus quena pungere. Superl. Figuratissime, apud Mart. Capell.

FIGURATO. Idem. Apud Tertullian. adu. Iud. c. 9. et adu. Marc. 3, 14.

FIGURO, are. [*ἔχημαρίζω*] Fingere et formare. Cic. de Vni- uers.

FIGURUS, i. m. Gloss. Lat. Gr. Figurus, *καρμεύς*.

FIGNUS, i. m. Gloss. Lat. Gr. Fignus, *καρμεύς*.

FIGNUS, i. m. Gloss. Lat. Gr. Fignus, *καρμεύς*.

FIGNUS, i. m. Gloss. Lat. Gr. Fignus, *καρμεύς*.

FIGNUS, i. m. Gloss. Lat. Gr. Fignus, *καρμεύς*.

verf. 15 A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua vna omnis forma reliqua concluditur. Sic Plin. 9, 51. Idem c. 63 Postea lambendo calefaciunt fetus et figurant. Add. Idem 8, 36. Formare, figurare, colorare, animare non possunt atomi Cic. de Natur. Deor. 1, 111. 5
Aes figurare in habitum statuae Senec. Epist. 66. Caseum figurare Plin. 16, 38. Figurare os pueri, per translationem Horat. Epist. 2, 1, 126. b. e. optimo sermone assuefacere. Conf. Lucret. 4, 550. et 2, 412. ¶ 2 *Fingere cogitatione, Imaginari:* Quintil. in Gladiatore f. 9, 6 extr. Figurare tamen potestis, qui tunc animus 10 mihi, quae cogitatio fuerit. Curt. 7, 1, 36 Utinam prudentius esset sollicita pro filio, et non inanes quoque species anxio animo figuraret. ¶ 3 *Figurare orationem, Figuris distinguere et aspergere* Quintil. 4, 1, 67. it. 9, 1, 10.

FIGVRĀTVS, a, um. Partic. [*εἰρηματισμένος*] Cic. de Nat. 15 Deor. 2, 159 c. 63 Quid de bubus loquar? quorum ipsa terga declinant, non esse se ad onus accipiendum figurata. Corpus figuratum ita est, vt excellat aliis Idem de Fin. 5, 34 de corpore hominis. Figurata ad amplitudinem Scribon. 46 de particula spongiae. Signum in modum Liburnae figuratum Tacit. Germ. 9, 2. Stercora Celf. 20 2, 3. Sed apud Rhetoras Figurata oratio Quintil. 9, 1, 13. Controversiae 9, 1, 14. 5, 10, 70 etc. nempe in quibus aliud agitur, quam primo adpectu videtur. Vid. FIGVRA n. 4. Verba Quintil. 8, 1, 1. Morsus figurati Macrobr. Sat. 7, 3.

FIGVRATIO, ōnis. f. [*εἰρηματισμός*] Figura. Plin. 11, 37 25 Vt in vnoquoque poscit figuratio. Vitruu. 9, 4 Depicta figuratio. Sphaerae figuratio Hygin. Astron. prooem. Pro Imaginatione, apud Quintil. Decl. 6 Si quisquam figuratone quadam in hac malorum conditione iudicem ponat, etc. i. imaginetur.

FIGVRĀTOR, ōris. m. Arnob. 6 p. 196 Vobis ducibus et figuratoribus Luna femina est. 30

FIGVRĀLIS, e. Adi. Celf. 1, 3 Creta figuralis corpori illita. Sed melius legitur Figularis.

FIGVRALITER, Adu. Idem, quod Figurate. [Gloss. Gr. Lat. *εἰρηματισμένος*, Figuraliter.] Sidon. Epist. 8, 14 Quidquid Legis diebus 35 figuraliter immolabatur, i. typice. Conf. August. de Genes. 1 pr. et Tert. de Test. Anim. c. 2.

FIGVRANTER, Adu. i. Figurate. Apud Diomed. Gramm.

FIGVRANTIA, ae. f. Apud Augustin.

FINIS, is. m. vel f. [*τέλος, πέρας, τελευτή, ὄρος, μέτρον*] 40 *Extremum cuiusque rei, in quo desinit, idque vel ita, vt ipsam illam velut desinentiam, et negationem perpetuitatis significet, hic exitus etiam vocatur, vt mors est finis vitae: vel illud, quod in agendo sequimur, quo obtento actio desinit, quae causa finalis vulgo dicitur: vel denique, quod rem circumscribit et continet, ne ultra progredi possit, vel 45 continuari, qui terminus est, et tam ad locum, quam ad tempus refertur. Ad haec tria velut capita referri varietas omnis posse videtur: nomen ipsum autem prima significatione, e qua paulatim dilatatum et abstractum est, conuenire cum nomine funis, quod ex *χοῖνος* deriuari deinde dicemus. Isidor. 15, 14 Fines dicti eo, quod agri funiculis sunt 50 diuisi. Mensurarum enim lineae in terrarum partitione tenduntur. Lineam etiam esse funiculum, suo loco ostendimus; eandem pro fine dici, monet notum illud, Mors vltima linea rerum. Sed persequamur illam diuisionem, recordati tamen, hic etiam fieri, quod alias saepe, vt miscantur significationes et implicentur sibi, vt idem exemplum ad plures classes 55 referri queat. Finis igitur exitum et paulam significat: Virg. Aen. 1, 245 Quem das finem, rex magne, laborum? Idem Aen. 2, 554 Haec finis Priami fatorum. Cic. de Legib. 2, 55 Neque necesse est edisseri a nobis, quae finis funestae familiae, etc. Imperium sine fine Virgil. Aen. 1, 283. Dominatio sine fine Tacit. Hist. 4, 8, 6. 60 In his possis etiam terminum intelligere. Idem Ann. 3, 30 Fine Anni concessere vita insignes viri. Plaut. Merc. 3, 4, 67 Quis modus tibi exilio tandem eueniet? quis finis Fugae? Operum longorum finis Horat. in Arte Poët. 406. Poenarum finis et terminus malorum iunguntur Lucret. 3, 1035. Certa finis Idem 1, 562. Et 3, 1091 65 Certa finis vitae mortalibus adstat. it. 2, 512 in quibus terminum significare etiam potest, ultra quem non progreditur natura. Sed Certa finis, quae affertur ex Rutilio Lupo de fig. sent. 2 p. 12 nihil est. Recte enim Pitboeus edidit, de aetiologia, Ita, vt quod dubium est visum, ad certam fidem adduci videatur. Rursus Lucan. 6, 592 Te precor, 70 vt certum liceat mihi noscere finem, Quem belli fortuna parat. Honestissimum finem dicendi putabamus desinere, dum desideraremur. Sic Cic. pro Muraena 12 c. 5 Finem stipendiorum patris victoriam ac triumphum fuisse, felicitatis fuit. Quintil. 2, 12 extr. Lucret. 2, 1048 Principio nobis in cunctas vndique partes, 75 Et latere ex vtroque, infraque supraque, per omne Nulla est finis.*

Paulus in l. Singulis D. de except. rei iudicatae, Singulis controuersis singulas actiones, et vnum iudicati finem sufficere, probabili ratione placuit. ¶ 2 *Verba:* Accipere finem Quintil. 80 2, 18. Addere finem alicui rei, vid. ADDO. Idem 5, 10 Si finem Praetoris edicto afferunt Calendae Ianuarii; cur, etc. vid. AFFERO. Tributorum finem vnus Imperatoris praeda attulit Cic. Off. 2, 76. Virgil. Aen. 10, 106 — Nec vestra Capit discordia finem. Constituere controuersiae iudiciariae finem aliquando Cic. Verr. 1, 5 c. 2. 85 Dare finem laborum Virg. Aen. 1, 145. Dedit finem ore loquendi Idem Aen. 6, 76. Demto sine carendus Ouid. Epist. 1, 50. Expeditus Celf. 6, 6 de Xerophthalmia. Expletus pudoris Stat. Achill. 1, 291. Ter. prol. Heaut. 34 De illius peccatis plura dicet, quum dabit alias nouas: nisi finem maledictis Facit. Facere finem libidini et impudentiae Cic. Verr. 3, 207. et 4, 118. Difficile est Facere finem pretio, nisi libidini feceris Idem Verr. 4 c. 17. Plaut. Asin. 3, 3, 15 Sermoni iam finem Face tuo: huius sermonem accipiam. Facere sollicitudinis finem quamprimum Cic. Fam. 16, 342. Facere finem vitae atque laboris Lucret. 3, 956. Fecit finem vitae et victo- 95 ribus et victis idem dies Cic. Verr. 5, 76. Facto sine quietuit Virg. Aen. 3, 718. Ter. Andr. 5, 1, 2 Satis iam satis Simo spectata erga te amicitia est mea, satis pericli cepi adire: orandi iam finem face. Pass. Lucret. 3, 257 Sed plerumque Fit in summo quasi corpore finis Molibus. Ferre finem rebus fessis Virg. Aen. 3, 145. Habeat 100 necesse est viuendi finem, qui finem habet motus Cic. in Somn. Scip. 20. Habet finem lusus Ouid. de Arte Am. 3, 809. Implere finem vitae Tacit. Ann. 2, 42. Imponere finem bello, vid. IMPONO. Imponere finem curis Virg. Aen. 4, 639. Inuenire finem dicitur res, vid. INVENIO. Labori . . . Orare finem malorum Ouid. 105

- Met. 1, 733. Ponere sibi finem vitae, *Se occidere* Tacit. Ann. 5, 2. Ponere finem vitae Sen. Agam. l. 7. Reperire finem sollicitudinis Cic. Fam. 10, 15. Reperire finem et exitum alicuius rei Idem pro Cluent. 7. Statuere finem cladis Sen. Herc. fur. l. 4. Statuere finem timoris Lucret. 6, 26. Sum: ut, Nec finis in illa est, *i. non desinit* Ouid. Met. 10, 471. Discordiarum finis sit aliquando Cic. de Arusp. Resp. 54. ¶ 3 *Interdum simpliciter ponitur* Finis pro Morte; ut, Adsimulare finem Tacit. Ann. 15, 63. Idem Ann. 6, 25 Nisi si negatis alimentis, adsimulatus est finis, qui videretur sponte sumtus. Conf. Id. Hist. 1, 37, 6. ¶ 4 *Finis terminus est vel loci et spatii adeo, vel durationis et temporis; quin latissime patet, et omnem restrictionem, et determinationem, quam philosophi appellant, complectitur.* Cic. de Orat. 1, 154 c. 34 Lecta oratio ad eum finem, quem memoria possem comprehendere. Ouid. ex Ponto 1, 4, 28
- 15 Qui vix Thessaliae sine timendus erat. Idem Halient. 102 Cercurusque ferox scopulorum sine moratus. Lucret. 4, 628 Deinde voluptas est e succo sine palati. Ouid. Met. 2, 131 Zonarumque triuma contentus sine, polumque Effugito australem, iunctamque aquilonibus arcton. Sen. de Benef. 6, 23 Vide quantum corporibus vagari liceat, quae non coërcuit (*natura*) sine terrarum etc. Ouid. Her. 4, 76 Fine coli modico forma virilis amat. Et de Art. 1, 282 Legitimum finem flamma virilis habet. Cic. in Verr. 5, 75 c. 29 Piratam viuum tenuisti. Quem ad finem? dum cum imperio fuisti. Quam ob rem? quam ob causam? quo exemplo? cur tam diu? Igitur quem
- 25 ad finem? *hic est, quam diu?* Idem pro Cael. 11 c. 5 Tot ergo annos versatus in foro sine suspitione — Quem ergo ad finem putas custodiendam illam aetatem fuisse? Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga constitutus. Cic. Catil. 1 pr. Quousque — Quamdiu — Quem ad finem sese effrenata iactabit audacia?
- 30 Cic. Act. 1 in Verr. c. 6 Ea mansit in conditione atque pacto ad eum finem, dum iudices reiecti sunt. Et de N. D. 2, 119 c. 51 Quid dicam, quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisque iis, quae procreauerunt, vsque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere? Nepos Epam. 2, 5 Itaque exercebatur plurimum currando et luctando, ad eum finem, quoad stans complecti posset. Gell. 7, 3 At hoc enim, inquit, plane stultitiae plenum est eo consilio, atque ea fini facere velle aliquid, vti nunquam id facias quod velis. Sic Hac fini, *hactenus est* Gell. 1, 3 Hac fini ames, tanquam forte fortuna osurus; hac itidem tenus oderis, tanquam fortasse post amaturus. Et *ibid.* Quatenus quaque fini dari amicitiae venia debeat. Et 13, 20 His tum verbis Probus, atque hac fini hominem dimisit, *i. non ultra ad docendum illum progressus.* Ad illum finem referenda est vulgaris liberalitas, vt facultas sit qua in nostros simus liberales Cic. Off. 2, 52. Finem itaque pulchre etiam Iurisconsulti pro Modo accipiunt, vt est a
- 45 Franc. Duar. lib. 1 Annivers. disput. notatum. Vid. l. 19 D. de compens. l. 1 §. pacto D. de vsur. l. 5 D. de Coll. dot. cum similibus. Sic Fini peculii, Fini legitimae vsurae l. 1 §. 3 D. de pign. et hypoth. ¶ 5 *Caeterum in hac significatione et Singulari et plurium Numero adhibetur.* Liu. 33, 37 pr. Redeuntes inde Ligurum extremo sine, cum agresti praeda in agmen incidunt Romanum. Sed 35, 4 pr. Consul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Boiorum induxerunt. Finis imperii Plin. 12, 4. Crescunt vites nullo sine Idem 14, 1. Liu. 39, 27 extr. De iure etiam finium pauca adiecerunt. Q. Fabium Labeonem, quum in ea regione fuisset, Direxisset finem Philippo veterem viam regiam, etc. Ingredi intra finem alicuius loci Cic. pro Caecin. 22. Tacit. Agric. 18 Finem Britanniae non fama, nec rumore, sed castris et armis tenemus. Transeunt appetitus finem et modum Cic. Off. 1, 102 c. 29. *Frequentior tamen pluralis.* Ter. Heaut. 3, 1, 93 Simus et Crito vicini nostri hic ambigunt de finibus: me cepere arbitrum. Cic. Top. 43 c. 10 Quemadmodum si in vrbe de finibus controuersia est, quia fines magis agrorum videntur esse quam vrbis, finibus regundis adigere arbitrum non possis: sic si aqua pluuia in vrbe nocet etc. Prorogatio finium imperii Cic. de Prouinc. Conf. 29. Tutor finium Siluanus
- 65 Hor. Epod. 2, 22. *Diuersas Finium species et appellationes dabunt scriptores rei agrariae, quas collegit in Glossis agrimensoriis b. v.* ¶ 6 *Formulae Verborum:* Arcere aliquem suis finibus Virg. Aen. 1, 304. Arceri otii finibus videbam non posse Cic. de Arusp. Resp. 4. Constituere fines in amicitia, *vid.* CONSTITVO. Constituere sibi certos fines terminosque, extra quos egredi non possit Cic. pro Quint. 35. Continere se finibus rerum suarum, *vid.* CONTINEO. Continetur suis finibus exiguis Latina lingua Cic. pro Arch. 23. Contingere fines, *vid.* CONTINGO. Defendere regiones suas finesque Cic. in Orat. 141. Describere aliquid ingenii sui finibus immensis Idem de Orat. 1, 214. Et de Amicit. 56 Constituendi autem sunt, qui sint in amicitia fines et quasi termini Diligendi. Exire fines senectae Stat. Silu. 4, 2, 59. Expulsus patriis finibus Virg. Aen. 1, 624. Habere tantos prouinciae fines, quantos optauerimus Cic. in Pison. 49. Incolere fines ciuitatum aliquarum Idem Q. Frat. 1, 3. Et in Pison. 37
- 80 Obtinuerunt prouinciam Consularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuae, non quos lex generi tui Pepigerat. Praescribere fines Cic. Q. Frat. 1, 1. Idem pro Muraen. 22 Etenim isti ipsi mihi videntur vestri praeceptores, et virtutis magistri, fines officiorum paullo longius, quam natura vellet, Protulisse. Propagare et regere fines Cic. pro Muraen. 22 c. 9. Terminare fines agri Idem Off. 1, 33. Et in Catil. 3, 26. Lucret. 2, 1169 Et crepat *sensu laudator temporis acti se puero antiquum genus vt pietate repletum* Perfacile angustis Tolerarit finibus acuum, *quod ipse statim explicat,* Cum minor esset agri multo modus ante viritim. Transcendere iuris fines Lucret. 3, 60.
- 90 Transcendere praescriptos fines Claud. in Conf. Hon. 4, 303. Tueri fines suos ab excursionibus Cic. pro Deiot. 22 c. 8. Vitae fines dum Vertitur intra, *i. dum adhuc viuunt* Lucret. 3, 591. Viuens intra fines naturae Hor. Serm. 1, 1, 50. Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos Ultra citraque nequit consistere rectum Hor. Sat. 1, 1, 106. ¶ 7 *Finis est id, quod petimus agendo, in quo, cum illud obtinuerimus, solemus desinere.* Cic. de Inuent. 1, 6 c. 5 Inter officium et finem hoc interest, quod in officio, quid fieri, in fine, quid officio conueniat, consideratur: vt medici officium dicimus esse, curare ad sanandum apposite; finem, sanare curatione. Item oratoris — id quod facere debet, officium esse dicemus; illud, cuius causa facere debet, finem appellabimus. Ibid. 156 c. 3 finem vocat, quo referri omnem rationem oportet. Et paullo ante, Nam placet, in iudiciali genere finem esse aequitatem — in deliberatio — utilitatem: in demonstratio autem honestatem. Quinctil. 2, 15, 38
- 105 His approbatis, (*quae de definitione disputata sunt, quae ipsa quoque* Finis

Finis vocatur) simul manifestum est, illud quoque, quem finem, vel quid summum et vltimum habuit rhetorice, quod τέλος dicitur, ad quod omnis ars tendit. Nam si ipsa bene dicendi scientia, finis eius et summum est bene dicere. Vid. n. 8. Cic. de Fin. 1, 11 c. 4 Tum id, quod in his libris quaeritur, quid sit, finis, quid extremum, quid vltimum, quo sint omnia bene viuendi recteque faciendi consilia referenda? quid sequatur natura, vt summum ex rebus expetendis, quid fugiat vt extremum malorum. — Nos autem hanc omnem quaestionem de finibus bonorum et malorum fere a nobis explicatam esse iis literis arbitramur etc. Sic pro Plancio 60 c. 25 Finis honorum populi est consulatus. Tusc. 2, 3 Qui quem sperandi sibi eundem et bene dicendi finem proponerent. Cic. Offic. 1, 138 c. 39 Dicendum est etiam, qualem honorati et principis domum placeat esse, cuius finis est vsus, ad quem accommodanda est aedificandi descriptio, etc. Horat. Epist. 1, 2, 56 Certum voto pete finem. Quinct. 2, 17, 25 Medicinae sine non excidit. ¶ 8 Finis est, quae vulgariter definitio vocatur. Ita saepe Quinctil. 2, 15 praesertim l. 35 Idem valet Chryssippi finis ille ductus a Cleanthe, Scientia recte dicendi. Et 37 post enumeratas definitiones plures, Hi sunt fere fines maxime illustres — cum prauum quoddam studium circa scriptores Artium exstiterit, nihil eisdem verbis, quae prior aliquis occupasset finiendi. Caeterum vel Graecos imitatus est in hac appellatione, qui ὅρον similiter dicunt, vel hoc etiam spectauit, quod in definiendo τὸ τέλος, finis propter quem aliquid sit, utramque facit paginam. Quinctil. 4, 4, 3 De fine quaeritur — an id, quod obiicitur, sacrilegium sit. Idem 5, 10, 54 Ducuntur argumenta ex finitione seu sine, nam utroque modo traditur. Eius duplex ratio est — sitne hoc virtus? — Quid sit virtus? Sic 7, 3, 25 Maximus vsus in approbando refellendoque sine, propriorum ac differentium, non nunquam etiam etymologiae. Vid. FINIO et FINITIO. ¶ 9 Fine et Fini in Ablatio facit: saepius tamen per E. Gellium amare Fini vel illa exempla docent, quae n. 4 dedimus.

FINIO, iui, itum, ire. [τελέω, περαιῶ, τελευτάω, ὀρίζομαι] Finem imponere, i. perficere, absoluere vel terminos addere, circumscribere, definire. Quinctil. 8, 6 Quo ex genere ceperis translationis, hoc definas. Multi enim, quum initium a tempestate sumserint, incendio aut ruina finiunt. Animam finiuit, h. e. Vitam Ouid. Met. 7, 591. Cursus annuos sacerdotes finiunt Cic. de Legib. 2, 20 c. 8. i. anni descriptionem et fastos constituent. Dolores finire Virg. Aen. 12, 880. Dolorem gladio Ouid. ex Ponto 1, 6, 41. Dolores morte Cic. de Fin. 1, 27. Liu. 1, 1 extr. Ea res utique Troianis spem affirmat tandem stabili certaue sede finiendi Erroris. Famem finire caede bouum Ouid. Met. 11, 370. al. Satiare. Honos is non nisi vita finitur Plin. 18, 2. Iurgia finieram Ouid. Amor. 1, 13, 47. Morbo finire, Interire, mori Plin. Epist. 1, 12. Prandia finire moris Hor. Serm. 2, 4, 22. Aur. Vict. de Vir. Illust. c. 4 pr. Quum inter Romanos et Albanos bellum fuisset exortum, ducibus Hostilio et Sufficio, placuit Rem paucorum certamine finire. Sitim finit copia lymphae Hor. Epist. 2, 2, 146. Spiritum finiebat Tacit. Ann. 14, 51. Vitam ense Ouid. Trist. 3, 7, 49. Vitam inedia Plin. 8, 42. Vitam laqueo Sen. Hippol. 2. Vitam suspendio, pro Suspendere se Suet. in August. c. 63. Sed ¶ 2 Finiuit, absolute, pro Finitus est, vel Obiit: Tacit. Ann. 6, 50, 9 Sic Tiberius finiuit octauo et septuagesimo aetatis anno: Sic te serior et beata quondam Saluo Caesare finiat senectus Martial. 5, 6. Euthynous potitur fatorum munere lecto, Sic fuit utilitas finire ipsique tibi que Cic. Tusc. 1 c. 48. Sed atrocius aliquando Euripides finitus est Valer. Max. 9, 12 ext. 4. Sen. Controu. 5 praef. Non finiuit tantum se ipse, sed etiam sepeliuit. de eo, qui in monumento mortem sibi consciuerat. Sic Definitus est pro defunctus est ex MSS. Apuleii et Sidonii Apollinaris suo loco dedimus. Et apud Gell. 20, 2 est MS. qui legat, Siticines appellatos, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est, finitos et sepultos pro vulg. vita functos et sepultos. Apul. Met. 6 p. 184, 24 Quam (anum) licet claudi pedis tui calce vnica finire poteris. Laudat Pricaeus ad h. l. p. Iustin. 27, . . de Sobemo, Equo praecipitatus finitur. Sed non inuenio. Tertull. Scorp. p. 436 Bestiis si finiendus, vrsas septentrio emittet. ¶ 3 Finire, vt diximus, est suis terminis et finibus includere. Cic. de Orat. 3, 191 c. 49 Sententiae verbis finiantur, i. includantur, vt fiant periodi. Non multo diuersam vim habet illud Orat. 164 c. 49 Nec solum componentur verba ratione, sed etiam finientur — Sed finiuntur aut compositione ipsa, et quasi sua sponte, aut quodam genere verborum, in quibus ipsis concinnitas inest: quae — suapte natura numerosa sunt. Respicitur quidem omnino ad clausulas, sed non solas. Finire prouinciam alicui certo tempore, i. Certum tempus praestituere, intra quod prouincia decedat. Cic. Att. 8, 3 Marcoque Marcello CONS. finienti prouincias Gallias Calend. Martii, restitit. Liu. 1, 18 Signum contra quod longissime conspectum oculi ferebant, animo finiunt. Idem 35, 7 Cuius coercendi quum ratio quaereretur, diem finire placuit, Feralia quae proxime fuissent: vt qui post eam diem, etc. Modum sepulcris nouis finiuit Demetrius Cic. de Legib. 2, 66. i. Statuit, praefixit. Idem Fam. 15, 7 Ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi et Senatusconsulto et lege finisti. Conf. Gell. 16, 8. Quinctil. 3, 8 Deliberatiuas quoque miror a quibusdam sola utilitate finitas. Cupiditates satietate sua, non diuisione Epicuri finiebat L. Thorius Balbus Cic. de Fin. 2, 64. ¶ 4 Definire. Quinctil. 2, 15 pr. Rhetorice finitur varie. Add. Gell. 16, 8. Nempe ponitur, vt de Finis n. 8 ostendimus. Multa dabit Quinctil. 7, 3 passim.

FINIENS, quem vulgo Horizontem vocamus. Cic. de Diu. 2 c. 44 Illi orbes, qui caelum quasi medium diuidunt, et ad spectum nostrum definiunt, qui a Graecis ὀρίζορες nominantur, a nobis finientes rectissime nominari possunt, etc.

FINITVS, a, um. Part. [πεπαιρωμένος] Pro eo quod Cessauit, et finem fecit: vt, Finitum frigus Plin. 18, 27. Sed Aetas qua petantur honores, est finita certis legibus Ouid. Fast. 5, 65. Carthaginem finitam, dixit Florus 2, 15, 1. i. Sublatam et euersam. Lingua dentibus finita Cic. de N. D. 2, 149 c. 59. Potestas finita cuique, Limitata et praescripta Lucret. 1, 77. Via finita est, et opus requieuit eundi Ouid. Trist. 3, 2, 17.

FINITE, us. m. Apuleio tribuitur: negat index Floridi.

FINITE. Adu. [ὠρισμένος] Cic. de Fin. 2, 27 c. 9 Ergo et iocundus auarus erit, sed finite. i. Non immodice.

FINALIS, e. Adi. Finalis quaestio, Quae de finibus est et terminis. Papinianus l. 11 D. finium regundorum, In finalibus quaestionibus vetera monumenta, census, auctoritas sequenda est. It. quod ad finem usque durat Finale dicitur, v. g. Beatitudo Augustin. C. D. 9, 4 et 10. 105 Malum Alcim. 2, 369. Pax Augustin. l. c. c. 11. Sed

FINALITER. Adu. *Improbatur Voss. de Vit. L. L. 4, 32.*

FINITIO, ōnis. f. [*ῥήσιμος, ῥπος, λόγος*] *Idem quod Definitio.* Quinctil. 2, 16 *Huic substantiae maxime conuenit finitio, Rhetoricen esse bene dicendi scientiam.* Gell. 13, 19 *Non finitiones illas praerancidas, atque foecutinas grammaticas spectaueris, etc. Vbi de vocabulorum terminationibus agitur.* Finitionem Gell. 15, 9 *accipit pro ea, quam Regulam vulgo dicunt Grammatici.* Finitio apud rhetores quid sit, latissime explicat Quinctil. 7, 3 *intell. nempe ea, quae vulgo Definitio dicitur.* Huius vitia commemorantur f. 20 lqq. *ambigua, contraria, communis, inanis, parum plena etc.* De hac formula a f. 18 *Applicare finitionem in rem, comprehendere finitionem breui complexu verborum, confirmare, destruere etc.* Idem Quinct. 3, 6, 49 *Posuerat et Cicero in libris rhetoricis (de Inu. 1, 10 c. 8) facti, nominis, generis, actionis (quaestionem) vt in facto coniectura, in nomine finitio, in actione ius intelligeretur.* Conf. omnino 6, 4, 4. *Sic Idem Quinctil. 5, 10, 58 Propriis confirmatur finitio, differentibus soluitur.* Conf. FINITIVVS. *Terminatio, ac diuisio adeo est Vitruu. 9, 9 Sol mensuris finitionibus imagines efficit horarum et dierum Hygin. Astron. 1, 6 extr. Si non in partes hemisphaerium diuidatur, sed in alias quotlibet finitiones.*

FINITOR, ōris. m. [*ῥήσις*] *Agrorum mensor dicitur.* Plaut. Poen. prol. 49 *Eius nunc regiones, limites, confinia Determinabo: ei rei ego sum factus finitor.* *Sic dedit etiam Gronouius, qui probasse videtur Camerarii et Lambini sententiam, de corripienda penultima, vt in Vinitor: esse enim non a finio sed a finibus. Sed ordinem verborum potius mutandum censet Muretus Var. Lect. 17, 14.* Non. 1, 37 *Finitores dicebantur, quos nunc Agrimensores dicimus, dicti quod fines diuiderent.* Cic. pro L. Agrar. 2, 34 c. 13 *extr.* Interea dissoluant iudicia publica, de consiliis abducant quos velint, singuli de maximis rebus iudicent: Quaeitori permittant: finitorem mittant: ratum sit, quod finitor vni vlli, a quo missus erit, renuntiauerit. ¶ 2 *Qui finem imponit, v. g. O cunctis Finitor maxime rerum Stat. Theb. 8, 91. de Plutone.* ¶ 3 *Finitorem vocant Latini, quem Graeci ῥήσιοντα, hoc est circulum, partem caeli conspicuam nobis a non conspicua dirimentem.* Sen. Nat. Quaest. 5, 17 *Hanc lineam, quae inter aperta et occulta est, Graeci ῥήσιοντα vocant; nostri finitorem dixere, alii Finientem.* Add. Censorin. c. 17.

FINITIMVS, a, um. Adi. [*ῥιμος*] *Vicinus et propinquus.* Liu. 1, 32 *Iam res Romana adeo erat valida, vt cuilibet finitimarum ciuitatum bello par esset.* Finitima oppida Cic. Verr. 5, . . . Bellum Suet. Aug. c. 1. *Vicini et finitimi* Cic. pro Sull. 58. Conf. Virg. Aen. 6, 378. *Finitimis bellum inferre* Caes. B. G. 1, 2. *Aer mari finitimus est* Cic. de N. D. 2, 101. *Falsa veris finitima sunt* Idem Acad. 4, 68 c. 21. *Metus aegritudini finitimus est* Id. Tusc. 4, 64 c. 30. *Oratori finitimus Poeta est* Cic. de Orat. 1, 70. *Inferre bellum finitimis* Idem pro L. Manil. 9. Caes. B. G. 1, 2. *Finitimi et propinqui perturbationibus animi motus* Cic. de Orat. 2, 185. *Armis finitimis circumfonor* Ouid. Trist. 4, 10, 111. *Quid de Remed. Amor. 626 Proximus a tectis ignis defenditur aegre, Vtile finitimis abstinuisset Locis.* *Regnum vesticigalibus nostris finitimum* Cic. pro L. Manil. 5. *Pertinacia perseuerantiae finitima est* Idem de Inuent. 2, 165.

FINITIIVS, a, um. Adi. Quinct. 12, 2 *Cum sint multa propriis breuibisque comprehensionibus finienda, vnde etiam status causarum dicitur Finitiuus.* Add. 3, 6, 5 et 30. *Finitiuua causa* Quinct. 7, 3, 36. Mart. Capell. 5 p. 150 *Finitiuua quaestio.* Idem 3 p. 54 *de litera F, Nullum claudit finitiua sermonem, i. nulla vox exit in F.*

F I O

FIO, fieri. [*γίνομαι, ποιῶμαι, φέρομαι*] *i. Efficior: passiuam enim verbi Facio significationem habet. Irregulariter autem Fierem pro Firem facit, et Fieri pro Firi: Praeteritum est Factus sum vel fui etc. Infra ipsis exemplis docebimus reliqua.* In Fio Vocalis ante Vocalem producitur: (licet contra Prudent. Perist. 10, 815.) *Sed vbi R inseritur, vt in Fierem, Fieri, etc. corripitur prima, vt Ouid. Trist. 1, 7, 7 Omnia iam fient, fieri quae posse negabam.* Ter. Eun. 1, 2, 103 *Si quidem biduum: verum ne fiant isti viginti dies.* Cic. in Orat. 191 *Quod alter ex longis constaret, alter e breuibus fieret.* Idem pro Domo 76 *Quid te aut fieri aut fingi dementius potest?* Et de Diuin. 2, 19 *Si enim nihil fieri potest, nihil accidere, nihil euenire, nisi quod ab omni aeternitate certum fuerit esse futurum rato tempore: quae potest esse fortuna?* ¶ 2 *Ratio tota verbi intelligitur ex Nominibus et Particulis, quae elementorum ordine disposita ponemus.* Absinthium fit in Arabia: *i. gignitur, et producitur.* Plaut. Trin. 4, 2, 88 *Quin discupio dicere. omnium primum in Pontum aduecti Arabiam terram sumus. C. cho, an etiam Arabia est in Ponto? s. est, non illa, tus vbi gignitur, sed vbi Absinthium fit.* Vid. Asini, Haedi, Lepores. Plin. Epist. 6, 34, 3 *Sed licet cessauerint illae tempestate detentae, tu tamen meruisti, vt Acceptum tibi fieret: quod quo minus non exhiberes, non per te stetit.* Quinctil. 5, 11, 9 *Si propter matrimonia violata vrbes euersae sunt, quid fieri Adultero par est? Agilis fio* Hor. Epist. 1, 1, 16. *Aliquid, vid. mox Cibi.* Anus fio Hor. Carm. 4, 13, 2. *Asini optimi et maximi fiunt Reate* Varr. R. R. 2, 6, 1. *Auarum fieri* Hor. Serm. 1, 1, 104. *Barbarissimus, i. committitur* Quinctil. 1, 5, 9. *Fit Caedes ciuium Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. Caedes indignissimae maximaeque factae sunt* Cic. pro Rosc. Am. c. 5. *Catapotia fiunt Scribon. 154. i. finguntur.* Plaut. Merc. 4, 6, 5 *Vxor viro si clam est egressa domo foras, viro fit Causa, exigitur matrimonio, i. obtentus nascitur.* Ceratum fit Scribon. 242. *Cibi aliquid fiet* Plaut. Truc. 2, 4, 15. *Sed Gron. Aliquid fiet, ne abi.* Ter. Hec. 3, 5, 20. *Ego scio, me cauisse, ne vlla merito Contumelia fieri a vobis posset.* Cic. Fam. 10, 16 *Quum ei magnum Conuicium fieret cuncto a Senatu.* *Deterius fit* Varro R. R. 2, 4, 13. *i. damnosum est.* Cic. Fam. 10, 11 *Ne quid Detrimenti fiat, dabitur a me opera.* Plaut. Trin. 2, 4, 26 *Quas dependit, inquit, qua sponsione pronuper tu exactus es pro illo adolescente, quem tu aiebas esse Diuitem factum.* Ter. Haut. 1, 1, 57 *Nulla adeo Ex re istuc fit, nisi ex nimio otio.* Idem Adel. 5, 9, 29 *Dicam tibi: vt id ostenderem, quod te isti facilem et festiuum putant, id non fieri Ex vera vita, neque adeo ex aequo et bono, sed ex assentando, indulgendo, et largiendo Mitio.* Ter. Andr. 2, 3, 11 *Ex ea re quid fiat, vide. Excusate fieri videtur* Quinctil. 2, 1. *Ter. Eun. 5, 5, 6 Quid isthuc Pythias? quid ais? in quem Exempla fient?* *Gemitus fit* Virg. Aen. 6, 220. *Gemmae fieri dicuntur* Plin. 9 f. 51. *Globuli fiunt* Scribon.

bon. 129. 139. Quod ibi maximi et pulcherrimi existimentur fieri Haedi Varro 2, 3. *i. nasci.* Honorificentius fieri non potuit de aliquo quam fecerim Cic. Att. 12, 19. Ter. Eun. 3, 3, 26 Dico ego mihi Infidias fieri. Sic Hor. Serm. 1, 2, 104. Ita si factum esset, magno vsui causae nostrae fuisset Cic. Att. 7, 12. In Gallia Transalpina et Macedonia fiunt permagni (*Lepores*) in Italia et Hispania mediocres Varro R. R. 3, 12. Plaut. Aul. 2, 4, 31 Censen' talentum magnum exorari potesse ab isthoc sene, vt det qui fiamus Liberi? Moderate fieri, *vid. MODERO.* Ter. Heaut. 4, 5, 7 Magno desiderio fuit ei filius. Verum vbi videbit tantos sibi sumtus domi quotidianos fieri, nec fieri Modum, optabit rursus, vt abeat ab se filius. Paullus in l. sed si ex stipulatu D. de verb. oblig. Non videbitur per eum Mora fieri. Mora fit per ianitorem Hor. Carm. 3, 14, 24. Plaut. Curc. 1, 2, 70 Sentio sonitum: Tandemque edepol mihi Morigeri pessuli fiunt. Niger fit Scribon. 230. Nihil fit, *formula, vbi negotium non procedit ex sententia: vid. Gronou. ad Gell. 2, 29.* Cic. Att. 16, 13 Obuiam mihi fit tabellarius. Pastilli fiunt Scribon. 91. 126. Pecunia fieri proprie dicebatur, *auctoris Donato ad Ter. Phorm. 1, 1. Sallust. apud Eund. ibid.* Quae Pecunia ad Hispaniense bellum facta est. Porcam oportet fieri Cat. 134, 1. *i. sacrificari.* Possunt: Ter. Hec. 3, 3, 37 Sed si fieri id non potest, quin sentiant, dicam abortum esse. Cic. de Amicit. 54 Neque quidquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Ibid. 78 Nisi quaedam admodum iniuria exarserit, vt neque rectum, neque honestum sit, neque fieri possit, vt non statim alienatio disiunctioque facienda sit. Cic. Fam. 2, 16 De rationibus referendis non erat incommodum te nullam referre, quam tibi scribis a Bibulo fieri Potestatem. Fit cito per multas Praeda petita manus Ouid. Am. 1, 8, 92. Cic. de Amicit. 14 Sensu enim amisso fit idem Quasi natus non esset omnino. Nec potest fieri me Quidquam superbius Cic. Fam. 3, 7 *med.* Plaut. Asin. 3, 3, 133 Exopta id, Quod vis maxime euenire, fiet. Reus factus Aurel. Vict. de Vir. illust. c. 24. Rabiosi fiunt Scribon. 171. Sanae fiunt 228. Ter. Eun. 5, 6, 3 Vbi Satias cepit fieri, commuto locum. Idem Phorm. 5, 8, 30 Ea mortem obiit: e medio abiit, qui fit in hac re Scrupulus? Sonitus fit in aethere Virg. Georg. 4, 78. 35 Strepitus fit tectis Idem Aen. 1, 729. Ter. Heaut. 4, 5, 7 Verum vbi videbit tantos sibi Sumtus domi quotidianos fieri, etc. Fit Sumtus in classem Nep. 1, 7, 6. Valetudinis commodioris factus videri cum vellet Vatinius. Quinctil. 6, 3, 77. Ter. Andr. 1, 3, 20 Mihi quidem hercle non fit Verisimile: atque ipsis commentum placet. Cic. de Amicit. 67 Ita fit Verum illud quod initio dixi, Amicitiam nisi inter bonos esse non posse. Via fit vi Virg. Aen. 2, 209. Liu. 24, 10 Alia vulgata miracula erant, ex muliere Spoleti virum factum: Ter. Eun. 5, 5, 16 Nequam in illum Thais Vim fieri sinat. Ulcera fiunt Scribon. 61. *vulgo generantur.* Cic. in Orat. 177 c. 53 Praefertim quum, vt fit, fortuito saepe aliquid concludere, apteque dicent. Fit, Vt de eadem re saepe alius aliud decreuerit, aut iudicaverit Auct. ad Heren. 2, 19. Hoc nisi fit, puerum Vt tu videas: nihil mouentur nuptiae Ter. Andr. 3, 3, 36. ¶ 3 *Observat.* Grammaticae: Cum Abl. Plaut. Truc. 4, 3, 37 Vostra hercle factum iniuria, quae properaueritis olim rapere. Quid illo fiet, quem reliquero? quid me autem Cic. Att. 6, 1. Sic Ter. Heaut. 4, 3, 37 Tu fors quid Me fiat, parui pendis. Cum Dat. Factum est tibi nomen Menaechno Plaut. Men. 2, 2, 23. Ouid. de Arte Am. 1, 536 Perfidus ille abiit, quid mihi fiet? ait. Fimus, Pl. Ter. Heaut. 3, 1, 74 *55 auctore Mureto, Deteriores omnes fimus licentia. al. Sumus. Et Imperat. apud Plaut. Curc. 1, 1, 87 Fi mihi obsequens. Fito, Imperat. Cato de praeda militum diuidenda apud Non. 7, 62 Tu diues fito. Sic enim leg. non Fite. Fite tamen etiam apud eund. Non. l. c. Crassus Iliad. 16 O socii nunc fite viri. Plaut. Curc. 1, 1, 89 Fite mihi volentes propitiae. Pro Sacrificari: Cic. Att. 1, 10 Credo enim te audisse, quum apud Caesarem pro populo fieret, venisse eo muliebri vestitu virum: idque sacrificium quum virgines instaurassent, etc. Hinc Exsio, Suffio. Conf. Priscian. 8, 10. et Voss. Etym. p. 215. ¶ Pro Aestimari. Cic. de Amicit. 59 Vt quanti quisque seipsum faciat, tanti fiat ab amicis. Fieri istud solet Plaut. Trin. 2, 2, 72. i. Euenire et contingere, inquit Donatus. Fit illud saepe Plaut. Mostel. 1, 2, 27. Fiat, est permittentis ac concedentis, aut annuentis aliquid. Plaut. Most. 4, 3, 43 I mecum hercle obsecro te, vna simul. s. fiat. Fitum est Liuius apud Non. 7, 62. ¶ 4 *In MSS. permiscetur* Fit et Sit; it. desit ac desit: *vid. Drakenborch. ad Sil. 9, 335.**

F I R

FIRMAMEN, FIRMAMENTVM, etc. *Vid. infra in FIRMVS.* 75
 FIRMANI, Populi. Cic. Philipp. 7, 23 Firmani ad oppugnandum Antonium pecuniam polliciti.
 FIRMIDIVS, nomen gentis, vt ille factionis Clodianae, de quo Cic. pro Sext. 112.
 FIRMIVM, sive FIRMVM, i. n. Piceni in Italia castellum Plin. 3, 12. *Lactantii patria.*
 FIRMVS. Adi. [*σταίματος, ἰσχυρός, ἔμπεδος, ἐνίπεδος*] Stabilis, constans: a Ferendo dictus, vt quidam volunt, quod constanter omnia ferat. Sed Festus, Firmum ἀνώ τῆς ἑμματος dictum videtur. Nempe *ἕqua fulcrum, firmamentum est. Vossius malit ab ἰσχυρά, nexus.* Quidquid eius sit, latissimi vsus nomen est, quo constantia quaedam et durabilitas, immutabilitasque significatur, cum in his, quae ad mores pertinent, tum in ratione corporum. Plaut. Trin. 2, 2, 106 Hic meo hero amico solus firmus restitit: neque demutauit animum. *de fide.* Sic saepe usurpatur in re militari: *vid. Gron. ad Liu. 23, 25.* Sic Ex infidelissimis firmissimos reddere Cic. Fam. 15, 4. Accusator firmus, qui sibi non pugnat, et constanter arguit. Cic. Verr. Diuinat. 29 Deinde accusatorem firmum, verumque esse oportet. Acies oculorum firma, *vid.*
 ACIES. Acta alicuius firma Cic. Philipp. 1, 16. Ter. Hec. 4, 1, 18 Adeon' peruicaci esse animo, vt puerum praeoptares perire, ex quo firmiorem inter nos fore Amicitiam posthac scires, etc. Conf. Q. Cic. de Petit. Conf. c. 7. Amore firmo vincus Ouid. Epist. 20, 86. Amores firmos rumpere Idem de Arte Am. 2, 386. Animo firmiore in praelium prodire Caes. B. C. 3, 86. Argumenta firma ad probandum Cic. de Clar. Orat. 171. Assensio firma et constans Idem Acad. 1, 41. Carina firma Ouid. Epist. 2, 46. Catuli firmiores Phaedr. 1, 19. Cibus firmus, *Multi nutrimenti, cui opponitur Imbecillis* Cels. 2, 18. Varro Alibilem vocat de R. R. 2, 11. Cic. de Amicit. 23 Quae autem domus tam stabilis, quae tam firma Ciuitas est, quae non odiis atque dissidiis funditus possit euerti? Ciui-

- tas valens et firma Cic. de Arusp. Resp. 60. Conf. Caef. B. G. 5, 20 et 52. Copiae Nep. 18, 3, 3. Corpore satis firmo nondum esse Cic. Fam. 11, 27. Duces exercitus omnino firmos habere Idem ad Brut. 10. Exercitus Patere. 2, 29, 1. Plaut. Capt. 5, 1, 6. Quinque haec reperta est fides firma nobis. Fundus nec vendibilis, nec pascere firmus Hor. Epist. 1, 17, 47. Ter. Andr. 3, 3, 39 Tibi Generum firmum, et filiae inuenies virum. Ianna Ouid. Amor. 2, 12, 3. Iuuenis, *i. robustus ad Venerem* Hor. Epod. 12, 3. Lege nihil firmius in controuersis Cic. Top. c. 25. Mens firma permanet in suo voto Ouid. Epist. 16, 168. Nuptiae Ter. Hec. 1, 2, 26. *i. durable matrimonium.* Opinio firma et stabilis de aliqua re Cic. de Clar. Orat. 114. Plaut. Asin. prol. 3. Nec quisquam est tam ingenio duro, nec tam firmo Pectore, quin ubi quidquam occasionis sit, sibi faciat bene. Pectore firmo nunc opus est Virg. Aen. 6, 261. Poplite nondum firmo constitit Ouid. Met. 15, 223. Populi potentissimi ac firmissimi Caef. B. G. 1, 3. Potestas firma rerum Valer. Argon. 4, 12. Potio firma, *b. e. Multi nutrimenti.* Cels. 2, 18 Firmior ex frumento potio est, quo firmius fuit ipsum frumentum. Firmior ex eo vino quod bono solo, quam quod tenui natum est. Praesidia firmissima vitae sine metu degendae Cic. de Fin. 1, 35. Regnum futurum firmius Iustin. 21, 1, 2. Conf. Sallust. Iugurth. 10 d. Robora Virg. Aen. 2, 482. Cic. Att. 12, 49 Illum discessisse Alexandria Rumor est non firmus, ortus ex Sulpicii literis. Spe in firmiore esse Cic. Att. 8, 13. Plin. 11, 37 Hominum paucis non est, quorum Valetudo firmior et vita longior. Vina firmissima Virg. Georg. 2, 97. *durabilia.* Vincula Ouid. Fast. 1, 370. Vires Idem Fast. 3, 39. Vox firmior aere Id. Trist. 1, 4, 53. ¶ 2 *Formulae:* Firmum ad defensionem Cic. Verr. 5, 74. Idem de Fin. 4, 52 Discedet tamen nihilo firmior ad dolorem ferendum, quam venerat. Quae omnia illis firmiora; *i. Firmius probata* Sallust. Iugurth. 68 e. Firmum stabileque Cic. Off. 1, 6. Idem de Amicit. 63 Sunt igitur firmi, et stabiles, et constantes eligendi, etc. Quinctil. 6, 4 Nam quod fideliter firmum est, etc. Ratum firmum, fixum aliquid esse Cic. Acad. 4, 27. Ter. Heaut. 2, 3, 96 Fabulae: nihil fat' firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum. Tenere aliquid firmum Cic. in Orat. 237. *i. Certum.* Cic. Fam. 16, 12 Te penitus rogo, ne tam longae navigationi et viae per hiemem nisi bene firmum committas, *de agro conualescente.* Firmus a graui valetudine Suet. Aug. 8, 3. Planc. Cic. Fam. 10, 15 Me vt venirem, copiasque coniungerem rogauit, eoque magis, quod et Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur, et Lepidus non mediocrem quidem equitatum habebat. Ad aliquid faciendum non satis firmus Cic. Att. 8, 17. Firmior ad dolorem ferendum Idem de Fin. 4, 51. Ad viuendum firmus, *vid. AD Praep.* Firmissimus contra pericula et insidias Sallust. Iugurth. 30. *vid. ibi Cl. Wasse.* Firmus aduersus largitionem Tacit. Hist. 11, 82. Firmiores in sententia Cic. pro Corn. Balb. 61 c. 27. Firmissimus pro veritate Plin. Epist. 2, 11. Ira firmissimus Ouid. Met. 7, 457. Nec opibus satis firmi nec voluntate Cic. Fam. 15, 1. Fuit viribus ad laborem ferendum firmis Nep. 18, 11, 5. Parum firmus et imbellis Hor. Epod. 1, 16. Proposito firmus Patere. 2, 63, 3. ¶ 3 *Est cognomen Romanum gentis Aeliae, quod habuit etiam vnus ex Triginta tyrantibus.*
- FIRME. Adu. [*ἰσχυρός*] Stabiliter, inconcussa. Plaut. Mil. 4, 2, 23 Infido celas (*vid. leg. cela*) ego sum firme tibi fidelis. Idem Pers. 4, 1, 3 Atque edepol firme vt quisque rem accurat suam, sic ei procedit. Firmius Flor. 3, 5, 8. Plin. 35, 12. Assuerare aliquid firmissime Cic. Att. 10, 14. Firme grauiusque vocem naturae comprehendere Idem de Fin. 1 extr. Satis firme animo concipere et comprehendere aliquid Id. de Fin. 2, 6. Non firme tantum continere, verum etiam cito percipere oportet multa acturos Quinctil. 11, 1. Firme respondere, *b. e. Absque vilo timore aut pauore* Plin. Epist. 6, 13, 3. Sustinere firme aliquid Cic. de Fin. 3, 31.
- FIRMITER. aliud Adu. [*μακρῶς*] Idem. Plaut. Cas. 1, 4, 4 Concludere in fenestram firmiter. Varr. de R. R. 3, 9 Circum omnia posita sint cubilia gallinarum, aut exculpta, aut afficta firmiter. Firmiter insistere Caef. B. G. 4, 26.
- FIRMITAS, atis. f. [*σφῆζις, τόπος, τὸ σώσιμον*] Stabilitas, constantia. Cic. de Amicit. 46 Itaque vt quisque minimum firmitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maxime. Idem Fam. 9, 11 Firmitatem tamen et constantiam, si modo fuit aliquando in nobis, eandem cognosces quam reliquisti. Animi firmitas Quinctil. in proem. 6. Cic. Att. 12, 38. Sapientis firmitas Id. Acad. 4, 67. Vinorum firmitas, *pro eo quod vulgus Potentiam et durabilitatem vocat.* Plin. 14, 2 Principatus datur Amineis propter firmitatem, senioque proficientem vini eius vbiq; vitam. Gladiatoria totius corporis firmitas Cic. Philipp. 2, 63 c. 25. Et Nep. 15, 3, 1. Obnixa firmitas, *vid. OBNITOR.* Non satis firmitatis habent Cic. de Amicit. 19. Intendere se ad firmitatem, *vid. INTENDO.* Nancisci aliquid firmitatis Cic. Fam. 11, 12. Constantia et firmitas nec animi nec orationis Requiritur Cic. Att. 12, 37 (38.) Firmitas materiae Sustinet ictum Caef. B. C. 2, 11.
- FIRMITUDO, inis. f. [*σφῆζις*] Idem. Plaut. Asin. 2, 2, 54 Si istam animi firmitudinem obtines, salui sumus. Firmitudo animi Cic. Att. 10, 10. Idem Fam. 5, 13 Tu nihil plus quam quod firmitudinem grauitatemque animi tui perspexi. Vocis firmitudo Auct. ad Heren. 3, 20. Minus firmitudinis habere Cic. de Inuent. 2, 58. Obtinere animi firmitudinem Plaut. Asin. 2, 2, 54. *vid. OBTINEO.*
- FIRMO, are. [*σφίζω, ἐπίσω, ἐμπεδώ, σφείω*] Firmum facere, eadem latitudine, quam in nomine obseruauimus. Liu. 21, 22 Firmatque eum Africis maxime praesidiis. Firmare aciem subsidiis Idem 2, 31 pr. *ubi vid. Gron.* Cic. de Arusp. Resp. 30 Tabulis hoc Censorum, memoria multorum firmabo ac docebo. Tacit. Ann. 14, 10 Atque eum auctore Burro prima Centurionum Tribunorumque ad spem firmavit. Aciem firmare, *vid. ACIES.* Aditus firmare, *vid. ADITVS.* Aestuaria proxima aggeribus et pontibus traducendo grauiori agmini firmat Tacit. Ann. 4, 73. Agrum firmare sepibus, *Claudere* Plin. 18, 6. Aluum, *pro Astringere* Idem 14, 18. Animum alicui Ouid. Met. 9, 744. Animum aduersum suprema firmat Tacit. Ann. 15, 59. Firmandus est animus ad dolorem ferendum Cic. Tusc. 2 c. 15. Basilicam Tac. An. 3, 60. *vt intelligamus, vitium fecisse.* Castra firmarunt robore Sil. 8, 448. Tacit. Ann. 11, 31 Iret in castra, firmaret Praetorias Cohortes. Corpus aduersus venena Vi&t. de Vir. illust. 76. Corpora cibo Liu. 27, 13 extr. Corpora iuuenum labore Cic. Tusc. 2, 36 c. 15. Ter. Heaut. 5, 5, 4 Ehem Menedeme, cur non accersi iubes filiam, et quod dixi Dotis, firmas?

firmas? Ter. Hec. 5, 1, 23 Aliud si scirem, qui firmare meam, apud vos possem Fidem sanctius, quam iusiurandum, id pollicerer tibi Laches. Conf. Andr. 3, 1, 4. Suet. de Clar. Rhet. c. 1 Saep fabulis Fidem firmare aut demere, quod genus, *ἰερεὺς*, etc. Ter. Hec. 4, 3, 5 Teque ante, quam me amare rebar, ei rei firmasti Fidem, Vbi Donatus, Ordo et sensus hic est, Et quod ante rebar, ei rei firmasti Fidem meam: neque me fecellit, quod ante rebar, te me amare: nam Ei rei firmasti fidem, i. Probationem attulisti. Fides antiquitatis religione firmatur Tacit. de Germ. 39. Foedera dictis Virg. Aen. 12, 212. Imperium Cic. pro Sull. 32 c. 11. Militem firmabant caeteris belli meditantibus Tacit. Hist. 4, 26. Moenia urbis firmavit Tibul. 2, 5, 24. Firmare omen et augurium, i. Confirmare. Omen enim et augurium non videbatur Romanis hominibus satis habere ad persuadendum fidei: proinde ad confirmationem prioris augurii, secundum poscere solebant: hinc Virg. Aen. 2, 690 Et si pietate mere-mur, da deinde auxilium, Pater, atque haec omina firma. Sil. 4. 127 Adsis, o firmesque tuae Pater alitis omen. In Silio tamen videtur esse, Non alio omine confirmare: nullum enim praeterea succedit: sed Euentu factisque id, quod augurium portendit promisitque, praestare, Turneb. Adv. 13, 16. Opes latronum firmat et auget etiam iustitia Cic. Off. 2, 40. Orationem gravitate quadam et contentione Idem de Orat. 2, 212. Caes. B. G. 4, 28 His rebus Pace firmata. Praesidia alicuius Cic. ad Brut. 10. Promissa numine firmat Ouid. Met. 10, 430. Prouinciam pace praesidiisque Cic. Fam. 1, 7. Soporrem alicui Ouid. Met. 1, 715. Tacit. Ann. 3, 31 Eius anni principio Tiberius quasi firmandae valetudini in Campaniam concessit. Vestigia firmat pinus Virg. Aen. 3, 611. Vires industria firmat Idem Georg. 3, 209. Vim et naturam fati et diuinationis ratione Cic. de Fato 11. Idem de Inuent. 1, 67. Vocem Id. de Orat. 3, 225. ¶ 2 Simpliciter etiam dicitur, Firmare, pro Asseruare. Tacit. Ann. 1, 80 Vix quidquam firmare ausim. Et Ann. 6, 28 Nihilque usurpauisse ex his, quae vetus memoria firmavit. Sic Firmare aliquid iureiurando Cic. de Legib. 2, 16.

FIRMATVS, a, um. Partic. [*ἔσηρηγμένος*] Cic. pro Domo Collegia mediisfidius Tribunorum plebis tota reperientur hoc iure firmato, etc. Acies firmata, vid. ACIES. Aetas Cic. pro Caes. 43. Virg. Ecl. 4, 37. Animus adolescentis consilio et ratione nondum firmatus Cic. pro Cluent. 13. Leges pacis firmatas dissoluere Claud. de Rapt. Proserp. 1, 63. Mens Ouid. Fast. 1, 497. Opinio vetus et omnium gentium firmata consensu Cic. de Diuin. 1 pr. Stirps virtutis firmata Cic. pro Caes. 79. Vires firmatae cibo: h. e. Roboratae Liu. 9, . . . Cic. Att. 2, 19 Sed est iam vna vox omnium magis odio firmata quam praesidio.

FIRMATOR, oris. m. [*σηρητής*] Tacit. Ann. 2, 46, 7 Misus tamen Drusus, ut retulimus, pacis firmator. Disciplinae firmator Plin. Epist. 10, 38.

FIRMAMEN, inis. n. [*σημῆξις*] Ouid. Met. 10, 491 Ruptosque obliqua per vngues Porrigitur radix, longi firmamina trunci.

FIRMAMENTVM, i. n. [*σηγήμα*] Soliditas et stabilimentum. Cic. pro Cluent. 5 Etenim sicut alijs in locis parum firmamenti et parum virium falsitas habet, sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet. Firmamentum ac robur Cic. pro L. Manil. 10. Disciplinae firmamentum Idem Tusc. 4, 7. Imperii firmamentum Id. Att. 3, 13. Pro Praesidio. Cic. Att. 1, 18 Sic ille annus duo firmamenta Reip. per me vnum constituta euertit. Stabilitatis constantiaeque eius quam in amicitia quaerimus, firmamentum, est fides Idem de Amicit. 65 c. 18. Flos equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipublicae, Publicanorum ordine continetur Id. pro Planc. 23. Ordo caeterorum ordinum firmamentum Cic. pro L. Manil. 17. Ponere firmamentum in aliquo Idem pro Flacc. 92. Sed primum auspiciam Deus artibus altaque circum Firmamenta dedit Grat. Cyneg. 10. Pro Neruis. Gell. 13, 21 Vincula et firmamenta membrorum. Firmamentum et continens causae dicitur Latine, quod, Punctum litis decisorium, vocant. Quinctil. 3, 13 *Συνέχων*, autem quod continens alii, firmamentum alii putant. Quae apud Theologos de Firmamento illo Mosaico disputentur, notum est. Vititur voce Tertull. de Bapt. 3 Nam ut firmamentum caeleste suspenderet in medietate, distinctis aquis fecit.

FIRMVM Castellum, Pomp. Melae 2, 4 Firmium Ptolemaeo: Plinio 3, 13 Firmanorum Castellum, Vrbs est Italiae in Piceno. Hinc

FIRMANVS saltus Catull. 111, 1.

F I S

FISCVS, i. m. [*λίγρος ἀλιευτικός* Vet. Gl.] Saccus plexilis, s. qualis, quo utebantur ad oleam exprimendam, et similia. Columel. 12, 47, 9 Fisco inclusa olea prelo supponitur. Et 12, 50, 22 Fiscis non iisdem probum et cibarium oleum premi oportebit etc. Et 12, 38, 7 Per fiscum lineum exprimere. Add. 12, 52, 2. it. Fiscina, Fiscella. ¶ 2 Inprimis pecuniae seruandae, ferendae etc. adhibebantur fisci. Sen. de Ira 3, 33 Libet intueri fiscos in angulo iacentes. Hi sunt propter quos oculi clamore exprimentur etc. Positis ante se cum pecunia fiscis Suet. Claud. c. 18. Tollere fiscum Cic. Verr. 3, 183. Ex fisco in cistam pecuniam transferre Idem Verr. 3, 197. Et Verr. Act. 1, 22 c. 8 Reperiebam fiscos complures cum pecunia Siciliensi a quodam Senatore ad Equitem Romanum esse translatos, etc. Asconius ad b. l. Fisci, fiscinae, fiscellae, sparteae sunt utensilia ad maioris summae pecunias capiendas. Vnde quia maior summa est pecuniae publicae quam priuatae, ut pro censu priuato loculos et arcam et saccellos dicimus, sic pro publico thesauro aerarii dicitur Fiscus. Haec Asconius. Isidor. 20, 9 Fiscus saccus est publicus — hunc habent exactores, et in eo mittunt debitum publicum, quod redditur regibus. Augustus Dione teste l. 53 p. 506, E instituit, ut populi aerarium, a fisco principis appellatione distingueretur. Hinc Caesar omnia habet, fiscus eius priuata tantum et sua: et vniuersa in imperio eius sunt, in fisco propria Sen. de Benef. 7, 6. Plin. in Paneg. c. 36 At fortasse non eadem seueritate fiscum, qua aerarium cohibes: immo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis. Praeter caeteros Iudaicus fiscus acerbissime actus Suet. Domit. c. 12. Conf. CALVMNIA, it. FISCALIS. Spartian. in Adrian. c. 7 Damnatorum bona in fiscum priuatum redigi vetuit, omni summa in aerario publico recepta.

FISCALIS, e. Adj. [*δημοσιακός*] Quod ad fiscum pertinet: ut, Loca fiscalia Callistrat. in l. non intelligitur §. vlt. D. de iure fisci. Calumniae fiscales Suet. Domit. 9, 9. i. Delationes falsae aduersus ciues

pro fisco intentae. Ita Marcus apud Oros. 7, 15 Omnia simul fiscalium negotiorum calumniosa monumenta congesta in foro iussit incendi. Talis est Calumnia fisci Iudaici sublata in Neruae numo: Vid. Spanh. de Num. diff. 9 p. 811. Debitores Pauli. in l. in fraude D. de iure fisci. Fundus Paull. ibid. Horreum Paullin. Nol. Ep. 49. (36) Ius l. 42 D. de Pact. Fiscalia absolute dicuntur tributa l. 3 C. de Episc. et Cler.

FISCARIUS, i. m. Firmic. 3, 13 Mercurius faciet imperatorum exactores, et qui annuas fiscariorum praestationes repetant. Fiscarios appellat eos, qui fisco principis aliquid debent. Vid. Caes. Rhod. 20, 29.

FISCINA, ae. f. [*τάλαρος*] Idem quod Fiscus. Isidor. 20, 9 Fiscus primae positionis (*Primitivum*) est: derivativum Fiscina est: diminutivum Fiscella. Cato R. R. 135, 3 commendat Fiscinas Campanicas et Romanicas. Fiscinae sportaeque ex palma et sparto laudantur Colum. 11, 2, 90. Oleariae Campanicae Cato 153. In fiscina nova vuas premito Colum. 12, 39, 3. Add. 12, 50, 10. Virg. Georg. 1, 266 Et facilis rubea texatur fiscina virga. Plin. 18, 31 Frondarias fiscinas quatuor implere frondatorem, iustum esse autumat. Varro de R. R. 1, 22 Ista fere sunt, quae ex viminibus et materia rustica fiunt, ut corbes, fiscinae, tribula, mallei, et rastelli. Cic. pro Flacc. 41 c. 17 Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti.

FISCELLA, ae. f. [*ταλαρίς*] Dimin. a Fiscina. Virg. Ecl. 10, 71 Et gracili fiscellam texit hibisco. Milii fiscella Ouid. Fast. 4, 743. Fiscellae iunco factae rariore contextu Pallad. Oct. 19, 1. Columel. 12, 18, 2 Si ager amplus, aut vineta, aut arbuſta grandia sunt, perenne fabricandae decimodiae, et trimodiae, et fiscellae texendae et picandae. In iuncea fiscellis vel sparteis saccis percolant Colum. 12, 17. Conf. Barth. ad Script. Venat. 180. et Aduers. 36, 23. ¶ 2 Fiscella etiam viminibus funiculisque contexta, dicitur Qua boum ora faucesque capistrantur. Cato de R. R. c. 54 Et fiscellas habere oportet, ne herbas sectentur quum arabunt. Plin. 18, 19 Fiscellis capistrari boues oportet, ne germinum tenera praecerpant. Vid. Scheff. de re vehic. p. 166 sq. ¶ 3 Isid. Gloss. Fiscella, forma ubi casei exprimuntur. Nempe textilis forma serum ubique emittit.

FISCELLVM, an **FISCELLVS**? i. [*ταλαρίωνος*] Pro eodem. Columel. 12, 38, 6 Mox fiscello ligneo inclusas (*baccas*) exprimito.

FISCELLVS, i. m. Casei mollis appetitor; ut Catillones, Catillorum liguritores. Festus, et Isid. in Gloss. Vid. FISCELLA n. 3.

FISSILIS, **FISSIO**, **FISSIPES**, **FISSVM**, **FISSVRA**, **FISSVS**. Vid. **FINDO**.

FISTVCA, ae. f. Sic melius scribitur quam Festuca, machina, qua utuntur vel ad solidandum solum, vel ad palos adigendos; vel simplicior, e fusti, unde dicta est, ab altera parte complanato; vel grauior, ansata, ferro praefixa, eaque vel manibus solis administrata, vel funibus trochleisque in altum tracta, ut laxata suo pondere irruat in subiecta, etc. Vitruu. 7, 1 Si plano pede erit ruderandum, quaeratur solum si sit perpetuo solidum, et ita exaequetur, et inducatur cum statumine rudus. Sin autem omnis, aut ex parte congesticius locus fuerit, fistucationibus cum magna cura solidetur. Pavimenta fistucis pauita Plin. 36, 25. Caes. B. G. 4, 17 Haec quum machinationibus immissa in flumen defixerat, fistucisque adegerat, non sublicae modo direxerat.

FISTVCO, are. *Fistucis exaequare, vel pauire, vel palos in terram adigere.* Cato 18, 7 Fundamenta prius fistucato. Al. festucato. Sed illud verius esse, modo ostendimus. Plin. 36, 25 Deinde rudus, in quo duae quintae calcis misceantur; pedali crassitudine fistucari.

FISTVCATVS, a, um. Adi. *Fistuca exaequatum.* Plin. 17, 11 extr. Sicuti terram circa radices fistucato spissandam, i. *Fistucatione.* Vid. Plin. 36, 25. Solum fistucatum Plin. ibid. Vitruu. 7, 4.

FISTVCATIO, onis. f. *Actus ipse fistucandi.* Vitruu. 7, 1. Idem 10, 3.

FISTVLA, ae. f. [*σίριγξ, αὐλὸς, σωλήν, ὄχετος, δόναξ*] Prima significatione notabat cauatam aliquid teres, quod ore humano inflatum redderet sonum, quem primae quatuor literae fist utcumque exprimunt, ut sit ὀνομασποινδέν, nomen ex sono rei ipsius ductum. Tale quid voluit forte Isid. Orat. 2, 20 Fistula dicta quod vocem emittat: quae varie corrupta, ut ex antiquis editionibus apparet. Certe verum est, fistulam dictam videri, ab eo, qui inflatae arundinis, calami, cannae sonum signare voluit. Deinde, ut fit, traducta est appellatio ad omnia caua oblonga, teretia, per quae vel aer, vel quicumque humor meat. Nobilior caeteris est illa, quae ad aquarum derivationem, distributionem, erogationem et moderationem adhibetur. Quinctil. 5, 14, 31 de Oratione, Feratur non semitis, sed campis; non uti fontes angustis fistulis colliguntur, sed ut latissimi amnes totis vallibus fluat. Cic. pro Rabir. perd. reo 31 Et si C. Marius, quod fistulas, quibus aqua suppeditabatur Iouis Opt. Max. templis ac sedibus, praecidi imperat, etc. Varr. de R. R. 3, 5, 2 In hoc tectum aquam venire oportet per fistulam. Graphice, ut solet Ouid. Met. 4, 119 de Pyramo,

Ut iacuit resupinus humi; cruor emicat alte,
Non aliter quam cum vitiato fistula plumbo
Scinditur, et tenues stridente foramine longe
Eiaculatur aquas, atque ictibus aera rumpit.

Recte plumbum appellat. Nam in hoc differunt fistulae a tubulis, quod hi e testa s. fictiles, illae autem plumbeae. Locus classicus de utroque genere aquae ducendae Vitruu. 8, 7 quem in breuitatem contraxit Pallad. Aug. 11 et 12. Frequens illarum mentio apud Frontinum de Aquaeductibus, ubi multa docuit Polenus. Necnon Icti veteres frequenter illas usurpant, v. g. Fistulis adplumbata epitonia l. 17 §. 8 D. de act. emt. 90 Fistulas, quibus aquam duco, in via publica habeo l. 13 D. si Seruit. vindic. Fistula iuncta parieti communi, quae aut ex castello, aut ex caelo aquam capit. Sic l. 15 D. de seruit. praed. rusticor. Q. Mucius scribit, — licere fistulam vel fictilem vel cuiuslibet generis in riuo ponere etc. ¶ 2 Fistula est Instrumentum musicum. Vid. Barthol. de Tib. Vet. 3, 6. Turneb. Aduers. 12, 7. et 28, 15. it. Brouckb. ad Tib. 2, 5, 31. Catoni R. R. 21, 1 Fistula ferrea cauum aliquid est, intrinsecus in columellam, extrinsecus autem in cupam conueniens. Plin. 17, 14 f. 23 Hinc nata inoculatio, sutoriae simili fistula aperiendi in arbore oculo cortice exciso, semenque

(i. oculo sine gemma cum orbiculo corticis illam circumdantis) includendi (in illum orbiculum excisum) eadem fistula sublato ex alia. Affinis est haec fistula terebrae Gallicae. Virg. Ecl. 2, 36 Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. Plin. 7, 56 Fistulam Pan inuenit. Macrobian. Sat. 1, 21 Solem sub nomine Attinis ornant 105 fistula et virga. Fistula ordinem spiritus inaequalis ostendit: quia venti,

venti, in quibus nulla aequalitas est, propriam sumunt de sole substantiam. *Caeterum vid.* Nemes. Ecl. 3, 5 et 9. Calpur. Ecl. 4, 60 etc. Cic. de Orat. 3, 223. De fistula Gracchi *f. tonario* Quinct. 1, 10, 27. Cic. de Orat. 3, 223 c. 60. Arguta Virg. Ecl. 7, 24. Caua Valer. Argon. 4, 384. Dispar septenis fistula cannis Ouid. Met. 2, 682. Eburneola Cic. de Orat. 3, 223 c. 60. Garrula Tibull. 2, 5, 31. *Vid. ibi Brouckb.* Iuncta cera Virg. Ecl. 3, 25. Pastoricia fistula videtur vehementissimum illum sibilum notare ore ac labiis expressum, quo reuocare pecus illi solent, unde ad sibilum irrisionis *f. exsibilationem* refertur Cic. Att. 1, 16 Itaque et ludis et gladiatoribus mirandas *emissionas* (significationes ubi vid.) sine vlla pastoricia fistula auferebamur. Rustica Ouid. Met. 8, 191. Dulci fistula personuere faxa Hor. Carm. 1, 17, 10. ¶ 3 Sed multo latius patet, ut diximus, et ad multas res a natura vel ab arte teretes et cauas refertur. V. g. Pro epistomio Cato R. R. 154 Fistulam subdito labro, uti obturari possit. Talis est 15
Fistula frigidaria in balneo Pallad. 1, 40, 3. de Centimali fistula vid. *f. l.* Perforata fistula Veg. Veter. 3, 4, 42. Nam sunt quaedam non peruae ut Colum. 9, 11, 4 Fistulae laxioris, quam sunt reliqua foramina, est regia apum. Talis est fistula morbus, de qua n. 4. Fistula farraria apud Caton. R. R. 10 eadem Serrata Plin. 18, 10 f. 23. vid. Gef- 20
neri Lex. Rust. ubi probabile feci, esse genus molae, ubi intra matricem striatam conus denticulatus circumagitur, qua machinatione grana illapsa frenduntur. Sutoria Plin. 17, 14 f. 23. Fistula, Vorticis genus. Plin. 2, 49 extr. Ex eodem genere et in longam veluti fistulam nubes aquam trahit. Dicitur autem vortex fistula, quia rotatus et vibratus 25
suo turbine impetuque in mare interdum impingitur et illiditur, et reuerberatus percussusque retro reicitur cum aquae rapina, unde a nauticis Siphon appellatur, quem Plin. Fistulam interpretatus est. Vid. Turneb. Adu. 4, 20. Iustin. 4, 1 pr. de Sicilia, Terra cauernis quibusdam fistulisque ita penetrabilis, ut ventorum tota ferme flatibus pateat. 30
Fistula, Per quam spiratur. Plin. 9, 7 Branchiae non sunt balaenis, nec delphinis: haec duo genera fistulis spirant, quae ad pulmonem pertinent. Vrnalis Veg. Veter. 3, 15, 7. Fistula, Arbor aromatica, quae et Casia fistula a medicis appellatur. Plin. 17, 14 f. 24 de surculis inferendis, Calami (*i. surculi*) exacutio medullam ne nudet: tenui 35
tamen fistula detegat, *i. in tantum detegat, ut cauitas tenuis in conspectum veniat.* ¶ 4 Notabilis Fistula, Vlcus altum, angustum, et callosum in corpore: siue ex vulnere sit, siue ex vitio intus orto, quod ad suppurationem peruenerit. Cato R. R. 157, 14 Et si fistula erit, turundam intro trudito, etc. Plin. 20, 6 Extrahit fistulis vitia cum 40
fulphure et resina, etiam harundines cum pice. Ibid. c. 9 Sic etiam fistulas eluxatas et tumores euocari, quaeque discuti opus sit. Nepos 25, 21, 3 Subito tanta vis morbi in vnum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistula putris eruperit. Al. Puris. Vid. Cels. 5, 18. et 7, 4. Scribon. 266. Veget. Veter. 2, 13, 4. it. 45
2, 26 et 27 int.

FISTVLATIO, ōnis. f. Apud Sidon. . . .

FISTVLATIM, Adu. Apul. Met. 4 p. 144, 3 Dolore plagarum alius artata, crudisque oleribus abundans — fimo fistulatum excusso, quosdam extremi liquoris aspergine — abegit. 50

FISTVLATOR, ōris. m. Qui fistula canit. Cic. de Orat. 3, 228 c. 61 Sed fistulatorem domi relinquetis.

FISTVLATORIVS, a, um. Adi. Fistulatoriae artes Arnob. 2 p. 73.

FISTVLO, āre. *Fistulam agere, et in modum spongiae fistulosum esse, etc.* Plin. 18, 11 Terra eius puluerea summa, inferior bibula, et pumicis vice fistulans: montium quoque culpa in bonum cedit. Vet. Onomast. *Fistulo* *σφελίζω*.

FISTVLESCO, ēre. Idem. Fulgent. Myth. 2 Ligna furfuraceis tinearum terebraminibus fistulescunt. 60

FISTVLOSVS, a, um. Adi. [*τημωρότης*] Quod est spongiae modo, hoc est, foraminibus plenum. Columel. 7, 8 de caseo, Sic neque fistulosus, neque falsus, neque aridus prouenit. Cancer fistulosus, Morbus Cato c. 157, 3. Lapis Pallad. 1, 10. Saxum Vitruu. 1, 5. Plin. 27, 8 Spongia aquarum dulcium verius quam muscus, aut her- 65
ba, villosae densitatis atque fistulosae. Terra Idem 17, 5.

FISTVLATVS, a, um. Partic. Cauatus in morem fistulae, vel fistulis apertus. Suet. Neron. c. 31, 8 Coenationes laqueatae tabulis eburneis, versatilibus, ut flores; fistulatis, ut vnguenta desuper spargerentur. Sic etiam Burm. Aera fistulata Sidon. Epist. 9, 13. Venae 70
Arnob. 2, 84.

FISTVLARIS, e. Adi. Fistulare medicamentum Veget. Mulom. 2, 13 ad fistulas. Fistulares versus Diomedi 3 p. 498 med. qui paullatim accrescente partis orationis numero, ab vnica syllaba plures adusque ducuntur, ut Homericus ille declarat, *ἢ μάκρας Ἀρτέστης*, 75
μοισσηγένης, ὀλβιόδαιμον. Prima vox vniam habet syllabam, altera duas etc. Dicuntur iidem Rhopalici, v. v. Fistulare dicas etiam carmen, quale est Syrinx Simmiae Theocrito subiungi solita, decrescente numero syllabarum in versibus, donec in trisyllabo finiatur.

FISTVLARIVS, i. m. Idem ac *Fistulator*, vel *Organi pneumatici structor*. Gloss. Gr. Lat. *ὄργανόποιος*, *Fistularius*. Vet. Inscript. apud Fabrett. p. 625 Q. GRISIDIO. Q. F. SABINIANO. 80
FISTVLARIO. CANTORI. IMAGINARIO.

F I T

85

FITILLA, ae. f. Quid esset, non ignorare nos patitur Arnobius, l. 7 p. 230 Quid fitilla, quid frumen, quid africa — ex quibus duo, quae prima, sunt pultium nomina, sed genere et qualitate diuersa. Idem l. 2 p. 58 de infante alendo, Ipse autem qui infertur cibus fit vnus atque idem semper — aut fitilla de milio, aut fit panis ex farre etc. Nihil hic est varietatis in libris, nisi quod eo quem prius posuimus loco fit illa primi editores dederant, et Meurs. in Crit. Arnob. p. 211 legit fritilla; sed ex ingenio, ut omnia in hoc scriptore. Etiam Plin. 18, 8 f. 19 Et hodie sacra prisca atque natalium pulte fitilla conficiuntur. 95
Sic editi ante Hard. vulgo. Hic vero ex MSS. fritilla, et dictum putat pro fritilla *f. fritilli* a frigendo: quoniam esset puls e farina fricta. Quod putat praesidium huic coniecturae forte esse in Varronis loco apud Non. 4, 291 vereor ne fugerit illum ratio. Ibi enim libri vulgares fatuam pultem: sed Merceri optima editio fauatam habet, quam ille vir do- 100
ctissimus a fabis deriuat, non a fauis apiariis. Scaliger in Coniect. ad Varr. de L. L. p. 77 in loco Fabii Pictoris apud Non. 3, 197 ollam rudem fritilem legit ex Festo in Muries, et interpretatur, in qua fritilla coqueretur; Fritilla autem ipsum deriuat a Frit, quod sit *ἀθήνη*, unde Graeca *ἀθήνη* nomen habeat. Sed apud Nonium praestantissima Merceri 105

editio p. 223, 17 ollam rudem fictilem habet: ollam fictilem etiam Paulus Festi epitomator Voc. Muries. Ac de illo Frit Varroniano dubites, an inde puls conficiatur. Haec praepone visum est, ut tanto cautius tractetur Sen. de Benef. 1, 6. Hic vulgo legebatur, teste etiam Mureto V. L. 12, 1 Boni etiam farre ac fictili religiosi sunt; mali rursus non effugiunt impietatem, quamvis aras sanguine multo cruentauerint. De fictili non dubitabant homines, qui recordarentur, fictilia in usu sacrorum fuisse, quod docent fictiles vrnulae Numae Pompilii apud Cic. Parad. 1, 3. Sed protulit Muretus l. c. ex MSS. fritilla, pro quo legendum ipse ex Arnobio censuit fitilla: quam lectionem etiam firmat ea, quam Moretus ex duobus libris protulit, suilla, cuius totidem sint lineae, etc. itemque Gruterianae e Palatinis ficiola, ficilla, suilla, si vlla, si tilla. Modius Epist. 29 cum fricolis in libro suo inuenisset, suspicatus est frivolis. Sed concessit deinde Ep. 133 in Mureti sententiam, quam probat etiam Lipsius: nisi, inquit, quis eligit fritilla, ut in Arnobio. Cum autem in Arnobio fitilla sit sine dubio; nescio quam bene Gronovius fritillam Senecae dederit.

F I V et F I X

20 FIVERE, pro Fugere, Antiquum. Fest.
FIXVLA, pro Fibula antiqui usurparunt; a Fingendo nomine deducto. Sipontin.
FIXVS, vid. FIGO.

F L A

25 FLABELLIFER, FLABELLVM, FLABILIS, FLABRVM, etc. Vid. FLO.

FLACCEO, ēre. siue FLACCESCO, ui, ēre. [χαλάω] Quod etiam uno C scribitur, Languescere et marcescere, proprie de viridibus, cum rigorem illum vigoris indicem amittunt, nec se sustinent, sed veluti concidunt. Columel. 12, 7, 4 Foeniculum quum legeris, sub tecto exposito dum flaccescat. Sic Varro de R. R. 1, 13, 4 Quod enim infertur recens minus bonum: id quum flacuit, melius, de Sterquilinio, cum fermentatione quadam comminutum, et acrius factum est, quo facto culmi straminis omnem rigorem amisere. Flaccescit oratio, per translationem, Quae nullas habet dicendi vires. Cic. de Clar. Orat. 93 c. 24 Dein, quum otiosus filium prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio. b. e. Languescebat, et quasi decidebat, ac vires amittebat. Add. Plin. 15, 29 f. 36 ubi tamen Hard. legit flavescente. Messala flaccet Cic. ad Q. Frat. 2, 15 extr. An scepra iam flaccet Accius apud Non. 2, 323 qui laudat etiam Afranii, Disperii, perturbata sum, iam flaccet fortitudo. Et Ennii, Sin flacciebunt conditiones, repudiato, et reddito. In his omnibus indicatur remissio quaedam vigoris et veluti rigoris etc. Sic Flaccete sententia Claud. Mamert. 1, 3.

FLACCIDVS, a, um. Adi. [χαλαρός] Languidus. Plin. 15, 30 Hanc esse folio maximo, flaccidoque et albicante. Flaccidae aures Plin. 8, 51. Varro de R. R. 2, 9 Capitibus et auriculis magnis et flaccidis. de canibus. Vela flaccida, pendula Apul. Flor. 23 p. 365, 7. Metaphorice Argumentatio flaccida Arnob. 7. de Vestimento. Apul. 7 p. 191, 6 Sumta veste muliebri florida, in sinus flaccidos abundante. Sic MS. Sed al. Floccidos.

FLACCIDE. Adu. Apud Symmach. . . . Flaccidior, Compar. Languidior, tardior, remissior. Lucret. 5, 631 Flaccidiore etiam quanto iam turbine fertur Inferior, quam sol, tanto magis omnia signa, etc.

FLACCVS, a, um. Adi. Languidus ac pendulus. Aures flaccae Cato R. R. 2, 9. Hinc Flacci dicti, Quibus aures flaccae erant siue pendulae, ut docet Plin. 11, 37. Cic. de N. D. 1, 80 c. 29 Redeo ad deos: equos insigni nota strabones, aut paetulos esse arbitramur, equos naeuum habere, equos filos, flaccos, frontones, capitones, quae sunt in nobis? ¶ 2 Laudatur Plaut. Fragm. 3, 30 Perii: flacco habebit iam illic homo lumbos meos, quod interpretantur ad terendum habere. Credo esse illum versum, quem alii referunt ad Afin. 3, 3, III Perii, illic habebit flocco iam homo lumbos meos. i. tractabit contemtim et cum iniuria, ut flocci habere. v. v. ¶ 3 Flaccus, cognomen fuit vsitatissimum apud Romanos, et commune Auianis, Auiiis, Calpurniis, Flauis, Fuluis, Horatiis, Hordeoniis, Valeriis et Verriis. Vid. Sigon. de Nom. Rom. c. 5. Hinc

FLACCIANVS, a, um. Adi. Ad Flaccum pertinens. Valer. Max. 6, 3, I Flacciana area, quum diu penatibus vacua mansisset, a Q. Catulo Cimbricis spoliis adornata est. Flacciana, i. M. Flacci.

FLACES, ium. Pl. [ετέμωλα] Faeces ex oleis expressae. Plin. 15, 6 Item in amurca et flacibus. Eae sunt carnes, et inde faeces. Sed rectius legitur Fracibus. v. v.

FLAGELLVM, etc. Vid. sub FLAGRVM cuius Diminutivum est.

FLAGITIVM, i. n. [ἀτόπημα, ἕβρις Vet. Gloss.] Est (inquit Valla 4) proprie in libidine, quasi Flagris dignum crimen: sed pro caeteris quoque peccatis accipitur, non tantum turpibus, verum his etiam, quae per negligentiam, imprudentiam, obliuionemque committuntur. A flagitando deriuat Isid. 2, 26. Donat. ad Ter. Eun. 2, 3, 90 Flagitium, inquit, more militari dicitur Res flagitatione, hoc est increpatione digna. Vid. mox n. 4. Locus Terentii ita habet. Agitur de ducendo Chaerea habitu Eunuchi in domum meretriciam. Vacillat Parmeno auctor consilii, ac dicit, Ah Flagitium facimus. Chaerea respondet, An id flagitium est, si in domum meretriciam deducar, et illis crucibus — nunc referam gratiam? Est nempe hoc ex illa disciplina, unde est illud Micionis apud eund. Ter. Ad. 1, 2, 21 Non est flagitium, adolescentulum scortari, neque potare, etc. cui respondet Demea, Proh Iupiter, tu me homo adigis ad insaniam, Non est flagitium facere haec adolescentulum? Nempe Demea flagitium intelligit rem pudendam apud bonos viros: Micio de infamia ciuili loquitur, quae honoribus et ciuili existimatione priuet. Cic. de Senect. 40 Stupra vero et adulteria et omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari nisi voluptatis. Flagitium, inquit Non. 4, 215 veteres Vitium quod virgini infertur, dici voluerunt. Hinc Vet. Gl. βλα. Flagitii principium est nudare inter ciues corpora Enn. ap. Cic. Tusc. 4 c. 33. Amor, flagitii et leuitatis auctor Idem ibid. c. 32. Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum et corpus suum, flagitium vocatur: quod autem agit, vt alteri noceat, facinus dicitur Augustin. de Doctr. Christ. 3, 10. Add. l. 1 ff. de extraord. Crim. §. 2. Phaedr. 3, 10, 14 Mentitus de flagitiis castae mulieris. Plaut. Afin. 5, 2, 3 Meoque sciente filio id facere flagitium patrem? Ter. Heaut. 5, 4, 14 Ea causa magis patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri. Vitia

atque flagitia domestica Cic. Tusc. 1, . . . Idem Verr. 5, 26 Ita dici breuitas conuiuui, noctis longitudo stupris et flagitiis conterebatur. Extrema flagitia illicitae libidinis de Gallis Cybelae Apul. Met. 8 p. 215, 16. Habet igitur maxime domicilium haec vox in turpitudine insigni venerea; sed tamen etiam latius patet, et

¶ 2 Omne 5
probrum, ac dedecus, omnem rem, cuius pudere aliquem debet, significat. Liu. 42, 60 Consul moueri flagitio timoris fatendi; victus tamen ratione, silentio noctis transductis coplis castra in vltiore ripa communiuit. In XII Tab. Si quis carmen occentassit, quod alteri flagitium faxit, capital esto. Plaut. Epid. 3, 4, 79 Flagitio cum maiore 10 post reddes tamen. Sic et Nepos 22, 1, 6 Periturum se potius dixit, quam cum tanto flagitio domum rediret. Sic Plin. Epist. 3, 11, 4 Effugere flagitium. Et Propert. 2, 34, 12 Posses in tanto viuere flagitio? Etiam de pudendo errore, Cic. de N. D. 1, 66 c. 24 Ista enim flagitia Democriti, siue etiam ante Leucippi, esse corpuscula quaedam leuia, 15 alia aspera, rotunda alia, etc. Formulae cum Nominibus. Promptus flagitio, i. Ad faciendum flagitium Tacit. Ann. 15, 45. Idem Ann. 1, 3 Nam senem Augustum deuinxerat adeo, uti nepotem vnicum Agrippam Posthumum in insulam Planasiam proiiceret, rudem sane bonarum artium, et robore corporis stolide ferocem, nullius tamen 20 flagitii compertum. Tacit. Ann. 3, 20 Et illam obsidionem flagitii ratus, i. flagitiosam, pudendam. Grauiissima Quinctil. 2, 16. Ingens Hor. Serm. 2, 4, 82. Insignitius Tacit. Ann. 4, 51. Manifesta Quinctil. 2, 2. Flagitium hominis, i. flagitiosus turpis Plaut. Casin. 2, 1, 8. ¶ 3 Verba: Cic. Catil. 1, 13 Quae 25 libido ab oculis, quod facinus a manibus vnquam tuis, quod flagitium a toto corpore Abfuit? Accommodatus ad flagitium, vid. ACCOMMODO. Addere damnum flagitio Hor. Carm. 3, 5, 26. Cic. Att. 9, 12 Spes quaedam me obtentabat, fore ut aliquid conueniret potius, quam aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitii Admitteret, de 30 Pompeio Italiam relinquente. Admittere rei militaris flagitium Cic. pro Cluent. 128 c. 46. Plaut. Cas. 5, 3, 1 Maximo ego Ardeo flagitio, nec quid agam meis rebus scio, Nec meam ut vxorem adspiciam etc. Cic. de Clar. Orat. 219 c. 61 Ut ne legens quidem vnquam fenderit quantum flagitium commisisset. Idem pro Sull. 16 Quod fla- 35 gitium Lentulus non cum Autronio Concepit? Conficere flagitium, vid. CONFICIO. Deprehendere flagitia Quinctil. 2, 16. Facere flagitium, pro Peccare, et crimen ac facinus committere ex Ter. Eun. 2, 3, 90 supra habuimus. Facere scelera et flagitia Cic. pro Rosc. Amer. 25. Alio sensu vid. n. 4. Plaut. Poen. 3, 2, 32 Hae fores fecerunt 40 magnum flagitium modo. Add. Quid id est flagitii? CO. Crepuerunt clare. Lasciua comica; crepitus ventris flagitium est, i. res pudenda, ut Cic. Fam. 9, 22 extr. Suppedit; flagitium est. Gliscere flagitio, et infamia Tacit. Ann. 14, 15. Cic. Philipp. 2, 58 Horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia, praefecturas, colonias, totam denique 45 Italiam Impressit. Ingurgitare se in flagitia, vid. INGURGITO. Inquinare flagitiis Cic. pro Rosc. Amer. 50. Tacit. Hist. 4, 59 Caeteros, ut quisque flagitium Nauauerat, praemiis attollit. Ter. Eun. 5, 7, 21 Tu iam pendebris, qui stultum adolescentulum Nobilitas 50 flagitiis, et eundem indicas. Occultare flagitia sua Aucl. ad Heren. 2, 5. Polluere incesto flagitio, vid. INCESTVS. Sum: Ter. Adel. 3, 3, 68 Nam id nobis tam flagitium est, quam illa Demea non facere vobis quae modo dixisti. Cic. Off. 3, 86 Dedecus et flagitium 55 magnum est. Plaut. Poen. 5, 2, 5 Flagitium tuum est, tuas populares te pati seruire. Suscipere flagitium Cic. pro Muraen. 9. Teneri flagitiis Tacit. Ann. 3, 13. Cic. Fam. 9, 3 Ne quum omnes in omni genere et scelerum, et flagitiorum volutentur, etc. ¶ 4 60 Flagitium videtur esse idem fere, quod conuicium aut exprobratio, quae forte prima significatio fuit, quam ostendit etiam verbum Flagito. Huc forte referas illud Lucilii 29 apud Non. 4, 215 Qui et poscent minus, et praebunt rectius multo, Et sine flagitio, quod comparat Mercerus ad h. l. p. 169 cum illo Iuuenalis 6, 24 Nonne putas melius, quod tecum pusio dormit, Pusio, qui noctu non litigat. Ita Douza explicat 65 Illud Plauti Epid. 3, 4, 79 ubi fidicina seni fides reddere recusanti, Abi-ero, inquit, Flagitio cum maiore post reddes tamen. Idem Merc. 2, 3, 85 Litigare nolo ego vos — facere damnum mauolo Quam opprobriamentum aut flagitium muliebri efferru domo. Leges XII Tab. apud Augustin. de C. D. 2, 9 Si quis occentauisset, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumue alteri. Est igitur Flagitium facere alicui ea ratione dictum, ut conuicium facere. Apul. Met. 70 6 p. 179, 34 Nam sic eam (Psyche Venus) maiora atque peiora flagitia comminans, appellat. Pericula interpretatur Floridus, utiturque Nonii l. c. Et sane ante versum Lucilii, quem dedimus, leguntur hodie 75 verba, Flagitium, periculum. Sic conuenient verba Lucilii cum Horat. Sat. 1, 2 extr. Verum nimis abhorret hic intellectus a reliquo usu verbi. Itaque malim etiam apud Apuleium maiora flagitia interpretari obiurgationem, et turpia conuicia. Rutil. Itin. 1, 362 Auri flagitiis ambitus ipse furit, i. Barthio interprete, flagitationibus.

FLAGITIOSVS, a, um. Adi. [ὑβριστής Vet. Onomast.] Sceleratus, Vitiis omnibus et rebus pudendis abundans. Cic. de Amicit. 47 80 Itaque videas rebus iniustis iustos maxime dolere, imbecillibus fortes flagitiosos modestos. Sallust. Catil. c. 14 pr. Omnium flagitiosorum atque facinorosorum circum se tanquam stipatorum cateruas habebat. Flagitiosi, qui venereas voluptates inflammatum animo concupiscunt Cic. Tusc. 4 c. 32. Id. de Fin. 2, 93 c. 28 de Octauio aegrotto, Nec 85 tamen misere esse, — tantummodo laboriosus videbatur: at miser, si in vitiosa et flagitiosa vita afflueret voluptatibus. Non prorsus male ergo Isid. Orig. 10 Flagitiosus, eo quod frequentius flagitet atque appetat libidinem. Libidines Cic. Verr. 2, 134 c. 54. Possessio Idem pro Rosc. Amer. 24. Res Arnob. 7 p. 238 extr. Vita Cic. 90 de Fin. 2, 93 modo adfuit. Verbis flagitiosa dicere, quae turpia non sunt, reprehendunt et irrident Stoici Idem Off. 1, 128. Compar. Sallust. Iugurth. 85 Quanto illorum vita praeclarior, tanto horum foecordia flagitiosior. Superl. Homo flagitiosissimus Cic. Verr. 2 extr.

FLAGITIOSE. Adu. [μοχθηρῶς] Pudendum in modum. Cic. 95 Verr. Act. 1, 44 Patres conscriptos iudicia male et flagitiose tueri. Desciuit flagitiose a Stoicis propter oculorum dolorem Idem de Fin. 5, 14. Dicta flagitiose et turpiter Id. de Orat. 1, 217. Factum flagitiose Aucl. ad Heren. 1, 8. Sumus flagitiose imparati tum a militibus, tum a pecunia Cic. Att. 7, 15 extr. Obire legationes fla- 100 gitiose Idem pro Font. 24. Seruire aliorum amori flagitiosissime Id. in Catil. 2, 8 c. 4. Flagitiosius Arnob. 4 p. 141. Sum: Flagitiose et turpiter fuit gladiatoribus Cic. Att. 6, 5 (3) Viuere impure ac flagitiose Idem de Fin. 3, 38 c. 11.

FLAGITO, are. [προσλιπαρῶ Vet. Gloss. Flagitauerit, μετὰ βῆσιν 105

- ἀσπίρησιν* Vet. Gl.] *Cum strepitu quodam et conuicio petere: quam notionem strepitus et vehementiae ipsae literae FL, ut Graecae ΦΑ indicare videntur.* Donatus ad Ter. Eun. 2, 3, 90 Flagitatio a strepitu dicitur, vnde *Flamma*, et *Flagella*, et *Flagitare*, id est personare, intelligimus
5 dici. Nam haec omnia sine sonitu crepituque non sunt. *Poterat addi ipsum Flare et Flagrare; itemque illud, quod obseruauimus in Flagitium* n. 3 ad Plauti Poen. 3, 2, 32. *Add. Fligo, Fluctus, etc.* Plaut. Pseud. 1, 5, 143 *Clamore magno et multum flagitare.* *Flagitare plus est quam Postulare:* Cic. pro Quint. 13 *Tametsi causa postulat, tamen*
10 *quia postulat, non flagitat, praeteribo.* Idem Fam. 9, 8 *Ex ea igitur media excitatos mihi, qui metuo ne te forte flagitent, ego autem mandauit, ut rogarent.* Neque nos quemquam flagitamus, neque nos quisquam flagitat Plaut. Poen. 3, 1, 36. *de honesta paupertate.* Quae sint ea numina Diuūm, Flagitat Virg. Aen. 2, 124. *i. tumultuose et im-*
15 *periose exquirat.* Caes. B. C. 1, 87 *Petereius atque Afranius quum stipendium ab legionibus paene seditione facta flagitarentur, cuius illi diem nondum venisse dicerent, Caesar ut cognosceret postulatū est.* Cic. Verr. 5, 70 *In tanto conuentu nemo erat, qui rationem numerumque haberet, et reliquos non desideraret solum, sed etiam posceret et flagitaret.* *Stomachus flagitat in morsus resciri* Hor. Sat. 2, 4, 61 *importunus sane monitor.* *Quid acta vita, quid studia tua a te flagitant, videbis* Cic. Fam. 4, 13. *Quae tempus et necessitas flagitat apparare* Idem Philipp. 5, 54. *Et Verr. 5, 127 Flagitat abs te filium.* *Flagitare aliquem, Precibus ab aliquo quidpiam petere* Cic.
25 *Fam. 9, 16.* Implorare et flagitare auxilium Consulis Idem pro Rabir. perduel. reo 9. *Flagitare clamore aliquem* Plaut. Men. prol. 46. *Flagitaris saepe clamore in foro* Plaut. Poen. 4, 7, 46. *Etiā atque etiam instare, vrgere, insectari, poscere atque adeo flagitare crimen* Cic. pro Planc. 48 c. 19 *extr.* *Flagitas me, ut eloquar* Plaut.
30 *Merc. 1, 66.* *Non admodum quid flagitare* Cic. de Fin. 1, 13. *Pretium flagitare caua manu* Tibull. 2, 4, 14. *Flagitare promissum ab aliquo per literas* Cic. Fam. 3, 11. *Instare et flagitare testes* Idem pro Font. 1. *Ad victum quae flagitat vsus* Lucret. 6, 9. Cic. Philipp. 5, 30 *Vt primum libere Senatus haberi potuit, semper flagitauit ut conuocaremur.* *Recte igitur ponitur pro Accusare:* Tacit. Hist. 1, 53 *Mox compertum, pecuniam publicam auertisse: ut peculatorem flagitari iussit.* *Admonitum te, non flagitatum venimus* Cic. de Orat. 3, 17. *Cum duobus Accus.* Caes. B. G. 1, 16 *pr.* *Interim*
40 *quotidie Caesar Aeduos frumentum, quod essent publice polliciti, flagitare.* Cic. pro Domo 14 c. 6 *Num a te ipso instituta, me frumentum flagitabant?* *Largiora aliquem flagitare* Hor. Carm. 2, 18, 13. Cic. pro Cn. Planc. 6 c. 2 *Sin hunc illi antepono, contumeliosa habenda est oratio, et dicendum est, id quod me ille flagitat.*
45 *¶ 2 Speciatim est ad stuprum sollicitare, adeoque stuprare.* Si quis alienam ancillam surripuerit et flagitauerit l. 2 ff. de priu. del. §. 5. *Passimque circumfusi nudatum supinatumque iuuenem execrandis vredinibus flagitabant* Apul. 8 p. 215 *Elm. Lactant. 6, 32, 2 de Satana,* *His obscenitatibus animas ad sanctitatem genitas velut in coeni gurgite demersit, pudorem exstinxit, pudicitiam flagitauit: quam lectionem*
50 *merito tuetur Bunemannus.* Vid. FLAGITIVM, FLAGITATVS et FLAGITATOR. *Flagitare in talibus proprie est pulsare, impellere, trudere, ut Fulgent.* Contin. Virg. p. 153 *Tempestiuus iactationum cursibus flagitatur.* Sic MS. quod maxime decet illum antiquitatis affectatorem.
55 **FLAGITANS**, antis. Partic. [*ἐξαιτῶν*] Cic. de Arusp. Resp. 46 c. 22 *Qui cupientem Italiam, flagitantes vos, Populum Romanum desiderantem, non auctoritate sua solum, sed etiam precibus ad meam salutem excitauit.*
FLAGITATVS, a, um. Part. Fest. *Inter cutem flagitatos dicebant antiqui mares, qui stuprum passi aliquando essent.* *Huc pertinet locus Catonis apud Festum, voce Obstinato, quem ita constituit Scalliger:* *Rumorem, famam flocci facit, intercutibus stupris obstinatus, insignibus probris flagitatus: pro vulg. F. f. f. captus stupris, obstinatus insignibus flagitiis.* *Repetit illam lectionem tanquam Catonis, voce*
60 *Inter cutem.* *Si ex libro, bene.*
FLAGITATIO, ōnis. f. Cic. Topic. 5 c. 1 *Nolui deesse ne tacitae quidem flagitationi tuae.* Conf. Iustin. 2, 3, 16.
FLAGITATOR, ōris. m. [*ἐξαιτητής*] *Qui assidue petit.* Plaut. Most. 3, 2, 81 *Ducite ex animo curam, atque alienum aces, ne quis formidet flagitatorem suum.* *Pro Creditore accepit reposcente identidem*
70 *debitum.* *Add. ib. 3, 1, 74. et Cal. prol. 24.* Cic. de Clar. Orat. 18 c. 5 *Nam hunc qui negat, video flagitatorem non illum quidem tibi molestum, sed assiduū tamen et acrem fore.* *Pugnae Liu. 2, 45.* *Triumpho ante victoriam* Idem 8, 12. *Acer flagitator, vid. ACER.* *Calp. Flacc. Declam. 20 extr.* *Improbi flagitatores, qui detrimenta pueritiae suae mutuo dedecore compensant, qui quod passi erant, cum*
75 *pueri essent, nunc viri facti faciunt.*
FLAGITATRIX, icis. f. Apud Arnob. . . .
FLAGITAMENTVM, i. n. Fulgent. Myth. 1 *pr.* *Egredimur nautarum in morem, quos tempestatum flagitamento confractos experta reduces excepit ripa.* *Sic meliores, et probat Barth. ad Rutil.*
80 *Itin. 1, 362.*
FLAGRANTIA, **FLAGRATORES**, **FLAGRIONES**, vid. FLAGRO.
FLAGRO, are. [*φλέγω, φλέγομαι*] *Ardere.* A *Flamma*, vel a *Flatu*, quo alitur incendium, quando flatu excitatur, ut ait Sertius.
85 *Certe cognata ista esse, non est dubium, vid. FLAGITO.* *Accipitur autem, ut reliqua huius generis fere omnia, vel proprie, vel translate de affectibus, illorumque signis, rubore, calore, motu celeri, etc.* Virg. Aen. 1, 714 *Flagrantesque dei vultus.* *Priorem Syllabam etiam corripit docet* Virg. Georg. 1, 331 *qui versus exit, Ille flagranti etc.* *Vid. mox*
90 *Flagrantem Crinem, et flagrans Telum.* *Ouidius et Horatius semper produciunt.* Plin. 14, 20 *Faex vini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat.* Ouid. Fast. 6, 439 *Flagrabant sancti sceleratis ignibus Ignis de Vestae templo incenso.* Idem Met. 4, 347 *Visaeque cupidine formae Salmacis exarsit: flagrant quoque Lumina nym-*
95 *phes.* *Flagrare libidinibus* Suet. de Clar. Gram. c. 23. *Flagrabat diligentiae aemulatione mulier pulcherrima Columel. in prooem.* *Amentia flagrare, Amentissimum esse* Cic. pro Cluent. 12. *Amore flagrare* Cic. Tusc. 4, 72. *Et pro Marcell. c. 9* *Inmortalitatis Amore flagrauit Animus* Hor. Epod. 5, 81. *Amore pilae flagrare* Martial.
100 *10, 86.* *Ardore alicuius rei flagrare* Columel. 6, 27. *Bello flagrat tota Italia* Cic. Att. 5, 17. *Cupidine rei alicuius flagrare* Ouid. Met. 2, 104. *Cupiditate flagrare* Cic. de Orat. 1, 134. Idem Verr. 4, 76. *Desiderio tui, aut vrbs flagrat* Id. Att. 7, 4 (5, 11.) *Gratia flagrare* Tacit. Ann. 11, 29. Cic. Att. 4, 7 (18) *COSS. flagrant*
105 *infamia, quod Memmius candidatus pactionem in Senatu recitauit, quam,*

quam, etc. Cic. Verr. Act. 1, 5. Inopia et cupiditatibus Sallust. in Orat. Philippi. Cic. pro Cluent. 136 Quum Inuidia flagraret ordo Senatorius, potuit nihil decerni? Plin. 15, 18 Cato pernicali Odio Carthaginis flagrans. Cic. de Orat. 2, 190. Odio flagrant tua pectora nostro Ouid. Trist. 4, 9, 7. Odio flagrant mutuo mugil et lupus Plin. 9, 62. Rumore malo Hor. Serm. 1, 4, 125. Cic. de Senect. 50 Atqui eos omnes, quos commemoravi, his Studiis flagrantes fenes vidimus. Recentibus praeceptorum Studiis flagrantem vsus flectet, dies leniet, aetas mitigabit Cic. pro Muraen. c. 31. Sallust. in Catil. c. 14 Nam ut cuiusque Studium ex aetate flagrabat, aliis scorta praebere, aliis canes atque equos mercari. Studio incredibili dicendi Cic. de Orat. 1, 14 c. 4. Stupris et flagitiis flagrant conuiuia Idem Verr. 4, 71. Et pro Cael. 22 Flagrabant Vitia libidinis apud illum, vigeabant etiam studia rei militaris. ¶ 2 Flagrare et Fragrare ita discernuntur; quod Flagrare est Incendi, et ardere; Fragrare vero Olere: et in plurimis inuenitur ista discretio Nonius 5, 66. *Confunduntur in MSS. vid. Burman. ad Quinctil. Decl. 298 p. 574. et Drakenb. ad Sil. 15, 117.*

FLAGRANS, antis. Partic. [*φλεγόμενος, φλεγυρός*] Flagrans pinus Virg. Aen. 9, 72. Eximio literarum amore flagrans Quinctil. 20 in proem. 1. Sidereo flagrans clipeo Virg. Aen. 12, 167. Amor Propert. 1, 13, 23. Hor. Od. 1, 25, 13. Arma, i. Fulgentia Sil. 3, 117. Ouid. Met. 7, 25 Medea — Flagrantes circuit Aras. Canicula Hor. Carm. 3, 13, 9. Crimen flagrans dicitur dum adhuc aestuant homines ab ipso actu. Iustin. l. 1 pr. C. de Raptu Virg. Vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, et adhuc flagranti crimine deprehensi. Crinemque flagrantem Virg. Aen. 2, 685. Cupiditas Cic. Tusc. 4, 43. Genae, Rubentes prae pudore et fletu Valer. Argon. 7, 411. Ira flagrantior Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 11. Noctu flagrantes onerarias, quas incenderant milites, videbatis Cic. de Diu. 1 c. 32. Oscula Hor. Carm. 2, 12, 25. Serta Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 470. Telum flagrans fulmen Virg. Georg. 1, 331 Ille flagranti aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Deicit. Medio flagrante tumultu Virg. Aen. 11, 225. Compar. Fax flagrantior Patere. 2, 48, 3. Iuuenal. 13, 11 Flagrantior aequo Non debet Dolor esse viri nec vulnere maior. Conf. Solin. c. 46. Superl. Cic. de Fato 3 c. 2 Nec enim quod recte existimas, oratoria illa studia deserui, quibus etiam te incendi, quanquam flagrantissimum acceperam. Aestus flagrantissimus Liu. 44, 36. Libidines flagrantissimae Tacit. Hist. 2, 31. Sol flagrantissimus Plin. 34, 12. Soles Solin. c. 46.

FLAGRANTER, Adu. [*φλογόμενος*] Tacit. Ann. 1, 3 Destinare Consules specie recusantis flagrantissime cupuerat. Exarsere flagrantius Ammian. 31, 26. Add. August. de Trinit. 8, 9.

FLAGRANTIA, ae. f. [*φλογμός*] Gell. 17, 10 Quod de natura atque flagrantia montis eius compositum est. Add. Macrob. Sat. 5, 17. Cic. pro Cael. 49 c. 20 Si denique ita sese geret non incessu solum, sed ornatu atque comitatu: non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam, etc. de impudico illorum motu et coniectu. Flagitii flagrantia Plaut. Rud. 3, 4, 28. Flagrantia luis Arnob. 7, .

FLAGRATORES, dicebantur Illi, Qui mercede flagris caedi se permittebant, Festus. Forte se inuicem caedebant ut Bellonarii, et recentiori aetate illi Flagellantes.

FLAGRVM, i. n. [*μάστιξ*] Cuius notius fere est Diminutium Flagellum, instrumentum, quo caedi consueuerunt serui. Iuuenal. Sat. 5, 173 Nec dura timebis Flagra pati. Idem 10, 109 Et illum Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites. Suet. in Othon. 2 Vt saepe flagris obiurgaretur a patre. Liu. 28, 11 Ob quam causam caesa flagro est Vestalis.

FLAGRIONES, [*μαστιγίαι*] Auctore Nonio 1, 117 dicti sunt Serui, quod flagris subiecti sint, ut Verberones a verberibus. Lau- datur ibi Afranius Vopisco. Vet. Onomast. Flagriones, *μαστιγίαι*.

FLAGRIFER, a, um. Adi. Qui flagellum gestat, auriga. Aufon. Ep. 14, 10 Flagrifer Automedon.

FLAGRITRIBA, ae. m. Qui assidue flagris teritur. Plaut. Pseud. 1, 2, 5 Eo ingenio sunt flagritribae.

FLAGELLVM, i. n. Dimin. [*μαστιγιον*] a Flagris, ut ab Agro Agellus etc. Flagella, Summae arborum partes, inquit Seruius ad Georg. 2, 299 ab eo, quod ventorum crebros sustineant flatus. Non recte. A flando flabra et flabella. In Flagro et Flagello est vrendi notio, quam etiam verbum Flagro habet. Caeterum summae arborum partes flagella dicuntur, quia apta sunt, quae pro flagris s. flagellis adhibeantur. Ludit more suo Varro R. R. 1, 31, 3 Eiuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest eicere vitem, quam vocant minorem flagellum, maiorem etiam vnde vuae nascuntur, palmam: prior, litera vna mutata, declinata a venti flatu, similiter flabellum ac flagellum. Posterior, etc. Virg. Georg. 2, 399 Neue inter vites corylum fere: neue flagella Summa pete, aut summas defringe ex arbore plantas. Add. Colum. 3, 6, 3. et 21, 7. Catull. 61, 52 Vidua vitis — tenerum prono deflectens pondere corpus, Iamiam contingit summum radice flagellum. Ter. Maurus p. 76 Quando flagella iugas, ita iuga Vitae et vlmus uti simul eant. Hic pro tota viti poni videtur. Add. Hieron. Epist. 2, 13, 8. ¶ 2 Proprie, uti diximus, Flagellum est instrumentum pulsandi, quod ob lentitiam et flexilitatem corpori magis se applicat, et cutem vrit. Virg. Aen. 5, 579 Lustrare in equis, signum clamore paratis Epytides longe dedit, insonitque flagello. Add. Martial. 14, 55. it. 6, 46 ubi de equis Circusibus adhibetur. Horribile flagellum, scutica atrocius Hor. Serm. 1, 3, 119. Catull. 25, 11 Ne laneum latufculum, natesque mollicellas Inusta turpiter tibi flagella conscribissent. Illusa voluit Scaliger. Inusta recte tuetur Gronou. Respicit ad etymon, ut Torrere flagello, ut Peruste funibus Ibericis latus Horat. Epod. 4, 3. Flagella Polypi, quae brachia alias, crines, *πλοκαμί πλεκτάναι*. Ouid. Met. 4, 367 Utque sub aquoribus deprensium Polypus hostem Continet ex omni dimissis parte flagellis. Sanguineum Bellonae Virg. Aen. 8, 703. Accinctus flagello, vid. ACCINGO. Admonere flagello, vid. 95

ADMONEO. Caesus flagellis ad mortem Hor. Serm. 1, 2, 41. Caedi flagellis, plus est quam fustibus. Marcell. in l. in feruorum D. de poenis, Ex quibus causis liber fustibus caeditur, ex his feruus flagellis caedi, et domino reddi iubetur. Cic. pro Rabir. perd. reo 16 Porcia lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit, hic misericors flagella retulit. Conf. Iustin. 1, 5, 2. Sen. de Ira 3, 28. Vid. FLAGRIO. Erecta flagello torto furiarum Valer. Argon. 8, 20. Excitandum flagello iumentum lethargicum Veget. Mulom. 3, 48, 8. Quatit ira flagelli ipsum horrisoni Valer. Argon. 7, 149. Rubet ille flagello Iuuen. Sat. 6, 478. Sectus

flagellis Hor. Epod. 4, 11. Tangere aliquem sublimi flagello Idem Carum. 3, 26, 11. Torrere flagellis aliquem Lucret. 3, 1032 de conscientia dixit. De Flagellis Eumenidum, vid. Disp. Is. Voss. ad Catul. p. 222.

3 Flagellum etiam sunt aliquot equi iuncti, qui uno flagello, ab uno auriga regi possunt. Constantius l. 5 C. Th. de Curiosis, Singulos solidos per singulas rhedas, id est, quas quadrigas vel flagella appellant, percipiatis. Vid. Iac. Gothofr.

FLAGELLO, Ære. [*μαστίγιον*] Flagello caedere. Martial. 4, 42 Lumina sideribus certent, mollesque flagellent Colla comae. Plin. 25, 8 f. 55 Vt inclusae circulo serpentes sese interimant flagellando. Id. 18, 30 Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equorum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Stat. Theb. 5, 373 Puppemque insana flagellat Arbor, i. commouet malus in tempestate et conuellit navem. Id. Theb. 3, 37 Ina flagellatis, signum lugubre malorum, Ponderibus trepidauit humus, i. concussis et commotis molibus, quibus inniti et velut radicibus suis contineri videtur.

2 Metaphor. ut Excandefacere et Incendere, ita etiam dicitur Annonam flagellare, de praemercatoribus, qui coemunt, quae carius mox vendant. Plin. 33, 13 Pretia rerum non ignoramus alia in aliis locis esse, et omnibus paene annis mutari, prout navigationes constiterint, aut ut quisque mercatus sit, aut ut aliquis praeualens manceps annonam flagellet. Idem est quod excandefacere vel incendere annonam. Flagellare opes dicitur arca a Martial. 5, 13 Quippe rogabatur fidusque vetusque sodalis, Et cuius laxas arca flagellat opes. i. Arctat, continet. Puteal flagellare multa vibice Perf. 4, 48. i. frequentando tribunal premere et arctare.

FLAGELLATUS, a, um. Part. Flagellatus aër multiformi radiorum iactu Plin. 2, 45.

FLAGELLATIO, ònis. f. Tertul. ad Martyr. c. 4. Conf. Sal. vian. 5 p. 179. et l. 2 ff. de Poenis.

FLAGELLATIVVS, vel FLAGELLATICIVS, a, um. Adj. Flagris dignus. Gloss. Gr. Lat. *μαστίγιος*, Verberosus, flagellaticius.

FLAMEN, ïnis. A Flo, flas. Vid. FLO.

FLÀMEN, ïnis. m. [*ἱεροφάντης, φλαμίν*] Sacerdos dicebatur. Plin. 18, 12 Varro flaminem faba non vesci tradit. Varro L. L. 4, 15 p. 22 sq. Flamines, quod in sacro (Scal. Latio) capite velato erant semper, ac caput cinctum filo habebant, flamines dicti. Horum singuli cognomina habent ab eo deo, cui sacra faciunt. Sed partim sunt aperta, partim obscura. Aperta, ut Martialis, Vulcanalis: Obscura, ut Dialis, Furinalis: cum Dialis a Ioue sit, qui Dionis est; Furinalis, a Furina, cuius etiam in fastis Furinales feriae sunt. Sic Flamen Falacer, a Diuo patre Falacre. Id. 6, 3 p. 73 extr. similia dixerat, itemque ista, Sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines, ut qui sunt in verbis plerique, Volturnalis, Palatualis, Furinalis, Floralis, Falacer, Pomonalis: obscura est eorum origo. Volturnus, Palatua, Furina, Flora, Falacer, Pomona, pomorum Patrona. Sic Scal. Sciopp. p. 122 extr. ita: Sunt in quibus latent, ut in his, Volturnalem, Palatuaalem, Furinalem, Floralem, qui Falacrem et Pomonalem fecit hic idem. Quae obscura sunt: eorum origo Volturnus, etc. Quae typis distinximus, pro antiquo carmine haberi possunt. Seruius in Aen. 8, 664 Lanigerosque apices, Flamines in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga, desuper habens lanæ aliquid. Quod quum per aestus ferre non possent, filo tantum capita religare coeperunt: nam nudis penitus eos capitibus incedere nequias fuerat: vnde a filo quo utebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito, pilea necesse erat accipere; quae secundum alios ad ostendendam sacerdotii eminentiam sunt reperta; sicut columnae mortuis nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum columen. (al. culmen) Alii dicunt, non propter eminentiam dignitatis hoc factum, sed quia, quum sacrificarent apud Laurolauinium, et eis exta frequenter aues de vicinis venientes lucis abriperent, eminentia virgarum eas terrere voluerunt. Exinde etiam consuetudo permanfit, ut apud Laurolauinium ingentes haberent virgas, non breues, ut in Vrbe. (Sunt etiam qui Flamines a gestamine pilei dictos aiunt, quasi Pilamines.) Inclusa emittunt quidam codd. Nempè Flamen, est vnus dei sacerdos: Cic. de Legib. 2, 29 c. 8 Diuisque aliis alii sacerdotes; omnibus pontifices, singulis flamines sunt. Nobilitas praesertim Flamen Dialis, de quo multa Gell. 10, 15. qui classicus locus est, sed paullo longior. Conf. Liu. 5, 52 extr. Cic. Phil. 2, 48 Est ergo flamen, ut Ioui, ut Marti, ut Quirino, sic diuo Iulio M. Antonius. Quid igitur cessas? cur non inaugurare? Quibus quidem verbis apparet, morem fuisse, ut flamines etiam inaugurarentur. Caeterum ab hoc initio institutum, ut consecratis Imperatoribus, i. in numerum Deorum relatis sui Flamines attribuerentur. Liu. 1, 20 Numa flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit; insignique eum veste, et curuli regia fella adornauit; hinc duos flamines adiecit; Marti vnum, alterum Quirino. Notabilis locus Liu. 27, 8 Ob adolescentiam negligentem luxuriosamque C. Flaccus flamen captus a P. Licinio Pontifice maximo erat: L. Flacco fratri germano cognatisque aliis ob eadem vitia inuisus. Is ut animum eius cura sacrorum et caerimonia- rum cepit, ita repente exiit antiquos mores, ut nemo in tota iuuentute haberetur prior, nec probator primoribus patrum, suis pariter alienisque esset. Huius famae consensu elatus ad iustam fiduciam sui rem intermissam per multos annos ob indignitatem priorum flaminum repetiuit, ut in Senatum introiret. Ingressum eum curiam, quum L. Licinius praetor inde eduxisset, tribunos plebis appellauit flamen. Vetustum ius sacerdotii repetebat: datum id cum toga praetexta, et fella curuli, et flaminio esse etc. omnibus ita existimantibus, magis sanctitate vitae, quam sacerdotii iure rem eam flaminem obtinuisse. Iam ponamus Flamines cognomines Diis suis. Augusti flamen legitur in Inscript. Vid. Panuin. de Ciu. Rom. c. 27. Caesaris flamen Antonius Cic. Philipp. 2, 48. Suet. Iul. c. 74, 2. Carmentalis Cic. de Clar. Orat. 56 c. 14. Claudii Vet. Inscr. ap. Panuin. de Ciu. Rom. c. 27. Curiales, vid. CVRIA. Deorum omnium flamen, occurrit in Inscriptionibus: vid. Turneb. Aduers. 11, 10. et Panuin. de Ciu. Rom. c. 27. Conf. Spanh. de Vsu num. T. 2 p. 419 sq. Dialis, vid. Gell. l. c. et Turneb. Aduers. 27, 7. Falacer, vid. Varro 4, 15. Floralis Id. 6, 3. Furinalis Id. 4, 15. Hadrianalis in Inscriptt. Panuin. Ciu. Rom. c. 27. ex Spartian. c. 27. Maiores flamines appellabantur Patricii generis; Minores, Plebei. Haec Sext. Pomp. 11. Martiales Cic. de Diuin. 1, . . et de Arusp. Resp. 12. et Phil. 11 c. 8 pr. Vid. Laur. Var. Sacr. Gent. c. 1. Vid. Spanh. de Vsu num. T. 2 p. 85. it. 203. Palatualis Varr. L. L. 6, 3. Pomonalis Id. ibid. Quirinalis Cic. de Arusp. Resp. 12. Vid. Spanh. l. c. p. 85. Virbialis ex Inscr. apud Panuin. l. c. Volcanalis Id. ibid. Volturnalis Varro

Varro l. c. *Add. Turneb. Aduers. 6, 5.* ¶ 2 Flaminem etiam dici coniugem Flaminis, Flaminicam, putabat Neapolis ad Ouid. Fast. 2, 27. Sed inscriptio ad quam prouocat (Grut. 1022, 6) legenda non FLAMINI SALVTIS AVG. Sed FLAMINICAE.

FLAMINA, ae. f. *Eiusdem dignitatis mulier.* Reines. Inscript. 49 FLAVIA FLAMINA FLAVIAL. *Adde Spanhem. de Numism. T. 2 p. 276. Eadem Flaminia u. u. n. 2. it. FLAMINICA.*

FLAMINALES, dicebantur Viri flaminis honore functi; ut Confulares, Qui consulatum pridem sunt consecuti. Vid. ex Inscript. Guther. de Vet. Iur. Pont. 1, 32.

FLAMINIA, ae. f. [Φλαμίνιον] Flaminis domus. Gell. 10, 15 Ignem e flaminia, id est flaminis Dialis domo, nisi sacrum, efferri ius non est. Ouid. Fast. 2, 27 Ipse ego Flaminia poscentem februa vidi. Sic certe vult legi Scaliger, et intelligi, e domo Flaminis. Sed multi codd. Flameam; plerique Flaminicam, quae recepta est hodie lectio. ¶ 2 Item Vxor flaminis, aut Femina sacerdos. Inscript. Reines. 48 C. A. FLAMEN MARTIALIS ET FLAMINIA AEMILIA VX. ¶ 3 Sacerdotula quae flaminicae Diali praeministrabat; eaque patrimis et matrimis erat. i. Patrem matremque adhuc viuos habebat. Festus. Forte intelligenda est Flaminia Camilla, ut Flaminius Camillus.

FLAMINICA, ae. f. Flaminio vestimento Flaminica utebatur, id est Dialis vxor, et Iouis sacerdos, cui (Ioui) telum fulminis erat eodem colore. (flammeo) Gell. 10, 15 ex Fabio Pictore, Eadem ferme caerimoniae sunt, quas flaminicas (sacerdotissas) dialeis seorsum aiunt obseruire, veluti est, quod venenato operitur, et quod in rica surculum de arbore felici habet, etc. Illud Sacerdotissas omisit Gron. Tacit. Ann. 4, 16 Sed lata lex, qua flaminica Dialis sacrorum causa in potestate viri, caetera promiscuo feminarum iure ageret. Macrob. 1, 16 Flaminica omnibus nudinis in Regia Ioui arietem solet immolare.

FLAMINIVM, i. n. Pro Sacerdotium Flaminis. Gell. 10, 15 Vxorem si amisit, flaminio decedit. Abire et decedere flaminio, eo modo dictum, quo Abire magistratu, officio, etc. Add. Liu. 26, 23. ubi C. Claudius Flamen dialis, quod exta perperam dederat, Flaminio abiit. Plural. Cic. Philipp. 13, 41 c. 19 Homo ingrattissime flaminia cur reliquisti? *Vetus exemplar habet flaminium.* Claudiate Tacit. Ann. 13, 2. Diale flaminium Suet. Aug. 31, 4. Nempe

FLAMINIVS, a, um. Adi. Quod pertinet ad flaminem, siue ad flaminium. Flaminio licitor, Qui flaminio Diali sacrorum causa praesto erat; ut auctor est Festus. Flaminio Camillus, puer patrimis et matrimis, qui flaminio Diali in sacrificiis praeministrabat. Antiqui enim ministros Camillos dicebant. Festus. Flaminia prata, quem nunc Circum Flaminium appellant. Liu. 3, 54 extr. et 63. ¶ 2 Est etiam gentis Romanae nomen, de qua fuit C. Flaminio, qui cum Cn. Scruilio Consul ad Trasimenum lacum ab Hannibale victus est, de quo Liu. 22 a pr. Florus 2, 7. Cic. de Diuin. 1, 77 c. 35. et 2, 21 c. 8. Huius gentis et viri adeo monumentum Flaminia via, qui in censura eam stravit lapidibus e Roma Ariminum usque. Vid. Liu. Epit. 20. Festus: Flaminio circus, et via Flaminia a Flaminio consule dicta sunt, qui ab Annibale interfectus est ad lacum Trasimenum. Vid. Cic. Philipp. 12, 22. Ouid. ex Pont. 1, 8, 44 Flaminiae Claudia iuncta viae. Flaminia absolute apud Iuuenal. Sat. 1, 61. et 170. A Flaminio quoque Arcus Flaminio et Forum Flaminium nomen habet.

FLAMINIANSVS, a, um. Adi. Ut Flaminiana ostenta Cic. de Diuin. 2, 67 c. 31 quibus Flaminio Consul monitus frustra est.

FLAMINIVS Cognomen Quinctiae gentis, quod frequenter in libris confunditur cum nomine Flaminio: quod vel primus vel inter primos obseruauit P. Merula ad fragm. Enn. p. 504. et ostendit, apud Cic. de Sen. pr. sic legendum, Licet enim iisdem versibus adfari te, Attice, quibus adfatur Flaminio. Ille vir haud magna cum re, sed plenu fidei, ut adfatur Flaminio sit ipsum quoque hemistichium Ennii. Est autem sic Ennianus T. Quinctius Flaminio Consul cum S. Aelio Paeto A. V. C. DLV. De illa confusione Flaminiorum et Flaminiorum mouerunt etiam nuper Creuerius et Drakenb. ad Liu. 39, 51 pr. ubi est Ad Prusiam regem legatus T. Quinctius Flaminio. Alios Quinctios Flaminios dabit Glandorp. Onom. et Indices Liuiani, etc.

FLAMONIVM, i. n. Idem quod Flaminio, flaminis Sacerdotium. Sidon. Epist. 5, 7 Inuidet flamonio municipibus. Vid. ibi Sirmond. qui ex Glossis et Inscript. Dacica idem confirmat, p. 56.

FLAMMA, ae. f. [Φλόξ] Luminosa et liquida ignis congeries, vox cum Flo, Flagro, et Gr. Φλέγω cognata. Plaut. Curc. 1, 2, 53 Semper, tu scito, flamma fumo est proxima. Alimenta flammae, pix et cera Ouid. Met. 14, 532. Apices flammarum Stat. Achil. 1, 521. Acris flamma, vid. ACER. Fabrilis Claud. in prim. Conf. Stil. 2, 176. Hostiles Id. in Eutrop. 2, 571. Mitis Sil. 16, 121. Rapida Ouid. Met. 2, 123. Virg. Ecl. 8, 105 Adspice, corripuit treinulis altaria flammis Sponte sua. Ouid. Met. 2, 325 Naiades Hesperiae trifida fumantia flamma Corpora dant tumulo. Flammam intelligit fulminis trifulci quo Phaethon ab Ioue interfectus est. ¶ 2 Verba: Flamma ferroque Absumpti Liu. 30, 6. Accensa est flamma, apicemque per aera duxit Ouid. Met. 10, 279. Adolere penates flammis Virg. Aen. 1, 708. Affixit flammam lateri turris Id. ibid. 9, 536. Afflata flammis ora Sil. 17, 114. Aggestis vigilant altaria flammis Stat. Theb. 10, 55. Alere flammam re aliqua Quinctil. 5, 13. Applicare ad flammam, vid. APPLICO. Cingere moenia flaminis Virg. Aen. 9, 160. Circumdare flammis urbem Id. ibid. 10, 74. Collucet flammis moenia Id. ibid. 5, 4. Comescere flammam mero Ouid. Epist. 16, 229. Concidit flamma Quinctil. 5, 13. Concipere flammam, vid. CONCIPIO. Conflagrare flammis, vid. CONFLAGRO. Conualefcit flamma magna congerie Quinctil. 5, 13. Vid. CONVALEO. Corripitur flammis tellus Ouid. Met. 2, 210. Crepitante flamma cremari Virg. Aen. 7, 74. Celeri flamma degustant tigna ignes Lucret. 2, 193. Dare sonitum flammae Virg. Georg. 4, 409. Excoquitur flammis scopulus Sil. 3, 642. Exspirant lumina flammis Stat. Theb. 10, 111. Extinguere flammam Ouid. Met. 15, 778. Exuperant flammae, furit aestus ad auras Virg. Aen. 2, 759. Fundit terra egestas flammam Sil. 7, 373. Hausit flamma multos Liu. 30, 5. Hebetare flammam Ouid. Met. 7, 210. Iactant flammam ad culmina Virg. Aen. 2, 478. Iaculatur flammam Polus Sen. Herc. fur. 13. Induitur tota Africa flammis Sil. 17, 196. Iniicere aliquid flammis Quinctil. in prooem. 6. Inuoluit flammis nemus Virg. Georg. 2, 309. Lustras opera omnia flammis Id. Aen. 4, 607. de Sole. Mollire cibum vapore flammae Lucret. 5, 1101. Cic. de Orat. 2, 227 c. 54 extr. 10

- Dicere enim aiunt Ennium, flammam a sapienti facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat. Opprimat vnda flammam Sen. Med. 12. Percurrit trabes agilis flamma Id. Hippol. f. 5. Petere e flamma te cibum posse arbitror *proverbiale* Ter. Eun. 3, 2, 38.
- 5 Populantur flamma capillos Ouid. Met. 2, 319. Posuere vires flammæ Virg. Aen. 5, 680. Quieuit flamma Id. ibid. 6, 226. Rapiuit in fomite flammam Id. ibid. 1, 180. Rapiente flamma ocior cursum Sen. Hippol. 6. Restinguere flammam Lucret. 4, 1081. Rotant cauis flammam fornacibus Id. 6, 201. Signare viam flammis Virg. Aen. 5, 526. Spargit rutilas per nubila flammam Ouid. Fast. 3, 285. Stupea flamma spargitur Virg. Aen. 8, 694. Subducitur flamma Scribon. 267. Suffusus rubra lumina flamma Ouid. Met. 11, 368. Torrere flammam aliquem Sen. Hippol. 2. Trepidant flammæ fordidum rotantes vertice fumum Hor. Carm. 4, 11, 11. Voluere globos flammarum Virg. Georg. 1, 473. Volvuntur furentes flammæ per culmina Id. Aen. 4, 670. ¶ 3
- Metaphor. Cic. in Bruto 90 c. 23 de Galba, Isque tum se eripuit flamma, i. periculo, cum accusatus esset a Catone. Cic. Fam. 16, 10 al. 11 Incidi in ipsam flammam ciuiliis Discordiæ, vel potius belli, cui cum cuperem mederi, etc. Id. Verr. 5, 136 Vna atque eadem nox erat, qua Praetor Amoris turpissimi flamma, ac classis Pop. Rom. praedonum incendio, conflagrabit. De hoc genere sunt Feruida flamma Ouid. Amor. 1, 2, 46. Infanae flammæ. Sen. Hippol. f. 4. Pronuba Claud. de Rapt. Proserp. 1, 131. Ouid. Met. 1, 496
- 25 Vt facibus sepes ardent, quas forte viator
Vel nimis admouit, vel iam sub luce reliquit;
Sic deus in Flammis abiit, sic pectore toto
Vritur, et sterilem sperando nutrit amorem.
- Abrumpere flammam, vid. b. v. Assumere nouas flammam Ouid. de Rem. Amor. 485. Concepit toto pectore flammam Catul. 62, 92. Concitat Venus feroces iuuenum flammam Sen. Hippol. f. 3. Corripi flamma, vid. CORRIPIO. Demanat tenues sub artus flamma Catul. 49, 10. Discedite obscenæ flammæ Ouid. Met. 9, 508. Excute conceptas pectore flammam Id. ibid. 7, 17. Exstinguere faevas flammam Id. de Rem. Amor. 53. Subdita flamma medullis Virg. Georg. 3, 271. Vrit medullas serpens flamma Sen. Med. 10. Cic. de Orat. 3, 11 Sulpicius autem, qui in eadem Inuidiæ flamma fuisset, quibuscum priuatus coniunctissime vixerat, hos in Tribunatu spoliare instituit omni dignitate. Id. Catil. 1 c. 11. Cic. de Clar. Orat. 93 Ardor animi non semper adest, isque quum confedit, omnis illa Vis et quasi flamma Oratoris exstinguitur. Flammæ apparentes, Laetos successus et claritudinem praesignificant: Vid. Freinshem. ad Curt. 3, 3, 3. et ad Flor. 1, 6, 1. Dalechamp. ad Plin. 2, 36. Gruter. ad Liu. 25, 39.
- 45 FLAMMULA, ac. f. Dimin. [φλόγιον] Columel. 12, 53 Postero die maclantur, et vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur. de Porcis loquitur. Add. 9, 14. Cic. Acad. 4, 80 c. 25 Timagoras Epicureus negat, sibi vnquam, cum oculum torfisset, duas ex lucerna flammulas esse visas. ¶ 2
- 50 Flammulae etiam dicuntur, Vexilla equitum ex contis suspensa: Vid. Veget. 3, 5. et 2, 1. Vid. Lips. de Militia Rom. 4, 5.
- FLAMMEVS, a, um. Adj. [φλόγεος, φλόγιος] Quod flammam naturam habet, aut colorem refert. Color flammeus Plin. 35, 6 f. 22. Id. 37, 7 f. 25 Carchedonios — umbrante tecto purpureos videri, sub caelo flammeos. Et 21, 26 f. 98 Lychnis flammea illa, flor. Id. 18, 35 f. 79 de Luna, Si — vehementius flammea apparuerit. Cic. de Diuin. 1, 44 Dextrorsum orbem flammeum Radiatum solis liquier cursu nouo. Ex Accio Poëta. Columel. 5, 5 Velut halitu flammeo fructus vratur. Flammeus Imber in hostem Decidit: hunc dorso trepidum fumante ferebat Ambustus sonipes Claudian. in Conf. Honor. 6, 342. Viola Plin. 21, 26 extr. Lumina Virg. Aen. 7, 448. Stellae natura sunt flammeae Cic. de N. D. 2 c. 46. Translate Flammeum dicitur, Quidquid concitata celeritate peragitur. Sidon. 1, 7 Acres et flammei viri. Catul. de Nupt. Pel. v. 337. Flammea praeuortet celeris vestigia ceruae. Ita Varro, Flammeos versus dixit, Ardore extemporalis prolatos.
- 60 FLAMMEVM, i. n. f. FLAMMEVS, i. m. Genus vestimenti lutei f. flammei coloris, a quo flammeum velum f. flammeus peplus dicitur. Non. 14, 31 Flammeus, vestis, vel tegmen, quo capita matronae tegunt. Festus, Flammeo amicitur nubens, omnis boni causa, quod eo assidue utebatur Flaminica, id est Flaminis vxor, cui non licebat facere diuortium. Lucan. 2, 361 Lutea demissos velarunt flammea vultus. Plin. 21, 8 Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum feminis concessum. Martial. 12, 42 de ritu nuptiali, Praeluxere faces, velarunt flammea vultus. Iuuenal. Sat. 6, 224 Flammea conterit, i. Saepè nubit. Pulchre Vet. Schol. Genus amiculi, quo se cooperiunt mulieres die nuptiarum. Est enim sanguineum propter ruborem custodiendum. Conterit autem, exierit saepe nubendo. Cantusque laetus Hymenaei lugubri finitur vlulatu, et puella nuptura deterget lacrimas ipso suo flammeo Apul. Met. 4 sub fin. Virginale flammeum Hieron. Epist. 8 pr.
- 70 FLAMMEOLVM, i. n. Dimin. Iuuen. Sat. 10, 333 Sedet illa parato Flammeolo.
- FLAMMEARIVS, i. m. Infector flammeorum: h. e. Qui flammea colore luteo tingit atque inficit; aut Qui flammea facit vel vendit. Plaut. Aul. 3, 5, 36 Cinifiones, patagiarii, indusiarii, flammearii, violarii, etc.
- FLAMMEOLVS, a, um. Adj. [ὑποφλόγεος] Quod flammæ colorem aliquantulum habet. Columel. 10, 307. Pressaque flammeola rumpatur fisejna caltha.
- 90 FLAMMO, are. [φλογίζω] Flammam producere vel proprie dictam, vel metaphoricam, i. impetum ab affectu. Virg. Georg. 3, 433 Exsilit in siccum; et flammantia lumina torquens. Cuspide flammam equum, i. calcaribus incitat Sil. 4, 195. Iuuenem facta ad maortia flammam Id. 1, 55. Aether ignesque illi immortalis Dei viuacitate flammantur Apul. de Mundo p. 59. Fletaque sorore Flammati Phaëthontis Catul. Argon. v. 290. i. combusti. Tacit. Hist. 2, 74. Id. ibid. 4, 24 His inter se vocibus insistentes, flammare in super allatae a Vespasiano literae. Facem flammantem nubila direxit Valer. Argon. 1, 568.
- FLAMMATVS, a, um. Part. Flammatum Iupiter, h. e. Flammam dextra manu tenens pro sceptro. Cic. de Diuin. 1, 17 c. 11 de extremo aethere, Principio aethereo flammatus Iuppiter igni Vertitur, etc. Virg. Aen. 1, 50 Talia flammato secum Dea corde volutans. Iuuen. 105 tus flammata pudore, i. Inflammata, incensa Valer. Argon. 2, 470. Martial.

Martial. 5, 20 *Togam flammam interpretantur Rubram, a colore flammae.*

FLAMMANDVS, a, um. Part. Tacit. Ann. 15, 44, 7 *Crucibus affixi aut flammandi.*

FLAMMATIO, ōnis. f. *Apud Apuleium esse dicitur: negat Index Floridi.*

FLAMMATOR, ōris. m. *Apud Statium esse aiunt.*

FLAMMATRIX, icis. f. Mart. Capel. 5 p. 137 *In elatione flammatrix.*

FLAMMABVNDVS, a, um. Adi. Mart. Capel. 1 p. 22 *Subsellia flammabunda.*

FLAMMESCO, ěre. [*φλογόομαι*] *Est Accendi et flamma corripit.* Lucret. 6, 669 *Flammescere caelum.* *Flammescat igne caritas*

Hymn. Eccles. inter Ambrosianos, ad horam tertiam.

FLAMMĪCŌMANS, antis. Adi. *Epitheton caedarum apud Iuenc. 4, 281.*

FLAMMĪCŌMVS, a, um. Adi. Prudent. Psych. 776.

FLAMMIGREMVS, a, um. Adi. Fortunat. Carm. 1, 15, 47.

FLAMMĪDVS, a, um. Adi. *Idem quod Flammeus.* Apul. de Mundo p. 66 *Glacialibus flammida confundit.* Id. Miles. 2 pr. Ro-20 *leo rubore flammida.*

FLAMMĪFER, ěra, ěrum. [*φλογοφόρος*] *Ferens flammam, et commouens, siue excitans.* Cic. Acad. 4, 89 *Fer mihi auxilium,*

pestem abige a me, Flammiferam hanc vim, quae me excruciat.

Sil. 1, 257 *Flammiferis tellus radiis cum exusta dehiscit.* Id. 461 25 *Crine vt flammifero terret fera regna cometes.* Val. Flac. Argon. 1, 4 *Flammifero tandem confedit Olympo.*

FLAMMIGENA, ae. c. [*φλογογενής*] *Flamma vel fulmine genitus, et potest Bacchi cognomen esse: sed non habet auctorem.*

FLAMMIGER, a, um. Adi. Sol flammiger Valer. Argon. 5, 581. 30 *Flammigeri solis proles* Stat. Theb. 8, 676. *Flammiger ales, i.*

Aquila flammantia Iouis arma gestans, dici potest.

FLAMMIGERO, ěre. [*ἀσράπτω*] *Flammam producere et emit-tere.* Gell. 17, 10 *Interdium fumare Aetnam, noctu flammigerare.*

Sed Gron. *Flammigare non facta alterius lectionis mentione.* Vid. 35 *Macrob. Saturn. 5, 17.*

FLAMMĪPES, ědis. Iuenc. 2, 552.

FLAMMĪPŌTENS, entis. *Vulcani cognomen.* Arnob. 3 p. 112.

FLAMMIVOLVS, a, um. Adi. Arator in Act. Apoft. c. 18.

FLAMMIVOMVS, a, um. Adi. [*πυρῆβολος*] *Quod flammam vomit.* Iuenc. prooem. 23 *nubis epitheton.*

FLAMMOSVS, a, um. Adi. *Ardens.* Cael. Aurel. Acut. 2, 32 *Febris celerrima et flammosa.* Ibid. 3, 17 *Carbones non flammiosi.*

FLASCA, ae. f. *Vas vinarium* Isidor. 20, 6 pr. *Flascae a Graeco vocabulo [*φλάσκων*] dictae.* Hae pro vehendis ac recon-

dendis phialis primum factae sunt: inde et nuncupatae sunt. Postea

in vsum vini transferunt, manente Graeco vocabulo, vnde sumserunt

initium. *Idem, puto, nomen est, quod in Gloss. Iidori scribitur Pi-*

lasca, vas vinarium ex corio: idem, quod Germanis Flasche, etc.

FLATOR, FLATVS, etc. Vid. FLO, flas. 50

FLAVCORVM corymbion edidit *Burmannus quoque Petron. 110.*

Sed corruptum putatur; plerique inclinant ad Flauicomum.

FLAVEO, etc. Vid. FLAVVS.

FLAVISSAE sunt eadem, de quibus supra in FLAVISSAE ali-

quid dictum est, ubi laudauimus Varronis quaedam ex Gellio 2, 10 qui-

bus iam addimus, At deinde eadem epistola — Q. Valerium Soranum

dicere solitum ait, Quos thesauros Graeco nomine appellarem pr-

iscos Latinos flauissas dixisse, quod in eos non rude aes argentumque,

sed flata signataque pecunia conderetur. Coniectare igitur se, detra-

ctam esse ex eo verbo secundam literam, et Fauissas esse dictas cellas

quasdam et specus, quibus aeditui Capitolini vterentur ad custodi-

endum res veteres religiosas. Refert plane eadem ex epistola Varronis

ad Seruium Sulpicium, quam citat Gellius l. 1. c. Nonius 2, 341.

FLAVIVS, a, um. Adi. [*φλάβιος*] *Romanae familiae nomen,*

quam illustrarunt Imperatores Vespasianus et filii eius Titus, et Domi-

tianus. Flauiae gentis historiam require apud Suet. Vesp. c. 1. Fla-

viae gentis templum Sueton. Dom. c. 1. Flauiorum suburbanum,

vid. Suet. Vesp. c. 5, 1. ¶ 2 Flauii, sunt dicti Imperatores

Constantinopolitani, a Flauio Constantino; vt a C. Caesare, Caesares,

Imperatores Romani. Vid. Rauerard. Coniect. 3, 17. De pluribus Fla-

uiis, vid. Burm. ad Quinctil. 9, 3 p. 816. ¶ 3 Flauia Colo-

nia Palaestinae, antea Caesarea Plin. 5, 13. Flauia Iulia in Callaica

Id. 3, 3.

FLAVIANVS, a, um. Adi. *Flauianae partes Tacit. Hist. 2,*

67. et 3, 1. ¶ 2 Cognomen Romanum, v. g. illius Africae

Proconsulis, qui Delphinum in Hipponis Diarrhyti litore puerorum col-

lusorem unguento perunctum, odoris nouitate consopit, ita vt fluctuans

similis exanimi, post ad se reuersus, per aliquot menses hominum conuer-

satione caruerit, vt iniuria fugatus. Refert Plin. 9, 8. et Iunior

Epist. 9, 33.

FLAVIALIS, is. m. *Diuis Flauis sacra operantes Flamines, siue*

Sacerdotes. Vet. Inscript. Gruteri p. 359, 4. Spon. Misc. p. 177 pr.

Flauialium Collegium Suet. Domit. c. 4, 11. Milites item Flauiales

a Diuo Vespasiano legionibus additi Veget. 2, 7.

FLAVINA, ae. f. *Etruriae oppidum sub Soracte monte. Sil. 8, 85*

491. Hinc

FLAVINIVS, a, um. Adi. Virg. Aen. 7, 696 *Hi Soractis ha-*

bent arces, Flauiniaque arua, etc.

FLAVVS, a, um. Adi. [*ξανθός, πυρρός, μελίχρως*] *Color est,*

viridi, rubro et albo concretus, hoc est fuluo clarior, qualis est color

auri. Hunc colorem capillorum laudabant amatores. Vid. Brouckh. ad

Tib. 1, 6, 8. Burm. ad Ouid. Her. 20, 57. Achilles flauus, vid.

ACHILLES. Virg. Georg. 1, 95 *Saepe ego quum flauis messorem*

induceret aruis Agricola. i. Maturis Seruius. Caesaries Valer.

Argon. 6, 225. Ouid. Fast. 2, 763 Forma placet, niuetisque color,

flauisque capilli. Ceres flaua, a Virgilio dicitur, propter Arista-

rum maturitatem, vt inquit Seruius Georg. 1, 96 Neque illum Flaua

Ceres alto nequidquam spectat Olympo. Virg. Aen. 4, 698 Non-

dum illi flauum Proserpina vertice crinem Abstulerat. Cic. Acad.

4, 105 c. 23 Mare illud, quod nunc — purpureum videtur, — mo-

do caeruleum videbatur, mane flauum. Sed Non. 2, 729 hunc locum

citans raurum legit, et interpretatur fuluum. Mella Martial. 1, 56.

Oliua Virg. Aen. 5, 309. Puluis Martial. 14, 71. Rura Claud.

in Eutrop. 1, 112. Tiberis flauus dicitur propter arenam Virg. Aen.

7, 31. Conf. Hor. Carm. 1, 2, 13. et 8, 8.

- FLAVĪDVS, a, um. Adi. *A Flauo deriuatum: sicut et a Flacco, Flaccidus; et a Rauo, Ravidus dicitur.* Plin. 18, 13 f. 34 *de rapaciis, Et fluidorum quoque, et in horreis enecatorum. Hodie fere semper Flaccidorum editur, sed Fluidorum Turnebus et Harduin. ex*
 5 MSS. Fel fluidum Cael. Aurelian. Acut. 3, 20.
 FLAUEO, ēre. [*ξανθίζουαι*] Fulgere, et auri colorem referre. Columel. 2, 21. Id. 10, 311. Virg. Georg. 3, 350 Turbidus et torquens flauentes Hister arenas. Flauens malas Id. Aen. 10, 324. Comae flauentes Id. ibid. 4, 590.
 10 FLAVESCO, ēre. [*ξανθίζουαι*] Idem quod Flauere incipere. Cato c. 151 Maturum est ubi ordeum flauescit. Subaud. Semen cupressi. Virg. Ecl. 4, 28 Molli paulatim flauescet campus arista. De plantis cum vigorem cum virore amittunt s. marcescunt, utitur Plinius v. g. 15, 29 f. 36 Myrtus retorrída et squalida eadem est flauescens. Sic 16 f. 7 de fagi foliis et aliarum glandiferarum, celerrime flauescuntibus. Et 19 f. 47 de menta Aestate vires, hieme flauescit. Ibid. Omnia accessu mulieris menstrualis flauescunt. Add. Plin. 9, 35.
 FLAŪDO, īnis. f. Flauus color. Apul. . .
 FLAVICOMANS, antis. Prudent. Apoth. 495.
 20 FLAVĪCŌMVS, a, um. Adi. Flauicomum Corymbion Petron. 110. placet plerisque pro eo quod est in libris Flauorum.
 FLAXTABVLAE, vid. FLEXIBVLVM sub FLECTO.

F L E

- 25 FLEBILIS, vid. FLEO, fles.
 FLECTO, xi, xum, ēre. [*κάμπτω, γνάμπτω*] Torquere, in aliam partem dirigere. Flectitur in gyrum miluus Ouid. Met. 2, 718. Flectere in diuersum et in auersum Plin. 11, 45 de Elephanto. Aciem oculorum, vid. ACIES. Currum de foro in Capitolium Cic. Verr. 5, 77. Cursum ad aliquem Liu. 1, 4. Gyro breuiore flecti Sen. Hippol. f. 3. Liu. 8, 19 extr. Ad Priuernum, COS: flexit iter. Virg. Georg. 2, 357 Et ipsa Flectere luctantes inter vineta iuuenos. Vbi Seruius: Flectere, Cum quadam moderatione ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiantur. Cic. Att. 5, 9 Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissime nauigastemus: et Leucaten flectere molestum videbatur, i. circumnauigare illud promuntorium. Vid. statim. Membra contorquet et flectit quo vult omne animal Cic. de Diuin. 1, 120. Id. ibid. 2, 94 c. 45 Qui nauigant, maxime animadvertunt: quum in flectendis promontoriis, ventorum mutationes maximas saepe sentiant: sic modo Leucaten flectere. Flectitur obsequio curuatus ab arbore Ramus Ouid. A. A. 2, 179. Ratem Idem Epist. 10, 36. Viam Cic. Att. 11, 18. Martial. 1, 71 Flecte vias hac qua madidi sunt tecta Lyaei. Viam velis Virg. Aen. 5, 28.
 45 ¶ 2 Flectere per translationem: Ter. Hec. 4, 3, 2 Ithuc est sapere, qui vbiunque opus est possis animum flectere, i. mutare voluntatem et consilium. A vero flectere animum potest cura Liu. proem. Id. 28, 44 Et id est viri et ducis non deesse fortunae praebenti se, et oblata casu flectere ad consilium Tacit. Ann. 1, 34 Tunc a veneratione Augusti orsus, flexit ad victorias triumphosque Tiberii, int. orationem. In ambitionem flexisse (animum) arguebatur Tacit. Ann. 4, 37. Animos omni ratione flectere et commutare Cic. de Orat. 2, 211. Animos teneros et rudes flectere et inficere Id. de Legib. 1, 47 c. 17. Animo flecti atque frangi Id. pro Sull. 18. Fata flectere Id. in Catil. 3, 19 c. 8. Imbecillitatem animorum varietas opinionum torquet et flectit quocunque coepit Id. de Legib. 1, 29. Brut. ad Cic. 16 extr. Cicero si flexerit aduersus alios iudicium suum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio: non modo reliqui temporis gloriam eripuerit sibi, sed etiam praeterita euanescere coget. Mentēs ab omni studio sensuque Poenorum, ad nostrum imperium nomenque nostrum flexerunt Id. pro Corn. Balb. 39. de Hispanis. Minas alicuius Valer. Argon. 1, 216. Naturam suam versare et regere ad tempus, atque huc et illuc torquere et flectere Cic. pro Cael. 13. Id. Acad. 4, 1 Si te, inquit,
 65 Luculli oratio flexit, quae est habita memoriter, etc. Id. de Legib. 1, 47 Qui teneros et rudes quum acceperunt, inficiunt, et flectunt ut volunt. Et Philipp. 1, 35. Puella flectitur assiduis minis Propert. 1, 19, 24. Precibus flecti Virg. Aen. 2, 289. Sensus alicuius flectere Valer. Argon. 7, 172. Superos Virg. Aen. 7, 312. Geil. 4,
 70 3 Hoc vocabulum de Graeco flexum est, i. deriuatum. Absolute: Tacit. Ann. 1, 13 Flexit paulatim.
 FLEXO, āre. Frequent. Cato de R. R. c. 49 Flexatoque vti fuerit, crebroque fodito, de vinea et vitibus.
 FLEXVS, a, um. Partic. [*καμψδεις*] Flexus in obliquum, vid. OBLIQVVS. Aditus flexus, vid. ADEO. Animus Catul. 62, 330. Arcus flexos incuruant Virg. Aen. 5, 500. Coma flexa nitidus vagaris Martial. 10, 65. Dies in vesperam flexus Tacit. Ann. 1, 16. Genu flexum summisit Ouid. Met. 4, 340. Motus flexi fractique Cic. de Fin. 5, 35. Tacit. Ann. 3, 16 Caesar flexo in moestitiam ore, suam inuidiam tali morte quaesitam, etc. Ouid. Epist. 4, 80 Siue ferocis equi luctantia colla recuruas Exiguo flexos miror in orbe pedes. Ars equitis in breuissimo gyro celeriter equum circumagere. Cic. de Orat. 3, 214 Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera, lene, asperum, contractum, diffusum continenti spiritui, intermisso, fractum, scissum, flexo sono, attenuatum, inflatum. Supercilia flexa iuxta nasum Plin. 11, 52. Compar. Zodiacus flexior Mart. Capell. 8 p. 297. ¶ 2 Substant. Min. Fel. 17, 12 Collium flexa. Conf. Turneb. Aduers. 29, 20.
 FLEXVS, ūs. m. [*καμψι*] Curuatio, conuersio. Plaut. Men. 5, 2, 114 Facitote in flexu sit pernecitas pedum. Quinctil. 9, 2 Qui cursu parum valent, flexu eludunt. Flexus et artes in actione Id. 5, 13. Id. 7, 10 Fit ambiguitas per flexum, Quinquaginta vbi erant centum inde occidit Achilles, etc. Vbi Flexus, pro Vocis commutatione, accipitur: nam vbi distinguendum est, vox in pronuntiendo flecti solet. Nam potest hic incidit, et flecti adeo vox, vel sic, Quinquaginta, vbi erant centum, vel Quinquaginta vbi erant, centum, etc. Aetatis flexus, Quum aetas vergere incipit, et inclinari in aliam velut periodum, ut in Senectutem Cic. in proem. de Orat. Id. pro Cael. 75 c. 31 In hoc flexu quasi aetatis (nihil enim occultabo fretus humanitate ac sapientia vestra) fama adolescentis paullum haesit ad metas, i. Quum iam curriculum iuuenilium studiorum permensus esset, ibi in voluptatis licentiam delapsus est: aliquantisperque immoratus est, ut illi, qui in meta insistent, non flectentes cursum, nec finem, praemiumque assequuntur laboris. Tacit. Hist. 5, 23 Flexus autumnus est, quum
 100 autumnus vergere incipit, et inclinari ad hiemem. Quinctil. 8, 2, 7

de significatione translata nominis vertex agens, Propter flexum capillorum, pars est summa capitis. Membrorum Id. 1, 1, 22. Suffraginum Plin. 8, 15. Vocis Quinctil. 1, 10, 22. 11, 3, 170 etc. Lunati Sil. 4, 319. Mollis Pers. 3, 36. Sinuoso flexu anguis Virg. Georg. 1, 244. Flexus ille, et vt sic dixerim, motus, dat actum quendam, et factum Quinctil. 2, 13, 9. de statuis et picturis. Exire in diuersos flexus Idem 1, 6, 15. de Declinatione et Coniugatione. Cum multis flexibus introitus habent aures duros et quasi corneolos Cic. de N. D. 2, 144. Mutare flexum Quinctil. 4, 1, 68. de Apostrophe, figura rhetorica, cum aliquem alloquimur. Cic. Att. 16, 13
 In quo flexus est ad iter Arpinas, obuiam mihi fit tabellarius.

FLEXIO, ōnis, f. [*κλίσις*] *Actus ipse flectendi.* Cic. in Pison. 53 c. 22 Quos tu maeandros, dum omnes solitudines persequeris, quae diuerticula, flexionesque quaesisti? Virilis laterum Cic. in Orat. 59. *Gestus est oratoris.* Id. de Legib. 2, 39 Illa quidem, quae solebant quondam compleri feueritate iucunda Liuianis et Naeuianis modis, nunc vt eadem exsultent, ceruices, oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant. Vocis flexiones Cic. in Orat. 57 c. 18.

FLEXIBILIS, e, Adj. [*γναμπτός*] *Quod torqueri, et facile in quamvis partem curuari potest.* Cic. pro Milon. 43 Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quam voluntas erga nos, sensusque ciuium. Id. de Amicit. 94 Quid enim potest esse tam flexibile, tam deuium, quam animus eius, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum conuertitur? *Contraria:* Cic. de N. D. 2, 146 Vocis genera permulta, canorum fuscum, lene asperum, graue acutum, flexibile durum. *Add.* Quinctil. 11, 3, 15 et 40. Nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem Cic. Att. 10, 13. Id. ad Brut. 18 Videtur enim esse bona indoles, sed flexibilis aetas, multique ad deprauandum parati. Arcus flexibiles Ouid. Amor. . . . Plin. Epist. 1, 16 Laudabam eius

Ingenium, etiam antequam scirem, quam varium, quam flexibile, quam multiplex esset. *Materia omnium rerum flexibilis et commutabilis* Cic. de N. D. 3, 92. Nihil est tam tenerum, tam flexibile, neque quod tam facile sequatur, quocumque ducas, quam Oratio Id. de Orat. 3, 174. Oratio mollis, tenera, et ita flexibilis, vt sequatur quocumque torqueas Id. in Orat. 52 c. 16. Lucan. ad Pison. 53 *Modo torquet in auras Flexibiles Rictus.* Voluntates hominum flexibiles Cic. Fam. 2, 7.

FLEXIBILITER, apud Augustin. . . .

FLEXIBILITAS, ātis, f. Solin. c. 65 (*al. 52*) Circumferunt cornua flexibilitate.

FLEXIBVLVM, i, n. *Instrumentum ad flectendum.* Turneb. *Aduers. 18, 24 ait Varronis fuisse Satiram Flexibulorum nomine, in qua de flectendis regendisque prouincialibus differuerit. Fundus sunt verba Plin. praef. Varro in Satiris suis Sesculixem et Flexibulas int. dedit vel scripsit. Sed apud Non. passim laudatur Varro Flaxtabulis.*

FLEXILIS, e, Adj. [*καμπτός*] *Quod facile flecti potest.* Plin. 11, 37 Item omnium auriculae ac nares, quae modicum eminent flexili mollitia. Cornu flexile Ouid. Met. 5, 383. *de arcu.*

FLEXAMINO, āre. *Antiquum, Idem quod Flectere.* Pacuuius, 50 Flexaminat aquam lymphatam. *Meminit Varro de L. L. 6, 5. Al. flexanima.*

FLEXANIMVS, a, um, Adj. [*ψυχαιγωγός*] *Flexanima oratio, Quae animum flectere possit.* Cic. de Orat. 2, 187 c. 44 Sed tantam vim habet illa, quae recte a bono Poeta dicta est flexanime, atque omnium regina rerum oratio. *Vid. Non. 2, 349. et Catull. de Nupt. Pel. et Thet. 330.*

FLEXILOQVVS, a, um, Adj. [*καμπιολόγος*] *Qui ambigua et obscura loquitur.* Cic. de Diuin. 2, 115 c. 56 Tuis enim oraculis Chryssippus totum volumen impleuit, partim falsis, vt ego opinor: partim casu veris, vt fit in omni oratione saepissime: partim flexiloquis et obscuris, vt interpretes egeat interprete.

FLEXIPES, ēdis, o. *Quod pedibus flexis et curuis errat.* Ouid. Met. 10, 99 Vos quoque flexipedes hederiae, etc. *Sic etiam Burm. al. Flexibiles. Nempe hedera flexuosis et errabundis flagellis per humum serpit, velutque pedibus curuis et flexis errat, unde flexipes accommodatissime dicta est, vt et βλαυσός a Graecis appellatur. Turneb. Aduers. 1, 23.*

FLEXIVICE, Adu. i. *Flexifce, Per multos flexus.* Pacui. apud Non. 4, 68 Quorsum flexiuiice contenderet. *Videtur etiam rectius flexifce scribi, quamquam illud seruauit Mercer.*

FLEXVMINES, Equites Romani appellati sunt, qui prius Celeres dicebantur. Plin. 33, 2 *Quidam legunt Flexamines.*

FLEXVOSVS, a, um, Adj. [*κάμπειος*] *Quod varios vel multos habet flexus.* Flexuosa vitis Cato c. 33. *Compendia flexuosa metae Sidon. Carm. 23, 394. Impulsus corporum flexuosus Plin. 9, 20. Iter flexuosum habet auditus, ne quid intrare possit, si simplex et directum pateret Cic. de N. D. 2, 144 c. 57. Mons Plin. 5, 27. Volatus flexuosus hirundini Id. 10, 24. Superl. Plin. 11, 37 Hominique flexuosissimis orbibus.*

FLEXVŌSE, Adu. [*καμπείως*] Plin. 18, 35 Si flexuose volitet flamma.

FLEXVRA, ae, f. [*καμπή, καμπηλότης*] *Flexus, curuatio.* Columel. 5, 5 Vt flexura materias profundat. Flexurae vicorum Suet. Neron. c. 38, 2. Lucret. 4, 312 Quin etiam quaecumque latifcula sunt speculorum A simili lateris flexura praedita nostri, etc. *Conf. Varr. L. L. 9, 1. et Sidon. Epist. 71.*

FLEGMA, vid. PHLEGMA.

FLEGMEN, f. **FLEMEN**, inis, n. [*φλέγμα*] *Pedum vitium est, cum ex labore viae sanguis defluit circa talos, Festus.* Plaut. Epid. 5, 2, 5 Dum te sequor, prae lassitudine inuaserunt miserum in genua flemina. Id. Poen. 3, 1, 67 Quin etiam deciderint vobis flemina in talos velim. *Sic Douza. Sed recte al. femina, i. femora. Nam respondetur, At nos tibi in lumbos linguam, atque oculos in solum. Douza etiam Asin. 2, 2, 73 Flemina ponit pro FEMINA v. v. Conf. Harduin. ad Plin. not. mai. 8, 23 l. 17.*

FLEO, flēui, flētum, flēre. [*κλαίω, θρηνέω*] *Lacrimas emittere.* Ouid. de Rem. Amor. 690 Vt flerent oculos erudiere suos. Demorte alicuius Cic. Verr. 1, 76 c. 30. Casus alicuius Sen. Herc. Oet. v. 583. Daphnin Virg. Ecl. 5, 20. *i. deslere.* Fleuit drachmis argenteis Plaut. Pseud. 1, 1, 98. Funera alicuius Ouid. in Ibin 16. Lapidem omnes coegisset flere ac lamentari Cic. de Orat. 1, 243 c. 57. Noctem Virg. Georg. 4, 514. Si vis me flere, dolendum est Primum ipsi tibi Hor. A. P. 102. Delicuit flendo Ouid. Met. 7, 380. Diffundere dolorem flendo Id. Ibid. 9, 142. Diffundimus iram flendo Id. Epist. 8, 61. Rubent ocelli flendo Catull. 3, 18.

- FLETUR.** Imperf. [*κλαίεται*] Ter. Andr. 1, 1, 103 In ignem posita est; fletur. Longo aeuo flebitur Sil. 5, 187.
- FLENS,** entis. Part. Ouid. Trist. 1, 3, 17 Vxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat. Conf. Nep. 25, 22, 1. Curt. 3, 5, 5. Tibull. 4, 5 72. Virg. Aen. 6, 427.
- FLENDVS,** a, um. Part. Ouid. Trist. 3, 11, 37. Id. Rem. Amor. 494. Calamitas huius vitae Augustin. de C. D. 22, 22.
- FLETVS,** a, um. Partic. [*κλαυμένος*] Virg. Aen. 6, 481 Hic multum fleti ad superos, belloque caduci. Funere fleti Aufon. Parental. 9 pr. Lacrimis fleti Ibid. praef. Conf. Prudent. Cath. 10, 84. Mater pueri mortem deplorans acerbam filii, fleta et lacrimosa, fuscaque veste contexta Apul. Met. 7 p. 199 f. *Elmenh. i. flendo fessa.* Sic Gr. *δακρυμένος*: vid. Pric. Sed Lucret. 2, 631 Sanguine fleti sunt guttis sanguineis velut lacrimis conspersi.
- FLETŪRVS,** a, um. Partic. [*κλαύων*] Ouid. Trist. 4, 10, 79 Non aliter fleui, quam me fleturus ademtum Ipse fuit. Multa fleturum caput Hor. Epod. 5, 74.
- FLETVS,** ūs. m. [*κλαυθμός, δειμνή, θρήνος*] Cic. Fam. 14, 2 Id quod ego maximo cum fletu legi. Fessa fletu lumina Sen. Octau. 20 f. 4. Humida fletu litera Ouid. Trist. 4, 1, 96. Lacrimae et fletus cum singultu Cic. pro Planc. 76 c. 31. Mulierum fletus et lamentationes Id. Verr. 4, 47. Assiduus fletus, quotidianae querimoniae Id. pro Cluent. 26. Dulcior risu Ouid. in Ibin 210. Inanes Virg. Georg. 4, 375. Modestus Stat. Theb. 5, 28. Supplex Claud. de Rapt. Proserp. 1, 266. Al. Subitus. Abstergere fletum, vid. **ABSTERGO**. Acuere fletum, vid. **ACVO**. Adducere ad, vel in fletum, vid. **ADDVCO**. Adhibere fletum, vid. **ADHIBEO**. Ciebat longos fletus Virg. Aen. 3, 345. Comprimere fletus Ouid. ad Liu. 467. Ducere fletum inuitis luminibus 30 Propert. 1, 15, 40. Effusi Valer. Argon. 4. Erumpit fletus Quinctil. 6, 2. Excitat fletum orator Catull. 37, 3. Cic. pro Rosc. Amer. 24 Quod Amerinis vsque eo visum est indignum, ut vrbe fletus tota gemitusque fieret. Fundere fletus Ouid. Met. 11, 672. Impediri fletu, vid. **IMPEDIO**. Lugubris lamentatio 35 fletusque moerens Cic. Tusc. 1, 50. Mouere fletum, vid. **MOVEO**. Mouetur nullis fletibus Virg. Aen. 4, 439. Ortus ab omni turba fletus, vid. **ORTVS**. Petitur fletus perorationibus Quinctil. 6, 2. Quinctil. 5, 11 *sub fin.* An vero me de incommodis vitae differentem non adiuuabit earum persuasio nationum, quae fletibus natos, laetitia 40 defunctos prosequuntur? Rigare genas fletu Sen. Oedip. f. 12. Rigabat ora largo fletu Virg. Aen. 6, 699. Rigat ora moestis fletibus Sen. Octau. f. 6. Rumpere iam fletus Sen. Troad. f. 8. Scinduntur verba fletu Ouid. ex Pont. 3, 1, 157. Siste tuos fletus Idem Met. 14, 835. Suspendere fletum Id. Fast. 4, 849.
- FLEBILIS,** e. Adi. [*θρηνώδης*] Plenum lacrimis, vel Dignum quod fletur. Hor. Carm. 1, 34, 9 Multis ille quidem flebilis occidit, Nulli flebilior quam tibi Virgili. Cantus Plin. 10, 23. Carmen Ouid. Epist. 15, 7. Clamor Sen. Troad. 6. Elegia Ouid. Amor. 3, 9, 3. Gemitus Cic. Tusc. 2, 57 c. 24. Modi Hor. Carm. 2, 50 9, 9. Murmur truncum ac flebile Stat. Theb. 8, 619. Questus Claud. in Ruff. 1, 127. Cic. Philipp. 11, 7 Ponite ante oculos P. C. miseram quidem illam et flebilem speciem, sed ad incitandos animos vestros necessariam. Vigiliae Id. pro Planc. 1. Vlulatus Stat. Theb. 5, 554. Cic. Tusc. 2, 33 Resonando multum flebiles voces 55 refert. Ex quodam Poeta. ¶ 2 Aduerbiū vicem subit flebile. Cantare flebile Ouid. de Rem. Amor. 36. Vlularunt flebile ripae Sil. 6, 285. Fitque tripes prorsus quadrupesque, ut paruulus infans, Et per sordentem flebile serpit humum Corn. Gall. 1, 240. Conf. Lucan. 1, 548. Claud. de Raptu Pr. 2, 8. Hygin. Fab. 154.
- FLEBILITER.** Adu. [*θρηνώδως*] Cic. Tusc. 2, 49 c. 21 Vide quam non flebiliter respondeat. Canere aliquid flebiliter Id. ibid. 1, 85 c. 35. Gemens flebiliter Hor. Carm. 4, 12, 5. Compar. Paullin. Nat. Fel. 7, 62 Flebiliusque vlulant.
- FLETIFER,** a, um. Adi. Aufon. Eidyll. 6, 74 Gemma fletiferi iaculatur succina trunci.
- FLEVO,** Rheni fluminis ostium, Mela 3, 2 extr. Plin. 4, 15 Alterum ostiorum Rheni, Fleuum, alterum Helinum appellatum scribit. Tacit. Ann. 4, 72 Fleuum castellum esse ait prope Rheni in Oceanum exitum, a quo aut sumtum nomen, quod alueo daretur, aut certe mox ab alueo natum, retentum est.
- FLEXABVIA,** Satirae nomen est apud Varronem, teste Plin. in praef. Nat. Hist. Vid. supra in **FLEXIBVLVM**.
- FLEXANIMVS,** **FLEXIBILIS,** vid. **FLECTO**.
- FLEXILE,** **FLEXIO,** **FLEXVMINES,** **FLEXVRA,** **FLEXVS.** Vid. **FLECTO**.

F L I

- FLIGO,** xi, cum, ěre. [*ἀφίσσω*] Verbum antiquum, a quo configo Affligo, etc. Non. 2, 328 Fligi, affligi. Liu. Aegistho, Ipse se in terram saucius fligit cadens. Accius, Nec perdolescit fligi focios, morte campos contegi. Et Heu cuiatis stirpem funditus fligi studet. Lucret. 2, 85 — nam cita superne Obuia cum fligere, etc.
- FLICTVS,** ūs. m. [*ἀφρυμός*] Virg. Aen. 9, 667 Dant sonitum galeae flictu: pugna aspera surgit. Vbi Seruius; Flictu, pro Afflictu, id est ictu, nam detraxit more suo Praepositionem. Sil. 9, 322 Galea horrida flictu Aduersae ardescit galeae.

F L O

- FLO,** flāre. [*πνέω*] Spirare. Plin. 17, 24 Hic enim si flauerit circa brumam, frigore exurit arefaciens. Cic. Fam. 9, 24 Tum quum Fauonius flaret. Belle nobis flauit ab Epiro lenissimus Auster mitis Id. Att. 7, 2. Flare simul et forbere haud facile est Plaut. Most. 3, 2, 104. Adagium est, de iis, qui duo negotia eodem tempore conficere nequeunt. Omisso magna flandi semper tumore, id est iactantius agendi Quinctil. 12, 6, 5. Hinc pro Spernere. Prudent. Eulal. Virg. 21 Spernere succina, flare rosas, Fulua monilia respuere. Flare numos, est Signare, quod aes flando, i. per flatum calefaciendo signatur. Ita noti Triumviri A. A. A. F. F. b. e. Auro, argento, 00 aeri, flando, feriundo. Vid. Vlp. l. 9 de l. Cornel. de falsis.
- FLANS,** antis. Part. Ventoleniter flante Hirt. B. Alex. c. 11. Aquilones contra fluuium flantes Lucret. 6, 717. ¶ 2 Pass. Plin. 36, 19 ad finem, Vritur ante vino perfusus, flaturque follibus, donec rufescat. Tibia flatur Ouid. Fast. 4, 341.
- FLATVS,** a, um. Part. Hirt. de B. Afr. c. 52 Puluis vento flatur

tus omnium prospectui officit. *Conf.* Paullin. ad Cyther. 731. Mas-
sae l. 83 ff. pro socio. *Item, Fufus:* Aes flatum pecore Varr.
R. R. 2, 1.

FLATVS, ūs. m. [*πνεῦμα, ἀήτης*] Cic. Off. 2, 19 c. 6 Nam
et quum prospero flatu eius vtimur, ad exitus prouehimur optatos. 5
Plin. 11, 10 Iuxta vero terram volant in aduerso flatu vepribus hebe-
tato. *De apibus.* Aprici flatus, *vid.* APRICVS. Fulminei
Valer. Argon. 7, 583. Lenissimus Plin. 19 in prooem. 3. Letife-
ris calidi spirarunt flatibus austri Ouid. Met. 7, 532. Lienosi flatus
Scribon. 132. Medos flatus referentia vnguenta, *vid.* MEDVS n. 2. 10
Mollissimus Plin. 19 in prooem. 4. Multiuagi Claud. de Rapt. Proserp.
1, 75. Segnis Valer. Argon. 8, 99. Complet tibia fedilia
flatu Hor. de Arte Poët. 205. Emittere flatum ventris Suet. Claud. c. 32.
Cic. in Arat. 111 Aestiferos validis erumpit flatibus ignes. *De Cane si-
dere. Metaph.* Vnde aliquis flatus ostenditur, vela do Cic. de 15
Orat. 2, 187 c. 44. Parcebant hibernis flatibus Euri Virg. Georg.
2, 339. Cic. in Arat. 184 Aram quam flatu permulcet spiritus
Austri. Resedit flatus repente Virg. Aen. 7, 28. Contorto
flatu rotare aliquid Sil. 3, 527. *Pro ferocia est ap.* Sil. 2, 288. *vid.*
Drakenb. 20

FLAMEN, ūnis. n. [*πνεῦμα*] *Flatus dicitur.* Hor. Carm. 3, 19,
19 Insanire iuuat: cur Berecynthiae Cessant flamina tibiae? Virg.
Aen. 10, 97. Abactum flamen, *vid.* ABACTVS. Contraria
classi Ouid. Met. 13, 183. Rauca Lucan. 5, 217. Figitur ingenti
flamine puppis Ouid. Fast. 3, 599. Fugant inductas flamina nubes 25
Ouid. Met. 1, 263. Portant terram rapido cum flamine Virg. Aen.
4, 241. Pulsant aliquem ab regione Aquilonis flamina Cic. de N. D.
2, 112. Rapturus siluas sonoro flamine Claud. de Rapt. Proserp.
1, 73. Spirant flamina Ouid. Fast. 4, 17. Vibrabant flamina
vestes Idem Met. 1, 528. ¶ 2 Flamen, i. sacerdos, *vid.* 30
supra s. l.

FLABILIS, e. Adi. [*πνευματώδης*] Cic. Tusc. 1, 66 c. 27 Ni-
hilne aut humidum quidem, aut stabile, aut igneum? *Flabile dixit
pro Aereo.* Flabiles puluisculi Arnob. 2. *Conf.* Prudent. in Ag.
Romani 346. et Apoth. 867. 35

FLABRVM, i. n. [*πνεῦμα*] *vel, ut vult Seruius, Flabra tantum
Plur. Venti.* Virg. Georg. 2, 293 Ergo non hiemes illam, non flabra,
neque imbres Conuellunt. Propert. 2, 27, 12 Boreae flabra. Lu-
cret. 1, 276 — Montesque supremos Siluifragis vexat flabris. i.
Flatibus. Etesia Lucret. 6, 716. Lenibus flabris horrescunt 40
venti Virg. Georg. 3, 199. Flabra aquilonis Auien. Perieg. 33.
— fauoni ib. 52. — noti 1270. — Zephyri 150.

FLABELLVM, i. n. [*πνευματίδιον*] Dimin. a Flabro, *accipi-
tur pro Instrumento, quo fit ventilatio ad refrigerandum corpus.* Ter.
Eun. 3, 5, 47 Heus tu, inquit, Dore, cape hoc flabellum, et ventu-
lum huic sic facito dum lauamur. *Multa de ea re Casaub. in Suet. Aug.
c. 82.* Propert. 2, 25, 11 Pauonis caudae flabella superbae. Marcial.
3, 81 Et aestuanti tenue ventilat frigus Supina prafino concubina fla-
bello. Tenui ventos mouisse flabello Ouid. de Arte Am. 1, 161.
Sed cum in flabello prima longa sit, merito praefertur altera lectio. 50
Tenui ventum mouisse tabella. *Sic pro Mota flabella manu Ouid.*
Amor. 3, 2, 38. *recte al. Tabella.* *Per translationem:* Cic. pro
Flacc. 54 c. 23 Cuius lingua, quasi flabello seditionis, illa tum est
egentium concio ventilata.

FLABELLVLVM, i. n. Dimin. Ter. Eun. 3, 5, 50. 55

FLABELLIFER, a, um. Adi. [*πνευματιδιοφόρος*] Plaut. Trin.
2, 1, 22 Vnctor, auri custos, flabelliferae, sandaligerulae, etc.

FLABELLO, āre. Tertull. de Pall. c. 4.

FLABRALIS, e. Adi. Prudent. Apoth. 841 Cum libet, in ge-
lidum flabrali frigore ventum Spiritum existit tenuis et sibilat aer. 60

FLABRO, āre. Prudent. loco modo laudato alii legunt, male qui-
dem; Cum libet in gelidum flabrare frigore ventum.

FLATOR, ōris. m. [*αὐλητής*] Ab antiquis dicebatur, quem nos
Tibicinem vocamus, ab inflatu tibiaram deducta appellatione. Festus.
Vet. Gloss. Flat, Flator, *Φουῶν, αὐλητής.* Et αὐλητής flator, tibi- 65
nator. ¶ 2 Flatores aeris, argenti, auri, fuerunt Magi-
stratus, qui curam cudendae monetae habebant Pompon. l. 2 de Orig. iur.
§. 31. *Sed viri docti aut pro Triboniani errore habent, aut librario-
rum, legendumque, aeri, argento, auro flando.*

FLATO, āre. Frequent. a Flo. Arnob. 2 Cantores tuba, tibia, 70
calamoque flatantes.

FLATILIS, e. Adi. Ammian. 30, 4 Flatili sonitu. *Conf.* Ar-
nob. 6. et Prudent. Harmatig. 531. Varro ap. Non. 4, 353 La-
bore flatili.

FLATVLENTVS, et FLATVOSVS, a, um. *Adiectiua Me- 75
dicis frequentia.*

FLATVOSE. Adu. *apud Celsum esse dicitur.*

FLATVRA, ae. f. Vitruu. 2, 7 In aeris flatura.

FLATVRALIS, e. Adi. Tertull. de Anima c. 10.

FLATVRARIVS, i. m. *Qui flando aliquid conficit.* Gruter. In- 80
script. p. 638. Inscript. Rein. 11, 89. *Praeipue monetam l. 5 Cod.*
Theod. de falsa moneta.

F L O

FLOCCVS, i. m. [*κροῖς*] *Particula lanarum diuisa a velleribus 85
inutiliter euolans, vel minutiae similes.* Varro de R. R. 2, 11 Diligen-
tiores tegeticulis subiectis oues tondere solent, ne qui flocci intereant.
Plin. 10, 33 Hirundines nidum mollibus plumis floccisque consternunt.
Legere floccos in veste, *signum mortis instantis apud Cels.* 2, 6. Flocci
cucurbitae siluestris Scribon. 154. Fulgent. expos. Serm. ant. 38. 90
Flocci, quasi Nihili. Plaut. . . . Flocci est, quid rerum geras.
Plaut. Most. 1, 1, 73 Neque flocci aestimat. Idem Trin. 4, 2, 152
Floccum non interdum. Flocco habere, *vid.* FLACCVS n. 2.
Add. mox FLOCCIFACIO, FLOCCIPENDO.

FLOCCVLVS, i. m. Dimin. [*κροιδιον*] Plin. 16, 7 Nascuntur 95
in robore pilulae nucibus non absimiles, intus habentes flocculos mol-
les, etc. *Sic Froben. at Harduin.* Floccos molles.

FLOCCIDVS, a, um. Adi. Apul. Met. 7 Vestis in sinus flocci-
dos abundans. *al. Flaccidos. v. v.*

FLOCCIFACIO, ēci, ēre. [*παρ' ἑδὲν ἡγῆμαι*] *Etiam coniun- 100
ctis scribitur, significatque Nihili facere. Idem autem significant Floccifa-
cere aliquem, et Non floccifacere, i. e. ne quidem flocci.* Ter. Eun.
2, 3, 10 *Vt illum dī, deaeque senium perdant, qui me hodie remora-
tus est: meque adeo, qui restiterim: tum autem qui illum flocci-
fecerim. i. vel vnus flocci pretio dignum habuerim, et non cum contem-* 105

tu deseruerim. Plaut. Truc. 4, 2, 56 De nihilo est irasci ei, qui te non flocci facit. Idem Rud. Prol. 47 Is leno, ut se aequum est, flocci non fecit fidem. Mulierem caue vllam floccifaxis Plaut. Most. 3, 2, 121. Cic. Att. 4, 15 Totam denique Rempubl. flocci non facere. h. e. Ne flocci quidem. Tergum suum Plaut. Epid. 3, 2, 12. Idem Trin. 4, 2, 150 DI te perdant: et si flocci facio, an perisses prius. i. vix flocci pretio interesse puto.

FLOCCIFACTEON. Cic. Att. 1, 16 Quare, ut opinor, φιλοσοφῆσθαι, id quod tu facis, et istos Consulatus non floccifacteon: quae lectio et librorum fide nititur, et digna est lepore Ciceronis et familiaritate cum Attico, ut faciat vocem hybridam ex Latino, et terminatione Graeca.

FLOCCIPENDO, di, ēre. [ἐν ἀδελφῶν λόγῳ τριδελφίας] Idem quod Floccifacere. Ter. Eun. 3, 1, 21 Inuidere omnes mihi, mordere clanculum: ego non floccipendere.

FLOCCOSVS, a, um. Adi. Apul. de Herb. c. 62 Floccosis vel lanugineis adnationibus.

FLOCES, um. f. Pl. Vuarum purgamenta, et faex vini e vinaceis expressa, inquit Nonius 2, 354. Caecilii hoc adfert, Edepol ego neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo. Gell. 11, 7 Apludam edit, et floces bibit.

FLORA, ae. f. [Ἀνθίστηνα] Dea. Haec enim, quum magnas opes ex arte meretricia quaesiuisset, Pop. Rom. scripsit heredem, certamque pecuniam reliquit, cuius ex annuo fenore suus natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia. Quod quia Senatui flagitiosum visum est, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudendae rei quaedam dignitas adderetur. Deam finxerunt esse, quae floribus praesit: eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus aut vitibus bene prospereque florescerent. Eum colorem secutus in Fastis Poeta non ignobilem nympham fuisse narrauit, quae sit Chloris vocitata, eamque Zephyro nuptam, quasi dotis loco id accepisse muneris loco a marito, ut haberet omnium florum potestatem. Haec Lactant. 1, 20, 6 sq. Locus Ouidii est Fast. 5, 195 Chloris eram, quae Flora vocor, etc. Martial. 6, 79 Tantus veris honos et odorae gratia Florae. Martial. 1, 3

Nosces iocofae dulce quum sacrum Florae,
Festosque lusus, et licentiam vulgi:
Cur in theatrum Cato seuerè venisti?
An ideo tantum veneras, ut exires?

FLORALIS, e. Adi. ad Floram pertinens: ut, Floralis flamen Varro de L. L. 6, 3. Festum Florale Ouid. d. 1. Fulgent. Myth. 1 Florali lasciuens virguncula petulantia.

FLORALIA, oruni. n. Pl. [Ἀνθίστηνα] Dies Festi, ludique in honorem Florae instituti. Quinctil. 1, 9 Quaedam tamen et faciem solocismi habent, et dici vitiosa non possunt, ut Tragoedia Thyestes, et Ludi Floralia, ac Megalesia. Lactant. 1, 20, 10 Celebrantur illi ludi cum omni lasciuia conuenienter memoriae meretricis. Nam praeter verborum licentiam, quibus obscenitas omnis effunditur, exuuntur etiam vestibus Populo flagitante meretrices, quae tunc mimarum funguntur officio et in conspectu Populi vsque ad satietatem impudicorum hominum cum pudendis motibus detinentur. Varro de R. R. 1, 1, 6 inuocat loco Quarto Robigum et Floram, quibus propitiis neque rubigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestiue florent. Itaque publicae Robigo feriae Robigalia, Florae ludi: Floralia instituti. Plin. 18, 29 Floralia IV Kalendas eiusdem (Maii) instituerunt vrbis anno quingentesimo sexto decimo ex oraculis Sibyllae, ut omnia bene deflorescerent. Cic. in Verr. 5, 36 c. 14 Nunc sum designatus aedilis. Habeo rationem, quid a Populo Rom. acceperim: mihi — Floram matrem Populo Plebique Rom. ludorum celebritate placandam. Sen. Epist. 97 p. 479 Catone sedente (i. affidente in ludis) negatur Populus permisisse sibi postulare Florales iocos nudandarum meretricum. Conf. Val. Max. 2, 10, 8. Add. Vell. 1, 14, 8. Spanh. de Numism. diss. 10 p. 145 seq. ¶ 2 Floralia etiam dicuntur Loca, in quibus sunt flores. Varro de R. R. 1, 23, 4

Nec minus ea discriminanda in conferendo, quae sunt fructuosa, ab his, quae fiunt propter voluptatem, ut quae pomaria, aut floralia appellantur.

FLORALICIVS, a, um. Adi. Martial. 8, 67 Et floralicias lasset arena feras.

FLORENTIA, ae. f. Vitis genus, Tuscis peculiare Plin. 14, 2.

FLORIANVS, i. m. [Φλωριανός] Imperator, qui Tacito successit, dolens Probum militiae peritum a magna exercitus parte esse electum, sibi ipsi venas incidit, effusoque sanguine consumtus est. Auctor Aurelius Victor Epit. c. 36.

FLORIFERTVM, i. n. Dies erat festus apud Romanos, ita dictus, quod eo die spicae ad sacrificium ferebantur. Festus. Vet. Gloss. Florifertum Ἀνθοφορία.

FLOS, flōris. m. [ἄνθος] Tenerum illud in plantis, quod semina et stamina prima nouorum germinum continet. Plin. 12, 10 Flos arboribus suauitate inenarrabili. Varietas florum Cic. de Senect. 54. Blandi Virg. Ecl. 4, 23. Breues rosae Hor. Od. 2, 3, 14. Improbus Stat. Silu. 2, 1, 107. ferociens velut, et luxurians, de laetis nimium incrementis. Lectissimii Cic. Verr. 4, 107. Obnoxius, vid. h. v. Odorus Ouid. Met. 9, 87. Purpureus Plin. 26, 10. Purpureus rosae Hor. Carm. 3, 15, 15. ¶ 2 Verborum formulae: Adhibere flores, Afferre florem, vid. hb. vv. Afflantur e floribus suauitates odorum Cic. de Senect. 59. Aperit florem suum arbor, vid. APERIO. Canescit flos, vid. CANESCO. Carpere recentes flores Hor. Carm. 3, 7, 44. Comprimere florem, vid. COMPRIMO.

Decerpere novos flores Lucret. 1, 927. Defloret flos Catul. 60, 43. Exustus flos siti veteris vbertatis exaruit Cic. de Clar. Orat. 16. Virg. Ecl. 9, 41 Varios hic flumina circum. Fundit humus flores. Induit se in florem nux, vid. INDVO. Legere flores Virg. Ecl. 3, 92. Metunt purpureos flores, vid. METO. Morituri Stat. Theb. 6, 58. Necte flores apricos Hor. Carm. 1, 26, 7. Ornatus crines floribus Virg. Ecl. 6, 68. Reddit flores arbor Plin. 16, 26. Spirant odoratis floribus arae Stat. Silu. 3, 3, 211. Non semper idem floribus est honos Hor. Carm. 2, 11, 9. ¶ 3 Flos, pro

Optima et praestantissima cuiusque rei parte per metaph. crebro usurpatur: quod accepisse, ut reliqua a Graecis videntur Romani. Certe Cic. Att. 16, 11 Nostrum opus tibi probari laetor, ex quo ἄνθη ipsa posuisti, quae mihi florentiora sunt visa tuo iudicio, i. propter iudicium tuum. Aetatis et fortunae flos Curt. 10, 5, 10. Vid. Paterc. 2, 29, 2 Forma excellens, non ea, qua flos commendatur aetatis, sed ex dignitate,

Flos aetatis, ut Aetatula ad turpem libidinem refertur interdum, ut Gr.

supra. Lit. 8, 28 L. Papirius — florem Aetatis eius (Publii pueri) fructum aduentitium crediti ratus, primo perlicere adolescentem fermone incesto est conatus. Lucret. 4, 1099 Denique cum membris collatis flore fruuntur Aetatis, *de coitu.* Nec aliter Cic. Phil. 2, 3 Gratiam appellat non virtutis spe, sed flore Aetatis collectam. 5
Aeris flos Scribon. 7. *Chalcanthum.* v. v. Aevi perpetuus Ouid. Met. 9, 435. Bacchi flos Lucr. 3, 222. Odor vini, ut mox Vini flos. Calcis Pallad. 1, 41, 1. Veget. Mulom. 2, 62, 1. Ciuium flos et robur Cic. in Orat. 34 c. 10. Dignitatis Plin. 7, 44. Eloquentiae Cic. in Bruto Gari Veg. Mulom. 4, 28, 10. Graeciae in ipso flore, i. *Quum floret Graecia.* Cic. de N. D. 3, 80 c. 33 Quam multas ante hunc in ipso Graeciae flore, Pisistratus ac Phalaris, ac Apollodorus, posnas sustulit, etc. Hominum Plin. 7, 37. Ignis flos Tertull. Apol. *ubi vid. Herald.* Ingenii Apul. Apol. p. 317. Italiae flos, firmamentum imperii, ornamentum dignitatis Cic. Phil. 3, 13. Marmoris vel Gypsi Colum. 12, 20, 8. Nitri Veg. Mulom. 4, 21. Nobilitatis et iuuentutis Cic. Philipp. 2, 37. Olei Plin. 15, 6. et Veg. Mulom. 4, 11, 2. Orationis Cic. in Parad. 1. Pigmentorum flos et color Cic. Brut. 298. Idem ibid. 58 c. 15 *cum laudasset ista Ennii de Cethego, Flos delibatus (al. delibutus, al. illibatus) Populi, addit: Probe vero, ut enim hominis decus ingenium, sic ingenii ipsius lumen est eloquentia, qua virum excellentem praecclare tum illi homines florem populi esse dixerunt.* Plaut. Casin. Prol. 18 Haec quom prima facta est, vicit omnes fabulas, ea tempestate flos Poetarum fuit. i. *Excellentior fuit.* Salis flos, i. *praestantissimus Sal et candidissimus* Cato R. R. 88, 2. *Totum locum damus in* MVRIES. Sanguinis Italici Flor. 4, 2. Siliginis. Plin. 18, 10 Pollicem appellant in tritico, quod florem in Siligine, *nempe tenuissimam farinam candidissimamque.* Vini flos Odor est Plauto Curc. 1, 2, 1. *Conf. Taubm. hic et ad Casin. 3, 5, 16. Sed alia notione Vini flos est tenuis Spuma vino innatans, de qua Cato R. R. ubi parari iubet Cola, qui florem demant.* Plin. 14, 21 c. 27 *ubi de collecto in cella vino sermo est, Flos vini candidus probatur, rubens triste signum est, si non is vini colos sit — quod vinum celeriter florere coeperit, non fore diutinum.* Colum. 12, 30, 1 Si vinum florere incipiet, saepius curare oportebit, ne flos eius pessum eat, et saporem vitiet. *Vid. Barth. ad Grat. 198.* Iuuenilis Claud. in Conf. Prob. 69. Primaeuo flore iuuentus Virg. Aen. 7, 162. Viridissimo flore puella Catull. 18, 14. Amittere florem dicitur puella, *Quando deuirginatur.* Catul. 60, 46 *Quum castum amittit polluto corpore florem, Nec pueris iucunda manet, nec cara puellis.* ¶ 4 *Observatt. Flores, pro Stellis etiam ponuntur; et Stellae pro Floribus, quia, quod in caelo sunt stellae, id in terra sunt flores.* Manil. 5, 726
Tunc conferta licet caeli fulgentia templa
Cernere, feminibus densis totisque micare
Floribus. 45

Flores illis spargebantur, qui honore aliquo insigni mactari meruerant. Flor. 2, 7, 14 Quid florum in Consulem profuderunt? Ouid. Trist. 4, 2, 49 Quaque ibis manibus circumplaudere tuorum, Vndique iactato flore tegente vias. *Conf. Drakenb. ad Sil. 16, 310.* 50
FLOSCVLVS, i. m. Dimin. [*ἄνθρον*] Cic. Off. 2, 43 c. 12. *Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt.* *In pomis sunt reliquiae floris aridi ap.* Colum. 12, 45, 5. *Metaphor.* Quinctil. 2, 6. *Ne recentis huius lasciuiae flosculis capti, voluptate quadam praua deliniantur.* Velox vitae Iuuen. Sat. 9, 126. Cic. pro Sext. 119 Non sum tam ignarus, Iudices, causarum, non sum tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, et omnes vndique flosculos carpam atque delibem. Sic Quinct. 12, 10, 7 *ad vitiosum et corruptum genus dicendi refert et illud, quod casuris, si leniter excutiantur, flosculis nitet.* Sic Ostendere flosculos Quinctil. in Proem. 6. 60

FLOSCVLE. Adu. *Instar floris.* Cael. Aurel. Acut. 1, 6, 50 Corpus floscule viuudum.

FLOSCVLLVS, i. m. Dimin. Apul. de Herb. c. 49 Ad folis cursum floscelli se vertunt. Et mox, Sol cum oritur, floscelli se aperiunt. 65

FLOREVS, a, um. Adi. [*ἀνθρός*] *Plenus floribus, factus ex floribus.* Annus Paullin. Natal. Felic. 3, III. Plaut. Men. 4, 2, 68 Non ego te modo hic ante aedes cum corona florea vidi astare? Opes floreae prati Sidon. Ep. 1, 6. Serta Apul. Apol. p. 279. Martial. 8, 77 — Et cingant florea ferta caput. Rura Virg. Aen. 1, 434. i. c. Florida. Seruius. 70

FLORIDVS, a, um. Adi. [*ἀνθροειδής*] *Quod floret, vel floribus abundat.* Tibul. 1, 2, 14 — Quum posti florida ferta darem. Aetas Catul. 66, 16. Plin. 35, 6. Sunt autem colores austeri, aut floridi. Vtrumque natura, aut mistura euenit. Floridi sunt quos dominus pingenti praestat, minium, armenium, cinnabaris, chryscolla, Indicum, purpurissum. Caeteri austeri. Forma florida et vegeta Suet. Galb. 20, 7. Genus floridius orationis Quinctil. 2, 5. Hybla florida Ouid. Trist. 5, 6, 38. Cic. de Clar. Orat. 284 c. 82 At est floridior, ut ita dicam, quam Hyperides, quam Lysias, i. *pulchritudinis iucundae s. venustatis studiosior.* Puella Catul. 59, 57. Ramuli Idem 59, 21. Serta Tibull. 1, 2, 14. Prato floridior Ouid. Met. 13, 791. *De vestibis vid. Spanhem. ad Iuliani Caes. p. 464 sq.* Cic. Tusc. 3, 43 Si quem tuorum afflictum moerore videris, huic acenserem potius, quam aliquem Socraticum libellum dabis? hydraulii hortabere ut audiat voces potius, quam Platonis? Expones quae spectet florida et varia? *Differunt Floridus et Floreus, quod hoc de iis proprie dicitur, quae ex floribus constant: illud translationem fere habet ad iucunditatem significandam.* Vid. Brouckh. ad Tibull. 1, 1, 16. 85

FLORIDE. Adu. Apul. Met. II extr. Vestis floride depicta. Compar. Lactant. de Mort. Pers. c. 3 Ecclesia clarius ac floridius enituit.

FLORIDVLLVS, a, um. Adi. Dimin. Ore floridulo nitens Catul. 59, 193. 95

FLORICOLOR, oris. Adi. Epigr. sub Petron. p. 217 Hoc tibi lusit de flamine floricolore.

FLORICOMVS, a, um. Adi. Floricoma Aetna Aufon. Epist. 4, 47.

FLORIFER, a, um. item Adi. [*ἀνθοφόρος*] Saltus floriferi Lucan. 9, 290. al. florigeri. 100

FLORIFERTVM, vid. supra.

FLORIGER, a, um. Adi. *Idem quod Florifer.* v. v. Sedul. 2 pr. Expulerat primogenitum saeuissimus anguis Florigera de sede virum. Hortus Tertull. f. Cyprian. de Iud. Dom. c. 8. 105

FLORILEGVS, a, um, Adi. [*ἀνθόλογος*] Florilegae nascuntur apes Ouid. Met. 15, 366. Florilegas vocat a legendis floribus.

FLORIPARVS, a, um, Adi. Ver floriparum Auson. Technopaegn.

5 FLORVLENTVS, Floribus plenus. Solin. c. 7. et Per. vig. Ven. v. 19. Ambros. Orat. in obit. Valentiniani II. sub fin.

FLORVS, a, um, Adi. antique pro Floreus vel Florens. Laudatur Virg. Aen. 12, 605 ex antiqua lectione apud Seruium, Floros Lauinia crines Et roseas lacerata genas. Sed recepta lectio Virgilii flauos

10 habet; et Seruius videtur laudasse, si editiones Fabric. Masutic. et Burm. sequamur Floreos. Nec est quod lex carminis obiiciatur, cum per Synizesin dissyllabum fieri possit floreos. Interim pro Adiectiuo Florus facit non modo cognomen Romanum Florus, et Vet. Gloss. Florus ἀνθρός, sed etiam Naeuii illud apud Non. 2, 318 voc. FIMBRIA, Vt videam Vulcani

15 opera haec flammis fieri flora. Scal. ad Festum voce Genas, Pacuuii versum, qui ibi laudatur, sic legit Nunc primum opacat flora lanugo genas: et addit ex Attii Bacchis, Genas lanugo flora nunc demum irrigat. Nempe ita concinnat ex ingenio versum, qui adfertur in Seruianis ad l. c. hoc modo, Et lanugo florea nunc demum irrigat. Est ibi-

20 dem alius versus Accii in Bacchis, Nam florei crines vide vt propexi iacent, ubi itidem flori legit Scal. et tertius Pacuuii ceruicum Floreos dispargite crines: flores Scal. Gabius Bassus apud Gell. 3, 9 de equo Seiano, Flora et comanti iuba. Sic certe ex MSS. pro flaua, Gronouius. Laberius apud Macro. Saturn. 2, 7 Si tibi erat libitum literarum laudibus Florum cacumen nostrae famae frangere. Sed al. Floris.

25 FLOREO, ui, ēre. [*ἀνθῆω*] Floridum esse, et flores habere. Cic. Tusc. 1, 69 Segetes largiri fruges, florere omnia, Fontes scaterere. Particulatim florere, vid. PARS. Arbor floret Cic. de Diuin. 1, 16 c. 9. Segetes florent Ouid. Fast. 5, 322. Vineae floruit Idem

30 ibid. 5, 264. Si Vinum florere incipiet, saepius curare oportebit, ne flos eius pessum eat, et saporem vitiet Colum. 12, 30, 1. vid. FLOS n. 3.

¶ 2 Metaph. Prospere se habere, excellere. Cic. de Amicit. 4 Catonem induxi disputantem: quia nulla videbatur aptior persona, quae de illa aetate loqueretur, quam eius, qui diuissime

35 senex fuisset, et in ipsa senectute prae caeteris floruisse. Ouid. Trist. 5, 8, 19 Nos quoque floruius: sed flos fuit ille caducus. Cic. Philipp. 11, 39 Nihil enim semper floret; aetas succedit aetati. Diu Caesaris legiones viguerunt, nunc vigent Pansae, vigent Hirtii, etc. Admodum florere Cic. Acad. 4, 16. Idem Fam. 1, 9 In sententiis Senatoriis, et in omni actione atque administratione Reipublicae, floruisse. In foro Cic. Acad. 4, 1. Floruerunt in Graecia musici Idem Tusc. 1, 4. In generis sui gloria Cic. pro Flacc. 25. Peraeque, vid. PERAEQVE. Florere inter aliquos Cic. pro Quint. 80. Accessus meus ad urbem incredibili hominum gratulatione florebat Cic. pro Sext. 131. Cum Acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi Cic. Acad. 4, 16. Aetate et forma Liu. 26. et 29. Aetate integerrima, optimo habitu in Republica Cic. pro Cael. 59. Auctoritate et gloria in urbe Idem Fam. 4, 13. Existimatione Cic. pro Font. 31. Familiaritibus doctissimorum hominum Idem de N. D. 1, 6. Omni Genere virtutis floruit Pericles Cic. de Clar. Orat. 28. Gratia, auctoritate, gloria Cic. Fam. 4, 13. Conf. Nep. 1, 1, 1. Gratia atque hospitii nobilissimorum hominum Cic. pro Rosc. Amer. 115. Honoribus et rerum gestarum gloria Cic. de Orat. 1, 1. Idem Fam. 9, 14 Mihi vero gloriosum, te iuuenem COS, florere laudibus, quasi alumnum disciplinae meae. Laude bellica Cic. pro Flacc. 25. Laude ingenii et priuatis beneficiis Cic. de Orat. 3, 7. Leges sub Caesare florent Ouid. Fast. 2, 141. Memoria florere Cic. de Legib. 2. Nobilitate discipulorum floruit Isocrates Idem de Orat. 3 c. 35. Obsoletis floret Epicurus Cic. Off. 3, 116. Quaestura floret Idem pro Planc. 64. Studiis et artibus a pueritia Cic. Fam. 4, 13. Verba florent modo nata, vigentque Hor. de Arte Poët. 62. Virtutibus multis ac beneficiis Cic. Verr. 5, 127. Vrbes pueris florere Lucret. 1, 256.

45 FLORENS, entis. Partic. [*ἀνθῆω*] Plaut. Perfa 1, 3, 18 amator puellae corollam dat his verbis, Do tibi hanc florentem florenti: tu hic eris dictatrix nobis. Cic. pro Domo 49 Itaque quum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares, etc. Cic. in Parad. 2 Quidquid est laudabile, idem et Beatum, et florens, et expetendum videri decet. Cic. pro Planc. 86 Quos ego florentes atque Integros sine ferro viceram? Aetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis florens homo Cic. Fam. 2, 12 (13). Aetatibus florentes ambo Virg. Ecl. 7, 4. Studiis otii florens Virg. Georg. 4, 564. Florentissima fortuna Cic. Att. 10, 4. Contraria:

50 Cic. pro Quint. 93 Ab afflictā amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare. Aere florentes cateruae, i. splendentes armis aereis Virg. Aen. 7, 804. Aeuo florente puellae Lucret. 3, 1022. Gell. 6, 13 Quaerebantur non grauiā, nec reuerenda; sed ἀνθρηματὰ quaedam lepida et minuta, et florentem vino Animum laceffentia, i. bilarem, iucundum. Anni Stat. Silu. 3, 5, 23. Anni primo florentes vigore Petron. 132. Arua Ouid. Met. 2, 791. Ciuitas armis florentissima Cic. de Orat. 1, 32. Corona florente cinctus Ouid. Met. 2, 27. Cic. de Legib. 1, 58 Qua nihil a diis immortalibus vberius, nihil florentius, nihil praestabilius, hominum vitae, datum est. Quae mihi florentiora sunt visa Cic. Att. 16, 31. Praestanti florentique Fortunae inuidetur Cic. de Orat. 2, 210. Sanctitatis Gloriam Graecia laudibus suis celebrando quotidie florentiorem effecit Val. Max. 6, 1 ext. 1. Herbae Virg. Ecl. 9, 19. Iuuenis Cic. Verr. 4, . . . Iuuenta florente feruidus Hor. de Arte Poët. 115.

55 Lumina florentia flammis Lucret. 4, 451. Conf. Herald. ad Tertull. Apolog. . . Poma florentia Ouid. Met. 14, 764. ubi sic ad Pomonam Proteus, Sic tibi nec vernum nascentia frigus adurat Poma, nec excutiant rapidi florentia venti. Sunt ergo florentia poma delitescentia adhuc in florum caliculis. Rebus florentissimis Caes. B. G. 1, 30. Respublica florens Cic. pro Cluent. 109. Maiores nostri ex minima tenuissimaque Rep. maximam et florentissimam nobis reliquerunt Cic. pro S. Rosc. c. 18. Temporibus florentissimis Iustin. 41, 1, 7. Florentes amicorum turbae circumfledent Sen. Ep. 9. Vir ingenio florentissimus Vell. 2, 2, 2. Vrbs florentissima Cic. Catil. 2 extr. Id. ad Brut. 11 Etenim quum te incluso speim maximam omnes habuissent in tua virtute, florente Antonio, quis erat, etc.

60 FLORENTER, Adu. Hieron. Chron. Ann. Const. 18 Rhetores florentissime docent.

FLORESCO, ēre. [*ἀνθῆω*] Floridum fieri. Columel. 5, . . .

65 Ventique nebulam et rorem pestiferum celeriter adiccant, multumque

ad

ad florescendum et ad bonitatem vini conferunt. Cic. de Diuin. 2, 33 Puleium aridum florescere brumali ipso die. Lucret. 5, 669
 — Florescunt tempore certo Arbuſta. ¶ 2 *Metaphor.*
 At vero haec tua iuſtitia et lenitas animi floreſcet quotidie magis Cic. pro Marc. 19 c. 4. Hoc floreſcente Craſſus eſt mortuus Idem Brut. 5 303. Ad ſummam gloriam eloquentiae floreſcere Cic. de Orat. 3, 11 c. 3. *Contraria*: Lucret. 2, 73 Illa fenefcere, at haec contra floreſcere cogunt.

FLORESCENS, entis. Partic. Cic. pro Cael. 79 c. 31 Nolite Iudices, etc. hunc nunc primum floreſcentem firmata iam ſtirpe virtutis tanquam turbine aliquo, aut ſubita tempeſtate peruertere.

FLORETVM, i. n. *Locus, ubi flores abundant.* *Cathol.*

FLORIARIVM, i. n. *Idem.* Zeno Veron. Serm. de Laz.

F L V

FLUCTIFRAGVS, FLUCTIVAGVS, FLUCTVO, FLUCTVOSVS, FLUCTVS, FLVENTVM, FLVENTISONVS, FLVIDVS, FLVITO, FLVMEN, *vid.* FLVO.

FLVENTINI, orum. m. [*Φλευντινοί*] Italiae Populi, praeterfluenti Arno appoſiti Plin. 3, 5.

FLVMEN, cum *deriuatis*; *it.* FLVMENTANA Porta, *vid.* *mox inter deriuata a FLVO.*

FLVO, xi, xum, (*olim fluctum et flatum*) ðre. [*φίω*] De naturali motu aquarum dicitur, vt Flare de motu aëris: Sed latius patet, ac fluere dicuntur liquida omnia non modo, ſed quaecunq; motu ita facili et velut lubrico mouentur, unde porro *Metaphorice* tum ad copiam ſignificandam, tum ad ſucceſſus rerum faciles, et velut ſpontaneos ac naturales, adhibetur; itemque ad iudicandam ruinam rerum, et interitum. Exemplis omnia etiam hic conſtant. Virg. Georg. 2, 166 de laudibus Italiae, Haec eadem argenti riuos, aerisque metalla Oſtendit venis, atque auro plurima fluxit. Lutulentum fluere, *Lucillum dicit* Hor. Serm. 1, 4, 11. *Metaphora fluminis turbidi, ſordes multas vebentis.* Fluere etiam de vitibus et uuis adeo dicitur, cum vinum dant. Virg. Georg. 2, 99 Cui non certauerit vlla (vitis) Aut Tantum fluere, aut totidem durare per annos. Fluunt in contrarias partes flumina Cic. de Diuin. 1, 78. Idem Verr. 4, 96 Chryſas eſt amnis, qui per Aſſorinorum agros fluit. Fluuius Eurotas fluit propter Lacedaemonem Cic. de Inuent. 2, 96. Fluuius ſanguine fluxit atratus Idem de Diuin. 1, 98. Quid ſi Legitimum flueres, ſi nobile flumen? Ouid. Amor. 3, 6, 89. Lacerimae fluunt Ouid. Met. 2, 364. Sudor fluit vndique riuus Virg. Aen. 5, 200. Pleno alueo fluere Quinctil. 2, 1. ¶ 2 Cic. Philipp. 12, 8 c. 3 Ipa illa Martia caeleſtis et diuina legio, hoc nuntio languet et mollietur, atque illud pulcherrimum nomen Martium amittet, excident gladii, fluent arma de manibus. Capilli Celf. 6, 45

1 *pr. i. deſluunt.* Crines intonſi longa ceruice fluebant Tibull. 3, 4, 27. *fuſi iacebant.* Fluunt ſudore et laſſitudine membra, labant arma, mollia corpora etc. Liu. 38, 17. Omnia quae delapſu iam fluxerunt Cic. pro Marc. c. 8. Idem ad Brut. 10 De me tantum dico. Caefarem hunc adoleſcentem, per quem adhuc ſumus, ſi verum fateri volumus, fluxiſſe ex fonte conſiliorum meorum. Haec omnia ex eodem fonte fluxerunt Cic. de N. D. 3 c. 19. Totis vallibus fluere, *magnorum annium eſt* Quinctil. 5, 14. Carmen vena pauperiore fluit Ouid. ex Pont. 4, 2, 20. Ignis fluere dicitur: *vid.* *Cerd. ad*

Virg. Aen. 3, 572. et *Iac. Gronou. ad Gell. 17, 10.* Oratio ita libere fluebat, vt nuſquam adhaereſceret Cic. in Bruto 274 c. 79. Oratio fluit ex lingua alicuius melle dulcior Cic. de Senect. 31 c. 10. Oratio ab aliquo fluxit Cic. de Clar. Orat. 201. Sponte fluent matura ſua (Poma) Ouid. Amor. 2, 14. *i. decident.* *vid.* *Heinf. et Drakenb. ad*

Sil. 2, 131. *Burm. ad Sammon. 105.* Sic Capilli fluunt vt vidimus. Ne quid intra oculum fluat Scribon. 30. Virg. Georg. 2, 370 — Tum denique dura Exerce imperia, et ramos compeſce fluentes. *fundentes ſe latius.* Martial. 4, 66 Nec merſa eſt pelago, nec fluit vlla Ratis, *i. iactatur tempeſtate et fluctuat.* Cic. de Fin. 2, 24 Atque ab ipſo capite fluere neceſſe eſt omnem rationem bonorum et malorum. Rationes quorſum fluant Cneii, et quid agat, videamus Cic. Att. 9, 12, (10). Cic. Off. 1, 90 c. 26 Atque etiam in rebus proſperis, et ad voluntatem noſtram fluentibus, ſuperbiam, faſtidium, arrogantiamque magnopere fugiamus. Sen. de Ira 3, . . . Fluunt ex deſtinato proſopita noſtra. Rebus ſupra modum fluentibus Sall. ap. Seru. ad Aen. 2, 169. Res fluit ad interregnum, *b. e. Tendit* Cic. Att. 4, 16. Idem Q. Fratr. 3, 8 Res prolatae, ad interregnum comitia adducta. Vt res ſuae qua coepiſſent fluere Liu. 27, 17 Gron. Cic. de N. D. 1, 6 Multum autem fluxiſſe video de libris noſtris, quos complures breui tempore edidimus, variumque ſermonem, partim admirantium, vnde hoc philoſophandi nobis ſubito ſtudium exiſtiſſet, partim quid quaque de re certi haberemus, ſcire cupientium. *i. Manaffe.* Virg. Aen. 2, 169 Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri Spes Danaum. Fluere, *inquit* Seruius, τῶν μέγων eſt; ideo addidit Retro. Et per columbam Spiritus S. fluit Paullin. Nol. Ep. 32 ad Seuer. *i. deſcendit in*

80 *Chriſtum.* Tarda mihi fluunt, ingrataque Tempora Hor. Epift. 1, 1, 23. Vinum fluit Scribon. 271. *i. effluit.* Voluptas corporis fluit et prima quoque auolat Cic. de Fin. 2, 106 c. 32. ¶ 3 Occidere, fluere, labi, nec diutius in eodem ſtatu eſſe Cic. in Orat. 10 c. 3. Sic Citraſſectionis exemplum labor ille ſcribendi carens reſore, fluit Quinctil. 10, 1, 2. Cic. Tuſc. 4, 12 Pythagorae autem doctrina quum longe lateque fluere, permanuiſſe mihi videtur in hanc ciuitatem. Fluere facetiis Plaut. Mil. 4, 8, 12. *abundare.* Cic. Tuſc. 2, 52 c. 22 Opinio eſt enim quaedam effeminata ac leuiſ, nec in dolore magis, quam eadem in voluptate; qua quum liqueſcimus, ſuimusque Mollitia, apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus. Liu. 7. Curt. 10, 3, 9. Tibull. 2, 6, 33. Paterc. 2, 88, 2. et 1, 6, 2. ¶ 4 *Obſeru.* Fluere et Effluere, *actiue interdum poni obſeruat* *Burm. ad Petron. c. 71 p. 355 ſq.* *ubi Dolia effluunt vinum, i. Non continent.* *Conf. Heinf. ad Claud. p. 273.* Sic Iſid. 17, 8 de Starace, Lacrimam fluunt virgulae. *Permutantur a librariis* Fluo et Pluo, quod vide: *it.* Fluxi et Fulſi, *vid.* *Drakenb. ad*

Sil. 2, 131.

FLVENS, entis. Partic. [*φίω*] Aqua fluens Ouid. de Arte Am. 3, 62. Cic. de Orat. 2, 266 Demonſtranti digito pictum Gallum in Mariano ſcuto Cimbrico ſub nodis diſtortum, eiecta lingua, buccis fluentibus. Brachia ſudore fluentia Ouid. Met. 9, 57. Capilli Celf. 6, 1. Exitus fluentior Ambroſ. Serm. 81. Membra, *i. Languida* Curt. 8, 14, 3. Nauſeam fluentem coërcere Hor. Epod. 9, 35. Oratio libere fluebat Cic. de Clar. Orat. 275 c. 79. Pueri ſoluti ac

105

58

60

65

70

75

80

85

90

95

100

105

110

115

120

125

130

135

- fluentes Quinctil. 1, 2. Rami, *vid. supra*. Res prosperae et ad voluntatem nostram fluentes Cic. Off. 1, 90. Riuus Virg. Ecl. 8, 101. Soluti ac fluentes Quinct. 1, 2, 8. Martial. 11, 42 Cedentes oneri ramos, siluamque fluentem. Vicit concussas ipse secutus opes. Tunicis fluentibus auras excipit Ouid. de Arte Am. 3, 301. Propert. 3, 17, 32 Et feries nudos veste fluente pedes.
- FLVENTER, Adu. Lucret. 4, 226 Vsque adeo omnibus ab rebus res quaeque fluenter Fertur; et in cunctas dimittitur vndique partes. Apul. Miles. 2 p. 122 Capillo fluenter vndante. *Et forsan*
- 10 Cic. Att. 7, 14 Fluenter lippire, *ubi vulgo Leuiter*.
- FLVENTIA, ae. f. Ammian. 30, 12 Eloquentiam inanis quaedam imitatur fluentia loquendi. Cael. Aurel. Tard. 2, 3 Fluentiam retinere.
- FLVENTISONVS, a, um. Adi. [*ναματονησις*] Latus fluentisonum Catul. 62, 52.
- FLVENTO, are. Venant. Fortun. de Vit. Mart. 4, 641 Pergis ad Augustam qua Virdo et Licca fluentant.
- FLVENTVM, i. n. [*ναμα, ῥεῖθρον, ῥεῦμα*] Flumen, *sive Aquae decursus*. Xanthi fluente Virg. Aen. 4, 144. Lubrica Lucret. 5, 947. Rauca Virg. Aen. 6, 327. Regio murmurans fluente Prudent. Perist. 12, 32. Spatiunq; noui metare fluenti Auson. Eidyll. 10 f. Mosella v. 419.
- FLVCTVS, is. m. [*κόλος, κύμα, κλυδών*] Aquae discurrentis moles atque impetus, quae et Vnda dicitur. Cic. Verr. 4, 118 c. 53 Quae fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum, a mari diiunctus esset, *de Arethusa fonte*. Tacit. in Vit. Agric. 25 Montium profunda, tempestatum ac fluctuum Aduersa. Motus et agitatio fluctuum Cic. pro Muraen. 35. Atri Aquilone Virg. Aen. 5, 2. Caerulei Sil. 17, 51. Decumani, *vid. DECVMANVS*. Discordes Sen. Med. 12. Fluminis ingentes Lucret. 4, 1030. Salsi Virg. Aen. 5, 182. Sonori Stat. Silu. 2, 2, 50. ¶ 2 Verba: Variis fluctibus Agi Sen. Agam. f. 3. Litoris pulsa fluctus Audire Scribon. 186. Canent aequora immodicis fluctibus Ouid. Epist. 18, 137. Confidunt tumidi Sil. 17, 291. Declamabat ad fluctum Demosthenes, ut fremitum assuesceret voce vincere Cic. de Fin. 5, 5 c. 2. Dedere ratem fluctibus Sen. Agam. f. 3. Egerit hic fluctus, aequorque refundit in aequor Ouid. Met. 11, 487. Ire per longos fluctus Hor. Carm. 3, 27, 42. Feriant insani fluctus litora Virg. Ecl. 9, 43. Ferre fluctum Cic. Att. 5, 12. Frangit euolutos fluctus opposita Leucas Sen. Herc. Oet. . . . Frangi fortunam tanquam fluctum a saxo oportere Cic. Fam. 9, 16. Fracti Hor. Carm. 2, 14, 14. Iactari fluctibus Cic. in Orat. 107 c. 30. *vid. IACIO*. Illiditur fluctus, *vid. ILLIDO*. Impacti, *vid. IMPINGO*. Languentes Sil. 7, 259. Percussa fluctu litora Virg. Ecl. 5, 83. Secare fluctus naue Ouid. Fast. 1, 498. Sedatis fluctibus et tempestate commutata Cic. de Inuent. 2, 154. Spumabant caerulea caeno fluctu Virg. Aen. 8, 672. Submersus medio in fluctu Idem ibid. 1, 588. Tumidis fluctibus tunditur saxum Virg. Aen. 5, 125. ¶ 3 Metaphoricae formulae: Massilia Barbariae fluctibus alluitur Cic. pro Flacco c. 26. Pro Impetu vel Multitudine. Cic. Att. 7, 1 Fluctum enim totius Barbariae, ferre vrbs vna non poterat. Ciuiles Nepos 25, 6, 1. *vid. Quinctil. 7, 6*. Cic. pro Milon. 5 c. 2 Et quidem caeteras tempestates et procellas in illis duntaxat fluctibus Concionum, semper putavi Miloni esse subeundas. Insanos curarum comprime fluctus Sil. 8, 32. Voluere curarum tristes in pectore fluctus Lucret. 6, 33. *b. e. Agitationes et turbationes curarum multiplicium*. Plin. 5, 17 Large frequentantibus, quos vita fessos ad mores eorum fortunae fluctus agit. Irarum fluctus Lucret. 3, 299. ¶ 4 Fluctus, *i. Antiquum*. Accius Clytaemnestra, Flucti immisericordes iacere, et atra ad saxa illidere. *vid. Non. 8, 37*.
- FLVCTICVLVS, i. m. Dimin. Apul. Apol. p. 296 Quamlibet leuiter motis flucticulis.
- FLVCTICOLA, ae. c. In fluctibus habitans. Sidon. Carm. 10, 1 Flucticolae cum festa nurus Pegasea per antra.
- 65 FLVCTICOLOR, oris. Mart. Capel. 1 p. 18 Flucticolor hyacinthi profunditas.
- FLVCTIFRAGVS, a, um. Adi. [*σαλαγός*] Litus fluctifragum, *i. Fluctus ipsos frangens* Lucret. 1, 386. Epitheton est Poeticum. Add. Tertull. de Iona naue 38.
- 70 FLVCTIGENA, ae. c. In fluctibus natus. Mart. Capell. 1 p. 9 Fluctigena spectans quali sub gurgite Nereus. Add. Id. 9 p. 310.
- FLVCTIGENVS, a, um. Adi. Idem. Auien. in Arat. 1159 Fluctigeni speciem monstri superinuehit Auster.
- FLVCTIGER, a, um. Adi. Ferens aut patiens fluctum. Tunc se fluctigero tradit mandatque paroni Cic. Fragm. *vid. Isidor. 19, 1*.
- FLVCTISONVS, a, um. Adi. Sil. 12, 355 Insula fluctisono circumuallata profundo.
- 80 FLVCTIVAGVS, a, um. Adi. [*κυματοπλαγκτος*] Nautae fluctiuagi Stat. Silu. 3, 1, 84. Vnda Stat. Theb. 1, 279. Idem ibid. 9, 360.
- FLVCTVO, are. [*κυμαίνω, σαλεύω, κλυδωνίζομαι*] Fluctus agitare, *i. Vndas facere*. Plaut. Rud. 2, 1, 14 Atque ut nunc valide fluctuat mare, nulla nobis spes est. Interdum commodius passiuè capitur, pro Fluctibus agitari et iactari. Cic. pro Rosc. Amer. 72 Quid tam est commune, quam spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Idem Verr. 5, 90 Quadrirrememque in salo fluctuantem reliquerat. Quaedam insulae semper fluctuant Plin. 2, 95. *Metaphor.* Virg. Georg. 2, 281 At late fluctuat omnis Aere reidentis tellus. comparat campos ab exercitu infessos cum mari fluctuante. Acies fluctuans, *vid. ACIES*. Causa admodum dubia fluctuare, *vid. CAUSA*. Curarum fluctuat aestu Virg. Aen. 8, 19. Animus fluctuat Plaut. Merc. 5, 2, 49. Animi incerti fluctuantur Liu. 33. Idem 34, 49 extr. Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc Animo, incertumque de Romano bello. Fluctuat incertis erroribus ardor amantum Lucret. 4, 1070. Tota res etiam nunc fluctuat Cic. Att. 2, 8. Magnis curarum fluctuat vndis Catull. 62, 62. Cic. Acad. 4, 20 Non debere ebs in suo decreto, sicut in caeteris rebus fluctuare. *b. e. Marinorum fluctuum ritu, huc atque illic ventorum impetu commueri*. Haud aliter meum Cor fluctuatur Sen. Med. 941. Fluctuo, et Fluctuor dicimus, ut iam potuit intelligi. Quinctil. 9, 3, 7 Plerumque utroque modo efferuntur, luxuriatur, luxuriat; fluctuatur, fluctuat; assentior, assentio. Curt. 4, 12, 21 Fluctuari animo rex, et modo suum, modo Parmenionis consilium expendere. *vid. Gronou. Obseru. 2, 8*. Fluctuansque animo, ut texeret tempus, explicat

cat ordines Liu. 1, 27. Idem 23, 33. et 32, 13 Rex fluctuatus animo est. ¶ 2 Fluctuare, pro Fluitare. Plin. 36, 17 Lapidem e Scyro infula integrum, fluctuare tradunt: eundem comminutum, mergi. Quaedam exemplaria habent Fluctuari. Idem 16, 38 Lignum in longitudinem fluctuatur.

FLUCTVANS, antis. Partic. [σαλεύων] Cic. Att. 1, 7 (20) Quum hominis amplissima fortuna, auctoritate, gratia, fluctuantem sententiam confirmassem. h. e. Dubiam. Genus orationis fluctuans et dissolutum, eo quod sine nervis et articulis fluctuat huc et illuc Auct. ad Herenn. 4, c. 11.

FLUCTVĀTVS, a, um. Adi. [σαλευθεῖς] Iactatus et agitatus. Plin. 4, 12 Delos diu fluctuata, vt proditur, sola motum terrae non sensit. Idem 9, 8.

FLUCTVĀTIM, Adu. [κλυδωνηδόν] Iactanter et solute, vt ait Non. 2, 333. Afranius Pompe, Tene tu, in medio nemo est; magnifice volo fluctuatini ire ad eum, accipe hoc, tene tu, et sustine. Occulta Plin. 31, 11.

FLUCTVATIO, ōnis, f. [ζάλη, κύμασις, κλυδών] Fluctuatio stomachi dicitur, Quando stomachus siue ventriculus cibum non amplectatur: et quidam veluti fluctus audiuntur huc atque illuc ferri dum inceditur Plin. 20, 8. Liu. 9, 25 In ea fluctuatione animorum opprimi incautos posse. Totius corporis fluctuatio Sen. de Ira 2, 35.

FLUCTVABVNDVS, a, um. Sidon.

FLUCTVOSVS, a, um. Adi. [κλυδωνώδης] Mare fluctuosum Plaut. Rud. 4, 2, 5. Pontus fluctuosus atque feruens Mela 1, 19. 25. Ii sunt fluctuosi, et rerum imagines complexi, vt verbi gratia, papaverum aut auium, etc. Plin. 37, 5. de smaragdis.

FLVOR, ōris, m. Fluxus, Destillatio. Fluorem solitae velocitatis promouere Solin. c. 32 (45) de Nilo. Idem Dolor cum fluore Scribon. 90. fluorem tribuit mari c. 18 (28) fonti c. 29 (42) Viti- 30 um cum fluore 173. Oculorum fluor Symmach. Ep. 6, 64. Scribon. Larg. 52 Faciunt ad stomachi, et deiectionunculas, et ad omnem fluorem. Add. 74. Et, Stomachi fluor 108. Fluore infestari 61. Fluore sanguinolento infestari 121. de mulieribus. Quibus supprimendus est fluor ib. Sic Cels. 4, 16. Sed Animum fluores 35 Apul. Florid. 2. Arnob. 6 p. 196 Intelligimus omnes ventos, aëris esse fluorem pulsi.

FLVXVS, a, um. Adi. [ρῶδης, ῥυτός] dicitur Quod fluit. Plin. 9, 38 Quoniam quum foetificauere, fluxos habent succos. Fluxum pertusumque vas Lucret. 6, 19. h. e. Transmittens, nec continens humo- 40 rem. Fluxa vestimenta, Amplissima, et minime adstricta, quasique libere fluentia. Lucan. 8, 367 Illic et laxas vestes, et fluxa virorum Velamenta vides. Eadem ratione Virg. dixit Vestium sinus fluentes Aen. 1, 324. Suet. Caes. c. 45 Fluxiore cinctura cingeretur.

¶ 2 Metaphor. Fluxa dicuntur, quae facile nimis mutantur et praeter- 45 eunt. Tacit. Ann. 15, 23, 3 Quae fluxa fuere, quartum intra mensem defuncta infante. Vnde, Fluxam fidem gerere Plaut. Capt. 2, 3, 79. Sallust. in Catil. 1 Nam diuitiarum et formae, gloria fluxa et fragilis est. Virg. Aen. 10, 88. Fide fluxa vti Sall. Iug. c. 111. Add. Drakenb. ad Sil. 8, 322. Auctoritas Tacit. Hist. 1, 21. Fides ser- 50 vitorum fluxa Tacit. Hist. 4, 23. Cic. ad Brut. 10 Huius belli fortuna, vt in secundis, fluxa: vt in aduersis, bona. Mens senio fluxa Tacit. Ann. 6, 38. Studia Idem ibid. 3, 50. ¶ 3 Fluxi, Libidinosi, molles, effeminati. Suet. in Tiber. c. 52 Drusus animi fluxioris, remissiorisque vitae erat. Corpora Tacit. Hist. 2, 55 32, 4. Animi molles et aetate fluxi Sallust. Catil. 14, 3. Vid. ibi Cl. Wasse. Martial. 5, 42 Spadone cum sis euirator fluxo. Conf. Tacit. Hist. 2, 76, 3. Vita fluxior Animan. 22, 5. Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 341.

FLVXE, Adu. [ῥωδώς] Varro de R. R. 2, 11 pr. Et eo magis 60 fluxe ex herba, quae eadem ipsa sumta, perpurgare corpora nostra solet: de excrementis liquidis. More vitae remissioris fluxius agens Amman. 18,

FLVXIO, ōnis, f. [ῥοή, ῥυσις] Fluxio aquarum Cic. de Diuin. 1, III c. 49. Alii fluxiones, quos Rheumatismos vocant Plin. 22, 65 23. Oculorum Plin. 27, 9. Pituitae Plin. 22, 25. Sanguinis fluxionis Plin. 20, 14. Vulucae ac ventris fluxionem sistit decoctum eius Plin. 23, 5.

FLVXVRA, ae, f. Quod fuit ex prelo. Columel. 3, 2, 17 de Api- 70 anis vitibus loquens, Nam duae lanatae quamuis frondibus et palmitum pari facie, fluxurae qualitate sunt dispariles, quum tardius altera recipiat cariem vetustatis. Ibid. f. 32 Propositum est enim docere, qua ratione vineae pariter feraces et pretiosae fluxurae possint constitui. It. ap. Cyprian.

FLVXVS, ūs, m. Onomast. Vet. ῥοή, Fluxus, fluxio. Pall. Oct. 75 10, 1 Fluxus olei sub prelo. Quintil. 11, 3 Fluxus aquarum Sen. Epist. 52. Tralate, Fluxus oculorum: Cels. 4, 72 Ventris fluxus. Add. Paullin. Petrocor. 2, 591. Vestium fluxus Tertull. de Pall. c. 4. Conf. Vitruu. 9, 6.

FLVXIBILIS, e, Adi. Vet. Interp. Iren. 2, 29 Eliquatio cum 80 fluxibili materia.

FLVXILIS, e, Adi. Tertull. aduers. Valent. c. 24.

FLVXIPEDVS, a, um. Adi. Vt, Fluxipeda vestis Auien. Arat. Phaenom. v. 288.

FLVXVŌSVS, a, um. Adi. Columel. 8, 17, 5 Fluxuosi specus. 85 Sed mel. Flexuosi.

FLVITO, āre, Frequent. [ἐπιπολάζω] Saepe et continus fluere. Liu. 1, 4 Tenet fama, quum fluitantem alueum, in quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset. Cic. de N. D. 2, 100 Quot genera quamque disparia, partim submersarum, partim fluitantium, 90 et innatantium beluarum, partim ad saxa natiuis testis inhaerentium? Liu. 1, 37 Fluitantia arma in Tiberi. Plin. 7, 17. Fluitant locustae reptantium modo Plin. 9, 30. Fluitant tauri et cameli Idem 5, 16. Metaph. Fides fluitat, i. Labascit Tacit. Hist. 2, 93. Vnde primum creditur Caecinae fides fluitasse. Luxu fluitare Paul- 95 lin. Nol. Eleg. de obitu Celsi 518. Spe fluitare Hor. Epist. 1, 18, 109. Fluitare, pro Nauigare. Plin. Epist. 8, 8 Adeo validus, vt illa qua properat, ipse tanquam per solum planum remis non adiuuetur: idem aegerrime remis tantisque superetur aduersus. Iucundum vtrumque per iocum ludumque fluitantibus, vt flexerint cursum, laborem ocio, 100 ocium labore variare. Vbi etiam obseruabis, locum vsurpari de Faeto.

FLVITANS, antis. Partic. [ἐπιπολάζων] Cic. pro Sext. 46 c. 20 Quum vero in hanc Reipubl. nauem, ereptis Senatui gubernaculis, fluitantem in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum armatae tot classes, etc. Contraria: Cic. de Vniuers. 7 Quidquid erat, 105 quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumit non tranquillum et

quietum, sed immoderate agitata et fluctans. Amictus Catul. 62, 68. ut fluctans. Beluae Cic. de N. D. 2, 100 c. 39. Carmina fluctantia ludenti versunectere Lucan. ad Pison. 152. Caeca fluctantia forte Hor. Serm. 2, 3, 269. Lora Ouid. de Arte Am. 2, 433. Pedites Curt. 4, 9, 19.

FLVITANTER. Adu. Apud Mart. Capell.

FLVTO, Ære. Idem quod Fluito. Antiquum. Lucret. 3, 190 Namque mouetur aqua, et tantillo momine flutat. Ita Lambin. Al. Flutat. Conf. 4, 75.

FLVTA, Æe. f. Flutae, Muraenae in freto Siculo, in summo supernatantes, et nunquam sese mergentes Macrob. Saturn. 3, 15. Graece *πλωται διστᾶε*, quasi *Nauigabiles*: sunt pisces anguillis non dissimiles. Conf. Columel. 8, 17, 8. it. Varro R. R. 2, 6, 2. et Voss. Etym. p. 218.

FLVIBVNDVS, a, um. Mart. Capell. i. extr. Fluibunda luxu puella.

FLVIDVS, a, um. Adi. [*ῥυρός*] Modo fluentem significat, modo Humectum, modo Molle. Fluidus cruor Ouid. Met. 4, 481. i. humidus. Sed Lucret. 2, 596 Vnde etiam fluidas frondes et paluda laeta Montiuago generi possunt praebere ferarum, i. molles. Plin. 9, 30 de locustis, Vnum hoc animal, nisi viuum feruenti aqua incoquatur, fluida carne non habet callum. Liqueor Virg. Georg. 3, 484. Pro Languido, seu marcido: ut, Calore fluido tabescunt corpora Ouid. Met. 15, 362. Calorem fluidum vocat ab effectu, quod mollia et fluida reddat corpora. Lacerti fluidi pendent Ouid. Met. 15, 231. Sic Liu. 34, 47 vocat, Corpora Gallorum, Mollia et fluida. Fluidus pro Voluptario ap. Laurent. Nouariens. Homil. de Poenitentia. Conf. FLVVIDVS.

FLVIDO, Ære. Fluidum reddere. Cael. Aurel. Tard. 5, 12.

FLVISCO, Ære. Dracont. Hexaem. v. 577. August. de Ciu. Dei 21, 5 et 7.

FLVVIDVS, a, um. Adi. Idem quod Fluidus. Lucret. 2, 463 Sed quod amara vides, eadem quae fluida constant, Sudor uti maris: est minime mirabile cuiquam. i. Liquida. Habet autem primam longam, ut etiam mox 465 Nam quod fluidum est, e lacuibus atque rotundis Est etc. Fluidum est dactylus. Videntur librarij interdum aut ignorantia aut negligentia huius rei peccasse, ut Ouid. Met. 4, 481 Fluuidoque cruore rubentem etc. Et 15, 362 Nonne vides quaecumque mora fluuidoque calore etc. Recte fluido utroque loco editur. Tale etiam est illud Sedulii 4, 186 ubi MS. Fluidus mox viscera morbus: versu postulant fluidus.

FLVMEN, inis. n. [*πόταμός*] Aqua fluens. Varro de L. L. 4, 5 p. 12, 23 Fluuius, quod fluit, item Flumen: a quo lege praediorum urbanorum scribitur, Stillicidia fluminaque, ut ita fluant cadantque. Nempe Flumen est omnis Fluxus aquae, vid. Pompon. l. 33 de contrah. emt. Et totus Titulus Digestorum (43, 12) de Fluminibus, itemque Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque uti priore aestate fluxit. Vnde pluscula petes etiam ad Latinitatem. Nep. 5, 2, 2 Apud flumen Strymona. Et 18, 5, 1 Apud flumen Nilum. Et 20, 2, 4 Apud Crimissum flumen. Flumen riuus, i. Fluxus seu cursus riuus. Plin. . . . Ne flumini eius riuus esset impedimento. Non habet Ind. Hard. Rationem loquendi firmat illud Virg. Aen. 2, 305 Rapidus montano flumine torrens. Fluxu interpretatur Seruius. Sic Flammae flumen Grat. Cyn. 445. Spirabile flumen Nemesian. Cyn. 245 de anhelitu equorum. Martial. de Spectac. 3 Et qui prima bibit depremsi flumina Nili. b. e. Aquam e prima Nili scaturigine, certe ubi primum vocatur Nilus. Accessus fluminum, vid. sub ACCEDO.

Aluceus fluminis Virg. Aen. 7, 33. Aduerso flumine lembum remigiis subigit Virg. Georg. 1, 201. Altum Idem ibid. 4, 333. Cava Virg. Georg. 4, 427. Decliuia Ouid. Met. 1, 39. Dulce ouibus Hor. Carm. 2, 6, 10. Frigida Virg. Ecl. 5, 25. Herbosum Virg. Georg. 2, 199. Lata Virg. Georg. 3, 213. Latebrosa, vid. LATEO. Limosa Ouid. Met. 1, 634. Magnum Hor. Serm. 1, 1, 55. Catul. 65, 33 Flauus quam Molli percurrit flumine Mela Brixia. i. Fluxu non rapido, sed lento. Nobile Ouid. Amor. 3, 6, 89. Vlpian. l. 2 ff. de Fluminib. §. 2 Fluminum quaedam sunt perennia, quaedam torrentia. Perenne est, quod semper fluat, *ἀένναος*, torrens, *χαμαρόβης*. Si tamen aliqua aestate exaruerit, quod alioqui perenne fluebat, non ideo minus perenne est. §. 3 Fluminum quaedam publica sunt, quaedam non. Publicum flumen esse Cassius definit, quod perenne sit. Haec sententia, — videtur esse probabilis. Pingui flumine Nilus Virg. Aen. 9, 31. i. e. Fluore. Seruius. Publicum Cic. de Arusp. Resp. 59. Rapidum Quinctil. 6, 2. Hor. Serm. 2, 3, 242. Sacrum Virg. Georg. 2, 147. Sanctum Idem Aen. 8, 72. Secundum Tacit. Hist. 5, 23. Septemflua Nili Ouid. Met. 15, 753. Sonora Virg. Aen. 12, 139. Vaga Hor. Carm. 1, 34, 9. Validum Lucret. 1, 292. Viuum Virg. Aen. 2, 319. i. Semper fluens et naturale. Conf. Liu. 1, 45. ¶ 2 Verba: Auertere flumen, vid. AVERTO. Concita Ouid. Met. 7, 154. Constiterunt gelu flumina Hor. Carm. 1, 9, 4. Decrescentia flumina praetereunt ripas Hor. Carm. 4, 7, 4. Diducere in riuos maxima flumina Quinctil. 5, 13. Deuehitur flumine Tacit. Hist. 2, 59. Effuso flumine stagnans Nilus Virg. Georg. 4, 288. Errans languido flumine Cocytus Hor. Carm. 2, 14, 17. Fugientia Stat. Silu. 5, 5, 63. Humectat largo flumine vultum Virg. Aen. 1, 469. i. Lacrimis. Increuerunt flumina Ouid. Met. 11, 48. Innatare flumini, vid. INNATO. Interueniente flumine, vid. INTERVENIO. Inuehi flumine, vid. INVEHO. Iungit ripas gelu flumen Plin. Pan. 12. Labentia Ouid. Met. 1, 189. Altissima quaeque flumina minimo sono Labi Curt. 7, 4, 13. Suo flumine aqua in mare Manat Liu. 5, 16 extr. Mergere se in flumen, vid. MERGO. Perfundi flumine Liu. 1, 45. Ruunt per apertos flumina campos Ouid. Met. 1, 285. Resoluitur Suet. Domit. c. 6. Subsidunt flumina Ouid. Met. 1, 344. Superare flumina Idem ibid. 9, 115. Tranare intelligit. Torrentia Virg. Ecl. 7, 52. Trudunt glaciem flumina Virg. Georg. 1, 310. Obsequio tranantur aquae, nec Vincere possis Flumina, si contra, quam rapit vnda, nates Ouid. de A. A. 2, 181. Vomens calidum de pectore flumen Virg. Aen. 9, 414. i. Ingentem vim cruoris. ¶ 3 Tralate: Cic. pro Marcel. 4 c. 2 Nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi aut scribendi tanta vis, tantaque copia, quae non dicam exornare, sed enarrare C. Caesar res tuas gestas possit. Flumen perpetuo redundat cursu, nunquam arescit, aut exsiccat: sic ingenii fecunditas semper redundat. Orationis flumen et varietas Cic. de Orat. 2, 62 c. 15. i. Copia dicendi. Flumen orationis aureum fundens Aristoteles Cic. Acad.

Acad. 4 c. 38 pr. Verborum flumen. Cic. in Orat. 53 Flumen aliis verborum, volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. Idem de Orat. 2, 188 c. 45 Magna dicendi copia, per translationem flumen vocatur. Vnde Iuven. etiam Sat. 10, 9 dixit, Et torrens dicendi copia. Homerus quoque Ulyssis eloquentiam nivibus hibernis comparat, ostendens eam fuisse crebram, assiduam, et largam. ¶ 4 In MSS. confundi Flumen et Fulmen, docet Drakenb. ad Sil. 8, 646.

FLVMICELLVS, i. m. Dimin. Innocent. de Casis p. 227 Habet sub via flumicellum, et trans flumicellum aquam viuam.

FLVMINIA, ae. f. Innocent. de Casis p. 227 In ipsum iugum flumina excurrit, et alibi.

FLVMINEVS, a, um. Adi. [ποταμῖος] Aqua fluminea Ouid. Fast. 2, 596. Aus Idem Amor. 1, 3, 22. Portus fluminei Claud. Fescen. Nupt. Honor. 2, 29. Al. Ortus. Vnde Ouid. ex Ponto 4, 7, 27. Volucres Idem Met. 2, 253.

FLVMINALIS, e. Adi. Idem. Cael. Aurel. Tard. 1, 1 Fluminales navigationes. Idem 1, 4 Fluminales cancri.

FLVMENTANVS, a, um. Adi. Idem. Porta flumentana; sic appellata, quod Tiberis partem ea fluxisse affirmant Festus. Huius meminerunt Varro de R. R. 3, 2. Cic. Att. 7, 3. Liu. 6, 20. et 35, 9.

FLVVIVS, i. m. [ποταμὸς] Dicitur Amnis perpetuo fluens. Hoc quoque nomen, ut Flumen, cum propriis coniungitur. Cic. Tusc. 1 c. 39 Apud Hypanim fluuium. Conf. Idem de Inuent. 2 c. 31. Fluuii passim simulacris culti: vid. Spanb. ad Callim. p. 10. et Perizon. ad Aelian. 2, 31. Fabulas de amoribus fluuiorum recenset Ouid. Am. 3, 6, 25 etc. Plaut. Curc. 1, 1, 86 Quisnam hic fluuius est, quem non recipiat mare? Amoenus Virg. Aen. 8, 31. Truces Stat. Silu. 5, 4, 5. In freta dum fluuii current Virg. Aen. 1, 607. Decurrens, 30 vid. DECVRRO. Deficiente fluuiio sedet alueus in limo Ouid. Fast. 2, 410. Dare membra ardentia in fluuios gelidos Lucret. 6, 1170. Fluxit auctus fluuius sanguine Cic. de Diuin. 2, 98. Impactus insulis fluuius, Influit fluuius in Pontum, Innatare in fluuium, Innatat terra fluuius, vid. hb. vv. Innare fluuios rapaces Virg. Georg. 3, 142. Irrumpens, vid. IRRVMPO. Liquens Virg. Georg. 4, 442. Merfari gregem salubri fluuiio Idem ibid. 1, 272. Solari grauem fluuiis aestum Hor. Carm. 2, 5, 6. Strepunt fluuii turgidi niue Idem ibid. 4, 12, 3. Tentare minaces fluuios Virg. Georg. 3, 77. Viuens Stat. Theb. 9, 574. ¶ 2 An etiam pro fluxu s. actu fluendi ponitur? Vid. INFLVVIVM.

FLVVIA, ae. f. Antiquis. Laudat Non. 3, 100 Sifen. Histor. 4 Quod oppidum tumulo in excelso loco, propter mare, paruis moenibus, inter duos fluuias, intra Vestiuum collocatum. Item, Transgressus fluuiam, quae secundum Herculeum ad mare pertinebat.

FLVVIALIS, e. Adi. [ποταμῖος] Quod ex fluuiio est. Aqua flualis Columel. 6, 22. Et 8, 16 Fluuiialis Lupus piscis, pro Fluuii. Anas Ouid. Met. 11, 773. Arenae Pallad. 11, 17. Arundo Virg. Georg. 2, 414. Lympha Idem Aen. 4, 635. Ripa Ouid. Epist. 5, 25.

FLVVIALIS, e. Adi. [ποταμῖος] Quod in fluuiio viuit. Piscis fluuiatilis Plin. 19, 4. Et Liu. 10, 2 Fluuiatiles naues. Fluuiatilis arenae Quae in fluuiis est. Plin. 36, 23 Arenae tria sunt genera; fossilia, cuius quarta pars calcis addi debet; fluuiatili, aut marinae, tertia. Testudines Cic. de N. D. 2, 124.

FLVVIALIS, e. Adi. [ποταμῖος] Idem quod Fluuiatilis. Columel. 8, 15 Vbi delitescunt fluuiaticis animalibus insidientur. Arena Vitruu. 1, 4 extr.

FLVVIALIS, e. Adi. [ποταμῖος] In fluuiio curatus. Plin. 16, 39 Haec quae diximus ratione fluuiata decorticatur. i. Macerata in aqua fluuiatili. Sic scire possumus Cannabem fluuiatam et Linum.

FLVVIALIS, e. Adi. [ποταμῖος] Idem quod Fluuiatilis. Columel. 8, 15 Vbi delitescunt fluuiaticis animalibus insidientur. Arena Vitruu. 1, 4 extr.

FLVVIALIS, e. Adi. [ποταμῖος] In fluuiio curatus. Plin. 16, 39 Haec quae diximus ratione fluuiata decorticatur. i. Macerata in aqua fluuiatili. Sic scire possumus Cannabem fluuiatam et Linum.

FLVVIALIS, e. Adi. [ποταμῖος] Idem quod Fluuiatilis. Columel. 8, 15 Vbi delitescunt fluuiaticis animalibus insidientur. Arena Vitruu. 1, 4 extr.

FLVVIALIS, e. Adi. [ποταμῖος] Idem quod Fluuiatilis. Columel. 8, 15 Vbi delitescunt fluuiaticis animalibus insidientur. Arena Vitruu. 1, 4 extr.

FLVVIALIS, e. Adi. [ποταμῖος] Idem quod Fluuiatilis. Columel. 8, 15 Vbi delitescunt fluuiaticis animalibus insidientur. Arena Vitruu. 1, 4 extr.

FLVVIALIS, e. Adi. [ποταμῖος] Idem quod Fluuiatilis. Columel. 8, 15 Vbi delitescunt fluuiaticis animalibus insidientur. Arena Vitruu. 1, 4 extr.

FLVVIALIS, e. Adi. [ποταμῖος] Idem quod Fluuiatilis. Columel. 8, 15 Vbi delitescunt fluuiaticis animalibus insidientur. Arena Vitruu. 1, 4 extr.

FLVVIALIS, e. Adi. [ποταμῖος] Idem quod Fluuiatilis. Columel. 8, 15 Vbi delitescunt fluuiaticis animalibus insidientur. Arena Vitruu. 1, 4 extr.

F O B et F O C

FOBII, qui nunc dicuntur Fabii. Vid. FABII et FOVII suis locis.

FŌCALE, is. n. [ἀσφαλαγῖον] Genus ligaminis ad fauces velut fascia quaedam collum ambiens, quod fauces ac collum perfringere non sineret, et proturbationi conduceret. Quinctil. 11, 3 Palliolum, sicut fascias, quibus crura vestiuntur, et focalia, et ligamina aurium sola exsistere potest valetudo. Focale a faucibus, AV Dipht. in O longum mutata. Martial. 14, 142 Hoc focale tuas assidet auriculas. Adde 4, 41. Sen. Nat. Quaest. 4, 13 extr. Videbis quosdam graciles, et palliolo, focalique circumdatos, pallentes et aegros. Parum accurate hoc focale a foco deriuatur, quasi sit vestimentum, quae post vel ad focum utantur. Nec rectius volunt Focale, esse Ferrum ignitum, quo crispantur crines, apud Hor. Serm. 2, 3, 254 — Ponas insignia morbi, Fasciolas, cubitale, focalia. Non enim Cubitale est, sed Cubital: focale autem hic quoque fascia circa fauces. Conf. Celf. 4, 2. Martial. 6, 41. Gell. 11, 9.

FŌCANEVS, a, um. Adi. [ἀσφαλαγῖος] Columel. 4, 24, 10 Vocatur etiam focaneus palmes, qui solet in bifurco medius prorepere, et idcirco eum praedicto vocabulo rustici appellant, quod inter duo brachia, quae se diuidit vitis, enatus, velut fauces obsidet, atque vtriusque duris uenti alimenta praeripit. Add. Idem 5, 6, 35. Pall. Febr. 12, 2.

FŌCARIVS, vid. infra voce FOCVS.

FŌCILO, vel FŌCILO, vel FŌCVLO, ãre. Blande tractare, mulcere, voluit esse. Certe Vet. Gloss. Focilat, φωρίφα. Lucan. Paneg. in Pison. v. 114 Sed miserum parua stipe focilat, ut pudibundos, etc. Casaub. a Faucibus deriuat, ut, Focilare proprie sit Aegras fau-

vel. II.

- ces apposita lana fouere. Scalig. legit, Munerat. Fouere haud dubie significat apud Sen. Epist. 13 Pudet me sic tecum loqui, et tam leuibus remediis te focillare. Non. 7, 108 Focillatur, (Merc. Focilatur) pro Fouet. Varro de Vit. Pop. Rom. 2 Propter secundas sublato metu, non in communi spectant, sed suum quisque, diuersi, commodum focillatur. Merc. focilantur. Mibi credibile fit, a foco, foculo, focillo esse hoc verbum, et significare ἀναζωπυρεῖν, ignem flatu leni iterum excitare. Non. 1, 31 Focula dicta sunt nutrimenta, vnde et foculare dicitur, vt fouere.*
- 10 **FOCILLATVS**, a, um. Part. *Recreatus. Plin. Epist. 3, 16 Focillata, Dixeram, inquit, vobis inuenturam me quamlibet duram, ad mortem viam, si vos facilem negassetis. Suet. in Aug. c. 17 M. Antonii societatem semper dubiam et incertam, variisque reconciliationibus male focillatam abrupit.*
- 15 **FOCILLATIO**, ōnis. f. *Focillationes, inquit Festus, a Fouendo, i. e. calefaciendo dictae sunt.*
FOCILLATOR, ōris. m. *Digest.* . . .
FOCILLATRIX, icis. f. *Apud Plin.* . . .
FOCVLA, FOCVLVS, vid. **FOCVS**.
- 20 **FOCVS**, i. m. [*ἔσια, ἑώρα*] a Fouendo: *In quo ignis seruetur. Seru. in Aen. 12, 118 Quidquid ignem fouet, focus vocatur, siue ara sit, siue quid aliud, in quo ignis fouetur. Ouid. Fast. 6, 301 At focus a flammis, et quod fouet omnia, dictus. Cato de R. R. 75 Folia subdito, in foco calido sub testu coquito leuiter. De libo.*
- 25 *Cic. de N. D. 2, 67 Vis autem eius ad aras et focos pertinet. Portabiles focos habemus apud Sen. Ep. 78 Non circa coenationem eius tumultus coquorum est, ipsos cum opsoniis focos transferentium. Sunt autem etiam sacris destinati foci. V. g. Plaut. Aul. 2, 7, 15 Nunc tusculum emi et haec coronas floreas. Haec imponentur in foco nostro*
- 30 *Lari, vt fortunatas faciat gnatae nuptias. Seru. ad Aen. 3, 178 Focos priuatis, aras et altaria publicis potissimum sacris inseruisse monet. Inprimis vero notabilis est locus eiusd. Seru. ad Aen. 3, 134. Laetani cognomine gentem Hortor, amare focos: Amare focos, sacrificio celebrare. Quidam focos lares, et per hoc domicilia tradunt. Ergo*
- 35 *focos pro Penates posuit. At e contrario Penates pro foci, vt, Flamini adolere Penates. Sane Varro rerum diuinarum libro refert, inter sacratas aras focos quoque sacrari solere; — et id tam publice quam priuatim solere fieri; focum autem dictum a foui, vt colinam, ab eo, quod ibi ignis colatur, nec licere vel priuata vel publica sacra sine*
- 40 *foco fieri: quod hic ostendit Poeta: focorum enim commemoratio instantium sacrificiorum mentio inducitur. Quidam aras superiorum deorum volunt esse; Medioximorum, id est marinorum, focos; inferiorum vero mundos.* ¶ 2 *Epitheta: Accensi, vid. ACCENDO. Breues Iuuen. Sat. 11, 79. Casti Ouid. Fast. 3, 698.*
- 45 *Familiaris Columel. 8, 1. vid. OPVLENTVS. Fumosi Ouid. Ep. 21, 94. Graminei luxere foci Lucan. 4, 199. Humilem grato calfacit igne focum Ouid. Fast. 4, 698. Lucens Stat. Silu. 1, 2, 255. Cic. de Legib. 2, 20 Virginesque Vestales in vrbe custodiundo ignem foci Publici sempiternum. Pudici Stat. Silu. 3, 1, 60. Sancti*
- 50 *Ouid. Fast. 4, 296. Verborum etiam formulam vnam alteramque damus: Exstruere lignis focum Hor. Epod. 2, 43. Me mea paupertas vitae traducat inertis, Dum meus assiduo Luceat igne focus Tibull. 1, 1, 4. Reponere large ligna super foco Hor. Od. 1, 9, 5. Splendet focus Hor. Epist. 1, 5, 7.* ¶ 3 *Focus, Priuata*
- 55 *cuiusque domus; quemadmodum Ara aliquando Templum significat. Plaut. Amph. 1, 1, 71 Urbem, agrum, aras, focos, seque vti dederent. Agellus habitatus quinque foci Horat. Epist. 1, 14, 2. Foci patrii Cic. pro Rosc. Amer. 23. Pro aris et foci pugnare Idem de N. D. 3, 95 c. 40. Repetere deos, penates patrios, aras, focos, larrem familiarem Cic. Philipp. 2, 75. Add. ib. 72. Focus, Fomenta, Focillationes, Foculi a Fouendo, i. e. calefaciendo dicta sunt. Festus. Vid. Barth. Aduers. 41, 21.*
- 60 **FOCVLVS**, i. m. Dimin. [*ἑστιάδιον*] *In quo ignis accenditur, vt cibus coquatur, eos enim habebant ferreos, vt ignitabula: ἑστιάδιον Graeci appellant. Plaut. Capt. 4, 2, 67 Laridum atque epulas fouent foculis feruentibus? Plin. 35, 10 Arrepto carbone extincto e foculo. Cic. pro Domo 123 c. 47 C. Atinius bona Q. Metelli — consecrauit foculo posito in rostris, adhibitoque tibicine. Et mox Tu — foculo posito bona Gabinii tui consecrasti. Et 125 c. 48*
- 70 *Quid — obtestatio tibicinis. Quid foculus? quid preces? quid prisca verba voluerunt? Accenso ad sacrificium foculo Liu. 2, 12. Foculum excitare bucca Iuuen. Sat. 3, 262.*
- FOCVLA**, ōrum. n. *Focula ventris, pro Nutrimentis, auctore Nonlo 1, 31 dixit Plaut. Pers. 1, 3, 24. Conf. Lambin. ad Plaut. Capt. 4, 2, 67.*
- FOCVLO**, vid. **FOCILO**.
- FOCARIVS**, a, um. Adi. [*ἑστιάριος* Vet. Gl.] *Variarum rerum attributum, quae a Foco denominantur. Panis focarius in foco aut cinere coctus Isid. 20, 2. l. 1 §. 5 D. de naut. caupon. stabular. Caeterum si qui opera mediastini fungitur, non continetur, vt puta atriarum, et focarii, et his similes.* ¶ 2 *Inprimis autem mentio Focariarum mulierum. Ita Focariae sunt apud Hieron. in 1 Sam. 8, 13 quae in Graeco sunt μαγειρίσσαι, coquae. Sic de ea, quae focum curat, ponitur l. 12 §. 5. it. l. 15 D. de Instruēt. vel Instrum. leg. Priore loco*
- 85 *separatim memorantur mulieres, quae panem coquant, deinde focaria et villica: posteriore loco iungit Pomponius in cauponio institores et focariam. Paullus Rec. sent. 3, 8 de vsufr. §. 21 (37) Conseruandorum fructuum causa comparata — pistores, asini, focariae. Item ancillae, quae vestimenta rusticis faciunt.* ¶ 3 *Focaria est Concubina etiam libera. In l. 3 C. de donationibus inter virum et vxorem, Si ancillam numis tuis comparatam esse Praefidi provinciae probaueris: donationisque causa focariae tuae nomine instrumentum emtionis esse conscriptum; eam tibi restitui iubebit. Nam licet cessante iure matrimonii donatio perfici potuerit: milites tamen*
- 95 *meos a focariis suis hac ratione fictisque adulationibus spoliari nolo. Et in l. si ea C. de conditionibus infertis.*

- 100 **FODIO**, fodi, fossum, ēre. [*ὀρύττω, σκάπτω*] *Cauare immissa re acuta, interiora alterius rei mouere et vertere etc. Virg. Aen. 6, 881 Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. Cic. de Diuin. 2, 134 Respondit, coniector thesaurum defossū esse sub lecto: fodit; inuenit auri aliquantum. Cic. de Orat. 2, 174 c. 41 pr. Si Aurum*
- 105 *cui, quod esset multifariam defossū, commoustrare vellem, satis esse.*

esse deberet, si signa et notas ostenderem locorum, quibus cognitit ille ipse sibi foderet. Liu. 28, 3 pr. Sita in Melessum finibus est, Hispanae gentis: ager frugifer, Argentum etiam incolae fodiunt. Arua fodiebant coloni Ouid. Met. II, 33. Guttura cultro fodit Idem Met. 7, 314. Hortum Plaut. Poen. 5, 2, 59. Humum Virg. Georg. 5, 2, 408. Iugulum ense Martial. I f. Spectac. 7. Latus fodiunt admonentes, vid. Horat. Epist. 2, 6, 50. Hoc Ter. Hec. 3, 5, 17 simpliciter dicitur, Noli fodere. Metallum Plin. 2, 63. Liu. 8, 10 Hastisque Ora fodientes, primo robore virorum caeso, per alios manipulos velut inermes prope intacti euasere. Puteos Caes. Bell. Cit. 3, 49. Plaut. Bacch. 5, 2, 39 Tactus sum vehementer visco: Cor stimulo foditur. Cic. Philipp. 2, 86 Num expectas, dum te Stimulis fodiam? Terram fodere, arare Plaut. Poen. 5, 2, 59. Ter. Heaut. 1, 1, 17. Cic. de Fin. 1, 3 Nam, vt Terentianus Chremes non inhumanus, qui nouum vicinum non vult fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique. Idem Tuscul. 2, 33 Pungit dolor. Vel fodiat sane: si nudus es, da iugulum; sin tectus Vulcaniis armis, id est fortitudine, resiste. ¶ 2 Fodiri, quarta Coniugat. Cato R. R. 2, 4 Per ferias potuisse hortum fodiri. Columel. II, 2, 35 Runcari, et adhuc fodiri possunt. Idem de Arborib. 30, 2 Sed omnibus annis fodiri ante Calend. Martias, et interputari oportet. vid. CIRCVM-FODIO. Sed et FODARE, fodere, est apud Festum.

FODIENS, entis. Partic. Ouid. Met. II, 535 Aliis murum fodiensibus extra.

FODIVS, a, um. Partic. Terra fossa et subacta Pallad. Nou. t. 6. 25 Conf. Plin. 17, 21 Hard.

FODICO, are. [ῥύρω] pro Peruellere, pungere, dolore afficere. Cic. Tusc. 3, 35 c. 16 Non enim est in nostra potestate fodicantibus his rebus, quas malas esse opinamur, dissimulatio vel obliuio. Hor. Epist. 1, 6, 51 Emamus qui fodicet latus. Plaut. Bacch. 1, 1, 30 Quia isthaec lepida sunt memoratui, eadem in vsu atque vbi periculum facias, aculeata sunt, animum fodicant, bona distimulant facta, et famam sauciant. Etiam Ammiano 29, 7 significat lacerare unguis in eculeo morti damnatos.

FODICATIO, onis. f. Apud Celsum esse dicitur. 35

FODICATOR, oris. m. Apud Hieronymum.

FODINA, ae. f. Locus, ubi quid foditur. Plin. 33, 6 Odor ex argenti fodinis, inimicus omnibus animalibus, sed maxime canibus. Legitur et coniunctim, Argentifodinae. Cretae fodina l. sed et ii, de Publ. Caius Iuriskonf. 40

FOSSA, ae. f. [ράσος, διώρυξ] Terra fossa et excavata. Col. de Arborib. c. 18 Prius quam pomarium constituas, quam magnum habere voles, circummunito maceria, aut fossa, etc. Capita fossarum Pallad. Mai. 3, 2. Vlpianus in l. vnica D. Vt in flumine publico navigare liceat: scribit, fossam esse receptaculum aquae manufactum: aut ad castra, seu vrbes, oppidaue, aut alia huiusmodi munitenda. Cic. Att. 9, 14 Fossa et vallo septum aliquem tenere. De fossis et cloacis interdicit Praetor Cic. pro Caecin. 36. Fossae inciles Cato R. R. 155, 1. Perpetua fossa, vid. PERFETVVS. Redundans gurgitibus fossa Rheni Cic. in Pison. 81. Circumdare latam fossam alicui rei Idem Tuscul. 5, 59. Complere fossas, vid. COM- PLEO. Coniungere transitum fossae ponticulo ligneo Cic. Tusc. 5, 59. Cratibus integere, et aggere explere Caes. B. G. 6, 79 extr. Obcaecare fossas in agro, vid. mox ex Columel. 2, 2, 9. Oblinatam detergere Sueton. August. c. 18. Percutere fossam, vid. PER- 45 CVCIO. Perducere fossas in altitudinem, vid. PERDVCO. Caes. Bell. Gall. 2, 5 Castra in altitudinem pedum duodecim vallo, fossaque duodeuiginti pedum munire iubet. Cic. Fam. 15, 4 Vallo et fossa circumdedit. Fossam premere, deprimere, percutere, argenteae aetatis sunt: vid. Burmann. ad Quinctil. Decl. 3, 16 p. 72. 60

Tergere et Purgare fossas veteres, vtilis licet Colum. 2, 22, 3. Vnde iocus Verri Flacci apud Macrobr. 1, 15 extr. Quia feriis tergere veteres fossas liceret, nouas facere ius non esset: ideo magis viduis quam virginibus idoneas esse ferias ad nubendum. Deprimere Hirt. B. G. 8, 9 et c. 40, 3. Caeca fossa, cui Patens et aperta opponitur. 65 Columel. 2, 2, 9 Si humidus sit, abundantia viginis ante sicceatur fossis. Earum duo genera cognouimus, caecarum et patentium. Spissis atque cretosis regionibus apertae relinquuntur; at vbi solutior humus est, aliquae sunt patientes, quaedam etiam obcaecantur, ita, vt in patientes ora hiantia caecarum competant. Sed et patientes latius, 70 et apertas summa parte decliuesque, et ad solum coarctatas, imbricibus supinis similes, facere conueniet; nam quarum recta sunt latera, celeriter aquis vitiantur, et superioribus soli lapsibus replentur. ¶ 2 Geographi Fossas nobiles habent. V. g. Fretum illud Sardiniam et Corsicam separans Fossa, s. Taphros nominatur. 75 Vid. Plin. 3, 6. Tum Fossa Drusiana, Mariana, etc. Recentiores dixerunt Fossatum.

FOSSULA, ae. f. Dimin. [ρασπίδιον] Cato c. 161 Deinde fossulas facito, qua radices asparagi demittas. Columel. II, 3 Singulis fossulis disponas. Fossula circumdari Idem II c. vlt. vbi de Cappare verba facit. 80

FOSSO, are. pro Fodere Ennius dixit apud Varr. de L. L. 6, 5 p. 81, 15 Decretum est fossare corpora telis.

FOSSATVM, i. n. [ῥορυμα] pro Fossa. Plin. 17, 21 Fossatum purgari, et extendi, ne crudum relinquatur. Sed h. l. Harduin. leg. 85 Fossatum. Fossatum, recentiores scriptores vocauerunt Castra, quia fossa fingi solebant. Capitol. in Gordian. c. 28 Castra omnia fossato circuibat. Vid. ibi Salmas. Etiam Graecia sequitur Φοσσάρον, s. Φοσσάρον, pro Castris saepe adhibet. De vrbe Fossa moenibus circumdata, ipse quoque Veget. 4, 16. Vid. ibi Stewech. De Fossula parua in horto Pallad. Sept. 13, 2 Capparis late serpit — ne procedat vltorius, circumueniente fossato. Conf. Goesii Ind. ad Rei agrar. scriptores; vbi etiam

FOSSATVS, i. m. Terminus in fossato positus: p. 254 Constitutum fossatos, quos Augusteos appellamus. Et p. 267 Fossati alii finales maiores. 95

FOSSOR, oris. m. [σκαπτήρ, σκαπανήτης] Qui fodit. Virgil. Georg. 2, 264 Et labefacta mouens robustus iugera fossor. Columel. 3, 13. 4, 14 etc. Martial. 7, 70 Rigidus. Horat. Carm. 3, 18, 15. Iuuen. Sat. II, 79. Catull. 22 Fossor et caprimulgus coniunguntur, ut Rudes et agrestes. 100

FOSSIO, onis. f. [διώρυχη, σκάμμα] Col. 5, . Deinde malleolo inter ordines posito, crebris fossionibus partinatum resoluere. Id. 4, 28, 2 Fossionibus concitare vineas. Fossio danda vineis Id. II, 2, 41. Fossionibus terra fit fecundior Cic. de Senect. 54 c. 15. Agri fossio- 105

nes et repastinationes. Idem ibid. Recenti fossione terram fumare calentem videmus Cic. de Natur. Deor. 2, 25. Conf. Vitruv. 8, 7.

FOSSURA, ae. f. [σφάλευμα] Idem, quod Fossio. Columel. 4, 14, 2 Hanc planam fossuram maxime nos probauimus. Suet. Calig. c. 37 Compladata fossuris montium iuga. Conf. Vitr. 8, 1.

FOSSILIS, e. Adj. [ὄρυκτός] Quod foditur. Ebur fossile Plin. 36, 18. Idem 33, 6 Tunc salem fossililem adiiciunt. Varro de R. R. 2, 11. Fossile atramentum futorium Plin. 34, 12, quod vitriolum vocant officinae.

FOSSICIUS, a, um. Adj. [ὄρυκτός] Quod foditur. Arena fossicia Plin. 36, 13. Sal fossicius Scribon. Larg. 59 et 60.

F O E C

15 FOECVNDVS, a, um. quod rectius sine Diphthongo scribitur, FECVNDVS, ab obsoleto FEO, v. u. Adj. [εὐτοκος, πολυτοκος] Quod fructum facit, et ferax est: tum quidquid frequens, copiosum, numerosum, intelligi volunt. Fecundus semper sine Diphthongo in Virgilio dedit Burmann. Columel. 8, 14 Id neque fecundum est, nec tam pretiosum. Ouid. Fast. 4, 631 Forda ferens bos est, fecundaque, dicta ferendo: Haec ita possunt intelligi, Fordam a ferendo dictam, quod verum est. Sed quod addit Poeta, Hinc etiam fetus nomen habere putant, hoc etiam ad fecundum pertineret, si verum esset. At FEO esse verum fontem horum nominum modo diximus. Hor. Epist.

25 1, 5, 19 Fecundi calices, quem non fecere disertum? Cic. de Arusp. Resp. 42 Quaesitum illum maxime fecundum, vberemque campestem, totum ad se ita redegit, etc. Plaut. Cist. 1, 1, 72 Namque ecastor amor et melle et felle est fecundissimus, gustu dat dulce, amarum ad satietatem vsque aggerit. Fecunda rumoribus colonia Tacit.

30 Hist. 1, 51, 6. Pecorum fecundus Idem de Germ. 5. Frugum fecundus Tacit. in Vit. Agric. 12. Gens fecundissima Plin. Paneg. c. 31. Annonae fecunda prouincia Tacit. Hist. 1, 11. Philosophi

Fuderunt claras fecundi Pectoris artes Cic. de Divin. c. 13. Pectus fecundum, i. Plenum malitiae Seru. in Virg. Georg. 4, 338.

35 Ab Anaxagora vber' et fecundus Pericles Cic. in Orat. 1, 1, 11. Sive nihil genuit natura fecundius Idem de Nat. Deor. 2, 160 c. 64. Fossionibus repastinationibusque fit multo terra fecundior Cic. de Sen. c. 15. Plin. 33, 4 Italiae parcitum est vetere interdicto Patrum, vt diximus: alioquin nulla fecundior metallorum quoque erat tellus.

40 Ouid. Met. 2, 472 Vt fecunda fores, i. grauida, fieretque iniuria partu Nota. Imbres fecundi, qui fecundant terram Virgil. Georg. 2, 325.

FOECVNDITAS, melius FECVNDITAS, [εὐτοκία, πολυτοκία] Plin. 20, 6 Fecunditatem etiam feminis hoc cibo augeri, etc. Importare fecunditatem feminis Plin. 18. Aquarum inductionibus terris fecunditatem damus Cic. de Natur. Deor. 1, 152 c. 60. Experta fecunditatis femina Tacit. Ann. 12, 2.

50 Hieris miserae fecunditas calamitosa Cic. Philipp. 2, 58. Terrarum fecunditas, Caeli temperatio. Idem de Natur. Deor. 2, 12. Propter fecunditatem multa in agris fingi, gignique possunt Cic. de Divin. 1, 94.

Metaphor. de vbertate ingentis et orationis, Effera in adolescente fecunditas Quinct. 2, 4. ex Cic. de Orat. 2, 8. Fecunditas animi Plin. in praefat. 3. Quasi nuptia fecunditati templum in gratiam Augustae Poppeae erectum Plin. 15, 23.

55 Adde Spanh. de Num. 3 p. 148.

FOECVNDUS, seu FECVNDUS potius, are. [πολυτοκον ποῖον] Abundantem fructum ferre. Virgil. Georg. 4, 290 Et viridem Aegyptum nigra fecundat arena. Pallad. 12, 1. Satione fecundatur terra. Conf. Mamertin. Paneg. Juliani c. 22. Augustin. de Trin. 13, 18.

60 FOECVNDITO, are. Vox aureae aetatis, ex 3. orationis funebris deprompta, apud Fabret. Inscript. p. 169.

FOECVNDE, f. FECVNDE. Adu. [πολυτοκός] Laudatus. Mund. p. 67, 22 Pulchre et secunde horae procreantur. Sed pulchrae, fecundae recte. Comparat. Fecundius poemata ferrent fructum Varro L. 1, p. 65. Atque etiam recisa fecundius resurgit Plin. 16, 36. Berl. Nascuntur fecundissime in fraxino Id. 29, 4.

F O E D

70 FOEDVM, Antiqui dicebant pro Hoedo; Focum, pro Hiere; Fostem, pro Hoste; Fostiam, pro Hostia, Fest.

FOEDVS, eris. n. [ὄρκιον, συνθεσία, συνθήκη] Est conventio et pactum, quo voluntates et vires ad aliquam rem coniunguntur. Nugatur Seruius ad Aen. 1, 62. et 8, 641 cum a Fetialibus, vel a sue foede, i. crudeliter iugulata, Foedus deriuat. Potius cognatum est Foedus nomini Fides. oe et i frequentissime permutantur. Et Fides pro ipso Foedus dixisse Ennium, ait Scalig. ad ista Festi, Foedus appellatum ab eo, quod in paciscendo foedere hostia necaretur: vel quia in foedere

80 interponatur fides. Virgil. Aen. 8, 641 Et caesa iugum pacta foedera porca. Differunt Foedus, Pactio, et Sponsio; quia in pactioe, pactio sponsione firmior sit atque stabilior. Vid. Liu. 9, 2. Foederis faciendi morem, vide apud Liu. 1, 4. et 9, 5. et 24. Virg. Aen. 12, 169 sqq. Liu. 34, 57 Esse autem tria genera foederum, quibus inter pacificerentur amicitias, ciuitates, reges. Vnum, quum bello in pacem dicerentur leges. Vbi enim omnia, qui armis plus possent, sedes essent, quae ex iis habere victos, quibus multari eos velit, ipsius arbitrium esse. Alterum, quum pares bello aequo foederis, in pacem atque amicitiam venirent; tunc enim

90 repeti, reddique per conventionem res: et si quartum turbata bello possessio sit, eas aut ex aequo simul, aut ex formula iuris antiqui, aut ex partis vtriusque commodo componi. Tertium esse genus, quum qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali foedere inter se iungendam coeant. eos neque dicere, neque accipere leges, id enim

95 victoris et victi esse. Sed latius multo patet Foederis appellatio. V. g. de priuata cum Crasso amicitia sic ad illum Cic. Fam. 5, 8 Has literas velim existimes foederis habituras esse vini, non epistolae, meque ea, quae tibi promitto ac recipio, sanctissime obseruatum, diligentissimeque esse facturum. Liu. 1, 1 Latinum apud Penates deos domestico publicum adiunxisse foedus. Sic 29, 23. Vt publicum quoque foedus priuato adiiceretur. Vinculo necessitatis, quod patrociniis quis contraxit Plin. Epist. 3, 4 Legati rursus inducti, iterum me iam praesentem aduocatum postulauerunt, implorantes fidem meam, quam essent contra Massam Boebium experti, allegantes patrociniis

100 foedus. Amorum turpissimorum quotidie foedera fieri Cic. pro Cacl.

- Cael. c. 14. ¶ 2 *Iam quibus Nominibus adiici soleat Foedus, videamus.* Sanctio foederis Cic. pro Corn. Balb. 36. Publicae religiones foederum Idem Verr., 5, 48. Amicitiae foedus Ouid. Trist. 3, 6, 1. Hospitii Liu. 1, 9. Conf. Barth. ad Stat. Theb. 2 p. 387. Religionum foedera Cic. de Legib. 2, 16. Certum foedus Hor. Carn. 3, 24, 23. Clandestinum Sil. 7, 267. vid. GLAM. Coniugiale Ouid. Met. 11, 743. Feralia, i. exitralia Lucan. 1, 86. Genialia, f. *connubialia* Stat. Achill. 2, 354. Illibata foedera tori, h. e. *coniugium castum et pudicum* Lucan. 2, 342. Immunes ac liberae foedere ciuitates Cic. Verr. 3, 13. Infidum, vid. INFIDVS. 10 Ratum et religiosum Idem Philipp. 13, 4 c. 2. Sacrosanctum Cic. pro Corn. Balb. 35. Socialia Ouid. Epist. 4, 17. Temeratum Sil. 11, 161. ¶ 3 *Verborum Formulae*: Accipere foedera, vid. ACCIPIO. Agere foedus Liu. de Bell. Pun. . . Idem 29, 12 In eas conditiones, quum pax conuenisset, ab rege foederi Adscripti Prusia Bithyniae rex, Achaei, Boeotii, etc. Amantes aequo foedere Virgil. Aen. 4, 520. Cic. pro Corn. Balb. 20. O praecclarum interpretem iuris, auctorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostrae ciuitatis, qui hanc poenam foederibus Adscribat, omnium praemiorum, beneficiorumque nostrorum expertes 20 faciat foederatos. Calcare foedus Sil. 3, 85. Cauere foedere de aliqua re Cic. de L. Agrar. 1, 10. Coire in foedus, vid. COEO. Compone placitum laeti foedus Virgil. Aen. 10, 15. Concipere foedus, vid. CONCIPIO, et mox EXCVTIO. Conceptum foedus excutere Virgil. Aen. 12, 158. Confirmare foedere societatem Cic. Philipp. 2, 89 c. 35. Confundere foedus Virgil. Aen. 12, 290. Dare foedus Liu. de Bell. Pun. . . . Deuincitur foederibus etiam cum hoste fides Cic. Off. 3, 112. Excute foedus conceptum, i. irritum fac Virgil. Aen. 12, 158. Cic. de Senect. 16 Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem, et foedus faciendum cum Pyrrho. 30 Faciunt foedus Tacit. Ann. 11, 9. Fecere inter se foedus Cic. de Fin. 2, 83. Facere contra foedus, i. contra Populi Romani religionem et fidem Idem pro Corn. Balb. 10. Ferire foedera, facere vel inire Cic. pro Cael. 34 Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpissimorum quotidie foedera ferires? Virgil. Aen. 10, 154. 35 Firmabant foedera dictis Idem Aen. 12, 212. Frangere foedus Sil. 1, 268. al. Rumpere. Frangere foedus, et In fide manere, contraria Cic. pro Doissio sua 66. Frangere foedus sanguine alicuius ictum Idem in Pison. 28. Aut odium Foedusue gerunt, conuersaque quaedam In semet proprio dicuntur plena furore Manil. 2, 469 40 de stellis. Icere foedus cum aliquo Cic. pro Corn. Balb. 34. vid. ICO. Claudian. de B. Get. 497. Liu. 21, 18. Ouid. Met. 3, 294 Qualem Saturnia, dixit, Te solet amplecti, Veneris cum foedus Initis, Da mihi te talem. Infirmare foedus Cic. pro Corn. Balb. 14. Iungere foedera Virgil. Aen. 8, 641. vid. IVNGO. Iungi 45 foedere alicui, vid. IVNGO. Liu. 26, 24. Iuratum Ioui Sil. 1, 9. Laesum Virg. Aen. 12, 496. Negligere, violare, rumpere foedera Cic. pro Corn. Balb. 13. Repigit foedera mihi tecum Virg. Aen. 10, 902. Oblato gaudens componi foedere bellum Idem Aen. 12, 109. Obstringi tacito foedere inter se Tac. Hist. 1, 54. Pactum Cic. pro 50 Sext. 33. Percutere foedus, vid. PERCVTIO. Peterc foedus Quinct. 7, 3. Polluere foedus naturae Ouid. Met. 10, 353. Polluta don. Sil. 11, 323. Renouare foedus Cic. pro Corn. Balb. . . Repolcere foedus Virg. Aen. 12, 573. Rescindere foedus Patere. 2, 90 extr. Rumpere foedera Virgil. Aen. 8, 540. Qui foedera 55 Rumpit, Datur; qui seruat, eget Claud. in Eutrop. 2, 213. Rumpere fratrum foedus Horat. Epist. 1, 3, 35. Sacrare foedus; vid. SACRO in SACER. Sancire foedera Virgil. Aen. 12, 200. Sancire foedus sanguine alicuius ictum Cic. pro Sext. 24. Sancire pacationes, foedera, reconciliationes sanguine alicuius Idem Post redit. 60 ad Quir. 13. Seruare promissa foedera Ouid. Fast. 2, 159. Sociata coniux perpetuo lecti foedere Idem in Ibin 15. Soluere foedera Virg. Aen. 10, 91. Stare foedere Liu. de Bell. Pun. . . Stare aduersus foedus Idem ibid. Si vos non Tenent vestra foedera Liu. 21, 18. Transire in foedus Idem ibid. Veniunt ad foedus amantes 65 Ouid. de Arte Am. 2, 579. Violare foedus Cic. Philipp. 13, 4 c. 2. Violare communia foedera pacis Lucret. 5, 1154. ¶ 4 Obs. Foedus, pro Lege. Virgil. Aen. 1, 66 Regemque dedit Ventis Aolum Iupiter, qui foedere certo Et premere et laxas sciret dare iussus habenas. Vt tot pugnantes regeret concordia causas, Staretque 70 alterno Religatus foedere mundus Manil. 3, 54. Aequissimo iure et foedere ciuitas Cic. pro Arch. 6. Aeterna foedera certis imposuit natura locis Virgil. Georg. 1, 60. Conf. Columel. praef. et in Horto 16. ¶ 5 *Pro foeditate, f. re foeda poni videtur a Paulo l. 47 de ritu nuptiar. Senatoris filia, quae corpore quaestum, 75 vel artem ludicram fecerit, impune libertino nubit. Neque enim honos ei seruatur, quae se in tantum foedus deduxit. Haloand. Scelus.*
- FOEDIFRAGVS, a, um. Adi. [*ἑσπεριος*] Ruptor foederis. Cic. Off. 1, 38 c. 12 Poeni foedifragi, crudelis Annibal. Conf. Gell. 19, 7. 80
- FOEDERO, are. Foedere facto conciliare et coniungere. Hieron. Epit. . . Paull. Epist. 27 c. 10 Iurgantes inter se lentissimo sermone foederabat. Ammian. 31, 12 Cum foederaretur concordia. Id. 25, 24 Foederata pace.
- FOEDERATVS, a, um. Part. [*ἑσπεριος*] Foederati dicuntur 85 Populi, qui foedere icto cum aliis populis societatem coierunt. Suet. in Calig. c. 3 Domi, forisque ciuilibus, libera ac foederata oppida sine lictoribus adibat. Vid. Idem August. c. 47. Cic. Verr. 5, . . . In oppido foederatorum. Idem pro Arch. 7 c. 4 Si qui foederatis ciuitatibus adscripti essent. et Nep. 23, 3, 2. Populus Cic. de Orat. 90 1, 182 c. 40. Socii et foederati populi Idem pro Corn. Balb. 20 c. 8. Cic. Verr. 4, 26 In Maniertinorum solo foederato atque pacato, monumentum istius crudelitatis constitutum est.
- FOEDERATIO, onis. f. Ict. in Dig. . .
- FOEDERATOR, oris. m. Ict. in Cod. . . 95
- FOEDERATICVM, i. n. Stipendium foederatorum. In Novel. Iustin.
- FOEDVS, a, um. Adi. [*δυσίος, μισός*] Deformis. Ter. Eun. 4, 4, 17 Nunc eo tibi videtur foedus, quia illam (vestem) non habet. Qui quum ipse foedissimus esset, eum ne faciem quidem liberi 100 hominis habere dixit Quinct. 6, 4. Adulationes foedae Tac. Ann. 15, 59. Adulterium Ouid. Met. 8, 156. Amor Idem Met. 10, 319. Animalia foeda capitis Plin. 22, 24. Auaritia, et libidine foedus, ac maculosus Tacit. Hist. 1, 7. Aura Stat. Theb. 2, 4. Caput foedum impexa porrigine Horat. Serm. 2, 3, 126. Carmine foedo 105

- splendida facta limunt Horat. Epist. 2, 1, 236. Cicatrix Idem Serm. 1, 5, 6. Litu. 26, 38 pr. Id foedum Consilium cum incepto, tum etiam exitu fuit. Coniunia Ouid. Met. 1, 165. Corpora foeda podagra Tibull. 1, 9, 73. Culpa foedior Sil. 7, 556. Litu. 27, 6 pr. Qui neque magistratum continuari satis civile esse aiebant: et multo foedioris Exempli, etiam ipsum creari, qui comitia haberet. Mens mortis foedum Cic. Att. 15, 20. Hiems Tacit. Hist. 3, 59, 3. Inuber foedus rigat ora Sen. Oedip. 12. Luxuria foedissima senectuti Cic. Off. 1, 121 c. 34. Latrones foedissimi Idem Fam. 10, 6. Modum in foedum laceratus verberibus Litu. 9, 31 pr. Monstrum immanissimum et foedissimum Cic. in Pison. 31 c. 14. Oculi Sallust. Catil. 15. Plin. 11, 18 Apes Odere foedos odores, proculque fiugunt, sed et infectos. Paedor Sen. Herc. fur. 9. Cic. Att. 15, Foemine foeda Persona est ipsius senectutis? Sapor Lucret. 2, 402. Tempestate foedissima lacerata nauis Litu. 29, Vi-ctus Horat. de Arte Poët. 392. ¶ 2 Obseruatt. Foedum, execrandum est Virgil. Aen. 7, 619. Obseruauerunt docti Virg. et Litu. Foedum et Foedare de vulneribus fere et strata acie dixisse. Litu. 3, 69 Vulnerati foediora vis, quae oculis subiiciebantur, nuntiantes. Idem 7, 33 Strages ipsa caede foedior. Conf. Virgil. Aen. 2, 502. Sic Calido tellurem sanguine foedat Ouid. Met. 6, 238. Cic. Fam. 4, 4 Percussit et prostrata foedissimo bello iacent omnia. Conf. plura in verbo FOEDO. De pestilentia Litu. 3, 32 pr. Foeda homini, foeda pecc. Foedum, Crudele. Ter. Eun. 5, 4, 21 Proh fidem deum factus foedum. Virg. Aen. 4, 195 Haec passim dea foeda virum diffundit in ora. de Fama. Sall. Cat. c. 15 Foedi oculi. Bellum foedissimum Cic. Att. 7, 25. (26) Exitum iudicii foedum et perniciosum leuissime tuli Idem Q. Fratr. 3, 9. Nihil miserius, nihil perditius, nihil foedius fieri potest Cic. Attic. 8, 11. Idem de Arusp. Resp. 51 c. 24 Foedior atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando, quam in vniuerso Senatu vituperando fuit. Foedum relatu Ouid. Met. 9, 167. Foedum ac ferum facinus Litu. 28, 22. Add. Ter. Eun. 5, 4, 21. Foedus, pro re foeda, vid. FOEDVS, èris, n. 5.
- 35 FOEDO, àre. [*μυαίνω, βρμυαίνω, φορδίνω*] Polluere, inquinare. Plaut. Amph. 1, 91 Foedant et proterunt hostium copias. Virgil. Aen. 2, 286 — quae causa indigna serenos Foedauit vultus. i. cruentauit, inquit Seruius. Idem 502 Sanguine foedantem, quos ipse sacrauerat ignes. Romam vero ipsam foedauit aduentus tuus Cic. in Pison. 53 c. 22. Contactu Virgil. Aen. 3, 227. Ora vnguibus foedans Idem Aen. 4, 55. Ferro Virg. Aen. 2, 55. Add. ib. 11, 86. Sanguine Ouid. Met. 6, 238. Dies umbre foedatus est Mamertin. Pa. Maxim. c. 12. Cato apud Plin. 29, 1 Nos quoque dicitant barbaros, et spurcius nos quam alios opicos appellatione foedant.
- 45 Nefario scelere foedare aliquem Cic. de Arusp. Resp. 46. Verberibus foedare Tacit. Hist. 3, 77. Vestis serica viros foedat Idem App. 2, 33.
- FOEDANS, antis. Partic. Virg. Aen. 11, 86. et 12, 871. Ouid. Met. 7, 850.
- 50 FOEDATVS, a, um. Partic. Litu. 3, 32 pr. Multiplici clade foedatus annus. Sacella summa turpitudine foedata Cic. de Arusp. Resp. c. 15. Virgil. Aen. 7, 575 — foedati ora Galefi. Ouid. Met. 14, 190 — foedataque brachia tabo. Conf. Met. 5, 59.
- FOEDATIO, ònis. f. Apud Symmach.
- 55 FOEDATOR, òris. m. Apud Gell.
- FOEDE. Adu. [*μιαρῶς*] Turpiter, vel Crudeliter. Litu. 3, 51 Non minore motu animorum Siccii caedis memoria renquata, quam quod noua fama de Virginia adeo foede ad libidinem petita, accenderat. Foede pugnatum est Litu. 6, 1. Conf. Val. Maxim. 5, 3, 1.
- 60 Tempestas perquam foede turbida Lucret. 4, 170. Admissum foede dictumque superbe Idem 5, 1123. Foede diuexari Cic. Tusc. 1, Foede interentus Litu. 25, 8 de poena atroci in obsides fugam molitos. Foedius inde pulsus, quam pepulerat Idem 2, 51. Cic. Att. 9, 6 (7) Causa igitur non bona est? immo optima: sed agetur (mento) foedissime.
- FOEDITAS, àtis. f. [*αἰσχρότης, μιαιφία*] Turpitude. Litu. 31, 34 Diuisa a corpore capita, patentiaque viscera, et foeditatem aliam verberum viderunt. Cic. de Fin. 3, 38 c. 11 Nisi eos per se foeditate sua turpitude ipsa deterreat. Animi turpificati deprauatio et
- 70 foeditas Idem Offic. 3, 105. Morientium foeditas Iustin. 2, 13, 13. Odoris foeditas Cic. de Natur. Deor. 2, 127 c. 50. Sic Pediculatorum foeditas Plin. 11, 33. Litu. 1, 28 extr. Auertere omnes a tanta foeditate Spectaculi oculos. Cic. Philipp. 12, 12 c. 6 Quando eius obliuiscetur vlla posteritas, cuius scelere in hac Vestitus foeditate fuerimus? Vultus notabilis foeditas, vid. NOTA. Pl. Foeditatibus exquisitis, expofito scelere Pet. Chrysol. Serm. 155.

F O E M

- 80 FOEMEN, vid. FEMEN.
- FOEMINA, melius FEMINA, ae. f. [*Ἰῆλυς, Ἰύλεια*] A Feminis mollitic, ut quidam putant: siue a Fetus, ut nos remur, unde Femen, Femur, et Femina descendere putamus. Ac Femina sine Diphthongo est in optimis quibusque monumentis. Conf. Isidor. 2, 2. Plaut. Perf. 4, 3, 6 Qui Atticam hodie ciuitatem maiorem feci, atque auxi cui femina. In mare et in femina commiscendorum corporum mirae libidines Cic. de Natur. Deor. 2, 128. In natura feminarum sentiant mulieres omnem castitatem peti Idem de Legib. 2, 26. Bestiae aliae mares, aliae feminae Cic. de Natur. Deor. 2, 128. Exinia pulchritudine femina Idem de Diuin. 1, 52 c. 25. Praestantissima omnium feminarum vxor tua Cic. Fam. 5, 8. Varium et mutabile semper femina Virgil. Aen. 4, 469. Bona Cic. Philipp. 3, 16. Cultissima Ouid. de Arte Am. 1, 97. Decennis, vid. h. v. Dux malorum femina, et scelerum artifex Sen. Hippol. f. 4. Honesta femina Scribon. 102. Lectissima, vid. LEGO. Luculenta et festiua, vid. LVCVLENTVS. Nitida, vid. NITEO. Primaria Cic. Fam. 5, 11. Princeps Plin. Epist. 144. Probatissima Cic. pro Caecin. 10 c. 4. Prudentissima et diligentissima Idem ad Brut. 18 sub in. Sanctissima et optima Cic. Philipp. 3, 16. Coniungere feminam matrimonio, vid. CONIUNGO. Horat. Carm. 4, 11, 33 Non enim posthac alia Calebo Femina. Implere feminas, vid. IMPLEO. Insolitae foeminae prodire in conuentum, vid. INSOLITVS. Anguis femina Cic. de Diu. 2, 64. Cardo femina Vitruu. 9, 9. i. cauus, qui masculum intra se recipit. Pavones Columel. 8, 11, 10. Piscis femina coitus tempore marem sequi-

sequitur Plin. 9, 50. Cic. de Legib. 2, 57 c. 22 C. Cotta censet habendas triduum ferias, et Porco femina piaculum dare.

FOEMELLA, ae. f. Diminut. Catul. 56, 7 Femellas omnes amice prendi.

FOEMINAL, f. FEMINAL, ālis. n. pro Genitalibus muliebribus. Apul. Apol. p. 296, 10 Tannonius ille, cum vtriusque sexus genitalia intelligi vellet, sed eloqui propter infantiam summus caudicus nequiret — Sed enim feminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta confugit, et e quodam meo libro legit, Interfemininum tegat, et femoris obiectu, et palmae velamento. 10 Idem Met. 2 p. 122, 11 Glabellum feminal. al. Glabella femina. Et a Feminine deriuari videtur, ut Interfemininum. Sed etiam est Virginal a Virgine dictum.

FOEMINAMAS, aris. Tertull. aduers. Valent. c. 10 In imagine sua feminamare. Id, quod Irenaeus 1, 1 his verbis exprimit, In 15 imagine sua siue coniuge masculofemina.

FOEMINOR, āri. [γυναικίζομαι] Feminam agere, ut vitulari et similia. Nemo corpus pruriens feminando correxit Cael. Aurel. Tard. 4, 9. i. viris se subiiciendo, instar feminae. Vet. Poëta, vel ipse adeo Cic. Tusc. 1, 20 c. 8 Sic feminata virtus afflicta occidit ex 20 Sophocle Trachin. 1092 Νῦν δ' ἐν τοιάτῃ θῆλυς εὐρημαί τάλιας.

FOEMINATIO, ōnis. f. Const. Afer 6, 1 Causa in feminis feminationis.

FOEMINEVS, f. potius FEMINEVS, a, um. Adi. [θηλυός] Quod pertinet ad feminam. Virgil. Aen. 11, 782 Feminio praedae et 25 spoliatorum ardebat Amore. Vbi Seruius, Feminio, Impatienti, irrationabili. Ibid. 878 Feminio clamorem caeli ad sidera tollunt. Vbi idem Seruius Impatientem interpretatur. Ars Ouid. Epist. 19, 38. Femineae, Calendae Martiae appellantur, quia feminis sollemnes erant. In iis enim munera illis missitari solebant. Iuuen. 30 Satyra 9, 53

En qui tu viridem vmbellam, cui succina mittas
Grandia, natalis quoties redit, aut madidum ver
Incipit, et strata positus longaque cathedra
Munera femineis tractas secreta Calendis. 35

Corpus molie ac femineum Plin. 25, 5. Dolor Ouid. Met. 9, 151. Doli Stat. Achill. 1, 527. Generis feminei animalia Scribon. 16. Mens Ouid. Met. 10, 244. Nomina Quinctil. 1, 5, 54. al. Feminina. Pectus Ouid. Met. 13, 693. Plangor Auctor ad Herenn. 3 c. 15. Sidus Lunae molle ac femineum Plin. 2, 101. Ouid. Met. 40 13, 651 Quatuor ille quidem iuuenes, totidemque creatat Feminiae fortis. i. quatuor feminas. Stirps Idem Met. 13, . . . Vlulatus Virgil. Aen. 2, 488. Voce feminea modulatur carmina Ouid. Met. 14, 341. Vulgus Lucan. 7, 39.

FOEMINIVS, a, um. Adi. [θηλυός] Quinctil. 1, 4, 24 45 Nec statim diligentem putabo, qui promiscua (quae et epicoena dicuntur) ostenderit, in quibus sexus vterque per alterum apparet; aut quae feminina positione mares, aut neutrali feminas significant; qualia sunt Muraena et Glycerium. Nomina Quinctil. 1, 5, 54. et 1, 6, 5. Femininum nomen Varro R. R. 3, 5, 6. Femi- 50 minus sexus Plin. 27, 2. Conf. Arnob. 1 p. 36.

FOEMININE. Adu. Charis. 1 p. 55 etc. Mendum neutro Varro in Admirandis dixit, Magnum mendum: sed Ouid. de Arte Am. 1, 249 feminine, Nocte latent mendae. Sic alibi frequenter. Conf. Arnob. 1. c. 55

F O E N

FOENARIVS, vid. FOENVM.

FOENERATICIVS, FOENERO, FOENEBRIS, vid. FOENVS.

FOENICVLVM, i. n. [μαράθρον] Herbae nomen. Plin. 20, 23 60

Foeniculum nobilitauere serpentes gustatu senectam exuendo, oculorumque aciem succo eius reficiendo. Vnde intellectum est hominum quoque caliginem praecipue eo leuari. Foeniculi semen Scribon. 167. 176. 177. — Succus 38. A Foenum aliqui Foeniculum deducunt, quia vbi exaruit foeno simile sit. Sed Isidor. 17, 11 Foeniculum, ait, vocari, quod thyrsi eius, seu radiceis, succus visum 65 acuat, quasi sit a φαίνεσθαι. Lusit, quisquis auctor est, ut solent.

FOENICVLARIVM, i. n. Cic. Att. 12, 8 Scribe quaeso, quid referat Celer egisse Caesarem cum candidatis; vtrum ipse in foenicularium, an in campum Martium cogitet. In foenicularium, i. ad 70 foenus exercendum, ut Turnebo 12, 2 placuit. Lips. Elect. 2, 20 melius e Strabone ostendit, esse Marathonium campum, qui Latine Foenicularis dicitur in Hispania.

FOENVM, melius FENVM, i. n. [χόγρος] dictum, quod herbae eadem manentes, quotannis nouas pariant, ut Festus, cuius locum damus in FOENVS. Nempe a Feo etiam hoc nomen est, indicat rem, quae sua sponte nascatur, etc. Meta foeni, vid. META.

Cordum foenum, vid. CORDVS. Foenum habet in cornu Hor. Serm. 1, 4, 34. Foenum, nempe alligare cornibus bouum cornupetorum solebant, ut obuiam prodeuntes cauendum sibi admonerentur. 80 Vet. Scholiast. Coarctare foenum in striam Columel. de R. R. 2, 19 pr. Colligere foenum Idem ibid. Foenum, vbi Concaluit ignem creat et incendium Columel. 2, 19, 1. Congerere foenum sub tectum Idem ibid. Columel. 2, 22 pr. Feriis ritus maiorum etiam permittit prata sicilire, et foenum in tabulata Componere. Con- 85 struere foenum Plin. 18, 28. Demetere foenum Columel. de R. R. 2, 19. Quum Catulus Crassum audisset, aiebat foenum alios Esse oportere Cic. de Orat. 2, 233 c. 57 extr. i. multo inferiores esse. Contrarium est Ambrosia alendus. Exstruere foenum in metas Id. ibid. Facere foeni metas Idem ibid. Secare foenum Plin. 18, 28. Colu- 90 mel. 2, 22. Versare foenum furcillis Varro de R. R. 1, 49 pr. Plur. In asini faciem (i. more asini) foena rodebam Apul. Met. 3 extr.

FOENARIVS, a, um. Adi. Falces foenariae Vlp. in l. instrum. D. de instructo vel instrum. leg. Varr. de L. L. 4, 31.

FOENEVS, a, um. Adi. [χορτινός] Ex foeno factus. Cic. 95 pro Cornelio Mai. reo pr. Postulatur apud me Praetorem primum de pecuniis repetundis. Prospectat videlicet Cominius, quid agatur. Videlicet homines foeneos in medium ad tentandum periculum proiectos. Ad haec Aconius, Simulacra effigiesque hominum ex foeno fieri solebant, quibus obiectis ad spectaculum praebendum tauri 100 irritarentur.

FOENICIVM, vid. PHOENICEVS, n. 2.

FOENILE, is. n. [χορτοβολών] Locus, in quo seruatur foenum. Columel. 1, 6 Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam, foenilia, palcariaque. Virg. 105

Georg. 3, 321 Nec tota claudēs foenilia bruma. Ouid. Met. 6, 457
 Quam si quis canis ignem supponat aristas, Aut frondem, positasque
 cremet foenilibus herbas. Add. Plin. 8, 28.

FOENISECA, ae. c. [χορτοκόμος] Qui secat foenum. Co-
 5 lumel. 2, 19 (18) Vt necubi ferramentum foenifecae possit offendere.
 Ibid. Tum foenifecam messorem oportet inducere, et defectam her-
 baim religare et exportare. Varro de R. R. 1, 47. Ibid. c. 49 ad
 finem, Sicilienda prata, id est falcibus consecranda, quae foenifecae
 praeterierunt. Pers. 6, 40 Foenifecae crasso vitiarunt vngvine pultes.

FOENISECIUM, i. n. vel, ut alii scribunt FOENISICIVM.
 [χορτοκοπία] Ipsa foeni sectio, et veluti messis foeni. Plin. 18, 28 Nec
 primo anno rigari, nec pasci ante secunda foenifecia, ne herbae vel-
 lantur, trituque hebetentur. Id. 2, 11, 7. Colum. 2, 18 et 19. it. 11, 2.

FOENISEX, ecis. c. [χορτοκόπος] Idem, quod Foenifeca. Plin.
 15 18, 28 Igitur cornu propter oleum ad crus ligato foenifex incedebat.
 Quae foenifeces praeterierunt Varro R. R. 1, 49.

FOENISICIA, ae. f. Foenifeciae instituendae Colum. 11, 2, 40.
 Varro de R. R. 1, 49 Tum de pratis stipulam rastellis eradi, atque ad-
 dere foenifeciae cumulum. Id. 47 et 56. Cato de R. R. c. 53.

FOENVMGRAECVM, vel FOENOGRAECVM, i. n. [τῆλεις]
 Herbae genus, quod vocant alii Carphos, aliqui Buceras, alii Aegoceras,
 quoniam corniculis semen est simile. Plin. 24, 19. Columel. 11, 2, 71
 Itemque siliquam, quod rustici Foenugraecum vocant. Conf. 2, 11,
 10. it. Foeni Graeci semen Scribon. 260. Pallad. 2, 7.

FOENVS, oris. n. melius, puto, FENVVS, sed illud libros occu-
 25 pavit: [δάνειον, τόκος] pecunia secunda quasi, h. e. locata alii, inter-
 cedente usura, quae ipsa quoque Fenus est. Sunt enim eiusdem originis
 a Graeco φῶν, quod Feo dixisse videntur Fenum, Fenus, Fetus, Fe-
 mina, Fecundus. Nec probat nobis sententiam suam Gronov. Pec. Vet.

30 Mantiff. 1 a ποῖνος derivans, vel ποῖνος, quod idem ait, quod ποιή. Festus,
 Fenus appellatur naturalis terrae fetus; (vid. n. 2) ob quam causam
 et numerum Fetus Fenus est vocatum, et de ea re leges fenebres —
 quod crediti numi alios pariant, ut apud Graecos eadem res τόκος di-
 citur. Fenum quoque pratorum ab hac causa est appellatum, quan-
 do id ipsum manens quotannis novum parit: unde etiam festuca vo-
 cata est. Non. 1, 266 Fenus ab eo dictum est, quod pecuniam pa-
 riat insequenti tempore, quasi fetus aut fetura. Nam et Graece τό-
 40 kos dicitur, ἀπὸ τῆς τίκεται, quod est parere. Varro lib. 3 de Latino
 sermone, Fenus autem dictum a fetu, et quasi fetura quadam pecu-
 niae. Nam et Catonem et caeteros antiquiores sine A litera Fenus
 pronuntiasse contendit, ut Fetus et Fecunditas. Eadem Gellius 16, 12.
 Conf. Non. 5, 70. Quod sine A litera pronuntiatum Fenus ait Varro,
 idem monet etiam de L. L. 6, 5 p. 80, 30 cum inter ea ponit, in quibus
 A ante E alii ponunt, alii non. Huc pertinet, quod in Pandectis Flo-
 45 rentino semper Faenus scribi accepimus, et in Bentleyano Terentio, vi-
 demus. MSSorum caeterum in Diphthongis vel ponendis, vel omit-
 tendis non magnam esse auctoritatem, satis constat. Harduinus in Plinio
 semper Fenus dedit. Lapidis variant. Hodie fere editur ubique Foe-
 nus.

¶ 2 Vtrumque significat, ut diximus, Foenus, ipsum
 50 Caput f. Sortem, pecuniam nempe ea conditione creditam, ut usura eius
 nomine solvatur, et usuram f. impendium, quod pro usu aeris alieni
 datur. Falsus enim est Salmasius, qui priorem intellectum solum, pro
 vero et proprio habuit de usur. c. 2 et 5. Meliora docuit Gron. Man-
 tiffa. Pec. vet. c. 1 p. 412 sq. Exempla ipsa, quod diximus, satis de-
 55 clarabunt. Percurramus Plauti Mostell. 3, 1. Statim principio Da-
 nista, scelestiorem, inquit, ego annum argento foenori Nunquam vl-
 lum vidi, i. argento foenori dato s. ita locato, ut foenus inde redeat.
 v. 6 Danista adest, qui dedit argentum foenori. Et 34 Qui
 mihi neque foenus, neque sortem argenti danunt. Et 53 Reddetur ne
 60 igitur foenus? Et 57 Quin vos mihi foenis date. Usuram poscit pro-
 fecto. Nam Tranioni dicenti v. 64 Sortem accipe: respondet, Immo
 foenus: id primum volo. Et v. 74 Cedo foenus, redde foenus,
 foenus, reddite, etc. v. 84 Is tibi et foenus et sortem dabit.
 Sed 101 Argenti foenus creditum audio, h. e. argentum foenori datum.

65 v. 121 Quatuor quadraginta illi debentur minae, Et fors et foenus.
 Dixerat v. 95 deberi quasi quadraginta minas. Quatuor minae hic ac-
 cedere videntur foenoris. Foenus idem esse, quod usuram ostendit illud
 Sueton. Octau. c. 39 Pecuniam levioribus usuris mutuati, grauiore foe-
 nore collocassent. Cic. Att. 6, 1 Ex instituto Appii tributa imperat.
 Ea vix in foenus Pompeii quod satis sit efficiunt: quod p. a. dixerat,
 Tricesimo quoque die talenta Attica XXXIII, et hoc ex tributis. nec
 satis id efficitur in usuram menstruam. Add. Parad. 6.

¶ 3 Epitheta et Formulae: Lactant. 1, 20 Pecuniam reliquit Flora, cuius
 ex Annuo foenore suus natalis dies celebraretur. Hereditarium

75 Quinctil. 7, 1, 19 quod petit heres foeneratoris. Iniquissimo foe-
 nore versuram facere Aurelius coactus est Cic. Att. 16, 15 fin. Nauti-
 cum foenus explicant Icti ad Tit. Pand. et Cod. quod pro periculo
 traiectionis soluitur, estque vel Heteroplun, pro itu, vel Amphotero-
 plun, pro itu et reditu. Perpetuum, vid. Centesima, in CENTVM.

80 Tolerabile Cic. Att. 6, 1. Accipere foenus ab aliquo Idem Verr. 3,
 169 c. 72. Audire pecunias foenore Tac. Ann. 6, 16, 1. Coer-
 cere foenus Liu. 35, 6. Collocare foenore modo vidimus e Sueton.
 Dare foenori pecuniam Cic. Verr. 2, 170 c. 70. In foenus Varro R.
 R. 3, 5. Plaut. Curc. 4, 1, 19 Qui dant, quique accipiunt foenore.

85 Datore argentum foenore Plaut. Most. 3, 1, 73. Ducere quaternis
 centesimis foenus, vid. Centesima, in CENTVM. Tacit. 6, 16, 3
 Duodecim tabulis sanctum, ne quis vnciario foenore amplius Exer-
 ceret. Facere: ut, Foenus ex triente Idibus Quinctilibus factum
 erat bessibus Cic. Att. 4, 15. Sensus est: Idibus Quinctilibus foenera-
 90 tores pecuniam dederunt bessibus; id est, ut pro centenis menstrui besses,
 qui sunt in annum asses octoni, usurae nomine redderentur: quum antea
 supra trientem, quod est dimidium bessis, usura non fuisset. Idibus
 autem ut usurae solverentur, in consuetudine fuisse, et Horat. Epod. 2,
 69 testatur, et Cic. ipse in Catil. et Philipp. Haec P. Manut. Magno
 et iniquissimo foenore versuram facere Cic. Att. 16, 14. Laborat
 foenore ciuitas Liu. 35, 6. Leuari foenore, vid. LEVIS. Obligatus
 foenore, vid. OBLIGO. Obstrictus gratuito aut leui foe-
 nore Sueton. Iul. c. 27. Obruerere debitores foenore Liu. 35, 6. Oc-
 cupare alicui pecuniam grandi foenore Cic. pro Flacc. 51 c. 21. Po-
 95 sitis in foenore numis diues Horat. de Arte Poet. 421. Et Serm. 1,
 2, 13. Plaut. Asin. 2, 4, 23 Tanquam si claudus sim, cum fuste est
 ambulandum, quia triduum hoc vnum modo, foro operam assiduam
 dederim, dum reperiam, qui Quaeritent argentum in foenus. Plaut.
 Most. 1, 3, 53 Reddetur ne igitur foenus? TR. reddetur. Renouato
 100 in singulos annos foenore Cic. Att. 6, 3 quod 5, 21 dixerat, cum anato-
 cismi

cisni anniuersario, i. ut usura annua semper sorti accederet, si soluta non esset. Sumere foenore Plaut. Afin. 1, 3 extr. Ter. Phorm. 2, 2, 71. Trucidari foenore Cic. pro Cael. 42 c. 18 quod iunxit cum Effundere patrimonium. Metaphor. Propert. 1, 7, 26 Saepe venit magno foenore tardus amor: tanto uehementius, tarditatem grauitate pensat. ¶ 4 Foenus ipsam quoque pecuniam creditam esse, iam ostendendum est. Tacit. Ann. 6, 17, 2 Senatus praescripserat, duas quisque foenoris partes in agris per Italiam collocaret, i. eius pecuniae, quam adhuc in foenore collocauerat. Nempe etiam in illis formulis, Foenore, vel In Foenus, vel Foeneri dare, Foenus exercere, Ponere numos in foenore, si audimus Gronouium Mantiss. P. V. p. 415 Foenus est ipsa Sors, de qua usurae soluuntur. Huc pertinet Plaut. Most. 3, 1, 34 Ab eo etiam argenti foenus creditum audio. Senec. de Benef. 4, 7 Foenus optime ponere et quaestuosissime habere. Et Epist. 17 Expectabisne foenoris quaestum, aut ex merce compendium? Sed hic locus ambiguus est. Pers. 6, 67 Foenoris accedat merces. Cic. Att. 6, 1 Foenus et impendium recusare, sortem et usuras. Vlpian. l. 9 ff. Mandati, Sed et si reum usuris non releuauit — vel si minoribus releuauit, ipse autem maioribus foenus accepit. Obseruat Gronou. l. c. p. 418 Foenus hoc sensu dici Vnciarium, Semiunciarium, Trientarium; usuras autem, per epexegetin Vncias, Semiuncias, trientes, ut besses, etc. ¶ 5 Fructus et Fetus terrae etiam Foenus uocatur, ut supra ex Festo uidimus, quod iam porro probandum est. Plin. 18, 17 l. 45 Babylone bis secant (segetem) tertio depascunt; alioquin folia tantum fierent. Sic quoque cum quinquagesimo foenore messes reddit exilitas soli: verum diligentioribus cum centesimo quinquagesimo. Idem 5, 4 l. 3 de Byzacio, Cum centesima fruge agricolis foenus reddente terra. Ouid. Fast. 1, 694 Hordeaque ingenti foenore reddat ager. Nempe ipse iam Cic. de Sen. 51 c. 15 de terra, Nec unquam sine usura reddit, quod accepit, sed alias minore, plerumque maiore cum foenore. Manil. 5, 273 Seminaque in foenus sulcatis credere terris. ¶ 6 Quoties crescit hoc nomen o habet in libris, puto, omnibus. Sed e quoque habuisse antiquitus, satis ostendunt deriuata Foenero, Foenerator, Foenebris, etc. Vid. Priscian. 6 p. 721 med. Vel. Longus p. 2233 pr.

FOENVS CVLVM, i. n. Dimin. [δανείδιον] Plaut. Pseud. 1, 3, 53 Inuenires mutuam: ad danistam deuenires, adderes foenuculum.

FOENERO, are; et **FOENEROR**, ari. [δανείζω] idem significant, nempe foeneri dare, vel foenore accipiendo exhaurire, vel denique foenus addere, s. lucrum afferre. Nullam enim esse illam recentium Grammaticorum inter Foenero et Foenerator differentiam, obseruauit Salmaf. de Usur. c. 1. it. Drakenb. ad Liu. 7, 42, 1. et ad Epit. 74. Foenerator, pro Foenero dici, monet Gell. 18, 12. Cic. de Amicit. 30 c. 9 Ut enim beneficii, liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam, nec enim beneficium foeneramus, etc. Editum quoque foeneramus. Idem de Offic. 2, 89 c. 25 ad quaestionem, Quid foenerari? Cato respondet, Quid hominem occidere? vid. Caton. de R. R. pr. Est interdum praestare — foenerari, si tam honestum fiet. Sen. Epist. 2 extr. Quid enim refert, quantum illi in arca, — quantum pascat aut foeneret, si alieno inuinet, etc. Et Ep. 41 Multum ferit, multum foenerat. Liu. 7, 42 pr. Praeter haec inuenio apud quosdam, L. Genucium Tribunum plebis tulisse ad populum, ne foenerare liceret. Al. Foenerari. Paull. in l. si vnus §. 1 D. pro socio, Si vnus ex sociis, qui non totorum bonorum socii erunt, communem pecuniam foenerauerit, usurasque perceperit, ita demum usuras partiri debet, si societatis nomine foenerauerit. Paullus in l. Caius D. de Usuris, Caius Seius, qui Reipublicam gerebat, foenerauit pecuniam publicam sub usuris solitis, etc. Passiue, Iustin. instit. §. 33 de actionib. Sed et pecuniae numeratae non in omnibus regionibus sub iisdem usuris foenerantur, i. in foenus dantur. Tralate: Ter. Phorm. 3, 2, 8 Foeneratum istuc beneficium tibi pulchre dices. Paulo post exponit, quid velit, dicens, Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Idem Adelph. 2, 2, 12 Metuisti, si nunc de tuo iure concessisses paullulum, atque adolescenti esses morigeratus, hostium homo stultissime, etc. ne non tibi istuc foeneraret. Vbi Donatus, Foeneratum, est Cum lucro redditum, et multiplicatum. Foeneraret ergo, non Aeschinus, sed res ipsa, in qua foeneratio est. Haec sapit, haec omnes foenerat vna deos Martial. 1, 77. i. foenus sibi dare cogit, de Minerua: nisi malis praestat utendor, conciliat. Foenerat sol lumen suum caeteris sideribus Plin. 2, 6. i. mutuo dat, impertit: de planetis. Cic. Verr. 2 c. 70 Idem praeterea pecunias istius extraordinarias grandes suo nomine foenerabatur. Idem Verr. 3, 169 c. 72 Si te pecuniam tuam, non Populi Romani in Provincia foeneratum docerem, tamen effugere non posses. Et Verr. 3, 165 c. 70 Primum quum posita esset pecunia apud eas societates, visse erat attributa, binis centesimis foeneratus est: quod ipse deinde hac interrogatione declarat, Quaero, pecunia publica ex aerario erogata, ex vestigalibus Populi Romani ad emendum frumentum attributa, fueritne tibi quaestui? pensitaritne tibi binas centesimas? Foeneratur ergo pecuniam, qui illam ea lege penes alium esse patitur, ut foenus: b. e. usuras eo nomine ipse accipiat: ut hic Verres pecuniam, sibi attributam ad frumentum, penes publicanos esse passus est, sed a publicanis foenore accepto, ut est n. 169. Cic. Parad. 6 Dimissiones libertorum, ad foenerandas et diripiendas Prouincias.

FOENERĀTVS, a, um. Depon. Ter. Phorm. 3, 2, 8 Foeneratum istuc beneficium pulchre dices, quod modo declarauimus ex Donato. Sed passiu. Scaeuola l. 47 §. 4 ff. de administrat. et peric. tutor. Si apparuerit pecunia (pupilli) foenerata a tutoribus, iudicio tutelae vncias usuras, an vero eas, quas stipulati. (sibi a debitoribus) sunt, praestare debeant.

FOENERĀTOR, ōris, m. [δανειστής, τοκιστής, χηρστής] Qui dat ad usuram, Graece Danista dicitur. Cic. Off. 1, 150 Primum improbantur ii quaestus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut foeneratorum. Vid. Gell. 16, 12. Cato ap. Cic. Off. 2 c. 25. Idem Cato de R. R. praef. Acerbissimi foeneratores Cic. Att. 6, 1. Foenerator Alphius Horat. Epod. 2, 67. Nec putant ei numos deesse posse, qui foeneratores ex obsidione exemerit Cic. Fam. 5, 6. Conf. Idem Att. 7, 7.

FOENERĀTRIX, icis, f. Valer. Maxim. 8, 2, 2 de C. Visellio, Ex amica obsequenti subito districtam foeneratricem agere coepit, i. duram exactricem.

FOENERARIVS, i, m. Idem, quod Foenerator. Firmic. 3, 8 extr. Faciet delatores, absconfos, subdolos, malitiosos, maleficos, foenerarios.

FOENERATIO, ōnis. f. [*δανεισμός*] Cic. pro Flacc. 56 c. 23 Haec pecunia ab honoribus translata in quaestum et foenerationem, recuperata est multis post annis. Sic Publicae pecuniae foeneratio, impudentissimum furtum, et certissimum peculatus est Cic. Verr. 3, 168 c. 72. Add. Idem de Fin. 2, 117 c. 35.

FOENERATO. Adu. [*δανειστικός*] Plaut. Asin. 5, 2, 52. Idem Men. 4, 2, 40 Nae illam mecastor foenerato abstulisti: h. e. hoc furtum magno tibi constabit.

FOENERATICIVS, a, um. Adi. [*δανειστικός*] Vt, Res foeneraticia, quae data est foenori, siue accepta, aut ad foenus pertinet. Laudatur Pecunia foeneratica Val. Max. 1, 11. Sed non inuenio. Foeneraticiae cautiones sunt l. vlt. C. de pactis conu. Instrumentum l. 14 §. 2 C. de non num. pec.

FOENERATORIVS, a, um. Adi. [*δανειστικός*] Val. Max. 2, 6, 10 Auara et foeneratoria Gallorum philosophia. Foeneratorios, Substantiue, pro Foeneratoribus posuit Iul. Firmic. 3, 8.

FOENERALIA, ōrum. n. [*τοκιστεία*] Volebant viri quidam docti, Tempus, quo foenus cessabat, et finiebatur, reddebaturque pecunia. Liu. 35, 7 Instabat enim cura alia, quod ciuitas foenore laborabat; et quum multis foenebribus legibus constricta auaritia esset, via fraudis inita erat, vt in socios, qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent. Ita libero foenore obruebant debitores; cuius coercendi quum ratio quaereretur, diem finiri placuit, Foeneralia, quae proxime fuissent; vt qui post eam diem socii ciuibus Romanis creditissent pecunias, profiterentur; et ex ea die pecuniae creditae, quibus debitor vellet legibus, ius creditorum diceretur. Sed recte hodie Feralia legitur. Vid. Gronou. et Drakenb.

FOENEBRIS, e. Adi. [*τοκιστικός*] Ad foenus pertinens. Vt, Foenebres leges, vid. modo FOENERALIA. Festus. Tacit. Ann. 6, 16 Sane vetus vrbis foenebre Malum. Paullus in l. praesidis 34 D. si cert. petat. Praesidis Prouinciae officiales, qui perpetui sunt, mutuum pecuniam dare, et foenebrem exercere possunt. Praeses Prouinciae mutuum pecuniam foenebrem sumere non prohibetur. Conf. Sueton. Claud. c. 41, 3. et Calig. c. 41. Liu. 7, 21 Inclinatorum seniel in concordiam animis, noui COSS. foenebrem quoque rem, quae distingere vnanimis videbatur, lenare aggressi, solutionem alieni acris in publicam curam verterunt.

F O E T

FOETEO, ēre. [*κινάειν, βρωμάομαι*] Male olere. Plaut. Asin. 5, 2, 44 Dic amabo, an foetet anima vxori tuae? Idem Cal. 3, 6, 7 Foetet tuus mihi sermo. Martial. 5, 4 Foetere multo Myrtale solet vino. Idem 1, 29 Hesterno foetere mero.

FOETENS, entis. Partic. Aimmian. 22, 7 Foetentes Iudaei. Vid. locum Saluiani, quem statim damus in FOETIDVS.

FOETESCO, ēre. Isidor. Orig. 20, 3. Aqua foetescit vetusta.

FOETIDVS, a, um. Adi. [*δυσωδής, βρωσμός*] Male olens. Plaut. Merc. 3, 3, 13 Quum sis iam aetatis plenus, anima foetida, nex hircosus. Idem Capt. 4, 2, 33 Tum piscatores, qui praebent populo pisces foetidos. Apud Cic. in Pison. 13 c. 6 Foetidum os. Comparat. Cels. 3, 2 Foetidiore deiectiones. Superlat. Saluian. de Gub. Dei 1 p. 36 Foetidissimo ceparum atque alliorum amore aegrescentes.

FOETIDITAS, ātis. f. [*κινάειν, βδελυγμία*] pro Foetore. Sen. Epist. 110 At mehercule ista solicite scrutata, varieque condita, quum ventrem subierint, vna atque eadem foetiditas occupauit. Al. Foeditas.

FOETIDO, āre. Foetidum reddere. Pareus hoc verbum asseruit Plauto Merc. 3, 3, 13 Ieiunitatis plenus animam foetidas. Gronou. Anima foetida, vid. FOETIDVS. Conf. Reines. Var. Lect. 2, 8. et 3, 18.

FOETOR, ōris. m. [*δυσωδία, βδελυγμός*] Colum. 12, 18 Cella quoque vinaria omni stercore liberanda, et bonis odoribus suffianda, ne quem redoleat foetorem, acoremuc. Plur. Plin. 28, 8 Foetores oris emendare.

FOETEROSVS, a, um. Adi. Zeno Veron. Panni foeterosi. Idem, Prandia foeterosa.

FOETULENTVS, a, um. Adi. Arnob. 7 p. 225 Huic ouilla foetulenta sunt viscera. Apul. Apol. p. 410, 3 Floridi, Nihil in se sordidum sinere, nihil vsquam corporis immundum pati ac foetulentum. Al. faeculentum, de quo sub FAEX.

FOETULENTER. Adu. Veget. 3, 4 Foetulenter mingere.

FOETVTINAE, ārum. f. Pl. Loca foetida. Gell. 13, 20 ex persona Probi Valerii, Si aut versum pangis, aut orationem solutam struis, — non finitiones illas praerancidas, neque foetutinas Grammaticas spectaueris; sed aurem tuam interroga. Non. 1, 320 Moletrina — vt foetutina. Apul. Apol. p. 278 Semper in foetutinis et olenticetis suis iacet.

FOETIFER, FOETIFICO, etc. vid. infra in FOETVS.

FOETVS, (melius FETVS, vid. FEO) ūs. m. [*γονή, γέννημα, κύημα, έκγονον, έμβρυον, βλάστη*] Partus animalium, et aliarum rerum, unde aliquid nascitur. Plin. 7, 3 Legimus mulierem Aegyptiam binos foetus quater enixam. Idem 8, 18 Totus tigridis foetus, qui semper numerosus est, ab insidiatore rapitur equo. Et 10, 31 Oscines praeter exceptas, non temere foetus faciunt. Sed sunt etiam Arborei foetus Virgil. Georg. 1, 55. Idem Georg. 2, 429 Nec minus interea foetu nemus omne grauescit. Virg. Georg. 1, 195 Grandior vt foetus siliquis fallacibus esset. Adulti Quinctil. 2, 6 Adultos educunt foetus Virgil. Georg. 4, 163 de apibus. Dubii Plin. 10, 31. Dulces foetus et pabula laeta Lucret. 2, 1159. Emortui foetus Scribon. 169. Frugiferi Lucret. 6, 1. Grauidi Ouid. Met. 8, 294. Lactifici foetus telluris Lucret. 1, 194. Maturus edere foetus Ouid. de Nuce 93. Teneri, infirmique Quinctil. 2, 6. Vitales Plin. 10, 31.

¶ 2 Formulae Verborum: Abigere foetum, vid. ABIGO. Auferre foetum vberibus, vid. AVFERO. Decerpere foetus arborum Plin. 4, 12. vid. DECERPO. Depellere foetus ouium teneros Virgil. Ecl. 1, 22. i. a lacte remouere. Seruius. Dare foetum Idem Georg. 2, 442. Edunt foetus nixibus Virgil. Georg. 4, 199. Edit foetus meliores et grandiores ager non semel aratus, sed nouatus et iteratus Cic. de Orat. 2, 131 c. 30. Apul. Met. 10 p. 249, 38 Vt si sexus sequioris Edidisset foetum. Facere foetus Plin. 10, 31. Cic. de N. D. 2, 128 c. 51 Quae multiplices foetus Procreant, vt fues, vt canes, his mammarum data est multitudo. Profunduntur nobis terrae foetus Cic. de Legib. 1, 25. Pubescit vinea foetu Virgil. Georg. 2,

05390. Trahit foetus emortuos Scribon. 169. ¶ 3 For-

mae aliae: Cic. Tusc. 5, 68 c. 24 Ex quo triplex ille Animi foetus existet: vnus in cognitione rerum positus, etc. Id. de Clar. Orat. 182 Sic omnis foetus repressus, exustusque flos siti veteris vbertatis exaruit, de oratoribus. Columel. 8, 4 de cibariis gallinarum, Vina- cea quamuis tolerabiliter pascant, dari non debent, nisi quibus tem- 5 poribus anni auis foetus non edit: nam et partus raras, et oua fa- ciunt exigua. Sed quum plane post Autumnum cessant a foetu, pos- sunt hoc cibo sustineri. Quod hic ait Foetus edere, c. 3, et rursus c. 5 frequenter dicit Oua edere, et Partum edere. Pro Foetura: Cic. de Fin. 3, 62 Atque etiam in bestiis vis naturae inspicitur potest, 10 quarum in foetu et in educatione laborem quum cernimus, naturae ipsius vocem videmur audire. Plaut. Amph. 1, 2, 25. et 3, 1, 18 Vno foetu, i. vno partu. ¶ 4 Foetus etiam Generis Neutrius esse vult Bernard. Martinus V. L. 1, 5 utiturque loco Varronis ap. Gell. 3, 10 vbi Gronou. dedit, Quod eius virile secus futurum est: et al- 15 tero Apul. Met. 10 p. 249, 38 vt si sexus sequioris edidisset foetus, Sic quidem Beroald. Sed al. foetum.

FOETVS, siue **FETVS**, a, um. Adi. [*ἔγκυος, ἔγκύμων, τοκός*] Seruius: Foeta dicitur et Grauida, et Partu liberata. Censorin. c. 11 Post Partum quadraginta diebus pleraeque foetae grauiiores sunt, nec 20 sanguinem interdum continent. Sic Varroni R. R. 2, 10, 8 Foetae sunt mulieres, etiam stolatae, quae pepererunt. Ager foetus Ouid. Fast. 1, 662. i. Grauidus. Canis foeta Plaut. Most. . . Colla serpentis foeta veneno Sil. 17, 448. Loca foeta furentibus Austris, i. plena Virg. Aen. 1, 55. Luridae foetae, vid. **LVRIDVS**. Idem 25 Ecl. 1, 50 de ouibus, Non insueta graues tentabunt pabula foetas. Vbi Seruius, Foetas Accusatiuus pluralis est, quasi graues: id est graui- das, scilicet non enixas. Sed vidimus grauiiores dictas esse etiam foetas, quae pepererunt, apud Censorin. c. 11. Sed Colum. 7, 6, 5 Foetae caprae nocet frigus, quia conceptum vitiat. Add. Idem 8, 11, 5 vbi 30 sic foeta Pauo accipitur. Rursus Virgil. Aen. 8, 630 Feccerat et viridi foetam Mauortis in antro Procubuisse lupam. Contra, Aen. 2, 238 Scandit fatalis machina muros Foeta armis, b. e. armatis viris prae- gnans et grauida. De equo ligneo loquitur, in quo Graeci erant inclusi. Sil. 11, 203 Multa foeta gerens ira praecordia Poenus. Foeta, i. plena: 35 de Annibale verba facit, qui vehementer irascebatur Decio. Pecus foetum Virgil. Ecl. 3, 83. Praecordia foeta belli, velut grauida bello Sil. 17, 380. Terra foeta frugibus Cic. de Natur. Deor. 2 c. 62. Sed Columel. 6 c. penult. sub fin. Equa quum ex asino conceptum edi- dit, partum sequenti anno vacua nutrit: id enim vtilius est, quam 40 quod quidam faciunt, vt et foetam nihilominus admissio equo im- plicant. Idem 7, 3 ad fin. Opilio neque tardiores, et grauidas, dum cunctantur: neque agiles, et foetas, dum procurunt, separari a caeteris sinat. Hic manifeste Foetas, Grauidis opponit. Vaccae foetae Virgil. Georg. 3, 176. ¶ 2 In MSS. confunditur 45 cum Lactus: vid. **Burm.** ad Nemesian. Ecl. 3, 37.

FOETOSVS, a, um. Adi. Idem, quod Foetus. Vt, Oues foeto- fae Sarisb. 8, 17. et Vulg. Psal. 143, 13.

FOETVSVS, a, um. Adi. [*ἔγκυος*] Quod saepe fuit foetum, effoetum. Hieronym. contra Iouinian. . . . Lippientem iam 50 deformem, atque foetuolum Synagogae typum praetulisse. Retinet hoc nomen u, quoniam Foetus est quartae Declinationis. Sic, Sumtuosus, fructuosus, luctuosus, actuosus, quaestuosus.

FOETVRA, ae. f. [*κίνησις*] Genitura et pariendi tempus. Varro de R. R. 2, 1, 18 Nunc appello foeturam a conceptu ad partum; hi 55 enim praegnationis primi et extremi fines. Aetas foeturae habilis Virg. Georg. 3, 62. Ad sustinendum foeturae onus Pall. Febr. 26, 1. Foetura domino suo decoxit, vid. **DECOQVO**. Volucrum nutri- tor equorum, Cui foetura gregem pecoroso vere nouauit Stat. Theb. 10, 229. Hic Foetura, Animalium proventus, siue Foetus ipse est. 60 Ita Virg. Ecl. 7, 36 Si foetura gregem suppleuerit, aureus esto. Vbi Seruius, Si tot agnos habuero, quot oues; hoc enim est gregem sup- pleri per foeturam. Foetura enim est proventus, id est ipse foetus Plin. 10, 53 extr. Optima foetura est post vernum aequinoctium. Add. Columel. 7, 6. Foeturam ad Opus suum transtulit Plin. quum 65 dicit in ipso statim initio praef. Opus natum apud me proxima foetura, licentiore epistola narrare constitui. Varro 2, 10, 6 Quod ad foe- turam humanam pertinet pastorum, qui in fundo perpetuo manent, facile est, quod habet aut conseruam in villa.

FOETVRATVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Valent. c. 25 Se- 70 men foeturatum in corpore.

FOETIFICO, are. [*κτέω, λοχέω*] Foetum facere, parere. Plin. 10, 8 Accipitres totius Massiliae humi foetificant. Id. 9, 38. Solin. c. 22 extr. de Thymano, In ponto, nec alibi paene foetificant.

FOETO, are. [*λοχέομαι*] Idem, de auibus. Columel. 8, 15 75 sub fin. Circa paludes, in quibus plerumque foetant. i. Oua ponunt. Ibid. 8 et 12.

FOETIFICVS, a, um. Adi. [*κρητικός*] Vt, Foetificus humor Plin. 9, 51.

FOETIFER, a, um. Adi. Idem. Plin. 7, 31 Vbi foetifer po- 80 tu Nilus, qui foecundas facit inde bibentes.

F O L

FOLIVM, i. n. [*φύλλον, πτερόν*] Est tam Arborum, quam 85 Herbarum et Florum; a Graeco venit, inquit Festus, quod illi φύλ- λον dicunt. Simpliciter autem L, ideo scribitur, quod antiqui conso- nantes non geminabant. In arboribus truncus, rami, folia Cic. de Orat. 3, 177. Id. Att. 8, 15 Qui ipsi pluma aut folio facilius mo- ventur. Haec vox κατ' ἐξοχήν de Malabathro dicitur. Scribon. 106. 90 it. Pallad. Ian. 18. Quod et interdum Folium barbaricum nuncupatur, vt l. 16 §. 7 de Publ. Vectig. Conf. Bynckersb. Obseru. 4, 5 p. 352. et vid. **FOLIATVM**. Folia nunc cadunt, praecut si triduum hoc hic erimus: tunc arbores in te cadent Plaut. Men. 2, 3, 24. i. hoc par- 95 um quiddam et leuiculum est, prae his, quae fiunt postea Folia sunt artis et nugae merae Apul. Met. 1 p. 106, 8. in simili comparatione, et ex- aggeratione. Acanthi folia, vid. **ACANTHVS**. Aculeata folia aquifolio, et ilicum generi Plin. 16, 24. qui est quasi classicus locus de foliis, saepius ob eam causam hic excitandus. Aculeata per extremi- tates Id. 24, 12. Acuta Id. 20, 21. Aduersa in se, vid. sub **AD-** 100 **VERTO**. Aeterna, i. Non decidens Plin. 21, 17. Amara Id. 27 c. vlt. Amplum Id. 24, 15. vbi de **Cbamaeleuce**. Amygdala- ceum Id. 26, 11. Angulosa Id. 19, 5. Angusta Id. 25, 8. et 20, 22. Argenteum, vid. **ARGENTVM**. Cic. in Pison. 97 c. 40 Ex illo fonte et Seminario triumphorum cum arida folia laureae retu- 105

- liffes. *Hic figura est de triumpho inani.* *Proprie pro fomite erant*
 Folia arida. Val. Fl. 2, 449 Strictis alius de cautibus ignem ostendit
 foliis, et sulfure pascit amico. Asperum Plin. 19, 5 *ubi de Epimenidio.*
 et 22, 18. Breuia Id. 16, 6. Canaliculata, *vid.* Canaliculatus,
 5 *in* CANALIS. Capillaceum Plin. 13, 25. Capillata pino Id.
 16, 24. Carnosa Id. 16, 6. et 27, 13. Circinata pyro Id. 16, 24.
 Concaua, *vid.* CONCAVVS. Concaua cepae Plin. 19, 6. Con-
 cauum folium vt coxendices Id. 25, 13. *ubi de Cotyledone.* Constri-
 ctius angustiusque Id. 21, 10. *ubi de Conyza.* Conuexa in terram
 10 Id. 25, 10. Crassa alno Id. 16, 24. Crassa Id. 25, 10 et 27 c. vlt.
 Crispa Id. 19, 5 et 8. Decidua Id. 16, 24. et 18, 25 extr. Densa
 Id. 27 c. vlt. Densissima Id. 20, 9. Disposita myrto Id. 16, 24.
 Echinata, pingua, tactuque gummosa Id. 22, 9. Exilia Id. 20, 17.
 Extenta, quibus opponuntur Crispa Id. 19. et 8. Fimbriata Id. 21, 15
 15 *ubi de Vrtica.* Flauescentia dum cadunt Idem 16, 6. Fruticosa
 Plin. 19, 5. Fusca Idem 22, 21. *ubi de Adianto.* Gracile Id. 19,
 8. *ubi de Sinapi.* Grandia Plin. 20, 9 et 21. Graua Id. 16, 6.
 Gummosa tactu Id. 22, 9. Harundinaceum Plin. 18, 7. Hirsuta
 Idem 20, 9. et 22, 22. Horrida Id. 19, 5. Horrida angulis Ibid.
 20 Imbricatum Plin. 21, 10. *ubi de Conyza.* Implicatum, *vid.* IM-
 PPLICICO. Incisurae foliorum plures Plin. 25 c. vlt. extr. In-
 ordinata sunt folia pomis, *vid.* INORDINATVS. Labentia ven-
 tis Virg. Georg. 2, 133. Laciniosa, *vid.* LACINIA. Laeuia
 Plin. 19, 5. et 20, 9. Languidiora Idem 22, 20. Languida Sen.
 25 Thyest. 2. Lata folia e caule exeuntia Plin. 20, 9. Laurina,
vid. LAVRVS. Longa Plin. 16, 6. Luxuria foliorum exuberat
 umbra Virg. Georg. 1, 191. Minuta Plin. 12, 24 *in fine.* Mo-
 bilia Hor. Carm. 1, 23, 6. Mollia Virg. Ecl. 5, 31. Plin. 19, 8.
ubi de Lepidio. Mordacia vrticae Idem 16, 24. Mordacia vrti-
 30 cis, *vid.* MORDEO. Mucronata, *vid.* MUCRO. Nigra Plin.
 25, 8. et 20, 9 *in fine.* Oblonga Idem 27, 5. et 12, 2. Odo-
 rata Id. 22, 22. Oleacea, *vid.* OLEACEVS. Pampinosa,
vid. Pampineus *in* PAMPINVS. Perforata crebro Plin. 27, 12.
 Pilosa Id. 25, 10. et 27, 9. Pingua et simplicia, atque non rigenti-
 35 tia Id. 16, 10. Plin. 27 c. vlt. Smyrnion caulem habet apii, folia
 latiora, et maxime circa stolones multos, quorum a sinu exsiliunt
 Pingua, ad terram infraeta. Id. 25 c. vlt. Folia carnosae, pingua,
 largo succo, latitudine pollicari, alia in terram conuexa, alia stantia.
 Pinnata Id. 27, 9. *ubi de Filice.* Pinnato folio densa abies Id. 16,
 40 10. Plumosa Plin. 25, 6. *ubi de Eupatoria.* Porracea Idem 20,
 9 *ad fin.* Praegnantia, *i.* Succu plena Id. 25 c. vlt. Praetenuae ca-
 pillamenti modo folium, longumque et mucrone aculeatum habent
 pinus atque pinaster Plin. 16, 10. Procera Idem 16, 6. Pusilla
 Id. 25 c. vlt. Pungentia pino Plin. 16, 24. Quinque vel sex fo-
 45 lia Scribon. 133. Ramosius Plin. 21, 10. *ubi de Conyza.* Ramu-
 losa Idem 16, 24. Rariora ficioraque piceae folia, et tenuiora,
 ac magis argentia Id. 16, 10. Rotunda, in terra iacentia Plin. 25
 c. vlt. Rubra Idem 20, 21. Sanguinea irioni Id. 18, 7. Sca-
 bra sunt hordeo folia, caeteris leuia Plin. 18, 7. Scabra Id. 19, 5.
 50 Credite, me vobis folium recitare Sibyllae Iuuenal. 8, 126. Simplicia
 Plin. 20, 9. Sinuosa lateribus Idem 16, 6. Sinuosa toto am-
 bitu folia robori Id. 16, 24. Sordida Plin. 25, 13. *ubi de Cotyle-*
done. Spinosa cardui Idem 20, 23 *sub fin.* et 22, 7. Spinosa cute
 folia rubo Id. 16, 24. Spinosa Plin. 27, 8. *ubi de Cirsio.* et c. II.
 55 *ubi de Hypoglossa.* Suauia Idem 19, 6. Subalbida Id. 21, 25.
Vid. Subalbidus, *in* SUBALBICO. Succosa Plin. 25 c. vlt.
 Tenuia Idem 19, 5. et 22, 20. Triangula Id. 26, 8. Trienta-
 lia Plin. 27, 5. *ubi de Aspleno.* Tristiora Idem 19, 5. Varia
 Id. 12, 24 *in fine.* Venosa Plin. 25, 10. *Vid.* Venosus, *in* VENA.
 60 ¶ 2 Verborum formulae: Amisisse dicitur arbor folia, Cadunt folia
 arborum, Decerpere folia, *vid.* bh. vv. Decidunt arbori folia
 Plin. 16, 21. Demittere folia Id. ibid. Deperdere folia Id. 16,
 22. Dimittere folia Plin. 16, 13. Exire in folia, Emittere folia
 Idem 23, 7. Mittere folia, *vid.* MITTO. Vt siluae foliis pro-
 65 nos Mutantur in annos, Prima cadunt Hor. A. P. v. 60. Ornata
 arbuta tegmine foliorum Cic. in Arat. Oscitant folia ad solem
 Plin. 16, 24. Septi pulli tegmine foliorum Cic. de Diuin. 2, 23.
 Vesci foliis amaris Hor. Serm. 2, 3, 114. Viduantur omni foliis Id.
 Carm. 2, 9, 8.
- 70 FOLIACEVS, a, um. Adi. [*πρωλοειδης*] Quod ex foliis fa-
 ctum est, vel Foliis simile. Plin. 19, 7 Paucis foliacea et lata, vt
 atriplici sunt semina.
- FOLIATVS, a, um. Adi. Apul. Met. 4 *init.* Arbores prolixae
 foliatae. Pallad. 4, 10 Rami foliati. *de Citro.*
- 75 FOLIATVM, i. n. Unguentum, quo matronae Romanae utebantur
 ad gratiam et delicias, dictum a foliis malobathri, quae plurima recipit.
 itaque etiam Malobathrinum dicebatur. Martial. 11, 28 At mea me
 libram foliati poscat amica. Conf. Plin. 13, 1. et Barb. ad Claud. in
 Eutrop. 1, 226.
- 80 FOLIATIO, onis. f. Germinatio. Columellae tribuitur.
- FOLIATVRA, ae. f. Ratio et modus foliorum. Vitruu. 2, 9
 de Cedro, Arboris eius sunt similes cupressae foliaturae.
- FOLIATILIS, e. Adi. Fortunat. de Vita Martini 4, 535 Vento
 motus iners simulans foliatilis umbrae.
- 85 FOLIOSVS, a, um. Adi. [*φωλλώδης*] Foliis plenus. Plin. 24,
 15 Chamaecisso spicata est tritici modo, ramulis quinque fere, foliosa.
 Idem 21, 15. et 12, 11 Foliosior tamen roseique floris. et 25, 13.
- FOLLIS, is. m. [*φύσα, φύλαξ*] Quidquid ex corio factum est,
 vt impletur: cuiusmodi Saccus, crumena, et alia. Iuuen. Sat. 14,
 90 281 Vt tenso folle reuerti Inde domum possis. Idem 13, 61 Si red-
 dat veterem cum tota aerugine follem. Conf. Plaut. Aul. 2, 4, 23
 Cum it dormitum, follem obstringit ad gulam, — ne quid animae
 forte amittat dormiens. ¶ 2 Instrumentum, quo concipitur
 ventus atque emittitur ad ignem excitandum. Virg. Aen. 8, 449 Alii
 95 ventosis follibus auras Accipiunt, redduntque. *Vid.* Id. Georg. 4, 171.
 et Cic. de N. D. 1, 54. Fabrilis Liu. 38, 7. Hircini Hor. Serm.
 1, 4, 19. Caui spirant mendacia folles Iuuen. Sat. 7, 111. Folles
 per metaphoram appellat Ora caudicorum, qui lucri cupiditate falsas
 agunt causas, in quibus effundunt magnas offas mendaciorum. ¶ 3
 100 Pilae genus ex pelle vento inflata compositum, qua pugiles antiqui uteban-
 tur. *Vid.* Mercurial. Art. Gymnast. 2, 5. et 5, 4. Buleng. de Lud.
 Vet. c. 9. Martial. 14, 47 Ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit
 aetas: Folle decet pueros ludere, folle senes. Plaut. Rud. 3, 4, 16
 Follis pugillatorius. Follis ventris, pro Stomacho: *vid.* VENTER.
- 105 ¶ 4 Pro ipsa tandem Pecunia coepit accipi et ad Aes, Argentum, at-

que Aurum significandum adhiberi. De cuius valore vid. Gronou. de Pecun. Vet. 4, 13 et 16. ¶ 5 Follis etiam Puluillus dicebatur, qui sedentibus subiectus, non tomento aut pluma inferciebatur, sed vento impletus. Lamprid. Heliog. c. 25. Vid. ibi Casaub. conf. Rhodig. Ant. Lect. 28, 8. vel Lex. Pitisc.

FOLLICVLVS, i. m. Dimin. [Φυλλόκιον] Sacculus, de iisdem rebus, de quibus Follis, dicitur. Auēt. ad Heren. 1, 23 Malleolus iudicatus est matrem necasse: eo damnato, statim folliculo lupino os obuolutum est. Cic. de Inuent. 2, 149 c. 50. Liu. 9, 13 Caeterum adeo exigue (comueatus suppeditabantur,) vt eques folliculis in castra ab Arpis frumentum veheret. In arboribus: Plin. 13, 6 Fert et folliculos emittentes quaedam animalia. de terebintho. ¶ 2 Pila vento intumescens. Suet. in Aug. c. 83 Post bella ciuilia, ad pilam primo, folliculumque transiit. ¶ 3 Theca frumenti, vel lini, vel cuiuslibet alterius rei, quae granum continet inuolutum. Columel. 2, 8 Quoniam folliculum quo continetur, firmum et durabilem aduersus longioris temporis humorem habet. Ex Sen. Epist. 124 apparet esse Pelliculam, vt ita loquar, e qua spica nascitur: Est aliquod bonum tritici, inquit, hoc nondum est in herba latente, nec quum folliculo se exferit spica mollis, sed quum frumentum aetas et debita maturitas coxit. Idem Quaest. Nat. 5, 18 Nisi esset quod latentem frugem ruptis velamentis suis, quae folliculos agricolae vocant, adaperiret. ¶ 4 Theca seu pellicula acinorum uuae. Columel. 12, 43 Tum vinaceorum pes bene praelo expressus proruit, et modice separatis scopionibus, resolutaque intrita folliculorum in dolio substernitur. ¶ 5 Folliculum pro corporis humani Cute accepit Lucil. 26 Et quo folliculo nunc sum indutus non queo apud Non. 2, 327. Arnob. 2 p. 98 In carunculae huius folliculo constituti.

FOLLICVLARE, Pars remi, quae folliculo tecta est, a quo Vita follicularis dicta est. Fest.

FOLLITIM. Adu. [Φυλλοκλήδων] Seruus astutus Plaut. Epid. 3, 2, 4 Nihil moror vetera et vulgata verba Peratim ductare (auferre per fallaciam quidquid est in pera, quae tenuium est ad usus quotidianos) at ego follitim ductitabo, folles et fiscos argenti auferam.

FOLLEO, ēre. Hieron. ad Eustoch. Epist. 22 c. 12 Si pes laxa pelle non folleat. Salmasius mauult Follare. Nam

FOLLATVS, a, um. Inflatus, tumens. Vt, Calcei follati Isidor. 19, 34. et Vela follata Salmaf. de Pallio p. 199.

FOLLICO, āre. Follium more reciproco spiritu nares agito. Chamaeleon follicans, ruminat, de vento cibus est Tertull. de Pall. c. 3. ad Eustoch. Epist. 22 c. 14. Apul. Met. 9 p. 222 Nares follicantes languidas. Est item Follium laxitatem et cavitatem imitari: Vnde Hieron. Caligas monachorum follicantes dixit, quales hypocritas gestare ait, vt humani cultus contentores videantur.

FOLLICŌSVS, a, um. Adi. Folliculis refertus. Vt, Papauer follicosum Apul. de Herb. c. 53.

F O M et F O N

FOMENTATIO, FOMENTVM, FOMES, FOMITO, vid. FOVEO.

FONES, Dii siluatici in Gloss. Isidor. Conf. Mart. Capell. 2 p. 41. Idem forte, qui Fauni: nisi plane ex hoc corrupta vox. Alii apud Capellam legunt Fines, quod non displicet Grotio.

FONS, fontis. m. [πηγή, κρήνη, πίδαξ] A Fundendo dicitur, inquit Festus. Plin. 12, 1 Nunc est arbor clara in Lycia gelidi fontis socia amoenitate. Aufonius Vrb. 14, 29

Salue Fons ignote ortu, sacer, alme, perennis,

Vitree, glauce, profunde, sonore, illimis, opace.

Salue, vrbis genius, medico potabilis haustu, etc.

Aquae dulcis fons Syracusis est, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium Cic. Verr. 4, 138 Aquae iucunde olentis fons Plin. 31, 3. Origines fontium Hor. Carm. 4, 14, 45.

¶ 2 Epitheta: Absconditus, vid. mox Aperire. Acidalis, vid. ACIDALIA. Amoenus Lucret. 4, 1018. Augustus, vid. h. v. Argentus fons nitidis vndis Ouid. Met. 3, 407.

Caballinus, vid. CABALLVS. Conspicuis in planitie, vid. h. v. Ouid. Met. 2, 273 Contractosque vndique fontes. Egregius Iuuen. Sat. 12, 41. Frigidi Cels. 4, 4. Gelidi Virg. Ecl. 10, 42.

Illimis Ouid. Met. 3, 407. Instabilis, vid. INSTABILIS. Integri, i. Ilibati Lucret. 1, 926. Irriguus Virg. Georg. 4, 32.

Largi Lucan. 9, 610. Medicati Cels. 4, 4. Montani Lucan. 2, 485. Muscosi Virg. Ecl. 7, 45. Nobiles Hor. Carm. 3, 13, 13.

Pellucidus Ouid. Met. 3, 161. Perennis, vid. PERENNIS. Perspicuus Claud. de Rapt. Proserp. 3, 253. Putealis Columel. 11, 3.

Rapidus Sen. Herc. Oet. 5. Ouid. Met. 2, 464 I procul hinc dixit, nec sacros pollue fontes. Spumiger Id. ibid. 11, 140. Viui Id. ibid. 3, 27.

¶ 3 Verbis iungitur istis. Auēt. ad Her. 4, 9 c. 6 Si, qui se fontes maximos penitus absconditos Aperuisse dicat, et hoc sitiens quam maxime loquatur. Aspergere ex fonte, vid.

ASPERGO. Martial. 9, 102 Multum, crede mihi, refert a fonte bibatur, Qui fluit, an pigro quae stupet vnda lacu. Corruptere fontes, vid. CORRUMPO. Exsiliunt fontes Plin. 2, 103 ad fin.

Manare fontibus, vid. MANO. Nascuntur fontes decisis plerumque siluis, quos arborum alimenta consumebant Plin. 31, 4. Obstreunt fontes manantibus lymphis Hor. Epod. 2, 27. Oritur fons in monte, vid. ORIOR. Caes. B. G. 8, 41 Sub ipsius enim oppidi murum magnus fons prorumpbat. Suppressis fontibus aret fluvius Ouid. Met. 15, 280. Quinctil. 8, 3 An ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis ostenderit lilia et violas, et amoenos fontes Surgentes, quam vbi plena messis, aut graues fructu vites erunt?

¶ 4 Ponitur per translationem pro origine, causa, principio quouis. Cic. Tusc. 3, 26 Non rem ipsam causam atque fontem esse moeroris. Fons et caput philosophorum Socrates Id. de Orat. 1, 42 c. 10. Caput et fons rerum Hor. Epist. 1, 17, 45.

Scribendi recte sapere est et Principium et fons Id. de Arte Poët. 309. Incertus fons, vid. INCERTVS. Argumentorum fontes Cic. de Orat. 2. Id. ad Brut. 10 Nec in Senatu, sceleratissimorum Consiliorum fontes aperire dubitauit. Curarum fons Lucret. 3, 82. Eloquentiae fontes aperire Quinctil. 6, 1. Ingeniorum fons Homerus Plin. 17, 5. Ingenii exundans fons Iuuenal. Sat. 10, 119. Ingenii infocundus fons Ouid. Trist. 3, 14, 34. Luminis fons largus sol Lucret. 5, 282. Philosophiae fontes aperire Cic. Tusc. 1, 6. Vid. APERIO. Rerum fontes non videre, et riuiolos consecrari, 105

tardi ingenii est Cic. de Orat. 2, 117. Rerum omnium omnes fontes animo et memoria continere Id. ibid. 1, 94. Vid. CONTINEO. Veritatis certus fons Phaedr. 3, 10. Vitii et perituri fons Plaut. Truc. 2, 7, 51. A fonte deductio riuorum Cic. in Topic. 33. Ex eodem fonte haec omnia fluxerunt Id. de N. D. 3, 48 c. 19. Hauriant potius a fontibus, quam riuulos confectentur Id. Acad. 1, 7 c. 2. Patent vel inimicis fontes alicuius de *ICtis operam promiscuam nauantibus* Id. pro Muraen. 9. Id. Q. Frat. 3, 1 Tibi quod rogas, quoniam ipsi fontes iam sitiunt, si quid habebo spatii, scribam. i. quoniam nihil spei est in illis, unde peti solebat. ¶ 5 Obseruatt. Fontem pro Aqua posuit Virg. Aen. 12, 119 a parte totum, Alii fontemque ignemque ferebant. Gen. fem. apud Plaut. Stich. 5, 4, 26 Tibi propino decuma fonte, tu tibi inde. Sic edit. et MSS. Lipsius ita corrigit, Tibi propino decem: affunde tu tibi inde. Sed vetus Grammaticus, Ter. Scaurus apud Douzam ad b. l. obseruauit, fontem pro cratera, s. urna, esse femininum. Decuma fons itaque, et Inde, est Imperatiuus ab Indo, Ære. Sed varia conantur alii Fons solis, [*Κρήνη τῆς Ἡλίας*] in Cyrenaica sic dictus, quod Solis per cardines motu, calore et algore variatur. Meminere Diodorus, Arrianus, et Herodotus. Quid. Met. 15, 309 Medio tua corniger Ammon Vnda die gelida est, ortuque, obituque calescit. Hermolaus duos fontes huiusce ingenii illic esse credidit, Plinii auctoritate motus. Iouis, inquit, Ammonis fons interdiu frigidus, noctibus feruet. In Troglodytis fons Solis appellatur dulcis, et circa meridiem maxime frigidus: mox paulatim tepescens, ad noctis media feruore et amaritudine infestatur. Haec Plin. 2, 103. Add. Sil. 3, 669. Fons baptismi: Ambros. de Sacram. Venisti ad fontem, ingressus es, In vas nempe baptizandi descendebant. Vid. omnino Isid. 15, 4 Fons in delubris locus regenerantium est, in quo septem gradus in spiritus sancti mysterio formantur, tres in descensu, et tres in ascensu, etc. A librariis permutantur Fontes et Montes: Drakenborch. ad Sil. 5, 624.

FONTICVLVS, i. m. Dimin. [*πηγιδιον*] Plin. 31, 10 Lacus est nitrosus exsiliante e medio dulci fonticulo. Hor. Serin. 1, 1, 55 Magno de flumine mallem. Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere. Fonticulus, Vlcus cauterio excitatum ad deriuandos humores, apud Medicos.

FONTANVS, a, um. Adi. [*πηγαίος*] Quod ex fonte est. Plin. . . Fontanae aquae cyathos duos. Sic Columel. 12, 8 et 11. Quid. Fast. 1, 269.

FONTALIS, e. Adi. [*πηγαίος*] Idem. Plaut. Stich. 5, 4, 17 Vtrum Fontali, an Libero, imperium te inhibere mauis? Al. Fontinali.

FONTANA, ae. f. Substant. Fons. Innocent. de Caf. p. 233. 237. 245.

FONTANALIS, e. Adi. Idem. Vitruu. 8, 3 pr. Aquam siue fontem luci cuiusdam prope Roman Fontanalem dixit.

FONTANEVS, a, um. Adi. Idem. Solin. c. 50 extr. Enydros exsudat, vt clausam in eo putes fontaneam scaturiginem. Innocent. de Caf. p. 239 Fontanea pars.

FONTINALIS, e. Deus antiquis dicebatur, qui fontibus praeerat. Plaut. Stich. 5, 4, 17 Quid istud est prouinciae. S. T. vtrum Fontinali an Libero imperium te inhibere mauis? Fontali haec tenus lectum est, sed et trochaici versus dimensio, et Fontinalium sacrorum nomen, de quibus post, sic emendandum monent. Turnebus ¶ 2 Est et Fontinalis porta, de qua Liu. 35, 10 extr. eadem vt putant, quae Capena, quam madidam ideo vocat Iuuen. 3, 11.

FONTINALIA Festo; Fontinalia Varroni de L. L. 5, 3. Ferae erant fontibus dicatae, quibus et coronae in fontes conici, et putei coronari solebant.

FONTICOLA, ae. c. Qui fontes adorat. Cyprian. in Vit. S. Caes. Arel. Conf. Cluuer. Germ. Ant. 1, 34.

FONTIGENAE, arum. f. Pl. Musae, Nymphae. Mart. Capell. Carm. 6, 1 O sacra doctarum prudentia fontigenarum. Conf. 9 p. 308.

FONTIGER, a, um. Adi. Fontes habens. Vt, Numen fontigerum, pro Neptuno, in ara, undis et aquis dicata Romae apud Ferret. Mus. Lapid. p. 32.

FORTEIA Gens, unde Vestalis virgo, Fonteii soror, cuius causam egit Cicero in Orat. pro Font. 37 Prospicite, ne ignis ille aeternus nocturnis Fonteiae laboribus, vigiliisque seruatus, sacerdotis Vestae lacrimis extinctus esse dicatur. Eiusdem gentis sunt quorum mentio Cic. pro Dom. 35 et 77. Hor. Serin. 1, 5, 32. etc.

FORTEIANVS, a, um. Adi. Cic. de Arusp. Resp. 57 Forteanum nomen Clodio adoptato inditum.

F O R

FORA, orum. n. Pl. Vid. FORVM.

FORAGO, inis. f. Filum est, auctore Festo, quo textrices opus diurnum distinguunt: a Forando dictum. Nempe forando legendum ex MS. Vrsini, pro vulg. furando. Isid. Gloss. Forago trames diuersi coloris. Foragines puellarum Symmach. Epist. 6, 97.

FORAMEN, inis. n. [*τρήμα, τρύπημα, ὀπή*] Effectus s. opus forantis. Columel. de Arborib. c. 8 Cauatum foramen. Cic. Tusc. 1, 47 c. 20 Foramina illa, quae patent ad animum a corpore, (oculi, aures, etc.) callidissimo artificio natura fabricata est. Varro de R. R. 3, 12, 4 de fecunditate leporum, Fit saepe, cum habent catulos recentes, alios vt in ventre habere reperiuntur. Itaque de his Archelaus scribit, annorum quot sint, si quis velit scire, inspicere oportere foramina naturae, quae sine dubio alius alio habet plura. De eadem re Plin. 8, 55 Archelaus auctor est, quot sint corporis cauernae ad excrementa lepori, totidem annos esse aetatis. Varro intellexit foramina quibus pariant. Plin. 10, 70 Pisces quidem auditus nec membra habent, nec foramina. Auris foramen Scribon. 39. 42. Narium foramen Id. 47. Foramen ad excrementa corporis Plin. 11, 26. Inuisibilia foramina Cels. 1 praef. sc. corporis humani. Parua Lucret. 4, 938. Praeclusa Quinctil. 1, 11. Prima foramina Scribon. 21. in oculis. Summum foramen Scribon. 41. i. extremum, de aure. Tenue Ouid. Met. 4, 123.

FORAMINO, Ære. Vnde

FORAMINATVS, a, um. Quod foramina habet. Sidon. Epist. 2, 2 Foraminatus paries. Conf. Epist. 3, 5.

FORAMINOSVS, a, um. Adi. [*τρηματώδης*] Quod foraminibus abundat. Foraminosa caro Tertull. de Patient. c. 14.

FORARIA, ae. f. Appellatur Mulier, quae fructus villae venales, 105 poma, nuces, etc. defert in forum. Blond. Triumph. Rom. 9 p. 182 A.

V V V V 2

FORAS.

FORAS. Adu. [*ἔξω, ἐκτός, ὑποῦσε*] *Ad locum.* *Vt Foris in loco.* Cognatum et eiusdem originis est Foris ianua. Foras ire est per fores exire, foris esse est extra fores esse, Foris petere extra domum petere, etc. Plaut. Epid. 1, 2, 62 Adolescenti dic nostro herili filio, ne hinc foras ambulet. Dari foras scripta mea nolo, i. Promulgari 5 Cic. Att. 13, 22. Editus aër per os foras Lucret. 3, 123. Eiecta foras anima Id. 4, 915. Eminere foras Cic. in Somn. Scip. 21. Ire foras Hor. Epist. 1, 7, 31. Ouid. de A. A. 2, 280. Plaut. Casin. 5, 2, 52 Foras tacitus exeo cum ornatu quo vides. Exi foras, scelestè Ter. Eun. 4, 4, 1. Exire foras ex aedibus Lucret. 3, 773. 10 Ter. Adel. 5, 8, 26 Agelli hic sub vrbe est paullulum quod locitas foras. Vbi Donatus, Foras dixit, locum pro persona ponens: quasi diceret, Nescio cui alieno. Plaut. Amph. 4, 2 suppos. 2, 24 Fores enim clausit, ne Praeuorteretur foras. Proferre foras aliquid Cic. pro Cael. 57 c. 23. Prolicere pestem Id. in Catil. 2, 2. Protrudi 15 Phaedr. 5, 7. Spectare foras Sen. Epist. 12 post pr. de mancipio de crepito, mox morituro et efferendo. Vadere Phaedr. 4, 17. Vendere Plaut. Stich. 1, 3, 66. Vocari Id. Capt. 1, 2, 69.

FORIS. Adu. [*ὑποῦσι, ἐκτός*] *In loco, vel de loco.* *Vid. quae modo diximus in FORAS.* Cic. Off. 1, 76 Parui enim sunt foris 20 arma, nisi est consilium domi. Et pro Rosc. Amer. c. 47 Et domi dignitas et foris auctoritas retineretur. Extrinsicus et foris Cic. de Orat. 2, 163. Varro R. R. 3, 16 Foris pascuntur, intus fauos melle farciunt. Cic. pro Sulla 17 Ille relictus intus, expectatus foris. Nep. Dat. 6 Cum intra vallum et foris caederentur. Cic. de Fin. 25 3, 24 c. 7 Vt in ipsa arte inquit, non foris petatur extremum, id est artis effectio. *Vid. mox Delata ad se foris.* Foris occludere fores Plaut. Most. 2, 1, 58. Foris, pro Extra patriam Iustin. 2, 4, 20. Id. 31, 5, 8. Foris est Plaut. Merc. 1, 1, 18. Ter. Eun. 5, 4, 12 Quae dum foris sunt, nihil videtur mundius. Abstrudere foris, 30 *vid.* **ABSTRUDO.** Cic. de Inuent. 2, 71 Assumptiua igitur tunc dicitur, quum ipsum ex se factum probari non potest, aliquo autem foris adiuncto argumento defenditur. Assumi foris argumenta, et Ex sua vi atque natura, contraria Id. de Orat. 2, 163. Coenare foris Plaut. Stich. 1, 3, 36. Sic Cic. Fam. 7, 16. et 9, 24. Idem in 35 Partit. 48 Illa vero indigent; nec eo dicuntur sine arte, quod ita sunt, sed quod ea non parit oratoris ars, sed foris ad se Delata, tamen arte tractat, et maxime in testibus. Effusus foris margo concharum quarundam Plin. 9, 33. Ter. Phorin. 5, 1, 19 Verum istoc de nomine eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris 40 effutiretis. Est animus foris Plaut. Merc. 3, 4, 2. Quaerere foris Id. Bacch. 4, 4, 6. Cic. Verr. 3, 10. Sapere foris Ter. Heant. 5, 1, 50. A foris: Plin. 17, 24 l. 37, 6 Quoniam in vlcus penetrat omnis a foris iniuria. *Vid. AFORIS.* Conf. Script. Rei Agrar. Goes. p. 69. et 322. De foris in Vet. Lapide legitur. E foris esse 45 dicitur apud Plin. 17, 23. Sed non inueniebam. Foris pro Passim vsurpatur, ut Senatui et paucis opponatur, et ad publicam famam pertineat. Cic. ad Q. Frat. Foris valde plauditur: i. Non solum in senatu, sed apud caeteros etiam. Et Fam. 1, 9 Quum ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset. ¶ 2 **FORIS, ianua, 50**

vid. post FORI.

FORINSECVS. Adu. [*ἑξωθεν*] Plin. 13, 22 Quoniam quarundam naturae lignum omne corticis loco habent, hoc est forinsecus. Columel. 8, 3 Sed ab cohorte forinsecus praedictis fenestellis scandulae similiter iunguntur. Forinsecus attrahentes Apul. Met. 9 55 p. 233. Oculos forinsecus curare Pallad. 1, 27. Per fenestram forinsecus rapienda dispergere Apul. Met. 4 p. 147.

FORBEA, ae. f. Festus, Forbeam antiqui omne genus cibi appellabant, quam Graeci φορβην vocant. Meurs. Exerc. Crit. 2, 4 Forbain. 60

FORCEPS, ipis. [*πυράγρια, κάρπιος*] tam m. quam f. secundum Priscianum; (saepius tamen f. et rectius, uti censet Voss. de Anal. 1, 17) Instrumentum fabrile, quod his forma, id est calida capiuntur, Festus. Nisi magis placet esse quasi Ferriceps. Sed illud de Formo, calido probat etiam Velius Longus. Seru. ad illud Virg. Georg. 4, 175 65 Versantque tenaci forcipe ferrum, Forfices sunt, quibus incidimus; forcipes, quibus aliquid foruum tenemus, quasi forui capes: nam foruum est calidum: vnde et formosos dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat. De formosis nugae. Pro foruum quod dedit Burm. forbum et formum alii. Additur apud Seruium, 70 Has tamen forcipes in medicinalibus Graeci ἀποδοδῆρες appellant, quibus solent in bello vulneratis spicula extrahi. Columel. 6, 26 Deinde prius quam ferrum admoneas, duabus angustis ligneis regulis veluti forcipibus, apprehendere testium neruos. Plin. 7, 56 auctorem et inuentorem forcipis commemorat. Quid. Met. 12, 277 Fer- 75 rum — Igne rubens — quod forcipe curua (al. adunca) Cum faber eduxit, lacubus demittit. Forcipes esse remedium Scribon. 53. Plin. 9, 31 l. 51 Cancris bina brachia denticulatis forcipibus.

FORCILLO, aë. Plaut. Pseud. 2, 2, 36 Tu inuentus vero meam qui forcilles fidem. *Vid. FURCILLO sub FURCA.* 80

FORCTIS, e. Adi. i. Fortis, frugi, bonus, validus Fest.

FORCTVS, a, um. Adi. Idem, apud Fest. in Horctus. A Gr. ἐπκτός, munitus. In XII Tab. Forcti sanatique idem ius esto.

FORCVLVVS, *vid.* **FORICVLVS.**

FORDA, ae. f. [*νοφορβία*] Bos praegnans, a Ferendo dicta. 85 Ouid. Fast. 4, 631 Forda ferens bos est, secundaque, dicta ferendo. Columel. 6, 24, 3 Post vnum coitum forda non admittit taurum. Add. l. 4. Seruius in Aen. 2, 140 Fordam esse docet hostiam grauidam. Hinc

FORDICIDIA Sacra, inquit Varro de L. L. 5, 3 a Fordis bobus 90 dicta sunt. Bos forda, quae fert in ventre, quod ea die publice immolabantur boues praegnantes in curiis. Complures a Fordis caedendis, Fordicidia dicta autumant. Haec et **FORDICALIA** dicta fuere, et 17. Cal. Maias celebrabantur, ut est in Vet. Kalend. Varro R. R. 2, 5, 6 Quae sterilis est vacca, taura appellata, quae praegnans 95 Horda: ab eo in fastis Hordicalia nominantur, quod tunc hordae boues immolantur. Nempe eadem vox est Horda et Forda, ob alternationem adspirationis et literae F de qua s. l. diximus. Ouid. Fast. 4, 631 Tertia post Veneris (Aprilis) cum lux surrexerit Idus; Pontifices forda sacra litate boue. 100

Forda ferens bos est secundaque, dicta ferendo: Hinc etiam fetus nomen habere putant. etc.

FOREM, es, et. [*γενοίμην*] Quasi fuerem, h. e. essem, es, et, et Infinitiuo, Fore, i. Futurum esse. Plaut. Merc. 3, 4, 37 Quin percunctatus hominis quae facies foret. Ter. Heaut. 2, 4, 2 Lau- 105

do te — Id cum studuisti, isti formae mores vt consimiles forent. Sallust. in Iugurth. c. 24 Nam ego quidem vellem, et haec, quae scribo, et ea, quae antea in Senatu questus sum, vana forent. Quam vere de eo foret iudicatum, oratio indicio fuit Nep. 6, 3, 5. *i. esset.*
 5 Cic. Att. 7, 20 Mihi dubium non erat, quin ille iam iamque foret in Apulia. Damno dedecorique foret sibi Hor. Serin. 1, 2, 53. Liu. 10, 19 *pr.* Si qua clades incidisset, desertori magis quam deserto fore noxae. Fore, [*ἔσσει*] *Futurum esse.* Plaut. Capt. 3, 4, 43 Ego me confido fore (*liberum*) Si huius huc reconciliafso in libertatem filium. Cic. Fam. 7, 8 Scripsit ad me Caesar perhumaniter, nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certe fore. Id. de Orat. 3, 227 Fore dicis, inquit, ego vero esse iam iudico. Caes. B. G. 1, 39 Nonnulli etiam Caesari nuntiabant, quum castra moueri, aut signa ferri iussisset, non fore dicto audientes
 15 milites. Non dubito fore plerosque, qui iudicent Nep. praef. *pr. i. iudicaturos esse.* Affirmans fore, vt aliquid accidat Suet. in Domit. c. 15. Cic. Att. 7, 26 Dionysio dum existimabam vagos nos fore, nolui molestus esse. Id. Fam. 3, 13 Quasi diuinarem, tali in officio fore mihi aliquando expetendum studium tuum. Id. Att. 16, 18
 20 Numquam putauit fore, vt supplex ad te venirem. Numquam ego ratus sum fore, vt Sall. Iug. 110. Scio fore Plaut. Afin. 5, 2, 19. Cic. Fam. 1, 5 Spero fore, vt contingat id nobis. Scripseras fore, vt aliquid ageretur Id. Att. 3, 13. Credula vitam Spes fouet et, melius cras fore, semper ait Tibull. 2, 7 *pr.* Spem habeo nihil
 25 fore aliter, quam deceat Cic. Att. 6, 3. Ne spes quidem vlla ostendatur fore melius Id. *ibid.* 11, 11. Id. *ibid.* 7, 26 Sin erit bellum, vt video fore, meae partes non desiderabuntur. *Praeteriti significationem habet* Cic. pro Milon. 78 c. 28 Spero multa vos, liberosque vestros in Republ. bona esse visuros. In his singulis ita semper existimabitur, viuo P. Clodio, nihil horum vos visuros fore. *Vbi hodie legitur* Visuros fuisse. *Pro esse* Id. Att. 5, 21 Te ad me fore venturum. Fore cum Possum. Gell. 15, 1 Si quid autem possiet remedi-
 30 dii fore, vt ne tam assidue domus Romae arderent. *Sed varia tentant viri docti.*

35 FORENSIS, *vid.* FORVM.

FORES, *vid.* FORIS.

FORETANI, Plinio Istriae populi, *de quibus idem meminit* 3, 19.

FORETII, [*Φορητίοι*] Latii populi, *de quibus* Plin. 3, 5.

FORFEX, *icis. f.* [*τομός, φάλξις*] *Instrumentum secandi e duobus*
 40 *velut cultris compositum.* Seruius ad Aen. 8, 453 Forfices sunt quibus incidimus. *Reliqua damus in* FORCEPS. Columel. 12, 43 Alii quum legerunt vuan, si qua sunt in ea vitiosa grana, forficibus amputant. *Etiamsic vocatur Instrumentum chirurgicum, quo euelluntur*
 45 *dentes.* Cels. 7, 12 Dens haerens cum summo periculo euellitur, ac nonnunquam maxilla loco mouetur. *Paullo post,* Tum si fieri potest, manu; sin minus, dens forfice excipiendus est. Ac si excisus est, ante id foramen vel linamento, vel bene accommodato plumbo replendum est, ne sub forfice confringatur. Recta vero forfex
 50 ducenda est, *etc.* Facta forfex ad id Id. *ibid.* Forfices etiam

50 *Vox militaris erat: vid.* Gell. 10, 9 Dicitur cum contraria cuneo acies instruitur, latioribus primis et apertis, ac paulatim in angustum desinentibus. *Vfus erat cuneum soluere et atterere.* *Vid.* Veget. 2, 19. *et Fest. in Serra.*

FORFICVLA, *ae. f.* Dimin. [*φωλκίδια*] Plin. 32, 11 f. 53 Elephanti
 55 locustarum generis nigri, pedibus quaternis, bisulcis. *Praeterea brachia duo, binis articulis, singulisque forficulis denticulatis.* *Vid.* Id. 25, 5 f. 23.

FORI, orum. m. Pl. [*κατασρώματα*] *Videtur hoc nomen cum*
 60 *forando aliquam cognationem habere, et cauum aliquid notare, quod transiri potest, ubi multi transeunt et versantur.* Nempe Fori sunt Tabulata nauium, vel locus in nauis, qui iter nauem perambulanti-
 65 bus praebet; ab eo, quod incessus ferant, inquit Seruius ad Aen. 4, 605. et 6, 412. Cic. de Senect. 17 c. 6 Vt si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alii malos scandant, alii per foros cursitent, alii
 70 sentinam exhauriant. *Et Tacit. Hist. 2, 35, 3 Retentare puppes, scandere fores hostium opus.* Virg. Aen. 6, 412 Laxatque foros, simul accipit alueo Ingentem Aeneam. Charif. 1 p. 19 *extr.* Fori sunt in nauibus, quibus nautae sedentes remigant, *ἑδωλίσια.* Sic et
 75 Diomed. 1 p. 314 *extr.* ¶ 2 Sed etiam Singulari dixit Ennius, apud Isid. 19, 2 Multa foro ponet, et agia longa repletur. Nempe etiam Forus de mercantium loco dicitur, vt f. l. videbimus. De loco
 80 autem Ennii, *vid.* AGEA. Gell. 17 (16) 19 de Arione, Stansque in summae puppis foro, carmen quod orthium dicitur, voce sublatissima cantauit. ¶ 3 Fori, Loca spectaculorum, et, vt Festus dicit, Circensia spectacula; *h. e. Loca erecta, et tabulis composita,*
 85 *e quibus populus ludos spectabat.* *Vid.* Liu. 1, 56. et Charif. l. c. *Honesta translatione* Virg. Georg. 4, 250 de apibus, Complebuntque foros, et floribus horrea textent, *i. fauos, ubi illa cauus notio in primis locum habet, sed etiam illa constructio alueorum, per quam vndique circumire et accedere licet.* Non. 5, 104 Fori — locus apertus et patens, vnde et gladiatores foros facere dicuntur, quum longo circuitu
 90 sectantur. Nempe fori interdum ipsum iter et viam, quam sibi quis facit, significare videntur. Sic de Sarritore agri, accurate opus suum persequente Columel. 10, 92 Angustosque foros aduerso limite ducens,
 95 Rursus in obliquum distinguat tramite paruo. *Add.* FORVM, sunt enim ex eodem fonte, et FORVS.

FORVLI, orum. m. Pl. Dimin. [*φωλκίδια*] *Armariola, siue*
 90 *Capsulae, in quibus reponuntur libri: quod ipsum quoque ad illam caui notionem, quam foris esse diximus, referri potest.* Suet. in Aug. c. 31

90 Quidquid fatidicorum librorum Graeci Latini-que generis, nullis vel parum idoneis auctoribus, vulgo ferebatur, supra duo millia contracta vndique cremauit, ac solos retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. Iuuen. Sat. 3, 219 Hic libros dabit et forulos, mediamque
 95 Mineruam.

FORIA, orum. n. Pl. [*ἀφοδείματα ὑγρότερα*] Stercora liquidiora, vt ait Nonius 2, 352. *Vnde Conforire verbum, quod vide suo loco.*

FORIA, *ae. f.* *Morbus suum, si sequimur receptam hodie lectionem*
 100 Varron. R. R. 2, 4, 5 Emi solent sic, (*hac formula*) Illasce sues sanas esse — spondesne? Quidam adiiciunt, perfunctas esse a febre, et a foria. *Fuerit forte alui tetrum profluuium.* Sed Reines. ad Inscript. 20, 148 p. 932 Soria legi vult, id est Suria: et esse Suriam feminarum affectionem, marem appetentium. Sed neque huius Suriae alia exstat
 105 auctoritas.

deo formam, locumque inter mundos dedit. Homini quum de deo cogitat, forma occurrit humana Cic. N. D. 1 c. 27. Hor. Carm. 1, 33, 11 Veneri placet impares Formas acque animos sub iuga aënea Saeuo mittere cum ioco. Mala, *vid.* MALVS. Mendax forma Ouid. Met. 3, 439. *de umbra Narcissi.* Mortalis Prudent. Hymn. 9, 92. *i. homines.* Nuda Ouid. Met. 4, 346. Rotunda forma villam negat esse pulchriorem Plato Cic. de N. D. 1, 24. Terribiles formae nocturno tempore visae Id. de Diuin. 1, 18. Virilis Ouid. Epist. 4, 76. Capere alicuius formam, *vid.* CAPIO. Caelator ahenae formae Propert. 4, 2, 61. *De statuario.* Quinctil. 1, 10 Quidquid formae quadrati detraxeris, amplitudine quoque peribit. Exprimere formam quam mente acceperis Id. 2, 7. Cic. in Orat. 9 Nec vero ille artifex quum Faceret Iouis formam, aut Mineruae, contemplabatur aliquem, e quo similitudinem duceret: sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quaedam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius similitudinem, artem et manum dirigebat. Fingitur in omnes formas Ouid. Met. 14, 685. Fit minor annis forma Id. de Arte Am. 2, 113. Fucata formam Lucan. 10, 137. Immutata, *vid.* IMMUTO. Indutae forma hominum beluae, *vid.* INDVO. In formis aliis dignitas inest, aliis venustas Cic. Off. 1, 107. Noui formam, *vid.* NOSCO. Removeatur a forma omnis viro non dignus ornatus Cic. Off. 1, 130. ¶ 2 Pulchritudo Ter. Eun. 2, 3, 83 Praeterea forma, aetas ipsa est, facile vt te pro Eunucho probes. Virg. Aen. 11, 70 Cui neque fulgor adhuc, necdum sua forma recessit. Forma bonum fragile est Ouid. de A. A. 2, 113. Et Art. Am. 3, 103 Forma dei munus: forma quota quaeque superbit? Pars vestrum tali munere magna caret. Clarissima Ouid. Met. 4, 793. Conspicius forma, *vid.* CONSPICVVS. Decora Ouid. Met. 2, 773. Magno diues Philomela paratu, Diuitior forma Ouid. Met. 6, 452. Egregius forma iuuenis Virg. Aen. 6, 861. Insignis Id. *ibid.* 5, 295. Laudatissima Ouid. Epist. 19, 131. Praestantissima Id. Met. 15, 130. Perfectissima Quinctil. 1, 10. Virg. Aen. 1, 76 Quartum, quae forma pulcherrima, Deiopeiam Connubio iungam stabili, propriamque dicabo. Candor formae Ouid. Met. 1, 743. Damna formae Id. Her. 15, 32. Decus eximium formae Stat. Achil. 1, 290. Dignitas formae coloris bonitate tuenda est Cic. Off. 1, 130. Dotes formae Ouid. Epist. 16, 305. Gratia formae Id. Met. 7, 44. Pulchritudo formae Quinctil. 2, 15. Veneratio formae Iustin. 5, 2, 5. Forma et species liberalis Cic. pro Cael. 6. Ter. Andr. 1, 1, 92 Interea inter mulieres, quae ibi aderant, forte vnam adspicio adolescentulam, forma. s. o. bona fortasse. *vid.* BONVS. Ter. Andr. 1, 1, 45 Interea mulier quaedam abhinc triennium ex Andro commigravit huic viciniae, inopia et cognatorum negligentia coacta, egregia forma, atque aetate integra. Eximia forma puer Cic. Tusc. 5, 61 c. 21. Eximiae correptus imagine formae Ouid. Met. 4, 675. Al. Visae formae. Fugax Sen. Hippol. 6 v. 771. Ter. Andr. 1, 1, 95 Et quia erat forma praeter caeteras honesta et liberali. Imperatoria Nep. 11, 3, 1. Indigna est pigro forma perire situ Ouid. Anior. 2, 3, 14. Luculenta, *vid.* LVCVLENTVS. Ter. Heaut. 3, 2, 12. Neglecta Ouid. de Arte Am. 1, 509. Nitida forma picturae, *vid.* NITEO. Gell. 5, 11 Inter enim pulcherrimam feminam et deformissimam media quaedam forma est, quae a nimiae pulchritudinis periculo, et a summo deformitatis odio vacat: qualis a Quinto Ennio in Menalippa, perquam eleganti vocabulo stata dicitur, quae neque *νομή*, id est communis, futura sit, neque *πρωμή*, id est poena, quam formam modicam et modestam Fauorinus non mehercule incite appellat vxoriam. Ennius autem in ista, quam dixi, tragoedia, eas fere feminas ait incolumi pudicitia esse, quae stata forma forent. Superba Ouid. Epist. 21, 33. Virginea forma puer Id. Met. 3, 607. Adiuuare formam cura, *vid.* ADIVVO. Auferre formam, *vid.* AVFERO. Largiri formam pluribus Quinctil. 5, 11, 26. *meretricum est.* Laudare formam alicuius Cic. Fam. 1, 9. Ex Terentio. Laudata Ouid. Epist. 15, 131. Si mihi difficilis formam natura Negavit, Ingenio formae damna rependo meae Id. Her. 15, 31. Perdere formam, *vid.* PERDO. Polluere formam Tibul. 1, 9, 17. Populabitur aetas formam Ouid. de Medicam. faciei 45. Prostituis formam, vt vendas Petron. 126. *vid.* mox VENDERE. Veteres, *inquit* Donatus (*nescio quis, nescio ubi*) ignem et calorem quendam, quasi feruorem, dixerunt formam: et ideo fornaces, forcipes, formam, et formosos: ex quibus ignis amoris exoritur. *vid.* FORMVS, a, um. Ouid. Met. 10, 614 Nec forma Tangor, poteram tamen hac quoque tangi. Vendere formam, vt Largiri, *meretricium* Tib. 1, 13, 51. ¶ 3 Metonymice forma ponitur pro puella formosa. Ter. Eun. 2, 3, 6 Taedet harum quotidianarum formarum. Prop. 2, 21, 53 Vobiscum (*o inferi*) est Iole, etc. Et quot Iona tulit, vetus et quot Achaia formas. Et 2, 2, 42 Post Helenam haec terris forma secunda redit. Et 2, 4, 28 Cynthia forma potens, Cynthia forma leuis. Hinc declarat Burmannus illud Quinctil. Decl. 15, 2 p. 307 Formam vacantem vocare meretricem. ¶ 4 Omnis omnium rerum descriptio et imago quaedam vel mente concepta, vel quocunque modo figuris, lineis, signis expressa, Forma est. Tales sunt Architectorum Formae. Plin. Epist. 9, 39 Vt formam (*templi*) secundum rationem loci scribas. *add.* Gell. 19, 10. Sueton. Caes. c. 31 Vitruuio exemplaria picta et deformatio. Cic. Fam. 2, 8 *Metaphorice*, Vt ex tuis literis, quum formam Reipublicae viderim, quale aedificium futurum sit, scire possim. Mutatur iterum forma ciuitatis Decemuiris constitutis Liu. 3, 33 *pr.* Aufon. Mosell. 298 Pandere tectonicas per singula praedia formas. Cic. Off. 1, 14 Formam quidem ipsam Marce fili, et tanquam faciem honesti vides. Id. de Fin. 2, 48 c. 15 Habes vndique expletam et perfectam, Torquate, formam honestatis. In breuem formam contrahi Ouid. Met. 5, 457. Ad formam Plin. 9, 23. Innumerae paene sunt formae figuraeque dicendi specie dispares, genere laudabiles Cic. de Orat. 3, 31. Exprimere quandam formam, figuramque dicendi Id. *ibid.* 2, 98. Id. in Brut. 69 Ornari orationem Graeci putant, si verborum immutationibus vtantur, quos appellant *τροπῆς*: et sententiarum orationisque formis, quae vocant *ῥήματα*. Ipse Cicero alibi Sententiarum ornamenta, et lumina, et in Bruto 140 Conformationes vocauit. Forma honestatis et similitudo Cic. de Fin. 5, 69. Ingenii forma admodum impolita et plane rudis Idem de Clar. Orat. 294. Ingenii forma lucebat et exercitatione perfecta erat Id. *ibid.* 227. Liu. 2, 48 Res proxime Latrocinii formam venerat. Sed Vell. 2, 61, 2 In formam, iusti exercitus coire, Laudationum, scriptionum, historiarum, et suasionum formae Cic. in

in Orat. 37. Officii forma Cic. Off. 1, 103. Propositi operis forma Patere. 1, 16, 1. et 2, 66, 3. Conf. Idem 2, 49, 1. et 2, 96, 3. Rerum publicarum forma Cic. Att. 6, 3. Liu. 3, 4 extr. Tantum terrorem incussere Patribus, ut (quae forma Senatusconsulti ultimae semper necessitatis habita est,) Postumio alteri Consulium negotium daretur, videret, ne quid detrimenti Resp. caperet. Haec frequentius vocatur Formula. Temporum et Reipubl. forma Cic. Fam. 3, 11. Tyrannorum habere formam et speciem ipsam Idem pro L. Agr. 2, 32.

¶ 5 Species apud rhetores. Cic. Top. 30 c. 7 In diuisione formae sunt, quas Graeci *idéus* vocant, nostri, si qui haec forte tractant, species appellant. Vid. SPECIES. Quintil. 7, 5 Abdicationum formae sunt duae: altera criminis perfecti, altera imperfecti, etc. Add. 5, 10, 62. 6, 2, 6. Scelerum omnes comprehendere formas Virg. Aen. 6, 626.

¶ 6 Regula. Virg. Aen. 6, 615 Ne quaere doceri, Quam poenam, aut quae forma viros, fortunaue meruit. Vbi Seruius: Forma, Regula; singulis enim sceleribus statuta sunt supplicia ex more Romano, quem sequitur. Quintil. 9, 4, 13 Celsus vnam quandam huic parti (exordio) formam dedit. Et 1, 6, 16 Non enim Analogia demissa caelo formam loquendi dedit. De Forma agrimensoria satis erit posuisse locum Siculi Flacci p. 16 Goes. Agrorum diuisorum — formae varias appellationes accipiunt. Quidam arbores (Goelius conuicit arbore res) finales (i. fines terminosque possessionum) alii in venis (ahenis conuiciebat aliquis apud Rigaltium; ceris suspicatur Schwartzius: Goelius venas lapidum, marmorumue intelligit) alii in membris (membranis) scripserunt. Et quamuis vna res sit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem, alii cancellationem, alii typon, quod, ut supra diximus, vna res est, forma. Quidam formas, quarum mentio habita est, in aere scalpserunt, id est, in aereis tabulis scripserunt. Hic tamen quidquid instituerunt, curandum erit, ut fide publica aestimetur, neu quis voluntarie finem proferat — Quod si quis contradicat, sanctuarium Caesaris respici solet. Omnium enim agrorum et diuisorum et assignatorum formas, sed et diuisorum commentarios (quibus latius explicantur omnia) principatus (princeps) in sanctuario (tabulario) habet. Censualis forma, Quae cauebatur, ut agri in censum referrentur Vlp. in l. Forma D. de Censibus. Callistratus in l. Diuus Pius D. ad legem Corneliam de falsis, Si plus eos meruisse videatur, quam ex forma iurisdictionis pati possint, etc. Formae dicuntur Constitutiones et rescripta principum, unde dictae Formales et Formatae epistolae. Vid. EPISTOLA. Quintil. 2, 4, 15 Cum iam formam rectae atque emendatae Orationis accipient. Provinciae forma, significat Fines et contributa loca. Vlpian. in l. Relegatorum D. de interdicitis et relegatis, In insulam relegare Praesides prouinciarum possunt: sic tamen, ut si quidem insulam sub se habeant, id est, ad eius prouinciae formam pertinentem, quam administrant, etiam specialiter insulam assignare possunt, inque eam relegare.

¶ 7 Nempe Forma est archetypum quoddam, in quo, vel ex quo aliud quid exprimitur. V. g. Colum. 7, 8 de conficiendo caseo, Liquor in fiscellas, aut in calathos vel formas transferendus est. Ibid. Vel manu figuratur, vel buxeis formis exprimitur. Plin. 36, 22 Ex iis formae fiunt, in quibus aera funduntur. Forma dicitur tum Signaculum archetypum, tum ipse Numus: quemadmodum Formas quinarias, denarias, Lamprid. pro Numis quinariis, denariis, hoc est quinos denosque aureos valentibus, dixit. Vid. Salmaf. ad Alexandr. Lampr. et Trebell. Poll. in xxx Tyrann. Sen. Epist. 34 extr. Omnia facta dictaque tua inter se congruant et respondeant sibi, et vna forma percussa sint. Sic sutores suas habent formas, de quibus Hor. Serm. 2, 3, 106 Si quis emat citharas, emtas comportet in vnum, Nec studio citharae, nec Musae deditus vlli; Si scalptra, et formas non futor, etc.

Forma calcei ceruicem percussit D. ad l. Aquiliam l. 5 §. Sed etfi, etc. Conf. l. 13. Vid. FORMULA. ¶ 8 Obseruatt. aliae. Capacissima forma circuli, i. figura, Quintil. 1, 10, 39. Virg. Georg. 1, 170 Continuo in siluis magna vi flexa domatur In burim, et curui formam accipit vlmus aratri. i. Formatur in aratrum, ab ipso scilicet artifice. Habere formam suadendi Quintil. 3, 4. In formam cadere, vid. CADO. Columel. 7, 9 Siue per literas, siue per formas vnumquemque foetum cum matre distinguat. Forma est, qua nota quaecunque imprimitur. Formae, pro Ordinibus et decuriis quibusdam intelliguntur, ut dicantur in Palatinis officiis alii primae, alii secundae formae, etc. l. Scriuiis C. de palatin. lib. 12. it. l. 7 C. Th. de Palatinis S. L. Formae luteae Arnob. 4 p. 130. sunt Lateres. Totum locum damus in LATERANVS. Vid. FORMACEVS. Formae etiam vocantur Structiles riuorum canales, quibus aqua ducitur; quo sensu Aquas formarum dixit Cassiod. Var. Epist. 3, 31 et 53 Roma formarum inundatione ditissima. Vid. Fabret. de Aquaeduct. p. 20. et Pallad. 9, 11. Sidon. Apoll. 1, 5. it. l. 1. 8. 9 C. Th. de aquaeductib. Denique vox Forma aliquando meris periphrasibus poetis inseruit. Virg. Aen. 7, 18 Ac formae magnorum vlulare luporum. Quamquam hic agitur de Circes praestigiis. Sed Conf. Drakenb. ad Sil. 15, 86.

FORMULA, ae. f. Dimin. Parua forma: et aequae late patet ac Primitiuum suum. Ammian. Marcell. 31, 2 Eorum calcei formulis nullis aptati, vetant incedere gressibus liberis. Plaut. Pers. 2, 2, 47 Tempori hanc vigilare oportet formulam atque aetatulam, etc. In formulas digerere Scribon. 72. 110. i. orbiculos, pastillos. Formula dicendi, pro Stilo, et ratione loquendi Cic. de Opt. gen. Orat. 20 c. 5. Id. Off. 3, 29 Formula quaedam constituenda est: quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedemus. Nota cuiusque generis et formula Id. in Orat. 75. Id. ibid. 1 c. 55 de ICto. Componere formulam disciplinae Cic. Acad. 1, 17. Constituire formulam, quam sequamur Id. Off. 3, 19 c. 14. Praescriptum aliquod aut formulam exprimere Id. in Orat. 36. Varro de R. R. 1, 18 de familia, Cato dirigit ad duas metas, ad certum modum agri, et genus sationis, scribens de oliuetis, et vineis, ut duas formulas. Vnam, in qua praecipit quomodo oliuetum agri iugerum CCXL, instruere oporteat, etc. ¶ 2 Peculiari et sollempni significatione Formulae, sunt Legum et institutorum certae conceptiones, siue comprehensiones, quibus sic actiones hominum, ut opera artificum, formulis quibusdam diriguntur. Harum incredibilis vis erat, quum nihil fere priuatae vel publicae rei agi posset, in quo non praescriptis vel a lege vel ab instituto hominum verbis, et conceptis utendum esset. Hoc intelligi non potest commodius, quam si quis Briffonianum opus de formulis, et sollempnibus Populi Rom. verbis inspiciat. De iudicialibus Cic. pro Rosc. Com. 24 c. 8 Sunt iura, sunt formulae de omnibus rebus constitutae, ne quis aut in genere iniuriae, aut ratione actionis errare possit. Ex-

pressae sunt enim ex vniuscuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicae a praetore formulae, ad quas priuata lis accommodatur. Formula igitur est regula quaedam et praescriptio. Patere. 2, 38 pr. Haud absurdum videtur, paucis percurrere, quae cuiusque ductu gens ac natio redacta in formulam prouinciae, stipendia pacta sit. Conf. Id. 2, 97 extr. Suet. Iul. c. 25. Censendi formula Liu. 4, 8. Idem 40, 12 Vis hanc formulam cognitionis esse, ut vter timuerit, ne alter videretur dignior regno, is consilium opprimendi fratris iudicetur cepisse? Id. 1, 38 pr. Deditos Collatinos ita accipio, eamque deditionis formulam esse, Rex interrogauit, Estisne, etc. Cic. Fam. 7, 12 Vbi porro illa erit formula fiduciae, ut Inter bonos bene agere oportet. Idem de Orat. 2, 178 Plura enim multo homines iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut laetitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis; quam veritate, aut praescripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicii formula, aut legibus. Id. pro Caecin. 51 Quae lex, quod Senatusconsultum, quod magistratus editum, quod foedus aut pactio, quod testamentum, quae iudicia, aut stipulationes, aut pacti et conuenti formula, non infirmari aut conuelli potest, si ad verba rem deflectere velimus; consilium autem eorum, qui scripserunt, et rationem relinquamus? Postulationum formulae vsitatae Cic. Verr. 2, 147. Sponsionis formula Idem pro Rosc. Com. 12. Testamentorum formulae Id. de Orat. 1, 180. De Foederibus et pactis gentium, saepe hac voce utitur Liu. ut 26, 24: 32, 25 33, 38, 9. 44, 16. etc. De iudiciali, Cadere formula Quinctil. 3, 6, 68. Sen. Epist. 48 i. causa cadere vel damnari ob formulam actionis non recte petitam. Componere stipulationum et iudiciorum formulas Cic. de Legib. 1, 14. Constitutae iura et formulae de omnibus rebus Id. pro Rosc. Com. 24 c. 8. Edita formula damni dati Plin. 9, 59. Ex formula praeceptoris sui viuere Sen. Epist. 6. Excidere formula apud Suet. in Claud. c. 14. Sen. de Clem. 2, 3. Intendere formulam, Dicam impingere Suet. in Vitell. c. 7. Protulit de dolo malo formulas Aquilius Cic. Off. 3, 60. Scribere alicui formulam, ut dicam scribere, est accusare. Quinctil. 6, 3, 83 Colaphum tibi ducam, et formulam scribam, quod caput durum habeas. Similis fere importunitas illi, quum Fimbria diem dicere Scaeuolae ausus est, Quod totum ferrum corpore non recepisset Cic. pro Rosc. Am. c. 12. Hor. Serm. 2, 3, 45 Haec magnos formula reges Excepto sapiente tenet. Sub formula iudicare Sen.

40 **FORMULARIUS**, i. m. Qui formulas tractat et causas agit. Quinctil. 12, 3 extr. Quorum alii se ad album ac rubricas transfulerunt; et formularii, vel, ut ait Cicero, Legulei quidam esse maluerunt.

FORMACEVS, a, um. Adi. Latericius. Formas enim esse lateres, vid. n. 8. Plin. 35, 14 §. 48 In Africa Hispaniaque ex terra parietes appellant formaceos, quoniam in forma circumdatis vtrinque tabulis inferiuntur verius quam intruuntur, acuis durant. Male quidam hic legunt Fornaceos. Vid. Isidor. 15, 9. Gejner. ad Columel. 9, 4, 7.

50 **FORMOSVS**, a, um. Adi. [*εἰμορφος, ἐμορῆς, ἐμορῆμων*] Pulcher. Cic. de N. D. 1, 80 Quotus enim quisque formosus est? Virg. Ecl. 2, 1 Formosum pastor Corydon ardebat Alexim. Cic. Verr. 3, 1 Mulierum nobilium et formosarum gratia. Quo tibi formosam, si non nisi casta placebat? Non possunt vllis ista coire modis Ouid. Amor. 3, 4, 41. Formosus et Deformis, contraria

55 Cic. de Inuent. 1, 35. Formosus et pulcher Id. de N. D. 1, 24. Acies, Adonis, vid. hb. vv. Rigo formosior Anno Ouid. Met. 13, 798. Annus formosissimus Virg. Ecl. 3, 57. Boues formosae Ouid. de Arte Am. 1, 296. Comae Id. Amor. 1, 14, 31. Dies Id. Epist. 15, 124. Mulier Hor. de Arte Poët. 4. Os Ouid. 60 Met. 3, 461. Puella Tibul. 1, 1, 55. O formose puer Virg. Ecl. 2, 17. Virgo formosa etsi oppido pauper, tamen abunde dotata est Apul. Apol. p. 332, 17. Virgines Cic. de Inuent. 2, 2. Vultus formosus puellae, al. Formosae vultus puellae Ouid. Amor. 2, 1, 37. Compar. Hedera formosior alba Virg. Ecl. 7, 38. Superl. For-

65 mosissimus aetatis suae Alcibiades Nep. 7, 1, 2.

FORMOSVLVS, a, um. Adi. Dimin. Varro apud Nonium 1, 109 Multi, qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti. Habet enim quiddam *εἰμορῆς* prouincialis formosula vxor. Hieron. Epist. 47, 4 pro Amasio posuit, Ille formosulus tuus, quia cito fescunt mulieres, vel ditiozem reperiet vel iuniozem.

70 **FORMOSE**. Adu. Apul. Met. 5 p. 168, 12 Videt Cupidinem, formosum deum, formose cubantem. Et 6 p. 183 Venus suavi musicae suppari gressu formose saltauit. Compar. Surgere formosius Propert. 1, 2, 11. Superl. Formosissime qui formas omnia

75 August. Confess. 1, 7.

FORMOSITAS, atis. f. [*εἰμορφία*] Cic. Off. 1, 126 c. 35 Idque positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto. De decore loquitur.

FORMĀLIS, e. Adi. Suet. in Domit. c. 13 Pari arrogancia, quum procuratorum suorum nomine formalem dicitaret epistolam, sic coepit, Dominus et deus noster sic fieri iubet. Formalem, i. solemnem, quae vim legis haberet. Plin. 34, 9 Appellatur etiamnum et formalis temperatura aeris tenerrimi, quoniam nigri plumbi decima portio additur, etc. ad formas faciendas, ut videtur. Vlp. in l. 62

85 fin. In lege falcidia D. Ad legem falcidiam, Corpora, si qua sunt in bonis defuncti, secundum rei veritatem aestimanda erunt, hoc est secundum praesens pretium; nec quidquam eorum formali pretio aestimandum esse, sciendum est: i. ex pretio affectionis, quod plerumque homines ponunt in forma magis quam in materia.

90 **FORMABILIS**, e. Adi. Idem ac Formalis. Prudent. Apoth. 1034 Solus homo meruit Domini formabile dextra Os capere. Formabiliora, ut ita dixerim Augustin. de Trin. 11, 2.

FORMASTER, i. m. Qui formosum aut calentem hominem imitatur. Nam Formus est Calidus lingua Latina; unde et Formosus. Versiculus est antiquus apud Festum (voce Obstrudant) Aut hic formaster aut laetaster paruulus. Turneb. 12, 4. Conf. Isidor. 20, 13. Scal. exponit *εἰμορῆστος*, qui pulcher videri vult: recte. Vid. LAETASTER.

FORMITER. Adu. Iurare Icti. i. conceptis verbis.

FORMELLA, ae. f. Dimin. Apic. 9, 11 In formella piscem formabis. In culinario instrumento vas ad formam piscis effigiatum.

FORMO, are. [*μορῶ, ὀρμητικῶ*] Formam dare vel inducere. Plin. 10, 63 Quo maius est animal, tanto diutius formatur in utero. Cic. Acad. 4, 118 Parmenides ignem qui moueat terram quae ab eo formetur. Aluta formata, et in tantum spatium circumsecta 105 Scribon. 229. Pilulas formare 88. Columel. 6, 25 Potest etiam cum

cum arida fico et eruo conteri herba santonica, et formata in offam, sicut saluiatum demitti. Virg. Aen. 9, 80 Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas classem. Imaginem formare Cic. pro Sext. 18 c. 8. Quae inter se discrepant, iisdem praeceptis atque in vna institutione formari non possunt Idem de Orat. 3, 31. Ad 5
studium formare aliquem Virg. Georg. 3, 163. In muliebrem figuram, habitumque formari Cic. Verr. 2, 27. Animos iudicium in eum, quem volumus habitum formare, et velut transfigurare Quinct. 6, 2. Capillos lapsos formare Propert. 1, 3, 23. Suet. in Domit. c. 20 Epistolas, orationesque et edicta alieno formabat ingenio. Id. 10
Aug. c. 89 de studiis illius Graecis, Non tamen, vt aut loqueretur expedite, aut componere aliquid auderet. Nam et si quid res exigeret, Latine formabat, vertendumque alii dabat. Cic. Acad. 1, 20
Morum autem putabant studia esse, et quasi consuetudinem, quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant. Corpora ad quosdam membrorum flexus formari nisi tenera non possunt Quinctil. 1, 1. Idem 4 prooem. Vt tui, meique filii disciplinam formare satis putarem. Gaudia formare tacita mente, *b. e. Imaginari, cogitare, sibi fingere* Ouid. Amor. 3, 7, 63. Hominem in suos mores Liu. 3, 36 pr. Ouid. Met. 3, 288 Talibus signarum Iuno 20
Cadmeida dictis Formarat, *i. docuerat, instruxerat.* Iuuentutem Plin. in Paneg. Mentis formandae studiis Hor. Carm. 3, 24 (25)
54. Liu. 1, 21 Et quum ipse se homines in regis velut vnici exempli, mores formarent. Orationem formare, eamque variare et distinguere, oratoris est Cic. de Orat. 2, 36. Oratio exercitatione et stilo formanda nobis est Id. ibid. 3, 88 c. 49. Quum se bina formauit lampade Phoebe Nemesian. Cyneg. 130. de proximo die post nouam lunam. Cic. de Diuin. 2, 86 Perinde vtunque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atque formari, ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitae, casus cuiusque euentusque 30
fingi. Studia alicuius formare Quinctil. in prooem. 1. Verba recte formare, *i. Proferre et eloqui* Idem 1, 12. Verba, vt mollissimam ceram, fingere et formare Cic. de Orat. 3, 177 c. 45 pr. Verba varie formari, prima persona o litera terminata, ipsa analogia confitetur Quinctil. 1, 6. Verba formari nulla similitudine possunt 35
Cic. de Orat. 2, 359. de Memoriae arte. *Vtuntur hoc verbo de iis, qui fingunt aliquid et simulant.* vt Hor. de Arte Poët. 125 Si quid in expertum scenae committis et audes Personam formare nouam. Stat. Silu. 3, 1, 117 Nec mora, conscripta formatur imagine tela, *i. forma architectonica in tela delineatur.* *Vsurpatur etiam hoc verbum de Numis:* 40
vid. Salmaf. ad Hist. Aug. p. 218 et 321.

FORMĀTVS, a, um. Partic. [*μεμορφωμένος*] Ad morem Dialectorum formata conclusio Quinctil. 7, 4. Formatus pro Institutus, edoctus Iustin. 18, 3, 10. In admirationem formatus, *b. e. Admirationem simulans, admirari se fingens* Suet. in Claud. c. 37. 45
Libellus Plin. Epist. 7, 12. *i. in suam formam redactus.* Notiones deorum in animis nostris formatae Cic. de N. D. 3, 16. Signum formatum e marmore Ouid. Met. 3, 419. Sermo hac de re formatus, inuentus est in Neronis scrinio Suet. in Neron. c. 47. Et modo formatis operitur Vitibus arbor Ouid. Fast. 152. In animo 50
ea formata habemus, quae nunquam vidimus Cic. de Diuin. 2, 138.

FORMATIO, ōnis. f. Vitruu. praef. 2 Formationem puto probandam. Conf. cund. 3, 1 et 5, 1. Sen. Epist. 117. Minut. Fel. p. 124. et Mart. Capel. 2 p. 58. et 9 p. 312.

FORMĀTOR, ōris. m. [*κατηχητής*] Qui instruit et format. 55
Formator animi, Formator morum Columel. in praef. 1. Plin. Epist. 8, 23. Sen. ad Helu. c. 8 Formator vniuersi.

FORMATRIX, icis. f. Tertul. de Monog. c. 17 Regina tantae ciuitatis formatrix. Claud. Mamert. de Stātu animae 1, 26 Accede formatrici formae, quo possis esse formosior. 60

FORMĀTVRA, ae. f. [*μορφωσις*] Forma. Lucret. 4, 557 Seruat enim formaturam, seruatque figuram. Ibid. 552. et Arnob. 2 p. 59.

FORMAMENTVM, i. n. Lucret. 2, 17 Omnia principiorum Formamenta queunt in quouis esse nitore. *i. Simulacra et formationes,* 65
in quas formantur et transmutantur prima principia. Add. Arnob. 3 p. 109.

FORMIPOTENS, entis. Perperam ex Propert. 2, 4, 28 adducitur: *vid. Brouckhuf.*

FORMIAE, et FORMAE, arum. Pl. [*Φόρμαι*] Campaniae vrbs, sedes olim Laestrignonum, quorum memoria a nonnullis horridae 70
dictae sunt. Nam hi ab humanis visceribus non abstinerunt, vt eleganter scribit Ouid. Met. 14. Formiae, inquit Seruius ad Aen. 7, 695, quae ante Hormiae, ἀπὸ τῆς ὀρμῆς, id est ab impetu dictae. Formiae, inquit Festus, Oppidum appellatur ex Graeco, velut Hormiae, quod circa id crebrae stationes, tutaeque erant, vnde proficisciebantur nauigaturi. ὄρμος nempe portus est. Moenia Formiarum Hor. Carm. 3, 17, 6.

FORMIANVS, a, um. Colles Formiani Hor. Carm. 1, 20, 11. Hinc Formianum, *sc. Praedium, villa Ciceronis in agro Formiano sita.* Cic. Att. 2, 4 Nos circiter Cal. aut in Formiano erimus, aut in 80
Pompeiano.

FORMICA, ae. f. [*μύρμηξ*] A Ferendis micis dicta. Apul. Met. 6 p. 177, 20 *vbi narrauerat, iussam ab irata Venere Psyche seminum confusorum congeriem discernere, addit, Tunc formicula illa parvula atque ruricola — discurrrens gnauiter conuocat corrogatque* 85
cunctam formicarum accolarum classem — Ruunt — sepedum populorum vndae, summoque studio granatim singulae totum digerunt aceruum; separatimque distributis disitisque generibus, e conspectu perniciter abeunt. Apul. Met. 8 p. 211, 31 Nudum ac totum melle perlitum firmiter alligauit arbori ficulneae, cuius in ipso carioso stipte 90
inhabitantium formicarum nidificia burriebant, et vitro citroque commeabant multiiuga scaturigine. Quae — paruis quidem, sed numerosis et continuis morsuunculis penitus inhaerentes — ita carnis atque ipsis visceribus adesis homine consumto membra nudarunt, vt ossa tamen viduata pulpis, nitore nimio candentia, funestae cohaerent arbori. Plaut. Trin. 2, 4, 8 Confit cito, quam tu si obicias formicis papauerem. Silices itinere earum (*formicarum*) attritos videmus, et in opere semitam factam: ne quis dubitet, qualibet in re quid possit quantulacunque sedulitas Plin. 11, 29. Hor. Serm. 1, 1, 33 Paruula (nam exemplo est) magni formica laboris. Vid. Plin. 11, 100
30. et Virg. Georg. 1, 186. Frugilegae formicae Ouid. Met. 7, 624. Formica anteposenda pulcherrimae vrbi, quod in vrbe sensus sit nullus, in formica non modo sensus, sed etiam mens, ratio, memoria Cic. de N. D. 3, 21. Inopi metuens formica senectae Virg. Georg. 1, 186. Inda cauis aurum mittit formica metallis Propert. 3, 13, 5. 105

Formicae semitas quaerere, idem est ac Rem intricatam et imperuestigabilem exquirere: vid. Taubm. in Plaut. p. 741. Formicae olim augurium fecere, ut patet ex Cic. de Diuin. 1, 36. Suet. Neron. c. 46, 2. et Tiber. c. 72, 3. Conf. Potter. Archaeol. Graec. 2, 15.

5 FORMICVLA, ae. f. Dimin. Arnob. 7 p. 240 Quod si cerne-
rent nec inter formiculam plurimum sefeque esse discriminis. Au-
gust. Ciu. Dei 22, 24 Plus formicularum et apicularum opera stupe-
nus, quam immensa corpora balaenarum.*

10 FORMICINVS, a, um. Adi. [μυρμύκνιος] Quod ad formicam
pertinet. Plaut. Men. 5, 3, 19 Atque eccum incedit, mouet formici-
num gradum.

FORMICO, are. Adhibetur de motu celeri sed exiguo, qualis est
incessus formicarum. Plin. 12, 30 §. 41 Donec formicet cutis.

15 FORMICANS, antis. Partic. [μυρμύκνίζων] Quod formicarum
currentium modo sentitur. Pulsus formicans; qui omnium maxime le-
talis est. Plin. 7, 51 Venarum inaequabili aut formicante percussu.
i. Arteriarum sese attollentium et demittentium, ita ut veluti formicae
currentes sentiantur in pulsu.

20 FORMICATIO, onis. f. [μυρμύκνία] Vitium corporis, quum
parua tubercula rotunda et pingua corpus infestant. Plin. 28, 7 Ca-
pilli mulierum si cremenentur, etc. cinere eo panos, etc. sanguinemque
sistit illico, et fornicationes corporum. Formicatio dicta: quod
velut exesse carnem formicae videantur. Idem 30, 8.

25 FORMICALIS, e. Adi. Idem quod Formicans. Cael. Aurel.
Tard. 2, 14 Formicalis pulsus.

FORMICABILIS, e. Adi. Idem. Cael. Aurel. Acut. 2, 27
Pulsus latens aut formicabilis, quem Graeci μυρμύκνίζοντα vocant.

FORMICETVM, i. n. Cauerna Formicarum. Apuleii esse dici-
tur, non habet Ind. Floridi.

30 FORMICOSVS, a, um. Adi. [μυρμύκνιδης] Plenum formicis.
Plin. 10, 74 Formicosam arborem forices cauent.

FORMIDO, inis. f. [φόβησις, κἀφοβία] A Formis, siue spe-
ctris: nisi veteres Formus dixere pro Calidus, atque inde Formido,
quia nonnullis prae metu sudor prorumpit; Haec Voss. Inst. Orat. P. 2
35 p. 28. Prius malim. Cic. Tusc. 4, 19 c. 8 Formidinem, metum
permanentem definiunt. Hor. Epist. 1, 16, 53 Tu nihil admittes in
te formidine poenae. Plenus formidinis homo Cic. Att. 9, 12 pr.
(10) Id. ibid. 8, 21 Omnino intelligo, nullum fuisse tempus post
has fugas et formidines, quod magis debuerit mutum esse literis.

40 Acerrima formido Auct. ad Heren. 2, . . . Lucret. 4, 174 quasi
προσωποιῖ, personam facit, Formidinem, Vsque adeo tetra nimborum
nocte coorta Impendent atrae formidinis ora superne. Caut. Sil.
16, 600. Subita et improuisa Cic. de Prouinc. Conf. 43. Tur-
pis Virg. Aen. 2, 400. Agitare animis formidines Liu. 30, 28.

45 Caligans lucus nigra formidine Virg. Georg. 4, 468. Contrahitur
animus formidine diuisum, i. Comprimitur Lucret. 5, 1217. Nempe
Formido religio est. Vid. Drakenb. ad Sil. 1, 82. Dirigit sanguis
subita formidine Virg. Aen. 3, 259. Existunt horribiles formidines
ex ignoratione rerum Cic. de Fin. 1, 63 c. 19. Impendent formidi-
nes a nostris, vid. IMPENDEO. Non mediocris omnium animos
50 formido Incesserat Curt. 3, 8, 25. Sollicitis religio et ex ea formido
incussa est Id. 4, 10, 2. Iniicere formidinem alicui, vid. INICIO.
Intendebat formidinem Tacit. Hist. 2, 54, 3. Opponere formidi-
nes, iactare minas Cic. pro Quint. 47 c. 14. Vid. OPONO.

55 Perterritus animus formidine Quintil. 7, 4 (3) Cic. in Catil. 4,
8 Itaque vt aliqua in vita formido improbris esset posita, apud infe-
ros eiusmodi quaedam illi antiqui supplicia impiis constituta esse vo-
luerunt, etc. Pressus ancipiti mentem formidine Virg. Aen. 3,
47. Cic. Verr. 5, 24 Reperietis idcirco haec in vno homine pecu-
niofo tot constituta, vt caeteris formidines similibus incommodorum
60 atque exempla periculorum proponerentur. Rumpit immissa for-
midine fomnos Sil. 3, 167. Soluent perpetua formidine terras Virg.
Ecl. 4, 14. Terrere aliquem formidine Ouid. Met. 4, 801. Tor-
pens casta formidine Lucret. 3, 994.

65 Formido, vena-
tionis proprium etiam vocabulum, idem quod Linea significans, de qua
vide suo loco, ubi et huius interpretationem reperies. De hac Virg.
Georg. 3, 372 Puniceaeue agitant timidos formidine pennae. Add.
Idem 12, 750. Hor. Sat. 1, 8, 3. Conf. Lycan. 4, 437. Quum
maximos ferarum greges linea pennis distincta contineat, et in insi-
70 dias agat, ab ipso effectu dicta formido Sen. de Ira 1, 12. Conf.
Sen. Hippol. v. 46. Verum ego ista commemoravi, non quod pin-
narum formidines timerem Apul. Apol. ubi vid. Colu. it. Casaub.
Parei Lex. Crit. p. 496. Turneb. Aduers. 5, 5. Barth. ad Grat. Cy-
neg. 74. Huc pertinet illud lemma Gellianum libri deperditi 8, 10 Re-
75 motarum quaestionum nebulas et formidines ad capiendos imperito-
rum animos ostentare. Non dubito elegantem hanc translationem esse
ab ipso Gellio. Ita Irretire laqueis, etc.

FORMIDO, are. [φόβησις, πῶσις, καταπτώσις] Pauere, ti-
mere. Plaut. Cist. 4, 2, 20 Nam et intus pauco, et formido foris.
80 Cic. Philipp. 2, 64 c. 26 Quod omnium formidasset audacia. Al. reformi-
dasset. Formido mihi, ne scilicet aliquid mali mihi accidat Plaut.
Amph. 1, 1, 48. Idem Aul. arg. 6 Auro formidat Euclio, abstrudit
foris. Nempe vt Metuo tibi, i. propter te, ne tibi noceatur. Ani-
mus formidat, tamdiu, etc. Plaut. Bacch. 2, 3, 3. Pavor etiam
85 Auxilia formidat Curt. 3, 11, 12. Iracundiam alicuius formidare
Cic. Att. 8, 25. Plaut. Amph. prol. 27 Non minus quam vestrum
quiuis formidat malum. Id. ibid. 1, 1, 148 Formido male ne ego
nomen commutem meum, et Quintus fiam e Sofia pro male. Al. re-
ctius mihi. Nimis male illum formido Plaut. Capt. 4, 4, 5.

90 Omnia formidare Cic. Fin. 2 c. 16. Verbera formidauere Stat.
Silu. 5, 3, 184. Interdum idem est atque Renuo, nolo: Plaut. Pseud.
1, 3, 81 Fac hoc mea fide, si isti formidas credere. Conf. Afin. 2, 4, 55.
FORMIDANS, is. Partic. [φόβησις] Cerui formidantes
Ouid. Met. 15, 475. Al. Formidatis.

95 FORMIDATVS, a, um. Aliud Partic. [φόβησις] Classe
formidatus Hor. Carm. 3, 6, 15. Id. Epist. 2, 1, 256 Formidata Par-
this Roma. Conf. Ouid. ex Pont. 1, 3, 24. et Virg. Aen. 3, 275. Item
Sallust. Catil. 1, 10 a. Manus formidatae Quid. Amor. 1, 7, 62.

FORMIDOLOSVS, a, um. Adi. [κραιπόλος, φοβηδής] Acti-
ue et passive sumitur. Actiue, Qui formidat. Ter. Eun. 4, 6, 19
100 Apagefis, Ego formidolosus? nemo est hominum, qui viuat, minus.
Columel. 6, 2 Nec ad ingredienda flumina, aut pontes formidolosi.
Formidolosior hostium exercitus Tacit. Ann. 1, 62. Passive, Qui
formidatur. Sallust. Catil. 7, 1 Regibus boni quam mali suspectio-
105 res sunt: semperque iis aliena virtus formidolosa est. Cic. Tusc. 4, 52

CONFER-

CONFER-

CONFER-

CONFER-

CONFER-

CONFER-

CONFER-

CONFER-

CONFER-

CONFER-

Conseruatio stabilis iudicii in iis rebus, quae formidolofae videntur. Bellum formidolofissimum Cic. in Pison. 58 c. 24. Facinus formidolofum, et formidolofissimum bellum, maxime timendum. Plaut. Amph. 5, 1, 65. Cic. pro L. Manil. c. 21 Ad bellum maximum, formidolofissimumque pro Consule mitteretur? Herbae formidolofae dictu, non esu modo Plaut. Pseud. 3, 2, 35. Locus horribilis et formidolofus et confessus alicuius Cic. pro Cluent. 7 c. 3. Id. Verr. 5, 1 Ita enim causa constituitur, prouinciam Siciliam virtute eius et vigilantia singulari dubiis formidolofisque temporibus a fugitiuis atque a belli periculis tutam esse seruatam. Tempus formidolofissimum Cic. Philipp. 7 c. 2 extr. Formidolofissima videre Suet. Aug. 91, 3.

FORMIDOLŌSE, Adu. [καταφῶβος] Cic. pro Sext. 42 c. 19 Eos, qui plurimum possent, opponi omnibus concionibus falso, sed formidolofe tamen, auctores ad perniciem meam. Compar. Formidolofus Catonis est apud Charif. 2 p. 196.

FORMIDABILIS, e. Adi. [φοβερὸς] Ouid. Met. 2, 857 Nul-lae in fronte minae, nec formidabile lumen. Orcus Id. ibid. 14, 116. Serpens Id. ibid. 2, 174. Ridens formidabile Stat. Theb. 8, 581. Compar. Formidabilior apud Petron. p. 114.

FORMIDAMEN, inis. n. Apul. Apol. p. 315 Elmenb. Noctium occurfacula, bustorum formidamina, sepulcrorum terriculamenta.

FORMIDATIO, ōnis. f. [φόβος] Affertur Cic. in Partit. 11 c. 4 In suasionem autem, aut spem, aut formidationem deliberantis. Hodie fere legunt Reformidationem; Gloss. Formidatio, δελία.

FORMIDVS, vid. mox FORMVS.

FORMIO, ōnis. m. Storea φόρμος a φέρω, quia in eo aliquid fertur. l. 33 §. 18 ff. de instrum. leg. Vid. PHORMIO.

FORMVS, a, um et FORMIDVS, it. FORNVS calidus. Festus, Forma significat modo calida, vt cum exta, quae dantur, de forma (tepidā) appellantur. Et Cato ait de quodam aedificio aestate frigido hieme formido. Item forma appellatur puls miliacea ex melle (an haec etiam a calore?). Arnobius antiquarius, si quis alius 2 p. 72 fin. Nec formis erubescerent masculorum calamiſtris vibrare caesariem, sic certe quidam MSS. omisso in ante formis. Fuerint itaque formi calamiſtri calidi, quibus crispari solent crines. Ita Festo Forcipes dicuntur, quod his forma, id est calida capiuntur. Et FORMVCALES forcipes dictae, quod forma capiant, id est feruentia. De forcipe similia Seruius ad Aen. 12, 404. Sed 8, 453 Forum legitur in editione Burm. obseruaturque etiam forbum esse in MSS. Sed formum voluisse Seruium, vt edidit Commelinus, videtur inde effici, quod ita connectit orationem Grammaticus, Nam for . . um est calidum: vnde et formosos dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat. Esse in elementis primis notionem aliquam ignis a statu augeſcentis, Graecorum πῦρ, tum Feuer Germanorum, et fornax, et furnus, et serueo, videntur suadere. Add. locus Donati in FORMA n. 2 extr. De Forno Non. 12, 52. Verba damus in FORNAX.

FORNAX, ācis. f. [καμίνος, χωνευτήριον, χάσμος] Caminus, nomen habet a Formum vel Fornum, quod est calidum. Plin. 9, 38 Longinuae fornacis cuniculo. Idem 11, 36 In Cyprī aerariis fornacibus, etc. Cic. de N. D. 1, 104 Sunt quaedam etiam, quae igne nasci putentur, apparentque in ardentibus fornacibus saepe volitantes. Calidae Lucret. 6, 277. Cauae Idem 6, 201. Longinqua, vid. in LONGVS.

Profunda Ouid. Met. 2, 229. Vaporiferae Stat. Silu. 1, 3, 45. Sulfureis ardet fornacibus Aetna Ouid. Met. 15, 340. Percoquere fornace balneariorum Scribon. 60. Vri fornace 121. Fornum et Fornaces, inquit Nonius 12, 52 dicuntur a Forno, quod est calido: inde Forcipes, quod candens teneant ferrum. Varr. de Vita Pop. Rom. 1 Cocula, qui coquebat panem, primum sub cinere, postea in forno: vtriusque vocabulum a Forno ductum, id est a calore. ¶ 2 Fornax, Dea etiam existimata, quoniam ante triticum et eius vsum, farrā fornacibus torrebantur; vnde est dea Fornax constituta, vt Festus et Lactantius volunt. Plura in Ouid. Fast. 2, 525

Facta Dea est Fornax, laeti Fornace coloni Orant, vt vires temperet illa suas. Curio legitimis tum fornacalia verbis Maximus indicit; nec stata sacra facit.

FORNACVLA, ae. f. Dimin. [καμίνιον] Magna est fornacula Iuuen. Sat. 10, 82. Conf. Vitruu. 7, 10 pr. Calumniae fornacula i. auctor, cuius in corde conflata est, Apul. Apol. p. 321, 32.

FORNACEVS, a, um. Adi. [καμινωδής] Factum in modum fornacis: legunt quidam Plin. 35, 14. Sed vid. FORMACEVS.

FORNACARIVS, i. m. [μυλοδρῶς] Qui fornaci praestit; idem seruus, qui et Pistrinarius dicitur et Pistor. Vlp. D. ad leg. Aquil. 1. Si seruus seruum, Si fornacarius seruus coloni ad fornacem obdormisset, et villa fuisset exusta; Neratius scribit, etc. Conf. Turneb. Aduers. 8, 9. et omnino Lex. Pitisc.

FORNACATOR, ōris. m. Seruus, qui in balneo curam habet succendendi ignis. Paullus in l. Tabernae D. de fund. instruct. etc. Instrumento balneario legato, etiam balneatorem contineri, Neratius respondit. Continetur autem et fornacator.

FORNACALIS, e. Adi. Fornacem inter numina habitam, Fornacalem deam vocat Ouid. Fast. 6, 314.

FORNACALIA, orum. n. Pl. [καμιναιῶν] Ferae sunt (inquit Festus) institutae farris torrendi gratia, quod ad fornacem, quae in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Idem alibi . . Fornacalia sacra erant, quum far in fornaculis torrebant. Plin. 18, 2 Is et fornacalia instituit. Ouid. Fast. 2, 527. Id. ibid. 6, 314. Conf. Lex. Pitisc. Lactant. 1, 20.

FORNIX, icis. m. [καμίσια, σῶα] Arcus in aedificiis, et quodcunque opus concameratum. Sen. Epist. 90 Democritus inuenisse dicitur fornix, vt lapidum curuatura paullatim inclinatorum medio saxo alligaretur. Hoc dicam falsum esse. Necessē est enim ante Democritum et pontes et portas fuisse, quarum fere summa curuantur. Cic. Verr. Act. 1, 9. Idem in Topic. 21 Non debet praestare, quod fornix vitii fecerit. Plin. 33, 4 Relinquuntur itaque fornices crebri montibus sustinendis. Caeli ingentes fornices, Poeta ap. Cic. de Orat. 3 c. 40 sed non probatur: Conf. Voss. Inst. Or. 4, 6, 7 p. 99 sq. Virg. Aen. 6, 631 Moenia conspicio, atque aduerso fornice portas. ¶ 2 Fornices, [περίσσοι] erant Arcus in memoriam rerum a triumphalibus viris gestarum exstructi, quasi monumenta victoriarum. Cic. de Orat. 2, 267 Ita sibi ipsum magnum videri Memmium, vt in forum descendens caput ad fornix Fabii demitteret. ¶ 3 Fornix aliquando pro Lupanari ponitur, quod

75

70

75

75

75

80

85

90

95

100

105

105

105

105

105

sub fornicibus habitare consueverunt meretrices. Vet. Gloss. πορνείον, fornicus. Vid. Voss. Lex. Etymol. Bithynicus fornicus dicitur Caesar ap. Suet. in Eiusd. Vita c. 49. Cui posse soli cunctiparens dedit Castum vel ipsum reddere fornicem Prudent. in Agone Agnetis *sub sin.* Iuven. Sat. 3, 156 Lenonum pueri quocumque in fornice nati. Idem Sat. 11, 171. Oleni in fornice stantem Hor. Sermon. 1, 2, 30.

FORNICO, are. [καμαρών] Fornices facere. Plin. 11, 10 Ruentes ceras fulciunt pilarum intergerinis a solo fornicatis, ne desit aditus ad farciendum. Idem 16, 42 Populus contra omnia inferiora pandatur, palma e contrario fornicatur. *h. e. Sursum versus curvatur in modum fornicis.* Crypticis arcibus fornicare Sidon. Ep. 1, 5.

FORNICOR, ari. Dep. Scortari, meretricari. Vet. Gl. πορνείος, Fornicor, scortor. Sed hoc sensu tantum Vulg. Interp. et Ecclesiastici utuntur, ut Tertull. de Pudic. c. 22. et adu. Gnost. c. 13.

FORNICATVS, a, um. Partic. [καμαρωτός] Paries fornicatus, cui opponitur Solidus Cic. in Topic. 22 c. 4. Liu. 22, 36 extr. Via fornicata ad campum. Plin. de apibus 11, 10 Ruentes ceras fulciunt pilarum intergerinis a solo fornicatis. Ammian. 26, 24 Aedificium fornicatum. Plin. 12, 5 Ambitu fornicato.

FORNICARIVS, i. m. Dicitur Opifex et Propola siue institor, qui tabernas a fisco conducit sub fornicibus, ut ibi merces suas venales habeat: cuiusmodi esse solent in porticibus fori venalium, id est macelli, quas fallas appellant. Scaeuola l. Quum quidam §. Fiscus D. de usuris, Fiscus in suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit, ut solet a fornicariis, qui tardius pecuniam inferunt. Sic Budaeus. Sed al. Foricariis. v. v.

¶ 2 Fornicarius, Scortator. Saluian. Gub. Dei p. 279 Quis in illo numero castus fuit? Castum dico? Quis non fornicarius, non adulter? Conf. Vulg. Interp. 1 Tim. 1, 10. et Tertull. de Anima c. 35.

FORNICARIA, ae. f. Prostibulum. Vet. Gloss. πόρνη, ἀπό καμαρών. Isidor. 10. Vid. Voss. Lex. Etymol. et Tertull. de Pudicit. c. 16.

FORNICATIO, onis. f. [πορνεία] Fornicis structura. Sen. Epist. 95 Societas nostra lapidum fornicationi similis est, quae castura, nisi inuicem obstant, hoc ipso sustinetur. Adde Vitruu. 6, 11.

¶ 2 Scortatio. Vet. Gloss. πορνεία, Fornicatio. Tertull. de Pudicit. 1 extr. et contra Marc. 5, 7.

FORNICATOR, oris. m. Tertull. de Pudicit. c. 1 Limitem moechis et fornicatoribus figimus. Saluian. de Gub. Dei 7 p. 283 Vna meretrix multos fornicatores facit.

FORNICATRIX, icis. f. Isidor. 10 Fornicatrix est cuius corpus est publicum. Hae sub arcuatis prosternebantur, quae loca fornice dicuntur.

FORO, are. [τρέω, τρήτω, τρηαίω] Fodere, traicere, ut fiat foramen. Plaut. Mostel. 1, 1, 53 Ita te forabunt patibulum per vias. Columel. 5, 10 *sub fin.* Amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adiacito, et ita librum arboris inolescere finito. Idem 8, 3 Forare aurem. Macrob. Saturn. 7, 3. Iaculo iam forante cruor exit Sidon. Epist. 9, 13.

FORATVS, a, um. Part. Regulae foratae Vitruu. 10, 13. *Metaph.* Per quas foratosque Animos transmittitur Sen. de Breu. Vit. c. 10. Foratus fuerit Scribon. 84 de vtre. Conf. Rhod. Lex. Scribon. Arbor terebris forata Simpli. R. Agrar. p. 88 Goef.

FORABILIS, e. Adi. [τρητός] Nullo ictu forabilis Ouid. Met. 12, 170.

FORATVS, us. m. [τρήμα] Idem fere quod Foramen, vel potius ipsa Perforatio. Lactant. de Opific. Dei c. 3 Oculorum orbis concavis foraminibus conclusit: a quo foratu frontem nominatam Varro existimauit. Aurem foratu effeminatus Tertull. de Pall. c. 4.

FOROAPPII, et similia urbium et populorum nomina damus voce

FORVM n. 7.

FORPEX, icis. f. Instrumentum, quo pili inciduntur. Isidor. 20, 13 et Cassiodor. Orthogr. c. 4 discrimen faciunt inter Forficem et Forpicem, ut illa Sartoris sit, haec Tonforis. Sidon. Carm. 15, 184 Rurit odoratam redolenti forpice barbam. Ita in castigatissimis libris scriptum est, quod addo, quia Vossius alique de Latinitate huius vocis dubitarunt. Adde Caton. de R. R. c. 10, 3 ubi Forpices est a Victorio, et videtur pertinere ad ignem tractandum. Vetus Onomasticon, τομίδες, Forpices.

FORS, a fortis. f. [τύχη] est, ut inquit Nonius 5, 15 Casus temporalis. Fortuna, ipsa dea. Accius Andromeda, Multi iniquo, mulier, animo sibi mala auferre in malis, Quibus natura praua magis, quam fors aut fortuna obsuit. Lucil. Sat. 13 Cui parilem fortuna locum, fatumque tulit fors. Haec Nonius, quem falli necesse est, si Fortem poni etiam pro Fortuna illa gubernatrice neget: quod exempla satis ostendunt. Virg. Aen. 1, 381 Forte sua Libycis tempestas appulit oris. Forte quadam an diuinitus Liu. 1, 4. Vel forte vel prouidentia vel utcumque constitutum Vell. 2, 66, 5. Conf. Ouid. Fast. 6, 773. Domina campi-fors Cic. in Pison. 3 c. 2. Fors in aliquibus rebus plus quam ratio potest Cic. Att. 14, 12. Fors fuit pol Ter. Hec. 4, 3, 4.

¶ Vbi Donatus: Fors fuit, Fortuna faueat, quasi τῷ ἐνφρασιμῷ aduersus triste dictum vsa est: nam Fors, Fortuna bona est: et Fuit, Sit significat. dixerat enim, Quod faciendum sit fortasse. Et iterum, Fors fuit pol. i. e. Bona eueniat: quasi τῷ ἐνφρασιμῷ dicat. Bona dicito potius. An bona fortuna sit per Pollucem? Quae fors fert aequo feremus animo Ter. Phorm. 1, 2, 48. Fors incommode illis obtulerat aduentum meum Idem Hec. 3, 3, 10. Et Adelph. 4, 7, 23 Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. Vbi Donatus: Forte, pro Fortuna intelligendum. Genit. Fortis Varro L. L. 5, 3. Columel. 10, 316. Accus. Fortem Varro L. L. 4, 10. Ouid. Fast. 6, 773. Conf. Bernegger. ad Suet. Aug. c. 6, 3. Cic. Att. 14, 13 Sed haec fors viderit ea, quae talibus in rebus plus quam ratio potest. Eidem 7, 14 Sed haec ut fors tulerit. Liu. 1, 45 Vni se ex Sabinis fors dare visa est, priuato consilio imperii recuperandi. Fors et virtus miscentur in vnum Virg. Aen. 12, 714. Add. ibid. 2, 94. 7, 554. 8, 476. 10, 458. 12, 41.

¶ Fors omnia regere Sall. Iug. 52, 1. Fors praelii Iustin. 5, 118. Add. Nep. 16, 2, 1. Tacit. Ann. 14, 5, 5. Caes. B. G. 8, 12 Cuius mala fors incidit Rhemis, quibus illa dies fungendi muneri obuenerat. Sic Liu. 1, 45. Fors fortuna, tanquam dea laudari videtur Ter. Phorm. 5, 6, 1 O fortuna, o fors-fortuna quantis commoditatibus, quam subito hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem. Vbi Donatus: Fortuna, dicta est Incerta res: Fors-fortuna, Euentus fortunae bonus. Idem: Aliud Fortuna est, aliud Fors-fortuna: nam Fors-fortuna, est cuius diem festum colunt, qui sine arte aliqua viuunt: huius aedes trans Tiberim est. Varro de L. L. 5, 3 p. 47, 27

¶ Dies Fortis Fortunae appellatus ab Seruio Tullio rege, quod is-fanum

num Fortis Fortunae secundum Tiberim extra urbem Romam dedicauit Iunio mense. Cic. de Diuin. 2, 18 Quid est tandem, quod casu fieri, aut forte-fortuna putamus? Ter. Hec. 3, 3, 26 Quaeque fors fortuna est, inquit, nobis quae te hodie obtulit. Vbi Donatus: Fors-fortuna, ὄφειν, id est subita fortuna. Et Fortuna, in incerto; Fors fortuna, in bono ponitur. Forte-fortuna Ter. Eun. 3, 5, 20. Ibid. 1, 2, 54 Forte-fortuna adfuit hic meus amicus. Vbi Donatus, Forte-fortuna, i. Bona fortuna.

¶ 2 Fors pro adu. idem ac Forte; ut Charisius 2 p. 165 notat, et Priscian. 15 p. 1815. et quidem ex Virg. Aen. 5, 232. et 11, 50. Adde ibid. 2, 139. 6, 537. et 12, 183. 10

¶ 3 In MSS. Fors confunditur cum Sors: quod vide.

FORTE. Adu. [ἴσως, ἄρα, ὀμνῶν, τυχόν] h. e. Casu et veluti Per sortem. Est enim proprie Ablatiuus nominis Fors. Plaut. Amph. 2, 1, 74. Ter. Andr. 1, 1, 52 Qui tum illam amabant, forte (ita vt fit) filium perduxere illuc secum, vt vna esset, meum. Ibid. 1, 1, 91 Interea inter mulieres, quae ibi aderant, forte vnā aspicio adolescentulam. Et Phorm. 5, 1, 19 Ne vos forte imprudentes foris effutiretis. Sic Liu. 1, 22. Forte euenit, etc. Cic. de Orat. 2, 224. Virg. Aen. 7, 112.

¶ 2 Interdum dubitationem significat, et incertum factum aut euentum. Ne forte hoc magnum ac mirabile videatur Cic. de Orat. 2, 91 c. 46. Ne forte me in Graecos tam ambitiosum factum esse mirere Idem Q. Frat. 1, 2, 2. Nisi forte Id. pro Flacc. 20. Nisi forte volumus Cic. de Fato c. 16. Nepos 10, 9, 2 Si forte consiliis obstitisset fortuna. Si quis vestrum Iudic. aut eorum, qui adfunt, forte miratur Cic. Diuinat. Verr. 1. Idem de Orat. 3, 44 Vereor, ne nihil sim tui nisi suppositionem pedis imitatus, et pauca quaedam verba, et aliquem si forte motum. Vid. Cruqu. in Horat. Epod. 16, 15.

FORSAN. Adu. idem quod Forte dubitantis: sed varius [τάχα] Ter. Andr. 5, 5, 1 Aliquis forsā putet. Virg. Aen. 1, 203 Forsan et haec olim meminisse iuuabit. Caeterum in Forsan, Forsitan, Fortassean sunt qui malint an separatim adiungere.

FORSIT. Idem. Hor. Serm. 1, 6, 49 Quia non vt forsit honorem Iure mihi inuideat quiuis. Lucret. 6, 735 Forsit et Aethiopyum penitus de montibus altis Crescat. Virg. Aen. 11, 50 Forsit vota facit. Ita quidam Codd. alii Fors et vota. Vid. Brouckh. ad Propert. 2, 7, 33.

FORSITAN. Aliud Adu. Eiusdem significationis. Ter. Eun. 1, 2, 117 Me miseram, forsitan hic mihi paruam habeat fidem. Cic. de Orat. 3 c. 9 Ex qua mea disputatione forsitan occurrat illud. Idem Off. 3 c. 6 Forsitan quispiam dixerit, numne igitur, etc. Quintil. 3, 9 Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret. Conf. Ouid. Trist. 3, 3, 25 et 87. et Burm. ad Petron. c. 130.

FORTASSIS. Aliud Adu. [ἴσως ἤ] Cic. Fam. 2, 16 Sed ego fortassis vaticinor, vt haec omnia meliores habeant exitus. Conf. Plaut. Afin. 2, 4, 86. Fortassis absurdum auribus visum, praelatumque adeo Fortasse Charif. p. 203.

FORTASSE. Adu. Idem. [ἴσως ἤ] Plaut. Afin. 2, 4, 92. Ter. Eun. 5, 9, 31 Tu fortasse quae facta hic sint nescis. Idem Heaut. 4, 3, 37. Cie. Fam. 2, 5 Raras tuas quidem, fortasse non perferuntur, sed suauis accipio literas. Idem Fam. 7, 3 Habes epistolam verbosiorē fortasse quam velles. Et Diu. Verr. 40 Fortasse dices, Quid? ergo haec in te sunt omnia. Graeculus otiosus et loquax, fortasse doctus Cic. de Orat. 1, 102. Puerum inquires, fortasse fatuum, et non grauem, et non continentem Cic. Att. 6, 6. Paullatim mercaris agrum, fortasse trescentis Hor. Epist. 2, 2, 164. Cum Infinitiuo iungit Plaut. vt, Fortasse te illum mirari coquam Merc. 4, 4, 43. Vid. Gronou. Obs. 3, 9 p. 506.

FORTASSEAN. Idem. Apul. de Deo Socrat. p. 44, 40. Apol. . . Fortassean adhuc vidua antequam nupta domi sedisset. Gell. 7, 360 extr. Ea omnia distinctius numerosiusque ac comitius fortassean dici potuerunt. Idem 11, 9 pr. Fortassean auxilii petendi gratia. In his dubitandi particula AN, eleganter adsumitur. Add. Varr. R. R. 3, 6, 1. et ibi Vrsin.

FORTAX, vid. post **FORTITVDO.**

FORTEX, icis. m. Vnguis s. infima et albida rosae pars. Nebriff.

FORTIS, e. Adi. [ἰσχυρός, γυναικός Gloss. Lat. Gr.] Proprie Is dicitur, qui est validis viribus praeditus. Fortis, Frugi et bonus siue validus, Festus. Fortes fortuna adiuuat Cic. Tusc. 2 c. 4. Fortibus est fortuna viris data Enn. apud Macrob. Sat. 1, 1. Multi dubitauerunt, fortior an felicius esset Sall. Iug. c. 95. Fortissimus quisque generosissimus Idem ib. c. 85. Fortuna fortes metuit, ignauios premit Sen. in Med. v. 159. Fortes creantur fortibus Hor. Od. 4, 4, 29. Ad opera fortis Columel. 6, 2. Idem 1, 8. et Plin. Epist. 10, 89. et 7, 23. Contra audaciam fortissimus Cic. pro Rosc. Amer. 85. Contra pruinas fortissimus Plin. 14, 2. In armis fortis Tibull. 1, 10, 31. Manu fortis Ouid. Met. 13, 360. Contraria: Cic. de N. D. 2, 145 Iratum, propitium; laetantem, dolentem; fortem, ignauium; audacem, timidum cognoscunt.

¶ 2 Hic ponemus Substantiua Nomina, in quibus robur quoddam et vires agendi atque sustentendi, a natura ipsius corporis ortas notare videtur. Nam Fortis ad valetudinem corporis etiam refertur. Epit. Liu. 59 Scipio Africanus cum fortis ac validus de die domum se recepisset, mortuus in cubiculo inventus est. Aetas fortior Ouid. Epist. 1, 107. Aries suspenso fortior icu Lucan. 3, 490. de machina militari. Arma fortia Virg. Aen. 10, 735. Aura fortior Ouid. Amor. 2, 11, 38. Ausa fortia Virg. Aen. 9, 281. Coloni fortes Idem Georg. 3, 288. Corpora fortia Id. Aen. 1, 105. Ductor fortissimus Virg. Aen. 8, 513. Idem Aen. 11, 706 Quid tam egregium, si femina forti Fidis equo? Sic Lucret. 3, 8 Fortis equi vis. Citat utrumque locum Nonius 4, 195 et celerem significari ait. Nempe haec est vis et virtus et laus equi. Facta Liu. 26, 39. Virg. Aen. 1, 645 Fortia facta patrum. Plaut. Trin. 5, 2, 9 Sed ego hoc nequeo mirari satis, eum sororem despondisse suam in tam fortem familiam, i. diuitem, potentem. Genus dicendi forte et veheuiens Cic. de Orat. 3, 29. Germina terrae. Nempe ita Virg. Georg. 2, 48 Sponte sua quae se tollunt in luminis auras, Infecunda quidem, sed laeta et fortia surgunt. Impetus animi fortissimus Cic. de Orat. 3, 28. Plin. 11, 37 Hirto corde gigni quosdam homines produnt, neque alios fortioris esse industriae. Inflexio laterum fortis et virilis Cic. de Orat. 3, 218. Ingenium fortius Ouid. Epist. 19, 6. Lapathum Plin. 19, 12. Latus forte Hor. Epist. 1, 7, 26. Mycenae Virg. Georg. 3, 121. Nomina fortissima Sil. 17, 493. Oculis fortibus spirans Martem Cic. Att. 15, 11. Oratio fortis et virilis Idem de Orat. 1, 231. Orationi forti opponitur Placida, summissa, lenis. Cic. de Orat. 2, 183 Non enim semper

fortis oratio quaeritur, sed saepe placida, summissa, lenis, quae maxime commendat reos. Rami Virg. Georg. 2, 296. Tauri Idem Georg. 1, 65. Turmae Propert. 2, 10, 3. Vinum Falernum Hor. Sat. 2, 4, 24. Vir fortis ad arma Ouid. Fast. 2, 688. Vites fortissimae contra pruinas Plin. 14, 2. Vrbs fortissima Cic. Philipp. 12, 7. *Sed hodie editur*, Illi Vrbi fortissime conanti e manibus est ereptus Antonius. ¶ 3 *Est epitheton animi Constantis et magnanimi*: Virg. Aen. 1, 226 Fortemque Gyan, fortemque Cloanthum. Heroum fortissime Idem Aen. 5, 389. Cic. de Senect. 72 Ex quo fit, vt Animosior etiam senectus sit quam adolescentia et fortior. Adiutor Cic. pro Domo 30. Adolescens bonus et fortis Idem Verr. 2, 138. Animus Hor. Serm. 2, 5, 20. Animi fortis et acris magnique vir Cic. pro Sext. 4. Animi fortis et constantis est non perturbari in rebus asperis Idem Off. 1, 80 c. 23. Animus fortis et magnus Id. Off. 1, 8. Corda Tibull. 3, 2, 6. Corda fortissima Virg. Aen. 5, 729. Cupiditas acerrima et fortissima Populi Romani recuperandae libertatis Cic. Philipp. 12, 7. Pectus Virg. Aen. 4, 589. Viuite fortes Fortiaque aduersis opponite pectora rebus Hor. Sat. 2, 2 extr. Sententiae acerrimae et fortissimae Cic. in Catil. 3, 13. Verba Propert. 1, 5, 14. *i. magnifica: v. b. l. Liuinet.* Cic. de Fin. 1, 36 Qui studiose antiqua persequeris, claris et fortibus viris commemorandis. Ter. Andr. 2, 6, 14 Caut, ne vnquam infamiae ea res sibi esset, vt virum fortem decet. Vir fortis ad pericula Cic. pro Font. 31. Contra audaciam fortissimus Idem pro Rosc. Am. 85. Vir constans et fortis Id. de Clar. Orat. 117. Magnanimi et fortes viri Cic. Off. 1, 63. Magnitudinem fortissimi viri desiderare Idem pro Milon. 70. Viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis exstitit, honos habitus Cic. pro Rosc. Amer. 137. ¶ 4 Fortis, Formosus. Certe Plaut. Mil. 4, 3, 13 Ecquid fortis visa est? Nonius 4, 195 ita exponit. Nemp, vt recte Scal. de Causis L. L. 1, 22. Fortis et Pulcher antiquis idem. Pulcher quasi πολύχαρ, i. Fortis, unde Virg. Aen. 7, 656 Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus. Romani enim, qui omnia in fortitudine ponebant, eum demum bonum et formosum putarunt, qui esset fortis. Sequitur apud Plautum l. c. quod magis ista firmet. Nominarat Palaestrio nauclerum. Hic Pyrgopolinices, Quid is? ecquid fortis? Respondet Palaestrio, Abi sis hinc: nam tu quidem ad equas scitus fuisti admistrarius, qui consecrare qua mares qua feminas. Sic Baconid. 2, 2, 38 Sed Bacchis etiam tibi fortis visa est? Pl. Rogas? Ni nactus Venerem essem, hanc Iunonem dicerem. Hunc locum etiam recte de pulchritudine explicat Seru. ad Aen. 4, 149.

FORTITER, Adu. [*ἀνδρείως, ἔρρωμένως, ἰσῆ*] i. Animosè, et infracto animo. Plaut. Men. 1, 2, 20. Cic. de Senect. 85 Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum. Animosè et fortiter non solum, sed considerate etiam, sapienterque facere aliquid Cic. Philipp. 4, 6 c. 2. Ironia est in illo Maenius vt rebus maternis atque paternis Fortiter Absumtis Hor. Epist. 1, 15, 26. Accipere aliquid Cic. Att. 15, 20. Defendere aliquid Ouid. Amor. 2, 5, 9. Defendere libere et fortiter salutem alicuius Cic. Fam. 12, 18. Fortius e multis mater Desiderat vnum Ouid. Rem. Amor. 463. Disputare constanter et fortiter Cic. de Prouinc. Conf. 41. Facere aliquid animo magno, fortiter, excellenterque Idem Off. 1, 61. Perseuerare fortissime facere aliquid Id. pro Quint. 5. Facere aliquid fortiter in re militari Cic. Verr. 5, 4. Hem ista est virtus, quando vsus est, qui malum Fers fortiter. Fortiter malum qui patitur, idem post potitur bono Plaut. Afin. 2, 2, 57. Ferre quidquid acciderit, fortiter et sapienter Cic. Att. 14, 13. Gerere bellum cum hostibus Idem pro Flacc. 98. Indicare Quinctil. 6, 1. Perire Hor. Serm. 2, 3, 42. Pugnare fortius Caes. B. G. 2, 26. — fortissime Id. ib. 4, 37. — Fortissime Id. ib. 4, 12. Resistere Quinctil. 6, 4. Vti ense Ouid. Epist. 11, 97. Compar. Non abstulit modo, sed in amorem coniecit fortius Plaut. Merc. 5, 3, 5. Tormento fortius mittere aliquid Ouid. Met. 9, 218. Superl. Fortissime vlmus seruat rigorem Plin. 16, 40. De usu huius Adu. vid. Burm. ad Quinct. 2, 12 pr. et 6, 12 p. 420.

FORTICVLVS, a, um. Adi. Dimin. Cic. Tusc. 2, 45 c. 19 Quamuis idem forticulum se in torminibus et in stranguria sua praebeat. Conf. Apul. Met. 8 p. 213 Elmenh. et Auson. Epist. Eidyll. 5 praefixa.

FORTIVSCVLVS, a, um. Adi. Aliud Dimin. affert Pareus in Plaut. Mil. 4, 3, 13. Vid. eius Lex. p. 499. Sed improbat Taubm. ad loc. p. 865. Gronou. legit Fortis.

FORTESCO, ère. [*κραίνωμαι*] Fortem fieri. Naeuius, Crescit annis, et fortescunt vires. Gell. 19, 7 de Naeuio, Item quod fortescere posuit pro fortem fieri. Antiquum.

FORTIFICO, àre. [*κραίνω, διαχυρίζω*] Affertur. Plauti Fortifica animum. Cael. Aurel. Acut. 2, 30 Vina sufficientia fortificare. Idem Tard. 2, 4, 78 Dentes constringere atque fortificare. Idem ib. 3, 2, 38. et 3, 7, 91.

FORTIFICATIO, ònis. f. Cael. Aurel. Tard. 4, 3 Fortificationem corpori adhibere.

FORTITAS, àtis. f. Gloss. Gr. Lat. ἀνδρεία, fortitas, virilitas. Placet haec vox Salmasio ad Solin. p. 26.

FORTITUDO, ònis. f. [*ἀνδρεία, ἰσῆς, ἀλήθεια*] est, vt ait Cic. de Inuent. 2, 163 Considerata periculorum susceptio, et laborum permissio. Idem de Inuent. 1, 62. ac Off. 3, 117. Gell. 12, 5 Ea vera et proba fortitudo est, quam maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum: per quod apparet esse quaedam intolerabilia, quibus fortes viri aut obeundis abhorreant, aut sustinendis. Fortitudini fortuna adiumento solet esse Aucr. ad Heren. 3 c. 5. In periculis fortitudo, in negotiis labor Cic. pro L. Manil. 26. Comites fortitudinis sunt, magnitudo animi, grauitas, patientia, rerum humanarum despicientia Cic. Tusc. 2, 32 c. 13. Viri propria maxime est fortitudo, cuius munera duo maxima sunt, mortis dolorisque contentio Idem Tusc. 2, 43. Domesticae fortitudines non inferiores militaribus Id. Off. 1, 78. Magnitudinis animi et fortitudinis proprium est, nihil extimescere, omnia humana despiciere, nihil quod homini accidere possit, intolerandum putare Cic. Off. 3, 100 c. 27 pr. Erumpit fortitudo in neruum, vid. NERVVS. Imitatur audacia fortitudinem Cic. in Partit. 81. Venientibus malis obstat fortitudo Idem in Parad. 77. Spectari fortitudinem omnem aut in dolore, aut in labore, aut in periculo Id. de N. D. 3, 38. Non militum praesenti fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilem ciuium mentem vindicauit Cic. anteq. iret in exil. 3.

FORTAX, àcis. f. Cato de R. R. c. 38 Facito fortax totam fornacem infimam complectatur. Vt a Fornice, Fornax; ita a Fortitudine,

dine, Fortax dici videtur: quo verbo censetur totus imus camini gyrus, et soli tegumentum pavementatum et saxeam. *Ἰαρόδος* a Graecis vocari videtur. Hesychius, *Ἰαρόδος*, λίθος ὁ κάτω τιθέμενος ἐν τῷ ἱππῷ ἐν τοῖς μεταλλεύσει. Haec Turneb. Aduers. 11, 13. Nec post fuit, qui doceret melius. Conatus aliquid est Ponted. Epist. 5 p. 51, quod *Ἰαρόδος* baiulum 5 significet.

FORTVITO, FORTVITVS, vid. FORTVNA.

FORTVNA, ae. f. [*τύχη, αὐτοματία, πότμος, ἄμνησία, Φιλητίον*] Accidentium rerum euentus, in quantum ex causis suis praevideri non potest. Vid. FORS, a quo videtur derivatum: Saepe non peculiarem aliquem aut singularem euentum notat, sed totum statum et conditionem, quae ex multiplici diuersorum euentuum serie et connexionem existit. Aur. Vict. Vir. illust. c. 4 Vt fortunam belli experiretur, ac sequeretur, a Tullio in auxilium accessit, aciem in collem subduxit. Caes. B. G. 7, 1 Miseratur communem Galliae fortunam. Fortunam definit Cic. de Diuin. 2, 15 c. 6 Quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid euentus, nisi quum sic aliquid cecidit, sic euenit, vt vel non cadere atque euenire, vel aliter cadere atque euenire potuerit? Fortunae vocabulum medium est: Simul fortuna Ciuitatis vera virtute eguit Liu. 4, 31. i. status. Belli fortuna Cic. ad Brut. 10. Casus et fortuna Idem de N. D. 1, 92. Omnia summa consecutus es virtute duce, Comite fortuna Cic. Fam. 10, 3. Fortunae magnae Comes est adulatio Vell. 2, 102, 3. Quinctil. in proem. 6 Nam frustra mala omnia ad Crimen fortunae relegamus. Fluctus fortunae Catull. 66, 13. Inops fortunae Tacit. Ann. 4, 39. Motus fortunae Cic. Att. 8, 4 pr. Ille propter virtutem fortunae vtriusque Moderatricem, hic propter obsequium fortunae semper fauentis Curt. 6, 5, 35. Procella impotens fortunae Sen. Agam. l. 7. Riuus liquidus fortunae Hor. Epist. 1, 12, 9. Varietas propria fortunae Cic. de Diuin. 2, 109. ¶ 2 Aduersa Cic. de N. D. 3, 61. 30 et de Arusp. Resp. 54. Aequa Hor. Epist. 2, 1, 94. Aequabilis perpetuaeque Cic. post redit. in Senat. 2. Anceps pugnae Virg. Aen. 4, 603. Ardua Claud. de Conf. Hon. 3, 13. Non solum ipsa fortuna Caeca est, sed eos etiam plerumque efficit caecos, quos complexa est Cic. de Amicit. 54 c. 15. Idem Philipp. 13, 10. Communis pro-35 pinquis plerumque fortuna Id. Off. 1, 58. Valer. Max. 7, 1 Volubilis fortunae complura exempla retulimus, Constantis et propitiae admodum pauca narrari possunt. Crudelis Sil. 13, 382. Dubia Cic. Verr. 1, 81. Dulci fortuna ebrius Hor. Carm. 1, 37, 11. Facillima Virg. Aen. 11, 716. Fatalis Cic. pro Sext. 17. Idem de 40 Diuin. 2, 87 Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum, nusquam se Fortunatorem quam Praeneste vidisse fortunam. Grauis Ouid. ex Pont. 4, 4, 4. Indignissima Cic. post redit. ad Quir. 7. Infesta, vid. INFESTVS. Infima conditio et fortuna seruorum Cic. Off. 1, 41. Iniqua fortuna laedi Ouid. ex Pont. 4, 6, 39. Manca 45 Hor. Serm. 2, 7, 88. Minax Iuuen. Sat. 10, 52. Miserrima Ouid. Trist. 3, 11, 71. Omnipotens, vid. OMNIPOTENS. Par Nep. 5, 2, 3. et 18, 1, 1. Pronior Patere. 2, 69 extr. Propitia, vid. paulo ante Constans. Prospera Hor. Carm. 4, 14, 37. Rapax Idem Carm. 1, 34, 14. Secunda Cic. de Arusp. Resp. 54. Tristis 50 Ouid. Epist. 3, 43. Cic. pro Milon. 93 Quam Vaga volubilisque fortuna, quam varia vitae commutabilisque ratio. Vtraque Curt. 6, 5, 35. ¶ 3 Verba. Abuti fortuna, vid. ABUTOR. Adire fortunam, vid. ADEO. Cic. pro L. Manil. 47 c. 16 Fuit quibusdam summis viris quaedam ad amplitudinem — diuinitus Ad-55 iuncta fortuna. Firmic. 5, 7 Tunc exactis malis omnibus, secunda quandoque incipiet aliquantulum afflare fortuna. Aspirat fortuna labori Virg. Aen. 2, 385. Fortuna opes auferre, non animum potest Sen. Med. v. 176. Ausa est fortuna aliquid aduersus absentem ducem Flor. 4, 2, 30. Committere se fortunae, vid. COMMITTO. 60 Committere se timidius fortunae Cic. Att. 10, 4. Patere. 2, 79 Sed virum humana ope inuictum, grauius eo tempore fortuna Concussit. Coniuncta virtuti fortuna, vid. CONIUNGO. Constituit aliquem mearum ineptiarum testem fortuna Cic. de Orat. 1, 12. Contingere aliquid casu et fortuna Idem Off. 2, 44. Conuersa subito fortuna 65 est Nep. 7, 9, 4. i. rerum status, conditio. Crescens Stat. Silu. 5, 1, 119. Dare fortunam Quint. Cic. de Petit. Conf. 9. Si virtuti par Data esset fortuna Nep. 18, 1, 1. Deuenire in fortunam Cic. Fam. 4, 5. Firmic. 5, 6 Homines erunt variae fortunae: quandoque enim ex vilibus alti, quandoque ex dominis atque principibus ad 70 humilem fortunam tristemque Deiecti. Destruere per haec fortunam suam Caesar, imparemque tanto merito rebatur Tacit. Ann. 4, 18. Dilabi fortunam Auct. ad Heren. 4, 25. Domare virtutibus fortunam Claud. in Conf. Prob. et Olyb. 38. Fortuna in omni re Dominatur Sallust. Catil. c. 8 pr. Esse fortuna, idem est quod Fortunam 75 subire. Cic. in Brut. 1 Fortuna optima Esse debent. Esse fortuna inferiorem aliquo Cic. Fam. 13, 5. Idem de Prouinc. Conf. 41 Excipere fortunam, subire vim atque iniuriam malui, etc. Elargitur res fortuna Cic. Fam. 1, 5. Facere periculum fortunae Idem de Prouinc. Conf. 55. Quidquid in altum Fortuna tulit, ruitura Levat: Modicis rebus longius aeuum est Sen. Agam. 100. Ferre bene magnam fortunam Hor. Carm. 3, 27, 75. Sui cuique mores fingunt fortunam Nep. 25, 11, 16. Fortuna nimium quem Fouet, stultum facit Publ. Syr. Functus omni fortuna prospere Cic. pro Muraen. 1. Gubernans Lucret. 5, 108. Cuius fortunae nos motum, 85 ratione quadam Gubernabimus Cic. Att. 8, 4 pr. Habere fortunam Ouid. Met. 3, 149. Habere fortunam reuerenter Aufon. in Exhortatione ad modestiam, epigr. 8. Habere similem causae fortunam Liu. 4, 31. Fortunam in potestate Habuit Cato Vell. 2, 35, 2. Habet vim fortuna maximam Cic. in Parad. 5. Fortuna simul cum 90 moribus Inmutatur Sall. Catil. c. 2. Quo se fortuna, eodem etiam fauor hominum Inclinat Iustin. 5, 1, 11. Infectari miserorum fortunam Cic. ad Brut. 4. Insequitur eadem fortuna viros Virg. Aen. 1, 224. Quinctil. in proem. 6 Illud vero Insidiantis, quo me validius cruciaret, fortunae fuit. Inuicta fortuna Caesarum Flor. 4, 95 7, 10. Inuidet fortuna Populo Romano Idem 4, 2, 1. Labentem fortunam continere, vid. LABOR. Legare fortunae, vid. LEGO. Cic. . . . Nullo loco deero, neque ad consolandum, neque ad Leuandum fortunam tuam. Moderandum fortunae Tacit. Ann. 15, 5. Mutatur fortuna, vid. MVTO. Nutat fortuna, vid. NVTO. 100 Cic. Att. 14, 17 Si non fortunae Obsequutus fueris, male tecum agitur. Pendere ex fortuna, vid. PENDEO. Pendebat belli fortuna Ouid. Met. 8, 12. Homines, qui se Permittere fortunae, etiam naturam dediscunt Curt. 3, 2, 18. Fortuna in omni re multum Potest Vell. 2, 116, 3. Positum in fortuna omne consilium Cic. Att. 105

14, 11. Tacit. Hist. 1, 62 Torpebat Vitellius, et fortunam principatus inertis luxu, ac prodigijs epulis Praesumebat. Prorogata potestas fortunae in aliquos Cic. Q. Frat. 1, 1, 4. Prouocare fortunam, *i. Periculis se exponere* Lucan. 9, 885. Recessit fortuna Virg. Aen. 3, 53. Regit fortuna vitam, non sapientia Cic. Tusc. 5, 25 c. 9. Renascens Hor. Carm. 3, 3, 62. Respondere superbae fortunae Idem Epist. 1, 1, 67. Respuat constantiam amica varietate fortuna Cic. de N. D. 2, 43. Seiungi non potest fortuna ab inconstantia et temeritate Idem de N. D. 3, 61. Omnia summa ratione consilioque acta fortuna etiam, vt sit, Secuta est Liu. 5, 19. Sequens fortunam suam Caesar, peruectus in Africam, ibi primo variam fortunam expugnauit, inclinataeque hostium copiae . . . Cic. in Sallust. 14 Bis ad iudicii subsellia attractus, extrema fortuna Stetit, et ita decessit, vt non hic innocens esse, sed iudices peierasse existimaretur. Sum: vt, Esse infelicem, fortunae est: esse deteriozem, improbitatis Cic. de Prouinc. Conf. 8. Pelle moras, breuis est magni fortuna fauoris Sil. 4, 734. Nihil est tam contrarium rationi et constantiae, quam fortuna Cic. de Diuin. 2, 18. In casu sunt atque fortuna bona corporis et quae extra corpus sunt Idem Tusc. 5, 25. Inferiorem fortuna alio esse Id. Fam. 13, 5. Magnam esse vim in fortuna in vtramque partem, vel ad secundas res, vel ad aduersas, quis ignorat? Cic. Off. 2, 19. Subire fortunam Idem Fam. 13, 5. Tentare fortunam Lucan. 3, 510. Trahere fortunam, *pro In fortuna esse*. Cic. anteq. iret in exil. 14 Vt tutam, tranquillamque fortunam traheretis, mea perfecti vigilantia. Fortuna nulli plus quam consilium Valet P. Syr. Mim. Vexilla fortunae modeste Summittere Stat. Silu. 4, 2, 43. Viderit hoc fortuna, quoniam consilio non multum Vti licet Cic. Att. 6, 4. Vti fortuna Virg. Aen. 9, 240. Eodem die pari fortuna in terra Vfus est Nep. 5, 2, 3. Vfus est fortuna nemo dexterius Hor. Serm. 1, 9, 45. ¶ 4 Fortuna, *Dea credita est antiquis*. Iuuen. Sat. 10 *extr.* Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te Nos facimus Fortuna deam, caeloque locamus. Fortunae huius deae Cognomina et Tempa enarrare hic longum est. Diligenter satis collecta sunt post alios in Lexico Pitisci. Omissa tamen Fortuna Antias numis et inscriptionibus celebrata, de qua Phil. a Turre Monum. Vet. Antii p. 4 344. et Interpretes ad illud Hor. Od. 1, 35, 1 O Diua, gratum quae regis Antium. De Fortuna Equestri an Sequestri disputatur ad Tacit. Ann. 3, 71. Vid. SEQUESTER. Equestris templum est Vitruu. 3, 2. Liu. 42, 3. Diem et Fannum Fortis Fortunae memorat Varro de L. L. 5, 3. Donatus ad Ter. Phorm. 5, 6 1 Fors Fortuna est, cuius diem festum colunt, qui sine arte aliqua viuunt. Huius aedes trans Tiberim est. Add. Tac. Ann. 2, 41. Cic. de Legg. 2, 28 c. 11 Fortunaque sit vel Huiusce diei (Plut. τῆς ἡμέρας ἐκείνης. conf. Plin. 34, 8) nam valet in omnes dies, vel Respiciens ad operam ferendam; vel Fors, in quo incerti casus significantur magis; vel Primigenia etc. De Primigenia Fortuna add. Liu. 29, 36. it. 34, 53. De Publica Ouid. Fast. 4, 375 et 729. Videtur haec eadem Populi Romani, de qua est Plutarchi libellus, et Disp. Lipsiensis Phil. Olearii. Hanc numis (praesertim Neruae) celebratam videre licet. Hanc saepe memorat Liuius, v. g. 1, 46. 2, 40. 7, 34. 35, 6. Add. Tacit. Hist. 3, 46. De illa fortuna Imperii vel Populi Romani etiam auspiciam quoddam maiestatis notante; Gruter. Disc. ad Tac. 1 et Boecler. de Auspicio regio. Sed in edicto Neruae apud Plin. Epist. 10, 66, 9 Quem Fortuna Imperii meliore vultu respexit, significat, cui Imperator pro sua potestate beneficium tribuit. Alio significato Fortuna Populi Rom. ponitur Liu. 6, 30 quem locum damus in fine huius articuli. De Reducis Fortunae templo Martial. 8, 65. et Claudian. VI Conf. Hon. 1. Fortunae Sciae Plin. 36, 22 quam a Seruio rege sacratam aede ex phengite honorauit Nero etc. Plaut. Pseud. 2, 3, 12 Centum hominum doctum consilia sola haec deuincit Dea Fortuna. Plaut. Aul. 1, 2, 22 Si bona Fortuna veniat, ne intromiseris. Cic. Philipp. 13, 10 Deinde obsecro vos Patres Conscripti, quis hoc vestrum non videt, quod fortuna ipsa quae dicitur caeca, vidit? Domina rerum fortuna Cic. pro Marcell. 7 c. 2. Facies inuidiosa fortunae Ouid. in Ibin 122. Filius fortunae Hor. Serm. 2, 6, 49. vid. FILIUS. Iniuria fortunae Ouid. ad Liu. 51. Ludus fortunae Hor. Carm. 2, 1, 3. Multari a fortuna, vid. MVLTATA. Vultum seruat fortuna benignum Hor. Epist. 1, 11, 20. Fortuna rerum humanarum diuinarumque potestas Petron. c. 120. Fortunam insanam esse et caecam et brutam perhibent philosophi, saxoque instare globoso praedicant volubili Auct. ad Heren. 2, 36 c. 23. Ex Pacuio. Conf. Plin. 2, 7. Muneribus fortunae amplissimis ornari Cic. de Prouinc. Conf. 35. ¶ 5 Fortuna et Plur. Fortunae saepe diuitias, opes, et totum illum statum, quo censentur felices, aut infelices, notare solet. Cic. de Amicit. 59 c. 16 Saepe enim in quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandae fortunae fractior. Hor. Epist. 1, 5, 12 Quo mihi fortuna, si non conceditur vti? Abundare fortuna Quinctil. 6, 1. Ter. Andr. 1, 1, 70 Omnes — laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum. Conf. Donat. Idem Phorm. 1, 4, 24 Quod si eo meae fortunae redeunt, etc. Cic. Tusc. 1, . . . Plenus fortunarum, *i. Bonorum et pignorum*. Liu. 3, 68 Pleni fortunarum gloriaeque triumphantes domum redibatis. Cic. pro Rosc. Com. 33 Tum enim propter Reipubl. calamitates, omnium possessiones erant incertae: nunc deum immortalium benignitate, omnium fortunae sunt certae: Accessiones fortunae et dignitatis Cic. Fam. 2, 1. Conditio et fortuna hominum infimi generis Idem pro Milon. 93. Omnis fortunae mulieres ac loci Id. in Pison. 52. Defensor fortunarum alicuius Cic. Diu. Verr. 54. Hor. de Arte Poët. 109 Formatur enim natura prius nos intus ad omnem Fortunarum habitum. Periculum fortunarum Quinctil. 2, . . . Add. Id. 4, 2, 122. ¶ 6 Epitheta et Verba. Tacit. Ann. 13, 21 Nec si Iturius et Caluissius Aedes omnibus fortunis, etc. vid. ADEDO. Amplissimae Cic. Verr. 5, 18 c. 8. Ampliuscula Apul. Apol. . . . Ancipiti Suet. Iul. c. 36, 2. Florentissima Cic. Tusc. 5, 25. Immundae, vid. IMMUNDVS. Infima fortuna homines Cic. de Fin. 5, 52. Idem pro Sull. 89 Hic vos orat Iudices paruus, vt se aliquando, si non Integra fortuna, at afflicta patri suo gratulari finatis. Secunda aut aduersa cadat fortuna Virg. Aen. 9, 283. Sordida Sen. Herc. fur. 3. Afflicta alicuius Cic. pro Sull. 37. Afflicta et mala Idem Fam. 1, 9. Amittere secundas fortunas, et in aduersis sine vlllo remedio permanere Id. pro Sull. 66. Amplificare fortunam Cic. de Amicit. 59 c. 16. Auctus fortunis, vid. AVGEO. Concredere alicui fortunas, vid. CONCREDO. Conferre spoliata fortunam alicuius cum florente alterius Cic. in Pison. 38. Conqueri fortunas suas Plaut. Mil. 2, 1, 47. Consulere fortunis, Conturbare fortunas, v. hb. vv. Decernere

cernere pro fama et fortunis Cic. de Orat. 2, 201. Defendere fortunas nostras per aliquem, cuius fides est nobis cognita Idem Diuinat. Verr. 20 c. 6. Ampliuscula fortuna Deuolutus Apul. Apol. . . Dimisit morte fortunas suas Crassius Cic. Tusc. 1, 12. Egens fortuna, vita turpis Asclepiades Idem pro Flacc. 35. Et Diu. Verr. 21 c. 6 5
Cur de quibus in prouincia non optime es meritis, eos nunc plane fortunis omnibus conaris Euertere? Ferre pulcherrime secundam fortunam et aequae aduersam Cic. Fam. 4, 5 extr. Fieri praedonum impetum in fortunas alicuius Idem Fam. 4, 7. Frui dignitate tua et fortunis licebit Id. Fam. 6, 2. Iactari: ut, Misera, multumque 10
iactata alicuius fortuna Cic. pro Cluent. 7. Impertire fortunas aliis, Inclinat se fortuna ut, Inuadere in fortunas alicuius, Locupletare fortunis, vid. hb. vv. Lugere fortunas meas bonos viros malui, quam suis desperare Cic. post redit. in Senat. 33. Obtinere fortunas Idem Fam. 4, 7. Offendere ad fortunam Phaedr. 4, 14. Or- 15
natus Imperator honoribus amplissimis fortunisque maximis Cic. in Brut. 18. Parare magnas fortunas, vid. PARO. Prodere fortunas Auct. ad Heren. 4, . . Relinquere domum et fortunas Cic. Fam. 12, 6. Succurrere salutis fortunisque omnibus Idem pro Rabir. 3. Liu. 6, 30 Quidquid superfuit fortunae Populi Rom., id militum et- 20
iam sine rectore stabilis virtus tutata est.

FORTVNO, are. [*ἐγών*] Prosperare, et bonis augere. Cic. Fam. 2 Tuum patrimonium dii fortunent. Idem Fam. 15, 7 Maxima sunt laetitia affectus, quum audiui Consulem te factum esse, eumque honorem tibi deos fortunare volo. Hor. Epist. 1, 11, 22 Tu 25
quameunque deus tibi fortunauerit horam Grata sume manu. Conf. Non. 2, 315.

FORTVNĀTVS, a, um. [*εὐδαίμων, εὐτυχής*] Felix. Ter. Adelph. 5, 3, 66 Derides? fortunatus qui isthoc animo fies. Idem Eun. 2, 2, 53. Ibid. 5, 9, 1 Ecquis me viuit hodie fortunatior? 30
Idem Heaut. 4, 8, 1 Factum me nunc omnium fortunatissimum esse intelligo. Virtus fortunatissimos potest facere Apul. de Dogm. Plat. a p. 25. Virg. Ecl. 5, 59 Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo. Integrorum et fortunatorum promissa Cic. pro Muraen. 50. Gell. 16, 19 In gratia, pecuniaque magna fortunatum esse. Fortunatus et 35
potens Cic. Off. 2, 62. Fortuna fortunatior Idem de Diuin. 2, 87. Comitatu nobilium iuuenum fortunati quidam Cic. de Senect. 29. Plaut. Pers. 4, 4, 1 Satin' Athenae tibi visae fortunatae atque opiparae? Ciuitas fortunatissima Eumen. Paneg. Const. 10, 22. Coniugium fortunatum Ouid. Met. 2, 803. Domus Propert. 3, 20, 9. Exitus 40
alicuius Cic. de Clar. Orat. 329. Gens Virg. Georg. 4, 287. Homo Cic. pro Quint. 180. Homo fortunatus et nobilis Idem de Orat. 2, 352 c. 86. Ingenium fortunatius Hor. de Arte Poët. 595. Fortunatorum Insulae Plaut. Trin. 2, 4, 148. Plin. 4, 22 Ex aduerso Celtiberiae complures sunt insulae, Cassiterides dictae a Graecis, a 45
fertilitate plumbi, et e regione Arrotrebarum promontorii, deorum sex, quas aliqui fortunatas appellauerunt. *Vulgus autem nostrum hodie vocat Insulas Cannarias, a fertilitate cannarum, in quibus crescit saccharum.* Vid. Hor. Epod. 16, 41. et Muretum Var. Lect. 5, 1. et Flor. 3, 22, 2. Nemora Virg. Aen. 6, 639. de campis Elysiis. Nihil 50
est nobis fortunatius Cic. ad Q. Frat. 2, 14. Praelio fortunatissimo decertare Patere. 2, 12, 5. Respublica Cic. in Catil. 2, 7. Senex Virg. Ecl. 1, 47 et 52. Vita Hor. Epist. 1, 11, 14.

FORTVNATA, ae. f. *Aeon haereticorum.* Tertull. adu. Valent. c. 8. 55

FORTVNĀTE. Adu. [*εὐδαίμωνως, τυχερώς*] Feliciter. Cic. de Finib. 3, 26 c. 7 Necessario sequitur omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunate viuere. Liu. 10, 18 Quod ductu Consulis quidquam ibi satis scite aut fortunate gestum. Compar. Colum. prooem. p. 5 An putem fortunatius a catenato repulsum ianitore. Sed hic est 60
Adiectiuum.

FORTVNATIM. Adu. [*τυχερώς*] Prosperare. Ennius in Annalibus, Mi reliquae fidei regno, vobisque Quirites, Se fortunatim, feliciter ac bene vortat. Non. 2, 334.

FORTVNATIO, ōnis. f. *Apud Augustin.* . . . 65

FORTVNĀTOR, ōris. m. *Apud eundem.* . . .

FORTVITVS, a, um. Adi. [*τυχερός*] Quod casu accidit. Fortuitus concursus Cic. de N. D. 1, 66. Quinctil. 6, 5, 10 Insidiarum inuidiam in Clodium vertit, quamquam reuera fuerat pugna fortuita. Fortuitus, inquit Seruius in illud Aen. 6, 179 Itur in anti- 70
quam siluam, etc. ab Eundo est, et a Fortuna compositum. Quod vanum: itus est terminatio, ut in Gratuitus. Sed illud recte, quod ibidem ait, Producit autem I, et corripit: laudatque Iuuenal. Sat. 13 extr. Non quasi fortuitu, nec ventorum rabie, sed Iratus cadat in terras, et vindicet ignis. Et contra Hor. Carm. 2, 15, 27 Nec fortuitum 75
spernere cespitem Leges sinebant. Hic enim nisi i litera longa sit, non stat versus. *Hactenus ille. Versus Horatii est alcaicus dactylicus: TVI, secundus pes est iambus. Sic corripitur Manil. 1, 182 Nam neque fortuitos ortus surgentibus astris: producit in illo Trochaico Auson. VII Sap. Solon. Non erunt honores vnquam fortuiti muneris. 80
Fortuita ad culpam trahuntur Tac. Ann. 4, 64, 2. Firmior aduersus fortuita Idem Hist. 4, 5, 3. Diuinum et Fortuitum, contraria. Cic. Fam. 7, 5 Vt illud nescio quod non fortuitum, sed diuinum videretur, a diuinatione quadam profectum, cui locum esse negant philosophi quidam in fortuitis. Bella fortuita sperabantur Tacit. Hist. 4, 5. 85
Boni fortuiti quippiam nacti sumus Cic. de N. D. 3, 87 c. 36. Calamitas Vlpianus in l. 2 non procul a fine, D. Si quis caution. Concursus quidam fortuitus Cic. de N. D. 1, 66. Plin. 14, 6 Genera autem vini alia aliis gratiora esse quis dubitet? aut non ex eodem lacu aliud praestantius altero germanitatem praecedere, siue testa, siue for- 90
tuito Euentu? Mors Tacit. Ann. 2, 4. Mortes Iustin. 19, 3, 6. Oratio fortuita, pro Extemporali. Cic. de Orat. 1, 150 Nam si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit. Budaeus. Pugna fortuita Quinctil. 6, 5, 10. Rerum fortuitarum concursio 95
Cic. in Topic. 73. Quinctil. 10, 7, 12 Nec tumultuarii, nec fortuiti sermonis contextum mirabor vnquam, quem iurgantibus etiam mulierculis superfluere video. Sic rudia, fortuita, impropria coniungit 10, 3, 20.*

FORTVITO. Adu. [*τυχερόν*] i. Casu. Cic. de Finib. 5, 33 Siue 100
hoc ita sit fortuito. Sic de Diuin. 2, 62. Cic. in Orat. 186 Itaque Herodotus et eadem superiorque aetas numero caruit, nisi quando temere et fortuito. Accidit fortuito Cic. Tusc. 1, 99. Fortuito multa in melius cadunt Tacit. Ann. 2, 77, 2. Cic. in Orat. 117 Quae sic aperta est, ut mirer, veteres non esse commotos, praesertim 105

quum, vt fit, fortuito saepe aliquid concludere apteque dicerent. Incidere fortuito in aliquem sermonem Idem de Orat. 1, 111. Non repentina aliqua voluntate, neque fortuito incidere ad aliquid agendum Id. Fam. 5, 8. Casu aut fortuito futurum quid sit scire Cic. de Diuin. 2, 108. Idem de Diuin. 2, 61 c. 28 Chrysippus — nunquam illa facta dicit fortuito.

FORTUITV. [*τυχικός*] Aliud Adu. idem significans. Cic. Philipp. 10, 6 c. 2 Quod verbum tibi non excidit, vt saepe fit, fortuito: scriptum, mediatum, cogitatum attulisti. Sic Grut. al. fortuito. Fortuito et sine consilio Caes. B. G. 7, 20. Casu et fortuito nauis in portum delata est Auct. ad Herenn. 1, 19 c. 11. Cic. de Diuin. 2, 18 c. 7 Vt mihi ne in Deum quidem cadere videatur, quid casu et fortuito futurum sit. Sed hodie fortuito editur. Temere, fortuito, inconsiderate, negligenterque facere aliquid Cic. Off. 1, 103 c. 29 ubi Graeuus hanc formam ex MSS. asserit. Fortuito oblatam occasionem aucupari Hart. B. Afr. c. 3.

FORVLI. vid. **FORI.**

FORVLI. Vrbs Italiae. Virg. Aen. 7, 74 Casperiamque colunt, Forulosque et flumen Hymellae. Foruli et Casperia, ciuitates sunt. Seruius.

FORVM, i. n. [*ἀγορά*] Nomen latae satis significationis et vsus. Audiamus primo Festum: Forum sex modis intelligitur. Primo Negotiationis locus, vt Forum Flaminium, Forum Iulium, ab eorum nominibus, qui ea fora constituenda curarunt, quod etiam locis priuatis, et in agris, et in viis fieri solet. Alio, In quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent. Tertio, Quum is, qui Provinciae praest, forum agere dicitur, quum ciuitates vocat, et de controuersis eorum cognoscit. Quarto, Quum id forum antiqui appellabant, quod nunc Vestibulum sepulcri dici solet. Quinto, Locus in nauis, sed tum masc. generis est, et plurale. (Vid. **FORI.**) Sexto, Fori significant Circensia spectacula, ex quibus etiam minores Forulos dicimus. Inde et Forare, et Foras dare, et Fores, et Foras, et Forecula, id est, offiola dicuntur. Charisius 1 p. 55 pr. Forum neutro genere dicimus Locum rebus agendis destinatum, aut quum Com-

mercium significamus, et Lucilius, Quum illa fora ibant. Masculine autem Tabulata nauium, et semper pluraliter, quamuis Gellius Fora nauium neutraliter dixerit: et Lucilius negotiorum Forum masculine extulerit, libro 3 Forus olim ornatus lucernis. Vid. infra **FORVS.** Et Isidor. 15, 6. Videtur ergo Forum generatim esse locus cauus, et quasi foratus, ad continendam multitudinem hominum, sed etiam aliarum rerum aptum, ac primo quidem, sequamur enim, quia ita commodum est, Festi diuisionem, Forum est negotiationis locus, etc. Quidam huc referunt Aleatorium Suet. August. c. 71. Sed vid. **FORVS.** Boarium, In quo boues venduntur Liu. 29, 37. Cupedinis forum Apul. Met. 1 p. 32. Varro L. L. 4, 32. Olitorium Liu. 21, 62. Piscarium Varr. L. L. 4, 32. Pistorium Aurel. Vict. Caes. c. 13, 5. Sollicitum forum Ouid. de Arte Am. 1, 164. inquietum a mercantibus, a litibus, a ludis gladiatoriiis. Suarium forum, inquit Varro de L. L. 4, 32 In quo sues venduntur; et Boarium, in quo boues; et Piscarium Olitoriumque; in quo pisces oleraque: sicut Forum Cupedinis, in quo cupedinarii negotiantur. Quae omnia in vnum locum contracta, postquam aedificatus est locus, appellatur Macellum. Per medium forum, vid. **MEDIVS.** Cedere foro, vid. **CEDO.** Merfus foro Plaut. Epid. 1, 2, 16. est acre alieno obrutus. Sublata fides de foro Cic. de L. Agr. 2, 8. Foro vti, Praesentem rerum statum recte adhibere, et utcumque sese obrulerit fortuna, ita animum applicare. Ter. Phorm. 1, 2, 26 Cepi his omnia facere: obsequi quae vellent. D. scisti vti foro. Donatus, Vulgare prouerbum admonet esse: ductamque metaphoram a mercatoribus, qui non ante locum commercii praescribunt quanti vendant quae aduehant, sed secundum annonam fori, quam deprehenderint, consilium de non vendendis aut vendendis mercibus sumunt. Senec. . . . Utamur foro: et quod fors feret, aequo seruius animo.

¶ 2 Forum, [*κρίτηριον, δικαστήριον, δικαιοτήριον*] In quo iudicia exercebantur, habebanturque quaedam Comitiae. Vid. v. g. Cic. pro Sext. 78. Idem Att. 12, 21 Quod me in forum vocas, eo vocas, vnde etiam bonis meis rebus fugiebam. A curia distinguit Forum Cic. Fam. 4, 3. Fuerunt Senecae aetate Fora tria: Romanum, Iulium, Augustum, de quibus de Ira 2, 9 Adde nunc — circumscriptiones, furta, fraudes, infitiationes, quibus trina non sufficiunt fora. Suet. in Aug. c. 29 et 31 Fori extruendi causa fuit hominum et iudiciorum multitudo, quae videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio egere. Itaque festinantius, necdum perfecta Martis aede, publicatum est, cautumque, vt separatim in eo publica iudicia, et fortitiones iudicium fierent. De his, quae postea accessere, videndi sunt antiquitatum scriptores, in his Lips. Admir. 3, 7 ubi describuntur Fora Romanum, Iulium, Augustum, Transitorium, Vlpium. Add. Voss. Instit. Orat. 1, 6, 3. Tacit. Ann. 11, 6 Vt quomodo vis morborum pretia medentibus, sic Fori tabes pecuniam aduocatis ferat. Fori tabes sunt vitia et damna litigantium. Quinctil. 6, 1 Non admittit hoc idem veritas fori. Umbrae declamatoriae opponitur. Argutum Ouid. de Arte Am. 1, 80. Litigiosa Idem Fast. 4, 188. Orbem litibus Hor. Carm. 4, 2, 44. Verbose garrula verba fori Ouid. Trist. 3, 12, 18. Adducam herum a foro, subaud. Huc Plaut. Mil. 3, 2, 44. Cic. Fam. 15, 16 Puto te suppudere: Quicum loquor? cum vno fortissimo viro, qui posteaquam attigisti forum, nihil fecisti, nisi plenissimum amplissimae dignitatis. i. Ex quo in foro versari coepisti. Conf. Id. ib. 5, 6. Dare operam Foro Plaut. Afin. 2, 4, 22. Decedere de foro Nep. 25, 10, 2. i. publicis conuentibus abstinere, aliud est Cedere foro de quo. Vid. **CEDO.** Destinari foro Quinctil. 2, 8. Indicare forum Virg. Aen. 5, 758. Litigare in alieno foro Martial. praef. 12. i. in nouo insuetoque sibi versari negotio. Parare se foro et honoribus Sen. Controu. 2 prooem. Esse in foro Nep. 24, 11. Plaut. Most. 5, 1, 10 Vbi ego video rem vorti in meo foro, quantum potest, Facio idem quod plurimi alii, quibus res timida aut turbida est: Pergunt turbare vsque, vt ne quid possit conuiescere. Forum cum Subsellis et Iudiciis coniungit Cic. de Orat. 1, 32 Age vero ne semper forum, sellia, rostra, curiamque mediteris, etc. Et paullo post, Quod remoto foro, concione, iudiciis, Senatu, statuisti oratorem in omni genere sermonis et humanitatis esse perfectum.

¶ 3 Forum est, ubi Praetor in prouincia ius dicit, quod est Forum agere. Cic. Verr. 2, 169 c. 70 Is cum praetorem circum omnia fora sectaretur. Idem Att. 5, 16 Appius, vt audiuit nos venire, in ultimam prouinciam se coniecit Tarsum vsque, ibi Forum agit. Et Fam. 3, 6. de eadem re cum ipso Appio exposulat. ¶ 4 Quod de foro sepulcri habet Festus, illud debet Ciceroni de Legib. 2, 61 c. 24

¶ 5 Quod de foro sepulcri habet Festus, illud debet Ciceroni de Legib. 2, 61 c. 24

¶ 6 Quod de foro sepulcri habet Festus, illud debet Ciceroni de Legib. 2, 61 c. 24

Quod autem forum, id est vestibulum sepulcri, bustumue vsu capi vetat (*lex, sumta e Legib. XII Tabb.*) tuetur ius sepulcrorum. ¶ 5

Fori nauium separatim explicantur supra h. v. ut et Fori in CIRCO.

¶ 6 Oppida tota Forum vocantur, quatenus certis diebus vel perpetuo praestant rerum venalium copiam, quod sunt Emporia, ut Cic. pro Cluent. 40 c. 14 Cui fora (obeunda) multa restarent, de pharmacopola circumforaneo. Sallust. Iug. 47, 2 Oppidum Numidarum nomine Vaga, forum rerum venalium totius regni maxime celebratum, vbi et incolere et mercari consueuerant Italici generis multi mortales. Sed etiam ob conuentus iuridicos de quibus n. 3. oppida quaedam Fora dicta sunt. Catalogum eorum relinquimus Geographis: hic exempla aliquot ponimus. Forum Appii Cic. Att. 2, 10. Hinc Foroappii incolae Plin. 3, 5. A Foro Augusti dicta Foro Augustana ciuitas Hispaniae citerioris Idem 3, 14. Forum Aurelium Cic. Cat. 1, 24. Forobrentani Liu. 3, 14. Forum Clodii, vnde Foroclodii Plin. 3, 15. Forocorneliensis ager Idem 3, 16. Forosaminenses Id. 3, 14. Forofului oppidum Plin. 3, 5. Forum Iulii Mela 2, 5. Cic. Fam. 10, 15. Hinc Foroiulienses Plin. 3, 14. Forum Laccini Idem 3, 15. Foroneronienses a Foro Neronis in provincia Narbonensi Id. 3, 4. Foropopulienses Plin. 3, 5. Forosempromnienses Idem 3, 14. Forum Truentinorum Id. 3, 19. Forouibientes Plin. 3, 10. Forum Voconii Idem 3, 4. ¶ 7 Vinarium Forum Varro 1, 54, 2 videtur alueus esse, in quo calcatis et compressis uuis mustum defluit; itaque addit Varro, vnde in dolium inane veniat vinum. Vid. ad Caton. c. 18. Columel. 11, 2, 71. it. 12, 18, 3 Fora et torcularia diligenter emundari iubet. Etiam Plinio restituta vox ex MS. 15, 6 extr. de oleo, Factus tres gemino foro a quaternis hominibus nocte ac die premi, iustum est. Conf. FORVS.

FORENSIS, e. Adi. [*ἀγοαῖος*] Quod ad forum pertinet. Rusticus, forensis, negotiator, miles, nauigator, medicus aliud atque aliud efficiunt Quinctil. 5, 10. Cic. Fam. 5, 8 Sic vtantur in omnibus publicis, priuatis, forensibus, domesticis, tuis, amicorum, hospitum, clientum tuorum negotiis. Actiones forenses, quae alibi Ciuiles, siue Rei familiaris, Priuatae aut Pecuniariae dicuntur. Vlpian. l. 1 D. de incend. naufr. Et quamquam sint de his facinoribus etiam criminum executiones, attamen recte Praetor fecit, qui forenses quoque actiones criminibus istis praeposuit. Asperitas Quinctil. 1, 8. Causae Cic. de N. D. 3, 9 c. 4. Genus dicendi Quinctil. 2, 10. Genus forense, concertatorium, et iudiciale non tractauit Thucydides Cic. de Clar. Orat. 286. Homo forensis, Causidicus, vel qui se in foro exercet Quinctil. 5, 10. Latrocinium Cic. in Pison. Literae Idem Off. 2, 3. Marte forensi valere, i. Eloquentia Ouid. ex Pont. 4, 6, 29. Opella Hor. Epist. 1, 7, 8. Opera Nep. 7, 3, 4. Oratio iudicialis et forensis Cic. in Orat. 170. Quid ergo miramini, vilissima capita, immo forensia Pecora, immo vero togati vulturii, si toti nunc iudices sententias suas pretio nundinantur Apul. Met. 10. Populus forensis, apud Liu. 9 in fine, differt ab Integro populo bonorumque fautore. Quaestus Cic. pro Cluent. 72. Ratio Quinctil. 3, 4. Rhetorica Cic. de Fin. 2, 17. Turba Ouid. Fast. 3, 94. al. Curenensis. Add. Liu. passim. Vestimenta forensia, Vestes, quibus in foro vtuntur, vel foris, id est extra domum. Columel. 12, 45. Arculae fagineae, vel etiam tiliaceae, quales sunt, in quibus Vestimenta forensia conduntur. Forensia absolute Suet. in Aug. c. 73. Vid. ibi Casaub. it. VESTIS, VESTIMENTVM, VESTITVS. Cic. in Parad. 1 Animaduerti Brute, saepe Catonem auunculum tuum, quum in Senatu sententiam diceret, locos graues ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc vsu forensi et publico.

FORVS, i. m. Idem quod Forum. Charif. 1 p. 55 pr. Lucilius negotiorum forum masculine extulit libro tertio, Forus olim ornatus lacernis. Vid. leg. lucernis. Non. 3, 96 plenius ponit, Romanis ludis forus olim ornatus lucernis; et similia Sallustii ac Pomponii loca adfert.

¶ 2 Isidor. 15, 6 Forus, vbi vna calcatur. Respexit ad Caton. R. R. 18, 3 Facito — totum forum longum P. V. latum P. II. Interpretatur etiam Popma, locum in torculari quo continentur vuae vel oleae. Varro de R. R. 2, 54, 2 Itaque lectius (leg. lecta) desertur in forum vinarium, vnde in dolium inane veniat. Fora vocat Columel. 11, 2, 71. et 12, 18, 3. Forus potest etiam in mentem fuisse Plinio 15, 6 extr. de olea, Factus tres, gemino foro, a quaternis hominibus nocte ac die premi iustum est. ¶ 3 Hinc dictus est Forus aleatorius, i. alueus, tabula in qua luditur, in epistola Augusti apud Sueton. c. 72 Forumque aleatorium calcicimus: certe si audimus Salmastium, Gronouiumque ad Sen. Consol. ad Polybium c. 36 vbi ita legit, Sed in Albano suo tesseris ac foro et prouocatis huiusmodi aliis occupationibus, acerbissimi funeris eleuabat mala. Huc refert etiam illud Manil. 5, 322 Ponit forum, i. in mensa collocat alueum aleatorium. Si quis tamen ad viuum rem refecet, certa et maior exceptione auctoritas nominis forus ex his locis peti non potest, cum possint obliqui casus a forum esse; Columella autem fora dixerit. Et in l. c. Isidori aperte pro vno nomine habentur Forus, Fori, Forum: quae ut ab vno fonte manant omnia, ita hoc commune habent, ut cauum quiddam significant. Locum Marii Victorini Art. Gram. 1 p. 2470 extr. non satis intelligo, ponam tamen, Forus status tam in foro, quam in naui et torculari, id est ληνῶ. An status est statio, i. locus vbi stare et consistere aliquid potest.

F O S — F O V

FOSSA, FOSSILIS, FOSSIO, FOSSITIVS, FOSSOR, FOSSVRA. Vid. FODIO.

FOTIO, FOTVS, FOTVRA. Vid. FOVEO.

FOVEA, ae. f. [*βόθρος, βόθρως*] Locus excavatus et tectus, praesertim, quo insidiantur feris. Belua in foueam incidit Cic. Philipp. 4 c. 5. Plaut. Poen. 1, 1, 59 Ita decipiemus fouea lenonem Lycum. Plin. 10, 38 Itaque anates in foueas, quibus feras venamur, delapsae solae euadunt. Lucret. 5, 1249 Nam fouea, atque igni prius est venarier ortum, Quam sepire plagis saltum, canibusque ciere. Hor. Epist. 1, 16, 50 Cautus enim metuit foueam lupus. Idem de Arte Poet. 459

Hic, dum sublimes versus ruetur, et errat,

Si veluti merulis intentus decidit auceps

In puteum foueamue.

¶ 2 Metaphor. Genitales feminae foueae Tertull. de Anima c. 19. i. uterus.

FŌVEO, fōui, fōtum, ēre. [*θάλπω, περὶπω*] Proprie est Calidum tenere, siue calefacere. Plaut. Capt. 4, 2, 67 Iuben' an non iubes astitui aulas, patinas elui, laridum atque epulas foueri foculis feruentibus? Humum fouet coluber Virg. Georg. 3, 418. incubando nempe.

Sic Georg. 4, 43 Saepe etiam effossis, si vera est fama, latebris, Sub terra fouere larem. *Vid.* *Burm.* Nidos fouent Virg. Georg. 4, 56. *Sic* Castra fouere Aen. 9, 57. *in iis desiderare.* Plin. 8, 36 Foetus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio incubitu, quam oua volucres. Idem 9, 10 *de testudinibus*, Quidam oculis spectando quoque oua foueri ab iis putant. Oua plumis Ouid. Fast. 1, 443. Peninis pullos suos fouent aues, ne frigore laedantur Cic. de N. D. 2, 129 c. 52. Gremio aliquem Virg. Aen. 1, 722. ¶ 2 *Aliae formulae ordine elementorum. Metaphor.* Cic. Q. Frat. 3, 1, 3 Scribis de Caesaris in nos Amore: hunc et tu fouebis, et nos quibuscunque poterimus rebus augebimus. Arma Ouid. Trist. 1, 5, 41. Artus fovendos accipit Idem Met. 8, 654. Bella Virg. Aen. 10, 838. Cic. Att. 12, 18 Nam dum illud tractabam, de quo antea scripsi ad te, quasi fouebam Dolores meos, *i. mitigabam, ut vlcus, cui fomenta adhibentur.* *Vid.* Vulnus fouere. Famiam fouemus inanem Virg. Aen. 4, 218. Gaudia mente Consol. ad Liviā 29. Hiemem (*quae alias friget*) inter se luxu fouere Virg. Aen. 4, 193. Iudicium fouere, quod de nobis habet alter Plin. in Paneg. 87, 3. Nares exulceratas intus fouere oportet vapore aquae calidae Cels. 6, 8. Os Idem 20 1, 2. *Add.* Scribon. 160. Partes Tacit. Hist. 1, 8. Periculum alterius, *vid.* PERICVLVM. Rem Romanam Liu. 26, . . . Plaut. Stich. 4, 1, 62 Postea ibo lauatum in Pilum (Pyelum) ibi fouebo Senectutem meam. Sensus hominum fouere, delinire animos Cic. pro Muraen. 74. Spes improbas Sen. de Benef. 1, 4. Virg. Aen. 25 4, 218 Spemque fouemus inanem. Spes vitam fouet Tibull. 2, 6, 20. *Add.* Martial. 9, 49. Liu. 38, . . . Et prope certa fouebantur spe. *Alia exemplaria habent*, Fouebant spe. Voluntatem Patrum noui tribuni plebis fouerunt Liu. 3, 65 pr. Vota animo Ouid. Met. 7, 633. Vulnus lymphā Virg. Aen. 12, 420. *ut Dolorem, Nares. Sine nomine, sed intellecta cogitatione, vel simili.* Plaut. Bacch. 30 4, 10, 1 Quam magis in pectore meo foueo, quas meus filius turbas turbet. *i. Quanto magis cogito.* ¶ 3 *Peculiariter annotari meretur*, Fouere aliquem, *pro Illi fauere.* Virg. Aen. 1, 285 Mecumque fouebit Romanos rerum dominos. Aliquem non modo fouere, sed et illi pecuniam dare Cic. Att. 11, 9. Peculiariter fouere aliquem in suam gloriam Quinctil. 1, 1. Virg. Ecl. 3, 4 Infelix o semper ouis pecus, ipse Neaeram Dum fouet, ac ne me sibi praeferat illa, veretur. *Fouet, affidet illi, ut mater pullis.* Fouere et osculari aliquem Cic. Fam. 1, 9. *Hinc Fouere et fauere confundi in MSS. monet Drakenb. ad Liu. 5, 3 extr.*

FOTVS, a, um. Partic. [*ἀνατεθαλυμένος*] Cic. de N. D. 2, 124 c. 48 Quin etiam anatum oua gallinis saepe supponimus, ex quibus pulli orti primum aluntur ab iis, ut a matribus, a quibus exclusi fotique sunt. Honoribus fotus Arnob. 1.

45 FOTVS, ūs. m. [*θάψις*] *Fouendi actus, accipiturque et proprie, et metaphorice.* Plin. 23, 1 Decoctum eorum veteres dysentericos et coeliacos iuuat et potione et fotu. *Add.* Id. 23, 9. Prudent. contra Symmach. 2, 584 Queis gloria fotibus aucta Sic cluat, impositis ut mundum frenet habenis? Blandis fotibus Idem Hamartig. 303.

50 Benignis fotibus Idem Perist. 5, 330.

FOTVRA, ac. f. Gloss. *Idem quod Fotus.*

FOTIO, ōnis. f. *Idem.*

FOVELA, ac. f. Tertull. de Anima c. 7 Immunis a poena et a fouela.

55 FOMES, ūtis. m. [*ζώπυρον, ἐναυσμα*] A Fouendo, hoc est nutriendo ignem dicitur: est enim Assula ex arbore excussa dum caeditur, *ut ait Festus et Seru. ad Aen. 1, 176. Conf. Salmaf. Exerc. Plin. p. 127. Ponitur et pro omni Materia sicca, quae facile igni inflammatur.* Virg. Aen. 1, 176 Rapuitque in fomite flammam, *Achates flammam, quae erat in fomite, celeriter propagauit.* Plin. 16, 40 Excipiente materia aridi fomitis. ¶ 2 *Fomes, per translationem, Quidquid excitat nos et accendit ad aliquid agendum.* Gell. 15, 2 Fomitē esse quendam dicens et incitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagraret. Apul. Florid. 2 *extr.* Fomites disciplinarum.

60 Sidon. 3, 13 *De Spinae dorsī internodiorum fomitis erumpens curuatura costarum. Et 2, 2 simillima ratione, Mons — inferiores sibi colles tanquam gemino fomite effundit. Fomitē pro initio, origine, fonte posuit.*

70 FŌMITO, āre. *Idem esse videtur, quod Defomitare Is. Vossio ad Catull. p. 246 ubi est Priapi periphrasis, Quercus arida rustica fomitata securi, i. desecta, et fomitis rescandis atque abradendis polita.*

FOMENTO, āre. *Quasi Frequentatiuum ex Foueo, fomentis curare aliquid.* Gloss. Lat. Gr. Fomento, *καταντλῶ*, Veget. 2, 8 Caput fomentando vaporare. Cael. Aurel. Acut. 1, 9 Caput oleo fomentare.

75 *Conf.* Apul. de Herb. c. 80, 1.

FOMENTATIO, ōnis. f. Vlp. in l. Si cui §. Lanae appel. D. de leg. 3 Nec ea quidem, quae fomentationis gratia parata sunt, vel medicinae, lanarum appellatione continentur.

80 FOMENTVM, i. n. [*θαλαπτήριον*] *Fomenta autem dicuntur Applicationes rerum calidarum siue humidarum ad partes corporis laesas, et medendi gratia: quae et Fotus appellantur.* Columel. 6, 30 Frigori fomenta adhibentur, caputque et spina, tepenti adipe vel vino illinuntur. Cels. 2, 17 Fomenta quoque calida sunt, milium, sal, harena: quodlibet eorum calefactum, et in linteum coniectum. Idem

85 4, 14 Vbi is dolor coepit, adiuuere sicca et calida fomenta oportet: sed primo lenta, deinde validiora. Et 4, 11 Si vero tormina sunt, oportet frigidis et humidis fomentis stomachum fouere: vel si venter dolet, iisdem egelidis. Humidum, siccum Cels. 4, 4. ¶ 2 *Per translationem* Cic. Tusc. 2, 59 c. 24 Haec sunt solatia, haec fomenta

90 summorum dolorum. Idem de Fin. 2 c. 29. Nutricis fomentum, *pro ipsa Nutricatione poni putat Sen. de Benef. 3, 29 extr. sed al. aliter ibi leg. vid. Grut. Merito contempsit Gronou.* Frigida curarum Hor. Epist. 1, 3, 26. Ingrata, vulnus nil malum leuantia Idem

95 Epod. 11, 25. Parare fomenta Id. Serm. 1, 1, 82. Praemollire asperum fomentis Quinctil. 4, 3.

FOCILLATIONES. [*ἀναλήψεις*] *Inquit Festus, a Fouendo dicuntur, id est a calefaciendo. Vid. supra in FOCVS.*

FOVII, qui nunc Fabii dicuntur, dicti, quod princeps gentis eius ex ea natus sit, cum qua Hercules in fouea concubuit. Alii putant eum primum ostendisse, quemadmodum vrsi et lupi foueis caperentur. Festus.

FRACEO, ēre; siue FRACESCO, fracui, ēre. [*σεμουλῆμαι, 105 ἔζισμαι*] Caldore et vetustate putrescere, *ut ait Nonius 1, 308. Videtur*

detur cognationem habere cum frangendi verbo et fracescere; quae intestino motu franguntur et mollescunt. C et G esse cognatas, notum est. Conf. FRAGESCO sub FRANGO. Columel. 1, 6 Oleum quod minus prouenit, si congelatur, fracescet. Varr. de R. R. 1, 55 Haec de qua fit oleum, congeri solet acruatim per dies singulos in tabulata, ut ibi mediocriter fracescat. Cato c. 128 Sinito quatrimum fracescat: ubi bene fracuerit, rutro concidito: de terra subacta ad delutandam habitationem. Fracebunt, Displicebunt, antiquum Festus.

FRACĪDVS, a, um. Adj. [ὑπερῶπος] Plus quam maturum et iam putrescens. Cato c. 64 et 55 Fractores volunt ut oliua in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius efficiant.

FRACES, ium. f. [σέμφουλα] Quae sint, doceat nos Plin. 15, 6 Oleum in tabulato minui, deteriusque fieri. item in amurca, et fratribus: eae sunt carnes, et inde faeces: quare saepius die decapulandum. Et mox, Et e cortinis in labro fundendum, ut fraces et amurca liquentur. Sunt ergo fraces carnosae illae, sed corruptae iam partes, et reliquae oliuarum, a quibus oleum purgandum est. Memorat etiam Columel. 6, 13, 3. Gell. 11, 7 Item floces audierat prisca voce significare vini faecem e vinaceis expressum, sicuti fraces ex oleis. Subdiuaeque fraces Grat. Cyneg. v. 474. Add. Vitr. 7, 1.

FRACTVS, vid. FRANGO.

FRAENVM, vel FRENVM, i. n. [σάμιον, χαλνός] a Frangendo; Instrumentum, quo equus retinetur et domatur. Manutius mavult sine diphthongo scribi vetustis monumentis fretus, et sic v. g. in Virgilio dederunt Heinsf. et Burm. Isidor. 20, 16 Frenum dictum, quod equos fremere cogat, vel quod hoc equi frendant, id est imprimant dentibus et obmordeant. In Plur. Freni, vel Frena declinatur. Ouid. de Arte Am. 1, 472 Tempore lenta pati frena docentur equi. Cic. pro Milon. 65. Sonantes freni Virg. Georg. 3, 184. Sonantia frena Ouid. Met. 2, 121. Accipere frenum, metaphorice, pro Dedere se alicui. Virg. Aen. 12, 568 Ni frenum accipere, et victi parere cogantur. Addere frena equis, vid. ADDO. Cic. de Clar. Orat. 204 Alteri se calcaria adhibere, alteri frenos, i. retrahere. Coërcuit ora frenis Ouid. Met. 5, 643. Compescere animum frenis Hor. Ep. 1, 2, 63. Currere concordii freno Sil. 16, 381. Depulit ore frenum Hor. Epist. 1, 10, 36. Detrahit frenis in hostem concitare equos Liu. 4, 33. it. 8, 30. Add. Aur. Vict. Vir. illust. 16. Ausa sibi Libyae rerum Deposcere frenos Sil. 3, 226. Freno Libyci Domantur vrsi Martial. 1, 104. Dare frena, i. Laxare habenas Sen. Agam. 3. Dare cauta frena iuuentae Claud. in Conf. Stil. 6, 120. Plin. 8, 42 At illum indignatione accensum Domitis frenis, ne regi posset, praecipitem in abrupta isse. Ducere frena, i. Reducere, retrahere. Ouid. Met. 15, 519

Praecipitant curram scopulis, ego ducere vana

Frena manu, spumis albetibus oblita, luctor:

Et retro lentas tendo resupinus habenas.

Eget frenis alter, alter calcaribus Cic. Att. 6, 1. Virg. Aen. 3, 542 Et frena iugo concordia Ferre. Flectere ora mobilibus frenis Lucan. ad Pison. 50. Impediuntur equi frenis Ouid. Fast. 2, 736. Induit amor frenos obstinatis Sen. Hippol. 4. Inhibere frenos, vid. INHIBEO. Iniicere frenos alicui, pro Cohibere alicuius conatum. Valer. Max. 2, 9, 5 Freni sunt iniecti nobis. Iniicere alicui frenos furoris Cic. Philipp. 13, 20. Vid. INICIO. Iniecit frena vaganti licentiae Hor. Carm. 4, 15, 10. Laxat frenos populis furentibus Lucan. 7, 124. Mandit sonipes spumantia frena Virg. Aen. 4, 130. Moderati imperii frena Ouid. ex Pont. 2, 9, 33. Moderandis frenis docta manus Sen. Hippol. 12. Mordere frenum Brutus Cic. Fam. 11, 23 posuisse videtur pro eo, quod est vel Leuiter repugnare seruituti, dicens, Si frenum momorderis, peream, si te omnes quotquot sunt, conantem loqui ferre poterunt. b. e. Si utcumque significaueris te seruitutem iniquo animo ferre. Ad hanc sententiam faciunt quae respondet Cicero sequente epistola, Si timidus essem, tamen ista epistola omnem mihi metum absterfisses. Sed ut mones, frenum momordi. Etenim qui te incluso omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? Sed Mordere frenum Statius in Epithal. Stellae et Violantillae Silu. 1, 2, 28 in diuersum sensum usurpauit, nempe pro eo, quod est Seruitutem accipere, frenumque recipere, Fama tace, subiit leges, et frena momordit. i. Admisit vincula matrimonii. Conf. Martial. 1, 105 Nempe non possunt mordere frena, nisi qui recepere. Momordit equus ore frenos Tibul. 1, 3, 42. Oblita frena spumis albetibus Ouid. Met. 15, 519. Patitur equus frena Ouid. Epist. 4, 24. Pone irae frena modumque, Pone et avaritiae Iuuenal. 8, 88. Recipit frena equus Cic. in Topic. 15. Regere frenis aliquem Sen. Troad. 4. Temperat ora frenis lupatis Hor. Carm. 1, 8, 7. Teneri frenis dotis Iustin. 3, 3, 8. Vti freno in vno, in alio calcaribus Cic. de Orat. 3, 33.

¶ 2 Frenum apud Celsum 7, 25 est Morbi genus, quod Graeci Φίμωσι appellunt. Est autem, quum glans penis ita contacta est, ut nudari non possit.

FRAENO, melius FRENO, are. [χαλνός] Frenis equos cohibere. Caes. B. G. 8, 15 Equites frenatis equis in stationibus disponit. Liu. 21, 27 extr. Instructus, frenatusque equus. Per translationem pro Cohibere, et continere. Cic. Verr. 3, 130 c. 57 Quum eius animum ad persequendum non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris, avaritiaeque suae frenaret. Virg. Georg. 4, 136 Et glacie cursus frenaret aquarum. Liu. 37, 15 pr. Vbi demersis nauibus frenassent claustra maris. Virg. Aen. 1, 527 O regina nouam cui condere Iuppiter urbem, Iustitiaque dedit Gentes frenare superbas. Iras Sen. Med. 11. Populos Virg. Aen. 1, 523. Spes audas Sil. 10, 341. Virg. Aen. 1, 38 Luctantes ventos, tempestatesque sonoras, Imperio premit, ac Vinculis et carcere frenat. Liu. 30, 14 Qui eas Voluptates sua temperantia frenauit ac domuit, multo maius decus maioremque victoriam sibi peperit, quam nos Scyphace victo habemus.

FRAENĀTVS, s. FRENĀTVS, a, um. Partic. [χαλνωτός] Acies frenata, vid. ACIES. Sil. 11, 264. Equi Virg. Aen. 5, 554. Os frenatum equi Hor. Epist. 1, 15, 13. Vid. supra.

FRAENĀTOR, s. FRENĀTOR, oris. m. Plin. Paneg. c. 55 Infinitae potestatis domitor ac frenator animus. Stat. Theb. 1, 27 Ignipedum frenator equorum.

FRAENĀTRIX, icis. f. Apud Sidon.

FRAENĪGER, melius FRENĪGER, era, erum. Adj. [χαλνός] Ala frenigera Stat. Silu. 5, 1, 98. b. e. Equites.

FRAGA, orum. n. Pl. Mora, quae in herbis nascuntur, inquit Seruius, odoris et saporis optimi. Virg. Ecl. 3, 92 Qui legitis flores, et humi nascentia fraga. Plin. 21, 15. Idem 15, 24 Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni, quod solum

pomum simile fructui terrae gignitur. Sunt itaque fraga terrestria, siue campetria, quae similia sunt unedoni, alia montana, de quibus mentio fit apud Ouid. Met. 1, 104. Mollia fraga leges Idem Met. 13, 816. Comaron Graeci, Romani fragum nuncupant Apul. de Herb. c. 37.

5 FRAGESCO, FRAGILIS, FRAGILITER, FRAGMEN, FRAGOR, vid. FRANGO.

FRAGRO, Ære. [ὄζω] Odorem reddere: quia specie (corpore odorato) fracta odor redditur maior. Sic Seru. ad illud Virg. Aen. 1, 440 Redolentque thymo fragrantia mella. Martial. 1, 87 Ne grauis hesterni fragres Fescennia vino. Conf. Idem 3, 65. Odor

fragrat acerbis Valer. Argon. 4, 493. Fragrasti et duxi spiritum Augustin. Conf. 10, 27. Confunditur in MSS. cum Flagro: quod vide.

FRAGRANS, antis. Partic. [ὄζων] Domus fragrans odore Assyrio Catul. 66, 144. Mella Virg. Aen. 1, 436. Castitatis

15 fragrantissimum incensum in turibulis cordis adolere Sidon. Epist. 8, 14. Vnguentum fragrantissimum Apul. Met. 10 p. 544. Adde Catul. 69, 144. et Sil. 15, 117.

FRAGRANTER. Adu. Apud Apul. esse dicitur: negat Index Floridi. Compar. Solin. c. 52. Salmas. 38 Crocum spirat

20 fragrantius. FRAGRANTIA, ac. f. Odor suavis. Sic enim ἐρωδιαν vertit Erasmus. Eph. 5 Bonam fragrantiam. Vet. Gloss. Fragrantia, ὀσμὴ καλή. Val. Max. 9, 1 ext. 1 Vnguentorum fragrantia. Flagitii

fragrantia Plaut. Rud. 3, 4, 28. conuicium in hominem, qui flagitium spiret.

FRAMEA, ac. f. [ῥομφαία, gladius Gloss. Lat. Gr. et Gr. Lat. Add. Isid. 15, 6.] Factum videtur, transpositione literarum, ex ῥομφαία, ut φ praecedat, quod in f versum est; Lancea, siue telum oblongum.

Nisi Germanorum est, et cognatum bodierno Pfrieme, quod est instrumentum foraminibus faciendis aptum, quo utuntur futores. Tacit. German. 6, 2 Hastas, vel ipsorum vocabulo frameas gerunt angusto et breui

ferro, sed ita acri, et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus pugnent: et eques quidem scuto frameaque contentus est. Iuuen. Sat. 13, 78 Et Martis frameam, et

35 Cyrrhaei spicula vatis. Conf. Gell. 10, 25. FRANCONES, Germanos quidam somniant, cum Franconum meminit Cic. Att. 14, 10. Sed ibi merae tenebrae.

FRANCIA, ac. f. Regio Francorum, de cuius positione dicere nostrum non est. Claud. de Laud. Stil. 1, 236 Prouincia missos Expellet

40 citius fasces quam Francia reges, Quos dederis. FRANGO, frēgi, fractum, Ære. [ἄγγυμι, ῥέπτω, κλάω] Est vehementius quiddam quam flectere, quae nimis flectuntur, ea franguntur, soluta continuitate. Vid. Brouckh. ad Tib. 1, 9, 71. Quidam putant

45 facticiū esse verbum a sono, quem res fracta reddere consuevit: Et fauent illis similia, ut fremere, frendere praesertim et friare, ut Germanorum brechen etc. et non semper ipsum plenum effectum notat, sed interdum conatum, ut statim in illo Plaut. Asin. 2, 3, 4 Quis nostras sic

50 fregit fores? Vid. mox Siluas. Aulas frangere in caput alterius Plaut. Capt. 1, 1, 21. Cic. de Orat. 2, 253 Excusauit Vespas Terentius quod eum Brachium fregisse diceret. Idem Verr. 5, 146 c. 57 Cervices in carcere frangebantur indignissime ciuium Romanorum. Add.

in Vatin. c. 11. Comam in gradus frangere Quinct. 1, 6. Coxam fregit Plin. Epist. 2, 1. Gleba frangenda versis bidentibus Virg. Georg. 2, 400. Plin. 12, 14 Item ne tus dentem recipiat potius

55 quam in Micis frangatur. Plin. 18, 7 Deinde Molis frangunt. Nauem fregit, pro Naufragium passus est Ter. Andr. 1, 3, 17. Oua frangit alter alterius mihius et coruus Cic. de N. D. 2, 125. Patinam frangere Hor. Serm. 2, 8, 72. Ad saxum aliquid frangere

60 conatu, ut modo monuimus. Siluas Euri frangunt. Idem Georg. 2, 441. de Iuuen. Sat. 7, 86 Sed cum fregit Subsellia versu, Esurit. Vid. RVMPO arbuta. Quamquam hic potest etiam ad proprietatem reduci, si dicamus, adeo multos illo recitante conuenire, ut frangantur multitudo et tumultu illo subsellia, ut Rumpere horrea dicuntur, quae magna copia suppetunt. Sidon. Apoll. Epist. 5, 10

65 Hunc olim perorantem, et rhetorica sedilia plausibili oratione frangentem. Add. Ep. 9, 16 Dignus — quo recitante crepantis Athenaei subsellia cuneata quaterentur. Martian. Cap. 5 p. 139

Nam absque his, qui perturbantes pectora sensusque cunctorum cognoscentum quoque perfregere subsellia. ¶ 2 Frangere

70 ad Incorporea transfertur, cum illa vi sua priuari, indicamus. Cic. pro Corn. Balb. 56 Sed id factum est, non ut vobis rem tam perspicuam dicendo probarem: verum ut omnium maleuolorum, iniquorum, inuidorum Animos frangeremus. Frangere et Abiicere aliquem Cic. Fam. 10, 12. Frangere et Comminuere aliquem Idem Off. 2, 40.

75 Frangere, atque concidere quidquid est in oratione generosius Quinctil. in proem. 1. Frangas enim potius, quam Corrigas, quae in prauum induruerunt Quinctil. 1, 3. De Animi pathematis dicti notat Burm. ad Petron. c. 75 p. 372. Sic Animum pietas, maternaque nomina frangunt Ouid. Met. 8, 508. Audaciam hostis Liu.

80 25, 38. Audaciam latronis contundere et frangere Cic. Philipp. 13, 24 c. 13. Auctoritatem veteris disciplinae Cic. Acad. 1,

Bella Ouid. ad Liu. 452. Bellum aliquorum praeliis frangere et domare Cic. de Prouinc. Conf. 32. Idem Fam. 1, 9 Nec mihi aliter potuisse videor hominum perditorum de me consilia frangere.

85 Consilium meum hoc fregit Cic. Fam. 4, 4. Contentiones Idem de Orat. 3, 7. Corda fortia frangit dolor Tibul. 3, 2, 6. Cupiditates Cic. de Orat. 1, 86. Diem morantem mero Hor. Carm. 2, 7, 7. Cic. Fam. 9, 16 Vt neque offendam animum cuiusquam, nec frangam Dignitatem meam. Doli demum frangentur inanes

90 Virg. Georg. 4, 400. Foedus Cic. in Pison. 28 c. 12. Vide quae de hoc verbo notat Casaub. ad Pers. et Barth. ad Stat. Silu. p. 96. Frangere Ferulas, dicitur qui illis percussitur Iuuenal. 6, 479. Vid. Fractor ferularum. Fidem Cic. pro Rosc. Com. 16 c. 6. Fluctus Plin. Paneg. 81, 4. de remigantibus. Fluctum saxo Cic. Fam. 9, 16.

95 Vid. Drakenb. ad Sil. 3, 55. Furorem et petulantiam alicuius Cic. in Pison. 39 c. 14. Gemitu supplice aliquem. Stat. Theb. 11, 375. Gulam laqueo Sallust. Catil. 64 et 55. Hominem frangere, pro Vincere. Cic. Fam. 11, 12 Itaque homines alii fracti sunt: nonnulli etiam queruntur. Imperium Hor. Carm. 1, 35, 16. Cic. Tusc.

100 3, 26 Quare accipio equidem a Cyrenaicis haec arma contra casus et euentus, quibus eorum aduenientes impetus diuturna praemeditatione frangantur. Ingenium mala fregere meum Ouid. Trist. 3, 14, 32. Cic. Fam. 10, 3 Eaque adeptus es adolescens, multis inuidentibus, quos Ingenio, industriaque fregisti. Iudicio aliquem frangere,

105 non vi superare Cic. post redit. in Senat. 15. Leges alicuius Idem Fam.

Fam. 12, 14. Libidines alicuius Cic. de Legib. 3, 31 c. 13. Li-
tera vna alteram frangit, quando in eandem syllabam coit: vid. Gesner.
ad Quintil. 1, 4, 11. Mandata Hor. Epist. 1, 13, 19. Morbum
abstinentia frangere et vincere Plin. Epist. 1, 12, 5. Nationes
frangere et domare Cic. de Prouinc. Conf. 32. Liu. 2, 21 Mortuus
est Cumis, quo se post fractas Opes Latinorum ad Aristodemum tyran-
num contulerat. Opes frangere et infirmare Cic. pro Rabir.
Post. 28. Patientia aliquem Idem de Clar. Orat. 95. Pectora
fregit sublimia vinum Ouid. Fast. 1, 301. Poenas leuiter Lucret.
4, 1078. Saecula turpi luxu fregerunt Diuitiae molles Iuuenal. 6, 10
299. Se ipsum Cic. Fam. 4, 6. Se laboribus Idem pro Arch.
29 c. 11. Se calor frangit Cic. de Orat. 1, 265 f. extr. Fre-
gerunt se frigora vel calores Varro R. R. 2, 2, 18. Cic. Fam. 1, 4
Quod iam illam Sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fre-
geramus. Idem ibid. 6, 7. Sic tot malis tum victum, tum fra-
ctum Studium scribendi. Tauros frangunt canes Albani apud So-
lin. c. 25. i. superant, vincunt. Ventum Plin. Epist. 2, 17, (41.)
Vim aliquam debilitare et frangere Cic. pro Marcel. 8 c. 3. Vim
alicuius furiosam superare et frangere Cic. pro Domo 55. Idem
Tusc. 3, 36 Quae vt peruellere te forsitan potuerit, et pungere, non
potuit certe Vires frangere. Frangit et attollit Vires in milite cau-
sa Propert. 4, 6, 51. Vires et robur frangit minutatim Lucret.
2, 1131. Vultum risus frangit, i. Mollem reddit Petron. c. 128 p. 614.
Vid. Burm. Passium etiam hoc sensu frequens est. Vrbes si quae
contumaces essent frangerentur Iustin. 34, 1, 5. Cic. de Fin. 2, 25
95 Potius ergo illa dicantur, Turpe esse viro debilitari, dolere, frangi,
succumbere. Tib. 1, 9, 71 Desistas lacrimare; puer, non
frangitur illa. Aestu mare frangitur Lucret. 6, 695. Dolore
frangi Cic. Tusc. 2, 35. Metu frangi Idem Off. 1, 68 c. 20. Mi-
nis nullis frangitur Stat. Theb. 9, 471. Molestia animos frangi
et debilitari non oportet Cic. Q. Fratr. 1, 1. Pudore frangi Idem
Tusc. 2, 48.

FRACTVS, a, um. Partic. [*κλασμένος*] Plaut. Milit. 1, 1, 7
de Machaera sua miles, Quae misera gestit fractum facere ex hostibus.
Sed varia est lectio. Cic. Att. 12, 38 Deformatus corpore, fractus
animo, quo se conferat nescit. Fractiorem esse Animo Cic. Att. 11,
12. Bello fracti, vid. infra, Ductores. Calamitate fractus
et afflictus Cic. pro Sull. 15. Detrimeto aliquo fractus Hirt. B.
Alex. 12. Labore multo membra iam fractus Hor. Serm. 1, 1, 5.
Malis fracta ciuitas, muta, debilitata, abiecta metu Cic. pro Domo
25. Praelio fractus Caes. B. G. 1, 31. Animus fractus et humi-
lis, pro eodem. Cic. in Pison. 62 Ita nescio quid istuc fractum, hu-
mile, demissum, sordidum, inferius etiam est, quam vt Mediolanen-
si praecone auo tuo dignum esse videatur. Animus afflictus et fra-
ctus Cic. Att. 12, 22. Animo fracto atque afflictio loqui Idem pro
Domo 97 c. 36. Animo fracto et demisso esse Cic. Fam. 1, 9.
Animo fracto et debilitata virtute esse Idem post redit. in Senat. 19.
Annulus aureus fractus et comminutus Cic. Verr. 4, 56. Crus
Hor. Epist. 1, 18 (17) 59. Dolor Sen. Herc. Oct. 7. Domus con-
iectu lapidum fracta Cic. Att. 4, 3. Ductores fracti bello Virg. 50
Aen. 2, 13. Fluxus fracti Hor. Carm. 2, 14, 14. Foedera Sil.
17, 350. Fluminis fracti vndae. Lucan. 1, 222. Furor Sil. 7, 253.
Postquam Gens hominum fractior, et infirmior coepit nostra esse na-
tura Arnob. 2 sub fin. Homo fractus et prope dissipatus Cic. post
red. in Senat. 23. Nauis Hor. de Arte Poet. 20. Nomen Grae-
ciae fractum et debilitatum Cic. pro Flacc. 62. Vt Opes fractae
Teuerum et fortuna recessit Virg. Aen. 3, 53. Partibus Brutianis
fractis Patere. 2, 74, 1. Pronuntiatio, i. Eneruata, mollis, sce-
nica Plin. Epist. 2, 14, 12. Ratio fracta, apud Quintil. Decl. 261
p. 489. i. Turbata. Vid. Burm. Plaut. Perf. 4, 4, 103 Nam et si
Res sunt fractae, amici sunt tamen. Postquam omnis Res mea
lanam Ad medium fracta est, aliena negotia curo Horat. Sat. 2, 3, 18.
Sapientia fracta cadet Ouid. Trist. 5, 12, 14. Sonitus fractos imi-
tata vox tubarum Virg. Georg. 4, 72. Cic. de Amicit. 59 c. 16 Sae-
pe enim in quibusdam aut animus abiectior est, aut Spes amplifican-
dae fortunae fractior. Vires Virg. Aen. 2, 170. Virtus Hor.
Carm. 2, 7, 11. Voces ad litora fractae Virg. Aen. 3, 556. Cic.
de Clar. Orat. 286 At quid est tam fractum, tam minutum, tam in-
ipfa (quam tamen consequitur) concinnitate puerile? ¶ 2
In Codd. MSS. confundi solere Fractus et Tractus, obseruat Drakenb. ad 70
Sil. 3, 55.

FRACTIO, ōnis. f. Apud Plaut. . . .

FRACTOR, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. *κλάστης*, fractor. Sidon. 3,
13 Fractor ferularum, de Parasito, qui et vesicarum ruptor, qui a petu-
lantibus conuiuus hoc patitur. Vid. FRANGERE ferulas. 7

FRACTILLVM, i. n. Instrumentum ad frangendum piper, in
Gloss. Isidor.

FRACTVRA, ae. f. [*κλάσις, θραύσις*] Plin. 29, 6 Item minu-
tae et latae fracturis aurium illinuntur cum melle. Idem 22, 8,
Idem quod Fragmentum. Plin. 33, 4 §. 21 Fracturis CL. li-
bras agentibus.

FRAGMENTVM, inis. n. [*κλάσμα, ἄγμα, θραύμα, σκινδαλμος*] Est
Fragmentum, seu pars fractae rei. Virg. Aen. 12, 41 — Fulua re-
splendent fragmina arena. Columel. 9, 15 Mox deinde fragmina
fauorum, quae in sacco remanserunt, retractata exprimuntur. Grac-
chus fragmine subellii ictus Vell. 2, 3, 2. Lucret. 1, 285 Fragmina
conticiens filuarum, arbustaque tota. Fragmina lapidum quasi are-
nam detrahare Scribon. 152. Remorum Virg. Aen. 10, 306. Na-
vigii Ouid. Met. 11, 560. Ratis Neritiae Ouid. Met. 14, 563.
Metaphor. Prud. Hymn. 10, 128 Generosa fragmina de corpore
martyris.

FRAGMENTVM, i. n. Idem significat: sed Fragmentum magis
poeticum est. Carinae collecta lacerae fragmenta Lucan. 8, 755. Ga-
leae fragmenta Idem 6, 193. Lapidis fragmentum Cic. de N. D.
2, 81 c. 32. Martial. 8, 57. Panis fragmentum Plin. 9, 8. Ra-
mea fragmenta Virg. Georg. 4, 304. Septorum fragmentum Cic.
pro Sext. 79. Hinc passim Fragmenta, i. reliquiae ex veterum aucto-
rum libris, ap. Criticos.

FRAGOR, ōris. m. [*κτύπος*] Sonitus, qui ex arbore aut re alia
fracta redditur: estque ficticium a sono. Virg. Georg. 1, 356 Et hor-
ridus altis Montibus audiri fragor. Vbi Seruius: Horridus fra-
gor, Sonitus, qualis fieri solet ex aridis, quum franguntur, arboribus.
Liu. 1, 29 Fragor tectorum, quae diruebantur. Graui fragore
strepitus Ouid. Met. 11, 365. Vocis horrendae fragor Sen. Herc.
fur. 9 v. 795. Aridus Virg. Georg. 1, 358. Vid. ARIDVS. Cac-10

- lestis Ammian. 31, 43. *i. tonitru.* Sed ipse Quinct. 12, 10, 24 de Pe-
 ricle, Quem fulminibus et caelesti fragori comparant comici. Ful-
 mineus Valer. Argon. 2, 501. Praeceptus Oceani Idem ibid. 3, 404.
 Raucus Claud. in Eutrop. 2, 162. Subitus Virg. Aen. 2, 692.
- 5 Vastus illic fragor, canumque circa mare Plin. Epist. 8, 31 extr.
 ¶ 2 Verba: Cecidit fragor pelagi Virg. Aen. 1, 158. Dat fra-
 gorem propulsa silua Ouid. Met. 8, 340. Exoritur miserrimus
 fragor Stat. Theb. 3, 123. Fit fragor Ouid. Met. 1, 269. Conf. Am-
 mian. 31, 43. Intonat ingens fragor Virg. Aen. 8, 527. Sentire
- 10 fragorem belli Lucan. 5, 228. Succidere horrifono fragore Lucret.
 5, 110. Tonat caelum omne fragore Virg. Aen. 9, 541.
 ¶ 3 Pro Plausu. Quinctil. 8, 3, 3 Nec fortibus modo, sed etiam
 fulgentibus armis praeliatus in causa est Cicero Cornelii: qui non as-
 sequutus esset docendo iudicem tantum, et vtiliter demum ac Latine
- 15 perspicueque dicendo, vt Populus Romanus admirationem suam non
 acclamatione tantum, sed etiam plausu confiteretur. Sublimitas pro-
 fecto, et magnificentia, et nitor, et auctoritas expressit illum frago-
 rem. Sen. Controu. 2 p. 185 In hac controuersia Triarius dixe-
 rat, — Deinde cum scholasticorum summo fragore, Et tu, quis-
- 20 quis es, carnifex, — Belle deridebat hoc Asinius Pollio etc. Quia
 videre dicitur Asinius dictum Triarii, Casaubonus ad Sueton. Claud. c. 41
 putabat, praeferebam lectionem codicis sui frigore. Sed fragor haud
 dubie plausus est, ineptus hic quidem, sed Scholasticorum, i. iudicii cor-
 rupti hominum, vt bene animaduertit Schultingius, et illustrat h. l. ex
- 25 alio, Controu. 19 extr. de Porcio Latrone, Cum scholastici magno cla-
 more laudarent, inuectus est in eos, vt debuit, et hoc effecit, vt in
 reliquum etiam quae bene dicta erant tardius laudarent, dum insidias
 vererentur. Quod hic Latro fecit, ibi egit Asinius.
- FRAGOSVS, a, um. Adi. [τραχώδης] Asper ac praeruptus, et
 30 vel ad sonum s. fragorem refertur, vel ad loci inaequalitatem, vt, Lux
 fragosa Val. Flacc. 2, 198 est fulgur cum tonitru, quod fragorem caele-
 stem vocari, modo vidimus. Mons fragosus Grat. 527 est confragosus.
 Oratio fragosa, cui contraria est Lenis Quinct. 9, 4, 7 et 116. Ra-
 bies ventorum fragosa Iuuen. 3, 22. Torrens Virg. Aen. 7, 566.
- 35 cum fragore ruens. Vada Valer. Argon. 2, 622. *i. aspera.* Mol-
 lia, lenta, fragosa, putricaua etc. Lucret. 2, 859.
- FRAGOSE. Adu. [τραχώδης] Plin. 16, 10 Secures in quocumque
 genere picearum deprehendunt marem: quippe respuuntur, et frago-
 sius fidunt, aegrius reuelluntur.
- 40 FRAGOROSVS, a, um. Adi. Plenus fragoris. Vid. Augustin.
 adu. Petilian. 3, 16.
- FRAGESCO, ãre. [χαλάω] ab antiquo verbo Frageo, es:
 Frangor, languesco. Accius Aegistho, vt citat Nonius 2, 329 Neque
 fera hominum pectora fragescunt, donec vim persenserint imperii.
- 45 Idem Euryface, Nunquam erit tam inumanis, quum mea opera extin-
 ctum sciet, qui fragescat. Conf. FRACEO.
- FRAGISCO, ãre. Idem. Laudatur Pacuu. Fragiscit animus
 miseris.
- FRAGILIS, e. Adi. [θραύσις] Caducum, debile, quod facile
 50 frangi potest. Cic. de Amicit. 102 Sed quoniam res humanae fragiles
 caducaequae sunt. Plin. Paneg. 37 pr. Omne aeuum et breue
 et fragile est. Aluus fragilissimus Acc. ep. Non. 3, 21. ad nauem vi-
 detur pertinere. Anni fragiles, et interior aetas Ouid. Trist. 4,
 83. Bonum Idem de Arte Am. 2, 113. Cicuta Virg. Ecl. 5, 85.
- 55 Corpus fragile et caducum Cic. de Legib. 1, 24. Corpore in fra-
 gili odiosa omnis offensio est Cic. de Senect. 63. Glacies Ouid.
 de Arte Am. 1, 374. Vrbs fragilissimo Lateri comparatur Hieron.
 in Ezech. c. 4. Virg. Ecl. 8, 82 Sparge molam et fragiles incende
 bitumine Lauros. *i. crepitantes in flamma, et sonum quasi ligni fracti*
- 60 *edentes.* Vid. mox Sonitus fragiles. Mortalitas fragilis et labori-
 osa Plin. 2, 4. Muri Claud. de B. Get. 214. Rami Virg. Ecl.
 8, 40. Res humanae fragiles caducaequae sunt Cic. de Amicit.
 102 c. 27. Sonitus fragiles chartarum Lucret. 6, 111. vid. modo Lau-
 ros fragiles. Vitri modo fragilis Plin. 12, 28. Vita fragilior
- 65 Plin. praef. l. 7. Cic. de Fin. 2, 86 Quis enim confidit semper
 sibi illud stabile et firmum permansurum, quod fragile et caducum sit?
 Fragile dentibus Plin. 12, 8. Gell. 6, 1 Ictibus, offensionibusque
 paruis fragile. Plin. 12, 7 Est etiam in India piperis grani simile,
 quod vocatur gariophyllon, grandius fragiliusque. Superl. Actius
- 70 apud Priscian. 6 p. 718 extr. Vt quam fragilissimus aluus. Sed iam de-
 dimus hoc ipsum fragmentum ex Non. 3, 21. ¶ 2 Fragilis,
 pro Molli, pathico, qui muliebria patitur. Hor. Serm. 1, 8, 39 Iulius,
 et fragilis Pediatia, *i. Pediatius mollis, pathicus, vt interpretatur post*
Vet. Schol. Lambinus. ¶ 3 Fragile, aduerbialiter. Pallad.
- 75 Mart. t. 1 Ne motus aliquis fragile procedentis sarmenti quasset.
 aetatem.
- FRAGILITAS, ãtis. f. [τὸ εὐθραύσιον] Debilitas et imbecillitas.
 Plin. Epist. 3, 7 Illud etiam notabile, vltimus ex Neronianis Consula-
 ribus obiit, quo Consule Nero periit: quod me recordantem, fra-
 80 gilitatis humanae miseratio subit. Imbecillitas et fragilitas gene-
 ris humani Cic. Tusc. 5, 3 c. 1. Fragilitatis humanae memor Plin.
 7, 7 ad fin. Naturae communis fragilitas Cic. pro Marcell. 23 c. 9.
 Plin. 34, 14 Tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aqua in
 fragilitatem durentur.
- 85 FRAGIVM, i. n. Apul. Met. 9 p. 368 Crurum eius fragium
 abominata. Consuetius est Crurifragium. Sic
- FRANGIBVLVM frangendi instrumentum fuisse suspicamur ex
 Dentifrangibulo et Nucifrangibulo.
- FRATER, tris. m. [ἀδελφός, κείσις, κασίγητος, αὐτοκασίγητος]
 90 Ex iisdem parentibus, alterutro certe natus. Gell. 13, 10 Fratris autem
 vocabulum, P. Nigidius homo impense doctus, non minus arguto,
 subtilique ἐρῶμῳ interpretatur. Frater, inquit, dictus est quasi Fere
 alter. Eadem Non. 1, 156. Et potest videri eo alluisse ipse Cic.
 Fam. 2, 15 extr. de Q. fratre suo loquitur, Quem tamen si reliquissem
- 95 (in prouincia, ipse decedens) dicerent iniqui, non me plane post an-
 num — de prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem.
 Caeterum probabilior est altera Festi etymologia a Graeco φέρω s. φέρω.
 Vid. PHETRIVM. Fratrum quoque gratia rara est Ouid. Met. 1, 145.
 Plaut. Poen. 5, 1, 19 Quid est, fratris mei gnate? quid vis? expe-
- 100 di. Fratris filia Plin. Epist. 8, 11. Cic. Fam. 7, 10 Vna me-
 hercule nostra vel seuera vel iocosa congressio pluris erit, quam non
 modo hostes, sed etiam fratres nostri Hedui, Fratres appellati a Popu-
 lo Romano. Fratres patruales, sunt mutuo duorum fratrum filii, s.
 patruorum. Cic. pro Cn. Planc. 27 Hic est enim, qui adolescentulus
- 105 cum Aulo Torquato profectus in Africam, sic ab illo grauissimo et
 sanctissimo,

sanctissimo, atque omni laude et honore dignissimo viro dilectus est, ut et contubernii necessitudo, et adolescentuli modestissimi pudor profulabat, quod si adesset, non minus ille declararet, quam hic illius frater patruelis. *Vid. Instit. §. 4 de gradib. cognatt. Absolute Fratrem appellat Cic. Fam. 4, 4. Suet. Caes. c. 29 Qui fratri patrueli suo Marco in Consulatu successerat. Gemini fratres. Quinctil. 9, 4, 24 Quaedam ordine permutato fiunt superuacua, ut Fratres gemini. Nam, si praecefferit gemini, fratres addere non est necesse. Sed subtilius ista, quam verius dici, obseruat Burm. p. 835. Certe Tergemini fratres sunt Liu. 1, 24. et Flor. 1, 4. Plaut. Pers. 5, 2, 49 Hic eius geminus est frater. Sed Cic. pro Cluent. 45 Itaque his rebus incensus, qua ratione Auitum veneno tollere conatus sit, cognoscite. C. et L. Fabricii fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate, homines inter se cum forma tum moribus similes, municipio autem suorum dissimillimi. Hor. Epist. 1, 18, 41 Gratia sic fratrum geminorum Amphionis atque Zethi Dissiluit. Ouid. Epist. 8, 77 Flebat auus, Phoebeque soror, fratresque gemelli. Cic. Verr. 1, 128 Sunt alii, qui dicant: notae res ac manifeste prolatae sunt, et proferuntur. Dicit C. Fannius Eques Romanus, frater Germanus Q. Titinii iudicis tui, sibi se pecuniam dedisse. Idem pro Domo 108 c. 45. Et pro Cael. 20 38. Pii fratres per Antonomastan dicuntur Silio 14, 197 Tum Catane, nimium ardenti vicina Typhaeo Et generasse Pios quondam celeberrima Fratres. Nempe parentes extulisse per Aetnaea incendia dicuntur fratres, qui Amphinomus et Anapus vocantur Val. Max. 5, 4 ext. 4. Anapis placet Salmasio ad Solin. p. 78, bE. Nempe Solinus c. 5 ex Salmasii editione sic habet: Inter Catinam et Syracusas certamen est de illustrium fratrum memoria, quorum nomina sibi diuersae partes adoptant. Si Catinenses audiamus, Anapis fuit et Amphinomus: si quod malunt Syracusae, Emantiam putabimus et Critonem. Catinensis tamen regio causam dedit facto, in quam se cum Aetnae incendia protulissent, iuuenes duo sublato parente euexerunt in (al. melius inter) flammis illaesi ignibus. Horum memoriam ita posteritas munerata est, ut sepulcri locus nominaretur campus Piorum. Varietatem circa nomina componere huius loci non est. Claudianus peculiari de Piiis fratribus Eidyllio v. 41 Cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi, Aeternum Siculus templa dicauit honos. Siculos iuuenes simpliciter vocat Sen. de Benef. 3, 37. et 6, 36. Siculos fratres Martial. 7, 23. Vid. Clauer. Sic. Ant. c. 9 p. 120. Olear. ad Philostr. Vitam Apollon. 5, 17 ubi etiam numis rem illustrat. Vterini Isid. 9, 6. Inst. de bonor. poss. et l. ult. C. de legit. hered. 40 2 Obseruat. Fratrum appellatione etiam Sorores continentur. Paull. l. 38 D. Fam. ercisc. Lucius et Titia fratres emancipati a patre. Alibi, Tres fratres Titius et Maenius et Seia. Tacit. Ann. 12, 4 Fratrumque non incestum sed incustoditum amorem ad infamiam traxit. Vid. Bentley. ad Hor. Serm. 1, 1, 100. Adde Burm. ad Quinctil. 9, 3 p. 817. Dilexerunt se mutuo fratres Calp. Flacc. Decl. 43 de incestu. Sic Non. 19, 7 Amitinos describit Fratrum maris et feminae filios. Quatuor modis Fratres dici, natura, gente, cognatione, affectu, ostendit Isidor. 9, 6. Certe quoties blandiri volumus his, qui et amici esse videntur, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, quam ut fratres vocemus Quinctil. Decl. 321. Add. Brouckhus. ad Tibull. 3, 1, 23. Quos natura parentes, fide fratres, honore dominos habemus Saluian. Ep. ad Hypatium et Quietam. De illa promiscui honoris appellatione add. Horat. Epist. 1, 6, 54. Iuuen. 5, 134. Martial. 10, 65. Per Metaph. Omnia paria, Fratres et sorores non inuenisse dicuntur. Vid. Solin. c. 25 Montes septem, a similitudine fratres appellati. Ouid. Tr. 1, 1, 107 de libris, Adspicias illic positos ex ordine fratres Quos studium cunctos euigilauit idem. Ventos fratres vocat idem Met. 1, 77. et 14, 544. Conf. SOROR. Fratres aruales, Sacerdotes sacra publica facientes, ut fruges arua ferant. Vid. ARVALIS. Frater inter Lasclua et epurua, Lips. Lect. Var. 2, 1. et Antiqu. Lect. 3, ult. Petron. 127 Concilio tibi, o iuuenis, sororem: de se loquitur Circe. Habes tu quidem et fratrem: sed quid prohibet et sororem adoptare? deinde Polyaeos, dono tibi fratrem meum, b. e. tua causa nuncium illi remitto. Sed casti amoris in mulierem speratam nomen est Tib. 3, 1, 23 Haec tibi vir quondam, nunc frater, casta Neaera Mittit. Neque enim castam dicturus erat, quicum stupri consuetudinem haberet. Sed hoc indicat, se post certam spem nuptiarum nunc de animo illius dubitare cogi, sed quidquid eius sit eam amaturum, si non ut virum, certe ut sororem. Haec probat etiam Brouckh. Sed incestum arguit Martial. 2, 4*

O quam blandus es Amiane matri!
 Quam blanda est tibi mater, Amiane!
 Fratrem te vocat, et soror vocatur.
 Cur vos nomina nequiora tangunt?
 Quare non iuuat hoc quod estis esse?
 Lusum creditis hoc iocumque? non est
 Mater, quae cupit esse se sororem;
 Nec matrem iuuat esse, nec sororem.

Hinc Phaedra priuignum sollicitans ap. Sen. Hippol. 611
 Matris superbum est nomen, et nimium potens
 Nostros humilius nomen affectus decet
 Me vel sororem, Hippolyte, vel famulam voca.
 Martial. 12, 20 Quare non habeat, Fabulle, quaeris, Vxorem Themison? habet sororem. Conf. 10, 65 cuius finis, Quare desine me vocare fratrem, Ne te, Carmenion, vocem sororem. Hinc orta inuidia veteribus Christianis. Tertull. Apolog. 39 Quod fratrum appellatione censemur — infamant etc. Multa hic Lacerda, et quos laudat Hauercampus.

FRATERCVLVVS, i. m. [ἀδελφίδιον] i. Paruus frater. Iuuen. 90 Sat. 4, 98 Vnde fit, ut malim fraterculus esse gigantum. Vbi Fraterculus gigantum, dicitur Homo obscurus, cuius maiores sunt incogniti, tanquam e terra subito fuerit enatus, quemadmodum de gigantibus Poetae fabulantur. Cic. Verr. 3, 155 c. 66 Volo mihi fraterculo tuo credas.

FRATRIA, ae. f. [ἀδελφή] Vxor fratris, inquit Festus. Fratris, inquit Nonius 19, 6 vocantur, Fratrum inter se vxores.

FRATRISAM, Eandem fratris vxorem vocari ait Isidor. 9, 6.

FRATERCVLO, are. vid. FRATRO, infra.

FRATERNVS, a, um. Possess. [ἀδελφικός] Fraternalis amor Cic. Q. Fratr. 1, 1, 3. Sic, Fraternalis inuitatio Idem Att. 9, 14, 100 Acies fraternalis, apud Stat. Theb. 1, 184. Conf. Barth. b. l. p. 4 et 58. Animi Hor. Epist. 1, 10, 4. Bellum Iustin. 10, 2, 1. Contentio Idem 2, 10, . Foedus fraternalis rumpere Hor. Epist. 1, 3, 35. Hereditas Cic. pro Cluent. . . Mors Virg. Aen. 9, 736. Necessitudo Cic. pro Quint. 16 c. 4. Parricidium Idem pro Cluent. 31. 105

Pacis fraternae fides Ouid. Met. 3, 128. Sodalitium Catul. 97 (101) 4.

FRATERNE. Adu. [*ἀδελφικῶς*] Ad similitudinem fratris. Cic. Q. Fratr. 2, 14 Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris. Ibid. 1, 2 Huic tu epistolae non fraterne scriptae, fraterne debes ignoscere. Amari Cic. Att. 1, 5 extr.

FRATERNITAS, ātis. f. [*ἀδελφότης*] Quintil. Decl. 16 A primis statim aetatis in eandem coire vitam, habet aliquem fraternitatis affectum. Nomen cum aliquo usurpare Tac. Ann. 11, 25, 1.

FRATRICIDA, ae. m. [*ἀδελφοκτόνος*] Qui fratrem occidit. Cic. pro Domo 26 c. 10 Extra ordinem ferri nihil placet Clodio, quid de me, quod tulisse te dicis parricida, fratricida, fororicida, nonne extra ordinem tulisti? Conf. C. Nep. 20, 1, 5.

FRATRICIDIVM, i. n. Tertull. de Monog. c. 4. Saluian. de Gub. Dei 1 p. 21.

FRATRIMONIUM, i. n. i. Bona fraterna, in Gloss. et Cuiac. ad l. 2 Inst.

FRATRVELIS, is. m. Fratris filius. Hieron. in Epist. Vet. Gloss. ἀδελφιδῆς, fratrueles, fratris filius. Sed Isidor. 9, 6 Fratruelles, Materterae filii sunt.

FRATRO, āre. Festus, Fratrare puerorum mammae dicuntur, cum primum tumescunt, quod velut fratres pares oriuntur. Quod etiam in frumento spica facere dicitur.

FRATERCVLARE. Idem. Festus: Sororiare mammae dicuntur puellarum, quum primum tumescunt, vt Fraterculare puerorum. Plaut. in Fribolaria, Tunc mamulae primum sororiabant, illud volui dicere, fraterculabant. Videtur totum hoc de significatione verbi non satis feliciter effectum a Grammatico, qui non intellexeret nequitiam. Plautus hoc volebat cum sororiant mammae, tum eas fratrare vel fraterculare, fratrem appetere et velut inuitare. Fratris appellationem esse in amatoris et nequam verbis, paulo ante obseruatum est.

FRATILLI, Villi sordidi in tapetis, quod per terram ferantur, Auctor Festus.

FRAUS, fraudis. f. [*ἀπάτη, σόφισμα, περιγασφῆ*] Deceptio, qua aliquis circumuenitur. Sed patet latius. Est enim Fraus proprie Damnum: et utriusque vocabuli, vt similis est significatio, ita est origo eadem. Illud enim a ferendo, auferendo, Damnum autem est a Demendo. Vlpian. D. si quid in fraud. patron. l. 1 Fraus in damno accipitur pecuniario. Et verba illa Fetalium Roman. in paciscendis foederibus.

Quod sine fraude mea Populique Quiritium fiat, i. Sine damno. Quoties ergo Fraudem nominant Latini, videntur laesionem aliquam aut damnum intelligere, vel intentatum vel illatum etiam. Plerumque etiam accedit doli et fallaciae notio: quae tamen non nunquam abest, vt in exemplis notabimus. Liu. 28, 42 Fraus fidem in paruis sibi praefruit, vt, cum operae pretium sit, cum mercede magna fallat. Q. Cic. de petit. Consul. 30 c. 10 Fraudis atque insidiarum et perfidiae plena sunt omnia. Cic. de Orat. 2, 35 in laude artis oratoriae, Per hanc Fraus hominum ad perniciem, et integritas ad salutem vacatur. Fraus est concessa repellere fraudem Ouid. de Arte Am. 3, 491. Ad fraudem Acutus Nep. 10, 8, 1. Caecus fraude, vid. CAECVS. In-

apertus fraudi, Qui falli non potest Sil. 7, 26. Praecipuus fraude rex fraude capitur Flor. 3, 1, 2. Crimina fraudis Ouid. de Arte Am. 3, 32. Impia fraude obligatur, qui religiones negligit ap. Cic. de Diuin. 1 c. 4 extr. Inexpiabiles fraudes, vid. CONCIPERE

n. 3. Muliebris Tacit. Ann. 2, 71. Nefanda Iuuen. Sat. 13, 174. Pia fraus mendacium salutare filiae, vt mox Fallere pudica fraude Ouid. Met. 9, 710 in Iphidis fabula. ¶ 2 Verba: Admittere capitalem fraudem, vid. n. 3. Agere aliquid mala fraude Hor. Carm. 1, 3, 28. Virg. Aen. 10, 72 Quis deus in fraudem, quae dura potentia nostra Egit? Vbi Seruius: In fraudem, i. e. In periculum. Ita enim in iure lectum est: Fraudi est illa res, i. e. Periculo. Alii negant vsquam in iure Fraudem accipi pro Periculo, sed semper pro Damno: et ita hunc Virgillii locum exponunt. Vid. Vlpian. l. 130 D. de verb. Sign. infra. Instruere

fraudem Sen. Herc. Oct. 6. Captus fraude, vid. CAPTVS. Cogitare fraudem alicui Hor. Epist. 2, 1, 122. Componere fraudes Propert. 2, 9, 3. Concipere fraudem, vid. n. 3. Coniicere in fraudem Cic. Att. 2, . . . Creare fraudem suis cruribus, vid. CREO. Deducere aliquem in fraudem Cic. Fam. 10, 23. de Damno. Id. de Orat. 3, 224 Doleo illos viros, in eam fraudem esse delatos. Delabi in fraudem quandam in Republica Cicero de Orat. 3, 224. Exagitare fraudes et fallacias alicuius Cic. pro Cluent. 100. Facere fraudem legi Plaut. Mil. 2, 2, 9. Facere fraudem Senatusconsulto Cic. Att. 4, 12. Fallere procos pudica fraude Ouid. ex Pont. 3, 1, 107.

Cic. Att. 7, 25 Ego me duces in ciuili bello quoad de pace ageretur, negavi esse: non quin rectum esset, sed quia quod multo rectius fuit, id mihi fraudem Tulit. i. Damnum attulit. Fert illi fraudem haec res Virg. Aen. 11, 522. b. e. Damnum affert. Vid. Seru. ad loc. Fingere aliquid per summam fraudem et malitiam Cic. pro Quint. 16.

Fit iniuria vi aut fraude: fraus quasi vulpeculae, vis leonis videtur: vtrumque ab homine alienissimum, sed fraus odio digna maiore Cic. Off. 1, 42 c. 13. Liu. 1, 24 Fetalis regem interrogauit, Rex facisne me tu regium nuntium, Populique Romani Quiritium vasa comitesque meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea, Populique Quiritium fiat, facio. i. Sine damno, etc. Plaut. Asin. 2, 2, 20 Metuo in commune, ne quam fraudem Frausus sit. Haec te opinio falsa in istam fraudem Impulit Cic. pro Rosc. Am. c. 21. Idem de Amicit. 89 Maxima autem culpa in eo est, qui et veritatem aspernatur, et in fraudem obsequio impellitur. Ter. Heaut. 3, 1, 33

In eandem fraudem ex hac re atque ex illa Incides. Incidere in fraudem spe aliqua Cic. Att. 11, 16. Inferre fraudem, vid. INFERO. Iniicere in fraudem, vid. INIICIO. Innexa fraus clienti Virg. Aen. 6, 609. Instruendae fraudi intentus, vid. INSTRVO. Ne-ctere fraudem Sil. 6, 326. Nudare fraudem alicuius Claud. de B. Gild. 272. Obiicere nubem fraudibus Hor. Epist. 1, 17, 62. Op-

pressus fraude loci Virg. Aen. 9, 397. Petere aliquem fraude Idem ibid. 4, 675. Struere fraudes alicui Sen. Hippol. l. 4. Suscipere fraudem, vid. n. 3. Cic. pro L. Muraen. 73 c. 55 Id erit eius vitrico fraude ac crimini. Idem Philipp. 5, 21 Duos Cn. Pompeii summi ac singularis viri filios, incolumes haberemus, quibus certe pietas fraudi esse non debet. Lex ea mihi fraudi fuit Cic. Fam. 7, 25. i. morbo meo occasionem dedit. Sic Liu. 1, 47 Metu, ne non venisse fraudi esset. Vortere fraudi, crimini dare, de reprehension: Poetae Macrob. Saturn. 6, 1. Vetus formula, Sine fraude, i. Vere et ex animo. Caes. B. C. 1, 22 Massilienses sese dedere SINE

FRAUDE

Z z z z z

FRAVDE constituunt. *Sed* Hor. Od. 2, 19, 19 *Nodo coërcēs vipero Bistonidum sine fraude crines. i. sine noxa, quod ait etiam* Vet. Schol. Liu. 24, 47 *Ne quid ab tergo fraudis esset, i. insidiarum.*
 ¶ 3 *Vebemens quid, et idem fere, quod piaculum est: certe crimen lege vindicandum.* Cic. de Diuin. 1, 7 *Est enim periculum, ne aut neglectis his impia fraude; aut susceptis, anili superstitione obligemur.* Fraus aliud est, aliud Poena, *inquit* Vlpianus: Fraus enim sine poena esse potest: Poena (*intell.* iusta) sine fraude esse non potest. Poena, est noxae vindicta: Fraus et ipsa noxa dicitur, et quasi poenae quaedam praeparatio, l. 131 D. de verb. signif. *Metuisse videtur* ICtus, cum fraus etiam damnus significet, ne cum poena, quae plerumque damno aut multa constat, misceatur. Idem Vlpian. l. 24 §. 2 de Aedilicq. edicto. Capitale fraudem admittere, est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit. Veteres enim fraudem pro poena ponere solebant. *Credo respici ad formulas, Hoc mihi fraudi fuit et similes, quas modo dedimus.* Cic. pro Rab. perd. 26 c. 9 Nam si C. Rabirius fraudem capitale admisit, quod arma contra L. Saturninum tulit etc. Pleraque fortuita fraudi suae Assignantes Tac. H. 2, 60, 3. *de proditione sermo est.* Aufi fraudem capitale Liu. 23, 14. *Sic etiam Drakenb. non frausi, ut volebat Scal.* Carere peculatus fraude Cic. Philipp. 12, 12. *i. Crimine.* Committere nocituram fraudem Hor. Carm. 1, 28, 31. Concipere inexpiabiles fraudes in Republica violanda Cic. Tusc. 1, 72 c. 30. Constringere scelus ac fraudem nocentis supplicio Cic. de Orat. 1, 202. Obligari impia fraude Cic. de Diuin. 1 c. 4 *extr.* Seruant nonnunquam dii poenas fraudis praesentis in diem Cic. pro Cael. 59. ¶ 4 *Observationes.* Fraudem in bonam partem acceptam notat Barth. *Aduers.* 12, 12. Ita Ouid. de Arte Am. 3, 491 *Iudice me fraus est concessa repellere fraudem.* Sic Habuimus Piam fraudem n. 1. et Fallere pudica fraude n. 2. Fraus, *Dea dicta apud Mart. Capell.* 1, . Fraus pro homine fraudulentulo, certe noxio suis necessariis Ter. Heaut. 5, 4, 10 Gerro, iners, fraus, heluo, ganeo damnosus.

FRAVDVLENTVS, a, um. Adj. [*κροδαλός*] *Plenus fraudis.* Cic. Off. 2, 36 *Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, etc.* Columel. 9, 5. Fraudulenti et mendaces Carthaginenses Cic. pro L. Agr. 94. Homo Auctor ad Heren. 2, 41 c. 26. Populus et dux Hor. Carm. 3, 3, 24. Venditiones Cic. Off. 3, 83 c. 21. Compar. Fraudulentior Augustin. Confess. 3, 3. Tertull. adu. Marc. 2, 21 *Tanto fraudulentior Deus vester.* Superl. Pessimus et fraudulentissimi sunt Plaut. Capt. 2, 1, 38. Fraudulentissimus re-

gum Flor. 3, 1, 17.

FRAVDVLENTER. Adu. [*κροδαλός*] *Cum fraude.* Colum. 1, 8 *Saepe enim quaerendi potestatem faciat de iis, qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infestent.* Plin. 30, 10 f. 27 *Quoniam nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt. de stellione.*

FRAVDVLENTIA, ae. f. Plaut. Pseud. 2, 1, 7 *Fretus malitia, fraudulentia.* Idem Mil. 2, 2, 34 *Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, confidentiam, confirmatam, fraudulentiam.*

FRAVDVLOSVS, a, um. Adj. Paull. ICt. l. 1 §. 3 D. de Furtis, *Furtum est contrectatio rei fraudulosa.*

FRAVDO, are. [*πλοονετέω, παρακίπτω*] Pass. Fraudor. *Significat iniuria detrabere aliquid alteri.* Plin. 11, 16 *Aequitas quidem etiam in eis obstringitur: feruntque societate fraudata alyeos mori de apibus.* Cic. pro Rosc. Com. 16 *Aequae enim perfidiosum et nefarium est fidem frangere, quae continet vitam: et pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit: et socium fallere, qui se in negotio coniunxit.* Cic. pro Quint. 75 *In huiusmodi sponsonem testes dare oportebat ex eo numero, qui haec dicerent, vadimonium mihi deseruit: me fraudauit: a me nominis eius quod infitatus esset, diem petiuit: ego experiri non potui: latitauit, procuratorem nullum reliquit.* Cic. in Orat. 178 *Perfecta ac moderata semper exspectat: mutila sentit quaedam, et quasi decurtata: quibus tanquam debito fraudetur, offenditur.* Creditores fraudare, domo profugere, propter aes alienum venire ad arma Cic. Philipp. 6, 11. Decumanum fraudare, ne grano quidem vno sine maxima poena potest arator Cic. Verr. 3, 20. Genium fraudare, *Naturae appetitui et voluptati non satisfacere* Plaut. Aul. 4, 9, 15. Nec duces quidem sua Laude fraudandi sunt Curt. 4, 16, 31. Add. Vell. 2, 12, 15. et 2, 76, 1 etc. Maritum fraudare liberis Martian. in l. 4 De extraord. crimin. *De ea loquitur, quae data opera partum abegerat.* Cic. pro Flacc. 47 c. 20 *Itaque quum Roma clam esset profectus, multosque minutis Mutuationibus fraudauisset, in Asiam venit.* Cic. de Fin. 5, 61 *Audebo igitur caetera, quae secundum naturam sint, bona appellare, nec fraudare suo veteri Nomine: quam aliquid potius nouum exquirere.* Cic. Att. 1, 1 *Caccilius aunculus tuus a P. Vario quum magna Pecunia fraudaretur, agere coepit cum eius fratre.* Populum improbissime fraudare Cic. de Arusp. Resp. 42 c. 20. Virg. Aen. 4, 355 *Quam Regno Hesperiae fraudo, et fatalibus aruis.* Societate hereditaria aliquem Cic. pro Quint. 76. Somno aliquem Ouid. Amor. 1, 13, 17. Stipendium equitum fraudabant et praedam omnem domum auertebant Caes. B. C. 3, 59. 80 Testimonio suo aliquem Columel. 3, 7. Per tutelam fraudare aliquem, aut societatem, aut etc. Cic. pro Caecin. 7. Viros bonos palam Idem pro Quint. 51. Voluptate aliquem Plin. Epist. 96, . Liu. 2, 10 *extr.* In magna inopia pro domesticis copiis vnusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit. Gerund. Spe fraudandi sublata, soluendi necessitas consequitur Cic. Off. 1, 84. Data corripere fraudando Catul. 108, 6.

FRAVDANS, antis. Partic. [*νοοφιζων*] *Fraudans se ipse victu suo* Liu. 2, 10 *extr.* Ouid. Fast. 3, 829 *Turba feri censu fraudante magistri: al. Fraudata: et vebementer fluctuant critici.*

FRAVDATVS, a, um. Partic. [*νοοφιδεις*] Cic. Off. 3, 70 c. 17 *Vti ne propter te, fidemue tuam captus fraudatusue sim.* Coniugio fraudata Ouid. Epist. 6, 163. Iuuenta prima fraudatus, *i. Spoliatus* Ouid. Met. 10, 196. Lucernis fraudatis Hor. Serm. 1, 6, 24. Nuptiis fraudatis, *i. Fraude interceptis* Iustin. 43, 1, 19.

FRAVDATOR, oris, m. [*πλοονεκτης*] Cic. pro Flacc. 48 c. 20 *Nolite existimare, Iudices, non vnam et eandem omnibus in locis esse fraudatorum et infitatorum impudentiam.* Beneficiorum ingratus fraudator est Sen. Benef. 4, 26. Creditorum fraudator Cic. Philipp. 13, 26 c. 12. Praedae fraudator et interceptor Liu. 4, 50 *pr.*

FRAVDATIO, onis, f. [*νοοφισμός*] *Quam illa aurea, vt Inter bonos bene agier oportet, et sine fraudatione.* Cic. Off. 3 c. 17. *Fides et Fraudatio, contraria* Cic. in Catil. 2, 25 c. 11.

FRAVDĀTRIX, icis. f. Tertull. de Resur. Carn. c. 12 Mira ratio; de fraudatrice feruatrix.

FRAVDATORIVS, a, um. Adi. Fraudatorium interdictum, Quo Praetor ea, quae in fraudem cuiuspiam gesta sunt, rescindit, l. 96 ff. de Solut. Et l. 69 ff. ad SC. Tr.

FRAVDŌSVS, a, um. Adi. Anonymus apud Nueletum in Fab. Aesop. 45 Fraudosam viscus inescat auem. Sed quisquis est auctor, recentior, et semibarbarus est.

FRAVDĪGER, ěra, ěrum. Adi. Tertull. Genes. c. 3 Femina fraudigeris misere decepta loquelis.

FRAVSVS, a, um. Qui ad fraudis fructum venit, secundum Non. 2, 339. Nam veteres et Fraudor Deponentis forma dixerunt, unde Praeteritum Fraufus pro Fraudatus. Et Fraufus erit, Qui fraudem commiserit, auctore Festo. Plaut. Asin. 2, 2, 20 Metuo in commune, ne quam fraudem fraufus fiet. Qui capitalem fraudem fraufi Liu. 23, 14 legi volebat Scaliger. Sed Gronou. et Drakenb. ex MSS. Aufi.

FRAXĪNVS, i. f. [*μελία*] Arbor. Plin. 16, 13 Materiae enim causa reliquas arbores natura genuit; copiosissimamque fraxinum: procera haec ac teres, pinnato et ipsa folio, multumque Homeri praeconio et Achillis hasta nobilitata. Amicior vndis fraxinus Stat. Theb. 9, 494. Campestris, vid. CAMPVS. Proceras manibus vertere fraxinos Hor. Carm. 3, 25, 16. Pulcherrima in siluis Virg. Ecl. 7, 65. Stridula Claud. in Ruffin. 1, 218. Umbrosa Stat. Theb. 4, 281.

FRAXINEVS, a, um. Adi. [*μείλιος*] Ex fraxino: ut, Frons fraxinea Columel. 6, 3. Et 11, 2. Hasta Ouid. Met. 12, 369. Sudes Virg. Georg. 2, 359. Trabes Idem Aen. 6, 181.

FRAXĪNVS, a, um. Adi. [*μείλιος*] Ut, Virga fraxina Ouid. Epist. 11, 76.

FRAXINĒTVM, i. n. Locus ubi fraxini abundant. Catbol.

FRAXO, ěre. Vigiliam circumire. Festus.

F R E

FREGELLAE, Vetus Italiae vrbs, olim florentissima, quum a Romanis defecisset diruta, et ad vicum iam vsque a Strabonis tempore redacta. Sil. 8, 477 Obsessae campo squalente Fregellae.

Fregellae auctore Festo, Locus in vrbe, in quo ciuitatis illius hospites habitauere.

FREGELLANI, Populi Plin. 3, 5.

FREGELLANVS, a, um. Adi. Ut, Fregellana vitis Columel. 3, 2. Cic. de Fin. 5, 62 Quis Fregellanum proditorem, quamquam Reipubl. nostrae profuit, non odit?

FREMO, ui, itum, ěre. [*Φροιάτω, βριμάω*] Factitium verbum, significat naribus excuffis, et gutture mugiente immuniter sonare. Varro de L. L. 6, 5 p. 81 extr. cum monuisset, Multa ab animalium vocibus translata in homines, ad illud Ennii Pausam fecere fremendi: a leone traductum ait. Non fremit in infantes leo, nisi magna fame

Plin. 8, 16. Leo fremit ore cruento Virg. Aen. 9, 339. Lynces Auct. de Philom. v. 51. Tigres Val. Flacc. 2, 260. Per Metaph. Fremere dicuntur homines, cum indignantur, aut alia vehementi cupiditate mouentur. Plaut. Merc. 4, 5 suppos. 1, 10 Fremunt, perstrepuntque. Virg. Aen. 1, 563 Cuncti simul ore fremebant. Fremebant aeternas opes esse Romanas Liu. 2, 44. Fremit ereptum sibi

Consulatum Cic. Att. 2, 7. Fremunt gaudio erecti de pace Reip. Liu. 6, . . . Magno circum clamore fremebant Virg. Aen. 6, 175. Plebs haec fremit Liu. 3, 62. Prouincia tota fremebat Cic. Verr. 3, 132. Superi vario sermone fremebant Ouid. Met. 9, 418. Torrentes immane fremunt Claud. de Conf. Mal. Theod. 237. Turba

misito murmure fremit Lucan. 7, 45. Venti fremunt immani murmure Ouid. Trist. 1, 2, 25. Vndae montesque fremunt Stat. Theb. 12, 478. Fremant omnes licet, dicam quod sentio Cic. de Orat. 1, 195 c. 44. Librarii confundere solent Fremere et Gemere,

Drakenborch. ad Sil. 1, 425. it. Tremere ib. 10, 244.

FREMENS, entis. Part. [*Φριμάσων*] Sacuit acerba fremens Valer. Argon. 3, 229. Stabat Acerba fremens Virg. Aen. 12, 398. Add. Ibid. 7, 389 et 787. Bello fremens Italia Virg. Aen. 4, 229. Equus Virg. Georg. 1, 12. Idem Aen. 7, 638. Lupi circum stabula alta frementes Ouid. Met. 5, 627. Prohibere frementum ora nequit Val. Flacc. 1, 594. de Euris. Perducere ad frementes Suet. de Clar. Gram. . .

FREMENDVS, a, um. Partic. [*Φριμακτος*] Clamor fremendus Stat. Theb. 12, 752.

FREMITVS, ūs. m. [*Φριγγμός, Φριγγμα*] Ingens sonitus, ut aestuantis maris, aut murmurantis Populi, aut hominis excandescens in iram. Cic. Att. 2, . . . Qui fremitus hominum? quam irati animi? Idem de Fin. 5, 5 c. 2 Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret voce vincere. Auditus cum

fremitu strepitus Cic. de Arusp. Resp. 20. Aequoris nigri fremitus Hor. Carm. 3, 27, 23. Egentium fremitus Cic. pro Flacc. 23. Caes. B. C. 3, 38 Ex fremitu Equorum illata suspicione, ad suos se recipere coeperunt. Virg. Aen. 11, 607 Equorum ardescit fremitus. Maris murmurantis fremitus Cic. Tusc. 5, 116 c. 40. Marino fremitu assurgens Benacus Virg. Georg. 2, 160. Plausu fremituque secundo Virg. Aen. 5, 148. Acri cum fremitu perfurit ventus Lucret. 1, 277. vid. ACER. Denso circumstant fremitu Virg. Georg. 4, 216. Flebilis Sen. Hippol. 7. Horribilis armorum Cic. de Arusp. Resp. 20 c. 10. Horrisono fremitu sequuntur Virg. Aen. 9, 55. Inconditus, vid. INCONDITVS. Mugienti fremitu loca cuncta retonant Catul. 61, 82. Rapidi Lucret. 5, 1192. Raucus Valer. Argon. 2, 307. Semiferi virorum Valer. Argon. 6, 233. Truces tubae Sen. Octau. 6. Fremitum dici vult Festus, quasi Ferimentum.

FREMEBVNDVS, a, um. [*Φριγγμώδης*] Qui fremit. Cic. de N. D. 2 c. 35 — Tanta moles labitur Fremebunda ex alto ingenti sonitu et strepitu. Ex Accio Sil. 3, 463 de Elephantis, At gregis allapsu fremebundo. Arnob. 6 p. 196 Fremebundis hiatibus, toruis rictibus. Per Metaph. Indignabundus. Ouid. Met. 12, 128

Tum vero praiceps curru fremebundus ab alto Desilit.

FREMI DV S, a, um. Adi. Nempe Fremida turba Ouid. Met. 5, 2 legit Heinjius. Sed recte Burm. seruat, Fremitu regalia turbae Atria complentur.

FREMOR, ōris. m. Variusque per ora cucurrit Aufonidum turbata fremor Virg. Aen. 11, 297. Verborum fremor Arnob. 1 p. 32.

FREN-

FRENDEO, *f.* **FRENDO**, *fresum f. fressum, Ære.* [*ῥαπίς*] Frangere, *auctore* Festo, unde et Faba fresca. Columel. 2, 12, 7 Cicera bubus erui loco, fresca datur in Hispania Baetica. Varro de R. R. 2, 4, 17 Amisso nomine laetentis, dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere possint. *i.* Frangere. Non. 5, 103 Frendere, et Fremere hoc disparantur, quod Fremere est magnum fonare: Frendere vero, cum gemitu, vel iracundia, miserum aut minax sonare. *Laudat* Pacuuium, frendere noctes misera, quas perpeffa sum. *Et iterum*, Fruge (*leg.* fruges) frendo solas. *Et Accium*, Saxo fruges frendas. *Ex Plauto vero*, Nec machaeram audes dentes frendere. *Videtur proprium esse verbum instrumentis illis vel naturalibus, ut sunt dentes, vel arte factis, quae denticulata et serrata cum sint, cum stridore quodam frangunt et comminunt ea, quibus adhibentur: talia sunt molarum quaedam genera etc.* *Vid.* quae de Fistula farraria dicimus. *it.* DEFRENS. Plaut. Capt. 4, 4, 5 Nimis hercle ego illum male formidabam, ita frendebat dentibus. *Id.* Truc. 2, 7, 41 Hoc vide dentibus frendit, icit femur.

FRENDENS, entis. Partic. [*βρόχων*] Frendens leo, *b. e.* Saviens. Cic. Tusc. 2, 22. *Ex antiquo Poëta.* Copia farris uti frendentibus edita saxis Sammon. 36. *Vid.* Keuch. Aper Ouid. de Arte Am. 1, 46. Leo Sil. 10, 23. Dolor Senec. Herc. fur. 1. 9. Grauter frendens Vates Virg. Georg. 4, 452. Nec frendens nec caput quassans Sen. de Ira 1 c. vlt. *de furiose irato.*

FRESSVS, vel **FRESVS**, a, um. *Vid.* Fest. in **FRENDEO**. Cicera fresca Columel. 2, 11, *Adde* 6, 24 *extr.* Faba fresca Cels. 5, 25 18. *Conf.* Martial. 4, 46, 6.

FRENDOR, Æris. m. Veget. 3, 31, 1 Tremorem frendoremque pati. *de boue hydrophobico.* *Adde* Tertull. de Resur. Carn. c. 35. *et* adu. Marc. 4, 30.

FRENETICVS, pro *Phreneticus*. *Vid.* in **PHRENES**.

FRENTANI, *Italici Populi, Daunis et Picentibus vicini.* Flor. 1, 18, 7. Plin. 3, 5.

FRENTO, Flumen portuosum in Apulia Plin. 3, 11.

FRENVUM, *vid.* **FRAENVUM**.

FREQVENS, entis. Adi. [*ῥαμνός, πυνός*] Multus, assiduus, creber, celebris, et hominum attributum est, et locorum, et actionum. *Contraria.* Cic. de Orat. 3, 209 Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus, an iudices: frequentes, an pauci, an singuli. *Videamus nomina, quibus additur:* Aedes frequentissima, referta hominibus Plin. Epist. 9, 39. Auditor Platonis frequens Demosthenes Cic. in Orat. 15 c. 4. Auditorium, Quo multi conueniunt Plin. Epist. 2, 18. Collegium Cic. de Arusp. Resp. 13. Compita Hor. Serm. 2, 3, 25. Ouid. Amor. 2, 5, 21 Iamque frequens ierat mensa Coniuiua relicta. Familiaritas frequentior Nep. 25, 19, 4. Frequentes delati Honores Nep. 19, 1, 2. Imitatio Quinctil. 1, 11. Latrocinia Cic. Fam. 10, 31.

Loca frequentia aedificiis Liu. 31, 23. Modus frequens et fauorabilis Quinctil. 4, 1. Cic. Philipp. 2, 106 c. 41 Quum inde Romanam proficiscens ad Aquinum accederet, obuam ei processit (ut est frequens Municipium) magna sane multitudo. Cic. Fam. 11, 10 Est Numerus veteranorum et armatorum satis frequens cum Ventidio. Plaut. Cist. 1, 1, 7 Omnibus relicta mihi frequentem Operam dedistis. *Explicat* Varro assiduam, de L. L. 6, 5 p. 81, 9. Cic. de Senect. 44 Caret epulis, extructisque mensis, et frequentibus poculis. Praefectura tota Italia nulla frequentior dici possit Cic. pro Planc. c. 8. Idem Fam. 1, 4 Causam enim frequenti Senatu, etc. obtinebamus. Silua frequens trabibus Ouid. Met. 8, 329. Theatro frequentissimo incredibili plausu comprobatum est Cic. de Diuin. 1, 59 c. 28. Via frequens et tuta Ouid. de Arte Am. 1, 585. Vrbs Populis frequens Lucan. 1, 506.

¶ 2 *Formulae aliae.* Frequens Romae, et qui in ore omnium quotidie versatur Cic. pro Rosc. Amer. 16. Tacit. Ann. 4, 3 Sumitur in conscientiam Eudemus amicus, ac medicus Liuiæ, specie artis frequens secretis: saepe adhibitus secretis. Frequens est, *i.* Consuetum, receptum. Paulus in l. Singulis D. de exception. rei iud. Parere ergo exceptionem rei iudicatae, frequens est. Ter. Andr. 1, 1, 20 Cum illis, qui amabant Chrysidem, vna aderat frequens. *i.* saepe. Cic. Verr. 2, 38 Et in consilium frequentes conuenissent. *Add.* Id. Fam. 10, 12. Frequentissimi conueniunt Caes. B. G. 4, 11. Plaut. Milit. 3, 1, 67 Tu me ut sareare faciam esse adolescentem moribus: ita apud omnes comparebo tibi res benefactis frequens. Cic. Off. 2, 46 c. 13 Quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt Populo, eorum se fore similes, quos sibi delegerunt ad imitandum. Fuimus frequentes ad ducentos Cic. Q. Frat. 2, 1. Obuiam prodeunt frequentes gratiasque agunt Cic. Verr. 2, 65. Idem de Senect. 38 Adsum amicis, venio in Senatum frequens, vltroque affero res multum et diu cogitatas, easque tueor, animi non corporis viribus. Venerunt frequentissimi ad hoc iudicium mercatores Cic. Verr. 5, . . . *de multitudine loquitur.* Sic Caes. B. G. 4, 11.

FREQVENTIA, æe. f. [*πλήθος, σύλλογος*] Qualiscunque hominum multitudo. Cic. de Amicit. 89 Atque hoc maxime iudicaretur, si quid tale posset contingere, ut aliquis nos deus ex hac hominum frequentia tolleretur, et in solitudine vsipiam collocaret. Forum celeberrimum, tanta frequentia Cic. Verr. 3, 133. Amicorum quotidiana assiduitas et frequentia Idem de Petit. Conf. 3 c. 1. Epistolarum frequentia Cic. Att. 4, 16. Scholarum frequentia Quinct. 1, 2. Agere aliquid in foro summa hominum frequentia Cic. Verr. 2, 189. Circumsusus frequentia hominum, *vid.* **CIRCVMFVNDO**. Effertur magna frequentia confessuque Cic. pro Flacc. 41 c. 17. Ornare ac celebrare frequentia egressum alicuius Cic. in Pison. 31 c. 13. Praebere solidam, et robustam, et assiduam frequentiam Idem pro Planc. 21. Stipari frequentia Cic. pro Milon. 1. Frequentia vestrum Idem Phil. 4 pr.

FREQVENTER. Adu. [*ῥαμνὰ*] Idem fere quod saepe. Frequenter ex perfugis cognoscebant Caes. B. C. 3, 48. Auct. ad Herenn. 4, 70 Ut frequenter et assidue consequamur artis rationem studio, et exercitatione. Cic. in Orat. 81 Translatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis vititur non modo vrbano, sed etiam rusticorum. Vince frequenter Ouid. Trist. 4, 7, 25. Frequentius aliena venia, quam sua providentia tuta Val. Max. 6 2 pr. Frequenter etiam significat id, quod fit a multis licet semel et simul: *Vid.* Graeu. ad Cic. Att. 1, 19 p. 152 Huic frequenter interceditur. Frequentius euocari Suet. Aug. c. 40, 3. Frequentissime edere Idem ibid. 43, 5.

FREQVENTO, Ære. [*ῥορραίω*] Saepe et frequenter adire, aut inuisere. Sallust. in Iugurth. c. 73 Denique plebs sic est accensa, uti opinio.

- fices, agrestesque omnes, etc. frequentarent Marium. Suet. Octau. c. 53. Sallust. Catil. c. 14 Iuuentutem quae domum Catilinae frequentabat. Tacit. Hist. 2, 16 Digressis, qui Pacarium frequentabant, nudus et auxilii inops in balneis interficitur. Dies sollemnes Domum alicuius Cic. Fam. 5, 21. Domum conuentu Catull. Argon. 62, 32. Ludos Cic. de Inuent. 1, 40. Sacra Ouid. Met. 3, 691. Pueri fere aut iuuenes scholas frequentant Sen. Exc. Contr. l. 3 prooem. Solitudinem alicuius loci Cic. Att. 1, 14. Templata frequentari decet Ouid. Fast. 4, 117. Vrbes sine coetu hominum nec aedificari, nec frequentari potuissent Cic. Off. 2, 15 c. 4.
- ¶ 2 Sed multo latius patet, atque idem fere est, quod frequentem aut crebrum facere. Cic. pro Domo 89 Quem tu tamen Populum nisi tabernis clausis frequentare non poteris. i. Qui non multus fuisset in comitiis, nisi tabernas occludi iussisses. Est haec antiquissima significatio.
- 15 Varr. de L. L. 6, 5 p. 81, 11 Illud, quod eadem mulierculae (apud Actium Poëtam) dicunt, Pol istoc quidem nos pretio tanti est frequentare; ita in prandio nos lepide ac nitide accepisti, apparet dicere, Facile est curare ut adsumus, cum tam bene nos accipias. Locus Plauti est Cistell. 1, 1, 10. Sic Sen. Consol. ad Marc. 3 Memoriam alterius retinere ac frequentare. Hirt. B. Afr. 20, 1 Caesar sagittariis — frequentabat suas copias. Studia Capitolin. in Marc. Philos. c. 6. Distinguenda et frequentanda est omnis oratio luminibus verborum Cic. de Orat. 3, 199 c. 52. In animo primas quasque partes rhetoricae frequentare Auct. ad Herenn. 3, 40. Colum. 25 4, 15, 1 Sublato fructu protinus frequentanda est, et praesidiarii malleoli propagandi sunt: frequentanda, nouis stirpibus augenda. Sueton. in Aug. c. 46 Italiam duodeviginti coloniarum numero deductarum a se, frequentauit. Sic Colum. 10, 213 Frequentare mundum prole noua. Et 8, 16, 2 Frequentare piscinas est seminibus (paruis pisciculis) implere. Sic Frequentat fetus columba Pallad. 1, 24, 3 Frequentatur inductio Pallad. 1, 15. i. coria ex calce plura inducuntur. Tacit. Ann. 3, 25 Nec ideo coniugia, et educationes liberorum frequentabantur. Cic. Catil. 4 c. 7 Quos cum casu hic dies ad aetarium frequentasset. i. Congregasset. Gell. 13, 23 Quae a Poëtis vel
- 35 Oratoribus celebrandae et ornandae rei gratia, duobus eadem pluribusue nominibus frequentantur. Sen. Epist. 80 Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum sermo: tamen etiam non sentientes colet ac frequentabit. Liu. 36, 39 Nunc ad triumphum frequentandum deductos esse milites, qui egregiam nauare operam Reipubl. potuissent. i. frequentem et celebrem faciendum. Frequentare commercium epistolarum Sen. Epist. 38. Itaque Frequentare est Celebrare; sicut Celebrare idem quod Frequentare. Sulpic. in Sat. 1 Musa, quibus numeris Heroas, et arma frequentas. Dies sollemnes frequentare Suet. Aug. c. 53. Et sicut Celebrare etiam pro
- 45 Noium facere et fama ac laude tollere: ita et verbo Frequentare usi sunt nonnulli, quasi Frequenter referre, commemorare. Priapeiorum Poëta Carin. 75 Aetnaeae Cererem nurus frequentent. Ita saepe hoc verbo usum esse Iuencum, obseruauit Barth. Aduers. 11, 23. et ostendit Index.
- 50 FREQUENTATVS, a, um. Partic. Cic. in Brut. 325 c. 95 Aliud genus non tam sententiis frequentatum, i. Repletum. Idem de Orat. 3, 155 c. 38 Translatio instituta, inopiae causa, frequentata delectationis. i. Crebro usurpata. Frequentatae supplementis iuuentutis apes Columel. 9, 13, 13.
- 55 FREQUENTOR, ari. Dep. Plin. Epist. 2, 9 Diligeris, coleris, frequentaris. Frequentari domus dicitur, quae a multis aditur, vel cum multis. Cic. Off. 1, 139 Ea loca consita arbuftis frequentabantur pecore atque cultoribus Sallust. Iugurth. 48, 4. Idem Iug. 17, 1 Quae loca et nationes ob calorem — minus frequentata sunt.
- 60 FREQUENTANS, antis. Partic. [ἑκμιζων] Cic. in Orat. 85 Non faciet Rempublicam loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec aceruatim multa frequentans, vna complexione deuinciet. FREQUENTATIO, onis. f. [συναθροισμός] Cic. in Partit. 122 c. 35 extr. Atque haec quidem vtrique maxime in peroratione facienda, alteri frequentatione argumentorum, et coaceruatione vniuersa, etc. Frequentatio, est Figura oratori propria, ut definit Auct. ad Herenn. 4, 53 Quum res in tota causa dispersae, coguntur vnum in locum, quo grauior, aut acrior, aut criminiosior oratio sit. Conf. c. 40. Densa et continens frequentatio verborum Auct. ad
- 70 Heren. 28 c. 19. FREQUENTARIVS, a, um. Adi. [ἑκμιος] Veteres dixerunt pro Frequente. Festus. FREQUENTAMEN, inis. n. i. Frequentatio: apud Sidon. . . FREQUENTAMENTVM, i. n. [πύκνωμα] Gell. 1, 11 Numeros et modos et frequentamenta quaedam varia, tibicen incineret. Id. 5, 1 Si quibusdam quasi frequentamentis orationis mouentur. Apparet intelligi ornatum quendam et venustatem in cantu, minutis vocis vibrationibus et tremulis quasi iterationibus constantem. FREQUENTATIVVS, a, um. Adi. Assiduitatem significans. 80 Ut, Verba frequentatiua apud Grammaticos: Priscian. 8 de Specieb. Verb. Est alia species deriuatorum in TO, quae frequentiam actus significant. Ea quoque, id est frequentatiua, plerumque a Supinis deriuantur, mutatione extremae V in O. ut Scriptu, scripto; Dictu, dicto, etc.
- 85 FREQUENTATIVE. Adu. Verberitare Cato frequentatiue ab eo, quod est verbero, dixit. Fest. FREQUENTATO. Adu. Apul. Met. 9 p. 375 Imprecatus et iterato rursus, et frequentato saepius. FREQUENTATOR, onis. m. Apul. in Trismegist. p. 94 Sol frequentator et dispensator viuacitatis vitalium. Paullin. Nolan. Epist. 38, 10 al. 29 Rarius vrbium frequentator. Tertull. de Monog. c. 8 Prandiorum et coenarum frequentator. FREQUENTATRIX, icis. f. Tertull. . . . FRESSVS, f. FRESVS, vid. sub FRENDEO.
- 95 FRETVM, i. n. et FRETVS, us. m. [πρόρμος] Locus angustus in mari: dictum a similitudine (ut Varro existimat L. L. 6, 2 p. 69, 29) feruentis aquae, quod in fretum saepe concurrat aestus, atque efferuecat. Similia Isidor. 13, 18. Cic. Verr. 5, 28 Hi ne in freto ante sua tecta et domos nauigarent. Adolescentiae fretum
- 100 Florus 1, 26, 9. Per Metaph. Quo verbo adolescentes concito mari comparat. Eadem metaphora Lucret. 4, 1025 Quibus aetatis freta primitus insinuantur, est descriptio feruida adolescentiae: quo loco pulchre ad defendendam a Floro emendationis iniuriam Dukerus utitur. Oceani freta Cic. Tusc. 1, 45. Ex quodam Poëta. Freta et maritimi
- 105 aestus Cic. de Diuin. 2, 34. ¶ 2 Epitheta: Aestuosa Hor.

Hor. Carm. 2, 7, 16. Alta Sen. Hippol. f. 10. Caerula Virg. Aen. 10, 210. *vid.* CAERVLVS. Curua Val. Argon. 1, 615. Imbelle fretum torpentibus vndis Stat. Silu. 3, 5, 84. Infana Ouid. Epist. 18, 28. Lene Idem ibid. 17, 237. Mollia Ouid. Met. 14, 558. Nauifraga Idem ibid. 14, 6. Siciliense Cic. N. D. 3 c. 10. 5 Triste Ouid. Epist. 18, 212. Tumida Sen. Herc. fur. f. 11. Vastum Sen. Hippol. f. 2. ¶ 3 *Verba*: Concita terris crebris Virg. Aen. 3, 127. Seruius. *Al. Confitia.* Concutiunt freta venti Ouid. Met. 6, 691. Currentia Hor. Epist. 1, 3, 4. Disiungi freto ab Italia Cic. Verr. 1 c. 59. Distraxere venti fretum 10 Sil. 7, 572. Feruet fretis spirantibus aequor Virg. Georg. 1, 327. Findere fretum carina Ouid. Epist. 16, 31. Inclinatam fretum aestu, *vid.* INCLINO. Indignantia miscent venti Ouid. Met. 11, 491. Inire fretum Idem ibid. 14, 437. Secare freta Virg. Aen. 10, 147. Solicitant remis caeca freta Idem Georg. 2, 503. Sorbet 15 fretum Charybdis Ouid. Met. 7, 64. Spumant adductis freta versa lacertis Virg. Aen. 5, 141. Saecior freto surgente Ouid. Met. 14, 711. Segne torpescit fretum Sen. Herc. fur. 9. Transire fretum ad aliquem locum Cic. Verr. 5, 5. Tumescere incipiunt agitata freta Virg. Georg. 1, 356. ¶ 4 *Mare item ipsum dictum est Fretum, ab vndis et fluctibus efferuescentibus, praesertim apud Poetas. v. g.* Virg. Ecl. 1, 61 Et freta destituent nudos in litore pisces. Idem Aen. 1, 607 In freta dum fluuuū current. ¶ 5 Fretus, *ūs. m. dixerunt veteres.* Lucret. 6, 363 Nam fretus ipse anni permiscet frigus ad aestum. *Laudat hunc versum Nonius 3, 92 et 25 addit ex Naeuio, Dubii fauentem per fretum introcurrimus: itemque ex Ennio, Crassa puluis oritur, omnem peruolat caeli fretum, i. aëra, qui maris cuiusdam immensi instar habet: ex Varrone, Inter Italiam et Siciliam quis est fretus.* Cic. Verr. 5, 169 Vt ille in dolore, cruciatuque moriens, perangusto fretu diuisa, seruitutis, ac libertatis 30 iura cognosceret. *Ita legit Gell. 13, 12.* Lucret. 1, 72 Angustoque fretu rapidum mare diuidit. *Add. Arnob. 1 p. 36.*

FRETENSIS, e. Adi. Cic. Att. 10, 7 Adriatico mari Dolabella, fretensi Curio. *Sic reponit Turnebus Aduers. 18, 10 quum emendatorum opera duae voces in unius sedem irrepsissent; et in editis sit, Freto Siciliensi. Sed is ait, quemadmodum mare Adriaticum dicitur, sic et mare Fretense dicit, quod Siculum fretum est. Nam et milites, qui ex illa ora eligebantur, Fretenses appellabantur, et in veteribus monumentis Fretensem legionem legimus. Haec ille. Conf. Graeu. ad Cic. Att. 2, 1 p. 172. et Gruter. p. 194, 2.* 40

FRETALIS, e. Adi. *Ad fretum pertinens.* Amnian. 28, 14 A Rhaetiarum exordio adusque fretalem Oceanum. *i. Fretum Belgicum.*

FRETALIE, is. Subst. *Sartaginis genus apud Apic. 7, 5, Infunditur in fretali piper. Hoc a Feruendo dictum videtur, et firmare Varronis etymologiam supra propositam.* 45

FRETVS, i. confusus, nixus cum Participium ex FRUOR esse videatur, eo relatum est. *Vid. igitur post FRVOR.*

F R I

FRIABILIS, *vid.* FRIO, *āre.* 50

FRIBOLVM, *vel, ut habent antiquae editt. FRIVOLVM, i. n.* Apud Isidor. 10, 8 Est Genus diuortii, cum coniuges eo animo separantur, ut rursus ad se inuicem reuertantur. Nam ut addit ipse, Fribolum est vehut quassae mentis, et effluxae, nec stabilis, etc. *Fuerit igitur secundum Isidori sententiam hoc genus diuortii Friuolum. v. v. Huc tamen referendum fuit propter Fribusculum, de quo statim.* 55

FRIBVSQVLVM, i. n. *Discessiuncula coniugum non diuturna.* Vlpian. l. 32 §. 12 ff. De donat. inter vir. et vxor. Quod si diuortium non intercesserit, sed fribusculum, profecto valebit donatio, si fribusculum quieuit. *Ita est in libro Florentino: quam lectionem qui probant, deducunt nomen a Fribolo, de quo modo dictum. Sed Haloander Frigusculum dedit, quod certatim arripuerunt viri docti. Vid. Dukerum ad opuscula de Latinit. Ictorum p. 403. Nituntur in primis loco Sueton. Aug. c. 66 Desiderauit etiam non nunquam M. Agrippae patientiam — quum ille ex leui rigoris (Muretus et Lipsius legi volunt frigoris) suspicione — Mitylenas se contulisset. Amor calida res, frigent homines, qui non valde cupidi sunt. Frigusculum, quam puto veram lectionem; quasi sit Paruum frigus. Alii Fribusculum a Friuolo deducunt. *al. Friuiculum.* 65*

FRICO, fricui et aliquando fricauī, *āre.* [φρίβω, ζέω, ἀναβόω] Idem fere quod terere, sed paullo mollius, ductim tangere ad calorem, odorem eliciendum etc. *Fricuerit est Scribon. 58 qui et alias utitur, ut Fricare diutius et pressius 253. Digito 61. Fauces 70. Comica lasciua in supplicante Plaut. Afin. 3, 3, 88 Nunquam hercle facerem, 75 genua ni tam nequiter fricares. Conf. ib. v. 81. Plin. Epist. 8, 18 Quin etiam (foedum, miserandumque dictu) dentes lauandos, fricandosque praebat. Fricare corpus oleo Martial. 4, 90. Vincti hi sunt Senes: fricari sese antiquo volunt Plaut. Pseud. 4, 7, 93. Costas arbore Virg. Georg. 259. Fricentur pedes manibus siccis 80 Scribon. 180. Tonsillae fricantur 71. Plin. 36, 22 Carthago, Exercetur halitu maris, fricatur vento et verberatur imbri.*

FRICATVS, et FRICTVS, a, um. Part. Fricati diutius presse Scribon. 104. Si prurit frictus ocelli angulus, inspecta genasi collyria poscit Iuuenal. 6, 577. *Sed Resina fricta pertinet ad Frigo. v. v. 85 Rursus Caton. R. R. 156, 3 Cumini fricti tantum, quod oleat videtur tritum et fractum intelligi, ut et Triticum frictum, quod crudo opponitur Varr. R. R. 2, 4, 21. Sed haec duo possunt etiam ad Frigo referri.*

FRICTIO, ōnis. f. [φρίψις] Celsus 1, 3 In ipso quoque itinere, frequens frictio. Plin. 33, 6 Frictiones inhibet oculorum. *Hard. 90 fluxiones. De Frictionis usu apud Veteres, Vid. Stuck. Ant. Conuiu. 2, 24. Fab. Agon. 3, 15.*

FRICTVS, ūs. m. Frictum crissantis adorat Iuuenal. 6, 322. *Sed variat lectio.*

FRICATIO, ōnis. f. [φριψις] Idem. Quibus inductis et diligenti tectoriorum fricatione laeuigatis Vitruu. 7, 6. Columel. 6, 12 Sed si sanguis adhuc supra ungulas in cruribus est, fricatione assidua discutitur. *Sic Plin. 28, 4 f. 14 Vehemens fricatio spissat, Lenis mollit: Multa adimit corpus, auget Modica. Conf. Suet. Vesp. c. 21.* 100

FRICATVS, ūs. m. [φριψις] Idem. Plin. 23, 7 Lusciosos ex oleo illitus emendat, dentiumque vitia crebro fricatu.

FRICATVRA, ae. f. Idem. Vitruu. 7, 1 Super fricaturam incernatur marmor.

FRICAMENTVM, i. n. Cael. Aurel. Acut. 2, 6 Blando auriculorum fricamento vti.

- FRICATOR, ὄρις. m. *Apud Celf.* . . .
- FRICTRIX, ἴκισ. f. *Tertullian. de Refurr. Carn. c. 16. et de Pallio c. 4.*
- FRICIVM, i. n. *Plin. Valer. 1, 36 Albi bulbi cinis dentibus fri-
cium est. Vid. DENTIFRICIVM, sub DENS.*
- FRIGEO, FRIGIDVS, *vid. FRIGVS.*
- FRIGO, frixi, frixum, *vel* frigui, frictum, ἔρε. [*τηγανίζω*] *Torrere. Festus derivat a Graeco τηγανῖν, (leg. τηγανῖν) Cato de R. R. c. 106 Sesquilibrium falis frigit. Apic. 4, 2 Coques: refrige-
rabis, et friges: p. p. impones in thermospodio. Vid. FRICTILIS.*
- Idem 7, 4 *Ofellae recte friguntur, ut paene assae reddantur — fri-
gis et inferes. Plaut. Bacch. 4, 5, 7 Vorsabo ego illum hodie
probe (ut versantur in sartagine ea, quae friguntur) tam frictum ego
illum reddam, quam frictum est cicer. Celf. 2, 18 Tum res eadem
magis alit, iurulenta quam assa, magis assa quam frixa. Plin. 18,
7 Postero die frigunt, deinde molis frangunt. In sartagine frige-
tur Vulgata Levit. 6, 14.*
- ¶ 2 *Ex eo, quod quae frigun-
tur, viridia praesertim, exsilire et emicare solent in sartagine, expli-
candum videtur illud Non. 4, 200 Frigit, correpta prima Syllaba, signi-
ficat erigit. Accius Meleagro, Frigit fricantem corpus acuum (f.
aētutum) occulte abstruso in flumine. Idem in eadem, Frigit aestas
(f. aestus) rubore ex oculis fulgens flammeo. Hic frigit aestus potest
significare, emicat aestus, siue rubor. Nam statim addit Nonius, Fri-
gere est et FRIGVTTIRE, cum sono suffilire (subfilire) Plautus. Ca-
lina, Nam quid friguttis? quid istuc tam cupide petis? Afranius pri-
vigno — occurrit nepos paullus, neptis porro de lecto frigit.
In hoc quidem loco frigit manifesto est, emicat, exsilit. Locus Plauti
est Casin. 2, 3, 49, ubi recte notant interpretes, friguttire esse cum motu
quodam animi exsilire. Sed est etiam alius locus Nonii 1, 21 huc trans-
ferendus: Frigere est et friguttire, et fritinnire, suffilire (subfilire)
cum sono, vel erigi et exsilire: quod quaecunque friguntur, (vel
frigunt) ninio calore (vel frigore) cum sono susum suffiliunt. Varro
— Saepe totius theatri tibiis crebro flectendo commutare (leg. vid.
commutari) mentes, frigi animos eorum. Add. locus Varronis, quem
damus voce FRINGILLA. Ennius ap. Fulgent. exp. ferm. ant. 19
Haec anus admodum friguttit; nimirum sauciauit se flore liberi. Add.
Sidon. 7, 8 extr. et 9, 2.*
- FRICTVS, *vel* FRIXVS, a, um. *Partic. Columel. 7, 5 Fri-
ctum sal. Et Varro de R. R. 2, 4, 21 Frictum triticum. Plin. 29, 3
de luteis ouorum: Item ex oleo fricta terna, totis ouis pridie maceratis
in aceto. Hor. de Arte Poët. 249 Nec si quid fricti cicercis probat aut
nucis emtor. Cuminum Cato R. R. 156, 3. Frictae nuces Plaut.
Poen. 1, 2, 113. Fricta resina Scrib. 203. 204. 207 Diosc. τηγανῖν
ἔριον. Isid. 20, 2 Frixuma sono dictum, quando in oleo ardet. Vet.
Gl. τηγανίζω, frigo. τηγανισόν, frictum. τηγανον, sartago.*
- FRICTILIS, e. *Adi. Patina Apic. 4, 2 p. 108 Liff. Sed fricti-
lis est ex emendatione Humelbergii; exemplaria habent frifilis et fufilis;
a frigendo dictum vix dubitare licet per seriem orationis, coques, refrige-
rabis, et friges.*
- FRICTORIUM, i. n. *Patella, in qua friguntur carnes. Vet. Gl.
φρυγίον, frictorium.*
- FRIXORIUM, i. n. *Idem. Glossae aliae vet. τηγανον, Frixorium:
et Onomast. Frixorium, φρυγανον. Conf. Plin. Val. 2, 7.*
- FRIGVLO, ἄρε. *Auctor Philomelae apud Ouid. v. 28 Graculus
at frigulat.*
- FRIGVS, ὄρις. n. [*ψυχος, ἄλγος, κρύος*] *Contrarium est Calori.
Virgil. Georg. 2, 344 Frigusque caloremque Inter. Idem Georg.
1, 93 Aut Boreae penetrabile frigus adurat. Frigus impendebat
Cic. Q. Fratr. 2, 11. Infames frigoribus Alpes, vid. INFAMIS.*
- Rugosus frigore pagus *Hor. Epist. 1, 18, 105. Acerbum Idem Epist.
1, 17, 53. Acre Lucret. 4, 261. Amabile Horat. Carm. 3, 13, 10.
Brumale Virgil. Aen. 6, 205. Conclamati frigoris herbas pipere
temperare Macrob. Saturn. 7, 5. Durum Lucret. 5, 816. Ignatum
Ouid. Met. 2, 763. Immodicum Id. ex Pont. 3, 1, 14. Iners Ouid.
Met. 8, 790. Intolerabile Cic. pro S. Rosc. c. 45. Matutinum Hor.
Serm. 2, 6, 45. Mediis frigoribus, i. media hieme Virgil. Ecl.
10, 65. Intolerabile Cic. pro Rosc. Amer. 131. Opacum Virgil.
Ecl. 1, 53. Pallidum Stat. Silu. 5, 1, 129. Penetrabile, vid. PENE-
TRO. Virgil. Georg. 1, 93. Penetrabile Lucret. 1, 495. Scelera-
tum Virgil. Georg. 2, 256 sterilitas noxia. ¶ 2 Verba:
Admittere frigus, vid. ADMITTO. Adurit penetrabile frigus,
Virgil. Georg. 1, 93. Affligi frigore, vid. AFFLIGO. Anhelare
gelidum valido de corpore frigus Cic. in Arato 58. Arcere mala
frigora hirsutis pellibus Ouid. Trist. 3, 10, 19. Astringi frigore,
vid. ASTRINGO. Captare frigus opacum Virgil. Ecl. 1, 53. Ca-
ptare umbras et frigora Idem Ecl. 2, 8. Cauere frigora Ouid. de
Arte Am. 2, 302. Colligere frigus Horat. Epist. 1, 11, 13. Con-
creuit frigore sanguis Virgil. Aen. 12, 905. Contracto frigore pi-
grae Idem Georg. 4, 259. Contristat pluuiis frigore caelum Virgil.
Georg. 3, 279. Frigora Dant rami Ouid. Met. 5, 390. i. umbras.
Defendo teneras a frigore myrtos Virgil. Ecl. 7, 6. Depellere fri-
gus Horat. Serm. 1, 2, 6. Dissoluere frigus Idem Carm. 1, 9, 5.
Elabitur frigus per vngues Ouid. Met. 2, 823. Excruciabat frigus
Lucret. 5, 1425. Excipi frigore Celf. 2, 1. Ferit acre frigus Lu-
cret. 4, 261. Gelant frigora Plin. 15, 6. Horrere intolerabiliter
frigoribus Columel. 1, 4. Ingruit frigus, vid. INGRVO. Im-
pendet maximum frigus Cic. Q. Fratr. 2, 11. Laborare a frigore,
vid. LABOR. Laedit me frigus, vid. LAEDO. Minuunt Ze-
phyri frigora Ouid. Trist. 3, 12, 1. Mollire frigora Sen. Hippol. 1.
Munire a frigore, vid. MVNIO. Obsessum glaciali frigore corpus
Ouid. Met. 9, 581. Perferre frigus, vid. PERFERO. Pellitur
vis frigorum tectis, et calorem molestiae sedantur Cic. Off. 2, 13. vid.
PELLO. Quatietur tremulo frigore corpus Idem in Arato 68. Re-
medium aliquod sibi comparare ad magnitudinem frigoris Cic. Verr.
5, 26 c. 10. Sustinere vim frigorum hiememque urbis tectis Cic.
pro Rabir. Post. 42 c. 15. Vri frigoribus Iustin. 2, 2, 9. Vitare
frigus Cic. Fam. 16, 8. ¶ 3 Figuratae Frigus varie ponitur
pro febrī. Horat. Sat. 1, 1, 8 At si condoluit tentatum frigore cor-
pus. Pro Timore: Virgil. Aen. 1, 96 Extemplo Aeneae soluantur
frigore membra. Vbi Seruius: Frigore, i. timore. Conf. Non. 4;
207. Gelido frigore astrictum pectus Ouid. Epist. 15, 112. Con-
currit frigus per ossa Idem ad Liu. 153. Pro Morte, ut Seruius
interpretatur Virgil. Aen. 12, 951 — ast illi soluantur frigore mem-
bra. Huc pertinet Horat. Serm. 2, 1, 62 O puer, ut sis vitalis, me-
tuo; et maiorum ne quis amicus Frigore te feriat, i. ne quis amicus,*

ex maiorum et potentiorum genere, a te laesus, non frigore modo amicitiae, de quo statim n. 4 sed ipsa morte te afficiat. Extremum frigus, *i. mors* Stat. Theb. 8, 734. Supremum frigus animae Idem Silu. 3, 3, 20. Veneni frigus Sidon. Ep. 5, 8. ¶ 4 Frigus in amicitia remissio quaedam amoris est. Senec. Epist. 123 5 Montanus Iulius et amicitia Tiberii notus et frigore. Conf. FRIBVSCVLVM, FRIGESCO, FRIGIDVS, REFRIGERO. Sueton. August. c. 66 de Agrippa, Cum leui frigoris (sic legi volunt Muretus et Lipsius, pro vulgato rigoris) suspicione, et quod Marcellus sibi anteferebatur, Mitylenas se, relictis omnibus, contulisset. Vid. 10 *ibi Casaubon. et Torrent. item in c. 41 Claudii. Adde Lips. ad Vell. Patere. 2, 83. et Rupert. ad Sallust. Catil. 13.* ¶ 5 Frigus, cum de vi orationis sermo est, opponitur calori affectuum. Iocus frigidus est, qui non mouet ad risum, etc. Plin. Ep. 6, 15 extr. Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit, *i. fecit, ut minus studiose audiretur, ut dum dilirationem Iauoleni retractant animis et rident, non possent capere illum calorem, quo illos incendere Paullus oratione, quam recitabat, studebat.* Huc referri vult Casaubon. ad Suet. Claud. c. 41 illud Senecae Controu. 2 p. 185 Deinde cum scholasticorum summo fragore: legi vult frigore. Sed retinendum fragore, ut suo loco ostendimus n. 3 sub FRANGO. Curarum frigus lentum sollicitudo, quae calorem scribentis refrigerat Ouid. ex Ponto 3, 9, 25. Cic. Q. Fratr. 2, 12 Pridie Idus, quum Appius Senatum infrequentem coegisset, tantum fuit frigus, ut populi conuicio nos coactus sit dimittere. Quinct. 6, 1, 37 Nam et imperitia, et rusticitas, et rigor, et deformitas afferunt interim frigus, *i. faciunt, ut non moueatur iudex; et actor cum pudore suo consilio et intentione excidat.* Idem 2, 12, 6 Itaque illud Quaestionum et argumentorum apud corrupta iudicia frigus euitant. Quinctil. 5, 7, 31 Quod interrogantis non leue frigus est. Vid. FRIGIDVS. 30

FRIGEO, xi, ěre. [*φρυγέω, καταψύχομαι*] *h. e. Frigore affici, horrere.* Priscian. 9 p. 870 Syllaba vero naturaliter longa ante GEO, mutatur GEO in XI, ut Lugeo, luxi, Frigeo, frixi. A Graeco venit *φρυγάν, auctore Festo. Malim a φρυγέω. Propria significatione varius est; fere metaphoricè ponitur de his, quae parum calide, sine affectu et cupiditate tractantur.* Cic. de Clar. Orat. 187 Quare tibicen Antigenidas dixerat discipulo sane frigenti ad populum, Mihi cane, et Musis. *i. Parum feliciter populo se approbanti, ut ait Valer. Maxim. 3, 7.* Plane nunc frigeo Cic. Fam. 11, 14. Frigent hic homines Ter. Eun. 2, 2, 37. Ibid. 3, 3, 11 Vbi friget, huc euasit, quam pridem pater mihi et mater mortui essent, *i. ubi nihil erat, quod amplius diceret.* Cic. Verr. 2, 60 c. 25 pr. Quum omnia iudicia frigerent admonitu istius, etc. Sine Cerere et Baccho friget Venus Ter. Eun. 4, 5, 6. Cic. de Natur. Deor. 2, 60 Ex quo illud Terentii, Sine Cerere et Libero friget Venus. Vires effoetae frigent Virgil. Aen. 45 5, 396. In re frigidissima cales, in feruentissima friges Auctor ad Herenn. 4, 22. Apul. Apol. p. 480, 11 Floridi, Cum hoc quoque mendacium frigere, ac prope iam — explosum videret. Rarior, ut diximus, significatio propria, cuius nec unum exemplum habeant Indices Pliniani. Sed Columel. 9, 6, 1 Qui nec hieme rigent, nec candent aestate. MSS. optimi, frigent. Ter. Phorm. 5, 9, 5 Abi, tange, si non totus friget, me enica, *de confusione ex dedecore et metu agit, ut tamen ad sensum tactus aperte referatur.*

FRIGENS, entis. Partic. [*φρυγών*] Frigens animis turba, *i. timida* Sil. 16, 598. Lumina frigentia torpent Stat. Silu. 2, 1, 146. 55 Mortuum notat Virg. Aen. 6, 219 Corpusque lauant frigentis et vngunt.

FRIGERO, ěre. [*καταψύχω*] Frigefacio. Catull. 60, 30 Frigerans Aganippe. Composita eius magis sunt in usu, ut Refrigerero, Perfrigero.

FRIGERATIO, ōnis. f. Apud Apulei. esse dicitur, negat Ind. 60 Florid.

FRIGERĀTOR, ōris. m. Apud Apicium. Non puto.

FRIGERATORIVM, i. n. Apicio forte non meliore fide tribuitur.

FRIGESCO, ěre. [*καταψύχομαι*] Frigidum fieri. Cato c. 156 65 Infundito in catinum vti frigescat. Idem c. 95. Metaphor. Cic. Fam. 8, 6 Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigesimus. Opus frigescit Quinctil. 6, 1, 29. Affectus Idem 11, 3, 133. Perf. 1, 109 Vide sis, ne maiorum tibi forte Limina frigescant, *i. ne excludaris, frigideque tracteris, cum domus potentiorum salutandi causa adieris.* Vid. FRIGVS, *it. REFRIGERO, et FRIBVSCVLVM.*

FRIGEFACIO, ěre. Frequent. [*καταψύχω*] A Frigefacio. Plaut. Poen. 3, 5, 15 Calidum prandisti prandium hodie? dic mihi. A. quid iam? L. quia os nunc frigefactas, quum rogas. Conf. Rud. 5, 2, 39. Aliqui legunt Frigidefactas. Vid. in CALEO, n. 2. 75

FRIGEFACIO, FRIGEFACIO, FRIGEFACIO, FRIGEFACIO, FRIGEFACIO, apud Celsum.

FRIGĪDO, vel FRIGDO, ěre. Lucilio adscribitur. Certiora sunt Caes. Aurel. Acut. 3, 17, 155 Ob frigidandum corpus. Et 3, 17, 162 Plumbum tactu necessario frigidat. Et 1, 17, 168 Frigidans membranam. 80

FRIGĪDVS, a, um. Adl. [*ψυχρός*] Caloris expers. Ouid. Epist. 1, 22 Frigidus glacie pectus amantis erat. Aër frigidus Cic. de Nat. D. 2, 27. Amnis Tibull. 4, 8, 4. Anguis Virgil. Ecl. 3, 93. et 8, 71. *i. letifer.* Vid. Mors frigida, Corpus, Lingua, 85 Aqua, vid. n. 3. Aura Propert. 1, 16, 24. Auster Idem 2, 26, 36. Corpus, Exsanguis Quinctil. in prooem. 6. Cura frigida Lucret. 4, 1054 possit forte languida esse. Sed legitur recte Feruida. Fons frigidior Horat. Epist. 1, 16, 13. Grauedo Catull. 42, 13. Horror Virgil. Aen. 3, 29. Imber Idem Georg. 1, 259. Lingua morientis Virgil. Georg. 4, 525. Loca frigidissima Caes. B. G. 4, 1. Lumina labuntur frigida letho Virgil. Aen. 11, 818. Mors Idem Aen. 4, 385, quam Paulam frigidam vitae dixit Lucret. 3, 943. Pellis frigida 6, 1192 mortis proximae signum. Et Frigidus est moriens Virgil. Aen. 9, 415. Oscula Ouid. Epist. 11, 117. Frigidior Geticis Pruinis Iu. 90 venal. 5, 50. Quartana Hor. Serm. 2, 3, 290. Rura Virg. Georg. 3, 324. Sanguis Idem Georg. 2, 483. Sudor Virg. Georg. 3, 501. Vesper Idem Georg. 3, 336. Umbra frigida noctis Virg. Ecl. 8, 14. ¶ 2 Frigidum est, quidquid languidum, viribus destitutum, effectu carens est. Ut enim calor maxime efficax est, ita Frigus ignauiam creat, quod de apibus ait Columel. 9, 7, 5. Habet haec appellatio quasi domicilium in iocis fatuis, risum non mouentibus. Cic. in Bruto 236 de P. Lentulo, Habuit a natura genus quoddam acuminis, quod etiam arte limatierat, quod erat in reprehendendis verbis versutum et solers: sed saepe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum et 100

- facetum. Frigidum est dicere Sueton. Claud. c. 26, 1. Quinctil. 5, 10, 31 Illud apud Euripidem frigidum. *Add.* 6, 3, 53 Et haec tam frigida, quam est nominum fictio, etc. *Sic idem* Quinctil. 12, 10, 12 Frigidus in salibus. *Et* 9, 3, 69 Frigidus in iocis. *Sic post dicta*
- 5 *Siculorum in Verrem relata.* Cic. Verr. 1, 121 c. 46 Alii etiam frigidiores erant: sed quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse, etc. *Sed, ut diximus, Frigidum est, quidquid languidum est, et inefficax, f. irritum.* Accusatores frigidissimi Cic. Q. Fratr. 3, 3. Affectatio frigida et puerilis Quinctil. 4, 1, 77. Calumnia frigida et ieiuna
- 10 Cic. pro Caecin. 61 c. 21. Dexteram bello frigida Virg. Aen. 11, 338. Fomenta frigida curarum Horat. Epist. 1, 3, 26 *inutilia, fomenta enim calida esse debent.* Cic. Fam. 10, 16 Quum is frigidus sane, et inconstans recitasset Literas Lepidi. Mens frigida ceruorum Lucret. 3, 300, vi violentae Leonum opponitur. Negotia Plin. Epist. 9, 2 i.
- 15 *nullius momenti.* *Sic Res frigidas dixit* 9, 2. Solatia Ouid. ex Ponto 4, 2, 45. Verba frigidiora vitanda sunt Cic. de Orat. 2, 256. Frigidus in Venerem Virgil. Georg. 3, 97. Lentus in dicendo, et paene frigidus Cic. de Clar. Orat. 178. Virgo non frigida ad res amoris Ouid. Amor. 2, 1, 5.
- 20 *3 Frigida, Substantive positum, cui subauditur Aqua.* Plaut. Most. 1, 3, 1 Iampridem mecastor frigida non laui magis libenter. Plin. Epist. 3, 5. Frigidam suffundere alicui, est hominum calidum amorem erga illum minuere. *Sic certe intelligendus* Plaut. Cist. 1, 1, 37 Nostro (meretricum) ordini palam blandiuntur (matronae) clam, si occasio vsquam est, Aquam frigidam subdole suffundunt. Ad frigidam eximus Petron. c. 28.
- 25 FRIGĪDE. Adu. [*ψυχρός*] Quinctil. 6, 1, 39 Tum ille alioqui vir facundus, inopinatae rei casu obmutuit, et infantem suum frigidissime reportauit: *i. ut minime moueret iudices.* Vid. FRIGVS, n. 2. *Sic* Gell. 19, 3 Exigua atque frigide laudari. *Comparat.*
- 30 Quinctil. 6, 3, 4. *Et* Sen. Controu. 1, 4. *Superlat.* Quinctil. 6, 1, 39 *iam dedimus.*
- FRIGIDŪLVVS, a, um. Adi. Dimin. [*ὑπόψυχρος*] Catul. Arg. f. 63, 131 Frigidulos vdo singultu ore cientem.
- 35 FRIGĒDO, inis. f. [*ψυχρότης*] *Idem, quod Frigus.* Varro, Atque vt igni feruido medullitus Aquiloniam intus seruat frigidinem. Non. 2, 544.
- FRIGIDARIVS, a, um. Adi. *Vt, Frigidaria cella* Plin. Epist. 2, 17. Vitruu. 5, 10 Ahena supra hypocaustum tria sunt componenda, vnum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium: et ita collocanda, vti ex tepidario in caldarium, quantum aquae caldae exierit, influat. De frigidario in tepidarium ad eundem modum. Balneae Pallad. de R. R. 1, 41. Cisterna Petron. c. 72. *Hinc Substant.* Frigidarium, *ὑποψυχριον, ψυχροφόρον, Vet. Gloss.*
- 40 FRIGIDIVSCVLVS, a, um. Adi. Gell. 3, 10 Sed alia ibidem congerit frigidiuscula. Vid. FRIGIDVS, n. 2.
- FRIGVSCVLVM, i. n. Tertull. de Anima c. 25 *extr. Ita Froben. Rigalt. et alii.* Si animae de frigusculis euenirent: *i. ab afflatus frigidi aeris.* De metaphorica notione vid. FRIBVSCVLVM.
- 50 FRIGOR, vel FRIGDOR, oris. m. Molestissimum frigorem Th. Priscian. 2, 29. Frigidor cordis Idem de Diaeta. Frigidore quoque et singultu Oet. Horat. 2, 16.
- FRIGORĪFĪCVS, a, um. Adi. [*ψυχροποιός*] Gell. 17, 8 Acetum omnium maxime frigorificum est, atque id nunquam tamen conrescit. Vid. ACETVM. *Sic CALORIFICVS, Ibid.*
- 55 FRIGORO, are. Corpus frigorare C. Aur. Tard. 4, 4. Frigorandos ait cholericos Idem Acut. 3, 21.
- FRIGŪTIO, ire. *Cum motu quodam animi exsilire, f. emicare.* Declaramus hoc verbum in FRIGO, n. 2.
- FRINGILLA, FRIGILLA, FRINGVILLA, ae. f. [*ωνίζα*]
- 60 Auis est, dicta, *ut inquit Festus, quod frigore cantet et vigeat.* Martial. 9, 55 Nunc sturnos inopes, fringillarumque querelas Audit, et arguto passere vernat ager. Varro de L. L. 6, 5 p. 82 *pr. ubi agit de deriuatis a vocibus animalium, M. Accius (Plautus Casin. 2, 3, 49) a fringuilla, quid fringultis? quid istic tam cupide cupis?*
- 65 FRINGVLTIO, ire. *Est Praepedite ac obscurius verba enuntiare.* Apul. Apol. p. 296, 21 Quod, qui eloquentiae patrocinium vulgo profiteatur, etiam honesta dictu sordide blatteret, ac saepe in rebus nequaquam difficilibus fringuliat, vel omnino obmutescat. *Et iterum* Apol. p. 336, 18 Audisti priuignum meum vix singulas syllabas fringultientem. *A fringilla verbum despecti videtur, nisi potius a frangendis sonis Fringilla dicta, et a verbis frangendis fringultire. Auium vocem esse ostendit ipse* Apul. Flor. 3, 17 Merulae in remotis tesquis fringultiant.
- 70 FRINGVLTIO, vel FRINGVLTIO, vid. FRIGO. n. 2.
- 75 FRIO, are. [*ραιέω*] Conterere, comminuere. Plin. 13, 4 In ipsa quidem Aethiopia friatur haec (tanta est siccitas) et farinae modo spissatur in panem. Varro de R. R. 1, 9, 7 Si sit terra alba, si nigra, si leuis, quae quum fodiatur, facile frietur.
- FRIABILIS, e. Adi. [*εὐθραυστος*] Quod facile friatur, et quasi
- 80 *manibus minutim conteritur.* Plin. 20, 8 Optimaque est, quae candidissima, et friabilis, minimeque ponderosa: quum teratur inter digitos, fermentescens. Idem 34, 18. *Et* 17, 4.
- FRIATVS, a, um. Partic. Lucret. 1, 886 Scilicet et glebis terrarum saepe friatis.
- 85 FRIATIO, onis. f. Apicio tribuitur.
- FRIRITVS, us. m. *i. Strepitus, laudabatur ex* Cic. de Natur. Deor. 2, 89 c. 35 *ex Accio. Sed legitur ibi in descriptione nauis, Tanta moles labitur Fremebunda ex alto, ingenti sonitu et spiritu. Sic etiam* Priscian. p. 1325.
- 90 FRIT, quid significet, declarat Varro de R. R. 1, 48 *extr.* Illud autem summa in spica iam matura, quod est minus quam granum, vocatur frit. *Forte, quia facile est friatu.*
- FRITILIS olla est apud Festum, voce Muries. Locum totum damus in EXFIR. Paullus in corripiendis Festi verbis fictilem substituerat, quem refellit Scaliger, et reponi vult etiam Nonio 3, 197 in verbis Fabii Pictoris, quae laudamus ipsa quoque in EXFIR. Caeterum cognatam putat Scaliger Coniectan. in Varron. p. 77 Fritillae pulsi ex Frit. *Sed conf. FITILLA.*
- FRĪTILLA, ae. f. vid. FITILLA.
- 100 FRITILLVS, i. m. In lusu aleae est vasculum poculo simile, quo coniecti tali agitatique mittuntur in alueolum. Praestitit igitur eum usum, quem Pyrgus, f. Turricula; obstitit fraudi eorum, qui argutis nimis digitis possent tesseras, prout e re esset, non tam iactare, quam ponere. Graphice hoc describit Seneca in ludo in Claud. *extr.* Placuit,
- 105 nouam poenam excogitari debere, instituendumque illi laborem irritum,

tum, et alicuius cupiditatis species (*leg. speciem*) sine fine et effectu. Tum Aeacus iubet illum alea ludere, pertuso fritillo. Et iam coeperat fugientes semper tesseris quaerere, et nihil proficere; Nam quoties missurus erat resonante fritillo, Vtraque subducto fugiebat tessera fundo, etc. Pyrgus, *Turricula est intus cochleatim structa, ut temere deuoluti tali, vel tesserae suo motu infra profiliant in alueolum s. forum.* Fritillus, *poculi instar, ut diximus.* Minus accurate ergo Porphyrio in illud Horat. Serm. 2, 7, 17 Mitteret in Pyrgum. Pyrgum, inquit, quod nos fritillum dicimus, quo coniectae tesserae, agitataeque mittuntur. *Rectius dixisset, Pyrgus idem praestat, quod Fritillus.* Iuven. Sat. 14, 5 — paruoque eadem mouet arma fritillo. Scholiast. Fritillus pyxis cornea, qui finus [*Φυδς*] dicitur Graece. Fritinnire aues dicuntur strepere, aut sonare. Apud antiquos in cornu mittebant tesseris, mouentesque fundebant. *Haec bene. Nollem subiunxisset: aut fritillum pyrgum dixit.* De quo eadem obseruanda, quae in Porphyriorem modo dicta sunt. Turricula, s. Pyrgus stat. De Fritillo iterum Sen. in Apol. sub fin. Vosque in primis, qui concusso magna parastis lucra fritillo. Sidon. Apollin. Epist. 2, 9 Hic inter alcatoriarum vocum competitiones frequens crepitantium fritillorum tesseraeque strepitus audiebatur. Martial. 4, 14 Dum blanda vagus alea December Incertis sonat hinc et hinc fritillis. Et 5, 85 Blando male proditus fritillo — Aleator.

FRITINNIO, ire. *Proprie de auium pullis dicitur, cum canere incipiunt minuta et interrupta voce.* Non. 1, 21 ex Varrone, Et pullos peperit fritinnientes. Auctor Philomelae habet primam productam, 25 v. 35 Fritinnit rauca cicada. Ad homines dein seu pueros transfertur. Epigr. Senec. apud Pithoe. p. 41 de Marco filiolo, Sic dulci Marcus, qui nunc sermone fritinnit. Vid. Non. 1, 21 cuius locum damus in FRIGO, n. 2.

FRIVOLVS, a, um. Adj. [*φριδανός*] Vilis, minutus, nullius pretii. Etymon damus n. 2. Plin. 7, 7 de generatione hominis loquens, Miseret, atque etiam pudet, aestimantem quam sit friuola animalium superbissimi origo, quum plerumque abortus causa fiat odor a lucernarum extinctu. Friuolum, pro Fragili et infirma dixit, et veluti Friabili. Nam et Friuolum, a verbo Frio dictum non immerito existimatur, id est contero, comminuo. Plin. 7, 53 Friuolum dictu, etc. Quinctil. 10, 7, 21 Friuolum et scenicum est. Gell. 15, 30 Oppido quam sunt in literarum ostentatione inepti et friuoli. Idem 16, 12 Quaedam futilia et friuola. Apul. Apol. p. 275 Futilliter blatterata mox Friuola vocantur. Quinctil. 7, 234 Eoque satius est, omni se anteaetae vitae abstinere conuicio, quam leuibis aut friuolis, aut manifesto falsis reum incescere. Sueton. Claud. c. 14 Nonnunquam friuolus amentique similis. Vet. Gloss. κενός, ἄδαμνος. Aura friuola Phaedr. 5, 7 fauor plebeculae. Auspicium, i. vanum et mendax Sueton. Neron. c. 12. Iactantiae in paruis friuolae Quinct. 1, 6, 20. Insolentia Phaedr. 3, 6. Labor Senec. Epist. 31. Sermo friuolus et illiberalis Auct. ad Her. 4, 17. ¶ 2 Friuola, orum. n. Plur. [*φρυάγια*] Festus: Friuola, Vasa sunt proprie fictilia, quassa. Vnde, Verba friuola dicta, Quae minus sunt fide subnixa. Vlpianus in l. Solutum §. Solutam D. de Pignor. action. Non enim credibile est, hoc conuenisse, vt ad vniuersam pensionem insulae friuola mea teneantur. Hic Friuola, pro Supellectili tenui et vili accipiuntur: qualis eorum esse solet, qui in coenaculis habitant: quo modo et usus est Iuuenal. Sat. 5, 58 Et ne te teneam, Romanorum omnia regum Friuola. Quibus verbis paupertatem regum Romanorum significauit, quos etiam Samiolis vasis usus esse constat. Idem 3, 198 Iam friuola transfert Vealegon, tabulata tibi iam tertia fumant. A Graecis φρυάγια dicuntur, id est τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκευῶν λεπτὰ. Vnde et Grytopolae ab eis dicuntur, qui huiusmodi supellectilia venditant: quos Latine FRIVOLARIOS appellare possumus. Hinc forte nomen deperditae Plauti fabulae Friuolaria, s. Friolaria. Conf. Lips. ad Sen. de Tranquill. c. 1 Nec inter illa friuola mea tam altus incedo. FRIVORIVM, FRIVVS, vid. FRIGO.

F R O

FRONDARIVS, FRONDATOR, FRONDEO, FRONDESCO, FRONDOSVS, vid. FRONS, frondis.

FRONDICIVS, Miles Romanus, sic dictus, quod praeclara facinora, Vulturum transnatans, fronde capiti imposita, aduersus Annibalem edidit. Plin. 17, 1. Al. Fronditus. Vid. Sigon. de Nom. Roman. p. 1433.

FRONS, frontis. f. (Antiquis etiam Masculini Generis. vid. Gell. 15, 9. Non. 3, 89. et Festus) [*μετωπον, ὠψ*] A Ferendo dicitur, vt nonnulli volunt, quod indicia animi prae se ferat: est enim tristitia, hilaritatis, clementiae, seueritatis index, vt ait Plin. 11, 37. Varro tamen a foraminibus potius oculorum dictam existimat. Conf. Isidor. 11, 1. Martial. 13, 2 Nec matutina si mihi fronte venis. Matutinam frontem appellat, Parum hilarem. Nam matutina frons tristior est: contra post coenam exhilarata. Frons genio sacra Seru. in Virgil. Ecl. 6. Ianua animi, frons est Q. Cic. de Petit. Consul. 32 c. 11. In fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur Idem de Fin. 2, 77. Cic. ad Anton. sub Att. 14, 13 pr. Quod mecum per literas agis, inquit: vnam ob causam malle coram egisses: non enim solum ex oratione, sed etiam ex vultu, et oculis, et fronte, vt aiunt, meum erga te amorem perspicere potuisses. Caeterum pudoris in primis, et impudentiae sedem velut esse frontem, et manifesta ibi eius indicia esse, tum Epitheta, tum verba satis ostendunt. Sint ergo Epitheta: Aspera cornu frons Ouid. Met. 10, 222. Asperior Quinctil. 11, 1, 61. Iuuen. Sat. 13, 242 Quando recepit Eiectum semel atrita de fronte ruborem? Breuis, vid. BREVIS. Castigatae collecta modestia frontis Stat. Silu. 2, 1, 43. Dura . . . Exanguis, i. impudens Plin. Paneg. c. 35. Ferrea . . . Ferox Sen. Herc. fur. 6. Quorundam parum idonea est verecundia rebus civilibus, quae Firman frontem desiderant Senec. de Tranq. An. c. 4. Generosa Lucan. 8, 680. Hirta Sen. Hippol. 6. Sil. 6, 21. Sen. de Benefic. 2, 12 Lucunda sunt, quae Humana fronte, leni, placidaque tribuuntur. Imbecilla Quinctil. 12, 5, 4. Integrae frontis homo l. 13. D. de testib. i. sine stigmatate inuoluto. Inuerecunda, vid. INVERECVNDVS. Laeta Virgil. Aen. 6, 862. Laeuis Idem Ecl. 6, 51. Literati (secundum) frontes Apul. Met. 9 p. 222 stigmatate notati. Matutina, vid. supra Frons. Minax Sen. Oed. 12. Minima Petron. c. 126. Moeesta fronte queri Claud. Conf. Hon. 6, 158. Mollis supra modum Quinctil. 6, 4. Niuea pendebant fronte capilli Ouid. Met. 10, 138. Nubila Martial. 2, 11. 105

Obducta Iuuenal. Sat. 9, 2. *Vid. Porrectiore, etc. infra.* Placida, *vid. paullo ante, Humana frons.* Proterua Horat. Carm. 2, 5, 16. Rigida Lucan. 2, 375. Rugosa, *vid. Rugosus, in RVGA.* Serena Sil. 3, 298. Setigera apri Stat. Theb. 8, 532. Setosa laeui oris Horat. Serm. 1, 5, 61. Solicitam explicuere frontem Id. Carm. 3, 29, 16. Spatiofa Ouid. Met. 3, 20. Iuuenibus est Tenuis frons Sen. Ep. 11. *Add. Non. 2, 350.* Tenuis Horat. Carm. 1, 33, 5 *laus puellae.* Torua Virgil. Aen. 3, 636. Tristis Tibull. 2, 3, 37. Trunca tauri Ouid. Met. 9, 1. Turbida Sen. Hippol. f. 4. Tur-
 10 gida cornibus Horat. Carm. 3, 13, 4. Verissima fronte verum dicere Cic. pro Rabir. Post. 35. Urbana, *est Fiducia, et petendi audacia* Horat. Epist. 1, 9, 11. ¶ 3 *Formulae quaedam:* Frons occipitio prior est Cato R. R. c. 4. Frontem domini plus prodesse, quam occipitium, non mentiuntur Plin. 18, 5. A fronte Ouid. Met. 1, 173 Plebs habitat diuersa locis, a fronte potentes Caelicolae. A
 15 fronte, a tergo, a lateribus teneri Cic. Philipp. 3, 32. A frontibus, pro A fronte Iustin. 1, 6, 11. Frontis nulla fides Iuuen. 2, 8. Ouid. de Arte Am. 1, 463 Sed lateant vires, nec sis in fronte disertus. Frons nostra populo conueniat Sen. . . . Fronte an mente, *b. e. vultu an animo.* Cic. Att. 4, 14 Pompeius fremit, queatur, Seauro studet: sed vtrum fronte an mente, dubitatur. ¶ 4 *Verba et Participia:* Adducta frons, *seuera* Lucan. ad Pison. 128. Aequata fronte, et concordii currere freno Sil. 16, 381. Astricta, *vid.*
 25 ASTRINGO. Attollere frontem Stat. Theb. 4, 307. Quinct. 11, 3, 78. Caedere frontem Idem 2, 12. Caperare, *vid. b. v.* Concurrunt nubes frontibus aduersis Lucret. 6, 116. Petron. 132 Quid me spectatis Constricta fronte, Catones? Contegere fronte et supercilio, non pudore et temperantia Cic. de Prouinc. Conf. 8. Contractae serua frontis Horat. Serm. 2, 2, 125. Contrahere frontem, *i. Rugare* Cic. pro Cluent. 72 c. 26. Conuersis frontibus incurrunt
 30 tauri Virgil. Aen. 12, 717. Ouid. Her. 21, 165 Proiicit ipse suas Deducta fronte coronas. Demittere Quinctil. 11, 3, 78. Idem 5, 13, 11 Toto corpore enitendum: et vt sic dixerim, Directa fronte pugnandum est, vt tota acies nostra toti aciei hostili opposita sit. Sic
 35 Quinctil. 2, 13, 3 *de acie,* Quid enim si praecipias imperatori, quoties aciem instruet, vt dirigat frontem, cornua vtrinque promoueat, equites pro cornibus locet? Exarat frontem rugis senectus Hor. Epod. 8, 4. Explicare, *vel exporrigere frontem* dicimur, quum hilarescimus: Contrahere quum ringimur, hoc est, vbi quid molestum est.
 40 Ter. Adelph. 5, 3, 53. Horat. Carm. 3, 29, 16 Solicitam explicuere frontem. Exporrige frontem Ter. Adel. 5, 3, 53. Exterere, *vel Extunderę frontem calcibus* Phaedr. 1, 21. Cic. Att. 1, 1 Puto te in hoc, aut risisse, aut ingemuisse, vt frontem ferias. *Videlicet prae dolore, et rei indignitate. Gemitus enim dolorem indicat, percussio frontis etiam indignationem.* Oratores, qui frontem ferirent Cicero laudat
 45 in Bruto 278; Quinctilianus improbat 11, 3, 123 *quod scenicum id magis sit, quam oratorium.* Ferre aliquid fronte et vultu bellis, sed intimis sensibus angi Cic. Att. 5, 10. Idem Cat. 1, 32 c. 13 Sit Inscriptum in fronte vnius cuiusque ciuis, quid de Republica sentiat. Inuerecunda Quinct. 2, 4. Frons, oculi, vultus persaepe Mentiuntur Cic. ad Q. Frat. 1, 1, 5. Obducere frontem, *pro Contrahere*
 50 Quinctil. 10, 3. *vid. OBVCO.* Obducta fronte tristis Iuuen. Sat. 9, 2. Obducta fronte senectus Horat. Epod. 13, 7. Aperte vel odisse magis ingenuum est, quam fronte occultari sententiam Cic. de Amicit. c. 18. Ostentans frontem albam Virg. Aen. 5, 567 *de equo.* Peccat frons pluribus generibus Quinctil. 1, 11, 10. *de gestu.* Perfricare frontem, *pro Deponere pudorem* Plin. 1, 1. Sic Quinctil. 11, 3, 160. Adulatio perfricit frontem, nam cecidit alienam Sen. Q. Nat. 4 praef. Perfricui frontem, et nihil profeci Caluus apud
 60 Quinctil. 9, 2. Periit illi frons Perf. 5, 104. *i. Pudor.* Vet. Scholiast. Porrectiore fronte mecum loquaris oportet; Apud Plautum in Casin. 2, 4, 3. Item, Obducta fronte, Corrugata fronte, Contracta fronte, Caperata fronte aliquid facere. Plaut. Epid. 5, 1, 3 Caperata frons seueritudine. *Quod quidam a Caprinis cornibus translatum*
 65 *volunt.* Nubila frons Martial. 2, 11. *cui contraria sunt,* Serena frons, Explicata frons. Praecinctus arundine frontem Ouid. de Arte Am. 1, 223. Premere frontem corona Lucan. 2, 358. Promittere aliquid fronte Quinct. 1, 4, 2. *prima additur in al. MS.* Sic Hominem liberum et magnificum debere, si queat, in primore fronte
 70 animum gestare Apul. Apol. p. 471, 8 Flor. Plin. Epist. 2, 5 Ego tamen, qui a te hanc seueritatem exigo, cogor id, quod diuersum est, postulare, vt in plerisque frontem Remittas, *i. Rugas seueritatis indices.* Vallatus frontem radiis Ouid. Epist. 4, 159. *de Sole.* ¶ 5 Frons, *pro Seueritate, grauitate, pudore.* Praeter plura, quae obiter
 75 n. 2 et 4 attulimus, Cic. Fam. 9, 10 Tu adeo mihi excusam seueritatem veterem putas, vt ne in foro quidem reliquiae pristinae frontis appareant? Frons simpliciter pro pudore et reuerentia ponitur. Multi sunt, quos liberales facit frontis infirmitas Senec. de Benefic. 2, 1. *i. pudor negandi.* Huc referri videtur etiam Lucan. 9, 207 Nec color
 80 *(i. excusatio obtentus)* imperii, nec frons erit vlla Senatus. Sed Vet. Schol. ita: Frons Senatus est, si cum ipse imperet, Senatus nomen apponat, cui se dicat omnem potentiam reddidisse. Ita Frons fuerit, v. g. praescriptio non qualis Edictorum, sed velut Sctorum, quod a Caesare factum, docet, v. g. Cic. Fam. 9, 15 ad fin. ¶ 6 Prima
 85 species frons est, et quidquid primum agredientibus, intuentibusque occurrit. Quinctil. 4, 4 Insinuatio surrepat animis, maxime vbi frons causae non satis honesta est. Sic Quinct. 7, 1, 56 Dura prima fronte quaestio. *Add. l. 12 ff. de probat.* Quotidianis et in frontem incurrentibus Quinctil. Decl. 247. Pulchrum ac decorum in frontem
 90 Tacit. Agr. 33, 8. Quin inania et specioso ac decepturo fuce circumlita inueni (bona externa) intra nihil habentia fronti simile Sen. Conf. ad Helu. c. 5. Hinc Frons, est Aciei illa pars, quae aduersus hostem spectat Veget. de Re Mil. 3, 14. Gell. 10, 9. Hinc Aequa fronte ad pugnam accedere Liu. 36, 44. Aequare frontes Idem 5, 38.
 95 Aequatis frontibus Tibull. 4, 1, 102. Castrorum frons Caef. Bell. Ciuil. 3, 37. Constituit octo cohortes in fronte Sallust. Catil. 59. In frontem statuerat ferratos Tacit. Ann. 3, 46. Vna depugnatio est fronte longa quadrato exercitu Veget. 3, 20. Aduersis frontibus, *vid. ADVERTO.* Tacit. in Agric. c. 35 Veritus, ne simul in frontem, simul et latera suorum pugnaretur. Conf. Idem 33, 8. Virg. Aen. 1, 170 Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum, etc. Plin. 12, 7 In fronte Caucaei solibus opposita, gigni, etc. *Vid. Idem 4, 21.* Frons fossae vel scrobis est latus interius et breuius. Columel. 3, 15, 2. et 4, 4, 1. Quae esset Frons in volumine, disputandi occasionem praebet Ouid. Trist. 1, 1, 11 Nec fragili geminae poliantur pumice frontes,
 105 Hirsi-

Hirsutus passis vt videre comis. *Voss. ad Catull. 1 Frontes intelligit bases cylindrorum, s. voluminum: et hae sane sunt geminae. Hae antequam cornua et umbilici accedant non minus, quam tres codicum nostrorum frontes secando, poliendo, pingendo ornari possunt. Burmanno placet intelligere primam membranam, quae titulum habet, tum in exteriore parte scriptum, qui legi possit volumine conuoluto, tum in interiore, qui voluenti primum in oculos incurrat. Sed non apparet, qui in hirsuta membrana scribi titulus potuerit. In aedibus Frons dicitur Pallad. 1, 8 extr. quod deinde appellatum est frontispicium. Ianuae frontes Ouid. Fast. 1, 135. Lecti Iuuen. 11, 96. Spectaculorum frons primi et imi gradus Sueton. Claud. c. 4. De Scena Virgil. Georg. 3, 24 discedit versis frontibus, cum alia subito facies, alia frons spectatoribus offertur. Apud Agrimensores, In frontem significat In latitudinem. Passim in sepulchralibus inscriptionibus, IN. FR. IN. AGR. i. In fronte, In agro; vt interpretatur Valer. Prob. Conf. Interpr. ad Horat. Serm. 1, 8, 10.*

FRONTĀLE, is. n. [*κεφαλόδεσμος, προμετωπίδιον*] Ornamentum, quod fronti equorum, siue elephantorum imponi solebat. Plin. 37, 12 de cochlidibus gemmis, Quondamque tantae magnitudinis fecere, vt equis regum in oriente frontalia, atque pro phaleris pensilia facerent. Liu. 37, 40.

FRONTĀTVS, a, um. Adi. [*μετωπητός*] Vitruu. 2, 8 Lapidēs vtraque parte frontati, sunt, qui vtraque parte parietis, frontem s. faciem ostendunt, ex quibus fiunt, quae vulgo catenae et crura dicuntur, quibus totius operis firmitas constat: quae eam rationem in aedificio habent, quam ossa in homine. Graece vel Diatori dicuntur; quasi perpetua soliditate vtrunque exstantes: vel, vt in quibusdam exemplaribus legitur, Diatoni; (*διατονοί* Etzeu.) id est, ab vna parietis parte ad aliam pertinentes pertendentesque. Artifices ob hoc Perpennas appellant, quasi perpetuo lapide constantes, id est solido. Haec Budaeus. Plin. 35, 12 s. 46 Vel ad tecta cochilibus laterculis frontatisque.

FRONTINVS, i. m. Cognomen Roman. vt eius, qui Strategematum libros collegit. An eiusdem sit libellus Aquaeductuum dubitari potest.

FRONTO, ōnis. m. [*μετωπίαις*] Qui magnam habet frontem. Cic. de Nat. Deor. 1, 80 c. 29 Ecquos nacuū habere, ecquos filos, flaccos, frontones, capitones, quae sunt in nobis? Cognomen Roman. v. g. eius, quem M. Antonius Philosophiae praeceptorem habuit, etc.

FRONTOSVS, a, um. Adi. Multum frontis habens. Onomast. Frontosus, *εγυμνέτωπος*. Augustin. Serm. 58 Quae prius frontosa erat ad perditionem, postea frontosior facta est ad salutem. Idem de Ciuit. Dei 7, 4 de Iano bifronte, vel quadrifronte adeo, An forte voluerunt, vt quoniam plurimi DE selecti erubescenda perpetrando amiserant frontem; quanto iste innocentior esset, tanto frontosior appareret.

FRONS, frondis. f. Ramus cum foliis. Frondes, inquit Valla 4, 73 Arborum sunt tantum: Folia autem et arborum, et herbarum, et foliorum quoque. Virgil. Georg. 2, 372 Frons tenera, imprudensque laborum. Cic. pro Cael. 42 c. 18 Ergo haec deserta via et inculta, atque interclusa iam frondibus et virgultis relinquatur. Fecundae frondibus vltimi Virgil. Georg. 2, 446. Nempe Frons in pecorum cibo. Vid. Columel. 6, 3, 6 sq. Arboreae Ouid. Met. 4, 636. Conf. Non. 2, 350. et 8, 20. Aridae Horat. Carm. 1, 25, 19. Cupressinae, vid. CUPRESSVS.

Virgil. Ecl. 9, 60 Hic vbi densas Agriculae stringunt frondes, hic Moeri canamus. Festa Idem Aen. 2, 249. Conf. Lexic. Pitisc. Glauca Virgil. Georg. 2, 13. Ilignea, Querneae Cato R. R. 37, 2. Perenni fronde corona, i. semper viridis Lucret. 1, 119. Tenerae Virgil. Aen. 3, 449. Add. Georg. 2, 372. Quinctil. 2, 4, 11.

¶ 2 Verba et Participia: Ouid. Met. 2, 557 Abdita fronde leui, densa specular ab vltimo. Agere frondem, vid. AGO. Idem Met. 2, 350 Tertia quum crinem manibus laniare pararet, Auellit frondes. Canentia glauca fronde salicta Virgil. Georg. 2, 13. Carpendae manibus Id. Georg. 2, 366. Consternunt frondes terram Virg. Aen. 4, 444. Detonsae frigore Ouid. Fast. 3, 537. Explere bouem stricis frondibus Hor. Epist. 1, 14, 28. Horrent opaca fronde comae Senec. Herc. fur. l. 9. Hirsutis frondibus pastus Virgil. Georg. 3, 231. Iucundissimam frondem vltimus ministrat ouibus, ac bubus Varro de R. R. 1, 15. Leuandum fronde nemus Virg. Georg. 2, 401. Requiescere viridi super fronde Idem Ecl. 1, 81. Spargit agrestes tibi silua frondes Horat. Carm. 3, 18, 14. Vineti fronde comas Idem Epist. 2, 1, 110. Virere noua fronde Virg. Aen. 6, 306. Volitant caducae frondes Id. Georg. 1, 363.

¶ 3 Metaphor. Plin. 9, 45 s. 68 de piscibus, Vrticae noctu vagantur, noctuque mutant. Carnosae frondis his natura, et carne vescuntur. — Contrahit ergo se quam maxime rigens, ac praenatante pisciculo frondem suam spargit, complectensque deuorat, etc.

¶ 4 De antiqua Orthographia huius nominis memorabilis est locus Charisii p. 105 Putsch. Fros sine n litera, ne faciat, inquit Plinius frontis, quasi non dicatur nisi frons τὸ μετωνόρ quodque se probare dicit, quoniam quum u non recipiebat ns, nec etiam vertet in o. Varro rerum rusticarum libro 1 vltimos et populos, vnde est fros. Idem antiquit. Roman. libr. 15. Fros, foenum, messis. Haec Charisius, nescio quam emendata. Frundes pro Frondes antiquum esse ait Priscian. 1 p. 554. Aufon. Technop. extr. de Ennio, Aut de fronde loquens, cur dicit populea frus? Caeterum Frondis Delphica Nominatiuo casu dixit Sammonic. 189. item Persica 572.

FRONDEVS, a, um. Adi. [*φύλλινος*] Quod ex frondibus est. Frondea corona Plin. 16, 4. Nemora Virg. Aen. 1, 191 pro Frondosa. Tecta Idem Georg. 4, 61.

FRONDŌSVS, a, um. Adi. [*φυλλώδης*] Quod frondibus abundat. Frondosus ramus Liu. 10, 41. Montes Varro de R. R. 2, 5. et Apul. Met. 9. Aestas Virgil. Georg. 3, 296. Lucus Id. Georg. 4, 543. Taxus frondosior Sil. 13, 596.

FRONDARIVS, a, um. Adi. [*φυλλινάριος*] Quod ad frondes pertinet. Plin. 18, 31 Vnus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die iustum habet.

FRONDEO, ui, ēre. [*φυλλέω*] dicuntur arbores, cum frondes habent, i. ramos virides. Virg. Ecl. 3, 57 Nunc frondent siluae, nunc formosissimus annus. Idem Georg. 2, 15 Nemorumque Ioui, quae maxima frondet Aesculus. Lactius frondere, vide LAETVS. Pallad. 4, 9.

FRONDENS, entis. Partic. [*φυλλών*] Arbuta frondentia Virg. Georg. 3, 300. Campus Lucan. 6, 83. Ramo frondenti tempora implicat Virg. Aen. 7, 135. Vitis Colum. 3, 1.

FRONDESCO, Ære. [Φυλλᾶμαι] *Arbores dicuntur, quum frondes emittunt.* Columel. 5, . . . Nihilominus enim paucis frondescet pampinis. Cic. Tusc. 1, 69 c. 28 Non intermittit suo tempore caelum mitescere, arbores frondescere. Lucret. 1, 1092 Nec prosum arboribus summos frondescere ramos Possē. Virga frondescit Virg. Aen. 6, 144.

FRONDO, Ære. [Φυλλοκοπέω] *Frondes amputare.* Unde

FRONDĀTOR, Æris. m. [Φυλλοτόμος] *Tria genera sunt frondatorum. Frondator, qui arbores amputat, et qui e frondibus manipulos facit: hiemis tempore animalibus ad pastum offerendos: et qui manibus vitium folia auellit, quo ardor solis viam maturiorem reddat, aut Auis, quae in frondibus habitat, et his vescitur, vel etiam Palumbes, quae in frondibus nidificant.* *Hactenus Seruius ad Virgil. Ecl. 1, 57 Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.* Falx frondatorum Catul. Argon. 62, 41. Conf. Ouid. Met. 14, 649. et Turneb. Aduers. 1, 26.

FRONDATIO, Ænis. f. Colum. 5, 6, 16 *Atque in frondatione cauendum, ne aut proluxiores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur.*

FRONDICO, Ære. *Idem, ac Frondescere: Apud Eutychem Grammatic. p. 2161.*

FRONDICŌMVS, a, um. Adi. *Vt, Frondicomis habitare locis Prudent. Cath. 3, 102.*

FRONDĪFER, Æra, Ærum. Adi. [Φυλλοφόρος] *Frondes ferens.* Lucret. 1, 19 *Frondiferasque domos auium.* Nemus frondiferum Lucret. 2, 259.

FRONDIFLVVS, a, um. Adi. Boëthius i Metro 5 *Tu frondifluæ frigore brumæ Stringis lucem breuiore mora. Tunc enim frondes ab arboribus fluunt caduntque.*

FRONDICIVS, i. m. *Cognomen militis Romani. Vid. suo loco.*

FROS, vid. FRONS.

F R V

FRVCTVS, etc. *Vid. post FRVOR.*

FRVGALIS, FRVGALITAS, *vid. post FRVGIPERDA.*

FRVGAMENTA, a *Frugibus appellata Festus ait: sed quid rei fuerint, tacet.*

FRVGES, is. f. Charisio i p. 26. *vel FRVX, frugis. f. Prisciano (certe Nominatiuus Frux exstat apud Varron. L. L. 8, 31) generale nomen est: non modo ad frumenta, leguminaque, sed etiam ad omnes fructus terrae, quos in alimoniam vertimus; unde Frugiferae arbores dictae sunt, quaecumque fructum ferunt.* Fruges a Fruendo Varr. L. L. 4, 4 p. 11, 19. *Quod facilius assentiaris, quam cum Seru. ad Aen. 1,*

178 a frumine deriuat. Vid. FRVMEN. Fruges a Frumento nihil differre, satis docet Cic. Verr. 3, 18 *bis verbis; L. Octauio et C. Cotta Consulibus Senatus permittit, vt vini et olei decumas, et frugum minutarum, quas ante te Quaestores in Sicilia vendere consueissent, Romae venderent: deinde statim frumenta vocat. De leguminibus etiam b. l. intelligit Seruius in Aen. 1, 182. Et sic Plin. 18, 7 quem locum damus, voce FRVMENTVM pr. Conf. Paull. ICtum l. 77 D. de verb. Sign. Liu. 5, 33 pr. de Gallis, Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum, maximeque vini noua tum voluptate captam, Alpes transisse. Vid. Theod. Marc. in l. XII Tab. c. 60. Cic. de Senect.*

51 E quibus quum emerferit, fundit frugem, spicae ordine structam. Virgil. Ecl. 10, 76 — Nocent et frugibus umbrae. Si quercus et ilex Multa fruge pecus multa dominum iuuat umbra Horat. Ep. 1, 16, 9. Feta frugibus terra Cic. de Nat. D. 2, 256. Infelix frugibus tellus Virgil. Georg. 2, 239. Locuples frugibus annus Hor. Epist.

60 2, 1, 137. Copia frugum et Inopia, contraria Cic. pro Domo 17. Diua potens frugum, i. Ceres Ouid. Amor. 3, 10, 35. Parens frugum tellus Virgil. Georg. 2, 173. Perceptio et conseruatio frugum, fructuumque reliquorum Cic. Off. 2, 12. Hic pro frumento videtur posuisse fruges. Sic Vbertas frugum et fructuum Cic. de Nat. D. 3,

65 86. Grauidae Virgil. Georg. 2, 143. Laetae Idem Georg. 1, 69. Maturae Virgil. Ecl. 3, 80. Medicatis frugibus ossa Idem Aen. 6, 420. Minutae Cic. Verr. 3, 18 legumina secundum Seruium, vt modo vidimus. Vberes Horat. Carm. 4, 15, 5. ¶ 2 Verborum

Formae: Diffundit copia fruges pleno cornu Horat. Epist. 1, 12, 29. Efferre fruges vberiores, vid. Efferre dicitur ager, etc. in EFFERO.

70 Ferebat tellus fruges Ouid. Met. 1, 109. Fundere fruges Cic. de Diu. 1, 15. Gemit tunis area frugibus Virg. Georg. 3, 133. Percipere fruges Cic. Off. 1, 50. Placare lares horna fruge Horat. Carm. 3, 23, 4. Ponere fruges Scribon. 163. Serere fruges Cic. de Nat. D. 2, 152.

75 Surgunt nitidae fruges Lucret. 1, 253. ¶ 3 Obseruatt. Cererem fruges appellamus, Vinum autem Liberum Cic. de Nat. D. 2, 60. Quinctil. 6, 2, 3 Generare atque ad frugem perducere, i. ad maturitatem, vt frui liceat. Itaque Frux vel Frugis est status et conditio eius, qui utilis esse publice vel priuatim potest. Plaut.

80 Trin. 1, 2, 79 Quin eum restituis; quin ad frugem corrigis? Frugem tuam periclitabor Apul. Met. 6 p. 177. Peruenire ad frugem Quinctil. 1, 3, 3. Euadere ad frugem bonam; de Eo dicitur, qui ante nequam fuerat Laetant. 6, 3. Cic. pro Cael. 28 c. 12 Sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emerfisse aliquando, et se

85 ad frugem bonam (vt dicitur) recepisse, grauesque homines atque illustres fuisse. Redire ad frugem bonam Lamprid. in Heliog. c. 15 pr. Hinc ¶ 4 Frugi, dicitur, aliquis esse, vel frugis bonae, quem indicare volumus utilem priuatim aut publice, sibi et aliis.

Gell. 7, 11 Nequam hominem, nulli rei, neque frugis bonae. Quod nulli dixit, videtur etiam frugi voluisse. Laudatur etiam ex Plauto

90 Mil. 4, 8, 50 Fac sis frugis bonae. Sed Gron. frugi. Plaut. Capt. 5, 2, 3 Fui ego lepidus, vel bonus vir nunquam, neque frugi bonae. Idem Trin. 2, 2, 39. Vlpianus ad legem Aquil. l. Neratius, Sed si bonae frugi seruus intra annum mutatis moribus occisus sit. Per-

95 modestus ac bonae frugi homo Cic. Attic. 4, 8. Ter. Adel. 5, 9, 2 Frugi homo es. Et Eun. 3, 5, 66 Frugi es, i. utilis et necessarius, inquit Donatus. Idem alio loco, Frugi est ergo, in quo est aliquid, quo fruamur, id est vtamur. Plaut. Poen. 3, 4, 11 Quid mihi nunc auctores estis? vt frugi sis. Hinc solet Frugi tanquam nomen indecli-

100 nabile poni, vt nequam: adeo, vt etiam cognomen Calpurniorum Pisonum fieri potuerit, de quo mox ex Cic. pro Font. 29. Sic Id. Phil. 2, 69 c. 28 Frugi factus est — cum mimia fecit diuortium. Late autem patet Cic. Tuscul. 3, 17 c. 8 Sed quia nec qui propter metum praesidium reliquit, quod est ignauiae: nec qui propter auaritiam

105 clam depositum non reddidit, quod est iniustitiae: nec qui propter temeri-

temeritatem male rem gessit, quod est stultitiae, frugi appellari solet, etc. Conf. FRUGALITAS. - Idem Heaut. 3, 3, 19 Clitipho, haec ego praecipio tibi, hominis frugi es, et temperantis functus officium. Cic. Tuscul. 3, 18 c. 8 Qui sit frugi igitur, vel si mauis, moderatus et temperans, cum necesse est esse constantem. Id. Fam. 5, 6 Illum hominem frugi, et tibi amicum existimabam. Quinctil. 1, 6, 29 Cum M. Caelius se esse hominem frugi vult probare, non quia abstinens sit (nam id ne mentiri quidem poterat) sed quia utilis multis, id est fructuosus, vnde sit dicta frugalitas. Nempe etiam Gell. 7, 11 hominem nulli rei, neque frugi bonae interpretatur ἀχρησίων, ἀχρηστον. Homo frugi omnia recte facit Cic. Tusc. 4, 36. Alfenus in l. si vendita D. de peric. et commod. rei vendit. Si diligentiam venditor eam adhibuisset in insula custodienda, quam debent homines frugi et diligentes praestare. Mancipes frugi Plin. Epist. 3, 19, 7. Seruus frugi, Cui curae est commodum domini. Plaut. Amph. 3, 3, 4. Plin. Epist. 1, 21 Omissis iocis credo decentes esse seruos, qui sunt emti mihi ex consilio: superest, vt frugi sint. Frugi atque integer seruus Cic. pro Cluent. 47. Add. l. 23 §. 5 D. de L. Aquil. Vir frugi Aufon. Ep. 9, 12. Vita alicuius frugi seueraque tum etiam iucundissima conuicio Cic. Fam. 16, 21. De Pifone Frugi cognominato Idem pro M. Font. 29 c. 13 Qui tanta virtute atque integritate fuit, vt etiam illis optimis temporibus, quum hominem inuenire, nequam neminem posses, solus tamen frugi nominaretur: quem quum in concionem Gracchus vocari iuberet, et viator quaereret quem Pisonem? (quod erant plures) Cogis me, inquit, dicere inimicum meum frugi. Idem de Fin. 2, 90 Vt frugi ille Pifo. Add. Plin. Paneg. c. 88. Cic. de Orat. 2, 248 In iisdem verbis et laudare frugi seruum possumus: et si est nequam iocari. Homo frugi et modestus idem Fam. 13, 71. Sum bonus et frugi Horat. Epist. 1, 17, 49. Populus frugi, castusque Idem de Arte Poët. 207. Plaut. Asin. 5, 2, 6 Ego, praeter alios, meum virum fui rata siccum, frugi, continentem, amantem vxoris maxime. Tam frugi Iuno vellet habere Iouem Martial. 6, 21. Frugi ac sobrii homines Cic. Verr. 3, 67. Atrium frugi, nec tamen fordidum Plin. Ep. 2, 17, 4. Coena non minus nitida quam frugi Id. Ep. 3, 1, 9. Coenula frugi Iuuen. Sat. 3, 167. Opposita: 35 Quinct. 5, 10 Victus luxuriosus, an frugi, an fordidus.

FRUGIFER, a, um. Adi. [διατρύγιος, πυροφόρος, φερέσβιος] Fructum ferens. Plin. 15 titulus est, s. lemma, Naturae frugiferarum arborum. Ibidem c. 2 Vicina bonitas prouinciis excepto Africae frugifero solo. Ager frugifer Lucan. 1, 136. Cic. Tuscul. 2, 136. Et de Nat. D. 2, 161 Cineres iam spatia frugifera atque immensa camporum. Arua Lucan. 3, 65. Frugifera et ferta arua Cic. in Orat. 163 ex antiquo Poëta. Insula frugifera alimentis Liu. 26, 40. Messes Ouid. Met. 5, 656. Cic. Off. 3, 5 c. 2 Sed quum tota Philosophia, mi Cicero, frugifera et fructuosa, nec vlla pars inculta ac deferta sit, etc. Liu. in praefat. 1 Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, exempli documenta in illustrata posita monumento intueri. Inter Saturni appellationes est Frugifer Apul. de Mundo p. 752, 10 Floridi. Laudatur etiam Arnob. 6.

FRUGIFERENS, entis. [πυροφορῶν] Poëticum epitheton, pro Frugifero. Lucret. 1, 3 Quae mare nauigerum, quae terras frugiferentes Concelebras.

FRUGILEGVS, a, um. Adi. [ὑπαυλόγος] Ouid. Met. 7, 622 Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo Grande onus exiguo formicas ore gerentes.

FRUGIPARENS, entis. o. Fortunat. Carm. 3, 11 — frugiparensque manet.

FRUGIPARVS, a, um. Adi. Idem. Auien. Phaenom. Arat. 1054 Singula frugiparos attollunt tempora fructus.

FRUGIPERDVS, a, um. Adi. [ῥωλεσίκαρπος] Plin. 16, 26 Ocif sine autem salix amittit semen, ante quam omnino maturitatem sentiat: ob id dicta ab Homero frugiperda. Vid. Harduin. in loc.

FRUGALIS, e. Adi. [εὐτελής, ἀφελής, λιτός, ἐυσάλης, ἀπομψος] Homo frugi, in primis temperans. Cic. Verr. 1, 13 Frugalissimus homo. Ter. Heaut. 4, 3, 3 Dedo me patri nunc iam, vt frugalior sim, quam vult. Cic. Att. 1, 16. Plin. in Paneg. 51. Cic. Verr. 2, 45 Nihil aliud in eo, quod reprehendi possit, inuenio, nisi quod homo frugalissimus atque integerrimus, te hominem plenum stupri, flagitii, sceleris, domum suam inuitauit. Filius frugalissimus Inscr. Grut. p. 712 n. 7. Contraria: Cic. Attic. 1, 16 Quum accusator tanquam Censor bonos homines nequissimos reiiceret, reus tanquam elemens lanista frugalissimum quemque fecerneret, etc. Optimus colonus, parcissimus, frugalissimus Idem de Orat. 2, 287 c. 71. Arautores laboriosissimi frugalissimique homines Cic. Verr. 3, 120. Homo frugalissimus sui ordinis Idem Verr. 1, 13. i. probus et honestus. Frugalissimi et sanctissimi homines Cic. pro Flacc. 71. Columel. 1, 9 Magistros pecoribus oportet praeponere sedulos ac frugalissimos. Seruus frugalior Sen. Exc. Contr. 6, 2. Varro de R. R. 3, 2 Sed non haec, inquit, Villa quanquam aedificauerunt maiores nostri, frugalior ac melior est, quam tua illa perpolita in Reatino. Ventre nil noui frugalius Iuuen. Sat. 5, 6. Gloss. Cyrill. Frugalis, χρησίμος, χρησός. Quinctil. 1, 6, 17 in eos dicit, qui analogiam nimis sectarentur, Frugalis sit apud illos non Frugi: nam quo alio modo fiat Frugalitas? Vfus est Apuleius alia notione, quasi Ad fruges pertinens, de Mundo p. 71 Elmenh. Maturitas frugalis, i. frugum.

FRUGALITAS, atis. f. [λεπότης, ἐντέλεια] Temperantia, siue moderatio in rebus agendis. Sed etiam vniuersim omnis virtus. Philosophi dicant, aut generis totius nomen esse, aut eius speciei, quae vocatur Temperantia. Cic. Tuscul. 3, 16 c. 8 Verisimile etiam illud est, qui sit temperans, quem Graeci σώφρονα appellant: eamque virtutem σωφροσύνην vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare: nonnunquam etiam modestiam, sed haud scio an recte ea virtus frugalitas appellari possit, quod angustius apud Graecos valet, qui frugi homines tantum χρησίμος appellant, id est tantummodo viles. At illud est latius. Omnis enim abstinentia, omnis innocentia — reliquas etiam virtutes frugalitas continet — Tres virtutes, fortitudinem, iustitiam, prudentiam frugalitas est complexa — reliqua et quarta virtus, vt ipsa sit frugalitas. Eius enim videtur esse proprium, motus animi appetentis regere, semperque aduersantem libidini, moderatam in omni re seruare constantiam, cui contrarium vitium nequitia dicitur. Frugalitas, vt opinor, a fruge, qua nihil melius e terra: nequitia ab eo, (etsi hoc erit fortasse durius, sed tentemus, et luisse putemur, si nil sit) ab eo, quod nequidquam est in tali homine, ex quo idem nihili dicitur. Conf. Idem ib. 4 c. 16. Frugalitas virtutum genetrix Iustin. 20, 4, 10. Singu-

laris et admiranda frugalitas in rege Cicer. pro Deiot. 26 In-
generata alicui frugalitas, *vid.* INGENERO. Ex frugalitate sua
peculium seruus acquirit Caius in l. si quid §. 1 D. de aedil. edict.
Conf. Iustin. 20, 4, 10. et Senec. Epist. 58.

5 FRUGALITER, Adu. [*λατῶς*] *Sobrie et modeste.* Plaut. Epid. 4, 1, 38
Ille eam rem adeo sobrie et frugaliter accurauit, ut alias res: est impense
improbis. Coenare Sen. Ep. 20. Plin. Epist. 10, 40, 3 Frugaliter, mode-
steque viuentes. Cic. pro Domo III. Sic de Fin. 2, 25 Cur igitur
10 Quinct. Decl. 260. Qui sub disciplina patris, aut domini sunt, stri-
ctius et frugaliter viuunt Lactant. de Ira Dei c. 20 pr. Parce et
frugaliter viuere Hor. Serm. 1, 4, 107.

FRUGESCO, ēre. Florescere atque frugescere Tertull. de Re-
surrect. Carn. c. 22. Steriles frugescere rarius agros Prudent. adu.
15 Symmach. 2, 913.

FRUGAMENTA, orum. n. A frugibus appellata, *sec. Fest.*
Forte leg. Frumenta.

FRUGMENTVM, i. n. *Olim ita dicebant, nunc Frumentum*
profertur: ut est in Valer. Maxim. lib. 10 f. Epit. de nominum ra-
20 *tione p. 881.*

FRVISCOR, *vid.* FRVOR.

FRVMEN, inis. n. [*λαίμῶς ἄνω, λάρυγγι, βρόγχος*] est, ut
inquit Donatus in Ter. Adelph. 5, 8, 27 Summa pars gulae, vel summa
gula, tractusue gulae, quā cibum lingua demittit in ventrem. Sic
25 Eun. 4, 7 *extr.* et Phorin. 2, 2, 18. Seru. in Aen. 1, 182 Frumen
eminens sub mento, gutturis pars. *Haecenus forte bene. Sed quod ab*
hoc nomine frugis nomen ducunt, equidem concoquere non possum. Inte-
rim sic et Isidor. 20, 2. Sed Arnob. 7 p. 230 Frumen est pultis nomen
sacrificalis.

30 FRUMENTVM, i. n. [*σῖτος, χιλὸν, χιλὸς*] Seruius ad Georg.
1, 74 Frumenta dici putat, Quaecunque emittunt aristas, a Fruendo
dictum, vel a Frumine. *Sed sine dubio melius Frumentum, quasi Frug-*
mentum. Plin. 18, 7 Et quoniam praeparatus est ager, natura nunc
indicatur frugum. Sunt autem duo prima earum genera, frumenta,

35 ut triticum, hordeum: et legumina, ut faba et cicer. Frumenti
ipsius totidem genera per tempora satū diuisa. Hiberna, quae circa
Vergiliarum occasum satā terra per hiemem nutriuntur, ut triticum,
far, hordeum. Aestiuā, quae aestate ante Vergiliarum exortum
feruntur, ut milium, panicum, sesama, horminum, irio. In eod.
40 c. 7 f. 10, 5 *separat Frumentum ab hordeo, dicens, Frumentum et*
hordeum vtrumque. Frumentum κατ' ἕξοχὴν videtur triticum dicere.
Aceruus frumenti ingens Horat. Serm. 2, 3, III. Copia frumenti Id.
Epist. 1, 15, 14. Locus copiosus a frumento Cic. Att. 5, 18. Lu-
xuriosa Idem in Orat. 81. *vid.* LVXVS. Potio ex frumento Flor.

45 2, 18, 12. Triticum Martial. 13, 12. Maturitas frumentorum
Caes. B. Ciu. 3, 49. Abripere frumentum, *vid.* ABRIPPIO. Ab-
undare copia frumenti, *vid.* ABVNDO. Aestimare frumentum
Cic. in Pison. 86. Aestimatum frumentum ternis denariis Id. Verr.
3, 188. *vid.* AESTIMO. Carpes satā frumenta manu Virgil. Georg.

50 3, 176. Comportare frumentum ex agris in loca tuta Cic. Att. 5, 18.
Comprimere frumentum, *pro Suppressere:* Cic. Att. 5, 21 Perfeci, ut
et Graeci et ciues Romani, qui frumentum compresserant, magnum
numerum populis pollicerentur. Emetere multum frumenti agris
Horat. Epist. 1, 6, 21. Cic. Verr. 3, 98 Nonne plus lucri nomine
55 eripitur, quam quantum frumenti omnino Exararent? Frumenta
calore Fundi videmus Lucret. 1, 174. Imperare sibi in cellam
frumentum, Inferere frumentum arboribus, Metiri frumentum,
vid. bb. vv. Tradunt grandia frumenta Virg. Aen. 4, 406. Tur-
gent lactentia frumenta Idem Georg. 1, 315. Frumenta, in ficis, i.

60 Grana. Plin. 15, 19 Ficus mollis omnibus tactus: maturis frumenta
intus. Idem 17, 27. De frumento *inscribitur* Cic. in Verrem liber
tertius: unde multa ad rerum et verborum disciplinam peti possunt.

FRUMENTACEVS, a, um. Adi. [*σιτωῖς*] Quod ex frumento
est. Veg. 2, 57 Frumentacea farina. *Conf.* Hier. Epist. 133 ad Marcellam.

65 FRUMENTARIVS, a, um. Aliud Adi. [*σιτωῖς*] Quod ad fru-
mentum pertinet. Cic. Verr. 3, II c. 5 Neminem vestrum praeterit
Iudices, omnem vtilitatem, opportunitatemque Prouinciae Siciliae,
quae ad commoda Pop. Roman. adiuncta sit, consistere in re frumen-
taria maxime: in caeteris rebus adiungamur ex illa Prouincia, hac
70 vero alimur ac sustinemur. Ager Columel. 2, II. Causa, res
Cic. Verr. 3, II c. 5. Largitio magna frumentaria Idem Off. 2, 52.
Et Tuscul. 3, 17 Piso! ille frugi semper contra Legem frumentariam
dixerat. Lex frumentaria de semissibus Auctor ad Herenn. 1, 21.
Cic. de Clar. Orat. c. 62. Flor. 3, 13, 1. *Vid.* Lex Pitisc. Locus

75 frumentarius, *b. e. Ferax frumenti.* Caes. Bell. G. 1, 10 Ut bellico-
fos Popul. Roman. inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis,
finitimos haberet. Lucrum Cic. Verr. 3, 85. Naues, *vid.* NA-
VIS. Negotiator Caes. Bell. Gall. 8, 35. Cic. Off. 3 c. 13. Pe-
cunia, *vid.* PECVNIA. Praedo Cic. Verr. 3 c. 22. Porta

80 frumentaria, quam adferunt ex Varron. R. R. 3, 2, 6 est Flumentana.
Cic. Att. 9, II Omnis haec classis Alexandria, etc. ad intercludendos
commeatus Italiae, et ad occupandas frumentarias Prouincias compa-
ratur. *Add.* Caes. B. C. 3, 73. Re frumentaria anguste uti Caes.
B. C. 3, 16. Laborare Idem ibid. 3, 9. Solum frumentarium, In

85 quo feritur frumentum Plin. 18, 6. Et Columel. 1, 2. Tessera fru-
mentaria, erat Signum, siue Symbolum quoddam, in quo nomina accipien-
tium, et grani accipiendi modus continebantur Sueton. Neron. II, 7.
Frumentarii Negotiatores Plin. 8, 44 simpliciter Frumentarii dicuntur.
Plaut. Pseud. 1, 2, 54 Quae amica es frumentariis, quibus cunctis
90 montes maximi acerui frumenti sunt domi. Cic. Offic. 3, 57 c. 13
Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic aedium
venditor celare emtores debuisse. Frumentarii etiam dicebantur,
qui appositi borreis, quae Romae in quavis urbis Regione plura erant ad
capiendum frumentum publicum, admetiebantur populo. Lucil. ap. Non.

95 1, 66 Frumentarius est, modium hic secum atque rutellum Vnum
habet. De his plura vide apud Lips. Elect. 1, 8. Laurent. de Conuiu.
c. 7. *Conf.* item Casaub. et Salmaf. in Adrian. Spart. c. II. Aur. Vict.
de Caes. c. 39. Reines. Inscr. 1, 15.

FRUMENTOR, āri. [*σιτολογέω, ἐπισιτιζομαι*] Frumentum collt-
100 gere. Pompei. sub Cic. Attic. 8, II p. 805 Graeu. Neque solus cum
ista copia tantam multitudinem sustinere poteris, ut frumentatum eas.
Caes. Bell. Gall. 4, 9 Praedandi, frumentandique causa. Liu. 31, 36
Quum in propinquo agro frumentarentur Romani. Frumentatum
dimittere Liu. 22, 24. Frumentatum missus Sall. Iug. 60.

105 FRUMENTATIO, ōnis. f. [*σιτολογία, ἐπισιτισμός*] Frumen-
torum

torum demessio, vel collectio. Caes. Bell. Gall. 7, 16 Omnes nostras pabulationes, frumentationesque obseruabat. Ibid. 6, 38 Interim confecta frumentatione, milites nostri clamorem exaudiunt. Liu. 31, 36 Frumentatio etiam vocabatur *Distributio, seu largitio frumenti, quae Romae per tesseras singulis mensibus populo dabatur, ac fiebant postquam principes receperant curam publicae annonae.* Suet. in Aug. c. 42 Impetum se cepisse scribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi. Vid. Lips. Admir. 2, 10.

FRUMENTATOR, ōris. m. *Milites frumentatum missi, sic vocantur.* Liu. 31, 36 Improviso impetu Gallorum cum frumentatoribus est circumuentus. Sic 22, 24 Intentum esse ad frumentatores tutandos. Frumentatores, etiam sunt, qui frumenta aliunde coemunt et apportant. Vid. Liu. 2, 34.

FRVISCOR, et FRVNISCOR, vide post deriuata ex FRVOR.

FRVOR, ōris. fructus et fruitus sum, et ut aliqui volunt, fretus, 15
frui. [*ἀπολαύω, καρπίζομαι, ἐπαύρομαι*] Vti aliqua re cum voluptate. Donatus in Eun. 4, 7 extr. Frui, inquit, est vesci, a frumine (malim dixisset, inde dictum frumen) quae est summa pars gulae: a qua etiam his, quae nec cibo nec poculo sunt, frui dicimur *καταχρηστικῶς*, vtpote rebus venereis, et delectatione odoris, visus, auditus, et caeteris. Ter. Adelph. 5, 8, 20 Agelli hic sub vrbe est paullulum, quod locitas foras, huic demus, qui fruatur, i. vnde fructum capiat et alatur, non proprietate potiatur, inquit Donatus. Maneat igitur, Frui proprie, esse voluptatem capere ex usu, et delectari. Frui, inquit Augustin. de Doctrina Christi 1, 4 est Amore alicui rei inhaerere propter seipsum. Vti autem, quod in usum venerit, ad id, quod amas obtinendum referre. Hinc Idem ibid. Vtendum est hoc mundo, non fruendum. Flor. 2, 6, 21 de Hannibale, cum post victoriam relicta Roma, ubi caput rerum, Campaniam peteret deliciis affluentem: cum Victoria, inquit, possēt vti, frui maluit. Hinc frui, pro Delectari, 30

Plin. Paneg. c. 34 de Delatoribus, Agnoscebamus et fruebamur, cum velut piaculares publicae sollicitudinis victimae supra sanguinem noxiorum, ad lenta supplicia grauiioresque poenas ducerentur. Tac. Hist. 3, 83 extr. Velut festis diebus id quoque gaudium accederet, exultabant, fruebantur, nulla partium cura, malis publicis laeti. 35

Claudian. Conf. Mall. Theod. 224 Qui fruitur poena ferus est, i. qui delectatur. Vid. Barth. hic et ad Stat. Theb. 7, 704. et Gronou. ad Sen. Herc. fur. 34. Incendii spectaculo frui Iustin. 13, 6, 3. Ter. Phorm. 1, 3, 13 Ita me DI bene ament, vt mihi tamdiu liceat, quod amo frui. Fruor, dum licet opto, vt semper liceat Cic. Fam. 9, 17. Fruere dum licet Ter. Heaut. 2, 3, 104. Palam et libere frui, vid. PALAM.

¶ 2 Nomina rerum, quibus frui aliquis dicitur. Aeternitate fruuntur animi Cic. de Nat. D. 2, 62. Aeuo sempiterno beati fruuntur Idem in Somn. Scip. 4. Et Att. 2, 1 Neque nos te fruimur, et tu nobis cares. Conf. Nep. 25, 20, 2. Beneficiis atque honoribus Cic. Brut. 16. Bonis cum filio frui Idem pro Caecin. 11. Certis fundis patre viuo fruitur filius Cic. pro Rosc. Amer. 44. Virgil. Aen. 7, 90 Et varias audit voces, fruiturque deorum Colloquio. Vbi Seruius: Fruitur, Pascitur: quod de rebus tantum bonis dicimus. Contemplatione Quinctil. 2, 18. Fructu Plin. 50

Pan. 86, 6 Et ille quidem, vt maximo fructu suscepti, ita maiore depositi officii gloria fruitur. Inc. Auctor Paneg. inter Cellarianos 8, 7, 5 quam duplici fructu fruebantur. Gaudio Plin. in Paneg. 89, 1. Gratia et opibus alicuius Cic. Fam. 1, 9. Ter. Heaut. 2, 4, 21 Hoccine me miserum non licere meo modo Ingenio frui? i. secundum naturam suam viuere arbitrio suo. Licentia liberiore quadam Cic. in Orat. 37. Lucein qua fruimur, commoda quibus vtimur, spiritum quem ducimus, a Deo nobis dari videmus Idem pro Rosc. Amer. 131. Marito meliore Ouid. Epist. 2, 79. Otio Plin. Epist. 127. Pace Cic. Philipp. 7, 19. Nepos 15, 5, 4. Paratis Horat. Carm. 1, 31, 17. Parto Virgil. Georg. 1, 300. Praesentibus fruitur sapiens Cic. de Fin. 1, 72 c. 19. Idem de Amicit. 15 Sed tamen Recordatione nostrae amicitiae sic fruor, vt beate vixisse videar, quia cum Scipione vixerim. Cic. de Senect. 13 Cuius Sermone ita tum cupide fruebar, quasi iam diuinarem id, quod euenit, illo extincto, fore vnde discerem neminem. Ouid. Met. 2, 779 Nec fruitur Somno vigilantibus excita curis. Suis vtatur oportet et fruatur, qui beatus est Cic. de Nat. D. 1, 104. Vestigalibus Id. de Arusp. Resp. 60. Virginitate perpetua Ouid. Met. 1, 486. Viro aliquo Plin. Epist. 1, 10. Cic. de Fin. 2, . . . Dum Vita fruebatur. Vita, qua fruimur Sallust. Catil. in. Vita et communi spiritu Cic. in Catil. 4, 7. Voluptatibus Ter. Heaut. 1, 1, 97. Cic. de Senect. 47 Quod si istis ipsis Voluptatibus bona actas fruitur, libentius primum paruulis fruitur rebus, vt diximus: deinde iis, quibus senectus, etiam si non abunde potitur, non omnino caret. Voluptatibus praesentibus Cic. Tuscul. 3, 38. Idem de Amicit. 15 Vt Vsu eius, quem diligere coeperunt, fruuntur et moribus, sintque pares in amore et aequales. ¶ 3 Obs. Laudatur pro Accusandi casu Fruitur hanc alternas noctes Plaut. Afin. 5, 2, 68. Sed Gronou. Vt finat sese alternas cum illo noctes hac frui. Apuleius 8 80

p. 206, 31 Charitem non tenebis, nuptiasque non fruere. Sic ex MSS. Elmenh. Al. nuptiis. Itaque nondum satis probatus est ille Accusatiuus: nisi quod fulcit illum quodammodo Fruendus, de quo statim. Sed vide etiam Participium mox FRVCTVS, et FRVISCOR.

FRVENDVS, a, um. Partic. [*ἀπολαυτέος*] Cic. de Senect. 38 Agro bene culto nihil potest esse, nec vsu vberius, nec specie ornatius: ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam inuitat atque allecat senectus. Iustitiae fruendae causa videntur olim bene morati reges constituti Cic. Off. 2, 41. Fruenda sapientia est Idem de Fin. 1, 3 c. 1. Id. Q. Fratr. 2, 14 Suauitatis equidem nostrae fruendae causa, cuperem te ad id tempus venire, quod dixeras.

FRVITVRVS, a, um. Partic. [*ἀπολαύσων*] Cic. Tusc. 3, 38 c. 17 Zeno Stoicorum acutissimus contendere magna voce solebat, cum esse beatum, qui praesentibus voluptatibus fruere, consideretque se fruiturum.

FRVCTVS, a, um. Aliud Partic. [*ἀπολαυκῶς*] Cic. in Hortens. ap. Prisc. 10 p. 883 med. Amoenitate summa fructus est. Sed Putjchius dedit Perfructus. Patere. 2, 104, 4 Neque illi spectaculo, quo fructus sum, simile conditio mortalis recipit. Sic vet. ex. Sed Burmann. fruitus. Lucret. 3, 953 Sin ea, quae fructus cunque es, periere profusa, Laudat Gifan. in Collectaneis vet. inscript. C. NAEVIVS DL. DROMO, ET NAEVIA DL. PHILVMENA, DVM LICVIT SVAVITER FRVCTI SVNT ANNOS LV.

FRVITVS, a, um. Aliud Partic. [*ἀπολαυκῶς*] Vlpianus in l. Pompon. D. de usufructu earum rerum, quae vsu consumuntur, Li- 10

cet proprietarius mihi pensionem soluerit, tamen usufructum amittit, quia non meo nomine, sed suo fructus est emtor. *Conf. Senec. Epist. 93.*

FRETUS, a, um. Adj. [*πρωϊδως*] *i. Confusus. Participium esse volunt nonnulli, Valla praesertim 5, 5 C. a Fruor: aliis nomen esse contententibus.* Plaut. Men. 5, 2, 17 Quae viros subseruire sibi postulant, fretae dote, feroces. Cic. de Petit. Consul. 21 Et quamquam partis et fundatis amicitias fretum ac munitum esse oporteret, tamen in ipsa petitione amicitiae, etc. Conscientia officii mei benevolentiaeque fretus, haec ad te scripsi liberius Cic. Fam. 3, 7. Diis fretus, et deos sperare Plaut. Cas. 2, 5, 38. Sallust. in Iugurth. c. 90 pr. Igitur consul, omnibus exploratis, credo diis fretus, etc. Idem Aulul. 3, 6, 50 Ibo ad te, fretus tua, Fides, Fiducia. Fuga, auxilioune fretus Cic. Tuscul. 3, 44 ex Poeta. Idem pro Quint. 8 Si fretus Gratia postulabat aliquid iniquius Alphenus. Humanitate tua freti tibi consilium dabimus Opp. et Balb. Cic. Att. 9, 19 (8) Ingenio fretus Plaut. Capt. 2, 2, 100. Ter. in prol. Heaut. 14. Cic. de Inuent. 1, 84 Tum Ingenio freta malitia peruertere vrbes, et vitas hominum labefactare assuevit. Innocentia freti, nobilitate nixi, potentia fulti Cic. anteq. iret in exil. 11. Intelligentia vestra fretus, dissero breuius, quam causa desiderat Idem de Nat. Deor. 1, 49 c. 18. Iuuenta fretus Virgil. Aen. 5, 430. Ter. Phorm. 2, 1, 43 Sed si quis forte Malitia fretus sua. Pietatem fretus Naeuius ap. Priscian. 770. Promissis tuis freti et innixi Plin. Pan. 66, 5. Quis ego fretus amo, Cynthia rara mea est Prop. 1, 8, 42. Viribus fretus Columel. 6, 23. Virtute fretus Plaut. Amph. 1, 1, 57. Sic Ter. Eun. 5, 9, 33 Cur ergo in his te conspicio regionibus? T. vobis fretus. P. H. suis quam fretus? miles edico tibi, etc. Voce fretus Cic. Off. 1, 133.

FRETUS, us. m. pro Fiducia. Fretu animi tui Synmach. Epist. 2, 83.

FRVISCOR, vel **FRVNISCOR** potius, eris, isci. [*ἀπολαύω*] Idem, quod Fruor. Gell. 17, 2 ponit verba Q. Claudii, Domus suas quemque ire iubet, et sua omnia frunisci: tum addit, Frunisci rarius quidem fuit in aetate M. Tullii, ac deinceps, infra rarissimum: dubitatumque est ab imperitis antiquitatis, an Latinum foret; non modo autem Latinum, sed iucundius amoeniusque etiam verbum est fruniscor, quam fruor: et ut fatiscor a fatcor, ita fruniscor factum est a fruor. Q. Metellus Numidicus, qui caste pureque lingua vsus Latina videtur, in epistola quam exsul ad Domitios misit, ita scripsit, Illi vero omni iure atque honestate interdicti, Ego neque aqua, neque igni careo, et summa gloria fruniscor. Nouius in Atellana, quae Parcus inscripta est, hoc verbo ita vitur, Quod magnopere quaesierunt, id frunisci non queunt: Qui non parcat apud se, frunitus est. Haec Gellius, ut dedit Gronou. Accusatio iunctum Plaut. Rud. 4, 3, 73 Hinc, tu, nisi malum, frunisci nihil potes. Sic Gronou. Non. 2, 343 ex Lucilio 18 Aequae fruniscor ego, ac tu. Festus, Fruniscor et frunitum dixit Cato; nosque quum adhuc diximus infrunitum, certum est antiquos dixisse frunitum. Petronianus Trimalchio c. 75 pr. Rogo, inquit, sic peculium tuum fruniscaris, etc. Eum vita frunisci putas Commodian. Instr. c. 57. Fabrett. Inscript. p. 237 **FILIIS SVIS INFELICISSIMIS, QVI AETATE SVA NON SVNT FRVNITI FECIT MATER SCELERATA.** Vid. **INFRVNITVS**.

FRVCTVS, fructus, vel fructus et fructi, Dat. fructui. m. [*καρπός*] A Fruendo dicitur. Fructus enim est illud in quaque re, quo fruimur. Varro de L. L. 4, 5 p. 11, 19 Fruges a fruendo fructusque; ab spe spicae. Sic enim interpungendus est locus. Haud paullo melius sic deriuatur, quam cum alii a Ferendo, Fructus deduci voluit, ut sic dicantur illae res, quas fundus fert, et quae in fundo feruntur. A fruendo esse ille vsus frequens admodum indicat, ubi non substantiam aliquam et stabilem naturam designat, sed actum animi iucunde re aliqua fruientis: quod exempla satis declarabunt. Fructus apum Phaedr. 3, 13. Fructi: Ter. Adelph. 5, 4, 16 Nunc exacta aetate, hoc fructi pro labore ab his fero, odium. Cato c. 4 Fructi plus capies. Varr. de R. R. 1, 2, 19 de capra, Eius enim saluam esse fructus venenum. Nonius 8, 61 hunc ipsum locum citat, et duos Turpilii, ubi Satis fructi ille dixit. Acidus, Apyrinus, vid. hb. vv. Breuis Lucret. 3, 927. Certi, atque deformati Quinctil. in proem. 6. Crastinus, vid. CRAS. Incertus Varro de R. R. 1, 4. vid. ORCVS.

Maturior fructus Scribon. Ep. fin. Noui Cic. de Clar. Orat. 16. Obnoxius feris, vid. OBNOXIVS. ¶ 2 Ex illa verbali significatione Fructus sunt exempla: Quinctil. 1, 12, 18 Qui eloquentiae — fructum non ex stipe aduocationum, sed ex animo suo et contemplatione ac scientia petet, perpetuum illum nec fortunae subiectum, etc. Cic. pro Caecin. 12 c. 4 Frueretur enim bonis cum eo, quem suis bonis heredem esse cupiebat, et ex quo maximum fructum ipsa capiebat. Sed hunc fructum mature fortuna ademit. Ter. Phorm. 2, 1, 16 Non rete accipitri tenditur, neque miluio, qui male faciunt nobis: illis, qui nihil faciunt, tenditur; quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur. Cic. pro Sext. 143 Praesentes fructus negligamus: posteritati et gloriae seruiamus. Artis suae Sen. Ep. 9. Auctoritatis fructus Cic. de Senect. 62. Diuitiarum fructus in copia est Idem in Parad. 6. Et Off. 2, 56. Iucunditatis fructus Cic. pro Muraen. 40. Laboris fructus Quinctil. in proem. 6. Ouid. Epist. 1, 174. Libidinis fructum pollicebatur Cic. Catil. 2 c. 4. Pecuniae fructus maximus Idem Offic. 2, 64. Pietatis cuiusdam fructus Cic. pro Sext. 68. Conf. Nep. 25, 5, 1. Praediorum fructus Cic. Att. 11, 2. Rei familiaris Nep. 25, 6, 4. Studii fructus Scribon. Ep. fin. Virtutis fructus gloria Idem in Pison.

¶ 3 Fructus et commoda Cic. de Nat. D. 1, 113. ¶ 3 Iam ponemus Verborum formulas, quarum pleraeque ad illam, quam modo tractauimus, significationem pertinent, ut Fructus sit fruitio, animus fruens, etc. Acquirere aliquid ad vitae fructum Cic. in Catil. 3, 28. Afferre ad communem fructum, vid. AFFERO. Alere suis fructibus exercitum Cic. in Parad. 6. i. retribus. Aufert voluptatum fructum solitudo Idem de Amicit. 89. vid. AVFERO. Cic. de Amicit. 79 Et amicos tanquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse Capturos, vid. CAPIO. Capere fructum oculis ex casu alicuius, i. delectationem Nepos 18, 11, 2. Capere diligentiae fructum Cic. de Clar. Orat. 212. Capere fructum dulcedinis Lucret. 2, 970. Capere laborum et vigiliarum suarum fructum maximum Cic. Brut. 3. Capere tempestiuos fructus Id. Off. 2, 14. Capere vberes et diuturnos fructus Cic. pro Caelio 80. Cepi immortalem fructum vestri in me amoris Idem in Pison. 31. Claudicat fructus, Coctus fructus solibus, vid. hb. vv. Condere

dere fructus Cic. de Senect. c. 7. Conferre fructum, Consequi
 amplissimum fructum, *vid. hb. II.* Quinctil. 5, 11 Terra neglecta,
 sentes atque dumos: exulta, fructus Creat. Decerpere fructum
 ex re aliqua Horat. Serm. 1, 2, 79. Demetere et percipere fructus
 Cic. de Senect. 70. Duci spe posteritatis et fructu Idem pro Rabir. 5
 perduel. 29 c. 10. Edunt nullum fructum ex se sine hominum cultu
 oues Cic. de Nat. Deor. 2, 158. Esse in fructu, *vid. Hastula, in*
 HASTA. Esse fructui Sueton. de Clar. Gram. 24. Explemur
 vitae fructibus Lucret. 3, 1020. Ferre fructum ex aliquo Cic. Fam.
 10, 32. Ferre laetos et vberes fructus ex Republica, sed magna 10
 acerbitate permixtos Idem pro Planc. 92. Frui Sen. Ep. 9. In-
 ducere fructum, *vid. INDVCO.* Indui fructu, *vid. INDVO.*
 Inuisere res rusticas causa fructus aut delectationis Cic. de Orat. 1,
 249. Mansuescunt feri fructus terra Lucret. 5, 1367. Metere
 fructum Cic. anteq. iret in exil. 2. Minuere fructus, Mittere 15
 fructum, *vid. hb. vv.* Mollire feros fructus colendo Virg. Georg.
 2, 36. Percipere gloriae magnum fructum ex rebus gestis Cic. pro
 Arch. 23. Fructum maturiorem studii Percipere Scribon. Ep. *fin.*
 Percipere modestiae fructum aliquem Cic. pro Sulla 1. Percipitur
 ex literis fructus Idem Fam. 15, 14. Perdere vitae superioris fru- 20
 ctum Cic. de Diuin. 2, 14. Perferre fructum, *vid. PERFERO.*
 Petere fructum non ex stipe aduocationum, sed ex animo suo, et
 contemplatione, ac scientia Quinctil. 1, 12. Repetere praemium
 et fructum officii Cic. anteq. iret in exil. 4. Idem pro Arch. 2
 Earum rerum omnium, vel in primis hic A. Licinius fructum a me 25
 Repetere prope suo iure debet. Respondens labori fructus Ouid.
 Fast. 4, 641. Serere, percipere, et condere fructus Cic. de Sen.
 24 c. 7. Sustulit magnos fructus Quinctil. 5, 10. Procreatae
 sunt pecudes ad fructum partim, partim ad usum hominum, partim
 ad vescendum Cic. de Legib. 1, 25 c. 8. Hic fructus sunt lac, lana, 30
 parui, etc. Permagnum hoc est ad animi fructum et laetitiam Cic.
 de L. Agrar. 2, 5. ¶ 4 Fructus, apud Iurisconsultos in
 quocumque possessore intelliguntur, Qui deductis necessariis impensis
 circa eos factis, supersunt l. 36 §. ult. D. de hered. petit. l. 7 D.
 solut. matrim. Vlpian. l. 14 §. 1 D. de usu et habit. Usus fructus, 35
 an fructus legetur, nihil interest. Nam fructui et usus inest, vsui
 fructus deest: et fructus quidem sine usu esse non potest, usus sine
 fructu potest. Denique si tibi fructus deducto usu legatus sit, in-
 vtile — legatum. Et si usufructu legato fructus adimatur, totum
 adertum, etc. Fructuum alii Pendentes, alii Percepti dicuntur. 40
 Pendentes sunt, Qui terra adhuc continentur, qui terrae et fundo
 cohaerent l. 44 D. de rei vendic. l. 12 §. Iulianus D. de usufr. Appel-
 lantur et stantes fructus in l. 7 §. interdum D. solut. matrim. His
 opponuntur Percepti, Qui scilicet iam a solo separati sunt §. is vero, in-
 stit. de rer. diuis. 45

FRUCTESCO, ère. Marius Victor. . . . Vario fructe-
 scere fetu.

FRUCTIFER, èra, èrum. Adi. [*καρποφόρος*] Ferens fru-
 ctum. Plin. 12, 3 Quae ex his incolarum numero esse coepere, dicen-
 tur inter fructiferas. Conf. Colum. 11, 2. et Pallad. Febr. t. 29. 50

FRUCTIFICO, àre; et FRUCTIFICANS, antis. Frequen-
 ter in Vulg. Interpr. Lat. et apud Tertull. e. g. de Resurr. Carn. c.
 52. et de Praescript. c. 36: *improbat vero Vossius de L. L. 4, 8 et*
mauult Fructum ferre vel edere.

FRUCTIFICATIO, ònis. f. Tertull. adu. Marc. 4, 39 Fructi- 55
 ficationes signa sunt aetatis.

FRUCTVARIVS, a, um. Adi. [*καρπιμος, επικαρπιος*] Cuius
 est fructus, vel Ad fructum pertinens, aut Ferens fructum. Columel.
 1, 6 Et diuidatur villa in tres partes, vrbanam, rusticam, et fructua-
 riam. Alias Fructuarius palmas Colum. 5, 6, 29. de quo illo anno spe- 60
 ratur fructus. Sic Oculi fructuarii Idem 3, 18, 4. et Rami 5, 9, 15.
 Decisis male natis et veteribus (ramis s. furculis) nouellos et fructua-
 rios serua Pallad. 3, 12. Varro de R. R. 2, 4, 17 Scrofam parere
 tot oportet porcos, quot mammas habeat: si minus pariat, fructua-
 riam idoneam non esse. Galliae commodae prouentibus fructuariis 65
 Solin. c. . . Agri fructuarii Cael. Cic. Fam. 8, 9. Seruus, Stipula-
 tio etc. l. 2 D. de pecul. l. 4 §. ult. de verb. oblig. Fructuarius
 serui, Qui usumfructum habet in seruo: Paull. l. 63 D. de solut. Si de-
 bitor sit serui fructuarius, potest is seruus per acceptilationem libe-
 rare eum. Fructuarius fundus, Passiue: nimirum Cuius quispiam est 70
 fructuarius. Vlpian. in l. 5 vti frui §. 1 D. si usufruct. petat. Nam
 etsi fundo fructuario seruitus debeatur, fructuarius non seruitutem,
 sed usumfructum vindicare debet aduersus alterius vicini fundi domi-
 num. Add. l. 19 ff. de Vfur. l. 28 eod.

FRUCTVOSVS, a, um. Adi. [*εγκαρπος, πολυκαρπος*] Qui fru- 75
 ctum, hoc est utilitatem praestat. Cic. Tusc. 2, 13 c. 5 Ager quamuis
 fertilis sine cultura, fructuosus esse non potest. Fructuosior est
 Adolescentia liberorum Sen. Ep. 9. Aratio fructuosa, Mercatura
 quaestuosa dicitur Cic. Tusc. 5, 86 c. 31. Arationes grandiferae et
 fructuosae Idem Philipp. 2, 101. Et de Fin. 1, 72 Eas ergo artes 80
 persequeretur, viuendi artem tantam, tamque operosam et perinde
 fructuosam relinqueret. Ars medicinae fructuosissima Plin. 29, 1.
 Beneficia Cic. anteq. iret in exil. 4. Fundum fructuosorem facere
 l. 13 D. de solut. matrim. Fundus fructuosissimus Cic. pro Rosc.
 Com. c. 12. Caes. B. G. 1, 30 Locumque domicilio ex magna copia 85
 delegerat, quem ex omni Gallia opportunissimum ac fructuosissimum
 iudicassent. Sic apud Cic. Verr. 3, . . . Sicilia fructuosissima et op-
 portunissima. Praedia Cic. de Fin. 2, 18. Res rustica bene cul-
 ta et fructuosa Idem pro Quint. 12. Saturnalia fructuosiora Mar-
 tial. 4, 46. Segetes Varro de R. R. 1, 9. Cic. de Orat. 2, 344 90
 c. 84 Clementia, Iustitia, benignitas, fides, fortitudo in periculis
 communibus — non tam ipsis qui eas in se habent, quam generi
 hominum fructuosae putantur. Cic. pro L. Manil. 16 Putatisne
 vos illis rebus frui posse, nisi eos, qui vobis fructuosi sunt, conserua-
 veritis? Quinctil. 1, 6 Vt quum M. Caelius se esse hominum frugi 95
 vult probare, non quia abstinens sit (nam id ne mentiri quidem pote-
 rat) sed quia utilis multis, i. Fructuosus: vnde sit dicta Frugalitas.
 Non modo liberale, sed interdum etiam fructuosum est, paullum
 nunquam de iure suo decedere Cic. Off. 2, 63 c. 18.

FRUCTVOSE. Adu. Augustin. Epist. 77 pr. Hoc nec dici bre- 100
 vius, nec audiri laetius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius
 potest.

FRVS, frundis. f. pro Frons, dis. Vid. FRONS n. 4.

FRVNDESCO, ère. Pro Frondesce Lucret. 1, 1092.

FRVNDIFER, a, um. Adi. pro Frondifer Idem 1, 18 et 256 etc. 105

FRVNDVSVS, a, um. Adi. *pro Frondosus Ennius apud Macrob.* 6, 2. *Sed ed. Gronou.* Siluani frondosai.

FRVSYNO, [Φροσύων] Civitas Campaniae, a qua Frusinates populi ad Falernum, *quorum meminit Plin.* 3, 5. Iuuen. Sat. 3, 124. Optima Sorae Aut Fabrateriae domus, aut Frusinone paratur. *Sed Sil.* 12, 532 Bellator Frusino, *Populum significat.* Idem 8, 400.

FRVSTRA. Adu. [ἄλλως, αὐτως, εἰς, μᾶλλον] *Incessum, nequidquam. Cognatum est nomini fraus et verbo fraulit: q. d. frustra.* Cic. de Senect. 19 Nec me vixisse poenitet, quoniam ita vixi, ut non frustra me natum existimem. Ter. Adelph. 2, 1, 54 Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes deputo. Idem Heaut. 4, 3, 15 Frustra operam hanc opinor sumo. Cic. Att. 5, 11 Ut aut quoad dem posthac literas sciam, aut ne dem frustra. Fortissimus frustra Virg. Aen. 5, 389. Frustra, *pro eo, quod est Re infecta, id est, sine ullo rei effectu.* Sallust. in Iugurth. c. 25 extr. Multa tamen oratione consumta, legati frustra discessere. *Nisi forte malis legere, Consumta frustra, legati discessere. Sunt libri, qui frustra plane omittunt.* Conterere tempus frustra Cic. pro Rosc. Com. c. 14. Describere aliquid frustra Idem Att. 13, 13. Nec frustra ac sine causa quid facere, dignum deo est, quod abhorret ab hominis constantia Id. de Diuin. 2, 125. Implorare frustra auxilium alicuius Cic. de Orat. 2, 144. Obambulare Plaut. Capt. 3, 1, 31. Suscipere frustra laborem Cic. de Vniuers. 33. Frustra habere aliquem, *pro Decipere et circumuenire.* Plaut. Amph. arg. 2, 5 Is aduenientes seruum et dominum frustra habet. Tacit. Ann. 13, 37 Igitur Corbulo, quaesito diu praelio, frustra habitus. *Et paullo post c. 51 Quae breui seruata, dein frustra habita sunt.* Ammian. 18, 6, et 24, 4. Frustra esse, *pro Decipi, falli.* Plaut. Perf. 1, 3, 60 Nunquam hercle hodie hic prius edis, nec frustra fies. Sallust. in Iugurth. c. 85 Quo mihi acrius adnitendum est, ut neque vos capiamini, et illi frustra sint. Frustra esse, *Non prodesse.* Cels. 3, 2 Quia curatio minus iis prodest, in quibus assidue frustra fuit. Frustra esse dicitur, *Quod exitum speratum non habet, quodque non ex sententia euenit.* Sallust. in Iugurth. c. 7 extr. Cuius neque consilium, neque inceptum vllum frustra erat.

Apul. Apol. p. 435, 12 Floridi, Erras, Aemiliane, et longe huius animi frustra es.

FRVSTRO, āre. [φρούδω] Decipere. Caes. in Fragm. Non frustrabo vos milites, *apud Diomed.* 1 p. 395. Plaut. Mil. 3, 3, 9 Quin ego me frustro, postquam adbibere meas aures tuam moram orationis. Conf. Non. 7, 44 ex Pomponio, Miseret me eorum, qui sine frustis ventrem frustrarunt suum. Geil. 18, 2 *refert hic versus ex Satiris Q. Ennii,*

Nam qui lepide postulat alterum frustrari, (*f. frustrare*)

Quem frustratur, (*f. quem non frustrat*) frustra cum dicit frustra esse

Nam qui sese frustrari (*f. frustrare*) quem frustra sentit,

Qui frustratur (*f. frustrat*) is frustra est, si non ille est frustra.

Quas coniecturas in parenthesi posuimus, eae certe metro conueniunt, et sententiam efficiunt Ennio non indignam. ¶ 2 Frustror Pass.

Benestella *apud Priscian.* 8 p. 793 extr. Frustratus igitur a spe, deuius in castra se recepit. *ματαιωδεις.* Laberius *ibidem,* Frustramur, irridemur. Aur. Vict. de Vir. Ill. 42 Hannibal — a Fabio Maximo frustratus — repulsus — fugatus etc. *Quod frustra in fractus mutare Schottus voluit.* Vell. 2, 43, 2 Intellexit frustratum esse visum suum. Frustrantur tenuissima spe ignauius quisque Sallust. Hist. 3 Orat. Macri 19. *Vid. Cort. p. 974.* ¶ 3 Depon. Plaut.

Amph. 2, 2, 200 Nescio quis praestigiator hanc frustratur mulierem Ter. in prol. Eun. 14 Dehinc ne frustretur ipse se, etc. Cic. Att. 12, 18 Cocceius vide, ne frustretur. Conf. Epist. 13. Imagine verbi frustratur pars vocum, *i. illudit Echo* Lucret. 4, 574. Sall. Iug. 58, 3 Pauci (*tela mittentes*) in pluribus (*quos peterent*) minus frustrari. Et 101, 3 Ita Iugurtham spes frustrata. Paull. in l. sed ad eos D. ex quibus causis maiores, Sed ad eos pertinet, qui conuenti frustrantur: et qualibet tergiuersatione et solertia efficiunt, ne cum ipsis

agi possit. Expectationem alicuius frustrari: *b. e. Non praestare quod quis expectat.* Plin. Epist. 2, 10. Idem Epist. 8, 18, 3. Colum. 1, 1, 2 In agricultura, in qua voluntas, facultasque citra scientiam saepe magnam dominis adferunt iacturam, quum imprudenter facta opera frustrantur impensas. Et 12, 1, 5 Ne serui diuturna cessatione frustrantur opera, *i. nimis differant, frustra velut expectantibus illos pensis suis.* Frustrari et eludere Poenorum impetus Val. Max. 3, 8, 2. Lacrimulis frustrantur falsis gaudia Catul. de Coma Beren. 64, 16. Laborem frustrari Columel. in Praefat. Hor. Serin. 2, 3, 32 O bone, ne te Frustrare, infans et tu. Cic. Acad. 4, 65 c. 20 De

omni statu, consilioque eius totius vitae aut certare cum aliis pertinaciter, aut frustrari cum aliis, tum etiam me ipsum velim. Vlpian. in l. sed et si D. ex quib. causis maior. Proinde si dum vult apud sequentem Praetorem agere, tempus frustratus est: non ei subuenitur. Nunquam frustrata sagitta Stat. Silu. 1, 2, 62. Frustrato ictu tenetur Scaeuola Flor. 1, 10, 5. Ter. Adelph. 4, 4, 11 Abi, abi iam Aeschine, satis diu verba dedisti nobis: satis adhuc tua frustrata est fides. Idem Andr. 2, 2, 38 Bene mones: ibo, et si hercle saepe iam me spes haec frustrata est. Cic. Fam. 12, 14 pr. Si Syriae spes cum frustrata esset. Liu. 2, 13 Frustrata custodes virgo. Solin. c. 1

85 Frustratus vincula. ¶ 4 *Temere agi, et huc illuc iactari significat* Flor. 2, 2, 32 Quum Punicae praedae omnibus promontoriis insulisque frustrarentur et fluitarent. *Sed malunt fere viri docti, frustrarentur.*

FRVSTRATOR, ōris. m. [φρούδωμος] a Frustro; Morator, cunctator. Papin. in l. liberto vel amico D. negot. gestor. Litem, in iudicium deductam, et a reo desertam frustratoris amicus vltro egit, causas absentiae eius allegans. Idem l. 19 D. de vi et vi armata, Frustrator debitor constitutus est. Symmach. Ep. 10, 51 Frustrator iudicium.

FRVSTRATORIVS, a, um. Adi. Tertull. de Anima c. 47 Frustratoria somnia. Arnob. 7 p. 219 Aures frustratoriae.

FRVSTRATVS, ūs. m. Habere frustratui aliquem Plaut. Menaech. 4, 3, 21.

FRVSTRATIO, ōnis. f. [ματαιωσις] Deceptio. Planc. Cic. Fam. 10, 23 Tanto maiorem his frustratio dolorem attulit. Colum. 11, 1, 14 Nec supplicium grandius, quam frustrationem cupiditatis existimat. Plaut. Amph. 3, 1, 14 Atque in horum familiam frustrationem hodie iniiciam maximam. Idem Most. 5, 2, 30 Dicitis his quo pacto tuus te seruus ludificauerit: optimas frustrationes dederis in comoediis. Liu. 25, . . . Quum longo sermone habito dilatus

tus per frustrationem efficit. Varro de R. R. 1, 1, 6 Quoniam sine aqua, omnis arida ac misera agricultura: sine successu, ac bono eventu, frustratio est, non cultura. *Pro Mora, dilatione, cunctatione.* Afric. in l. hominem D. mandat. Nisi forte aut per promissorem steterit, quo minus sua die solueret; aut per creditorem, quo minus acciperet. Etenim neutri eorum frustratio sua prodesse debet.

FRVSTRABILIS, e. Adj. *Fallax, frustrandi vim habens.* Arnobius 6 p. 206 Res agere vacua imaginatione frustrabiles. Idem 2 p. 58 Res frustrabili expectatione praesumpta.

FRVSTVM, i. n. [*φραγμός, τρυφός, ψήγμα*] *Rei cuiuscunque particula; siue fragmentum, cognatum verbis Frio, Frango, Frendo etc.* Cic. Philipp. 2, 63 c. 25 In coetu vero populi, negotium publicum gerens, Magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus, gremium suum et totum tribunal impleuit. Virg. Aen. 1, 212 Pars in frusta fecant. Cato, Frusto panis conduci potest vel uti taceat, vel uti loquatur: *apud Gell. 1, 15.* Cic. de Divin. 1, 27 Necessesse enim est ossa obiecta, cadere frustum ex puli ore quum pascitur. *Ampla frusta casei ouilli proximi anni facito Columel. 12, 42.* Librarium, *vid. LIBRA.* Mucida caerulei panis Iuven. Sat. 14, 128. Mucida solidae farinae Idem Sat. 5, 68. 20 Semesa lardi Hor. Serm. 2, 6, 86. Frusta meri bibunt, *i. Vinum congelatum Ouid. Trist. 3, 10, 24 de Getis.* Frustum pueri, *per iocum dixit Plaut. Perf. 5, 2, 67* Loquere tu etiam frustum pueri. Iuven. Sat. 3, 210 Aerumnæ cumulus quod nudum, et frusta rogantem, Nemo cibo, nemo hospitio, tectoque iuuabit.

FRVSTVLVM, i. n. Dimin. [*πρωμάτιον*] *Vet. Gloss. Frustulum, πρωμάχιον.* Apul. Miles. 1 p. 110 Frustulum panis.

FRVSTILLVM, i. n. *Aliud Dimin.* Arnob. 2 p. 84 Frustilla ignea. *et 7 p. 231* Frustilla paruula.

FRVSTĀTIM, Adu. [*εἰς κέρματα*] *i. Minutatim et per frusta.* Plin. 20, 9 Coquitur plurimis modis in olla, quae concitatur in clibanum aut furnum, vel adipē aut luto illita, aut frustatim in patinis. Concidere Apic. 42. Rapere Prudent. Psychom. v. 720. Apul. Met. 9 p. 206, 17 *Pric.* Sese concisurum illum machaera sua frustatim. *Et ibid. p. 203, 13* Miserum illum adolescentem frustatim discerpunt.

FRVSTILLĀTIM, Dimin. Adu. [*πρωμαγγιδόν*] Plaut. Curcul. 4, 4, 20 *Iam ego te faciam ut hic formicae frustillatim differant.* Conf. Non. 2, 335.

FRVSTVLENTVS, a, um. Adj. [*πρωματώδης*] *Plenum frustis.* Plaut. Curc. 2, 3, 34 *Vin' aquam? c. si frustulenta est, da obsecro, hercle absorbeam.*

FRVSTO, āre. *In frusta conscindere.* Flor. 2, 2, 52 *Cum Punicae praedae omnibus promontoriis, insulisque frustarentur.* *Ita Salmast. Graeu. et Freinsb. pro Frustarentur.* *Vid. Not. Duker. Conf.*

FRVSTRO n. 4.

FRVTEX, icis. m. [*θάμνος, Φρυγανός*] *Dicitur, inquit Valla 4, 27 qui ad iustam magnitudinem arboris non assurgit, et statura similis est multis herbis, sed non demoritur, neque arescit ut herba, verum perennis est.* Plin. 14, 16 *Et fruticum vero e genere, cedri vtriusque, cupressi, laurus, iuniperi, terebinthi, calami, lentisci.* Varro de R. R. 2, 1 *Equos ut capras in montosis potius locis et fruticibus, quam in herbidis campis.* Frutex crassa radice, *vid. CRASSVS.* Genus omne fruticum Virg. Georg. 2, 21. Aquaticus Plin. 16, 36. Buxeus, *vid. sub BVXVM.* Luteus, *vid. sub LVTVM.* Nefasti, *vid. sub NEFAS.* Olerum Colum. 11, 3, 62. Oleraceus, *vid. sub* OLVS. *Oxytriphylly frutex Scribon. 163.* Rutae frutices quinque vel sex 192. Plin. 13, 53 *Cedro similis in Arcadia est arbor: in Phrygia frutex vocatur.* *De Lupino Columel. 2, 12* *Vt latius se frutex humi diffundat.* Idem 2, 15 *Frutex lupini succisus, optimi stercoreis vim praebet.* *Add. Idem 11, 3.* *Translate: Tertull. adu. Gnost. c. 11* *Hereditarii discipuli et Apostolici seminis frutices.* *Per contumeliam Frutex dicitur Homo stupidus et insulsa mentis.* Plaut. Most. 1, 1, 12 *Nec veri simile loquere, nec verum, frutex.* Apul. Apol. p. 317, 10 *Ne huic frutici credam non modo odium peccatorum, sed saltem intellectum inesse.*

FRVTEŦVM, siue FRVTECTVM, i. n. [*θαμνών*] *Locus fruticibus confitus.* Plin. 18, 6 *Fruteta igni optime tolluntur.* Colum. 6, 22 *Nam melius nemoribus herbidis et frutetis et carectis, quam lapidosis locis durantur vngulae.* Frutectis obsessus ager Col. 3, 11, 3. Plin. 23, 1 *In frutectis et arundinetis.* Prudent. Psych. 442 *Non piget attritis pedibus per acuta fruteta Ire.*

FRVTICĒTVM, i. n. [*Φρυγανών*] *Idem.* Arcum fruticetum Hor. Carm. 3, 12, 12. Suet. Neron. c. 48 *Dimissis equis inter fruticeta ac vepres euasit.*

FRVTETŦSVS, siue FRVTECTOSVS, a, um. Adj. [*θαμνώδης*] *Fruticibus abundans.* Plin. 18, 14 *Frutectoso solo.* Idem 19, 1 *Siccis haec fere et sabulosis locis, frutetosisque nascuntur.* Columel. 2, 2, 11 *Nemorosi, frutetosique tractus duplex cura est.*

FRVTICO, āre. [*βλασέω*] *Pullulare: et quasi Frutices emittere.* Plin. 17, . . . *Quod supra terram est, e matre radi iubetur, ne fruticet.* *Cum fruticauerit lupinum Colum. 11, 2, 60.* *Laetius fruticare Plin. 16, 31.* *Spatiosē Idem 19, 5.* *Fruticat feget ante hiemem Columel. 2, 12, 2.* *Salix e trunco Idem 4, 31, 3.* *Et 2, 9, 6* *Vbi ex vno semine pluribus culmis fruticauit. h. e. Plurimos culmos ex eodem semine emisit.* Sidon. Carm. 15, 29 *Cernas ramosas palmas fruticare lacertis.* Tertull. *primam male producit de Iudic. Dom. 135* *Tempore nuda suo foliis quoque fruticat arbor.*

FRVTICANS, antis. Part. Fruticans pilus Iuven. Sat. 9, 15. *et Sil. 9, 205* *Seu sunt Byzacia cordi Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis.*

FRVTICĀTIO, ōnis. f. [*βλάσησις*] *In arboribus dicitur, quum multos ramos fruticantes producant.* Plin. 17, 1 *Ita enim appellatur in ipsis arboribus, fruticatio inutilis.*

FRVTICŦR, āri. Dep. [*βρύω*] *Frutices emittere.* Cic. Att. 15, 4 *Animis enim vti sumus virilibus, consiliis (michi crede) puerilibus.* Excisa enim est arbor, non euulsa: itaque quam fruticatur vides.

FRVTICESCO, ēre. [*βρύομαι*] *Idem.* Plin. 17, 27 *Vitis tantum tonsuram annuam quaerit: alternam myrtus, punicae, oleae quia celeriter fruticescunt.*

FRVTICŦSVS, a, um. Adj. [*Φρυγανώδης*] *Dicitur Quod longe, lateque fruticat, et multos habet fruticantes ramos.* Plin. 12, 4 *Duo genera eius. Rarum id quod melius, arboreum: alterum fruticosum.* Plin. 6, 22 *Mare id colore peruiridi, praeterea fruticosum arboribus, iubas earum gubernaculis deterentibus.* Smilax spinosis fruticosa

ramis Plin. 16, 35. Vimina Ouid. Met. 6, 344. Plin. 20, 13 Latiora fatiuae folia, rami fruticosiores. Fruticosissimus calamus qui vocatur Donax Plin. 16, 36.

FRVTIS, is. *Veneris epitheton.* Solin. c. 2 Aeneam — in agro Laurenti posuisse castra: vbi dum simulacrum, quod secum ex Sicilia aduexerat, dedicat Veneri matri, quae Frutis dicitur. *Salmasius ad h. l. p. 49 sq. emendat Erucis, i. Erycis: nota enim Venus Erycina Siculorum. Sed est etiam apud Augustin. de C. D. 4, 21 Diis agrestibus, vt fructus vberrimos caperent: et maxime ipsi Diuae Fruti Seiae.* Verum MSS. Fructifcae. *Caeterum Veneri Fruti patrociniatur etiam Frutinal et Frutilla, de quibus statim.*

FRVTINAL, alis. n. dictum est Templum Veneris fruti, Festus. *Salmasius hic etiam Erucinal substitui cupit, quod si sequimur, antiquissimam oportet esse corruptelam, eo certe antiquiorem qui sub elemento F collocauit.*

FRVTILLA, ae. f. *Illicium Veneris.* Gl. Vet. *Ἰουζ* Frutilla. *Vid.* FRVTIS, FRVTINAL. *Communis fons horum, vocabulorum videtur Fruor. Notum, quoties Fructus et Frui de re Venerea dicatur. Nisi tamen malis cum Scaligero ad Festum ab ἀφροδίτη corruptum putare.*

FRUX, frugis. f. *Dixerunt antiqui, auctore Festo. Varro de L. L. 8, 31 Quid similis videtur, quam in his est extrema litera, crux, frux — fit vnum cruci, alterum frugi. Aufonius in monosyllabis, Eidyll. 12 p. 481 Toll. Ante equidem campis quam spicea suppeteret frux. Vid. FRVGES.*

F V A

FVAT, [*εἴη*] pro Sit, dixerunt veteres, auctore Donato. Virg. Aen. 10, 103 Tros, Rutulusue fuat, nullo discrimine habebō. *Vbi Seruius, Fuat, i. e. Fuerit, futuri temporis verbum defectiuum.* Ter. Hec. 4, 3, 4 Fors fuat pol. Plaut. Amph. 3, 4, 2. et Bacch. 1, 2, 48. et Capt. 2, 3, 71. Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obuiam obstitat mihi. Tibull. 1, 1, 67 Ferreus ille fuat. *Vid. ibi Scalig. et Non. 2, 230. Fueret pro esset Lucret. 3, 849. et 5, 342. al. tamen aliter leg.*

F V C

FVCAE, arum. f. *Pl. Maculae in facie.* Columel. 10, 125 de Herba, Lepidio, Deiectura quidem fronti data signa fucarum. *Non tamen certa est lectio: Fugarum quidem mihi probabatur maxime.*

FVCILIS, inquit Festus; Falsa: dicta autem quasi Fucata.

FVCINVS, i. m. [*Φολίνας*] *Lacus in quarta regione Italiae, prope Albanenses Marforum populos. Quo etiam nomine dictus est lacus Volscorum.* Martial. Spectac. 28. Sen. Quaest. Nat. 3, 3. Virg. Aen. 7, 759. Suet. Caes. c. 44. et Claud. c. 10. et Spartian. in Hadrian. c. 22.

FVCVS, i. m. [*κηφήν*] *Genus apis sine aculeo.* Virg. Georg. 4, 168 Ignauum fucus pecus a praesepibus arcet. Plin. 11, 11 Sunt autem fuci sine aculeo velut imperfectae apes, nouissimaeque a fessis, et iam emeritis inchoatae, ferotinus fetus, et quasi seruitia veterum apum. Quamobrem imperant iis, primosque in opera expellunt: tardantes sine clementia puniunt. Neque in opere tantum, sed in fetu quoque adiuuant eas, multum ad calorem conferente turba. *Contra, Varro de R. R. 3, 16 Itaque infectantes a se eiiciunt fucos, quod hi neque adiuuant, et mel consumunt. Columel. 9, 5 Fucus genus amplioris incrementi, simillimum apis, et immune, sine doctrina, fauis assidens. Immunisque sedens aliena ad pabula fucus Virg. Georg. 4, 244.*

¶ 2 *Pro Cera: Idem Georg. 4, 39 Fucoque et floribus oras Explent. Fucus genus est herbae, vnde tinguntur vestes. Fucum autem et flores pro Cera posuit, quam ex his colligunt rebus. Seruius. Propolin intelligit Philargyrius.*

¶ 3 *Fucus marinus, [Φυκὸς θαλάσσιος] Herba, quae et Alga marina dicitur. Plin. 26, 10 f. 66 Praecipue vero liberat eo malo phycos thalassion: i. e. Fucus marinus, lactucae similis, qui conchyliis substernitur: non podagrae modo, sed omnibus articulorum morbis impositus, prius quam exarefiat. Tria autem genera eius, latum, et alterum longius quadantenus rubens. Tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur, omnia eiusdem vsus. Quod dicit, qui conchyliis substernitur, intelligimus, lanas eo prius imbui, et sic parari, vt pretiosum alterum colorem melius bibat. Vid. Plin. 32, 6 f. 22 et quae monemus ad Quinctil. 12, 10, 75. Sed Plin. 9, 38 Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit, videtur pro ipso pretioso colore conchylii poni. Idem tamen 13, 25 Non habet, lingua alia nomen, quod Graeci vocant phycos: quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur: hic autem est frutex, etc. Conf. Isidor. 17, 9.*

¶ 4 [*Φυκίον*] *Vnguentum aut pigmentum, quo mulieres tinguntur et colorantur, vt vitia corporis emendent.* Plaut. Most. 1, 3, 118 Vetulae, edentulae, quae vitia corporis fucō occultant, etc. Conf. Hor. Epist. 1, 10, 27 ibique Torrent. Hinc [*φύκη*] Fraudem aliquando significat et insidias, interprete Donato: sub quibus occultatur veritas. Plaut. Capt. 3, 3, 6. Ter. Eun. 3, 5, 41 Deum sese in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas venisse clanculum, per impluuium fucum factum mulieri. Cic. de Petit. Consul. 28 Si eum, qui tibi promiserit, fucum, vt dicitur, facere velle senseris. Sine fucō, i. Simpliciter et aperte. Cic. Att. 1, 1 Prensat vnus P. Galba sine fucō ac fallaciis, more maiorum. Idem de Clar. Orat. 162 In his omnibus inest quidam, sine vilo fucō veritatis color.

¶ 5 *Pro pigmentis pictorum est apud Prudent. pass. Hippolyti v. 123. it. Aufon. Cupid. crucif. f. Eidyll. 6, 92. Sententiae verae, sine pigmentis fucoque puerili Cic. de Orat. 2, 188. Fucus et cincinnati Poetae Id. de Orat. 3, 98. Catul. Argon. 62, 49 Tincta tegit roseo conchilis purpura fuco. Gestat mercem sine fucis Hor. Serm. 1, 2, 83. Illitus fuco color Cic. de Orat. 3, 197 c. 52. Medicata lana fuco Hor. Carm. 3, 3, 28. Mentiri colorem fuco Quinctil. 2, 15. Conf. Idem 12, 10. et Erhard. ad Petron. 24. Perfusa gloria fuco Ouid. Fast. 1, 303. Splendente fuco ornare comas Tibull. 1, 8, 11.*

FVCO, are. [*Φυκίον, ἀρχαιοῖς*] *Colorare.* Virg. Georg. 2, 465 Alba neque Assyrio fucatur lana veneno. Cic. de N. D. 1, 111 Formare, fucare, colorare, animare non possent. *Alia exemplaria legunt Figurare. Stercore fucatus crocodili Hor. Epod. 12, 11. Immodice formam fucata Lucan. 10, 137. Sermo non fucatur pompa facundiae et gratiae Min. Fel. p. 124 c. 16 extr. Cum fucatur atque praelinitur, fit praestigiosum Gell. 7, 14. Vellera fucare Solin. c. 36.*

FVCATVS, a, um. Adj. [*Φυκιστός*] *Fucatae mulieres dicuntur, Quae vel vnguentis quibusdam colorantur, vel vitia corporis inductis coloribus tegunt. Candoris et ruboris fucati medicamenta omnia repellentur, elegantiam modo et munditia remanebit Cic. in Orat. 79 c. 23. Opposita: Idem de Clar. Orat. 36. Haec enim aetas effudit hanc copiam:*

piam: et vt opinio mea fert, succus ille et sanguis incorruptus, vique ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus Nitor. Signa probitatis non fucata specie forensi Cic. pro Planc. 29. Vellera hiali saturo fucata colore Virg. Georg. 4, 335. Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis Cic. pro Planc. 22 c. 9. *Contraria*: Cic. de Amicit. 95 Secerni autem blandus amicus a vero et internosci tam potest adhibita diligentia, quam omnia fucata et simulata a sinceris atque veris. Fucata ineptiis omnia Cic. pro Muraen. 26. *Conf. Gallaeus ad Lactant. p. 28.*
 ¶ 2 Sed etiam, apud recentiores praesertim ad ea pigmenta refertur, quae non dissimulantur, vt Fucatus sit in laude. Vt Fucata Ehippia Apul. de Deo Socr. p. 700, 8. et Met. 10 p. 336, 1 Floridi. Deus indulget, vt Praetextam meam purpurae tuae luce fucata praestares Aufon. Grat. Act. extr. Versus quodam quasi ferrumine immisso fucator Gell. 13, 26.

FVCATE. Adu. Aufon. prosa post Eidyll. 3 Fucatus concinnata.

FVCATIO, ōnis. f. Apulei esse dicitur. Negat Ind. Floridi.

FVCILIS, vid. supra post FVCAE.

FVCOSVS, a, um. Adi. [*Φυκωδης*] Vitiatus, quasi fuco tectus, non sincerus. Cic. pro Rabir. Post. 40 c. 14 Auditae, visaeque merces: fallaces quidem et fucosae, chartis et linteis et vitro delatae. Fucosae amicitiae, pro Ambitiosis, et specie splendidis. Cic. Att. 1, 18 Nam illae ambitiosae nostrae, fucosaeque amicitiae sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.

F V E et F V F

FVE, Interiectio ructum exprimentis. Plaut. Most. 1, 1, 37.

FVPIA Gens, unde plures memorat Cicero, apud quem Fusii in bonum locum saepe libros occuparunt. Notus in primis Q. Fusius Calenus, a quo Lex Fusia de religione pro Clodio. Vid. Cic. ad Att. 1, 14.

FVPIDIVS, i. m. Oratoris nomen, cuius meminit Cic. in Bruto 113 Fufidius in aliquo patronorum numero fuit. Forte idem Iurisconsultus, cuius auctoritate Paullus usus est in l. Fufidius D. de bon. auct. iudic. poss.

F V G

FVGA, FVGAX, vid. FVGIO.

FVGALIA, ium. n. Festa fuerunt Romae in memoriam exactorum Regum, liberataeque Reipub. instituta, (Censorin. de Die Nat. c. 20 et Festus Regifugium vocant;) quod eo die Tarquinius ab exercitu ad Porse- nam Hetruscorum regem fugisset. Celebrabantur autem Fugalia mense Februario, post exacta terminalia. August. de Ciuit. Dei 2, 6 Sed demonstrentur talibus aliquando conuenticulis consecrata, non vbi ludi agerentur obsceni, vocibus et moribus histrionum, nec vbi Fugalia celebrarentur, effusa omnium licentia turpitudinum, et vere fugalia, sed pudoris et honestatis. Vid. REGIFVGIVM.

FVGIA, ae. f. Dea laetitiae, a fugatis hostibus videtur excogitata ex male intellecto loco Varron. de L. L. 5, 3 p. 47, 30 Dies Populi fugia (Scaliger in Ind. Populifugia continuato vocabulo) videtur nominatus, quod eo die repente tumultu fugerit populus non multo enim post hic dies, quam decessus Gallorum ex vrbe. Aliquot huius diei vestigia fugae in sacris apparent. Hinc Fugiam deam exculpit Viues ad Augustin. de Ciu. Dei 2, 6. Vid. POPVLIFVGIA.

FVGIO, fugi, itum, ěre. [*Φυγῶ*] Cum cursu et celeritate abire et recedere, estque Graecum *Φυγῶν*. Virg. Ecl. 1, 4 Nos patriam fugimus. Idem Ecl. 8, 52 Nunc et oues vitro fugiat lupus. Sapientis fugere negant Stoici Cic. ad Brut. 15. Ponitur cum Praepositionibus. A suis conditionibus fugere, non stare conditionibus a se latis Cic. Fam. 16, 12. Sic Aeneas fugit a Troia Cic. Verr. 4 c. 33. Vt a crudelissimo hoste Idem pro Cluent. c. 66. Et Offic. 1 c. 35 Ab omni, quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione fugiamus. Martial. 9, 90 De cauca fugiat ne male passus aper. Fugere de ciuitate Quinctil. 6, 1. Ter. Hec. 1, 2, 107 Si quando ad eam accesserat confabulatum, fugere e conspectu illico, videre nolle. Cic. pro Cael. 65 Mimi ergo est iam exitus, non fabulae: in quo quum clau- sula non inuenitur, fugit aliquis e manibus. Tenuis fugit, ceu fumus, in auras Virg. Aen. 5, 740. In bellum fugitur Lucan. 1, 499. Longe, vid. LONGVS. Demissis manibus fugere Plaut. Epid. 3, 4, 16. Plaut. Amph. 1, 1, 44 Nam quum pugnabant illi maxime, ego fugiebam maxime. Pauide, vid. PAVIDVS. Caes. B. C. 3, 29 Octacilius sibi timens, oppido fugit, et ad Pompeium peruenit. Vitare, et respuere. Plaut. Asin. 1, 3, 60 Quod nolebam ac vetueram, de industria fugiebatis: neque conari id facere audebatis prius.

¶ 2 Substantiua Nomina: Aciem, vid. ACIES. Cic. Tusc. 1, 50 Casurusne in conspectum videatur animus, an tanta sit huius tenuitas, vt fugiat aciem. b. e. Vt videri non possit, de acie enim oculi loquitur. Aliquem odisse et fugere Hor. Serm. 1, 3, 86. Aliquid omni contentione, vid. OMNIS. Cic. de Amicit. 87 Quin etiam si quis asperitate ea est, et immanitate naturae, congressus vt hominum fugiat, atque oderit. Idem pro L. Agrar. 2, 6 Nec quorum oculos offendebat, eorum iporum conspectum fugere ausus est. Ouid. Met. 2, 594 Conspectum lucemque fugit. Cic. de Amicit. . . . Quod si Curam fugimus, virtus fugienda est. Disciplinas omnes fugit Quinctil. 2, 17. Facta aliqua Plaut. Mil. 3, 1, 28. Cic. in Pison. 45 Nemo bonus, nemo denique ciuis est, qui modo se ciuem esse meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur. Infamiam Cic. Fam. 1, 1. Iter fugere, b. e. Fugiendo conficere. Idem Fam. 11, 13 Biduo me Antonius antecessit, itinera multo maiora fugiens, quam ego sequens. Ter. Heaut. 1, 1, 114 Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim, nunc me ipsum fugere. Virg. Aen. 3, 459. Cic. de Fin. 5, 57 Nec voluptatem relinquentes, nec fugientes laborem. Et Att. 11, 1 Munus omne fugere. Nomen inuidiosum voluptatis Cic. Acad. 4, 138 c. 45. Ter. Andr. 4, 5, 27 Recte ego semper fugi has nuptias. Procurationem reip. Nep. 25, 15, 3. Recordationes, quae morsu quodam dolorem efficiunt Cic. Att. 12, 19. Suspicionem Idem Att. 15, 22. Taedium Plin. 36, 15.

¶ 3 Formulae aliae: Et fugiunt freno non remorante dies Ouid. Fast. 6, 772. De iis, qui nauigant: Virg. Aen. 3, 268 Tendunt vela Noti, fugimus spumantibus vndis. Cic. in Orat. 197 Eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos et praeteruolat Numerus: qui si abesset, illa ipsa delectarent. Ventis ocior fugit Sil. 13, 343. Inprimis ad ignorantiam et obliuionem refertur, vt latere, et praeterire. Cic. pro Caecina. 33 Alia si qua forte est actio, quae nos fugiat, dic quae sit? discere cupio. Hoc amentem hominem fugit Cic. Verr. c. 12. Nulla res

105

100

95

90

85

80

- est in usu militari posita, quae huius viri scientiam fugiat Cic. pro L. Manil. 28. Fugiunt haec me, *i. Non recordor, non memini, aut ignoro* Cic. Tusc. 1, 22. Idem pro Caecin. . . Non enim sum id dicturus, quod ego inuenerim, sed quod illos non fugerit. Ouid. Fast. 5, 445 Dicta sit unde dies, quae nominis existet origo, Me fugit: ex aliquo est inuenienda deo. De Caesare fugerat me ad te rescribere, *h. e. Non memineram ad te rescribere de Caesare* Cic. Q. Frat. 2, 12. Neminem fugit illud Iulian. in l. 1 D. de diuers. et temporal. praescript. Ter. Heaut. 2, 3, 75 Vbi si paullulum modo quid te fugerit, ego perierim. *i. Si vel tantillum peccaueris obliuione, aut aliquo alio modo.* Fugit te ratio Plaut. Amph. 1, 1, 230. Cic. Fam. 11, 10 Quantamque cupiditatem hominibus iniiciat vacuitas, non te fugit. Conf. Cic. Att. 12, 42. Quid sit Candicantiam fugere in gemmis, *vid. CANDICANTIA.* Fugere, *ut ait* Non. 2, 337 est deterius fieri, et adfert Vinum fugiens, *de quo mox.* Sic Sen. Epist. 12 Gratissima sunt poma cum fugiunt. *vid. infra in FUGIENS.* Aliquando est Cauere vel Nolle. Hor. Carm. 1, 9, 13 Quid sit futurum cras fuge quaerere. Conf. 2, 4, 22. Non fugis — calathis imposuisse manum Ouid. Her. 9, 75. ¶ 4 Passiue usurpauit Augustin. de Ciu. Dei 22, 22 Vitia quibus labor fugitur. Fugiendo: Proport. 1, 1, 9 Mimallion nullos fugiendo Tulle labores, Saeuitiam durae contudit Iasidos. Genus dicendi vitiosum longa animi prouisione fugiendum Cic. in Orat. 189. Iniuria fugienda Cic. Off. 1, 25. Satietas audientium oratori fugienda Idem Verr. 3, 102. Turpitud. fugienda, adipiscenda honestas Id. Tusc. 2, 58. In MSS. miscentur Fugere et Fulgere: *vid. Drakenborch ad Sil. 4, 88.*
- FUGIENS, entis. Partic. [Φεύγων] Ter. Andr. 5, 4, 33 Is hinc bellum fugiens, meque in Asiam persequens proficiscitur. Tacit. Ann. 3, 46 Tanto magis imbelles Aeduos euincite, et fugientibus consilite. Obistere fugienti Ouid. Fast. 2, 595. Secutus est fugientem voce Virg. Aen. 1, 410. Fugiens opprobria culpae Hor. Epist. 1, 9, 10. Vinum fugiens: *i. Dubium, et in vitium inclinans, cum non amplius fert aetatem.* Cic. Off. 3, 91 c. 23 Qui vinum fugiens vendat sciens, debeatne dicere? *vid. Turneb. Aduers. 10, 13.* Hinc forte Fugientes etiam literae dici possint, quas Caducas et exolescentes vocari, suo loco monemus. Spicula Virg. Aen. 11, 654. [Φυγόσποννος] Caes. B. C. 1, 69 Nemo erat adeo tardus, aut fugiens laboris, quin, etc. Aetas Catul. 69, 43. Inconstans. Fontes arguto gramine fugientes Colum. 10, 284. *riuuli cum murmure labentés.* Flumina Horat. Serm. 1, 1, 68. Hora Idem Carm. 3, 29, 48. Somnus Catull. 64, 43. *i. Cedens.* Fugientia captare Horat. Serm. 1, 2, 108. Fugiens, *pro Reus, figura dicendi Graeca usurpatur a Iustiniano in l. 2 C. de iuram. propter calum.* Non aliter neque actorem, neque fugientem in primo exordio litis exercere certamina, id est Φεύγοντα.
- FUGITVRVS, a, um. Part. [Φεύζων] Ouid. Epist. 2, 47 Remigiumue dedi quo me fugiturus abires.
- FUGITO, are. Frequent. [Φεύγομαι] AFugio. Conatum fugiendi repetitum notat. Phaedr. 1, 2, 26 de vanis Frustra necem fugitant inertes. Laudatur, fallente puto memoria, Apuleius . . . Huc atque illuc fugitando, ad stabulum tandem perueni. Ter. Phorm. 5, 5, 7. Vicissim partes tuas acturus est. A. quas? P. vt fugitet patrem. *i. E conspectu patris.* Ter. Heaut. 3, 1, 25 Non vult te scire se redisse: etiam et tuum conspectum fugitat propter peccatum. Plaut. Capt. 3, 4, 10 Quid istuc est, quod meos te dicam sic fugitare oculos, Tyndare? Prouinciam omnes fugitant Id. ibid. 1, 2, 53. Cic. pro Rosc. Amer. 78 c. 28 Dubitate etiam nunc Iudices, si potestis, a quo sit Sext. Roscius occisus: ab eone, qui propter illius mortem in egestate et insidiis versatur, cui ne quaerendi quidem de morte patris permittitur: an ab iis, qui quaestionem fugitant, bona possident, in caede atque ex caede viuunt. Apul. de habit. doct. Plat. p. 606, 12 Floridi, Mala quaedam sui causa fugitanda sunt, alia caeterorum. ¶ 2 Fugito, are. Frequentat. AFugo, are. Idem ac Propellere. Plaut. Pseud. prol. 7 Semper odistis malos, et lege et legionibus hos fugitastis.
- FUGITANS, antis. Partic. Ter. Phorm. 4, 3, 18 Herus liberalis est, et fugitans litium. Conf. Priscian. p. 1202.
- FUGITATIO, onis. f. ICr. in Digest. . .
- FUGITATOR, oris. m. Apud Firmic. . .
- FUGITOR, oris. m. [Φευκτής] Timidus, et qui protinus fugit. Plaut. Trin. 3, 2, 97 In saginam herus se coniecit meus, credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore, et capturum spolia ibi illum, qui meo hero aduersus venerit.
- FUGA, ae. f. [Φυγή] Profectio, abcessus cum celeritate: Virg. Aen. 3, 160 Longumque fugae ne linque laborem. Idem 4, 400 Fugae studium. Seruius. Fugam, Nonius 4, 199 distincte exponit etiam de Cito cursu, de volatu, de navigatione, et de vehementi afflatu. De cursu celeri Virg. Aen. 1, 320 Vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice, volucrumque fuga praeuertitur Hebrum. Nobilis hic (equus) cuius Clara fuga ante alios et primus in aequore puluis Iuuenal. 8, 60. Virg. Aen. 11, 706 — dimitte fugam: et te cominus aequo Mecum crede solo. Id. Georg. 3, 201 Ille volat, simul arua fuga, simul aequora verrens. Pro Exilio more Graecorum Cic. de Orat. 3, 9 Tenemus enim memoria Q. Catulum virum omni laude praestantem, quum sibi non incolumem fortunam, sed exilium et fugam deprecaretur, esse coactum, vt vita se ipse priuaret. Sic de Diuin. 1, 59 c. 28 Calamitosa fuga patriae, nobis etiam gloriosa. Huc pertinet Martian. l. exil. D. de interd. et releg. Exilium triplex est: aut certorum locorum interdictio: aut lata fuga, vt omnium locorum, praeter certum locum: aut insulae vinculum, id est relegatio in insulam. Sed Liu. 3, 67 pr. Hanc ignominiam, si non alia honoris fuga fuisset, vel exilio, vel morte vitassem. *i. Effugiendi honoris ratio.* Liu. 38, 40 extr. Iam nox appetebat, quum praelio excedunt Thraces: non fuga vulnerum aut mortis, sed quia satis onerati praeda erant. Laboris fuga desidiem coarguit Cic. pro Murraen. 9 c. 4. Laborum ac dolorum fuga Id. de Fin. 2, 33. Lucis fuga Quinctil. 1, 3. Operarum fuga Cic. Q. Frat. 2, 3. ¶ 2 Adiectiua: Celeri fuga sub sidera lapsae Virg. Aen. 3, 243. Ignominiosa, *vid. IGNOMINIA.* Immitis Sen. in Med. 6. Paterc. 2, 61 extr. Antonius turpi ac nuda fuga coactus deserere Italiam. Nulla fuga malefactis meis Plaut. Capt. 3, 3, 7. *i. Non possum vitare poenam.* Occulta Sil. 7, 331. Praeceptus Liu. 30, 5 extr. Trepididae duxque comesque fugae Ouid. Trist. 1, 9, 10. Turpis Tacit. Hist. 3, 9. Turpissima ab vrbe Cic. Att. 7, 20. Volucris Sil. 17, 589. ¶ 3 Verba: Ardet Abire fuga Virg. Aen. 4, 281. Vid. ABEO. Abcondere furto fugam, *vid. ABSCONDO.* Accelerare

lerare fugam Stat. Theb. 5, 278. Agere in fugam, *vid.* A.G.O.
 Agitare fugam Virg. Aen. 2, 640. Amittere fugam, *vid.* AMITTO.
 Aperuit lux fugam hostium Liu. 27, 2 *extr.* Aperire fugam inclu-
 sis Claud. de B. Get. 97. Apparare fugam, Auertere in fugam,
vid. *hb. vv.* Auferre fugam Flor. 3, 10, 3. Capere fugam Caes. 5
 B. G. 7, 26. *Vid.* Capere fugam in C.A.P.I.O. Ouid. Fast. 3, 867.
 Capessere fugam, *vid.* CAPESSO. Celerare fugam Virg. Aen. 1,
 361. Claudere alicui fugam, *vid.* CLAVDO. Claudit fugam
 custodia Ouid. Met. 6, 572. Cohibere fugam, Commendare se fu-
 gae, *vid.* *hb. vv.* Commisit se fugae fortunaque Paterc. 2, 72. 10
 Compestere fugam alicuius Claud. de B. Get. 315. Conferre se in
 fugam Cic. pro Caecin. 22 c. 8. Coniicere se in fugam Id. pro
 Caes. B. G. 7, 70. *Vid.* CONIICIO. Coniicere hostes in fugam
 Caes. B. G. 7, 70. Consciscere fugam Tacit. Hist. 3, 9. Liu. 5,
 53 Exiliumque, ac fugam nobis ex eo loco conscisceremus. Id. 10, 15
 43 Incerti quam in partem intenderent iter, in fugam consternantur.
 Conuertere se in fugam, *vid.* CONVERTO. Conuertere fugam
 clamore, *vid.* CONVERTO. Conuertunt clamore fugam Virg.
 Aen. 12, 252. Dare se incertae et periculosa fugae Cic. Att. 7, 22.
 Dare sese in fugam Id. Verr. 4, 95 c. 43. Dare fugam Virg. Aen. 20
 7, 24. Desperata fuga latronis Cic. Philipp. 5, 30. Dictare fu-
 gam Quinctil. 1, 3. Tacit. in Vita Agric. 37 Quantoque ferocius
 accurrerant, tanto acrius pulsos in fugam disiecisset. Donare fugam
 Sil. 15, 724. Extinguere fuga ac ferro Sallust. Iugurth. 46. Fa-
 cere fugam Cic. pro Domo 67. *Vid.* FACIO. Inclinare in fu- 25
 gam, *vid.* INCLINO. Iniicere fugam inimicis, *vid.* INIICIO.
 Intendere fugam, *vid.* INTENDO. Intendere fugam ad moenia
 Lucan. 4, 262. Intercludere fugam, *vid.* INTERCLVDO.
 Mandare se fugae, *vid.* MANDO. Maturate fugam Virg. Aen. 1,
 140. Sallust. Iugurth. 1, 21. Meditari fugam, *vid.* MEDITOR. 30
 Moliri fugam Virg. Aen. 2, 108. *Vid.* MOLIOR. Nudant terga
 fugae Id. *ibid.* 5, 586. Nutare in fugam Flor. 3, 10, 4. Occul-
 tare fugam, *vid.* OCCVLTIO. Ornare fugam, *vid.* ORNO.
 Parare fugam, *vid.* PARO. Caes. B. G. 7, 61. Penetrare se in fu-
 gam, *vid.* PENETRO. Perdere fugam implicitam visco, *vid.* 35
 IMPLICIO. Petere fugam, *Fugere* Claud. in Ruffin. 2, 132.
 Praebere terga fugae Ouid. Met. 10, 706. Quaerere fugam Cic.
 Philipp. 5, 30. Repressa est fuga quae parabatur Id. Att. 7, 25.
 Simulata Quinctil. 2, 13. Sistere fugam alicuius Stat. Theb. 9, 874.
 Flor. 1, 1, 13. Sum: *vt.* In fuga esse Cic. Att. 7, 22. Texunt 40
 que fugas et praelia ludo Virg. Aen. 5, 593. Liu. 30, 33 *extr.* Postea
 quam videre ex alto classem, in fugam verterunt.

FVGĒLĀ, ae. f. *Idem.* Apul. Apol. p. 336, 8 Ab iis nunc magna
 fugela in ganeum fugit. *Sic in Catonis fragmentis, edente Popma,*
 Maxima fugela dicitur, pro Maxima fuga. 45

FVGAX, ācis. Adi. [*Φυγακός*] Qui propter timiditatem facile
 fugit. *Sed* Fugax, Fugiens, Nomen pro Partic. Virg. Aen. 11, 713
 Haud mora, conuersisque fugax aufertur habenis. Seruius. Fuga-
 cia poma, Persica appellat Plin. quod cito deflorescant, et diutius ser-
 uari non possunt, 15, 12. Virg. Aen. 10, 697 — prolem Dolico- 50
 nis Hebrum Sternit humi: cum quo Latagum Palmumque fugacem.
 Velocem. Seruius. Anni fugaces Hor. Carm. 2, 14, 1. Plin. 10,
 52 Tribuit hoc auium generi natura, vt fecundiores essent fugaces
 earum quam fortes. Aura fugacior Ouid. Met. 13, 808. Bona
 fugacissima Sen. Epist. 74. Capreae Ouid. Met. 1, 442. Cerui 55
 Virg. Georg. 3, 539. Crocodilus contra insequentes fugax Plin. 8,
 25. Dux fugacissimus Liu. 30, 28. Equorum laus est: Conf.
 Burm. ad Ouid. Her. 4, 46. et Met. 10, 664. *it.* Val. Flacc. 3, 584.
 Hostis fugacissimus Liu. 5, 28. Miles Paterc. 2, 85. Mors et
 fugacem persequitur Virum Horat. Od. 3, 2, 14. Res fugax ac lu- 60
 brica tempus Sen. Epist. 1. Gloriam fugacissimus Id. de Benef. 4,
 32. Sequi fugacem Hor. Serm. 2, 7, 115. Breuia, fugacia, et
 caduca existima, *i.* Caduca et temporaria Cic. Fam. 10, 12.

FVGACĪTER. Adu. *More fugientium.* Apud I.C. in Cod. . .
 Compar. Liu. 28, 8 Vtrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus 65
 geratur bellum.

FVGACĪTAS, ātis. f. Gloss. Cyrill. Fugacitas, ἡ Φυγή.
 FVGITĪVVS, a, um. Adi. [*Φυγίτιος*] Qui aufugit: *vt.* Fu-
 gitivus seruus, Qui a domino eamense recedit, ne ad eum redeat, etiamsi
 mutato consilio ad eum reuertatur. Plaut. Men. 1, 1, 4 Et qui fugiti- 70
 vis seruis indunt compedes. Id. . . Quamobrem? C. quamobrem,
 me rogas? homini fugitio dabo. Amor fugitivus ex Ouid. de
 Rem. Am. 2 et 358 laudatur. *Sed nihil eius ibi est.* Alias notum
 Moschi Graeci Poetae Idyllion "Ἐρως φυγακίτης, *i.* amor fugitivus. Apes
 sunt fugituae Varr. R. R. 3, 16, 21. Ter. Heaut. 4, 2, 11 Retra- 75
 ham hercle opinor ad me illud idem fugitium argentum tamen.
 Erro fugitivus Hor. Serm. 2, 7, 13. Gaudia fugitua, Quae cito
 euanescent et abeunt, ac parum durant Martial. 7, 46. Idem 1, 16
 Gaudia non remeant, sed fugitua volant. Plin. 36, 15 Eodem in
 oppido est lapis fugitivus appellatus: Argonautae eo pro anchora vsi, 80
 ibi reliquerant. Quies Martial. 7, 63. Seruus fugitivus Vatin.
 Cic. Fam. 5, 9. A iure et legibus fugitivus Id. Verr. 4, 112.
 Finium suorum Flor. 3, 1, 12. Fugitivus rei familiaris Plin. Epist.
 9, 28, 4. Idem 18, 16 Intantum columbis grata, vt pastas ea negent
 illius loci fugitivas fieri. Princeps fugitivorum Cic. Verr. 3, 66. 85
 Saturn. in l. aut facta D. de poen. Tempus discernit emansorem a
 fugitio, et effractorem vel furem diurnum a nocturno.

FVGITĪVĀRĪVS, i. m. [*Φυγακίτης, Φυγακίτης*] Fugitivarii
 fugitivorum seruorum Reprehensores erant: qui eam operam profiteban-
 tur, vt fugitios inuestigatos reducerent. Vlpian. in l. si apud te D. 90
 de praescript. verbis, Non enim ambo pecuniam ego et fugitivarius
 deposuimus, vt quasi apud sequestrem esset depositum. Varro hoc
 verbo metaphorice quodammodo vsus est de R. R. 3, 14, 1 de cochleis,
 Aqua finiendae (*i.* fossa aquae circumdandae) ne fugitivarius sit paran-
 dus. *Vid.* Cuiac. Obs. 5, 9 et 21, 11. Barth. Adu. 5, 8 p. 229. et 95
 Freinsb. ad illud Flori 3, 19, 7 de seruis Euno duce tumultuantibus, Ita-
 que qui per fugitivarios retrahi debuissent, praetorios duces, profu-
 gos praelio ipsi sequebantur.

FVGŌ, āre. [*Φυγάειον*] Expellere, et in fugam conuertere.
 Plaut. Amph. prol. 136 Ibi nunc meus pater memorat, legiones hosti- 100
 um vt fugauerit. Id. Poen. 1, 2, 110 Ita sunt turpes, credo ecastor
 Venerem ipsam e fano fugent. Caedere et fugare aliquem Cic. ad
 Brut. 6. Id. pro Caecin. 33 Homines inermes qui ad constitutum
 experiundi iuris gratia venissent, armis, viris, terrore, periculoque
 mortis repulerit, fugarit, auerterit. Fugat astra Phoebus Hor. 105

Carm. 3, 21, 24. Classem Nep. 13, 2, 1. Lapidibus aliquem fugare et ferro Cic. de Arusp. Resp. 6 c. 4. Somnos classica pulsa fugant Tibul. 1, 1, 4. *Paff.* Plin. 11, 53 Vultures vnguento qui fugantur, alios appetunt odores. Armis pelli et fugari Cic. pro

5 Caecin. 33.

FVGANS, antis. Partic. Propert. 3, 2, 11 Annibalemque lares Romana fede fugantes.

FVGATVS, a, um. Partic. Concio Cic. Philipp. 6, 3. Equitatu Caes. B. G. 7, 68. Hostis Cic. ad Octau. . . Latini ad Vesperium fusi fugatique Id. Off. 3 c. 31. Virtus Lucan. 2, 242. Longe fugati ex conspectu hominum Lucret. 3, 48. *Add.* Propert. 3, 16, 22.

10 FVGATVRVS, a, um. Partic. [*Φυγάδωρον*] Ouid. Epist. 18, 11 Iamque fugatura Tithoni coniuge noctem, etc.

FVGATIO, ōnis. f. *Apud* Mart. Capell. . .

15 FVGATOR, ōris. m. Quam vnum diem nuncupare solitus es fugatorem aerumnarum nostrarum Porc. Latro Decl. in Catil. Tertull. *seu potius* Cyprian. Carm. adu. Marc. 5, 10 Mortis fugator.

FVGATRIX, icis. f. Tertull. adu. Gnost. c. 12 Dilectio fugatrix timoris.

20 F V L

FVLCIO, si, (*Praeter*. Fulxi: *vid.* Priscian. 10 p. 904) tum, ire. [*σφίζω, ἐρείδω*] Firmare, Sustentare, impedire, ne cadere possit. Iuuenal. Sat. 3, 193 Nos urbem colimus tenui tibicine fultam. Martial. 2, 43 Fulcitur testa fagina mensa mihi. *Metaphor.* Cibis fulc

25 cire ac omnia sustentare Lucret. 1, 1137. Benevolentia fulcire imperium Cic. Off. 3, 88 c. 22. Id. Att. 5 *extr.* Hermum vt rogas, creberrimis literis fulcio. Re, fortuna, fide, labentem fulcire et sustinere Id. pro Rabir. Post. 43 c. 16. Potentia amicorum fulciri, nobilitate niti A. Decl. antequam iret in exil. c. 4. Vndique fulc

30 cire aliquid Cic. de Arusp. Resp. 60. Id. Acad. 4, 75 Sed quid eos colligam, quum habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticuna Stoicorum? Id. Philipp. 2, 51 Nam quum L. Lentulo, C. Marcello Consulibus, Calendis Ian. labentem et prope cadentem Rempubli-

35 cam fulcire cuperetis. Id. Post red. in Senat. 17 c. 8. Rempublicam subsidiis magnis fulcire Cic. Fam. 12, 5. Ruinas horum consulum vos consules vestra virtute fulsistis Id. Post Red. in Sen. c. 8 *pr.* Salutem fulcire Lucret. 3, 126. Fulcire cibis Idem 2, 1146.

Columel. 6, 24, 4 Fulta cibis bos.

40 FVLTVS, a, um. Part. Amicitia fultus Plin. Epist. 9, 13. Ope fultus Quinctil. 6, 3. Pede molli fulta Hor. Serm. 1, 2, 88. Potentia amicorum fulti, nobilitate nixi Cic. anteq. iret in exil. 11 c. 4. Apud veteres vnusquisque eo, super quod iacebat, fultus dicebatur

45 Seru. ad Virg. Ecl. 6, 53 Ille latus niueum molli fultus hyacintho. Puluino fultus Lucil. *ap. Seru. l. c.* Talis male fultum prauis Hor. Serm. 1, 3, 48. Caput fultum Virg. Aen. 11, 39. Causa pluribus et grauissimis rebus aliquorum fulta est Cic. pro Corn. Balb. 35. Donus fulta columnis Propert. 3, 2, 11. Imperium gloria fultum

50 Cic. Off. 3, 88. Idem de N. D. 2, 25 c. 9 Fultae calore omnes partes mundi sustentantur. *Subjellium* satis fultum est mihi Plaut. Stich. 1, 2, 37. *de puluino.* Cic. de Senect. 52 Vitis, quae natura caduca est, et nisi fulta sit, ad terram fertur.

FVLCIMEN, inis. n. Quo quid fulcitur. Ouid. Fast. 6, 269 Terra pilae similis nullo fulcimine nixa.

55 FVLCIMENTVM, i. n. [*σφύγμα*] Idem. Macrob. Saturn. 7, 9 Desertum fulcimentis suis labitur in ruinam. Apul. Met. 1 p. 109, 27 Dum pede altero fulcimentum, quo sustinebar repello. Solin. c. 33 *de Alce*, Dum fera affuetis fulcimentis innititur. Cels. 2, 15 *cum de gestationis generibus dixisset*, Si nihil horum est, suspendi lectus debet et moueri. Si ne id quidem est, at certe vni pedilecti fulcimentum subiiciendum est, atque ita lectus huc et illuc manu impellendus. *Al.* fulmentum. *Vid.* Scal. ad Manil. 2, 877: cuius tamen fulmina pro fulmentis vel fulcimentis posita, ridet Bentleius ad

60 *versum ipsius 892, et legit* Imaque submersi contingens culmina (*pro vulg. fulmina*) mundi.

65 FVL MEN, inis. n. Pro Fulmentum. Manil. 2, 877 placere Scalligero, Bentleio rideri, modo dixi voce FVLCIMENTVM.

FVLMENTVM, i. n. Fulcimentum. Nonius 3, 98 Fulmentum neutro vt est in proverbio veteri, quo Varro vtitur saepius, Fulmenta lectum scandunt: significare videtur perversitatem quandam et perturbationem officiorum. Quidquid enim est quod fulcit, debet infra esse. Fulmenta lecti deinde Fulcra dicere maluerunt. Fulmenta sunt etiam

70 Caton. R. R. 14, 1. Vitruu. 5, 1 *extr.* Fulmenta videntur bases quaedam pilarum. Sed Sidon. Carm. ad Epist. 2, 10, 17 Porticus fulmentis Aquitanicis superba, i. columnis. *Vid.* Not. Sauroonis et Sirmondi.

75 FVLMENTA, ae. f. Lucil. 28 *apud* Non. 3, 98 p. 206 Merc. Fulmentas aeneis atque aeneis subducere. Casaubon. ad Theophr. p. 151 ita emendat, Fulmentas clavis aeneis subducere. *Addit alium locum* Lucilii Nonius, qui ita habet in edit. Mercer. Sicit hic ful-

80 dum, fulmentas quatuor addit: pro quo Casaubonus, Sufficit huic, clavis. *Certior locus a Nonio laudatus ex* Plauti Trin. 3, 2, 94 Quid ego nunc agam, Nisi vbi sarcinam constringam, et clypeum ad dorsum accommodem; Fulmentas iubeam suppingi foccis. Varietas quae hic deprehenditur, non obstat, quo minus intelligamus hoc certe,

85 quod tractat illo loco Casaubonus, Fulmentas esse *κατ' ἕνα*, solum caligarium, quod etiam suppacta, vel solum suppactum dicitur. *Vid.* SVPPINGO.

FVLTVRA, ae. f. [*σφύρα*] Idem. Plin. 36, 15 Vt eximantur trabes sine fulturis. Idem Epist. 10, 39 *de theatro Nicensium* Nam

90 fulturae ac substructiones, quibus subinde suscipitur, non tam firmatae mihi, quam sumtuosae videntur. Columel. 1, 5 Sed et pro fultura et substructione fungentur aduersus ea, etc. Ingens accedat stomacho fultura ruenti Hor. Serm. 1, 3, 154. Corpori vacuo, cuius

95 fulturis animus sustinetur Plin. Epist. 1, 9.

FVLCRVM, i. n. [*ἐκρίν, ἐκρίνα*] Vix aliter, quam de lectorum suggesto obseruauimus: quae fulmenta dici monuimus. Virg. Aen. 6, 604 Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. Gell. 20, 15 Neque apud eius lecti fulcrum, capiam esse cum stree aut ferro oportet. Plin. 34, 2 f. 4 Antiquissima aeris gloria Deliaci fuit — et

100 ideo cura officinis, triciniorum pedibus fulcrisque. Fulcro sternatur lectus eburno Propert. 2, 13, 21. Fulcrum lecti Suet. Claud. c. 32. *Hinc Synecdochice, Pro ipso lecto.* Iuuen. Sat. 6, 22 — sacri Genium contemnere fulcri. Et 11, 93 Testudo, Clarum Troiugenis, Romanis factura ac nobile fulcrum: lectum testudineum.

105 Scribitur etiam Fulcrum et Fultrum.

5 C 2

FVLTOR,

- FVLTOR**, ōris. m. *Qui fulcit.* Venant. Fortunat. Carin. 2, 2
Ecclesiae fultor, laus regni, fultor egentum.
- FVLCIBILIS**, e. Adj. *Apud Veget.* . . .
- FVLCIPEDIA**, ac. f. *Est Conuicium in mulierem loripedem apud*
Petron. c. 75 Ita tibi videtur fulcipedia. *Al. Falsipedia.* 5
- FVLGEO**, si, ēre. [*σέλας, σελαγίζω, τηλαυγέω*] *et aliquando*
FVLGO, ēre. *Scribitur etiam FVLCEO.* *Vid. Diomed. p. 369.*
Lucce et splendorem emittere significat, Lucan. 10, 122 Fulget gemma
toris, et iaspide fulua supellex. *Aether purior fulsit* Ouid. de Arte
Am. 3, 55. *Aurora* Virg. Aen. 7, 26. *Claritas fulfura* Augustin. 10
de Fide et Symb. c. 7 *extr.* *Dies fulget* Ouid. Amor. 1, 8, 10.
Eos craftina quum, fulserit Idem Epist. 3, 57. *Liu. 1, 25* Vt primo
statim concursu increpuere arma, micantesque fulsere gladii, horror
ingens spectantes perstringit. *Ignes fulsere et conscius aether con-*
nubii Virg. Aen. 4, 167. *Fulgebat in adolescentulo Indoles virtutis* 15
Nep. 18, 1, 4. *Rosae fulgent inter sua lilia* Ouid. Amor. 2, 5, 37.
Virtus intaminatis fulget honoribus Hor. Carm. 3, 2, 18. *Cic. in*
Catil. 2, 5 c. 3 *Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura, etc.* *Liu.*
34, 3 extr. *Fulgere, pro Ferire prisca dicebant, auctore Festo.*
Vnde Fulgur dictum est. *Pro Fulgurare* Cic. Orat. 29 c. 9 *de Pericle,* 20
Qui si tenui genere vteretur, nunquam ab Aristophane Poeta fulgere,
tonare, permiscere Graeciam, dictus esset. *Idem de N. D. 2, 65*
Hunc etiam augures nostri quum dicunt, Ioue fulgente, tonante: di-
cunt enim caelo fulgente, tonante. *Id. in Vatin. 20. et de Diuin.*
2, 149. *Mela 1, 19 De Lampfaco,* *Responsum erat vbi primum ful-* 25
fisset. *De confusione cum Fugere et Fluere in MSS.* *Vid. FVGIO*
et FLVO. ¶ 2 **Fulgo**, ēre. *Lucret. 5, 1094* *Multa vide-*
mus enim caelestibus incita flammis Fulgere, quum caeli donauit
plaga vapores. *Lucil. Sat. 7 ap. Non. 10, 12* *Primum fulgit vti cal-*
dum, et fornaceum ferrum. *Conf. Priscian. p. 838.* *Sen. Q. Nat. 2, 30*
56. *Tremulo tempestas impete fulgit* *Lucret. 6, 173.* *Add. Ib.*
v. 159. it. 5, 767. *Ipse* Virg. Aen. 6, 827 *Illae autem, paribus quas*
fulgere cernis in armis. *Plura Non. 10, 12.*
- FVLGENS**, entis. Partic. [*σελαγίζων, τηλαυγών*] *Arma fulgen-*
tia Virg. Aen. 2, 749. *Fulgentior astris* *Claudian. Consul. Prob. et* 35
Olybr. v. 240. *Impcrio fulgens* *Hor. Carm. 3, 16, 31.* *Caeli ful-*
gentis imago *Ouid. Met. 2, 17.* *Circus lacteus candore nimio ful-*
gens *Cic. in Arat. 249.* *Fax* *Tibul. 1, 2, 38.* *Gladios hostium*
fulgentes videbant *Decii, quum in aciem eorum irruebant* *Cic. Tusc.*
5, 62 c. 21. *Iupiter* *Idem in Vatin. 20.* *Iuuenis fulgentissimus* 40
Vell. 2, 71, 1. *Nomina Romanas inter fulgentia gentes* *Lucan. ad*
Pison. 4. *Oculi lucidum fulgentes* *Hor. Carm. 2, 12, 15.* *Os*
Ciceronis fulgentissimum *Vell. 2, 64, 3.* *Sidera fulgentissima* *Col-*
lum. 1. 6 proem. *Tecta fulgentia ebore et auro* *Cic. in Parad. 1*
c. 4. *Vestis* *Tibul. 4, 1, 121.* 45
- FVLGENTER**. *Adu. vnde Compar.* *Plin. 10, 20* *Colores ful-*
gentius radiant.
- FVLGESCO**, ēre. *Idem quod Fulgere.* *Firmic. 1, 4* *Solis radia-*
tione fulgescere. *Et in fragimento Halieut. quod dedit Hesselius ad no-*
vam Enni editionem p. 154 — *crebris nubes fulgescere flammis.* 50
- FVLGĒTRVM**, i. n. [*ἀστραπή*] *Dicitur Lux illa, et quasi Vi-*
bratio luminis, quae ante cernitur, quam tonitru audiatur, quum simul
feri certum sit. *Plin. 2, 43* *Hinc nasci procellas.* *Et si in nube lu-*
ctetur flatus, aut vapor, tonitrua edi: si erumpat ardens, fulmina:
si longiore tractu nitatur, fulgetra. *His findi nubem, illis perrumpi.* 55
Ibid. c. 54. *Idem 35, 10* *Pinxit et quae pingi non possunt, tonitrua,*
fulgetra, fulguraque, etc.
- FVLGĒTRA**, ae. f. [*ἀστραπή*] *fem. gen. etiam dicitur.* *Plin.*
28, 2 *Fulgetras popyfinis adorare, consensus gentium est.*
- FVLGĪDVS**, a, um. Adj. *Lucret. 3, 364* *Fulgida praefertim* 60
cum cernere saepe nequimus. *Solin. c. 37* *Ad speciem fulgidi sidi-*
ris. *Prudent. Cath. 5, 129* *Fax fulgida.* *Fortunat. Carm. 8, 5*
extr. *Fulgidior radio, dulcior ore fauo.*
- FVLCĪDVS**, a, um. Adj. *Idem.* *Mart. Capell. 6 p. 189* *Ago*
tibi habeoque, diua, — grates, quae optatis fulcida dignaris ar- 65
nuere. *Sed hoc ex vulgari literarum G et C confusione ortum, iam*
agnouit Grotius.
- FVLGILATVS**, a, um. Adj. *i. Sideratus, apud Vitruuium*
esse dicitur. *Falso arbitror.* *Originem mendae non diuino.*
- FVLGITRV**, pro FVLGĒTRVM. *Fulgitrua* *Hygin. Fab. 70*
183. *Conf. Scheffer. de re Vehic. 1 vlt.*
- FVLGOR**, ōris. m. [*σέλας*] *Splendor dicitur.* *Plin. 7, 15* *Spe-*
culorum fulgor aspectu ipso hebetatur. *Virg. Aen. 5, 88 de serpente,*
Maculosus, et auro Squamam incendebat fulgor. *Armorum ful-*
gor *Hor. Carm. 2, 1, 19.* *Iouis fulgor* *Cic. in Somn. Scip. 9.* 75
Id. de Diuin. 2, 82 *Prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit: Ex*
quodam Poeta. *Eximio fulgore corona* *Id. de N. D. 2, 107.* *Ex*
quodam Poeta. *Mortalis fulgor siderum, vid. MORIOR.* *Nu-*
bilans fulgor carbunculi, vid. post NVBES. *Plin. 9, 31* *Quia*
nocte sidus tepido fulgore mitificat. *Tremulo fulgore micantes* 80
oculi *Ouid. de Arte Am. 2, 721.* *Cic. de Diuin. 2, 44 c. 19* *Quum*
autem (anhelitus terrae) se in nubem induerint, eiusque tenuissimam
quamque partem coeperint diuidere ac disrumpere, idque crebrius
facere et vehementius, tum et fulgores et tonitrua existere: si autem
nubium conspectu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. *Idem* 85
Verr. 4, 71 *Cuius fulgore collucere atque illustrari Iouis Opt. Max.*
templum oportebat. *Non fumum ex fulgore, sed ex fumo Dare*
lucem *Horat. Art. P. v. 143.* *Elucent aliae et fulgore coruscant*
Virg. Georg. 4, 98. *Stupet insanis aqies fulgoribus* *Hor. Serm. 2, 2,*
5. *Subnixus fulgore gloriae* *Val. Max. 8, 1. De L. Cotta.* *Add. 90*
Lucret. 5, 611. *Pro Splendore et gloria: Plin. 7, 26* *Aequato non*
modo Alexandri Magni rerum fulgore, sed etiam Herculis prope, ac
Liberi patris.
- FVLGORA**, ae. f. *Dea, quae colebatur, ne fulmina fierent.* *Augu-*
stin. de Civ. Dei 6, 10 ex Seneca de Superstitionibus, Quaedam sunt 95
viduae, vt Fulgora. *Vid. Morestell. de Fer. Rom. Dial. 21.*
- FVLGVR**, ōris. n. [*σεροπή, φλογμός, ἀσεροπή*] *Fulgor ille fu-*
bitus ex obscuris plerumque nubibus emicans, cum tonitru fere coniunctus,
licet illud vel serius ad aures perueniat, quam fulgur ad oculos, vel plane
ferire aures non possit. *Differre inter se Fulgur et Fulmen videtur col-* 100
ligi posse ex Plin. 25, 15 *Fulmina et fulgura quoque sulphuris odorem*
habent, ac lux ipsa eorum sulphurea est. *Sed non obseruatam eam,*
quaecumque demum sit, differentiam, a bonis scriptoribus, vsus, quem
statim proferemus, declarat. *Etymon a fulgendo, et formam nominis*
utriusque nihil ostendere eius discriminis, apertum est. *Ipse Seneca, qui 105*

fulgurationem *solicite a fulmine distinguit* (vid. FVLGV RATIO) non audet fulgur distinguere, et fulgurita vocat, quae fulmine tacta sunt. Suet. August. c. 29 Quum lecticam eius fulgur perstrinxisset.

Vis fulgurum Cic. de Diuin. 1, 16 c. 10. Caeli fulgura Idem de Legib. 2, 21. Flammae nictantia fulgura, i. Sese aperientia et subinde claudentia, more oculi nictantis Lucret. 6, 181. Rapidum Ouid. Fast. 1, 574. Triste fulgur galeae, b. e. Splendor Claud. Conf. Hon.

3, 32. Clausit oculos ingesto fulgure Lucan. 7, 157. Ab omni parte caeli Emicare fulgura coeperunt Curt. 8, 4, 3. Interpretari

10 fulgura Cic. de Diuin. 1, 12. Virg. Georg. 1, 488 Non alias caelo ceciderunt plura sereno Fulgura. Conf. Suet. Domit. c. 15. et Aug. c. 29. et ibi Casaub. Transcurfu fulguris conternari Suet. Aug. c. 90, 1. De Fulgure Caelesti, Condito, Dio, Perentiali, Pestifero, Postulari, Prouorso, Renouatiuo atque Summano, Festi verba damus bis sub nomi-

15 nibus, Locum autem Senecae insignem in FVL MEN n. 2. ¶ 2 Sed Peruolgant solis fulgura caelum, i. Solis lumen Lucret. 2, 163.

FVLGV RĀLIS, e. Adi. [αερατικός] Cic. de Diuin. 1, 72 c. 33 Quod Hetruscorum declarant, et Aruspici, et fulgurales et rituales libri, nostri etiam Augurales. b. e. Libri, qui de fulgurum inspectioni-

20 bus tractant. FVLGV RĪTAS, ātis. f. [αελας] Splendor. Lucil. apud Non. 2, 324 Luporum aciem claram et fulguritatem arborum.

FVLGV RO, āre. [αεραπρω] Fulgur emittere. Plin. 18, 35 Quum ex omnibus quatuor partibus caeli fulgurabit. Oculis fulgur-

25 rat ignis Sil. 12, 724. Auro fulgurat domus Stat. Theb. 4, 191. Quinctil. 2, 6 Vt non loqui, et orare, sed (quod Pericli contigit) fulgurare, ac tonare videaris. Ioue tonante et fulgurante comitia populi habere nefas Cic. de Diuin. 2, 43 c. 18. Lumen fulgurans

Mart. Capella 1 p. 18. Fulgurat, imperf. Plin. 9, 35 Si fulguret, 30 comprimi conchas.

FVLGV RĀTIO, ōnis. f. [αερανη] Caelestis ille et subitus fulgor, in quantum oculos modo ferit. Sen. Nat. Qu. 2, 12 Tria sunt quae

accidunt, fulgurationes, fulmina et tonitrua, quae vna facta, ferius audiuntur. Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit. Illa,

35 vt ita dicam comminatio est, et conatio sine ictu: ista iaculatio cum ictu — c. 21 Quid confessi est? Fulmen ignem esse, aeque fulgurationem, quae nihil aliud est quam flamma, futura fulmen, si plus virium habuisset. — Fulguratio est fulmen non in terras vsque per-

40 latum. Et rursus licet dicas, fulmen esse fulgurationem vsque in terras perductam. — Fulmen est quiddam plus quam fulguratio. Vertamus istud, fulguratio est paene fulmen.

FVLGV RĀTOR, ōris. m. [αεραρτης] Fulgurum inspector, vt docet Nonius 1, 319 Cato de moribus Claudii Neronis, Aruspicem fulguratorem si quis adducat. Cic. de Diuin. 2, 109 c. 53 Nonne intel-

45 ligis eadem vti posse et Aruspices, et fulguratores, et interpretes ostentorum, etc. Conf. Plin. 2, 8 et 54. Turneb. 29, 35.

FVLGERATOR, ōris. m. E pro v in Vet. Inscript. Iouis cognomen: Gruter. p. 21, 3 ARAM IOVI FVLGERATORI DEDICAVERT. et n. 4. DEO FVLGERATORI ARAM —

50 POS. Hic Iupiter Fulgerator, Zeus καταβάρτης peculiari dissert. illustratus a Burmanno.

FVLGV RATVS, a, um. Adi. Locus fulguratus Varro L. L. 4, 32.

FVLGV REVS, a, um. Adi. Mart. Capella l. 5 Nubes. 53 FVLGV RIO, ire. [αεραπρω] Fulgur iacere. Naeuius, Sane a suo sonitu claro fulguriuit Iupiter Non. 2, 324.

FVLGV RĪTVS, a, um. Adi. Plaut. Trin. 2, 4, 138 Nam fulguritae sunt hic alternae arbores. Sen. de Ira 3, 23 de Timagene, Inimicitias gessit cum Caesare. Nemo amicitiam eius extimuit, nemo

60 quasi fulguritum refugit. Vid. BIDENTAL. Sen. Qu. Nat. 2, 21 Omnibus fulguritatis odor sulphureus est. Non. 5, 33 Fulguritum, fulgure tactum vel exustum.

FVLGV RITASSO, ēre. Fulgure percuti. Quidam exsculpebant ex Plaut. Trin. 2, 4, 138 ubi Gronou. fulguritae sunt.

65 FVL MEN, inis. n. [αεραμνος, αηητος] Ignis excitatus e nubibus. Plin. 2, 49 Quod si simul rupit nubem, exarsitque, et ignem habuit, non postea concepit, fulmen est. Fulgur et fulmen non habere certam aliquam differentiam, modo obseruatum, et statim apparebit comparanti inter se Plinii 2 capita 49 ad 55. vnde etiam magnam vim formularum studiosi petent, quas huc transferre, quia vno loco velut condensatae sunt, parcebamus. Plurima etiam et ad naturae cognitionem et ad

70 verborum disciplinam sumi possunt ex Senecae Nat. Q. 2, 12 sqq. Multa ex Scruio in Virgilium passim. Fulmen est, si nubium conflictu ardor expressus se emiserit Cic. de Diuin. 2, 44. Deslagrare ictu

75 fulminis Id. Off. 3, 94. Extimescere iactus fulminum et tonitrua Id. de Diuin. 2, 42 c. 18. Percussa fulminis ictu Ouid. ad Liu. 11. Saeuior ira fulmine Idem Met. 13, 858. Ira fulminis Id. Met. 15, 811. Vis corusca fulminis Cic. Tusc. 2, 21. Bruta, vid. BRVTVS.

80 Caduco fulmine sustulit inmanem turmam Hor. Carm. 3, 4, 44. Caelestis fulminis ignis Lucret. 2, 384. Crispifulgans, vid. CRISPVS. Horrificum Valer. Argon. 2, 97. Ouid. Met. 3, 301 Addidit et tonitrus et inuitabile fulmen. Inimica Hor. Carm. 1, 12, 60. Iracunda Id. ibid. 1, 3, 40. Obliqui via fulminis Sen. Thyeste 4. Fulmina quippe in obliquum feruntur. Pene-

85 trabile Ouid. Met. 13, 857. Praefaga Valer. Argon. 3, 354. Quadrifulcum Lutat. ad Stat. Theb. 3, 321. Rutili fulminis aestus Valer. Argon. 7, 647. Sinistrum fulmen, optimum auspiciu est Cic. de Diuin. 2, 74. Terribili fulmine percussus aliquis Id. de Diuin. 1, 18. Trifulca Sen. Herc. Oet. 17. Conf. Barth. ad Stat. Silu. p. 39. Vaga

90 fulmina, b. e. Non in rectum, sed in obliquum euntia Ouid. Met. 1, 569. Afflare fulmine Suet. Tiber. c. 69, 2. Attactus fulmine, vid. IUB ATTINGO. Concidit ictu fulminis Lucret. 3, 487. Disiecit fulmine montes Virg. Georg. 1, 283. Emittere Cic. Diu. 2 c. 19. Expressum ventis per nubila fulmen Lucan. 1, 151. Fabricati sunt

95 Ioui fulmen Cyclopes Cic. de Diuin. 2, 44. Feriunt fulmina montes Hor. Carm. 2, 10, 11. Fregerunt fulmina nubes Lucan. 7, 154. Ouid. Met. 2, 308 Vnde mouet tonitrus, vibrataque fulmina iaciat. Liu. 1, 3 Auentino fulmine ipse ictus, regnum per manus tradidit. Conf. Cic. Diuinat. 1 c. 21. Si, quoties homines peccant, sua ful-

100 mina Mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit Ouid. Tr. 2, 33. Molitur fulmina Iuppiter Virg. Georg. 1, 329. Percuti fulmine, vid. PERCVTIO. Percutit fulmine Iuppiter Cic. de N. D. 3, 84 c. 35. Quassare fulmen Phaedr. 4; 17. Spargere fulmina in terras Ouid. Met. 1, 253. Tenens fulmen Suet. Iul. c. 52, 2. Terret

105 fulmine Iuppiter Virg. Aen. 1, 234. Torquet fulmina Iuppiter Id. Aen.

Aen. 4, 208. Vibrata fulmina iactat Iuppiter Ouid. Met. 2, 308. Volant fulmina Lucret. 2, 213. **2** *Disciplinae auguralis magna pars doctrina fulminum, de qua multa Seneca Nat. Qu. 2. Speciminis causa referemus ex c. 49 nomina, quae a Caecina (Ciceronis illo amico) ponuntur: Postulatoria, quibus sacrificia intermissa, aut non rite facta, repetantur. Monitoria, quibus docetur, quid cauendum sit. Pestifera, quae mortem exiliumque portendunt. Fallacia, quae per speciem alicuius boni nocent. Dant Consulatum perniciosum futurum gerentibus, et hereditatem, cuius compendium magno sit luendum incommodo. Deprecanea, quae speciem periculi sine periculo afferunt. Peremptalia, quibus tolluntur priorum fulminum minae. Attestata, quae prioribus consentiunt. Atterranea, quae in incluso fiunt. Obruta, quibus prius percussa, neque procurata feruntur. Regalia, quorum vi tangitur vel comitium, vel principalia vrbis liberae loca, quorum significatio regnum ciuitati minatur. Inferna, quum e terra exsiliunt ignes. Hospitalia, quae sacrificiis ad nos Iouem arcessunt, et, vt verbo eorum molliori vtar, inuitant. Sed si irascente domino inuitent, tunc venire cum magno inuitantium periculo affirmat. Auxiliaria, quae aduocata dicuntur, sed inuocantium bono veniunt. Ibid. c. 47 sunt, qui fulmina ita distinguunt, ut aut Perpetua sint, aut Finita, aut Prorogatiua. Perpetua, quorum significatio in totam pertinet vitam. Finita, quae vtique ad diem respondent. Prorogatiua, quorum minae differri possunt, auerti, tollique non possunt. Haec et plura apud Senecam. Cic. de Diuin. 2 c. 18 Comitiorum solum vitium est fulmen; quod idem omnibus rebus optimum auspiciu habemus, si sinistrum fuit. **3** *Tralate. Virg. Aen. 6, 842 Geminos, duo fulmina belli, Scipiadas, etc. Quidquid vehementem impetum habet, ab oratoribus et Poëtis Fulmini comparari solet. Periculis orationem Fulminibus comparabat Aristophanes Poëta. Vid. FVLGEO. FVLGRO. Vt enim fulmen omnia facillime penetrat, ita sublimis oratio facile mentem subit et permouet. Cic. Fam. 9, 21 Insanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, vt scribis, fulmina. Columel. in praefat. 1 Nec Brutum aut Caelium, Pollionemue cum Messala et Catullo, deterruere fulmina illa Ciceronis ab eloquentiae studio. Pro Clade et infortunio: Cic. Tusc. 2, 66 c. vlt. Nam si omnia fugiendae turpitudinis, adipiscendaeque honestatis causa faciemus, non modo stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunae contemnamus licebit. Liu. 45, 41 Quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint. Flor. 2, 6 Vbi semel se in Hispania mouit illa grauis et luctuosa Punici belli vis atque tempestas, destinatumque Romanis fulmen Saguntino igne conflauit. Et paullo post, Trasimenus lacus, tertium fulmen Annibalis. Pro Damnatione ac poena: Iuuenal. Sat. 10, 92 — quo fulmine iusto Et Capito et Numitor ruerint damnante Senatu. Vid. AMBVSTVS n. 2. De permutatione vocum Fulmen et Flumen in MSS. vid. FLVMEN.**

FVLMINO, ãre. [*κεραυνών, σκήπτω, κεραυνοβολέω*] Fulmen emittere: vel Fulmine percutere, aut afflare. Plin. 2, 7 Fulminantem peierant Iouem. Fulminat per totum orbem Fortuna Ouid. ad Liu. 374. Boreae de parte trucidis quum fulminat Virg. Georg. 1, 370. impersonaliter, vt Pluit, Ningit, etc. Oculis fulminare Propert. 4, 9, 32. Fregimus quidquid fuit fulminandum Sen. Herc. Oct. 6. **FVLMINANS**, antis. Part. Procella fulminans Iustin. 29, 3, 1. Fulminantis magna manus Iouis Hor. Carm. 3, 3, 6. Fulminans Mars, per translationem. Plin. 30, 1 Troianis itaque temporibus et Chironis medicinis contenta et solo Marte fulminante, miror equidem Achillis populis famam eius in tantum adhaesisse, etc. Virg. Georg. 4, 560 — Caesar dum magnus ad altum Fulminat Euphraten bello. Idem Aen. 12, 654 Fulminat Aeneas armis.

FVLMINANDVS, a, um. Passiue. Dignus qui fulmine percussatur. Sen. Herc. Oct. 6 Fregimus quidquid fuit tibi fulminandum.

FVLMINATVS, a, um. Partic. [*κεραυνίως*] Fulmine ictus. Hieronym. Epist. 17 Rupes Tarpeia de caelo saepius fulminata. Plin. 2, 54 Vulnere fulminatorum frigidiora reliquo corpore sunt. *Consternatus, territus*: Petron. c. 80 Fulminatus hac pronuntiatione.

FVLMINATIO, ònis. f. Sen. Nat. Quaest. 2, 12 Conuenit et fulgurationes et fulminationes aut igneas esse, aut ignea specie. Et p. a. Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit.

FVLMINATOR, òris. m. Arnob. 6 p. 207 Cum Capitolium toties edax ignis absumeret, Iouemque ipsum Capitolinum cum vxore corripuisset ac filia, vbinam Fulminator illo tempore fuit, vt sceleratum illud arceret incendium. Conf. Apul. de Mundo p. 262.

FVLMINATRIX, icis. f. Vt, Legio fulminatrix. Gruter. Inscript. p. 547, 6. et p. 567, 10 LEG. XII. FVLMINAT. Vid. Programm. Cellar. 44.

FVLMINEVS, a, um. Adi. [*κεραυνικός*] Instar fulminis ruens ac terribilis. Dentes fulminei apri Phaedr. 1, 21. Dextra Sil. 3, 319. Ductor Idem 17, 549. Hor. Carm. 3, 10, 11 Aurum per medios ire satellites, Et perumpere amat faxa potentius Ictu fulmineo. Ignis Ouid. ex Pont. 2, 2, 118. Mnethus Virg. Aen. 9 ad fin. 1. In morem fulminis impetum faciens in hostes. Ouid. Fast. 2, 232 Fulmineo celeres dissipat ore canes. Sues Stat. Theb. 6, 865.

FVLMINOSVS, a, um. Adi. Sarisb. 11, 13 Fulminosus aër.

FVLGINIA, ae. f. [*Φεγγαία*] Vrbs est Umbriae. Sil. 4, 547.

FVLGINATES, um. m. Populi, vt scribit Plin. 14, 3 Foro Flaminienfes.

FVLICA, ae. f. [*Φήνη, κέκφος*] Auis, quae et FVLIX dicitur, marina vel stagnensis, paullo supra magnitudinem columbae. Dicta a furuo, id est nigro. Virg. Georg. 2, 363 In sicco ludunt fulicae. Plin. 18, 35 Et fulicae matutino clangore tempestatem nuntiant. Cic. de Diuin. 1, 14 c. 8 Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti, Nuntiat horribiles clamans instare procellas. Ex Poëta. Palustres Ouid. Met. 8, 627. Conf. Auson. Epist. 13.

FVLIGO, inis. f. [*ασβόλη, αδαλή, καπνία*] Nigrum illud niuis fere instar cohaerens, quod ex fumo caminis aut furnis adhaeret. Plin. 35, 6 Adulteratur fornacium balnearumque fuligine. Plaut. Poen. 5, 4, 23 An vero pulchra videre obsecro, si tibi illic non os oblitum est fuligine? Columel. 1, 6 Quoniam fumo et fuligine sapor olei corrumpitur. Ardentis massae fuligo Iuuen. Sat. 10, 130. Assi-

dua postes fuligine nigri Virg. Ecl. 7, 49. Madida Iuuen. Sat. 2, 92. Cic. Philipp. 2, 91 c. 36 Idem tamen quasi fuligine absterfa, reliquis diebus, in Capitolio praeclara Senatusconsulta fecisti. Lucubrationum fuligo bibenda. Quinctil. 11, 3. Verborum et argutiarum fuliginem ob oculos audientium iacere Gell. 1, 2.

FVLIGĪNEVS, a, um. Adi. Petron. c. 108 Omnia lineamenta fuliginea nube confundere.

FVLIGINŌSVS, a, um. Adi. *Fuligine obfitus*. Prudent. Rom. 261 Fuliginosi ture placantur Lares.

FVLIGINŌSE. Adu. Apud Apul. . .

FVLIGĪNO, āre. *Denigrare*. Cathol.

FVLIGINATVS, a, um. Apud Hieronym. . .

FVLIX, vid. **FVLICA**.

FVLLO, ōnis. m. [*γυαφὲνς, κρυφὲνς*] *A Fouendis aqua calida vestibus; Qui (ut ait Vlpianus) curanda, poliendaeue vestimenta accipit.* Plaut. Aul. 3, 5, 34 Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Plin. 28, 6 Vrina virilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant. Add. Martial. 12, 59. Plin. 34, 3. *Prouerbii speciem habet illud Tertull. de Pall. 4 Cleomachus pugil post*

Olympiae cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, intra cutem caesus et ultra, inter fullones iam Nouianos coronandus, etc. Nempe, quod apparet ex Nonio diuersis locis, Nouius Poëta fabulam scripsit Fullones: quod argumentum placuit etiam Pomponio, itemque Titinnio, ut ex Merceriano in Nonium indice apparet. Nouiani fullones

mollis lasciuae homines. *Obscenum nempe est fullo, subagitatorem et draucum notat.* Certe Turn. 16, 6 sic interpretatur illud Naeuii apud Priscian. 10 p. 879 Quando ego plus sapiui (pro sapui) qui fullonem compressi quinquatribus. *Comprimere verbum notum in hac re.* De Fullonio fructu statim. ¶ 2 Fullo Scarabaei species, vid.

h. v. ex Plin. 30, 11 f. 30. ¶ 3 Fullo fuit Apustiorum cognomen.

Liu. 31, 4 Plebeii Iudi ter toti instaurati ab aedilibus plebis L. Apustio Fullone et Q. Minucio Rufo. Conf. Macrob. Saturn. 2, 2. et Sigon. de Nom. Rom. c. 5.

FVLLONIVS, a, um. Adi. [*γυαφερνός*] *Vt, Fullonia ars* Plin. 7, 56. Plaut. Pseud. 3, 1, 16 Cras mihi potandus fructus est fullonius obscenum. *Vid. modo dicta in FVLLO. Loquitur puer meritorius.*

Plin. 16, 44 Quod vero in spina fullonia, hyphaeston vocant, etc. Saltus ille saliaris, aut, vt contumeliosius dicam, fullonius. Sen. Epist. 15 m. *Nempe fullones saliendo, subsiliendo, affiliendo opus suum peragunt.* Non. 4, 34 Argutari subsilire. Titinnius Fullonia, Terra haec est, non aqua, vbi tu solitus argutari pedibus, creatam dum compefcis, vestimentaue lauas. Fullonia Vrina, qua utuntur fullones Plin. 28, 11 f. 48. *Quae sint fulloniae aeneae* Plin. 27, 10 forte nemo dixerit. *Salmas. ad Solin. p. 278 emendari vult*

ineas. v. v. sub INA. ¶ 2 Fullonium substant. ergastulum fullonis. Ammian. 14 extr. *Fortuna Adramyctenum Andrisicum, in fullonio natum ad Pseudophilippi nomen euexit.*

FVLLONĪCVS, a, um. Adi. [*γυαφινός*] *Idem.* Plaut. Afin. 5, 2; 58 Si non didicisti fullonicam: *subaudi Artem.* Cato c. 14.

Fullonica pila, apud eundem Catonem c. 10, 5. et 14, 2 est, quatunduntur vestes et panni, vt poliantur, quod hodieque operarotarum aquariorum sublatis filis fieri videmus. Turneb. Aduers. 7, 22. Conf. Vitruu. prooem. 6. *Hinc* ¶ 2 Fullonica. [*γυαφείον*] *Taberna fullonum.* Vlpian. in l. Apud Trebat. D. de Aqua pluuiia arcenda,

Apud Trebatium relatum est: eum, in cuius fundo aqua oritur, fullonicas circa fontem instituisse, et ex his aquam in fundum vicini immittere coepisse, etc. Conf. Cato R. R. c. 14. et Cuiac. Obseru. 23, 2. ¶ 3 Fullonicum vel Fullonica, orum. n. [*γυαφείον*] *reperitur apud Vlpian. in l. Si cuius §. Item si domus D. de Vsfuuctu, et quemadmodum quis vtatur et fruatur, Quod autem dicitur meritoria non facturum, accipe quae vulgo diuersoria vel fullonica appellantur.* Frontin. de Aquaeduct. 2. . . Haec (aqua) non alium vsum, quam in balnearum aut fullonicorum dabatur.

FVLMEVS, FVLMINARE, etc. vid. FVLGEO.

FVLTVRA, vid. **FVLCIO**.

FVLVIA Gens, unde v. g. Fuluius Flaccus Censor, tectum mar-moremum Iunonis Lacinae spoliavit, vtaedem, quam dedicauerat eque-stri fortunae, tegeter Liu. 42, 3. Add. Ibid. c. 28. *it. Fulvia primo Clodii Ciceronis inimici, tum Curionis, denique M. Antonii Triumviri*

uxor, pars ciuiliū bellorum. Vid. Flor. 4, 5. Patere. 2, 74, 3.

FVLVIASTER, *Imitans Fuluium.* Cic. Att. 12, 44 Solet omnino esse Fuluiaster. *Al. Fuluiniaster: et fluctuant viri docti.*

FVLVIANVS, a, um. Adi. Plin. 26, 8 Et herba fuluiana trita ex vino: et haec nomen inuentoris habet, nota tractantibus, vrinas

ciet. Fuluiana stola Val. Max. 3, 5, 2.

FVLVVS, a, um. Adi. [*δαφονός, πυρρός*] *Color est rufus ac viridi mistus.* Fronto apud Gell. 2, 26 Fuluus videtur de rufus atque viridi mistus, in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habere. Sic Poëta verborum diligentissimus fuluam Aquilam dicit, et Iaspidem,

fuluos Galeros, et fuluum Aurum, et Arenam fuluam, et fuluum Leonem. Sicque Ennius in Annalibus, Fuluo aere dixit. *Haetenus Fronto.* Plin. 13, 9 f. 18 Cuci fuluus color. Idem 8, 21 Sed atrocissimos habet tauros siluestres maiores agrestibus, velocitate ante omnes, colore fuluos, oculis caeruleis. *Aquila Virg. Aen. 11, 752.*

Aper Ouid. de Arte Am. 2, 373. Arena Virg. Aen. 5, 110. Au-rum Id. ibid. 7, 279. Lumen Id. ibid. 7, 76. Lupus Ouid. Met. 11, 771. Nuntia fulua Iouis miranda visa figura Cic. de Legib. 1, 2. i. Aquila. Pellis fulua leonis Virg. Aen. 8, 553. Setae pecudum fuluae Id. Georg. 3, 383. Sidera Tibul. 2, 1, 88. Vi-

ridis. Virg. Aen. 4, 261 Atque illi stellatus iaspide fulua Ensis erat. Vbi Seruius, Iaspide fulua, pro Viridi: vt, Aen. 5, 309 Fuluaque caput neccentur Oliua. Id. ibid. 12, 792 Fulua pugnas de Nube tuentem. In MSS. Codd. confunduntur Fuluus et Furuus: Drakenborch. ad Sil. 7, 683. Heinsf. ad Ouid. Met. 3, 273.

FVLVASTER, tra, trum. Adi. Radix fuluastra Apul. de Herb. c. 109.

FVLVEDO, inis. f. *Color fuluus.* Cathol.

F V M

FVMVS, i. m. [*καπνός*] *Vapor ille mordax, quem ignis e corpo-ribus quibusdam expellit.* Plin. 12, 17 Tradunt fumum Brutae arboris contra ligna alia esse remedio. Cic. in Pison. 3 Paullisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. *Amarus Virg. Aen. 12, 588. Ouid. Met. 1, 232 — calidoque inuoluitur vndique fumo.* Vndans fumus misto puluere Virg. Aen. 2, 609. *Volucres Idem Georg. 2, 217. Fumus ingens velut quadam nube Absconderat caelum Curt. 6, 6, 30. Caelum subtexere fumo Virg. Aen. 3, 582. Hor. de Arte Poët. 143 Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem Cogitat, etc. Euolutus ex tuguriis Curt. 8, 4, 9. Fumos etiam*

etiam plurali numero dici, notat Gell. 19, 8. Sane Martial. 4, 5 Vendere nec vanos circum palatia fumos, Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro. Quod Aemiliano, homini rustico fumum vendidit Apul. Apol. p. 313, 31. Ab Alexandro Severo Fumo punitur, qui vendidit fumum Lamprid. 36. *ubi etiam Fumi venditor vocatur Turinus. Totus ille locus lectu dignus est, ut crimen et poena fumi venditi recte intelligatur.* Lamprid. Heliog. 15 Qui omnia eius (Heliogabali) vendebant vel veritate (sic recte Salmas. pro vanitate) vel fumis, i. vanis promissionibus et iactationibus. Capitol. in Antonin.

Pio II Amici illius nunquam de eo cum libertis suis per fumum aliquid vendiderunt. Add. Augustin. Serm. 22. Cic. Q. Frat. 1, 2, 2 Sed quid opus fuit eiusmodi literis, quas ad ipsum misisti? illum crucem sibi ipsi constituere, ex qua tu eum ante detraxisses, te curaturum fumo ut combureretur, plaudente tota provincia. Sic Fumi cruciatu quosdam necavit Auidius Cassius ap. Vulc. Gall. 4 p. 451 Hack. 15

FVMARIVM, i. n. [καπνοδόκη] Locus, ubi vina fumo medicabantur. Martial. 10, 36 Improba Massiliae quidquid fumaria cogunt, Accipit aetatem quisquis ab igne cadus. Nam vina fumio praecocem trahunt maturitatem, et celerius vetustescunt, ut docet Columel. 1, 6.

FVMARIOLVM, i. n. Dinuin. Tertull. de Poenit. c. vlt. 20 Thesaurum ignis aeterni aestimamus, cum fumariola quaedam eius tales flammaram ictus suscitent, ut proximae vrbes, aut iam nullae existant, aut idem sibi de die sperent.

FVMOSVS, a, um. Adi. [καπνός, φολδός] Quod fumum vel creat vel passum est. Cato de R. R. c. 130 Codicillos oleaginos, et caetera ligna amurca cruda perspergito, et in sole ponito, perbibant bene. Ita neque fumosa erunt, et bene ardebunt. Cado vina fumoso condita Ouid. Fast. 5, 518. December fumosus Martial. 5, 31. quo luculento camino propter frigus utendum est. Cato c. 38 Item infimi lapides cocti cadent, et minus flamma fumosa. Foci Ouid. 30

Epist. 21, 92. Perna Hor. Serm. 2, 2, 117. Tecta Virg. Georg. 2, 449. Cic. in Pison. 1 Sed ne notum quidem factum aut militiae aut domi: obrepisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum: quarum simile habes nihil, praeter colorem. Fumosas imagines appellavit, quae ob antiquitatem in atris fumum multum biberunt. Sic dixit Iuven. Sat. 8, 8 Fumosos equitum cum dictatore magistris. Conf. Sen. Epist. 44.

FVMEVS, a, um. Adi. [κάπνιος] Acheron fumeus Valer. Argon. 4, 595. Vid. ACHERON. Flatus Macrob. Saturn. 7, 10. Fomite fumeo intepuit Prudent. praef. in Symmach. 25. Lumina taedis fumea Virg. Aen. 6, 593.

FVMICVS, a, um. Adi. Sidon. Epist. 1, 11 Fumicae culinae. FVMIFER, a, um. Aliud Adi. [καπνοφόρος] Virg. Aen. 9, 522 Pinum et fumiferos infert Mezentius ignes. Id. ibid. 8, 255 Fumiferam noctem.

FVMIDVS, a, um. Aliud Adi. [καπνός] Plin. 37, 7 Sunt qui praeferant Arabicas Indicis: fumidaeque chrysolitho illas similes dicunt. Idem 14, 20 Vitia praeter supradicta, acor, aut fumidum virus. Atria Ouid. Met. 12, 259. Cautes Plin. 5, 9. Taeda Virg. Aen. 9, 75. Plin. 2, 43 Fumidum vorticem volui, hinc nasci procellas.

FVMO, ãre. [σύφομα] Fumum emittere. Virg. Ecl. 1, 83 Et iam summa procul villarum culmina fumant. Cic. Verr. 5, 43 Quum fumantes etiam nostras naues reliquissent. Ouid. Met. 1, 242 Et mediis Tanais fumavit in vndis. Bis senos cui nostra dies Atria fumant Virg. Ecl. 1, 44. Add. Aen. 2, 698. Aper fumare dicitur Martial. 14, 221. Arae fumantes Catull. 62, 393. Atria fumant ignibus Ouid. Met. 12, 215. Bitumen fumans Id. ibid. 14, 792. Colla fumantia equum Virg. Georg. 2, 542. Excidia Troiae fumantia Id. Aen. 10, 45. Nasum fumantem vrsi ne tentaue-

ris Martial. 6, 64. Taurus fumans sub vomere Virg. Georg. 3, 315. Terraeque calenti sulfure fumantes Ouid. Met. 14, 86. Mandere fumantia Suet. Vitell. 13, 6.

FVMIFER, a, um. 2 Fumare et Spumare miscent librarii. Vid. Drakenb. ad Sil. 2, 163. Burm. ad Lucan. 4, 754. Hinc olim coniecimus, apud Lucan. 9, 711 legendum Tractique via fumante chelydri, cum Ilid. 12, 4 dicat, et res ipsa doceat, Serpentium (illorum) vda esse corpora, adeo ut quocumque eant, viam humore (spumae genere) designent. Itaque etiam permutanda putabam haec verba in versibus Macri apud Ilid. l. c. et ita legendum, Seu terga exspirant fumantia virus, Seu terra spumat, teter qua labitur anguis.

FVMATIO, ònis. f. Augustin. . . FVMATOR, òris. m. Sidon. . . FVMIGO, ãre. [καπνίζομαι] Suffire. Varro de R. R. 3, 16, 17 Verno tempore et aestiuo fere ter in mense, mellarius inspicere debet, fumigans leniter. Adde Columel. 8, 5, 16 et 20. it. 9, 14, 3. l. 44 ff. de Iniur. Penultimam corripi suadet analogia verbi mitigat; produci possit, ut castigat.

FVMIGATVS, a, um. Part. Apul. Apol. p. 312 Parietes fumigati. FVMIGABVNDVS, a, um. Adi. Interpr. Vulg. Sapient. c. 10, 7. FVMIGIVM, i. n. Th. Priscian. 3, 5 Fumigia vaporatis partibus supponere.

FVMIFICO, ãre. [καπνίζομαι] Plaut. Mil. 2, 5 pr. Inde ignem in aram, ut Ephesiae Dianae lauta laudes, gratesque agam, eique ut Arabico fumificem odore.

FVMIFICVS, a, um. Adi. [καπνοποιός] Ouid. Met. 7, 114 Fumificisque locum mugitibus implevere. De tauris Colchicis. Varro de L. L. 6, 3 p. 72, 25 laudat verba Plauti Epeum fumificum cocum. quae ita declarat: Ab Epeo illo, inquit, qui dicitur ad Troiam fecisse equum Troianum Argiuis, et apte cibum curasse. Ideo ait Epeum fumificum, qui legioni nostrae habet coctum cibum. Lymphaque fumifico sulfure tineta calet Rutil. Itin. 1, 252. Membra facibus data fumificis Prudent. Perist. 3, 118. Add. Sidon. Epist. 8, 11 v. 43.

FVNALIA, FVNAMBVLVS, vid. FVNIS. FVNCTIO, FVNCTVS, vid. FVNGOR. FVNDA, ãe. f. [σφενδόνη, ἐκρηβίλος] Instrumentum e loro vel funiculo factum, quo funduntur, hoc est iactantur lapides. Virg. Georg. 1, 309 Stupea torquentem Balaearis verbera fundae. Ter. Eun. 4, 7, 16 Fundam tibi nunc nimis vellem dari. Ut tu illos procul hinc ex occulto caederes. Liu. 1, 43 Fundas, lapidesque missiles hi secum gerebant. Fundis velut nimbum glandes Ingerebant Idem 36, 18. Ouid. Met. 2, 728 Non secus exarsit, quam

FVNALIA, FVNAMBVLVS, vid. FVNIS. FVNCTIO, FVNCTVS, vid. FVNGOR. FVNDA, ãe. f. [σφενδόνη, ἐκρηβίλος] Instrumentum e loro vel funiculo factum, quo funduntur, hoc est iactantur lapides. Virg. Georg. 1, 309 Stupea torquentem Balaearis verbera fundae. Ter. Eun. 4, 7, 16 Fundam tibi nunc nimis vellem dari. Ut tu illos procul hinc ex occulto caederes. Liu. 1, 43 Fundas, lapidesque missiles hi secum gerebant. Fundis velut nimbum glandes Ingerebant Idem 36, 18. Ouid. Met. 2, 728 Non secus exarsit, quam

FVNALIA, FVNAMBVLVS, vid. FVNIS. FVNCTIO, FVNCTVS, vid. FVNGOR. FVNDA, ãe. f. [σφενδόνη, ἐκρηβίλος] Instrumentum e loro vel funiculo factum, quo funduntur, hoc est iactantur lapides. Virg. Georg. 1, 309 Stupea torquentem Balaearis verbera fundae. Ter. Eun. 4, 7, 16 Fundam tibi nunc nimis vellem dari. Ut tu illos procul hinc ex occulto caederes. Liu. 1, 43 Fundas, lapidesque missiles hi secum gerebant. Fundis velut nimbum glandes Ingerebant Idem 36, 18. Ouid. Met. 2, 728 Non secus exarsit, quam

FVNALIA, FVNAMBVLVS, vid. FVNIS. FVNCTIO, FVNCTVS, vid. FVNGOR. FVNDA, ãe. f. [σφενδόνη, ἐκρηβίλος] Instrumentum e loro vel funiculo factum, quo funduntur, hoc est iactantur lapides. Virg. Georg. 1, 309 Stupea torquentem Balaearis verbera fundae. Ter. Eun. 4, 7, 16 Fundam tibi nunc nimis vellem dari. Ut tu illos procul hinc ex occulto caederes. Liu. 1, 43 Fundas, lapidesque missiles hi secum gerebant. Fundis velut nimbum glandes Ingerebant Idem 36, 18. Ouid. Met. 2, 728 Non secus exarsit, quam

FVNALIA, FVNAMBVLVS, vid. FVNIS. FVNCTIO, FVNCTVS, vid. FVNGOR. FVNDA, ãe. f. [σφενδόνη, ἐκρηβίλος] Instrumentum e loro vel funiculo factum, quo funduntur, hoc est iactantur lapides. Virg. Georg. 1, 309 Stupea torquentem Balaearis verbera fundae. Ter. Eun. 4, 7, 16 Fundam tibi nunc nimis vellem dari. Ut tu illos procul hinc ex occulto caederes. Liu. 1, 43 Fundas, lapidesque missiles hi secum gerebant. Fundis velut nimbum glandes Ingerebant Idem 36, 18. Ouid. Met. 2, 728 Non secus exarsit, quam

FVNALIA, FVNAMBVLVS, vid. FVNIS. FVNCTIO, FVNCTVS, vid. FVNGOR. FVNDA, ãe. f. [σφενδόνη, ἐκρηβίλος] Instrumentum e loro vel funiculo factum, quo funduntur, hoc est iactantur lapides. Virg. Georg. 1, 309 Stupea torquentem Balaearis verbera fundae. Ter. Eun. 4, 7, 16 Fundam tibi nunc nimis vellem dari. Ut tu illos procul hinc ex occulto caederes. Liu. 1, 43 Fundas, lapidesque missiles hi secum gerebant. Fundis velut nimbum glandes Ingerebant Idem 36, 18. Ouid. Met. 2, 728 Non secus exarsit, quam

FVNALIA, FVNAMBVLVS, vid. FVNIS. FVNCTIO, FVNCTVS, vid. FVNGOR. FVNDA, ãe. f. [σφενδόνη, ἐκρηβίλος] Instrumentum e loro vel funiculo factum, quo funduntur, hoc est iactantur lapides. Virg. Georg. 1, 309 Stupea torquentem Balaearis verbera fundae. Ter. Eun. 4, 7, 16 Fundam tibi nunc nimis vellem dari. Ut tu illos procul hinc ex occulto caederes. Liu. 1, 43 Fundas, lapidesque missiles hi secum gerebant. Fundis velut nimbum glandes Ingerebant Idem 36, 18. Ouid. Met. 2, 728 Non secus exarsit, quam

- quum Balearica plumbum Funda iacit. *Adiicit autem Balearica, eo quod Baleares insulae peritissimos mitterent funditores.* Balearis verbera fundae Virg. Georg. 1, 309. Cita Tibull. 4, 1, 97. Lata Ouid. Met. 14, 825. Teretes Stat. Theb. 4, 66. Torta Propert. 4, 3, 65. More fundae rotare aliquem Ouid. Met. 14, 517. *Ridiculum bellum fundis et visco gestum contra homines volaticos, vid. Plaut. Poen. 2, 31.*
- ¶ 2 Funda, Retis genus, quod in orbem spargitur, et Reticulum dici solet: Seruius ad Virg. Georg. 1, 141 Funda iam verberat annem.
- ¶ 3 Sacculus, seu marsupium in modum retis factum, in quo pecuniae et alia geruntur. Macrob. Saturn. 2, 4 in fine, Quumque accessisset ad fellam, demissa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit, quos principi daret. *Vid. Cuiac. Obseru. 10, 26.*
- ¶ 4 Funda, Circulus ex auro siue alio metallo, quo gemmae ita necluntur, ut aurum non nisi margines amplectatur. Plin. 37, 8 ad finem, Quamobrem praestantiores funda clauduntur, id est, patentes, nec praeter margines auro amplectente.
- FVNDVLA, ac. f. *Quasi tu paruum saccum, aut reticulum dicas: plateae nomen, quae exitum non habet.* Varro de L. L. 4, 32 p. 35, 2. Fundulae a fundo, quod exitum non habet, ac peruium non est iter.
- A Funda deriuari fere malim, eiusque significatione n. 3 proposita. Sed etiam ibi fundi aliqua notio inuoluta scilicet; non minus quam in fundulo intestino fundae, sacculi.
- FVNDĀLIS, e. Adi. *Ad fundam pertinens.* Prudent. Psych. 294. Dextera fundali torfit stridore lapillum.
- FVNDĪTO, āre. Ammian. 24, 14 Funditare spicula.
- FVNDĪTOR, āri. Funda petere. Plaut. Poen. 2, 36 In fundas visci indebant grandiculos globos, Eo volantes iussi funditarier.
- FVNDĪTOR, ōris. m. [*σφενδοίτης*] Qui funda dimicat. Sallust. in Iugurth. c. 46 Ipse cum expeditis cohortibus adhuc funditorum et sagittariorum delecta manu. *Add. Ibid. c. 95. Caes. B. G. 2, 7. Liu. 36, 18 et 38, 29.*
- FVNDIBVLARIVS, i. m. [*σφενδοίτης*] Idem.
- FVNDIBALĀTOR, ōris. m. Veget. 3, 14. *Vid. Not. Stewech.*
- FVNDIBĀLVVS, i. m. et FVNDIBĀLVVM, i. n. Balista. Isidor. Orig. 18, 10 Balista et Fundibalus, quasi fundens et emittens. *Rectius a Funda. Vid. Vulg. Interpr. 1 Maccab. 6 extr. Et Lipsii Foliorc. 3, 3.*
- FVNDAMENTVM, vid. FVNDO, as.
- FVNDANIA Gens Liu. 25, 2.
- FVNDI, [*Φῦνδος*] Oppidum Italiae prope Caietam Hor. Serm. 1, 5, 34. Sil. 8, 530.
- FVNDANVS, a, um. Adi. *Vt, Lacus Plin. 3, 5. Montes Fundani Tacit. Ann. 4, 59, 2. Est etiam Fundanus amicus Horatii Serm. 2, 8, 19.*
- FVNDITVS, et FVNDO, as. *Vid. FVNDVS.*
- FVNDO, fudi, fustum, ēre. [*χέω, χύω, χύμι, λείβω*] *Proprie est Liquefacere vel liquida e loco, quo continentur, emittere. Quinct. 7, 1 Neque enim, quamquam fufis omnibus membris, statua sit, nisi collocetur. Plin. 34, 8 Theodorus, qui Labyrinthum fecit Sami, ipse se ex aere fudit, praeter similitudinem mirabilem, fama magnae subtilitatis celebratus. Lacrimas Plin. 8, 42. Sanguinem Cic. Diuin. 1, 46. Vid. SANGVIS. Vina funduntur Propert. 4, 6, 73. Seruius ad illud Virg. Aen. 4, 245 Media inter cornua fundit, Fundere est manu supina libare, quod fit in sacris supernis. Virg. Aen. 5, 238 Vina liquentia fundam. Sed Martial. 9, 98 Funderē sex cyathos ad epulas domesticas pertinet. Vrinam Plin. 24, 19. Iordanis in lacum se fundit Id. 5, 15. Armenia vtrumque (Fluuium) fundit Plin. 6, 9. Funditur extra Scribon. 45. exundat. ¶ 2 A motu illo naturali liquidorum fundi dicuntur, quaecumque dilabuntur, dissipantur, late sparguntur, etc. Cic. de Fin. 3, 49 Sed quamquam negent, nec virtutes, nec vitia crescere, et tamen vtrumque eorum fundi quodammodo, et quasi dilatari putant. Id. in Orat. 125 Quum vero ea causa inciderit, in qua vis eloquentiae possit exprimi, tum se latius fundet Orator, tum reget et flectet animos, etc. Sic Quinct. 10, 5, 11 Fundere quae natura contracta sunt, opus oratoris. Fusus in corpore humor et calor Cic. de N. D. 2, 101. Funditur fulgor lucis in digitos Plin. 37, 6. Fundet se iustitia in caeteras virtutes Cic. de Fin. 5, 65. Seren. Sammon. 525 Falleris, frustra que innumera numifinata fundes, i. erogabis, profunder. Fusa per gentes superstitio Cic. de Diuin. 2, 148. Virg. Ecl. 4, 20 Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. i. Abundanter praebeebunt. Sic Cic. Tusc. 5, 37. Cic. de Senect. 51 c. 15 E quibus quum emerferit, fundit frugem spicae ordine structam. i. Emittit. Etiam de Partu animalium adhiberi notat Elmenh. ad Arnob. p. 12. Multitudinem asinorum filuestrium fundit Africa Plin. 8, 30. Pastus fundit varios ex sese terra Cic. de Fin. 2, 110. Sagittam fundere Sil. 7, 646. Virg. Aen. 1, 196 Nec prius abfistit, quam septem ingentia victor Corpora fundat humi. i. prosternat. Fusus humi toto corpore Martial. 8, 75. Exercitum fundere, proprie est in fugam dare et dispergere, ut diffuant hostes, etc. Sic Liu. 1, 10. Aur. Vict. de Viris illustribus c. 51 Regem Philippum praelio fudit. Sic, Fundere copias Caes. B. G. 1, 44. Cic. pro Rabir. 29. Id. pro Muraen. c. 9. Hostium Exercitum caesum fustumque cognovi Id. Philipp. 14 c. 1. Si quos obscura nocte per urbem Fudimus insidiis, totaque agitauimus vrbe Virg. Aen. 2, 420. In fugam fusa primo concursu acies Liu. 5, 32. Funduntur turpi fuga Idem 4, . . . Fusi fugatique inimici Id. 2, . . . Crebris eruptionibus fusi Caes. B. C. 2, 22. ¶ 3 Fundere, Abundanter loqui. Virg. Aen. 3, 344 Talia fundebat lacrimans. Id. ibid. 8, 584. Cantus fundere ex gutture dicitur rana Cic. de Diuin. 1, 14. Carmen Idem Tusc. 1, 64. Clangorem vastum Id. ibid. 2, 24. Iocularia inconditis versibus Liu. 7, 2. Iras inanes Valer. Argon. 3, 696. Loquelas has fudit ore Virg. Aen. 5, 842. Mendacia Plaut. Pseud. 4, 1, 33. Oracula Cic. de Diuin. 1, 34. Et de N. D. 1, 65. Orationem numerose et volubiliter Id. in Orat. 210. Preces Virg. Aen. 5, 234. Cic. Tusc. 3, 106 Non intelligo quid metuat, quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. Ter. Adolph. 5, 1, 7 Ohe scelus. s. eho, iam tu verba fundis hic sapientia? Vbi Donatus, Fundis, vtrum sine vlla cessatione profers? an perdis? secundum illud, nam quid tu hic agas, vbi si quid boni praecipias, nemo obtemperat? Verba fundere Poëtarum more Cic. de Fin. 4, 30. Versus fundere extempore Id. de Orat. 3, 194 c. 50. Id. Tusc. 2, 56 Quid? qui volunt exclamare maius, num satis habent latera, fauces, linguam intendere: e quibus elici Vocem et fundi videmus? Virg. Aen. 4, 621 Extremam fundo cuni sanguine vocem. Cic. de Orat. 3, 173 Neque ex multis res vna quae magis oratorem ab imperito dicendi,*

cendi, ab ignaroque distinguat, quam quod ille rudis incondite fundit, quantum potest, etc. Fusa latius oratione Id. de Legib. 1, . .
 ¶ 4 *Formulae aliae.* Fundere in Tiberim, *Immergere.* Liu. 2, 5 pr. Defectam cum stramento segetem magna vis hominum simul immissa corribus fundere in Tiberim. Funditur in septem lacus Strymon Plin. 4, 10. Funditur in Rhenum fluvius Idem 4, 10. Cic. de Fin. 5, 1 Semper enim ex eo, quod maximas partes continet, latissimeque funditur, tota res appellatur. Fundi in latitudinem Plin. 18, 13. Funditur in omnes partes vitis Cic. de Senect. 52.

FVSVS, a, um. Adi. Fusa ad latitudinem ac longitudinem lagenae modo Plin. 11, 37. Dispositio pars Rhetorices, et per omnes materias, totumque earum corpus aequaliter fusa Quinctil. 3, 9. Per herbam fusi Virg. Aen. 1, 218. Homines fusi per agros ac dispersi vagantur Cic. pro Sext. c. 42. Id. de N. D. 2, 101 Exin mari finitimus aer die ac nocte distinguitur. Isque tum fusus et extenuatus sublimis fertur, tum autem concretus in nubes cogitur, humoremque colligens, terram auget imbribus, tum effluens huc et illuc, ventos efficit. Alius Cels. 1, 3. i. nimis soluta. Omnibus hostium Copiis fuis Caes. B. G. 3, 6. Liu. 38, 21 Detegebat vulnera eorum, et quod nudi pugnant: et sunt fusa et candida corpora, ut quae nunquam nisi in pugna nudentur. Fusa corpora dicere videtur mollia, quasi liquefacta, ut funditur aes, etc. Crines Virg. Aen. 10, 157. i. Sparfi. Cupressus Plin. 12, 17. Decorum late fusum Cic. Off. 1, 98. Membra fusa toro Ouid. ex Pont. 3, 3, 8. Opus late Quinctil. 2, 13. Sicuti Sanguis in corporibus, sic illae Res in orationibus fusae esse debent Cic. de Orat. 2 c. 77. Ob remp. fuso Sanguine Sall. Fragm. 3, 18. Add. Liu. 7, 30. Vulnere multo fusus Sil. 4, 233. Humi fusus Virg. Aen. 6, 440. Idem ac Copiosus. Gell. 2, 26 Graeca lingua prolixior fusiorque quam nostra. Cic. de Orat. 2 c. 15 Genus orationis fusum atque tractum.

FVSORES, [χωνέρας] l. i C. de excusat. artif. videntur esse, qui ex metallo statuas, alia vel opera fundunt.

FVSORIVS, a, um. Adi. Formavit opere fusorio Vulg. Exod. 32, 4.

FVSORIVM, i. n. Emissarium, quo fusa aqua effluat. Pallad. 1, 35 17 Relicto fusorii loco. Et 1, 37 Coquinae fusoria. Idem 1, 42 Balnearum fusoria.

FVSE. Adu. [χύδην] h. e. Abundanter et copiose. Cic. de Fin. 3, 26 Potest id quidem fuisse et copiose, et omnibus electissimis verbis grauissimisque sententiis rhetorice et augeri et ornari. Populus fuisse in tribus conuocatus Id. de Legib. 3, 44 c. 19. Id. Tusc. 4, . . De cuius excellentia multa quidem dici quamuis fuisse lateque possint, sed breuissime illo modo. Fuisse lateque dicere Id. in Orat. 113 c. 32. Haec quum vberius disputantur et fusiis Cic. de Nat. D. 2 c. 7.

FVSILIS, e. Adi. Quod fusum est. Ut, Aurum fusile Ouid. 45 Met. 11, 126. Sal fusilis Columel. 6, 33. sed ibi praestat legere fossilis. Vasa fusilia Mart. Capellae 8 p. 290 sunt pertusa, ut aqua inde stillat, clepsydrae: modo non fusilia legendum sit.

FVSIO, ōnis. f. [χύσις] Cic. de N. D. 1, 39 c. 15 Ipsumque mundum deum dicit esse Chrysiippus, et eius animi fusionem vniuersam, i. fuscam esse naturam diuinam per omnem mundum, ut per corpus nostrum anima. Fusio tenuis stellarum Vitruu. 9, 7. i. plures stellae fusionem aquae utcumque repraesentantes. L. 3 C. Th. de fals. mon. Si quis numum falsa fusione formauerit.

¶ 2 Fusio praestationem et illationem publicam significat. Vet. Gl. Fusio εἰσφορά δημοσίων. Fusiones συντέλειαι, εἰσφοραί. Vlpian. 1. 27 §. 3 D. de usufr. Nam solent possessores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere: solent et fisco fusiones praestare. Haec onera ad fructuarium pertinebunt. Vulgati aut Gothofr. codices Functiones habent. Sic l. 6 C. Theod. de indulg. deb. Vsque in initium fusionis quintae vniuersa reliqua, quae tam ad arcam sublimium potestatum, quam ad largitiones pertinent, relaxari praecipimus. Hic Indictionem intelligit post Cuiacium Iac. Gothofredus, antecedens ex consequente. Nempe fundere; effundere; refundere etiam ad erogationem pecuniae pertinent. Vid. FVNDERE numismata n. 2.

FVSIVRA, ae. f. [χύμα] Plin. 33, 6 Molybditis plumbi ipsius fusura quae sit Puteolis, et inde habet nomen. Conf. Vulg. Interpr. 3 Reg. 7, 37.

FVNDITO, āre. [καταντλῶ] Multum et frustra verba proferre. Plaut. Asin. 5, 2, 52 Nae ille ecastor fenerato funditat, i. verba, quae in me dicit, magno luet. Plaut. Poen. 1, 2, 61 En monstrum mulieris, tantula tanta verba funditat. Add. Idem Amph. 4, 2, 31. Funditare rem, pro Consumere, et prodigere ac profundere Plaut. Merc. prolog. Vid. Turnebi Aduers. 15, 7.

FVNDVS, i. m. [πυθμῖν, βύδος, βύδος] Proprie est ima pars vniuscuiusque rei, quae aliquid in se liquoris contineat, vel ad continendum facta sit, ut dolii, nauis, aluet, fluminis, lacus, maris. Male distinguunt aliqui Lexicographi inter Fundum et Fundus, ut prius de Imo cuiusque rei, posterus de Agro dicatur: cum prius Latina Lingua non agnoscat: Fundus vsurpatur a Seruio ad Aen. 2, 758 pro Infima parte: Cum de imo, inquit, fundus, de summo fastigium dicatur. In Vet. Gloss. item Fundus de Imo pariter atque Agro exponitur. Fundus, χυθμῖν, ἀγρός, καὶ πυθμῖν. Etymologia fundi abstrusior. Πύδος, pro quo πύδαξ placuit, commode ex se producat fundum. Vid. Pollux 10, 79 et ibi Hemsterh. Cacabi fundus Scribon. 271. Sen. Epist. 1 Sera in fundo parsimonia. Arenosus fundus fluvii Sil. 3, 465. Imo Nereus ciet aequora fundo Virg. Aen. 2, 419. Euertere fundo Lucret. 3, 84. Armarii fundum execut, et sestertiorum et auri quinque pondo abstulit Cic. pro Cluent. 107. Residere in fundo Cic. pro Corn. Balb. 20 c. 8. Vertere fundo Virg. Aen. 10, 88. Largitio fundum non habet Cic. Off. 2, 55 c. 15.

¶ 2 Fundus, [χυθμῖν, ἀγρός] id quod in possessionibus maxime solidum est, et moueri totumque adeo perdi non potest, quin semper substantia veluti quaedam maneat, ex qua, in qua certe renasci restituiue caetera possint. Varro de L. L. 4, 3 p. 11, 13 Ager, quod videbatur pecudum ac pecuniae esse fundamentum, fundus dictus, aut quod fundat quotquot annis multa. Festus dicit ait fundum, quod plenus sit, ad similitudinem fundi vasorum. Et sane fundus interdum, et forte proprie, aedificia excludere videtur. Vid. Auc. de limit. p. 216 Goef. ubi fundus est genus plethri, iugeri et aliarum mensurarum planarum. In usu tamen, Ictorum praesertim, multo patet latius. Videri possunt viri docti ad l. 211 de V. S. Fundi appellatione omne aedificium et omnino ager continetur. Sed in usu urbana aedificia, aedes; rustica, villae dicuntur. Locus vero sine aedificio, in vrbe area; rure autem ager appellatur. Idemque ager cum aedificio fundus dicitur. Fundum et 1058

- Prædium *idem esse declarat* Scaeuola in l. vlt. D. Quib. mod. pig. vel hypoth. folu. Primi creditoris, qui pignori prædia acceperat: et posterioris, cui quidam ex eisdem fundis dati erant: ad eandem personam hereditas deuenerat. *Palam est, quae prius Prædia uocarat, postea Fundos appellari.* Cultus fundus Hor. Serm. 2, 5, 13. Latini Virg. Georg. 2, 468. Mendax Hor. Carm. 3, 1, 30. Optimus maximusque, Ornatisissimus, *vid. ff. ll.* Suburbanus fundus Cato R. R. 7. Conducere fundum, Ingredi in fundum, *vid. hb. vv.* Obire fundos nostros cui non licet, aut res rusticas vel fructus causa vel delectationis iniungere? Cic. de Orat. 1, 249 c. 58. Occiderunt fundi, *vid. OCCIDDO.* Plaut. Capt. 1, 2, 78 Quasi fundum vendam, meis me addicam legibus. ¶ 3 *Metaphor.* Fundus non modo pro fundamento dicitur, ut Gell. 17, 8 Eius coenae fundus et fundamentum omne erat aula vna Aegyptiacae lentis: *Sed etiam pro auctore, qui dum probat aliquid, illud velut in se recipit.* Plaut. Trin. 5, 1, 7 Vt quae cum eius filio egi, ei rei fundus pater sit potior eo. Festus: Fundus quoque dicitur Populus esse rei quam alienat, hoc est auctor. Gell. 16, 13 Municipales sunt ciues Rom. ex municipiis, legibus suis et suo iure vtentes, muneris tantum cum Populo Rom. honorarii participes — neque villa Populi Romani lege adstricti, nisi, inquam, populus eorum fundus factus est. *i. auctor, declarauitque, se ita velle, et legibus Romanis se subicere. Sic etiam intelligendus est Cicero, qui oratione pro Balbo hac formula aliquoties utitur.* V. G. 19 c. 8 Accusator negat ex foederato populo quemquam potuisse, nisi is populus fundus factus esset, in hanc ciuitatem venire. *Hunc deinde deridet: Quid enim potuit dici imperitius, quam foederatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis proprium est foederatorum, quam omnium liberorum: sed totum hoc ludices, in ea fuit positum semper ratione atque sententia, vt quum iussisset Praetor aliquid, si id adsciuisent socii populi ac Latini, et, si ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo resedisset: vt tum lege eadem is populus teneretur, non vt de nostro iure aliquid minueretur, sed vt illi populi aut iure eo, quod a nobis esset constitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio vterentur. Plana sunt omnia, si fundum fieri significat auctorem fieri, et recipere. Sic n. 21 Ipsa denique Iulia lex, qua lege ciuitas est sociis et Latinis data, qui fundi populi facti non essent, ciuitatem non haberent. In quo magna contentio Heraclensium et Neapolitanorum fuit, cum magna pars in iis ciuitatibus foederis sui libertatem ciuitati anteferet. Postremo haec vis est illius iuris et verbi, vt fundi populi beneficio nostro non suo iure fiant. Cum aliquid Populus Rom. iussit, id si est eiusmodi, vt quibusdam populis siue foederatis siue liberis permittendum esse videatur, vt statuant ipsi, non de nostris, sed de suis rebus, quo iure vti velint: tum, vtrum fundi facti sint an non? quaerendum esse videatur.* De nostra vero republica, de nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute populos fundos fieri noluerunt. *Tandem 42 c. 18 Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, si tum sit fundus, quum scita ac iussa nostra sua sententia comprobatur, quam cum hospitium fecit, etc. Qui haec attente legerit, non valde ad formulam quidem ipsam qua de agitur, intelligendum doctis disputationibus Rigaltii, Bullialdi et Henr. Valefii de populis fundis, quas dedit Graeuus Thef. Ant. Rom. Tom. 2 indigebit: quas tamen legisse ob reliquam elegantiam neminem poenituerit. Dicitur dissertationes etiam recusae sunt cum Henr. Valefii libris Emendationum.*
- 55 **FUNDVLVS**, i. m. Dimin. Cuius tria genera reperias, Fundulus paruum fundum orbicularem, qui in cylindro cauo moueri possit, significat Vitruu. 10, 13 Aerei moduli cum fundulis ambulatilibus. ¶ 2 Fundulum Intestinum, a fundo, quod non vt reliquae partes, sed ex vna parte sola apertum. Ab hoc Graecos puto *τυφλὸν ἔντερον* (caecum intestinum) appellasse. Varr. L. L. 4, 22 p. 28, 35. ¶ 3 Fundula platea, *vid. supra sub FVNDATA.*
- FVNDITVS**. Adu. [*πάγχυ*] Cic. Verr. 4, 79 Qui non obtrufit aliqua ex parte monumenta P. Scipionis, sed funditus sustulit ac deleuit. *i. Prorsus, omnino, penitus, et velut ab ipso fundo.* Funditus Amiffae nobiles familiae Tac. Ann. 3, 6, 4. Cic. Fam. 6, 2 Necessè est enim, aut armis vrgeri Reipubl. sempiternis, aut his positis recreari aliquando, aut funditus interire. Euertere funditus amicitiam Idem de Fin. 2, 80 c. 25. Id. de Amicit. 23 c. . . Quae autem domus tam stabilis, quae tam firma ciuitas est, quae non odiis atque dissidiis funditus possit euertere? *Add. Id. pro Domo c. 14. Sallust. ad Caes. de Republ. ordin. 6, 51 Sed non inscius, neque imprudens sum, et quae mea res agetur, quae saeuitia, quaeque tempestates hominum nobilium futurae sint, quum indignabuntur omnia funditus misceri, antiquis ciuibus hanc seruitutem imponi. Perdere aliquem funditus Plaut. Merc. 5, 4, 63. Ter. Andr. 1, 5, 9 Quod si fit, pereo funditus. Cic. Fam. 1, 9 Quem ego funditus perdidit. Perdere funditus ciuitatem Idem Att. 6, 1. Pereunt vrbes funditus Hor. Carm. 1, 16, 20. Pessum dare Prudent. Rom. 49. Cic. de Amicit. 92 Quae causa est, cur amicitiam funditus tollamus e vita, ne aliquas propter eam suscipiamus molestias? Tacit. Ann. 3, 54 Hanc P. C. curam sustinet princeps; haec omiffa, funditus Reipubl. trahet. Versae leges funditus Idem Ann. 3, 6. Victus funditus Iustin. 25, 3, 8. Pro Prorsus. Cic. de Orat. 3, 193 Neque earum rerum quenquam funditus natura voluit esse expertem. Funditus tollere fidem Idem in Orat. 209 c. 62. Ne spondaeus quidem funditus est repudiandus Id. in Orat. 216 c. 64.*
- FVNDOD**, are. [*θεμελιῶν, καταβάλλω*] Firmare, et quasi fundum et fundamentum facere, stabilireque. Virg. Aen. 8, 478 Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto, Urbis Agyllinae sedes. Arces fundantem, ac tecta nouantem Idem ibid. 4, 260. *Opposita: Plin. in Paneg. c. 34 Excidisti intestinum malum, et prouida seueritate cauisti, ne fundata legibus ciuitas, euerfa legibus videretur. Disciplina accurate fundata et extructa Cic. de Fin. 4, 1. Domum fundare subole Sen. Octau. 532. Domum fundatam paternis, auitisque opibus exhaurit Quintil. in Decl. 9 f. Gladiatore. Familiam decimo partus stipendio fundauerat femina Apul. Met. 7 p. 136. Fides leuiter fundata, *vid. LEVIS.* Imperium magnis laboribus fundatum Cic. Catil. 4, 19. Imperium illud maxime vestrum fundauit Id. pro Corn. Balb. 31 c. 13. Pomponius in l. 2 §. Post hos fuerunt D. de Origine iuris, Post hos fuerunt Publius Mutius, et Brutus, Manilius, qui fundauerunt ius ciuile. Nam fundare, *Facere, constituere* Plaut. Mil. 3, 3, 43. *Significat et Firmare in mari.* Virg. Aen. 6, 4 — tum dente tenaci Anchora fundabat naues. Opes bene fundatae Ouid. Met. 14, 583. Penates prole Stat. Silu. 4, 7, 29. Reditus Plin. Paneg. c. 70. Cic. in Parad. 1, 3*

Qui hanc Rempubl. tam praeclare fundatam nobis reliquerunt. Sceptra fundare Sil. 1, 44. Thalamos nympha, i. uxorem ducere: vid. Drakenb. l. c. Conf. Borrich. Cogit. p. 298. Urbem fundabit legibus Virg. Aen. 6, 812.

FVNDA TVS, a, um. Partic. Quinctil. Decl. 9 Fundata paternis auitisque opibus domus. Hor. Epist. 1, 15, 45 Conspicitur nitidis fundata pecunia villis. Fixus et fundatus Reip. status Cic. Att. 1, 13 (16). Idem pro Flacc. 26 Nihil religione testatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expressum, etc. Compar. Quo fundatior erit ex arenato directura, eo firmior erit ad vetustatem soliditas tectorii Vitruv. 7, 3. Superl. Imperia fundatissima Arnob. 3 p. 115. Ecclesia fundatissima Augustin. Epist. 56. Fides fundatissima Id. ibid. 28. Cic. pro Domo 96 c. 36 Quod quum iudicafsem, desleui coniugis miserae dissidium, liberorum carissimorum solitudinem, fratris absentis amantissimi atque optimi casum, subitas Fundatissimae familiae ruinas, quae firmiter, ut aedificium in fundamento idoneo, stare videbatur.

FVNDA TIO, onis. f. In theatrorum et muri foundationibus Vitruv. 5, 12. Crassiores foundationes Id. 6, 11. i. fundamenta. Add. Id. 3, 3. et 5, 3.

FVNDA TOR, oris. m. Praenestinae urbis Virg. Aen. 7, 678. Hilario fundator et eruditor conuersationis monachorum Hieron. in vita Eiusd. Imperii Rom. Inscr. Grut. p. 56 n. 5 et 6. Pacis, Quietis publicae Inscr. Grut. p. 282 n. 6 et 283 n. 4. Rerum fundator ipse et artifex Prudent. Cath. 11, 27. de Deo.

FVNDA MEN, inis. n. [*θεμελίον*] Idem quod Fundamentum. Ouid. Met. 5, 361 Ambibat Siculae cautus fundamina terrae. Idem ibid. 4, 835 Augurio laeti iaciunt fundamina ciues. Conf. Prudent. Psychom. v. 826. Ponunt fauis apes fundamina Virg. Georg. 4, 161. Conf. Manil. 1, 726.

FVNDA MENTVM, i. n. [*θεμελίος*] Quo aliquid inimitur, inaedificatum est, etc. Cic. pro Sext. 5 Non aggrediar ad illa maxima et amplissima prius, quam docuero, quibus initiis ac fundamentis hae tantae summis in rebus laudes excitatae sunt. Adolescentiae fundamentis constituta senectus Idem de Senect. 62. Defensionis firmissima fundamenta meae sunt, si nitantur iudicio suorum Id. pro Cael. 30. Dialecticae fundamentum Cic. Acad. 4, 7. Iustitiae fundamentum, fides Id. Off. 1, 23 c. 7. Libertatis firmissima fundamenta Id. pro Corn. Balb. 31. Operum fastigia spectantur, latent fundamenta Quinctil. i prooem. Orationis fundamentum praeclare iactum Cic. de N. D. 1, 43. Virtutum omnium fundamentum, pietas Idem pro Planc. 29 c. 12. Sedes et fundamentum constituendae fidei, narratio Id. in Partit. 31. Solum quoddam atque fundamentum est, verborum usus et copia bonorum Cic. de Orat. 3, 149. Caementitia fundamenta, vid. CAEMENTVM. Stabili fundamento manet fortuna Lucret. 5, 1120. A fundamento, vid. A Praep. Plaut. Rud. 2, 2, 55. Agere fundamenta Cic. pro Milon. 76 c. 27. vid. AGO. Conuellere fundamenta, vid. CONVELLO. Disiecit a fundamentis arcem Nep. 20, 3, 3. Idem 23, 7, 7. Emota fundamenta quatit Virg. Aen. 2, 610. Habere mali fundamentum et radices altiores Cic. ad Brut. 17. Iacere fundamenta Quinctil. 1, 4. Cic. pro Flacc. 4 Nihil est praeterea quo fugere possumus, nisi forte quae res hoc iudicio tentetur, quid agatur, cui causae fundamenta iaciantur, iudices videtis. Idem Fam. 12, 25 Ego mihi Cornifici, quo die primum in spem libertatis ingressus sum, et cunctantibus caeteris ad XIII Calend. Ian. fundamenta Reipubl. ieci, eo ipso die prouidi multum, atque habui rationem dignitatis tuae. Id. Fam. 10, 29 Illi mihi necesse est concedant, ut tibi plus quam ipsi hoc tempore prodesse possim; quod quidem nec destiti facere, nec desistam, et iam in maxima refeci, et fundamenta Ieci salutis tuae. Iacta defensionis fundamenta Cic. pro Muraen. 14. Idem Philipp. 1, 1 Quantum in me fuit, Ieci fundamenta pacis. Contraria: Cic. pro Marcell. 26 Tantum abes a perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quae cogitas, nondum Ieceris. Latent fundamenta Quinctil. in prooem. 1. Locant alii fundamenta, pars ducere muros Virg. Aen. 1, 432. Locare fundamenta in lubrico atque instabili loco Plin. 36, 14. Ordiri fundamenta ex depressiore loco, vid. ORDIOR. Positum est philosophiae fundamentum in finibus bonorum et malorum Cic. de Diuin. 2, 2. Ponere fundamenta Consulatus Idem in Pison. 9 c. 4. Ponere virtutum omnium fundamenta in voluptate tanquam in aqua Id. de Fin. 2, 72 c. 22. Substruere fundamentum Plaut. Most. 1, 2, 40.

FVNDA MENTALIS, e. Adi. Solido fundamento innixus. Vnde FVNDA MENTALITER. Adu. Sidon. Epist. 3, 8 extr. Fundamentaliter eruere.

FVNEBRIS, FVNESTVS, FVNERO, vid. FVNVS.

FVN ETVM, vid. FVNVS.

FVNGOR, functus sum, fungi. [*τελέω, ἐπιτελέω*] Officium, munusque agere. De constructione cum Acc. et Abl. Lambin. ad Nep. 14, 1, 4. Voss. de Constr. c. 22. Potest res ita facilius teneri, si dicamus, Fungi esse occupari, versari vel circa rem, vel in re: Praepositiones autem supprimi. Plaut. Most. 1, 1, 45 Tu ibi istos habeas turtures, pisces, aues: sine me alliato fungi fortunas meas. Aduocatione iniuncta fungi Plin. Epist. 2, 11, 19. Aedilitate magnificentissima Cic. Off. 2, 57. Aedilitate Cic. Off. 2 c. 17. Tertull. in l. Proponebatur D. de Castrensi peculio, Proponebatur filiusfamilias miles testamento factio extraneum heredem scripsisse, deinde superstite decessisse: pater deliberante herede instituto ipse diem functus est, deinde heres, etc. qui diem, i. tempus sibi assignatum, peregit, ille mortuus esse intelligitur. Add. Iustin. 19, 1, 1. Sulp. Seuer. Hist. Eccl. 1, 7 extr. Nempe vita, die, luce, fato, etc. fungor est idem quod uiuo. Sed ut Vixi significat desii viuere, mortuus sum: ita functus sum vita est cursum vitae peregi. Non debebant igitur, qui verba interpretantur, dicere, fungi vel defungi significare mori: quae non magis mori significant, quam ipsum verbum uiuo. Neque accurate locutus est Pompon. l. 14 ff. pr. Filius familias miles si captus apud hostes vita fungatur, lex Cornelia subueniet scriptis heredibus. Ne dubites, an vita fungatur forte significet uiuat, et argumentum prohibet et l. 39 de Testam. milit. Epulis functi Ouid. Met. 4, 764. Fato functus, pro Mortuus Quinctil. 3, 7, 10. Fortuna prospere fungi Cic. de Clar. Orat. 24. Tacit. Hist. 2, 51 Additae erga Germanicos exercitus laudes, gratesque, et missa legatio, quae gaudio fungeretur, i. officium faceret in testando gaudio. Liu. 4, 57 extr. Quatuor creati sunt, omnes iam functi eo honore. Conf. Nep. 2, 7, 3. Laboribus functus Hor. 10,

- Carm. 2, 18, 38. Pro somno Lacrimis oculi funguntur obortis Ouid. Her. 8, 109. Legationibus fungi Quintil. 3, 2. Loco primo fungi Idem 3, 6. Tacit. Ann. 13, 21 Burrus iis Mandatis Seneca coram fungebatur. Militia fungi Suet. de Clar. Gramm. 9.
- 5 Plin. 8, 5 Non potuisse effici, ut crudelitatis alienae Ministerio fungerentur. Morte functus, *Mortuus* Ouid. Met. 11, 583. Conf. Patere. 2, 49, 1. Plaut. Men. 1, 4, 5 Nam parasitus, hominum octo Munus facile fungitur. Datames militare Munus fungens Nep. 14, 1, 4. Cic. Verr. 3, 199 Hoc vobis est statuendum, quid aratorem ipsum arationis nomine Muneris in Rempubl. fungi, ac sustinere velitis.
- 10 Caes. B. G. 7, 25 Hunc ex proximis vnus iacentem transgressus, eodem illo Munere fungebatur. Munere interpretis fungi Cic. de Fin. 1, . . . Munere fungi amici Hor. Epist. 1, 9, 5. Munere seruorum Nep. 4, 3, 6. Cic. de Amicit. 22 Denique caeterae res
- 15 quae expetuntur, opportuna sunt singulae rebus, fere singulis: diuitiae, ut vtare, etc. valetudo, ut dolore careas, et muneribus fungere corporis. Munere aedilicio maximo functus est Crassus Cic. Off. 2, 57 c. 16. Idem ibid. 2, 70 c. 20 Neque vero verbis auget suum Munus *homo tenuis*, si quo forte fungitur, sed etiam extenuat.
- 20 Tacit. Ann. 3, 17 Suprema erga memoriam filii sui Munera fungerentur. Munera Senatoria Sueton. Aug. c. 35. Officio suo fungi, *facere quod debeas* Ter. Adelph. 4, 3, 12. Cic. Brut. 9. Et pro Caes. 21 c. 9. Officiis iustitiae fungatur, qui adipisci veram iustitiae gloriam volet Cic. Off. 2, 43 c. 13. Officio ministerioque ser-
- 25 vorum fungi Plin. Epist. 1, 24. Officiis aetatis suae maiorem partem ciuilibus fungi Liu. 1. Supremo in aliquem Officio Curt. 3, 12, 11. Officiis vernaliter fungi Hor. Serm. 2, 6, 109. Officium fungi Ter. Heaut. 3, 3, 19. Idem Adelph. 3, 4, 18 Neque boni, neque liberalis functus Officium est viri. Opera mediastrini fungi
- 30 Vlpian. l. 1 D. Naut. caupon. etc. Partibus iudicis fungi Plin. Epist. 3, 5. Pignoribus fungi in vicem satisfactionis, i. Loco fideiussorum *pignora praestare* l. 7 D. de Praetor. stipulat. Caes. B. G. 8, 8 Quae octauo iam stipendio functa, tamen collatione reliquorum, nondum eandem vetustatis et virtutis ceperat opinionem. Vice cotis fun-
- 35 gar Hor. de Arte Poet. 304. Quum suam Vicem functus officio sit Liu. 1, 9 extr. Virtute functos duces canere Hor. Carm. 4, 15, 29. Vita fungi, *pro mori posuit* Papinianus in l. Filiusfamilias D. de Castrensi peculio, vid. supra Diem fungi. Paull. l. 63 D. ad l. Falcid. Pretia rerum non ex affectu, nec vtilitate singulorum, sed communiter funguntur: *velut officium hoc haberent. Nam etiam inanimata*
- 40 *funguntur.* Columel. 1, 5, 9 Quisquis aedificia volet in decliuiibus areis exstruere, semper ab inferiore parte auspicietur: quia quum ex depresso loco fuerint orsa fundamenta, non solum superficiem suam facile sustinebunt, sed et pro futura et substructione fungentur aduersus ea, quae mox, si forte villam prolatare libuerit, ad superiorem partem applicabuntur. Conf. FVNCTIO.
- 45 FVNGBILIS, c. Adi. *Iurisconsultis familiare.* Fungibiles enim res vocant, *Quae consistunt in numero, pondere, et mensura: ut Pecunia, frumentum, vinum, oleum: quarum adeo altera fungi alterius vice potest.* Caetera corpora in vniuersum omnia, omnesque aliae species, dicuntur Res non fungibiles.
- FVNCTIO, ōnis. f. [*ἐπιτελεσιωσις*] Cic. Tusc. 2, 35 c. 15 Labor est functio quaedam vel animi, vel corporis grauioris operis et muneris. Cic. Verr. 3, 15 c. 6 Ita decumas lege Hieronica semper vendendas censuerunt, ut iis iucundior esset muneris illius functio, si eius regis, qui Siculis carissimus fuit, non solum instituta commutato imperio, verum etiam nomen maneret. ¶ 2 Functionem pro morte atque interitu posuisse videtur Arnob. 2 p. 62 med. Omnis enim passio leti atque interitus ianua est, ad mortem ducens via et ineuitabilem rebus asserens functionem. Et 2 p. 82 extr. Hic enim eas (animas) retur esse perpetuas, et superesse mortalium functioni: superesse ille non credit, sed cum ipsis corporibus interire. Et p. 86 extr. Deo esse se gnatos, nec fati obnoxios legibus: si vitam restrictius egerint, aulam sibi eius patere, ac post hominis functionem
- 65 prohibente se nullo tanquam in sedem referri patritam. Sed est nempe ἐπιτελεσιωσις in hoc nomine, quo indicatur necessitas illa moriendi, et fungendi illo ultimo officio. ¶ 3 Inanimatis etiam Functio conuenit, ut Fungo. Paull. in l. 2 §. Mutui datio D. Si certum petatur, Mutui datio consistit in iis rebus, quae pondere, numero, mensura
- 70 constant: quoniam earum rerum datione possumus in creditum ire: quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem, quam specie, i. Vicem mutuam, per solutionem magis, quam per speciem. Nam in caeteris rebus (ut subdit Paullus) ideo in creditum ire non possumus, quia aliud pro alio inuito creditori solui non potest.
- 75 FVNCTVS, a, um. Part. Vid. supra in FVNGOR. Stat. Silu. 2, 1, 209 — Omnia functa Aut moritura vides. i. Defuncta. Functus, absolute pro mortuo Albinou. ad Liu. v. 393. ubi vid. Burm. Functi, dicti ab eo, quod fungantur honore et officio aliquo Isidor. 9, 4. Pass. Tot sacerdotia, tot ministeria perperam functa Tertull. adu. Haeret. 29.
- 80 FVNGVS, i. m. [*μύκης*] Boletus, habet conuenientiam cum Graeco σπόγγος. Plin. 22, 23 Fungorum lentior natura, et numerosa genera. sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi, qui rubent callo, minus diluto rubore quam boleti. Mox candidi, velut apice
- 85 flaminis insignibus pediculis. Tertium genus suilli, venenis accommodatissimum. Conf. Apic. 7, 13. Metaph. Fungus etiam in lucernis dicitur: Virg. Georg. 1, 392 — Testa quum ardente viderent Scintillare oleum, et putres concreescere fungos. Seruius. Nam ut dicit Plin. quum aer humidus esse coeperit, fauilla quae cum fumo so-
- 90 let egredi, prohibita aëris crassitate, in lucernis residet, et quasdam velut fungorum imitatur imagines. Vid. Plin. 18, 35. Albos fungos colligit Ouid. Fast. 4, 697. Ancipites Iuuen. Sat. 5, 146. Pluuiales Ouid. Met. 7, 393. Pratenfis Hor. Serm. 2, 4, 20. Venenatis fungis laborare Scribon. 198. i. comefis. ¶ 2 Fungus, Arborum morbus. Plin. 17, 24 s. 37, 4 Olea praeter vermiculationem, quam aequae ac ficus sentit, clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, vel patellam. haec est solis exustio. Fungus, item in auribus pugilum, Tuber prominens ex ictibus cestuum, sic a similitudine dictus. Tertull. de Spect. c. 23 extr. Tales enim cicatrices cestuum,
- 100 ad callos pugnorum et aurium fungos a deo cum suo plasmate accipit. Vegetius Mulom. 4, 28, 7 commendat stypticum, quod facit ad omnia vulnera humecta, et fungos exsicandos. ¶ 3 Fungum hominem, pro Stupido, et insulso posuit Plaut. Bacch. 4, 7, 23. et 5, 1, 2.
- 105 FVNGVLVS, i. m. Dimin. De Spongiolis siue fungulis Apic. 3, 20. et 5, 2. FVN-

FVNGĪDVS, a, um. Adi. Gloss. Gr. Lat. *σμφός*, fungidus, fungosus.

FVNGĪNVS, a, um. Adi. [*μυκηνός*] *Pertinens ad fungos.* Plaut. Trin. 4, 2, 9 Pol hic quidem fungino genere est, capite se totum tegit, Illyrica facies videtur hominis, eo. ornatu aduenit, etc. 5 Penult. corrept. ut vult Borrich. Cogit. p. 313.

FVNGŌSVS, a, um. Adi. [*μυκητώδης*] *Quod est rarum et leue, ad similitudinem fungi.* Plin. 6, 36 Hunc totum fungosa replet medulla. Columel. 4, 29. Sic, Fungosa terra Idem II, 13. Compar. Fungosior natura Plin. 16, 36.

FVNGOSĪTAS, ātis. f. [*μυκητότης*] a Fungoso dicitur. Plinii esse dicitur Tota fungositas derasa. Harduini quidem Index non habet.

FVNIS, is. [*χαῖνος, κάλως, μήρινθος, σπάρτον*] tam m. quam f. gen. teste Gell. 13, 20 citante versus Lucretii 2, 1153 Haud, ut opinor, enim mortalia faecula superne Aurea de caelo demisit funis in arua. Citat etiam Non. 3, 91. Vid. Macrob. Somn. Scip. 1, 14. et Turneb. Aduers. 5, 25. Plin. 16, 1 Vlva et p. luftri iunco funes nectunt. Col. 10 pr. 4 laudat prouerbium Graecum, Ex incomprehensibili paruitate arenae funis effici non potest. Antarius, vid. b. v. Canabinus, 20 vid. CANABIS. Ductarius Vitruu. 10, 3 extr. Laxi Virg. Aen. 8, 708. Lorei Cato R. R. 3, 5. Mediponti, Spartei, Subductarii, Torculi, vid. ff. II. Tortos incidere funes Virg. Aen. 4, 575. Ducere funem contentionis Tertull. adu. Marc. 4, 4. Funem contentiosum alterno ductu in diuersa distendere Idem de Pudic. 25 c. 2. Conuellere funem a terra, vid. CONVELLO. Perf. 5, 118 Quae dederam supra repeto, funemque reduco. b. e. Muto sententiam, repetens ea, quae tibi dederam supra, sapientiam et libertatem, vinculisque seruitutis iterum te adstringens. Tractum a iumentis, quae laxato fune aut habenis, liberius vagantur. Vel sumtum a ludo, unde et 30 est illud Ducere funem contentionis, et verbum Obtrectare. ¶ 2

Funis pro equo funali, vid. statim. Religare funem Lucan. 7, 860. Traiectus funis Virg. Aen. 5, 488. *intell. per foramen mali.*

FVNĀLIS, e. Adi. [*χοινοφόρος*] Valer. Maxim. 3, 6, 4 Cereus funalis dicitur, quod alias Funale est. Funales equi, qui essent in 35 curribus triumphantium, disputatur ad Sueton. Tib. c. 6 Aetiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinistro funali equo, quum Marcellus Octaviae filius dexteriore veheretur. Nihil videtur melius, quam statuere cum Torrentio, funales equos esse exteriores, interiores autem ad iugum et temonem iugales. Vid. Barth. ad Stat. Theb. 6, 461 ubi 40 Funalem Thoën Poëta memorat. Auson. Epitaph. 35, 10 Pegasus hinc dexter currat tibi, laeuis Arion Funis eat: quartum det tibi Castor equum: Funis, i. Funalis. Add. Rutgers. Var. Lectt. 1, 10.

FVNĀLE, is. n. [*κηρός, δάλος*] Isid. 20, 10 Funalia erant candelabra, exstantes stimulos habentia, quibus funiculi cera vel huius- 45 modi alimento luminis obliti figebantur. Operosum id genus funale est, quod describit Ouid. Met. 12, 245

Primus Ophionides Amycus penetralia donis
Haud timuit spoliare suis; et primus ab aede
Lampadibus densum rapuit funale coruscis: 50
Elatumque alte. —

Illisit fronti Lapithae Celadontis, et ossa
Non agnoscendo confusa reliquit in ore etc.

Tale interpretatur Gronou. Obs. 3, 6 illud Duillii, de quo Cic. de Sen. 44 c. 13 Delectabatur crebro funali ac tibicine. Crebrum intelligit 55 quod multos stimulos exstantes, multos funiculos illis fixos, habuerit. Non diffiteor tamen, mihi videri verius, crebrum funale, crebrum tibicinem, esse multos seruos funalia simplicia gestantes, multos tibicines. Caeterum Ciceronis ipsa verba spectasse videtur Aur. Vict. de Viris illust. c. 38 Duillio concessum est, ut praelucente funali, et praecinente tibi- 60 cine, a coena publice rediret. Hic ponite lucida Hor. Carm. 3, 26, 6 Densum funale coruscis lampadibus Ouid. Met. 12, 247. Noctem flammis funalia vincunt Virg. Aen. 1, 727. Seruius ad h. l. Funalia sunt, quae intra ceram sunt, dicta a funibus, quibus ante usum papyri cera circumdatos habuere maiores — Varro de Vita 65 Pop. Rom. Facibus aut candela simplici, aut ex funiculo facta, cera vestita, quibus ea figebant, appellarunt funalia. Funale, pro ipso Fune, apud Liu. 42, 65 extr. Funda media duo funalia imparia habebat.

FVNARIVS, i. m. Qui funem tractat. unde cognomen Gratiano 70 maiori apud Aurel. Vict. in Epit. c. 69. et Ammian. 30, 24. Funarii etiam dicti Currus, a genere vinculi quo alligabantur: Vid. Isidor. de Orig. 17, 35.

FVNĒTVM, i. n. Plin. 17, 22 Quum breuiore palmite farmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur. 75

FVNAMBVLVS, i. m. [*χοινοβάτης, νεροβάτης*] Qui per funem extentum spectaculi causa ambulat. Ter. in prol. Hec. 4 Ita populus studio stupidus, in funambulo animum occuparat. Conf. Idem ibid. 34 Messala Coruinus primus Funambuli nomen intulit, et post eum Terentius: Auctor Acron in Hor. Ser. 1, 10. Funambuli descri- 80 ptio est Manil. 5, 65

In praerupta dabit studium, vendetque periclo
Ingenium, ac tenues ausus sine limite gressus
Certa per extentos ponet vestigia funes;
Ac caeli meditatus iter vestigia perdet 85
Paene sua, et pendens populum suspendet ab ipso.

Sic Bentleius dedit ultimum versum, in quo variatur. Firmicus 8, 17 Erunt funambuli, oribatae, neurobatae. Vid. NEUROBATES. De elephantis funambulibus, vid. CATADROMVS. Metaph. Tertull. de pudicit. 10 Age tu, funambule pudicitiae — qui tenuissimum filum disciplina eiusmodi veri aui pendente vestigio ingrederis — dum tam securus et quasi in solido es.

FVNĪRĒPVVS, i. m. Idem significat quod Funambulus. Apul. Flor. 4 pr. Comoedus sermocinatur, Tragoedus vociferatur, Funi- 95 repus periclitatur.

FVNICVLVS, i. m. Dimin. [*χοινίον*] Plin. 12, 17 Atque attractis funiculis herbam eam conuolui, atque ita ossas fieri. Cic. de Inuent. 2, 154 c. 51 Funiculus, qui a puppi religatus scapham annexam trahit.

FVNVS, ēris. n. [*Πένθος, κηδεία* Vet. Gloss. Lat. Gr.] Donatus: 100 Funus a Funalibus dictum est: et est Pompa exsequiarum. Apparatus mortuorum Seru. ad Virg. Aen. 3. Ter. Andr. 1, 1, 100 Funus interim procedit, sequimur, ad sepulcrum venimus; in ignem posita est, fletur. Cic. de Amicit. 11 Quam autem ciuitati carus fuerit, moerore funeris indicatum est. Sen. de Benef. 6, 38 Dema- 105

VOL. II.

des Athenis eum, qui necessaria funeribus venditabat, damnauit, cum probasset, magnum lucrum optasse. *Mortem aliquando significat.*

Virg. Aen. 4, 308 Nec moritura tenet crudeli funere Dido. *Add.*

Id. Ecl. 5, 20. et Aen. 6, 429. Plaut. Amph. 1, 1, 35 Quod multa

5 Thebano Populo acerba obiect funera. *i. Multos occiderat.* Reipub-

licae funus, *Casum suum et discessum vocat* Cic. de Prouinc. Conf. 45.

Sed et Gabinius ac Piso, duo Reip. portenta ac paene funera. Idem ib.

c. 1. Tacit. Ann. 15, 64 Exin balneo illatus, et vapore eius exanimatus, sine vilo funeris sollempni crematur. *de Seneca.* Sollemnia

10 funerum Tacit. Ann. 3, 2. *Pro Cadauere, seu mortuo.* Inhumatum

funus Lucan. 7, 820. Virg. Aen. 2, 539 Et patrios foedasti funere

vultus. *Vbi Seruius: Funere, Cadauere, ab eo quod procedit,*

id quod sequitur: Funus enim iam ardens cadauer. *Sic usum Ma-*

15 *tarunt.* Funus nullius ex suis vidit Nep. 21. *Pro Sepulcro: Virg.*

Aen. 3, 62 Ergo instauramus Polydoro funus. *Vid. Seru. Pro Ex-*

stinctione, seu deletione. Lucan. 4, 231 Pro dira pudoris Funera.

Et Prudent. Agnet. 69 Qui me pudoris funere perderet. ¶ 2

Hinc intelligentur Epitheta. Acerbum Virg. Aen. 6, 429. eorum, qui

20 *immatura s. puerili aetate moriuntur.* Amplum, *vid. AMPLVS.*

Ardentia Stat. Silu. 2, 1, 158. Atrum Lucret. 2, 580. Crudeli

funere extinctus Virg. Ecl. 5, 20. Familiare funus et domesticus

luctus Cic. in Vatin. 30. Funestum Cic. pro Domo 42. Imma-

25 *turum* Quinctil. in Prooem. 6. Inhumatum Lucan. 7, 820. La-

crimosa Hor. Carm. 1, 8, 15. Lamentabilia, *vid. LAMENTOR.*

Maturo propior funeri Hor. Carm. 3, 15, 4. Miserandum Lucan. 1,

104. Modicum eius Tacit. Ann. 5, 1. *i. Tenue.* Perluctuosum

Cic. Q. Fratr. 3, 8. Lucan. 8, 736 Da vilem Magno Plebeii funeris

30 *arcam. i. Da Pompeio saltem Plebeium funus.* Praeclarum Perf. 2,

10. Profanatum acerbo vulnere Stat. Theb. 9, 8. Ouid. Met. 3,

136 — Dicine beatus Ante obitum nemo, Supremaque funera

debet. Tristitia Hor. Epist. 2, 2, 74. ¶ 3 *Verborum*

formulae: Celebrare funus alicui Plin. 10, 43. Liu. 8, 10. Con-

celebrare funus, Conficere funera, Congerere funera, *vid. hb. vv.*

35 *Conueniunt ad funus amici ad exequias cohonestandas* Cic. pro Quint.

50 c. 15. Dare saeva funera Virg. Aen. 8, 570. Dare operam

funeri Cic. Att. 15, 1. Deducere funus, *vid. DEDVCO.* Denfan-

40 *tur funera mista senum ac iuuenum* Hor. Carm. 1, 28, 19. Dotari

funeribus Ouid. Met. 13, 523. Ducere funus acerbissimum viuo vi-

45 *dentique* Cic. pro Quint. 50 c. 15. Ducere funus Plin. 10, 43. Ef-

ferre funere regio Suet. Neron. c. 30. Cic. pro Domo 42 Video

quosdam clarissimos viros, principes ciuitatis, aliquot locis iudicasse,

te cum plebe iure agere potuisse, qui etiam de me ipso, quum tua ro-

45 *gatione, funere etiam Reipubl. esse dicerent: tamen id funus, etsi*

miserum, atque acerbum fuisset, iure indictum esse dicebant. Ex-

pers funeris anima, *i. Immortalis* Lucret. 3, 712. Exinctus crudeli

50 *funere* Virg. Ecl. 5, 20. Facere amplum funus S. Sulpic. Cic. Fam.

4, 12. Facere funus prandio alicuius, *pro Consumere epulas prandii.*

Plaut. Men. 3, 2, 27 Fecisti funus absenti me prandio: cur ausus fa-

55 *cerere, cum ego ea, qua tu eras, eram?* Factum funus egregie Hor.

Serm. 2, 5, 105. Fecit de integro funus iam sepulto filio mater Cic.

60 *pro Cluent. 28. Indicere funus Reipublicae, vid. INDICO.* Indi-

55 *ducere hic esse verbum sollempne, docet* Varro de L. L. 5, 7 p. 56, 22. In-

ducere funus Cic. de Legib. 2, 61. Instare funeri, *vid. INSTO.*

65 *Instaurare funus alicui* Virg. Aen. 3, 62. *vid. INSTAVRO.* Locare

funus, *vid. LOCVS.* Cic. Verr. 5, 119. Maturare funus, *vid. MA-*

60 *TVRVS.* Merfit acerbo funere atra dies *infantes* Virg. Aen. 6, 429.

Pati funera Virg. Aen. 1, 236. Plangere funera alicuius Stat. Theb.

70 *12, 383. Procedit funus Ter. Andr. 1, 1, 100. Prodire in funus*

65 *ibid. v. 88. Reuiuiscere in funeribus* Cels. 2, 6. Soluere iusta

75 *paterno funeri* Cic. pro Rosc. Amer. 23. Soluere arbitraria fune-

ris Cic. post red. in Senat. 17. Sum tibi auctor funeris Ouid. Met.

80 *10, 199. Causa funeris tibi fui* Virg. Aen. 6, 458. Tradere

animam funeri Sen. Troad. 5. Venire in funus Cic.

85 *Att. 15, 1.*

FVNERAE, arum, f. Apud maiores dicebantur, Illae ad quas

funus pertinet, vt Sororem, Matrem. Nam praeficae sunt planctus

70 *principes, non doloris.* Funeras autem dicebant, quasi Funereas ad

quas pertinet funus. Seruius in Virg. Aen. 9, 487 — Nec te tua

75 *funera mater Produxi, pressive oculos, aut vulnera laui.* Epita-

80 *phium Ennii apud* Cic. de Sen. 73 c. 20. et Tusc. 1, 34 c. 15 *it. extr.*

sic legendum censet Scal. Catalect. p. 283 Nemo me lacrimis decoret,

neque Funera fletum Faxit: cur? volito viuis per ora virum. Sed

85 *libri plerique, neque funera fletu faxit. Etiam apud Virgilium sunt*

75 *magna sententiarum diuortia.*

FVNEREVS, a, um, Adi. [*κτερίος*] Funerae mulieres, de

90 *quibus modo e Seruio.* Bubo Ouid. Met. 10, 453. *funerum praefigus.*

Epulae Sen. Epist. 12. Martial. 8, 43 Funeramque toris quassat

95 *vterque* Facem. Frons funerea Virg. Aen. 4, 507. *i. e. Cupressus:*

80 *Seruius.* Homo funereus opponitur Vitali apud Barth. p. 1127 *qui*

obseruat etiam Funereum esse nonnunquam Dirum, qui oculos videntium

contaminet.

FVNEBRIS, e, Adi. [*ἐπιτάφιος, ἐπιτάφιος*] Idem ac Funereus.

85 *Bellum* Hor. Epist. 1, 19 *extr. i. Cruentum, plenum caedibus.* Cic. de

90 *Orat. 2, 341 c. 84 Laudationes nostrae scribuntur ad funebrem concio-*

nem. h. e. ita, velut in ipsa funebris sollempnitate habitae essent. Cu-

95 *pressi* Hor. Epod. 5, 18. Cic. in Vatin. 30 c. 12 *extr.* Cedo quis

vnquam coenauit atratus? ita enim illud epulum est funebre, vt mu-

100 *nus sit funeris, epulae quidem ipsae dignitatis.* Liu. 1, 20 *extr.*

90 *Nec caelestes modo caerimonias, sed iusta quoque funebria, placan-*

dosque manes, vt idem Pontifex edoceret. Iusta, sunt Exsequiae, et

Sacrificia, quae mortuis impenduntur, et funerandi sollempnitas. Lau-

105 *datationes* Quinctil. 3, 7. Sen. Epist. 102. *Vid. Berneg. ad Suet.*

Caes. c. 6. et Voss. *Inst. Orat. 3 p. 412.* Ludi Liu. 28, 21. Para-

95 *tus* Tacit. Ann. 13, 17. Funebrium longus ordo Pomparum

100 *Quinctil. in Aegro Red. p. 120. Sacra* Ouid. Trist. 4, 4, 85. Ti-

biae funebres, *auctore Festo, dicuntur, Cum quibus in funere canit-*

tur, quas flamine audire putabant illicitum. Vestimentum Cic. de

105 *Legib. 2, 59 c. 23.*

FVNERARIVS, a, um, Adi. *Vt, Funeraria actio, Quae de*

impensis funeris causa factis datur, l. 14 §. haec actio D. de relict. et

sumt. fun. Appellatur funeraticia actio in l. 30 D. de relig. Inde

Funerarium priuilegium, in l. vlt. D. eodem tit. ¶ 2 *Sub-*

stant. Firmic. 3, 6 Si per noctem fuerint inuenti Sol, Mercurius, et

105 *Saturnus: lapidarios facient, pollinctores, aut funerarios, vel qui-*

bus

bus sepulcrorum cura mandetur. Gloss. Gr. Lat. ἐπιμελητῆς κηδείας, Funerarius.

FVNĒRO, āre. [κηδεύω] *Sepelire*. Plin. 33, 10 Qui funerari se iussit sestertii undecim milibus. Suet. Domit. c. 17. Sen. ad Helu. c. 2 In oculis tuis mortuum funeraueras. Conf. ibid. c. 12. Suet. 5 Oth. c. 11. *Deponentiali forma usus est* Capitolinus in Pertinace c. 14 Successor corpus eius quanto potuit honore funeratus est.

FVNĒRĀTVS, a, um. Partic. *Morti vel sepulcro datus*. Petron. c. 129 Funerata est pars illa corporis, quae quondam Achilles eram. Prope funeratus arboris ictu Hor. Carm. 3, 8, 7.

FVNĒRĀTĪCVS, a, um. Adi. *Idem ac Funerarius*. Actio funeraticia Tit. l. 30 ex Pomponio.

FVNĒRĀTĪCVM, i. n. *Pecunia funeribus impensa*. Spon. Misc. Erud. §. 2 art. 11 p. 54 ex marmore, INFERATĀRKAĒN. PĀRTEM DIMIDIAM FVNĒRATICI.

FVNĒRATIO, ōnis. f. Mart. Capel. 6 p. 224 Funerationes negligunt.

FVNĒRĀTOR, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. κηδευτῆς νεκρῶν, Funerator.

FVNĒSTVS, a, um. Adi. [θανηφόρος] *Quod est funere inquinatum: sed etiam quidquid tristitiam et luctum aliis adfert, ut mali principes* v. g. Plin. in Paneg. 88 Nullum locum, nullum esse tempus, quo funestorum principum manes a posterorum execrationibus conualescant.

Caligula sceleratissimus ac funestissimus Eutrop. 7, 7. Sic Seneca, Vox illa funesta Reip. Funesta familia. Quae luctum et exsequias celebrat. Varr. de L. L. 4, 4 p. 10, 8 Quoad inhumatus sit mortuus familia funesta manet. Add. Liu. 2, 47. Caius in l. Si ex re §. Il-

lud quaesitum D. de stipulatione seruorum, Quae ratio illo argumento commendatur: quod heredis familia ex tempore mortis funesta facta intelligitur, etc. Cic. in Catil. 1, 24 Aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus perniciosam esse confido, et funestam futu-

ram. Funestum est a forti atque honesto viro iugulari: funestius ab eo cuius vox in praeconio quaesum praestitit Cic. pro Quint. 95. Acies funesta, vid. ACIES. Arma funesta induere Ouid. Fast. 1, 521. Auctio Cic. pro L. Agr. 1, 7. Bellum Liu. 35, 32. Bella funestissima Eutrop. 5, 6. Campus funestior aequore Sil. 8, 259.

Consilia Valer. Argon. 6, 431. Curae, Metus mortis Claud. de Rapt. Proserp. 2, 277. Dies funestior Alliensis pugnae Cic. Att. 9, 4 (5). Dies aliquibus funestus Cic. Verr. 5, 122. Domus Ouid. Met. 7, 575. Ensis Cic. in fragm. Arat. Vid. Grot. et Gruter.

Epistolae Paterc. 2, 117, 1. Facem funestam a templis repellere Cic. Anteq. iret in exil. 24. Familia, vid. supra. Hora Laican. 6, 6. Ignes funestos templis deorum inferre Cic. in Catil. 3, 22. Malum Ouid. Trist. 3, 6, 28. Munus Ouid. Met. 2, 88. Nox alicui funesta Cic. pro Flacc. 103. Liu. 4, 9 Nec vlla species, cladesque belli abest, velut contacta ciuitate rabie duorum iuuenum, funestas nuptias ex casu patriae petentium. Omen Propert. 2, 28, 38. Matus apud Varron. de L. L. 6, 5 p. 80, 26 Obsceni interpres funestique Ominis auctor. Cic. pro Cluent. 14 Nubit genero socrus nullis auspiciis, nullis auctoribus, funestis Omnibus omnium. Pestis Reipublicae funesta Cic. pro Domo 5. Principes, vid. supra. Taedae Virg. Aen. 7, 322. Tribunatus pestifer et funestus Cic. pro Domo. Tuba funesta tristior Propert. 2, 7, 12. Vestis Catul. 62, 234. Victoria Planis. Cic. Fam. 10, 8.

FVNĒSTE. Adu. Apud Firmic. unde Compar. Funestius, apud Gellium

FVNĒSTO, āre. [μιασφονέω] *Funere inquinare*. Cic. pro Font. 21 c. 10. Idem pro Milon. 91 c. 33 Sedem ab vniuerso Populo concessam vni ordini inflammari, excindi, funestari. Idem pro Rabir. perd. reo II. Catul. 62 (65) 201 Tali mente deae funestet seque suosque. Sen. ad Helu. c. 35 Fortuna implacabilis ipsa funestauit puluinararia.

FVNĒSTĀTVS, a, um. Adi. Saluian. adu. Auarit. 3, . . . Mirum est quod hoc ipsum sinis vt funestato te tua habeat.

FVNĒSTATIO, ōnis. f. Apud Firmic. . . . FVNĒSTATOR, ōris. m. Idem qui Funerator, apud Augustinum

FVO, is. vid. FVAT.

F V R

FVR, fūris. c. [κλέπτει, φῶρ] *Qui clanculum rem alienam aufert retinendi animo*. Nonius 1, 250 Fures significantiam habent a Furuo, quod Romani veteres Atrum appellauerunt: et quod per obscuras atque atras noctes oportuna sit eius mali effectio, eos dictos Fures testatur Varro Rerum Diuin. 14. Quibusdam tamen magis placet Furem a Fero deriuari, quod ferat, id est auferat res alienas. Alii a Graeco φῶρ, deductum volunt, quibus modus Syllabae longus fauet. Paullus l. I D. de furtis, Furtum a Furuo, id est nigra dictum Labeo ait, quod clam et in obscuro fiat, et plerumque nocte. Vel a Fraude, vt Sabinus ait. Vel a Ferendo, et auferendo. Vel a Graeco sermone, qui φῶρας appellant fures. Immo et Graeci ἀπὸ τῆς φέρεν, φῶρας dixerunt. Inde sola cogitatio furti faciendi non facit furem. De Furum generibus, et varia punitione, vid. Gell. II c. vlt. Fur mihi es Plaut. Aulul. 4, 10, 38. i. Furaris mea. Idem Rud. 2, 3, 54. Furem vocat Plaut. Aulul. 2, 4 extr. Hominem trium literarum. Fures ambae Plaut. Poen. 5, 4, 65. de duabus Meretriculis loquens. Fur a Varrone dicitur, qui Fucus in apibus nominatur, de R. R. 3, 16. Conf. Plin. II, 17. Balnearius fur, vid. BALNEVM. et Lex. Pitisc. Mali Hor. Serm. I, 1, 77. Manifestarius, vid. MANIFESTVS. Nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderit, interfici impune duodecim tabulae voluerunt Cic. pro Milon. 9 c. 3. Quinetil. 5, 10. Commutant fures signa earum rerum, quas ceperunt Cic. de Fin. 5, 74. Fur priscorum verborum Suet. de Clar. Gramm. c. 15. Fures pro Militibus Plaut. Afin. 2, 4, 15. vid. MANIPVLVS. Fures etiam Serui dicti sunt: Virg. Ecl. 3, 16 Quid domini facient; audent quum talia fures? Seruius. Conf. Ter. Eun. 4, 7, 6.

FVRVLCVLS, i. m. Dimin. [κλεπτίδιον] Apud Priscianum esse dicitur.

FVRVNCVLS, i. m. item Dimin. [κλωπάριον] Cic. in Pi- son. 76 c. 27 Nam quod vobis iste tantummodo improbus, crudelis olim furunculus, nunc vero etiam rapax.

¶ 2 Furunculus, [δορῆων] est tuberculum acutum cum inflammatione et dolore, maximeque vbi iam in pus vergit. Qui vbi adaptus est et exiit pus, subter apparet pars carnis in pus versa, pars corrupta subalbida, sub-

100

105

rubra, quem ventriculum, quidam furunculi nominant. Haec et
 plura Cels. 5, 28, 8 qui locus velut classicus est. Scribon. 216. 214.
 Plin. 20, 13 Furunculos concoquit cum fermento. Vid. Idem 26, 12.
 Conf. FERVUNCVLVS sub FERUEO. ¶ 3 Furunculus et-

5 iam in vitibus dicitur Extuberantia quaedam in modum verrucae, quae fit,
 dum germen ex cicatrice procedit. Col. 4, 22 Plerumque autem germen
 de cicatrice procedit, quod siue longius prosiluerit, in flagellum sub-
 mittitur, siue breuius in pollicem, siue admodum exiguum in furun-
 culum, is ex quolibet vel minimo capillamento fieri potest. Vid.
 10 Idem c. 14.

FVRINVS, a, um. Adi. [κλεπτικός] Quod ad furem pertinet.
 Plaut. Pseud. 3, 2, 2 Nam non coquinum est, verum furinum
 est forum.

FVRINA, ae. f. Dea, cuius honos apud antiquos, nam ei sacra
 15 instituta annua, et flamen attributus, nunc vix nomen notum paucis.
 Varr. de L. L. 5, 3 p. 48, 3. it. 4, 5 p. 23, 6. Conf. Cic. de N. D.
 3 c. 18. Et ad Q. Fratr. 3, 1, 2. Adde Turneb. Aduers. 6, 5. Vid.
 locum Capellae in MANIA.

FVRINALIS, e. Adi. Ut, Flamen furinalis Varro l. c.
 20 FVRINALIA, um. n. Festum Furinae eiusque sacra. Varr. ibid.
 ad Furnalia. FVRR. N. P. LVDI, i. Furinalia nefastus primo,
 Iudi. Nardin. Rom. Vet. 7, 2. Conf. Lex. Pitisc.

FVRA, ae. f. Eadem Dea. Mart. Capel. 2 p. 40. Locum damus
 in MANIA.

25 FVRIPPVS, i. m. a Furando, primam producens; corripuens, a
 Furendo, ἄπιος autem est equus, quae vox in compositione interdum
 ἔπιπαιον seu Intentionem tantum, et Valde magnum significat, ut docet
 Budaeus in Comm. Lingu. Graec. Adeo ut Furippus, vel Insignem furem,
 vel Hominem valde furiosum denotet. Hinc pendet sensus Epigramma-
 30 tis Aufon. 115

Pars te Furippum vocitat, pars vero Furippum,
 Altera producens, altera corripuens.

Elige vtrum malis: aut tende, aut corripe nomen;
 Conueniet quoduis, fur furiose, tibi.

35 FVRTVM, i. n. [κλεπτοσύνη, φῶρον, κλέμματα, κλοπία, κλοπή]
 est (inquit Paullus Iureconf. D. de furt. l. 1) Contrectatio rei fraudu-
 losa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius posses-
 sionis, quod lege naturali prohibitum est admittere. Caes. B. G.
 6, 15 Qui in furto aut latrocinio, etc. Apertum Cic. pro Quint. 26.

40 Id. pro Rosc. Com. c. 9 extr. Balnearium, vid. BALNEVM. In-
 pudensissimum Cic. Verr. 1, . . . Iocosum Hor. Carm. 1, 10, 8.
 Manifestum, vid. MANIFESTVS. Abactus furto, vid. ABACTVS.

Abest mihi res aliqua furto, pro Deest, subrepta est. Vlpian. D. de
 furtis l. In actione furti, Signati argenti numerum debet complecti:

45 veluti aureos tot, pluresue, furto ei abesse. Paullus D. de verbo-
 rum signif. l. Labeo et Sabinus, Item si dominus rem, quae sibi furto
 aberat, ignorans emerit: recte dicitur res abesse, etiam si postea id
 ita esse scierit: quia videtur res ei abesse, cui pretium abest.

Sabinus D. de furtis l. Si is, cui commodata res erat, furtum Admisit:

50 agi cum eo et furti et commodati potest, et si furti actum est, com-
 modati actio extinguitur, si commodati, actioni furti exceptio obii-
 citur. Vlpian. D. Si familia furtum fecisse dicitur l. 1 Veilissi-
 mum id edictum Praetor proposuit, quo dominis prospiceret aduersus

55 euertant domini patrimonium, si etc. Sabinus D. de furtis l. Si
 is, cui commodata res erat, Furti Agere potest is, cuius interest rem
 non subripi. Idem lege proxime sequenti, Furtiuam ancillam bona

fide duobus aureis emtam quum possiderem, subripuit mihi Attius,
 cum quo et ego et dominus furti agimus. Pomponius lege proxime

60 sequenti, Furti cum eo Agere non possum. Alligare se furti, Ad-
 stringere se furti, vid. hh. vv. Iustinian. Institut. 4, 1 Con-
 ceptum furtum dicitur, quum apud aliquem testibus praesentibus furtiuam

res quaesita et inuenta sit, nam in eum propria actio constituta est,
 quamuis fur non sit, quae appellatur Concepti. Oblatum furtum di-

65 citur, quum res furtiuam ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te con-
 cepta sit: utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius quam
 apud eum qui dedit, conciperetur. Nam tibi apud quem concepta

fit, propria aduersus eum qui obtulit, quamuis fur non sit, constituta
 est actio, quae appellatur oblata. Est etiam prohibiti furti, actio

70 aduersus eum, qui furtum quaerere testibus praesentibus volentem
 prohibuerit. Praeterea poena constituitur edicto Praetoris per acti-
 onem furti non exhibiti, aduersus eum, qui furtiuam rem apud se

quaesitam et inuentam non exhibuit. Sed haec actiones, scilicet Con-
 cepti, et oblata, et furti prohibiti, necnon furti non exhibiti, in defuc-

75 tudinem abierunt. Gell. 11, vlt. e quo multas de furtis formulas pe-
 tent studiosi, Ea quoque furta, quae per lancem liciumque concepta es-
 sent, perinde ac si manifesta forent vindicauerunt. Paulo post,

Furti concepti, item oblata, tripli poena est. Lex duodecim tabu-
 larum ex Gell. l. c. ita restituit Gothofr. SI FVRTVM LANCE

80 LICIOQVE CONCEPTVM ESCIT, ATQVE VTI
 MANIFESTVM, VINDICATOR. Multa hic disputant
 Icti, quid licium, quid lanx, quid concipere? Vid. Abr. Wielingii

diatriba de furto per lancem et licium concepto. Marp. 1719. Nos
 significationem singulorum verborum breuiter persequemur. Tiro Cicero-

85 nis libertus apud Gell. 12, 3 Licio transuerso, quod limum appellatur,
 qui magistratibus praeministrabant, cincti erant. Festus, Lance et
 licio dicebatur apud antiquos; quia qui furtum ibat quaerere in do-

mo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat pro-
 pter matrum familiae aut virginum praesentiam? Fuerit itaque

90 licio cinctus tenuis, quo et pudenda velaret quaesitor talis, et
 publicum ministrum se esse ostenderet: nudum caetera fuisse, Atticorum
 ratio suadet, quam declarat ad Festum Scaliger. Lancem perforatam, et

ita formatam, ut laruae vicem praestare posset, credibile faciunt verba Fe-
 sti laudata, nempe pudori suo et fronti consulit larua, qui nudus prodire

95 in conspectum cogitur. Apud Petron. 97 actus similis refertur, ubi
 praeco cum seruo publico quaerit Gitonem. Nec longe a praecone
 stabat Ascylltos, amictus discoloria veste (hanc putant esse pro licio)

atque in lance argentea indicium et fidem (i. ipsam pecuniam promif-
 sam iudici, quae proinde fidem pollicitationi faceret) praeferebat. Haec

100 igitur lanx ad alium plane usum: et quaeritur hic seruus amissus, pro-
 profito praemio: et olim abrogata erat lege Aebutia illa furti concipien-
 di, i. deprehendendi ratio. Gell. 16, 10 Furtorum quaestio cum

lance et licio euauit, etc. Concipere autem esse hic totum capere, de-
 prehendere, Φωρῶν, ipsa definitio Iustiniana satis indicat, ut et illae,
 105 quae habentur in Caii Inst. 2, 10, 3. et Paulli Rec. sent. 2, 31, 3. Mo-
 desti-

destinus D. de furtis l. Sempronia, Modestinus respondit, si clam subtraxit, furtum Commissum. Iustinian. Institut. 4, 1 Si is, qui rem vtendam accepit, in alium vsum eam transferat, quam cuius gratia ei data est: furtum Committit. *Paullo post*, Placuit eos, qui rebus commodatis aliter vterentur, quam vtendas acceperint, ita furtum Committere, si se intelligant id inuito domino facere. *Sic ibidem frequenter.* Gell. 11 c. vlt. in fine, Quocirca ne id quidem Sabinus dubitare se ait, quin dominus furti sit Condemnandus, qui seruo suo, vti furtum faceret, imperauit. Cic. pro L. Flacc. 43 c. 18 Pari felicitate vna legatus venit Nicomedes, qui neque in Senatum vlla conditione peruenire potuit, et furti et pro socio Damnatus est. Deprendere furta alicuius Ouid. Met. 3, 7. Africanus in l. Ancilla D. de furtis, Ancilla fugitiua quemadmodum sui furtum Facere intelligitur, ita partum quoque contrectando furtum facit. Vlpian. D. de furtis l. Si quis vxori, Si Titius alienam rem vendidit, et ab emtore numos accepit, non videtur numorum furtum Fecisse. Celsus eodem tit. l. Inficiando, Infans apud furem adoleuit, tam adulescentis furtum Fecit ille, quam infantis. Papinianus eodem titulo, l. Si vendidero, Falsus procurator ita demum furtum pecuniae Fecit, si nomine quoque veri procuratoris, quem creditor habuit, assumpto, debitorem alienum circumuenerit. Vlpian. D. de furtis l. Si quis in seruitute furtum Fecerit: Caeterum si quum tibi furtum facerem, de domo tua abscondisti te, ne te occidam, etiam si vidisti, etc. *Idem eodem tit.* l. Si quis vxori: Sed si filius meus, qui habet castrense peculium, furtum mihi fecerit: an possim actione vtili aduersus eum agere videndum est. *Paullo post*, Non tantum igitur faciet furtum filio, sed etiam furti tenebitur. *Sed ipse quoque* Cic. pro Cluent. 179 Hoc ipso fere tempore Strato ille medicus domi furtum Fecit. *Idem de N. D.* 3, 74 Ope consilioque tuo furtum aio Factum esse. Vlpian. D. de furtis l. Si quis vxori, Seruus qui se liberum affirmavit, vt sibi pecunia crederetur, furtum non Facit, namque hic nihil amplius, quam idoneum se debitorem affirmat. *Lege eadem, sub finem*, Si quis iurauerit se furtum non Fecisse, deinde rem furtiuam contrectet; etc. Caius eodem tit. l. Si pignore, Ex quo satis apparet, furtum Fieri, et si quis vsum alienae rei in suum lucrum conuertat. *Paullus quoque frequenter eodem tit.* l. Si is, qui rem pignori dedit. Ligurire furta Hor. Serm. 2, 4, 79 Caius D. de furtis l. Si pignore, Eum qui quod vtendum accepit, ipse alii commodauerit, furti Obligari responsum est. Sabinus eodem tit. l. Si is, qui pignori rem accepit, de vendendo pignore nihil conuenisset, vendidit: furti se Obligat. *Sic Vlpian.* D. de verb. signific. l. 174. et Paullus l. 3 D. Rerum amotarum. Masurius Sabinus apud Gellium 11 c. vlt. Qui alienum quid iacens lucri faciendi causa sustulit, furti Obstringitur, siue scit cuius sit, siue nescit. Participare furtum, *pro Participem esse furti* Vlpian. Si familia furtum fecisse dicitur l. 1. Iulianus, D. de furtis l. Interdum, Si res peculiaris subrepta in potestatem serui redlerit: Solutur furti vitium, et incipit hoc casu in peculio esse, et ita a domino possideri. Solutum esse furtis noxaeque Vlpian. D. Si familia furtum fecisse dicitur l. Quoties. *Idem* D. de verb. significat. l. 174 Aliud est promittere furem non esse, aliud furto noxaeque Solutum. Qui enim dicit furem non esse, de hominis proposito loquitur; qui furto noxaeque solutum, nemini esse furti obligatum promittit. Subducere aliquid pauido furto Lucan. 2, 168. Caius D. de verborum signific. l. Mulieris, Definere autem abesse res tunc videtur, quum sic rediit in potestatem, ne amittere eius possessionem possimus ob hoc, quod furto pridem Subtracta est. Vlpian. D. de furtis l. Si quis vxori res mariti subtrahenti opem consiliumque accommodauerit, furti tenebitur, sed et si furtum cum ea fecit, Tenebitur furti, quum ipsa non teneatur. Ipsa quoque si opem furi tulit, furti non tenebitur, sed rerum amotarum. Vlpian. D. de furtis l. Si quis vxori, *Idem dicendum est et in filiofamilias milite*, nam ipse patri non Tenebitur furti. *Rursus lege eadem* §. Si maiora quis tibi pondera commodauit, quum emeris ad pondus: furti eum teneri venditori, Mela scripsit. *Paullus eodem titulo* l. Creditoris, Dominus qui rem subripuit, in qua vsusfructus alienus est, furti vsusfructuario tenetur. § 2 Furtum vt Graec. κλέμνα veteres dicebant *Quidquid clam factum esset.* Plaut. Bacch. 1, 2, 60 Fecisti furtum in aetatem malum, Quum istaec flagitia me celauisti et patrem. Furto fugam abscondere Virg. Aen. 4, 937. Is qui nocte miserorum furtum deprehenderat Petron. c. 104. Cic. Fam. 16, 26 Tu etiam, si quod scribas non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quaesiuisset videaris. Creatus Pontifex in eius locum furto Patere. 2, 63, 1. Quindecim millia hoc furto Subducta sacuitiae sunt Curt. 4, 4, 15. Fugae furta Lucan. 4, 416. Latitantia Claud. de Rapt. Proserp. 1, 106. Modestum Ouid. de Arte Am. 2, 389. Vell. 2, 63, 1 de Lepido, Pontifex Max. in C. Caesaris locum furto creatus. *Pro Adulterio*: Tibull. 1, 2, 34 — Celari vult sua furta Venus. Virg. Aen. 6, 24 — Suppositaque furto Pasiphaë. *Sic et Georg.* 4, 346 Vulcani Martisque dolos et dulcia furta: adulterium Martis et catenae Vulcani, furtum utrumque. Tacito non Cognita furto Deidamia mihi Stat. Achill. 2, 229. Ouid. Met. 2, 423 Hoc certe furtum coniux mea nesciet, inquit. Puer furto conceptus Ouid. Fast. 2, 183. E furto genitus Sil. 7, 485. *Conf. b. l. Heinf. et Drakenb. it. Lotich. ad Petron. p. 64.* Iucundum Ouid. Amor. 2, 8, 3. *In bello* Furta vocantur Insidiae: Virg. Aen. 11, 515 Furta paro belli conuexo in tramite siluae. *Idem* 10, 150 — Haud furto melior, sed fortibus armis. Sallust. Hist. 1 Metu gentis ad furta peridoneae. Seruius. *Conf. Non.* 4, 203. Ita vt in prima parte leues Hispanos, aptissimos ad furta Bellorum poneret Frontin. 2, 5, 31. *ubi conf. Kersch.* Furto non praerlio opus esse censebat Curt. 4, 13, 4. Qui clam, qui semper inermis Rem gerit, et furtis incautum Decipit hostem Ouid. Met. 13, 82. Nec adhuc ad fraudis opertum Venerat, aut Foueae calcarat furta malignae Prudent. Psychom. v. 268. Noctis furtum Curt. 4, 13, 9. Liu. 26 extr. Deinde vt clarior res erat, quam vt tegi ac dissimulari possent, eleuabant verbis: nec opinato aduentu, ac prope furto vnus diei vrbem vnam Hispaniae interceptam. § 3 *Sed etiam* Furtum, Omne malum factum quatenus fraude perpetratum intelligitur, significat. Virg. Aen. 6, 568 Quae quis apud superos furto laetatus inani Distulit in seram commissa piacula mortem. *Vid. Donat. in Ter. Eun.* 4, 7, 39. *Vbi* Alligare se furti, est Reum se facere maleficii. Omnes furta faciunt, qui illicita committunt Saluian. de Gub. D. 4. *In MSS. permutari* Furtum et Factum, vid. in FACTVM.

FV R T O. Adu. *pro Furtim*. Gloss. Gr. Lat. *λάθρως*, clam, clandestino, furto.

FV R T I M. Adu. [*κλαδών*] *i. Clam: cuius contrarium est Palam.* Cic. de N. D. 2, 124 Itaque bestiae furtim, ut dixi, fruuntur: domini palam et libere.

Idem pro L. Agr. 2, 41 Quid Alexandria, cunctaque Aegyptus? ut occulte latet? ut recondita est? ut furtim tota Decemuiris traditur? Facere aliquid furtim Cic. pro Domo 131. Latent furtim Ouid. Met. 14, 275. Succedere ad montes furtim Liu. 22, 16. Conf. Virg. Aen. 2, 18 etc.

FV R A X, acis. Adi. [*ἐπίκλοπος, κλεπτικός*] Qui facile furatur, et furtis faciendis animum applicuit. Homo auarus et furax Cic. de Orat. 2, 268 c. 66. Conf. Gell. 4, 8. Lepus Martial. 1, 49. *al. Fugax.* Manus furaces Martial. 8, 40. Et Cic. in Pison. 74 Nam quum tu timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam

15 cruentis fascibus lauream, etc. Seruus Cic. de Orat. 2, 248. Compar. Martial. 8, 59 — Nihil est furacius illo. Superl. Aurel. Vict. de Or. Gent. Rom. c. 7 Cacus furacissimus.

FV R A C I T A S, atis. f. [*τὸ κλεπτικὸν*] Plin. 10, 29 Cui soli auid furacitas auri argentique praecipue mira est.

20 FV R A C I T E R. Adu. [*κλεπτικῶς*] Cic. in Vatin. 15 c. 5 Quumque omnium domos, apothecas, naues furacissime scrutarere, etc. Vid. Charif. Gram. p. 179. et Front. p. 2194.

FV R T I F I C V S, a, um. Adi. [*φωροποιός*] Qui furtum facere solet. Plaut. Pers. 2, 2, 44 Vbi illa altera est furtifica leaena? Idem

25 Pseud. 3, 2, 97 Vt praerodatis vestras furtificas manus. Antiquum. Idem Epid. 1, 1, 10.

FV R T I V V S, a, um. Aliud Adi. [*κλοποιός, κλωπικός, κλοπιμαίος*] Quod furto est raptum. Plaut. Pers. 4, 3, 53. Idem Poen. 4, 2, 77 Et qui eas vendebat, dixit se furtiuas vendere. Plin. 19, 7 extr.

30 f. 37 Rutam furtiuam tantum prouenire fertilius putant, sicut apes furtiuas pessime. Res furtiua Quinctil. 5, 13 sub fin. Clandestinus. Gell. 17, 9 Res quasdam occultas nuntiare regi furtiuo scripto volebat. Sic Furtiuae excursiones Liu. 24, . . . Amor Virg. Aen. 4, 171. Catull. 7, 8. Artes furtiuae Cupidinis Ouid. ex

35 Pont. 1, 4, 41. Ioci Ouid. de Arte Am. 3, 640. Iter furtiuum in Italiam Cic. in Pison. 97 c. 40. Mentis furtiuae conscia litera, *i. epistola mulieris ad furtiuum amorem inclinatae* Ouid. Epist. 17, 265. Munus Catul. 63, 19. Venus Ouid. de Arte Am. 1, 275. Viae Ouid. de Arte Am. 2, 246. Voluptas Idem Met. 4, 327.

40 FV R T I V E. Adu. [*ληστῆριῶς*] *pro Furtim*. Plaut. Poen. 5, 2, 62 Certiorem esse te volui, ne quid furtiue clam accepisse censeas. Furtiue tunc Valeriae familiaris Lactant. de Mort. Persecut. c. 40.

FV R O R, ari. [*κλέπτω*] Clam alienum auferre. Plin. 12, 14 Nemo furatur alteri. Cic. Verr. 4, 50 Tum primum intellexi ad eam

45 rem istos fratres Cybiratas fuisse, ut iste in furando manibus suis, oculis illorum vteretur. Plaut. Rud. 1, 2, 23 Quid tu id quaeritas? An quo furatum mox venias, vestigas loca? Furari et clam alicui eripere Cic. Off. 2, 40. Rapere et furari Cic. Verr. 1, 60 c. 22. Quinctil. 3, 6 Qui pecuniam publicam ex templo furatus est. Ocu-

50 los fessos furare labori Virg. Aen. 5, 845. *i. subduc, interquiesce.* Furtim assigui, et furtim obrepere ad aliquid. Cic. pro Corn. Balb. c. 2 Non enim furatus esse ciuitatem, non genus suum ementitus. Noturna pie furantem busta sororem Nemesian. Cyneg. v. 45. *de Antigone iniussu regis fratrem sepeliente.* Apul. Flor. 4 pr. Praestigiator

55 furatur. *i. subducit hominum oculis, quae videre se putant.* FV R A T V S, a, um. Partic. Aufon. Mosell. 175 — Mediis furatae collibus uas Panope. Vulg. Interp. Exod. 21, 16 Furatus hominem.

FV R A T I O, onis. f. *ICt. in Dig. esse dicitur.*

60 FV R A T O R, oris. m. Tertull. Apol. c. 46 extr. Furator veritatis Philosophus.

FV R A T R I N A, ae. f. Idem quod Furacitas, furtum. Apul. Met. 6 p. 178 Furatrina facili. Coniugalis Id. l. 8 p. 202, 10. adulterium. Et 10 p. 245 Diu quidem pulcherrime mihi furatrinae procedebat

65 artificium. FV R A T R I N V S, i. m. Mercurius sic dictus, si fides Beroaldo ad Varr. de L. L. 4, 15.

FV R C A, ae. f. [*διερανος*] a Ferendo; dictum Instrumentum, quo stramenta feruntur. In furcas destitutas colla bouum includere Varr.

70 R. R. 1, 20, 2. Hor. Epist. 1, 10, 24 Naturam expellas furca licet, vsque recurret. Bicornes Virg. Georg. 1, 264. et 2, 359. Ferreae, apud Catonem c. 10. Omne id, quo quid sustentatur, in modum furcae factum. Plin. 14, 2 Furcas subdere his necessarium. Idem 9, 8 Tunc piscatores circumdant retia, furcisque subleuant. ¶ 2

75 Instrumentum ieruilis cruciatus, cruci affine, apud veteres quidem non capitale, sed quo tantum constringerentur, praerogatiua ultimi supplicii. Prudent. Peristeph. 10, 851 Et iam retortis brachiis furca eminus Romanus actus ingerebatur rogo. Vid. Turneb. Adu. 4, 3. Liu. 1, 26 Hunccine aiebat, quem modo decoratum, ouantemque victoria incedentem vidistis, Quirites eum sub furca uinctum, inter verbera, et cruciatus videre potestis? Add. 2, 36 ubi Seruus sub furca caesus, quem Macro. Sat. 1, 11 patibulo constrictum appellat. Sueton. Ne-

80 ron. c. 50 Legitque, se hostem a Senatu iudicatum, et quaeri, ut puniatur more maiorum; interrogauitque, quale esset id genus poenae? Et quum comperisset, nudi hominis ceruicem inferi furcae, corpus virgis ad necem caedi etc. Diuersa est ab hac Furca illa, a qua dicitur Furciferi si Donatum et Plutarchum audimus. Vid. mox FV R C I F E R. Sed est etiam ultimi supplicii instrumentum Furca. Callistratus in l. Capitalium §. Famosos D. de poenis, Famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos quam pluribus placuit: ut et conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, et solatio sit cognatis et adsinibus interemptorum, eodem loco poena reddita, in quo latrones homicidia fecissent. Etiam canes sic puniti Romae. Plin. 29, 4 pr. Eadem de causa (in memoriam paene capti a Gallis Capitolii) supplicia

90 annua canes pendunt — viui in furca sambucea arbore fixi. ¶ 3 Instrumentum bellicum in scalas usurpatum. Liu. 28, 3 Iam qui crexerant ad murum scalas, alii furcis ad id ipsum factis detrudebantur. Vid. Lips. Poliorc. 5, 1. Item Instrumentum baiulatorum tergo applicatum, in quo sarcinas gestabant serui. Plaut. Casin. 2, 8, 2 Ego remittam ad te virum cum furca in urbem tanquam carbonarium. Hae sunt aerumnulae. Vid. mox FV R C I L L A. it. Turneb. Aduers. 16, 3. et Lips. de Cruce 3, 4. Cancrorum furcas appellat Apul. Apol. p. 297, 4 quae chelae alias aut Forcipes.

95 FV R C V L A, ae. f. Dimin. [*διεράνιον*] Apud Varr. R. R. 1, 8. et Columel. 2, 10. Liu. 38, 7 Momento enim ad inane, suspen-

fo furculis ab hostibus muro, peruenerunt. *Al. Fulturis.* Furculae Caudinae, *vid. Liu. 9, 2.*

FURCILLA, ae. f. [*δυναμίδιον*] Dimin. a Furcula. Varro R. 1, 8, 6 Sub eam (*vitam*) ubi nascitur uua, subiiciuntur circiter bipedales e furculis furcillae, ne vindemia pereat. Vitruu. 10, 12 5
Fistulae paullum distantes et concurrentes furcillae sunt figura. Varr. de R. R. 1, 49, 1 Herba quum crescere desiit, et aestu arefcit, subsecari falcibus debet: et quoad perarefcit, furcillis versari. Columel. 2, 10, 13 Baculis, furcillisue contundant. Hinc furcillis eiicere, expellere et Latinis et Graecis prouerbialiter dictum. Catull 106, 1 10
Musae furcillis praecipitem eiiciunt. Cic. Att. 16, 2 Sed quoniam furcilla extrudimur. Ex Emend. Lambin. et Turneb. Furcilles, siue furcilla, quibus homines suspendebant. Festus.

FURCILLO, are. *Furcillis mouere.* Plaut. Pseud. 2, 2, 36 Vae tibi, tu inuentus vero meam qui furcilles (*al. forcilles*) fidem. *Palmerio, Furcillare fidem, est, In dubium vocare. Salmaf. in Ed. Gron. dubitat, utrum legendum Suggilles, an Forioles, id est collutules, infamia adspergas. Passerat. interpretatur Furcillare fidem, Infirram iudicare, ideoque quasi admota furcilla stabilire.*

FURCILLATVS, a, um. Bacilla furcillata habent figuram literae V. Varro L. L. 4, 30, 5.

FURCVLŌSVS, a, um. Adi. Apul. de Herb. . . . Herba ramis furculosa. f. furculosa.

FURCŌSVS, a, um. Adi. Idem. Apul. c. 7 Herba thyrsis bipalmis, furcosis.

FURCIFER, eri. m. [*ὑποσίτης*] Dicebatur (*inquit Donatus ad Ter. Andr. 3, 5 extr.*) Seruus, qui ob leue delictum cogebatur a domino, ignominiae magis, quam supplicii causa, circa vicinos, furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, et praedicare peccatum suum, simulque monere caeteros, ne quid simile admitterent. *Hactenus Donat. Vnde Plutarch. in vita Cariolani, Furcifer huic nomen est, quod maxima poena apud antiquos seruo peccanti erat, ut is plaustrum lignum, quo temo fulcitur, ὡς τὸν ὄμιον ὑπερῶσαι, spectante vicinia, ferens circumageret. Quod ubi factum erat, infidus a domesticis et vicinis existimatus, furcifer appellabatur: nam Latini, lignum illud, furcam 35 appellant. Sed non audiendos hic putat Salmaf. de cruce p. 415 Plutarchum et Donatum: furciferos dictos potius dignos furcam illam capitalem ferre et pati meritos. Vtitur illo conuicio etiam Cic. in Vatin. 15 c. 6. Idem pro Deiot. 26 Quid inde furcifer? quo progreditur? Ter. Andr. 3, 5, 12 Oh, tibi ego ut credam furcifer? Conf. Eun. 40 4, 3, 28 etc. Plaut. Amph. 1, 1, 129. et Afin. 3, 3, 87 etc. Respicit huc Plaut. Casin. 2, 6, 37 Ut quidem tu hodie canem (*vinculi genus*): et furcam feras. Et 2, 8, 2 Ego ad te remittam virum cum furca in urbem, ubi certe huc alludit.*

FVRENS, **FVRENTER**, *vid. FVROR*, oris.

FVRFVR, ūris. m. [*πίθουρα*] Purgamentum et vitium farinae minutiae folliculorum, qui grana tegunt. Plaut. Capt. 4, 2, 27 Tum pisteres scrophipasci, qui alunt fursure sues. Siliginei fursures Scribon. 66. Fursur item parca fuerit quum feruidus vnda Sammon. 468. Fursuribus conspersus panis Phaedr. 4, 16, 4. Conf. Varr. 50 R. R. 2, 6.

¶ 2 Furfures in capite et tota facie dicuntur, Fuliginosa illa excrementa sicca et alba ac tenuia, quae super poris colliguntur. Plin. 20, 9 Furfures capitis et vlcera manantia illita ex oleo cocta.

FVRFVROSVS, a, um. Adi. [*πίθουράδης*] Plin. 12, 25 de sty-race, Colos in quacunque natione praefertur rufus, et pinguius lentus, deterior fursufosus. *b. c. Qui veluti fursuribus permistus apparet.*

FVRFVRCVLA, ae. f. Dimin. Marc. Empir. c. 5.

FVRFVRACVLM, i. n. Arnob. 6 p. 200 ubi editum Serris, 60 perforaculis, (*Salmaf. l. c. fursuribus legit*) ascis, secta, dolata, effossa, restituit *Salmaf. in Solin. p. 774, a G fursuraculis. et sic dictum putat. Quod fursures in ligno perforando faciat, i. Scobem fursuribus similem. Sed laudat etiam Vet. Gloss. Fursuraculum, τρύπανον.*

FVRFVRACEVS, a, um. Adi. Fursuribus similitis. Fulgent. 65 Myth. 2 Fursuracea tinearum terebramina.

FVRFVREVS, a, um. Adi. Ex fursure: ut, Panis fursureus Gell. 11, 7.

FVRIAE, **FVRIALIS**, **FVRIOSVS**, **FVRIBVNDVS**, **FVRIO**, **FVRO**, *vid. FVROR*, oris.

FVRNALIA, Sacra Furinae quam deam dicebant. Festus. *Vid. FVRNALIA.*

FVRNIA gens, vnde *Amicus Horatii: vid. Serm. 1, 10, 86. Conf. Sen. de Benef. 2, 25. Alius postulatus adulterii, et veneficiorum in Tiberium: Vid. Tacit. Ann. 4, 52.*

FVRNIANVS, a, um. Adi. Ut, Furniana vasa, a Furnio inventore fortassis dicta. Plin. 33, 11. *Harduin. Firmiana.*

FVRNVS, i. m. [*κλίβανος, ἰπνός*] Locus, in quo panis decoquitur, a Furno, id est calido. *Vid. Non. 12, 52 cuius verba damus in FURNAX.* Furno coquere Scribon. 59. Furno cocta 76. Plin. 80 19, 1 f. 3 Cortices quoque decussi ligni, clibanis et furnis praebent vsum. Plaut. Cas. 2, 5, 1 Vna edepol opera in furnum calidum condito. Furnos et balnea laudat Hor. Epist. 1, 11, 13. *Conf. Iuven. Sat. 7, 3. Mersus furno, vid. MERGO. Retostus furnis Plin. 13, 4. Vritur in furno, donec panis percoquatur Idem 23 85 prooem. extr.*

FVRNACEVS, a, um. Adi. [*ἰπνός*] Furnaceus panis, *Qui in furno coquitur. Plin. 18, 9 Nam furnaceis panibus binas adiiciunt libras.*

FVRNARIA absolute dicitur, sicut *Coenacularia et Sagaria, int. officina, ars etc. Furnariam exercere, dicitur Qui ex furno, panisque coctura quaestum facit, vel Qui furnos locat conductoribus: Suet. Vitell. c. 2.*

FVRNARIVS, i. m. *Qui furnariam exercet. Paullus in l. Fluminum §. Praeterea D. de damn. infect. Praeterea si furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii culpa damnum datum fuerit, etc. Gloss. Vet. Furnarius, καμιννοκάυσης, ἰπνοποιός.*

FVRO, is. *vid. FVROR*, oris.

FVROR, ūris. *vid. FVR.*

FVROR, oris. m. [*μανία, μελαγχολία*] Insania; a Feror, quod qui furore agitantur, huc atque illuc temere ferantur: et de illa affectione mentis dicitur, cum illa impetu fertur contra rationem. Cic. Tusc. 3, 11 c. 5 Hanc insaniam, quae iuncta stultitiae patet latius, a furore disiungimus. Graeci volunt illi quidem, sed parum valent verbo: quem nos furorem, μελαγχολίαν illi vocant. Quasi vero atra bili solum mens, ac non saepe vel iracundia grauiore, vel timore, 105

- vel dolore moueatur, quo genere Athamantem, Alcmaeonem, Aiacem, Orestem furere dicimus. Qui ita affectus sit, eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim tabulae. Itaque non est scriptum, si insanus, sed si furiosus esse incipit. Insaniam enim censuerunt (id est inconstantiam sanitate vacantem) posse tamen tueri mediocritatem officiorum, et vitae communem cultum, atque vstitutum: furorem autem esse rati sunt, mentis ad omnia caecitatem. Idem de Arusp. Resp. 39 c. 18 A diis quidem immortalibus, quae potest homini maior esse poena, furore atque dementia? *De immoderatis animi affectibus, ut*
- 5 *ira* Virg. Aen. 5, 781 et alibi. Caecus furore Virg. Aen. 2, 244. Toruus furore vultus Sen. Oedip. f. 12. Bellorum furor Lucan. 5, 36. Caeli furor aequinoctialis Catul. 44, 2. Mentis furor Scribon. 194. Violenti signa furoris Lucret. 2, 621. Hor. Epist. 1, 2, 62 Ira furor Breuis est. Caecus Hor. Epod. 7, 13. Effrenatus, et praeceps alicuius Cic. de Arusp. Resp. 1, 2. Impius Virg. Aen. 1, 298. Impotens Sen. Agam. 8. Incauti Sil. 3, 146. Incitatus, *vid.* INCITO. Indomitus Lucan. 3, 303. Indomiti Catull. 65, 54. Inflammatus atque ignitus Cic. pro Domo 141. Insignis Virg. Georg. 3, 266. Moeustus Idem Aen. 12, 601. Periurus
- 20 Claud. in sext. Conf. Hon. 206. Vecors Catul. 16, 14 ¶ 2 *Verba*: Abistere furore, *vid.* ABSISTO. Accensus furor, *vid.* ACCENDO. Additus animis Virg. Aen. 2, 355. Agitat furor contactos sacrilegio milites Liu. 29, 18, 12. Augere furores Lucan. 10, 62. Captus furore, *vid.* CAPIO. Cede furori currenti Ouid. de Rem. Amor. 119. *vid.* Voss. Inst. Orat. 2 p. 200. Concitare furorem mentis Scribon. 194. Confedit eius furor Cic. Acad. 4, 87. Extimulat corda bellandi furore Sil. 1, 33. Exundans Stat. Theb. 10, 603. Fractus Sil. 7, 253. Gerens indomitos in corde furores Catul. Argon. 62 (65) 54. Inflammari furoribus, *vid.*
- 30 INFLAMMO. Inuadere aliquem furore Cic. Fam. 16, 12. Gliscit furor Lucret. 4, 1062. Minuere furorem Horat. Carm. 1, 37, 12. Ponere furorem Lucan. 1, 327. Praecipitant furor iraque mentem Virg. Aen. 2, 316. Quatiebat corda furore praetumido Claud. in Ruff. 1, 225. Redire ad furorem Planc. Cic. Fam. 10, 11. Sistere furorem Stat. Theb. 5, 663. Sopitus ubique furor armorum Patere. 2, 89. Versatur mihi ante oculos aspectus et furor Cethegi in vestra caede bacchantis Cic. in Catil. 4, 11. ¶ 3 *Vocatur etiam furor, Mens vi quadam diuina concitata, qualis est Furor Poëtarum* Cic. de Diuin. 1, 80. *Ibidem paullo ante, Inest igitur*
- 40 *animis praesagatio extrinsecus iniecta, atque inclusa diuinitus. Ea si exarsit acrius, furor appellatur, quum a corpore animus abstractus, diuino instinctu concitatur. Et iam ante c. 2 Furoris diuinationem Sibyllinis maxime versibus contineri.* Cic. Diu. 1 c. 37 *pr.* Negat sine furore Democritus quemquam Poëtam magnum esse posse; quod idem dicit Plato: quem, si placet, appellet furorem, dummodo is furor ita laudetur, ut in Phaedro Platonis laudatus est. *Huc respicit* Hor. A. P. 295 Ingenium misera quia fortunatius arte credit, et excludit sanos Helicone Poëtas Democritus etc. Cic. de Orat. 2, 194 c. 46 Saepe audiui, Poëtam bonum neminem (id quod a Democrito et Platone in scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum existere posse, et sine quodam afflatu quasi furoris. *Vaticinos concepit mente furores* Ouid. Met. 2, 640. Decoris furorem dixit Sil. 2, 324 *pro Cupiditate gloriae: quod ex Graecis fontibus derivat Dan. Heinsius.* Impendiorum furor Suet. Ner. 31 *extr.* ¶ 4
- 55 *Profopoeia quadam Furor bellicus fingitur a Poëtis catenis vinculus.* *Vnde* Virg. Aen. 1, 298

Furor impius intus

Saeua sedens super arma, et centum vinculus ahenis
Post tergum nodis, fremit horridus ore cruento.

- 60 *Interdum describitur solutis vinculis, ut a Petronio c. 124 Quos inter Furor abruptis ceu liber habenis Sanguineum late tollit caput, oraque mille, etc.* ¶ 5 *In MSS. confunduntur Furor et Pudor: vid. Burmann. ad Quinctil. Decl. 11, 1 p. 232. it. Favor: quod vid.*
- 65 FURIA, ae. f. [*Ἐρινός*] vel FVRIAE, arum. Furiae (inquit Seruius ad Aen. 4, 609) Dirae in caelo, Furiae in terris, Eumenides apud inferos; vnde et tres esse dicuntur. *Acherontis et Noëtis filiae; Megaera, Tisiphone, Aleëto.* Singul. exstat ap. Cic. ad Q. Fratr. 3, 1, 4. *Conf. Elmenhorst. Ind. Apul.* Canes etiam vocantur, ut est apud Virg. Aen. 6, 258 — Vifaeque Canes vlulare per vmbra Aduentante dea, auctore Seruio. Lucan. 6, 733 Stygiasque Canes in luce superna Destituunt. Cic. de N. D. 3, 46 c. 18 Sin haec dea est, cur non Eumenides? quae si deae sunt, quarum et Athenis sanum est, et apud nos, ut ego interpretor, lucus Furinae, Furiae deae sunt, specularices, credo, et vindices facinorum et sceleris. Lactantius 6, 19 *Furias accommodat tribus animi perturbationibus, irae, cupiditati, libidini.* Furiae, *Veteribus, Scelerae mentis tormenta erant.* Cic. pro Rosc. Amer. 67 c. 24 Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis saepenumero videtis, eos, qui aliquid impie scelerateque commiserint, agitari et perterrerri Furiarum taedis ardentibus, sua quemque fraus et suus terror maxime vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit: stiae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent, hae sunt impiis assiduae domesticaeque furiae: quae dies noctesque parentum poenas a consceleratissimis filiis repetant. *Conf. in Pison. 46 c. 20.* Furia ac pestis patriae, *vocatur Clodius* Cic. pro Sext. 33. *Sic etiam* Cic. Q. Frat. 3, 8 Primum est, de Clodii ad Caesarem literis: in quo Caesaris consilium probo, quod tibi amantissime petenti veniam non dedit, vti vllum ad illam furiam verbum rescriberet. ¶ 2 *Sunt etiam Furiae honestae, quale quid de Furore n. 3 observatum est.* Stat. Silu. 4, 6, 83 Immeritasque domos ac templa Sagunti Polluit, et Populis furias immisit honestas. *Sic vocat, Saguntinorum impetum, quo maluerunt perire cum ciuitate sua, quam a Romanis desistere.* Ita Iustae Virg. Aen. 8, 494. Tristes Claud. de Rapt. Proserp. 2, 219.
- 95 Accensus furiis, *vid.* ACCENDO. Actus malis furiis Hor. Serm. 2, 3, 135. Agitatus amor furiis Virg. Aen. 10, 872. Agitata doloris furiis Ouid. Met. 6, 595. Agitant et insectantur impios furiae non ardentibus taedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiae, et fraudis cruciatu Cic. de Legib. 1, 40 c. 14. Agitatus scelerum
- 100 furiis Virg. Aen. 3, 331. Concepit furias Virg. Aen. 4, 474. Consistere vsquam impios non patiuntur furiae Cic. pro Rosc. Amer. 66 c. 24. Exagitari verberibus furiarum ac taedis ardentibus Suet. in Neron. c. 34. Incensa furiis Virg. Aen. 4, 376. Num alio genere furiarum declamatores Inquietantur Petron. *pr.* Ruunt in furias ignemque Virg. Georg. 3, 35. *Videtur figura esse in diu duo, quasi dicat*

dicat Furiosum ignem. Intelligit enim Amorem. Terreri taedis ardentibus furiarum Cic. in Pison. 46 c. 20. Tollitur horrendas in furias Stat. Theb. 5, 90. Claud. de tert. Conf. Honor. 46 Tranare sonoras Torrentum furias, i. torrentes furiose incitatos, et cum magno sono se praecipitantes. Multa de Furiis Seruius, quae suppeditabunt facile Indices Masuic. et Burman. Picturas Poëtarum poëticas dabit Brouckh. ad Tibul. 1, 3, 96. De Lampadibus Furiarum gestamine, vid. Drakenb. ad Sil. 2, 610.

FVRIĀLIS, e. Adi. [*ἔφρονος*] Quod furentibus et insanis proprium esse solet. Liu. 7, 17 Inde terror maximus fuit, quod sacerdotes eorum fascibus ardentibus, anguibusque praelatis, incessu furiali militem Romanum insueta turbauerunt specie. Arma Ouid. Met. 6, 591. Ausa Idem ibid. 11, 12. Caedes Ouid. Met. 6, 657. Caput Hor. Carm. 3, 11, 17. Liu. 10, 41 Et dira execratio ac furiale carmen detestandae familiae stirpique compositum. Ignis, i. Amores nefarii Ouid. Fast. 2, 761. Al. Furiati. Incessus Liu. 7, 17. Malum furiale serpentis Virg. Aen. 7, 375. Vestis Cic. Tusc. 2, 20. Ex Sophocle. Vestem intelligit, qua indutus Hercules versus est in furor. Virus Claud. in Eutrop. 2, 188. Vox Cic. pro Planc. 86 c. 35. Furiale minatur Stat. Theb. 6, 429. Tacitusque per altas Incedit furiale niues Claud. de B. Get. 326.

FVRIĀLĪTER, Adu. [*ἐφρονως*] Ouid. Fast. 3, 637 Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

FVRIŌSVS, a, um. Adi. [*μανιώδης, μανικός*] A quo furor nunquam recedit, inquit Seruius ad Virg. Aen. 2, 407. Cic. Tusc. 2, 3, 11 Itaque non est scriptum, Si insanus, sed Si furiosus esse incipit. Idem pro Cluent. 182. Mulier iam non morbo, sed scelere furiosa. Vecors, furiosus, mente captus Cic. in Pison. 47. Vefanus et furiosus homo Cic. pro Domo 3. Idem Q. Fratr. 2, 2 Spero eum in officio fore: sed omnia sunt tardiora, propter furiosae aedilitatis expectationem. Amor furiosior Ouid. Met. 9, 736. Conciones furiosissimae Cic. Att. 4, 3. Cupido opum furiosa Ouid. Fast. 1, 211. Cupiditas alicuius effrenata et furiosa Cic. in Catil. 1, 25 c. 10. Impetus Sen. Hippol. f. 2. Libido Ouid. de Arte Am. 1, 281. Peccatum Hor. Seru. 1, 3, 83. Vis furiosa Tribuni facile superari frangique potest Cic. pro Dom. 55. Vultus furiosus et acer Lucret. 6, 1182. Aliquem furiosissimum iudicare Cic. pro Deiot. c. 5. Furiosum Iurisconsulti appellant, Qui mentis ad omnia lumine, id est sensu communi caret: quales non modo Athamantem, Alcmaeonem, Aiaceum, Orestem fabulae memorant, verum etiam Margitem, Melitidem, Coroebum, Morychum. Dementem vero, Qui non usquequaque, sed ex parte tantum mentis errore ducitur, veluti is, de quo D. Pius loquitur in l. Is qui D. de tut. et curat. dat.

FVRIŌSE, Adu. [*μανιώως*] Cic. Philipp. 7, 5 Partes furiose dicuntur in foro, in curia. Idem Att. 8, 5 Solet eum, cum aliquid furiose fecit, poenitere. Compar. Spartian. Hadr. c. 12 Seruo in se cum gladio furiosius irruente.

FVRO, ěre. [*μαίνομαι*] Ira vel alia perturbatione contra rationem agitari. Carere Praeterito, et forte etiam prima persona Furo dicitur. Vid. Diomed. 1. Sedulius tamen 1, 196 de Daniele cum leonibus, — furuerunt iussa Tyranni. Plin. 33, 11 f. 53 Nec copia tantum argenti furuit vita, sed validius paene manupretii. Sic Harduin. ex MSS. pro vulgato, fuerit vitae, sed val. p. manupretium. Et sane agit de furiosis paene emtionibus. Apul. . . . Furit, ensen corripit, fertur in eum praiceps, nihil tale timentem aggreditur. Vid. Cic. Tusc. 3, 11 quem damus in FVROR pr. Cic. Off. 1, 108 Versutum et calidum factum Solonis, qui, quo tutior vita eius esset, et plus aliquanto Reipubl. prodesset, furere se simulauit. Idem in Pison. 47 Quid est aliud furere, nisi non cognoscere homines, non cognoscere leges, non Senatium, non ciuitatem? Saepè de breui tantum commotione accipitur. Bacchari et furere Cic. de Arusp. Resp. 39. Conf. Hor. Carin. 2, 7 extr. Non ego sanius Bacchabor Edonis; recepto Dulce mihi furere est amico. Insanire et furere Cic. Verr. 4, 39 c. 18. A Racilio se contumaciter, vrbaneque vexatum furebat Clodius Cic. Q. Fratr. 2, 1. De militum ardore dici obseruat Drakenb. ad Sil. 10, 67. Hunc sine me furere ante Furorem Virg. Aen. 12, 680. Cic. Att. 4, 16 Res furit ad interregnum, et est nonnullus odor Dictaturae. Ex vetusto codice legendum, Fluit. Apud sanos furere, et quasi apud sobrios bacchari videtur vinolentus Cic. in Orat. 99. De aliquo furere Cic. Att. 14, 21 (19). Non priuatim solum, sed publice furimus Sen. Ep. 95 m. Arenis furit aestus Virg. Aen. 1, 111. Dolore furit Ouid. Met. 12, 478. Lymphata mente furebat Catul. 62, 254. Furere aliquid, pro Ob aliquid: Liu. 8, 31 Et nunc id furere, id aegre pati: quod sine L. Papirio non inermes, non manci milites fuerint.

FVRENS, entis. Partic. Animi furens Virg. Aen. 5, 202. Audacia furens Catilina Cic. in Catil. 2, 1. Contumelia furens Plin. 7, 12. Ense furens Valer. Argon. 1, 144. Libidinibus inflammatus et furens Cic. Tusc. 5, 16. Furentium certa Indicia sunt Sen. de Ira 1, 1. Cedere furenti Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 27. Continere furentem et exultantem Cic. de Arusp. Resp. 1. Mollire furentem ira Ouid. Met. 13, 322. Deus ecce furentibus Obstat Stat. Theb. 3, 64. Loca feta furentibus Austris Virg. Aen. 1, 55. Bella furentia Sil. 7, 571. Intra se furens Exercitus Vell. 2, 111, 4. Flammac Virg. Aen. 4, 670. Impetus furentes et violenti Cic. de Arusp. Resp. 46. Penthesilea furens Virg. Aen. 1, 495. de ardore bellico. Populus Lucan. 2, 249. Rabie furenti stimulatus animus Catul. 61, 4. Venti Virg. Aen. 10, 57. Vndae Lucan. 3, 195. Compar. Claud. Fescenn. 26 Quis beluarum corde furentior. De permutatione cum Ferens v. sub hac v.

FVRENTER, Adu. [*μανιόμενος*] Cic. Att. 6, 1 Dionysius mihi quidem in amoribus est: pueri autem aiunt eum furenter irasci.

FVRIŌ, ěre. [*ἐφρονω*] In furorem concitare. Hor. Carm. 1, 25, 13 Flagrans amor, et libido Quae solet matres furigare equorum. b. e. In libidinis furorem vrgere. Acron. Sil. 14, 281. Vaniloquo pubem furiant super ore.

FVRIĀTVS, a, um. Adi. [*μανόμενος*] Furore concitatus. Virg. Aen. 2, 407 Non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus. Vbi Seruius, Furiatus, Qui ex causa furit. Ouid. Fast. 2, 761 — Iuuenis furiatos regius ignes Concipit. Iuuentus Sil. 11, 132. Mente furiata ferebar Virg. Aen. 2, 588.

FVRIĀTĪLIS, e. Adi. Fortunat. Mart. 3 Furiatile cornu.

FVRIBVNDVS, a, um. Aliud Adi. [*ἔξερτικός, ποροκεκηνικός*] Qui vehementer furit. Cic. pro Sext. c. 7 At quum ille furibundus incitata illa sua vecordi mente venisset, etc. Idem Philipp. 13, 29

Caesaris enim incredibilis ac diuina virtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit. *Conf. Virg. Aen. 4, 646. et Manil. 1, 411.*
 Canis Hor. Epist. 1, 10, 17. Magistratui furibundo cedere Cic. anteq. iret in exil. 27. Mens Cic. Diu. 1 c. 50 Quorum furibunda
 5 Mens videt ante multo, quae sunt futura. Praedictiones vatum furibundae Cic. de Diuin. 1, 4 c. 2. Taurus Ouid. Met. 13, 871.
 Furibunda ruit Ouid. ad Liu. 373.

FVRINA, ae. f. *vid. supra ante FVRTVM.*

FVRIPPVS, i. m. *Ibid.*

10 FVRTIM, FVRTIVVS, FVRTVM, FVRVNCVLVS. *vid. FVR.*

FVRVS, i. m. Varro de L. L. 9, 4 p. 141, 6 *inter vetera refert* Cascus furus, casei furi. *An pro fure etiam furum dixere? Scal. legi vult furum unde sit deminutum furculus.*

15 FVRVVS, a, um. Adi. [*μέλας*] Nigrum vel atrum dicitur, auctore Festo. Antra furua Ouid. Met. 5, 541. Color Solin. c. 33 pr. (*al. 46*). Culpa Prudent. Cathem. 1, 74. Hostiae Valer. Max. 2, 4, 5. Hostiae nigrae, antiquitus Furuae dicebantur *ibid.*

20 *De permutatione huius vocis et Fuluus, itemque Curuus, vid. modo indicatas voces.*

FVRVESCO, ãre. Mart. Capell. 1 p. 20 Tartareae noctis obscuritate feruescens.

F V S

25 FVSCINA, ae. f. [*δινυαγος, τριαινα*] *Telum tridens siue trifulcum piscatorium, quod fundo natantia capiunt feriendo.* Cic. de N. D. 1, 102 c. 36 Dant etiam deo arcum, sagittas, hastam, clipeum, fuscina, fulmen. *Neptuni tridens.* Accius in Argon, apud Cic. de N. D.

30 2, 89 c. 35 Aut forte Triton fuscina verrens specus. *Sic Martial. Spect. 26 Fuscina dente minax, etc. Fuscina utebantur retiarii in gladiatoris ludis.* Iuuen. Sat. 2, 143 Vicit et hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.

FVSCINULA, ae. f. Dimin. *Parua fuscina.* Vulg. Interpr. 35 Exod. 27, 3.

FVSCVS, a, um. Adi. [*Φαῖς*] *Quod est subnigrum: cuiusmodi est color Indorum Meridionalium et Aethiopum.* Columel. 6, 1 Colore rubro vel fusco. Nigrum et Fuscum ita differunt, ut hoc sit multo dilutius et oculis tolerabilius. Ouid. Art. Am. 2, 657 Nominibus mol-

40 lire licet mala: fusca vocetur, Nigrior Illyrica cui pice sanguis erit. *Sed contra ea de Rem. Am. 327 Quam potes, in peius dotes despecte puellae — Turgida, si plena est; si fusca est nigra vocetur.* Amictus Tibul. 3, 4, 55. Animae fusciores Apul. Dogm. Plat. 2 p. 19. Fuscis Aibus Larissam accessi Apul. Met. 2 p. 124, 6. *i. infelici omne.* Caligo Martial. 8, 51. Cella Idem 3, 30. Color

Ouid. Amor. 2, 4, 40. Cornix Cic. de Diuin. 1, 14. *Ex Poëta.* Cura fuscior Apul. de Mundo p. 69. Equus Ouid. Fast. 2, 314. Falernum Martial. 2, 40. Idem 14, 62 Cornea si non sum, numquid sum fuscior? Nubila Ouid. Met. 5, 286. Pars inferior

50 Delphini fusca videtur Cic. in Arat. 99. Pilus Plin. 8, 21. Vestis fuscior Hieron. Ep. 23 ad Marcellam. Violae Claud. de Rapt. Proserp. 2, 128. Fuscac Vndae fontis atri Apul. Met. 6 p. 178, 30. Cic. de Nat. Deor. 2, 146 Et Vocis genera permulta, canorum, fuscum: lene, asperum: graue, acutum: flexibile, durum.

55 FVSCITAS, atis. f. Ab omni fuscitate ac perturbatione liberum caelum Apul. Dogm. Plat. 2 *sub fin.*

FVSCO, ãre. [*ἀμαυρώω*] *Fuscum facere.* Fuscentur corpora campo Ouid. de Arte Am. 1, 513. Diem fuscare Ouid. Trist. 1, 9, 15. Fuscate nube diem Valer. Argon. 1, 396. Lanugine fuscante malas

60 Lucan. 10, 135. Fuscate lumina Solis Alc. Auit. 4, 430. Fuscandi cura coloris Ouid. Trist. 2, 487. *Al. Fucandi.* Quem nulla actum culpa fuscavit, sed fortunae licentia interdum optimos decolorans, spes eius paullisper infregit Symmach. Epist. 1, 39. Fuscavit, *i. infamia quadam adspersit.*

65 FVSCATIO, ònis. f. Arnob. . . .

FVSCATOR, òris. m. [*ἀμαυρωτής*] Caeli fuscator Eoi Corus

Lucan. 4, 66.

FVSE, *vid. FVNDO.*

FVSCIA, *Nomen gentis Rom. de qua Cic. in Verr. 2, 31 C. Fusc-*

70 *cius a C. Verre duci iussus. Sed quid. Fuscicus.*

FVSILIS, FVSIM, FVSIO, FVSOR, FVSORIVS, *vid. FVNDO.*

FVSIVS, pro Furius antiqui dixerunt, ut Valcius, pro Valerius. Auctor Festus. *Hinc forte Fuscus Saluius, qui ita viribus praestitit,*

75 *ut duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, et ducentaria duo humeris contra scalas ferret. Refert Plin. 7, 20. Sed Cicero-*

nis Fuscii, Fuscii potius sunt v. v.

FVSTERNA, ae. f. Plin. 16, 39 f. 76 n. 1 Abietis quae pars a terra fuit, enodis est, hacque quam diximus ratione fluuiata decorticatur, atque ita lapinus vocatur; Superior pars nodosa duriorque,

80 *fusterna. Quia nodosa, inquit Hard. ut solent fustes. Tamen non desunt, qui malint legere Susterna. Vid. Vitruu. 2, 9. Salmas. Exerc. p. 727.*

FVSTIBALVS, i. m. Instrumentum est bellicum, longum pedes quatuor, cui per medium ligatur funda de corio, et utraque manu impulsum, prope ad instar onagri dirigit saxa Veget. de Re Mil. 3, 14. *Hinc*

FVSTIBALATORES, Milites, qui fustibalis lapides iaciunt. Auctor Modestus de Vocab. rei milit. *Vid. Stewech. ad Veget. l. c.*

90 FVSTIS, is. m. [*ῥόπαλον*] *Lignum teres.* Plin. 7, 56 Praelium Afri contra Aegyptios primi fecere fustibus, quos vocant phalangas. Cic. pro Caecin. 60 Quid igitur si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo praecipitem egeris? Longus Hor. Serm. 2, 3, 112. Non opus est verbis, sed fustibus Cic. in Pison. 73 c. 30. Agere

95 *aliquid formidine fustis* Hor. Epist. 2, 1, 154. *Agitare fustibus equos prohibet imperator, in l. prima C. de cursu publico 12 Equos qui publico cursui deputati sunt, non lignis vel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus. Aperire caput fuste* Iuuen. Sat. 9, 98. *i. Findere.* Coercere aliquem fuste Hor. Serm. 1, 3, 134. Cael.

100 Cic. Fam. 8, 8 Quid si filius meus fustem mihi impingere volet? Percussus fuste Vell. 2, 78, 3. Pugnare fustibus Hor. Serm. 1, 3, 101. Repellere male mulctatos clauis et fustibus Cic. Verr. 4, 94 c. 43. Fustibus caedi, *pro Fascibus bacillorum, cuiusmodi olim ciuitate libera Magistratibus praeferebantur, Iurisconsulti dixerunt. Itaque liberorum*

105 *haec hominum poena, posteriorum Imperatorum tempore fuit, quum serui flagellis*

GABATAE, ārum. f. *Vasa concaua, eduliis, pulmentariisque aptissima.* Martial. 7, 47 *Transcurrent gabatae, volantque lances.* Idem II, 32 *Sic implet gabatas paropslidasque.*

GABBARAE, ārum. f. *Pl. Corpora mortuorum aduersus putredinem arte munita, al. Mumiae, apud Aegyptios, sec. Augustin. apud 5 Frefnium. Huc ref. Isid. Gloss. Gaberes mortuorum, Gaberina arca. Origo videtur קבר sepulcrum.*

GABIENSIS, e. Adi. Plin. 2, 94 *Quaedam vero terrae ad ingressus tremunt, sicut in Gabinensi agro, non procul vrbe Roma, etc. Alii legunt Gabiensi.*

GABINVS, a, um. Adi. [*Γαβίος*] *ut, Gabina Iuno.* Virg. Aen. 7, 612 *Gabinus cinctus.* Lucan. 1, 595 *Turba minor Ritu sequitur succincta Gabino, de Pontificibus et sacerdotibus urbem lustrantibus.* Cato apud Seru. ad Aen. 5, 755 *Conditores ciuitatis taurum in dextra, vaccam intrinsecus iungebant, et incincti ritu Gabino, (sic leg. non Sabino, vidit iam Ferrar. de re vest. 1, 14) id est togae parte succincti, tenebant stiuam incuruam. Pulchre illum cinctum exhibent, et nominatim caput velatum numi, in quibus ille coloniae deducendae ritus exprimitur.* Cenotaph. Pisan. Dum ii, qui immolauerint cincti Gabino ritu struem lignorum accendant. *Vid. Noris. ad h. l. 3, 7. Liu. 5, 46 Fabius Gabino cinctu utitur in sacris peragendis.* Idem 8, 9 *Pontifex Decium togam praetextam sumere iussit, et velato capite, manu super togam ad mentum exserta — Ipse, Decius, incinctus cinctu Gabino. Ne putes, mutasse vestem post deuotionem, conf. 10, 7. Conf. Drakenb. ad Liu. 5, 46. et 8, 9. vid. sub CINGO.* Vrbs Gabina Ouid. Fast. 2, 706. *Robore freta Gabino* Claud. in Conf. Stil. 6, 83.

GABINIA, ae. f. *Gens, cuius fuit v. g. ille, qui Ptolemaeum in regnum reduxit, ut est apud Cic. pro Sext. 81: idemque Consul, sub quo Cicero in exilium missus est: vid. Cic. de Prou. Conf. 2. Add. Id. Attic. 5, 21.*

GABINIANVS, a, um. Adi. *Vt, Milites Gabiniani* Valer. Maxim. 4, 1.

GABRIEL, ēlis. m. *Nomen Angeli.* Isidor. 7, 5. *Add. Fortunat. de Part. Virgin. v. 188.*

G A D

GADES, ium. f. [*Γάδερα*] *Insula est Oceani, (nunc vulgo dicta Cadiz) vltra Baeticam Hispaniam, circa columnas Herculis longa XII millia passuum, lata tria millia* Plin. 5, 22. *Gadium municipium* Columel. 8, 16, 9. *Iocosae Gades* Martial. 1, 62. *Oc- ciduae* Claud. de B. Gildon. 43. *Remotae* Horat. Carm. 2, 2, 11. *Hominum finis Gades* Sil. 1, 141. *Et 17, 64a Terrarum finis Gades.* Tyriae Lucan. 7, 187.

GADITANVS, a, um. Adi. [*Γαδισάνος, Γαδισανός, Γαδισανός*] *Foedus Gaditanum* Cic. pro Corn. Balb. 34 *Ita Gaditana ciuitas, quod beneficiis suis erga Rempubl. nostram consequi potuit, quod imperatorum testimoniis, etc. id abest. Gaditanorum moenia, delubra, agros, Hercules ipse itinerum, et laborum suorum terminos esse voluit* Cic. pro Corn. Balb. 39. *Municipium* Columel. 7, 2, 4.

G A E et G A G

GAEODES, ae. m. *Lapis ex aëtitarum genere.* Plin. 36, 19.

GAETVLIA, vid. GETVLIA.

GAESVM, i. n. *Telum, siue instrumentum bellicum: alii Gallium, alii Hispanicum esse volunt: Sic Galli dicuntur Gaesa in vallum conicere* Caes. Bell. G. 3, 4. *Ab hasta distingui videtur* Liu. 8, 8. et 9, 36. *Alpina* Virgil. Aen. 8, 661. *Sil. 1, 629. Gaefos appellabant Galli viros strenuos: vid. Seru. ad Virgil. Aen. 8, 662. Sic maiores nostri Degen, i. Gladium dicebant. Vid. Barth. ad Stat. Theb. 4, 64. Afris tribuit* Sil. 2, 444, *ubi vid. Drakenborch. Memorauit* Liu. 26, 6 *inter Poenorum tela. Vid. Voffium de V. Serm. 1, 11.*

GAGATES, ae. m. [*Γαγάτες*] *Fluuius in Lycia, et Lapidis nomen pretiosi in eo primum reperti, quamuis etiam in Britannia abundet.* Plin. 36, 19 *Gagates lapis nomen habet loci et amnis Gagis Lyciae. Gagates lapis* Scribon. 225. *Vid. hic ex Graecis Rhod. Dicitur etiam Gagas, Genitiu. gagatis et gagatae. Sed nescio quibus auctoribus. Gages lapis masculus et femina est* Veget. Mulom. 1, 20, 2. et 4, 12, 3. *Vid. Salmaf. ad Solin. p. 177 sq.*

G A I et G A L

GAIA, **GAIVS**, vid. CAIVS.

GALACTITES, ae. m. *Lapis, de quo* Plin. 37, 10 f. 59 *Galaxiam aliqui Galactiten vocant — Galactitis ex Nilo colore lactis est. Eandem dicunt Leucogaeam, et Leucographiam appellant, et Synophiten, tritam lactis succo ac sapore notabilem, etc. Sic Harduinus, cuius annotatio alios recentioris aevi scriptores confert.*

GALACTOPŌTA, ae. m. [*γαλακτοπότης*] *Qui lac potat.* Columel. 7, 2 *Quibusdam nationibus frumenti expertibus victum commodat: ex quo Nomadum Getarumque plurimi γαλακτοπόται dicuntur.*

GALAIOS, i. m. *Gemmae species.* Plin. 37, 10 f. 59. *Alii Gallaica.*

GALANTHIS, [*Γαλανθίς*] *ut est in fabulis, Alcmenae ancilla fuit, in Galen, id est in mustelam a Iunone mutata. Vid. Ouid. Met. 9, 306.*

GALATA, ae. f. *Insulae nomen non procul a Melita, ut scribit* Mela 2, 7.

GALATĒA, ae. f. [*Γαλατεια*] *Fuit Nympha, filia Nerei et Doridis, ut est apud Ouid. Met. 13, 742 At mihi, cui pater est Nereus, quam caerula Doris Enixa est, etc. Amata Cyclopi* Seru. ad Virgil. Ecl. 9, 39. *it. ad 7, 37 unde forte unum ex Cyclopiis faxis Galate dictum.* Vid. Seru. ad Aen. 1, 205. *Sed etiam Corydonis amica* Virg. Ecl. 7, 37.

GALATIA, ae. f. [*Γαλατία*] *Regio minoris Asiae, quam olim Galli (Gr. Γαλάται) ex Europa venientes habitauerunt, a Liuius plerumque Gallograecia dicta. Vid. Plin. 5, 32.*

GALĀTAE, ārum. m. *Incolae Galatiae. Galatarum auxilia* Cic. Attic. 6, 5.

GALATĪCVS, a, um. Adi. *Spinae Galaticae* Plin. 24, 12. *Hordeum* Colum. 2, 9, 8 et 16.

GALATICOR, āri. *sc̄ctum Tertulliani de Ieiun. adu. Psych. c. 14 verbum, ut apud Latinos veteres Graecari.*

GALAXIA, ac. f. *Gemma*. Plin. 37, 10. *Sic appellatur etiam circulus ille lacteus in caelo, de quo Ouid. Met. 1, 169.*

GALBA, ac. m. *Cognomen Sulpiciorum eius praesertim, qui, post Neronem degustavit imperium, dedit occasionem disputandi Sueton. c. 3*

5 *Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbae tulit, cur, aut unde traxerit, ambigitur. Quidam putant, quod oppidum Hispaniae, frustra diu oppugnatum, illitis demum galbano facibus succenderit: alii, quod in diurna valetudine galbeo, id est remediis lanae inuolutis, assidue vteretur: nonnulli, quod praepinguis fuerit visus, quem galbam*
 10 *Galli vocent; vel contra, quod tam exilis, quam sunt animalia, quae in aesculis nascuntur, appellanturque galbae. Quod de galbeo dicit, vid. mox GALBEVM. De reliquis qui coniecturas legere velit, adeat Casaubonum et Torrentium. it. Rigalt. ad Onofandr. p. 41. Galbae nuges Praenestinae ap. Plin. 15, 22 videntur Caluae.*

15 **GALBĀNVS**, i. f. vel **GALBANVM**, vel **CHALBANVM**, i. n. [*χαλβάνη*] *Succus est, siue Lacrima cuiusdam herbae, similis ferulae, quae in ipso frutice aestate prorumpit. Plin. 12, 25 Dat et galbanum Syria, in eodem Amano monte e ferula, quam eiusdem nominis resinae modo stagonitim appellant. quod maxime laudant, cartilagosum, purum, ad similitudinem ammoniaci, minimeque*
 20 *lignosum. Plin. 11, 7 de Propoli, Odore graui, ut qua plerique pro galbano vtantur. Conf. Galbaneus, et locum Suetonii, quem modo dabamus voce GALBA. Colum. 10, 17 Sed negat helleboros, et noxia galbana succo. Add. 8, 5, 15.*

25 *delicatorum, coloris flauis f. aurei. Vid. mox GALBINEVS. Iuuen. Sat. 2, 97 Caerulea indutus scutulata, aut galbana rafa. Sed hic malunt viri docti Galbina. Vid. tamen statim GALBANATVS. Et Mart. 1, 97 Galbanos mores vocat molles, quales eorum, qui Galbana veste vtuntur.*

30 **GALBĀNĀTVS**, a, um. *Adi. [χαλβανωτός] Galbano indutus. Martial. 3, 82 Iacet occupato galbanatus in lecto.*

GALBANEVS, a, um. *Adi. [χαλβάνιος] Virg. Georg. 3, 415 Galbanoque agitare graues nidore chelydros. Idem Georg. 4, 264 Hic iam galbaneos suadebo incendere odores.*

35 **GALBINEVS**, f. **GALBĪNVS**, a, um. *Adi. Coloris nomen est, quem satis ostendit Veg. Mulom. 3, 2, 22 Eryngion herba dicitur, quae in litore nascitur prope vnam maris, florem habet quasi aureum, vel galbineum. Plus fidei hic habendum ipsi Vegetio, quam herbario peritissimo, qui persuasit Turnebo Aduers. 17, 8 caeruleum pallecentem intel-*
 40 *ligi. Melius Baubinus in Pinace eryngion Vegetii ad Scolymon Chrysanthemon, i. aurei floris retulit. Satis alioquin constat colorem croceum, luteum, ut hunc galbineum mulieribus relictum et mollibus, ut mox videbimus. Alioquin literae Galb. conueniunt cum Germanorum Gelb, quo idem color notatur. Ita Fortunata Trimalchionis apud Petron. c. 67*

45 *Galbino succincta cingillo. Galbina rafa Iuuenalis 2, 97 modo vidimus. Dignus est locus Martialis 1, 97 qui totus hic legatur:*

*Amator ille tristium lacernarum,
 Et Raeticatus atque leucophaeatus,
 Qui coccinatos non putat viros esse,
 Amethystinasque mulierum vocat vestes,
 50 Natiua laudat: habeat, et licet, semper
 Fuscos colores; Galbanos (mel. Galbinos) habet mores.
 Rogabit, vnde suspicer virum mollem, etc.*

Galbini mores, qui alias coniciuntur ex Galbinis, quae sunt, ut crocota,
 55 *muliercularum: licet posterior aetas a barbaris regibus aliquid contrarium assumerit: ut ille Tetricus ab Aureliano triumphatus tunica galbina apud Vopisc. c. 34. Salmastus pluscula ad h. l. qui ad Lamprid. Alex. Seuer. 41 p. 986, quoties de re vestitaria sermo est, non galbanum, galbaneum, galbanatum, sed galbinum, etc. per i legendum contendit.*

60 *Caeterum, quod de colore diximus, firmat Galgali auis appellatio, de qua deinde ex Plinio.*

GALBEVM *Festi, quod interpretatur ornamenti genus, an hoc pertineat, non dixerim, vid. CALBEI. Sed idem Festus voce Rufcum seruauit fragmentum Catonis ex Originum 7 Mulieres opertae auro*
 65 *— galbeas lineas, pelles, redimicula. Sic editum adhuc, ut lineae vestes galbei coloris intelligi commode possint.*

GALBŪLVVS, i. m. [*σφαίριον τῆς κυπαρίσσης*] *Pila cupressi. Varr. de R. R. 1, 40, 1 Quaedam enim ad genendum propterea vsque adeo parua, ut sint obscura, ut cupressi. non enim galbuli, qui nascuntur, id est tanquam pilae paruae corticiae, id semen, sed in his in-*
 70 *tus primigenia semina dedit natura. Globulos vocat Turnebus Adu. 20, 16 Theophrasti auctoritate motus, qui σφαιρία appellat, et sic emendandum Varronem putat. Sed repugnat Scaliger, tum quod globuli interpretatione non videbantur egere, tum ex Vet. Gloss. Galgulus, baca,*
 75 *πυρήν. Similem varietatem obseruamus mox in Galbula aue, quae est Plinio Galgulus.*

GALBŪLIA, ae. f. [*ἰκτερός*] *Auis. Martial. 13, 68 Galbula decipitur calamis et retibus ales: Turget adhuc viridi quum rudis vna mero. Haec videtur eadem, quae Galgulus Plinii, de qua h. v.*

80 **GALE**, es. f. [*γάλη*] *Latine Mustela dicitur, teste Donato ad Eun. 4, 4, 22.*

GALEA, ae. f. [*κόρυς, κράνος, κωνή*] *Munimentum capitis est, e corio, ferro, etc. Plin. 7, 56 Galeam, gladium, hastam Lacedaemonii inuenere. Nitor galeae claro radiantis ab auro Ouid. Met. 13, 105. Aerea galea Virgil. Aen. 5, 491. Tertius Argolica galea contentus abito Idem Aen. 5, 314. Aurea Virg. Aen. 9, 50. Comans, vid. COMA. Cristata, vid. CRISTA. Insignis Virgil. Aen. 3, 468. Teretes Stat. Theb. 3, 223. Terribilem cristis galeam Virg. Aen. 8, 629. Venatoria Nep. 14, 3. Imponere galeam*

90 *alicui Ouid. Epist. 13, 140. Induere galeam Caes. Bell. Gall. 2, 21. Induitur galeam comantem Virgil. Aen. 2, 392. Resoluere galeam Ouid. Epist. 13, 147. In Codd. MSS. confundi Galea et Palea obseruatum ad Columel. 8, 2, 2.*

GALEARIVS, i. m. *Veget. 3, 6. Sed variae sunt lectiones. Vid. Stewech. ad Veget. 1, 10 fin. Reticula galearia Non. 3, 188 ex Claudio. Galearia a galeae similitudine dicta, Fest. Sed Galerita legendum obseruat Scal. v. v.*

GALEDRAON, i. n. *Herba. Plin. 27, 10. Conf. Harduin.*

GALEO, are. [*κρανώω*] *Galeam induere. Hirt. B. Afr. 12 Mili-*
 100 *tes in campo iubet galeari, et ad pugnam parari.*

GALEĀTVS, a, um. *Partic. [ἐπιποροσύνης] Galea indutus. Ut, Galeata Minerua Cic. de Natur. Deor. 1, 101 c. 36. Iuuen. Sat. 1, 169. Galeatum exordium, per translationem. Quid sit autem explicatur a Sulpicio Victore Institutt. Oratt. p. 248 Pith. Vulgare (de exordiis*

105 *loquitur) si tale sit, quale esse possit in omnibus causis, nec proprium*

personarum aut rerum, de quibus agitur. (Quod idem et galeatum a quibusdam vocatur, quoniam ita commune esse possit omnibus causis, quemadmodum galea omnibus vulgo possit esse communis) D. Hieronym. Ep. 106 *ita scribit*, Hic prologus scripturarum quasi galeatum principium, omnibus libris, quos de Hebraeo vertimus in Latinum, convenire potest. *Intelligit enim hoc principium tanquam omnium librorum communem esse galeam, communeque prooemium. Sic Turneb. 3, 18. Sed bene monet Vossius Inst. Orat. 3, 2, 11 p. 113 verba Sulpicii, quae inclusimus, quaeque absunt a quibusdam MSS., esse glossam ex Hieronymi verbis non satis intellectis, qui galeatum potius hoc principium dixerit, quod eo mutantur canonici libri, ne misceantur cum apocryphis.*

GALĒNA, ae. f. [μολιβδαίνα] Plin. 34, 16 Plumbi nigri origo duplex est. Aut enim sua provenit vena, nec quidquam aliud ex se parit, aut cum argento nascitur, mistisque venis conflatur. Eius, qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argentum: quod remansit in fornacibus, galena, quae portio est tertia addita venae. Haec rursus conflata, dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus.

GALEOBOLON, i. n. et **GALEOPSIS**, idis. f. *Lamii species*. Plin. 27, 9.

GALEOLA, ae. f. Vas sinuosum a galeae similitudine dictum, auctore Nonio. Varro de Vita Pop. Rom. I Vbi erat vinum in mensa positum, aut galeola, aut sinu? Non. 15, 34.

GALEOS, otis. m. [γάλιος] *Piscis, qui a Latinis Mustela dicitur.* Plin. 32, 2 Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Graeci antipathiam vocant, nihil est vsquam venenatius, quam in mari pastinaca, vtpote quum radio eius arbores necari dixerimus. Hanc tamen persequitur galeos.

GALEOTAE, arum. m. [γαλεῶται, apud Aelian. V. H. 12, 46] in Sicilia dicebantur Portentorum interpretes, teste Cic. de Div. 1, 39 c. 20. Caeterum Galeotae verior scriptura. Quidam L geminant.

GALERIA Tribus, vid. TRIBVS.

GALERITVS, i. m. et **GALERITA**, ae. f. [λόρον ἔχασα] *Avis, quae nunc Alauda dicitur, a crista quadam, quae galeri similitudine capite prominere videtur: eadem forte, quae Cassita a casside.* Varro de L. L. 4, 11 p. 21, 12 Galeritum appellat, quod plumam elatam in capite habet. Plin. 10, 49 Quaeque de vna aue galerita priuatim commemorat. Add. Id. 11, 37. Sammonic. v. 577. *Proprie homo galero tectum caput habens.* Propert. 4, 1, 29 Prima galeritus posuit praetoria Lucmo. Nemp

GALĒRVVS, i. m. vel **GALĒRVVM**, i. n. [πίλεον, κωνή] *Pileus rotundus, quod in modum galeae esset factus.* Varro de L. L. 4, 23 p. 29 extr. Galea ab galero (quidni galerus a galea?) quo multi vti antiqui. Stat. Theb. 1, 305 Et temperat astra galero, de Mercurio. Horrentes effingens crine galeros Sil. 1, 404 crines formare in speciem galeae, vel galeri. Sed Iuuen. Sat. 6, 120 Flauo crinem abscondente galero, ficti crines, i. alieni intelliguntur. Vet. Schol. Crine supposito, rotundo muliebri capitis tegumento, in modum galeae facta, quo utebantur meretrices. Rursus Stat. Theb. 4, 303 Arcadii morem tenet ille galeri, tegit caput galea, ut Mercurius. Deducere sibi galerum, vid. DEDVCO. *Galerum a Pileo distinguit Suet. in Ner. c. 26 Post crepusculum statim arrepto pileo vel galero popinas inibat. Galerum etiam Pontificum.* Apuleius Apol. p. 288, 21 Quod Imperatoribus paludamentum, quod pontificibus galerus, quod lituus auguribus, etc. Seru. ad Aen. 2, 683 Galerum pontificibus tribuit pileum ex pelle hostiae caesae. Sic ipse Virgil. Aen. 7, 688 Fulvosque lupi de pelle galeros Tegmen habent capiti: ubi Seruius, Genus est pilei, quod Fronto genere neutro dicit. Ergo hoc galerum. Add. Hieron. Ep. 128 ad Fabiolam.

GALERICVLVM, i. n. Dimin. [πιδίδιον] *Capillamentum adsciticium, adhibitum ad caluitiem tegendam.* Martial. 14, 50 Lemma est Galericulum, quod ita describitur, Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos; Hac poteris madidas condere pelle comas. Sed fuerunt etiam Galeracula ad speciem crinium naturalium formata. Sueton. in Othon. c. 12 Galericulo capiti, propter raritatem capillorum adaptato et annexo, vt nemo dignosceret. Etiam fuit in tegumentis militaribus: vid. Frontin. Strat. 4, 7, 29.

GALĒSVS, i. m. [Γαλησός] *Fluvius est Calabriae, qui iuxta ciuitatem labitur Tarentinam. Haec Seruius enarrans illud Virgil. Georg. 4, 126*

Namque sub Oebaliae memini me turribus altis,
Qua niger humectat flauentia culta Galefus,
Corycium vidisse senem, etc.

Conf. Sil. 1, 439. Dulce pellitis ouibus Galefi flumen Hor. Carm. 2, 6, 10. Et lotam tepido togam Galefo Martial. 4, 28.

Viri etiam nomen apud Virg. Aen. 7, 535.

GALGVLVVS, i. m. [ἰκτερός] *Avis genus.* Plin. 10, 33 f. 50. item 30, 11 f. 28 *Avis icterus vocatur a colore: quae si spectetur, fanari id malum tradunt, et auem mori. hanc puto Latine vocari Galgulum. Sic et Harduin. Nonnulli legunt Galbulam. vid. supra*

GALBVLA.

GALILAEA, ae. f. *Syriae regio.* Iuuen. 2, 330 Ianque Galilaeam remeauerat in regionem.

GALLA, ae. f. [κνήμις] *Fructus quidam secundarius arborum glandiferarum, de quo locus velut classicus est.* Plin. 16, 6 extr. et 7 pr. Quae glandem ferunt, omnes et gallam, etc. Plin. 20, 20 Cervicis dolores cum galla et lini semine pari mensura sedat. Sic Colum. 6, 7, 2, it. Scribon. passim. *Galla Syriaca* 81. 208. Add. Veget. Mulom. 2, 62, 1. Item *Vinum asperum et atrum significare per metaphoram videtur Lucilio apud Non. in Acerosus* 5, 97 Quae gallam bibere ac rugas conducere ventri Farre aceroso coegit. Festus, voce Gallam bibere, Lucilius praemonet parsimonia esse vtendum, neque gulae indulgendum, ventremque coarctandum. Virg. Georg. 4, 267 Proderit et tunsium Gallae admiscere saporem.

GALLAICI, f. **GALLAECI**, orum. m. [Καλλαίκοι] *Populi Hispaniae sunt Gallis finitimi.* Martial. 4, 39 Nec quae Gallaico linuntur auro. Al. legunt Callaico. *Gallaica gemma, vid. GALAICOS.*

GALLECIA, ae. f. *Citerioris Hispaniae regio est.* Plin. 4, 20. Dives Gallecia Sil. 3.

GALLIA, ae. f. [Κελτική, Κελτογαλατία, Γαλλία] *Europae pars, a lacteo candore populi dicta, vt Graeci putabant, quibus γάλα lac est.* Caes. Bell. Gall. 1, 1 Gallia est omnis diuisa in partes tres: quarum vnam incolunt Belgae: aliam Aquitani: tertiam, qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis,

legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana diuidit. *Et paullo post*, Eorum vna pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, contineturque Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum. attingit etiam a Sequanis, et Heluetiis flumen Rhenum: vergit ad Septentriones. Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni: spectant ad Septentriones et Orientem solem. Aquitania a Garumna flumine, ad Pyrenaeos montes: et eam partem Oceani, quae ad Hispaniam pertinet, spectat inter Occasum Solis et Septentriones. Animosa Claud. Conf. Honor. 4, 392. Comata Cic. Philipp. 8, 27. Facunda Iuuen. Sat. 15, III. Impotens irae Liu. 5, 48. Nata in vanos tumultus Idem 5, 37. Nobilis Lucan. 3, 78. Togata, *vid.* TOGA. Gallia Togata, in qua sunt Togati, *b. e.* coloniae ciuium Romanorum Caes. Bell. Gall. 8, 24. *Vid.* Spanb. Orb. Roman. 1, 12. Cellar. 2, 2 pr. Transalpina Cic. pro Muraen. 89. Vterior et ceterior Id. de Prouinc. Conf. 9.

GALLICVS, a, um. Adi. [Γαλλικός, Γαλατικός] Qui ex Gallia est. Arua Gallica Ouid. ex Pont. 4, 16, 18. Ager Cic. pro Sext. 9. Copiae Idem de Diuin. 1, 81. Terebra Columel. de Arbor. c. 8. ¶ 2 Gallicae, Genus calceamenti. Cic. Philipp. 2, 76 c. 30 Nam quod quaerebas, quomodo redissem: primum luce, non tenebris. deinde cum calceis et toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. Gell. 13, 21 Gallicas verbum esse puto nouum, non diu ante aetatem M. Ciceronis vsurpari coeptum. Itaque ab eo ipso positum est in secunda Antonianarum. Cum Gallicis, inquit, et lacerna cucurristi. Neque in ea significatione id apud quemquam alium scriptum lego grauioris duntaxat auctoritatis scriptorem: sed, vt dixi, crepidas et crepidulas prima Syllaba correpta id genus calceamentum appellauerunt, etc. *vid.* CREPIDA.

GALLICANVS, a, um. Adi. [Γαλατικός] Gallicanae res Cic. pro Quint. 15. Varro de R. R. 1, 32, 2 Caeteraque, quae alii legumina, alii (vt Gallicani quidam) legaria appellant. *Add.* Columel. 5, 1, 6. Catulus Gallicanus Catull. 43, 9.

GALLVS, i. m. [Γάλλος] Qui ex Gallia est. Rebellis Gallus Virgil. Aen. 6, 859. Robore valent Galli, numero Hispani, Poeni calliditate, Graeci artibus Cic. de Arusp. Resp. 19. Gallum, pro Gallorum. antiquum. Varro Eumenidib. Pudicitatem, an pudorem Gallum coepit mihi videri. Nonius 8, 32. ¶ 2 Gallus, [Γάλλος] Fluuius Phrygiae, cuius aqua potantes facit furere.

Ouid. Fast. 4, 361 Amnis it infana nomine Gallus aqua. *Hinc dicebantur Galli sacerdotes Cybeles deae Phrygiae, qui se castrabant, et inter sacrificandum furiose se gerebant.* Lucan. 1, 566 Crinemque rotantes Sanguineum populis vlularunt tristia Galli. Cybele Galla Catull. 62, 12. *Sed alii Gallas vocari putant sacerdotes Cybeles.* Conf. Voss. p. 162.

¶ 3 Gallus, i. m. [ἀλεκτρον, ἀλέκτωρ] Nota auis. Cic. de Diu. 1, 74 Gallos gallinaceos in eo loco sic assidue canere coepisse. *Add.* Idem pro Mur. c. 29. Nondum Crifati rupere silentia galli Martial. 9, 68. Spado Petron. c. 55. *i. castratus, caro.* Canorum animal gallus gallinaceus Cic. de Diuin. 2, 56 c. 34. Gallus gallinaceus lactertofus, *vid.* LACERTVS.

Cantant ante lucem galli Cic. de Diuin. 2, 57. Gallus in sterquilinio suo plurimum potest Prou. ap. Senec. de Morte Claud. Victi galli filere solent, canere victores Cic. de Diuin. 2, 56. Sub galli cantum Horat. Serm. 1, 1, 10. Cic. in Pison. 67 c. 27 *de Pifone epulante*, Vbi galli cantum audiuit, auum suum reuixisse putat, mensam tolli iubet. *Nimirum, quod ex tertio fragmento huius orationis constat, Pifonis auus paternus fuit Gallus.* Fauent faucibus silentio noctis galli, rursus cantu plausuque premunt alas Cic. de Diuin. 2, 57.

GALLINA, ae. f. [ἀλεκτορίς, ὄρνις] Femina in genere gallinaceo. Ter. Phorm. 4, 4, 27 Anguis per impluuium decidit de tegulis, gallina cecinit. Africanae, cohortales, rusticae Colum. 8, 2. Varro R. R. 3, 9. Cic. Acad. 4, 57 Gallinas alere. *Et* Martial. 13, 62 Gallina altilis. Adeps gallinae Scribon. 39. Abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, caseo, melle villa locuples Cic. de Senect. 56.

Gallinae filius albae Iuuen. Sat. 13, 141. *vid.* ALBUS. Conf. *Erasm. Chil.* Canens gallina denotat vxorem esse marito superiorem, vt obseruat Donatus ad Ter. Phorm. 4, 4, 27 Gallina cecinit. Dura; *i. non tenera* Horat. Serm. 2, 4, 18. Numidica, *vid.* NUMIDIA. Peperit ouum gallina Cic. Acad. 4, 57. Has literas scripserat gallina Plaut. Pseud. 1, 1, 28. Supponere oua gallinis Cic. de N. Deor. 2, 124. Ad gallinas, *vid.* AD. Suet. Galba c. 1. Gallinae etiam vocantur Meretrices, quia omnia spargunt et absumunt. *Vid.* Taubmann. ad Plaut. Pseud. 1, 1, 28. Inter blandimenta amantium est apud Plaut. Asin. 3, 76.

GALLINŪLA, ae. f. Dimin. Arnob. 7 p. 215. Auien. in Prognost. Arat. v. 387.

GALLINACEVS, a, um. Adi. [ἀλεκτορικός] Quod ex gallinis est. Vt, Pullus gallinaceus, et Oua gallinacea Varro de R. R. 3, 9. Cic. de Diuin. 2, 29 c. 12 Gallinaceum fel. Vt vel lactis gallinacei sperare possis haustum Prou. ap. Plin. prooem. Op. Mas gallinaceus Columel. 8, 2. Gallinaceus pyctes Idem 8, 2, 5. Gallinaceus, sine adiuncto, idem, quod Gallus. Plin. 37, 105 Alecatorias vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas crySTALLINA specie. Sic 8, 16 Gallinaceorum cristae. *Add.* Suet. Vit. c. 9, 4.

GALLINARIVS, a, um. Adi. *Hinc* Gallinaria Insula Ligustici maris, a copia gallinarum dicta Varro de R. R. 3, 9. *Item* Silua in Campania prope Cumas Cic. Fam. 9, 23. Haec Gallinaria Pinus Iuuenal. 3, 307. Cels. 8, 15 Sic brachium deligatum super scalae gallinariae gradum traicitur, ita alte, vt homo ipse consistere non possit.

¶ 2 Gallinarius, qui curat gallinas. Plin. 10, 55 Traditur quaedam ars gallinarii cuiusdam dicentis, quod ex quaque (gallina ouum) esset. *Vid.* Cic. Acad. 4, 85 c. 26. Varro de R. R. 3, 9.

¶ 3 Gallinarium, [ὄρνιθών] Locus, in quo gallinae nutriuntur. Colum. 8, 3 Gallinaria constitui debent parte villae, quae hibernum spectat Orientem.

GALLICINIVM, i. n. [ἀλεκτροφωνία] Pars noctis appellata est, in qua galli cantant. Apul. Met. 8 pr. Noctis gallicinio venit quidam iuuenis proxima ciuitate. Vnde secundis galliciniis videtur primi solis exortus Ammian. 22, 33.

GALLŪLO, āre. et GALLVLASCO, ēre. Pubescere. *Obsoletum.* Naeuus apud Nonium 2, 368 Puerum mulieri praestare nemo scit, quanto melior fit, cuius vox gallulascit, cuius iam ramus roborascit.

GALLIAMBVS, i. m. Carmen ex Iambico metro peculiari, quod dedit Catul. Carm. 62 Super alta veetus Atys celeri rate maria, etc.

Describit Terentianus Maurus versus finem opusculi, et dictum vult inde, Tremulos quod esse Gallis (illis Cybeleis, de quibus n. 3) habiles putant modos. Martial. 2, 86 Mollem debilitate Galliambum.

GALLICRVS, uris. n. *Herba. Apul. de Herb. c. 44. Separatim scribendum videtur Galli crus.*

GALLO, Ære. Bacchari, more sacerdotum Cybeles. Varro apud Non. 2, 382. *vid. GALLVS, Fluuius, n. 2.*

GALLOGRÆCI, orum. m. [Γαλλογραῖκοι] *Idem sunt, qui Galatae, ad quos Paulli epistola exstat. eorum regio Galatia, quam Gallorum aliquot populos infedisse. Plin. 5, 32 testatur. Locus classicus de illis est Liu. 38, 16 sq.*

GALLOGRÆCIA, ae. f. *Galatia. Liu. 37, 8 etc.*

GALLONIVS, i. m. [Γαλλόνιος] *Vir sumtuosus, de quo Cic. pro Quint. 94. Idem de Fin. 2, 90 Sed qui ad voluptatem omnia referens, vivit, ut Gallonius, loquitur, ut frugi ille Piso.*

GALVMMMA, atis. n. *Velamen. Mart. Capella l. 1 p. 18 est Calymma, κάλυμμα.*

G A M

GAMBA, ae. f. *Vngula iumentis. Veget. Mulom. 3, 19. it. 1, 27. 20 Conf. Salmas. ad Hist. Aug. p. 292.*

GAMBOSVS, a, um. *Adiect. Idem 3, 20, l. i. gamba vel pede laborans.*

GAMELION, ðnis. m. [Γαμηλιών] *Mensis Ianuarius, Iunoni sacer propter nuptias. Cic. de Fin. 2, 101 c. 31 Mense Gamelione.*

GAMMA, n. *indecl. Litera tertia in Graeco Alphabeto. Est et figura huius literae Γ apud agrimensores. Vid. Goef. Ind. in Aucr. rei Agrar.*

GAMMĀTVS, a, um. *Adi. Hanc figuram habens: ut, Limes gammatus Idem ibid.*

GAMMĀRVS, i. m. [καρκίνος] *Aquaticum animal simile cancro: vel (ut quidam putant) ipse cancer: cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur, coctus fit rubens. Martial. 2, 43 Concolor in nostra, gammare, lance rubes. Vbi nonnulli scribunt, Cammare. Veneti adhuc hodie nomen retinent. Plin. autem 9, 31 genus cancrorum Leonem appellat: quod nomen Massilienses etiam habent. Diuidio constrictus gammarus ouo Iuuenal. Saturn. 5, 84. Vid. CAMMARVS.*

GAMPHASANTES, ium. m. [Γαμφάσαντες] *Aethiopiae populi. Plin. 5, 8 Gamphasantes nudi, praeciorumque expertes, nulli externo congregantur.*

G A N

GANEĀ, ae. f. *vel GANEVM, i. n. Locus, voluptatibus cibi et potus destinatus. Sed nec alia libido excluditur. Non. 2, 387 vocat loca vinulentiae et libidini apta. Festus, Ganeum locum abditum ac velut sub terra dixerunt. Donatus: Veteres Ganeum meritoriam tabernam dixerunt: ἀπό τῆς γῆς, τῆς ἐν τῆς γῆς, quod ipsa sit in terra, non ut coenacula, superius. Haec Donatus ad Ter. Adolph. 3, 3, 5 Vbi ego illum quaeram? credo abductum in ganeum. Vnum ad potentiam iter, prodigis epulis et sumtu ganeaque satiari inexpleribiles Vitellii libidines Tacit. Hist. 2, 45. Ventrīs et ganeae paratum Idem Hist. 3, 52. Inter ganeas et stupra Idem . . . Columel. in prol. Mox deinde, ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam crudatatem Laconicis excoquimus. Plin. in Paneg. c. 49 Rursus te ad clandestinam ganeam occultumque luxum refers. Liu. 26, 2 Et eum in ganeā, lustrisque vbi iuuentam egerit, senectutem acturum. Varro apud Non. 3, 107 Qui se in ganeum accensum coniecit amicae. Si Hexameter est, ut videtur, docet, priores duas Syllabas longas esse. An ganeum accensum ipsum specus libidinis muliebri dixerit, non satis liquet. Est quidem vero simile. Popinas ganeasque inhibere Sueton. Tib. c. 34. Add. Id. Ner. c. 27. Cic. in Pison. 13 Paullisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo.*

GANEARIVS, a, um. *Adi. Varro de R. R. 3, 9, 18 Triclinium ganearium. Vet. Gloss. ἀπέλατος, ἐξώλης, Ganearius, lasciuus, libidinosus. Ἀσεληγής, Ganearius, etc.*

GĀNEO, ðnis. m. *Qui Ganeas frequentat. Πηλοδύτης, ganeo, tabernarius, Vet. Gl. Λίχνος, καταφαγῆς, λαποδύτης, λίμβος, λαίμαρχος Idem. Non. 2, 387 Ganeones a Ganeis dicti, ut Popinones. Laudat Varronem, Et hoc interest inter Epicurum et Ganeones nostros, quibus modulus est vitae culina. Cic. Cat. 2, 71 Quis ganeo, quis nepos, quis adulter, etc. Ter. Heaut. 5, 4, 11 Si scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnosus. Circinnatus Cic. post redit. in Senat. 11. Primam produxit Iuuenal. 11, 58 Sed laudem siliquas occultus ganeo, pultes Coram aliis dictem puero; sed in aure placentas. Sed Gulam ganeonis inescit Prudent. Hamart. v. 322 prima breui. Egentissimus ganeo Cic. pro Sext. 111 c. 52.*

GANGABAE, arum. m. *Curt. 3, 13, 7 Gangabas Persae vocant, humeris onera portantes.*

GANGARIDAE, arum. m. [Γαγγαρίδαι] *(inquit Curtius 9, 2) Populi sunt inter Assyrios et Indos iuxta Gangem. Virg. Georg. 3, 27 In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini. Caeterum illi populi Indiae a Ptolemaeo Gangaridae, ab aliis Gandaridae vocantur. Eorum etiam regio a Strabone Gandaritis appellatur. Valerius autem Flaccus Gangaridas populos Scythiae commemorat hoc versu 6, 67 Misit in arma Darabs, acies quem Martia curru Gangaridum, etc.*

GANGES, is. m. [Γάγγης] *Indiae fluius maximus. Ouid. Met. 4, 21 Decolor extremo qua tingitur India Gange. Lato spatiantem flumine Gangem Ouid. Trist. 5, 3, 23. Pulcher Virg. Georg. 2, 137. Rapidus Lucan. 8, 227. Tepidus Ouid. in Ibin. 138. Gangeticus, a, um. Adi. [Γαγγητικός] Columel. 8, 8 Iam nunc Ganeticas et Aegyptias aues eructant. Nemus Sen. Med. l. 11. Tellus Lucan. 4, 64.*

GANGILION, f. **GANGLION**, i. n. [γαγγλίον] *inter tubercula refert Celsus 7, 6, et signat eo, quod renitantur. Veget. Mulom. 2, 30, 1 Ganglion est tuber, quod fit ex duplicatione nerui, cum tumore immobili.*

GANGRAENA, ae. f. [γάγγραινα] *Cancris species secundum Celsum 5, 26, 31 in prominentibus membris, id est inter vngues, et alas, vel inguina; fereque in senibus, vel in his, quorum corpus mali habitus est. Caro illi vlceri vel nigra, vel liuida est, sed sicca et arida, etc. Recte ergo Non. 2, 375 Gangraena est cancer. Laudat deinde Lucil. Serpere vti gangraena malo atque herpestica possit. Varronem, Non vituperamus, cum sciamus digitum praecidi oportere, si ob eam rem gangraena non sit ad brachium ventura. Et, Quo fa-*

105

100

95

90

85

80

75

cilius animaduertatur per omnes articulos populi hanc gangraenam sanguinolentam perneasse.

GANIAEA, ae. f. *Gemma*. Plin. 37, 10. *al. Garianes.*

GANNIO, iui et ii, itum, ire. [*γάννιον*, Vet. Gloss.] Proprie vulpes aut canes gannire dicuntur, *auctore* Donato. Varro de L. L. 6, 56 p. 81, 30 *ponit inter ea, quae ab animalium vocibus translata.* Vid. Non. 6, 10. Douf. ad Plaut. p. 28. Voss. Instit. Orat. 4 p. 241. Ter. Adolph. 4, 2, 17 Quid ille gannit? quid vult? Perf. 5, 96 Stat contra ratio, et secretam gannit in aurem. *Al. garrit.*

GANNITVS, ūs. m. [*γάννημα*] *Vox vulpis aut canis proprie dicitur.* Gannitus tristis Nereidum Plin. 9, 5. Gannitus, est proprie veluti Ploratus vapulantium Donatus ad Ter. 1. *supra c.*

At catulos blande quum lingua lambere tentant,

Aut vbi eos lactant pedibus morsuque petentes,

Suspensis teneros imitantur dentibus haustus,

Longe alio pacto gannitu vocis adulant Lucret. 5, 966.

Mart. 5, 61 *ad detractorem*, Allatres licet vsque nos et vsque, Et gannitibus improbis laceffas; Certum est hanc tibi pernegare famam, etc.

GANNITIO, ōnis. f. Festus, Canum querula murmuratio.

GANNO, are. [*χλευάζω*] Gloss. Gr. Lat. *Fuerit itaque deridere, ludibrio habere.*

GANNATOR, ōris. m. [*χλευαστής*] Gloss. Gr. Lat.

GANNATVRA, ae. f. Adhelm. de Virginit. c. 28. Voss. de L. L. 3, 13.

GANYMĒDES, is. m. [*Γανυμήδης*] *Trois filius formosissimus, quem quum Iupiter deperiret, iussit in caelum ab aquila portari, et sibi a poculis esse, Hebe nympba delecta.* Cic. Tusc. 1, 65 c. 26 Nec Homerum audio, qui Ganymedem a Dis raptum ait propter formam, vt Ioui bibere ministraret. Rapti Ganymedis honores Virg. Aen. 1, 28.

Flauus Hor. Carm. 4, 4, 4. Phrygius Ouid. Met. 10, 195. *Latini corruerunt in Catamitus, v. v. Inter XII signa Aquarius quibusdam videtur.* Vid. Hygin. Poët. Astron. 2, 19.

GANYMEDĒVS, a, um. Adi. Lactant. 1, 11 *Ganymedeas fabula.*

Martial. 9, 17 *Nec Ganymedeas mallet habere comas.*

GANZA, ae. f. Anser. Plin. 10, 23. Harduin. Ganta.

G A R

GARAMAS, antis. *et Plural.*

GARAMANTES, um. m. [*Γαράμαντες*] *Populi Libyae, a Garamante Apollinis filio cognominati, qui ibi Garama caput Garamantum ex suo nomine condidit.* Vid. Plin. 5, 5. Inops Garamas Sen. Hippol. f. 2. Extremiti Garamantes Virg. Ecl. 8, 44. Nudi Lucan. 4, 334.

GARAMANTIS, idos. f. Patronym. [*Γαράμαντις*] Virgil. Aen. 4, 198 *Rapta Garamantide nympba.*

GARAMANTIVS, a, um. Adi. [*Γαράμαντικός*] *Garamantica signa* Sil. 1, 142.

GARAMANTITES, ae. m. *Gemma*. Plin. 37, 7.

GARGĀNVS, i. m. [*Γάργανον*] *Celebris mons Apuliae, subius quem habitantes, proprie Apuli dicuntur.* Lucan. 5, 380 Appulus Hadriacas exit Garganus in vndas. Sil. . . In nemore aut agitet Gargano terga ferarum. Horat. Epist. 2, 1, 202 Garganum mugire putes nemus. Idem Carm. 2, 9, 6 Aquilonibus Querceta Gargani laborant. Claud. de Conf. Hon. 4, 106

Cingite vos fluuiis, vastas opponite silvas

Garganum Alpinis, Appenninumque niuaalem

Permissis sociate iugis.

Add. Virgil. Aen. 11, 247.

GARGARIDIO, are. *Idem, quod Gargarizo.* Nonius 2, 371. Varr. Epist. ad Fusium, Quintiporis clodicant foriae ac poemata eius, gargaridians dices, o fortuna, o fors fortuna. *Videtur idem, quod λαργυγγίζω Graecorum, et ad affectatum sonum e dilatato gutture protrusum referri. Non differt puto ab vstatiore Gargarizo, pro quo significatione illa Medicorum propria posuit Prisc. 1, 17. Vt Zeta, pro diacta, etc.* Vid. Lactidio, Catomidio, Glycyrridia.

GARGARIVS, a, um. Adiect. Lucus Gargaricus Aufon. Epist. 25, 16.

GARGĀRVVS, i. m. in Pl. GARGARA, ōrum. n. [*Γάργαρα*] *Cacumen montis Idae: dictum (inquit Seruius) quasi κάρα κρατός: id est caput capitis, altitudinis altitudo. κάρα enim est ἡ κεφαλή.* Ipsa

suas mirantur Gargara messes Virgil. Georg. 1, 103. Gargarus, Oppidum positum in imis radicibus montis Idae: tanta frumenti copia abundans, vt qui magnum cuiusque rei numerum vellet exprimere, pro multitudine immensa nominaret. Vnde et Ouid. de Arte Am. 1, 56 Gargara quot segetes, quod habet Methymna racemos. Vid. diligenter

Macrob. Saturn. 5, 90. Gargarus, Lacus est Phrygiae, iuxta Idam montem, ex quo lacu Scamander et Simois fluuii decurrunt.

GARGARIZO, are. [*γαργαρίζω*] *Saepe ad gurgultionem, id est guttur, reuocare.* Vid. Scribon. 66. 230. Plin. 20, 17 Voci succus sub certamine vtilis: et qui gargarizatur vna tumente, adiecta menta.

Prodest contra anguinas calidum gargarizatum Plin. 23, 2. Solani succus tepens benefacit gargarizatus Scrib. Comp. 53. Cels. 4, 2 In vetusto capitis dolore communia sunt, sternutamenta excitare, inferiora vehementer perfricare, gargarizare his, quae saluam mouent. Add. Plin. 20, 6. Cels. 4, 4.

GARGARIZATIO, ōnis. f. [*γαργαρισμός*] *Plurima gargarizatio lactis* Scribon. 57. Plin. 30, 4 *Tonsillas et fauces lactis ouilli gargarizatio adiuvat.* Sic 22, 25. Gargarizationes Plin. 23, 1. *De actu ipso gargarizandi* Plin. 23, 2. Cels. 4, 7.

GARGARIZĀTVS, ūs. m. [*γαργαρίσμα*] *Idem, quod Gargarizatio.* Scrib. 53. Plin. 21, 19. Add. 28, 12.

GARGARISMA, atis. n. Ocl. Horatian. 1, 10 *medicamentum.*

GARGARISMATIVM, i. n. Theod. Priscian. 1, 12. Marc. Empir. c. 13.

GARIOPHYLLVM, i. n. Plin. 17, 7. *vid. CARYOPHYLLVM.*

GARGITIVS, i. m. *Venator nobilis, de quo* Hor. Epist. 1, 6, 58.

GARGILIĀNVS, i. m. *Cinaedus quidam apud* Martial. 3, 30.

GARRIO, iui, itum, ire. [*κατῆλλω, φλυαρέω, σωμαίλλω*] *Proprie aujum esse videtur.* Vid. GARRIVS. *Deinde sermo otiosorum, amantium infantium.* Lusciniae in solitudine Africana canticum adolescentiae garriunt Apul. Flor. 3 p. 358, 23. Cic. Att. 12, 1 *Cum coram sumus, et garrimus, quidquid in buccam venit.* Et 6, 2 *Cupiebam etiam nunc plura garrere: sed lucet, vrget turba, etc.* Ibid. *de sermone infantis, Vt — sciam, quid garriat.* Ter. Heaut. 3, 2, 25 *Garris, i. nihil, quod ad rem faciat, dicis.* Cic. de Orat. 2, 21

c. 5 *Nam et saeculis multis ante gymnasia inuenta sunt, quam in his*

Philosophi garrere coeperunt. Multa illi Philosophi garruerunt contra corporis sensum Augustin. de Trinit. 15, 12. Garrere nugae Plaut. Curc. 5, 2, 6. Martial. 1, 90 Garris in aurem semper omnibus Cinna. Beda de Orthogr. p. 2636 Garrit, subtiliter murmurat. Martial. 3, 93 Meliusque ranae garruant Rauennates. Impunitas garruentis Cic. de Nat. Deor. 1, 109. Partic. Apul. Met. 3 p. 138, 9 Sic nobis garruentibus libido mutua animos — suscitatur. Sed Elmenb. gannientibus. Sed 8 p. 205, 23 Sed illa — instanter garruenti submissequit deprecanti, etc. Et 9 p. 227, 12 Haec tunc adhuc ancilla garruente, i. narrante historiam peccare docentem.

GARRITVS, ūs. m. Sidon. Epist. 8, 6.

GARRITOR, ōris. m. Ammian. Marcell. 22, 9.

GARRVLO, āre. Fulgent. Myth. 1.

GARRVLITAS, ātis. f. [ἀδολογία] Martial. 5, 53 Crede mihi quamuis ingentia Posthume dones, Auctoris pereant garrulitate sui. Pueri garrulitate amabiles Sueton. August. c. 83. Quem non in se conuertet, et abducet infixum cogitationibus illa neminem satiatura garrulitas Sen. ad Heli. c. 16. Extemporalis Quint. 2, 4. Rauca picarum Ouid. Met. 5, 678.

GARRVLVS, a, um. Adj. [ἀδολογος, κῆρυξ] Qui abundat uanis et inanibus uerbis. Percontatorem fugito, nam garrulus idem est Horat. Ep. 1, 18, 69. Ter. Adelp. 4, 4, 15 Sed me reprehendi tamen, ne quid de fratre garrulae illi dicerem, ac fieret palam. Aues garrulae, dicuntur, interprete Nonio 4, 220, Canorae et hilares. Virg. Georg. 4, 307 Garrula quam tignis nidum suspendit hirundo. Plin. 10, 29 Luscinii diebus ac noctibus continuis quindecim, garrulus sine intermissu Cantus. Disciplinam infantiae garrulam contemnere Auct. ad Herenn. 2, 16. Fama Sen. Herc. fur. l. 4. Fistula Tibull. 2, 5, 30. Hirundo Virgil. Georg. 4, 307. Lingua Ouid. Amor. 2, 2, 44. Lyra Tibull. 3, 4, 38. Noctua Plin. 18, 35. Riuis 30 Ouid. Fast. 2, 316. Martial. 14, 54 Haec quatiat tenera garrula sinistra manu. ¶ 2 Garrulus, inquit Nonius 4, 220 dicitur Cordatus. Varro Periplus 1 In hac ciuitate tum regnabat Dionysius homo garrulus et acer.

GARRVLIVM, i. n. Idem, quod Garrulitas. Gu. Brito 62 et 501. 35

GARIMATIVM, i. n. Ius gelatum, Gelée. Porcellina Theod. Priscian. de Diaeta c. 6.

GARRITIDO, Sic sunt, qui scribant pro Gargaridio, v. v.

GARVM, i. n. [γάρον] Liquamen; de quo locus classicus Plin. 31, 7 et 8 l. 43 Aliud liquoris exquisiti genus, quod garon vocauerunt, intestinis piscium, caeterisque, quae abicienda erant, sale maceratis, ut sit illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur ex pisce, quem Graeci garon vocabant — Nunc e scombro pisce laudatissimum in Carthaginis Spartariae (nouae in Hispania) cetariis: Sociorum id appellatur (Socios intellige Publicanos, negotiationis illius conductores) singulis millibus numum permutantibus congios fere binos. Nec liquor ullus praeter unguenta maiore in pretio esse coepit nobilitatis etiam gentibus. (intell. Scombrorum) — Et garo ambusta sanantur, etc. Formulam parandi Gari habemus in Geopon. 20 extr. breuiter, Intestina piscium saliantur, in sole inueterantur, circumagendo tenuantur, liquamen colatum garum est: recrementum et ut loquitur Plin. l. c. l. 44 pr. Vitium eius est alex, imperfecta nec colata faex. Martial. 13, 102 cui lemma, Garum scombrorum, al. sociorum, Exspirantis adhuc scombri de sanguine primo Accipe faecosum, munere cara, garum. Add. 13, 82. et 7, 26. Horat. Sat. 2, 8, 46 laudatur Garum de succo piscis Iberi. Plin. 9, 17 de nullis, M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus, in sociorum garo (nam ea quoque res cognomen inuenit) necari eos praecellens putauit, atque e iecore eorum alecem excogitare prouocauit. Senec. Epist. 96 Quid illud sociorum garum, pretiosam malorum piscium saniem, non credis vrere falsa tabe praecordia? Apicius fere Liquamen appellat: vid. Lister ad 7, 7, 5. et Humelberg. ad 7, 13, 4. Add. Nonn. de re cib. 3, 44. Wower. ad Petron. 36. Scalig. Aufon. Lect. 2, 28. In usu medicorum Garum est omnis piscium et carnum muria, quae depascentia ulcera sistere creditur, Dioscor. 2, 34. Add. Col. 6, 34, 2. et 38, 2.

GARVMNA, ae. m. [Γαρόνας] Galliae Iuuius ex Pirenaeo monte delapsus, qui Celtas ab Aquitania separat. Tibull. 1, 7, 11 Magnusque Garumna. Vid. Melan 3, 2.

GARVS, i. m. Piscis marinus, ex quo Garum factum est. Plin. 31, 7. et 32, 4, et 5, et 7, et 11. Vid. GARVM supra. 70

G A S

GASIDANIS, is. f. Gemma. Plin. 37, 10.

GASTER, tri. n. siue GASTERIVM, i. n. Vas fistile, si audimus Vet. Gloss. Petron. c. 79 Per gastrorum fragmenta traximus cruentos pedes. Sed alii Glarcarum hic legunt: alii aliter: nihil certi.

GASTRA, ae. f. vel GASTRVM, i. n. Ventrosus vas: vid. Bosch. ad Petron. c. 71. Casaub. ad Suet. Vesp. c. 23.

GASTRIMARGIA, ae. f. Ingluuius. Graecum est γαστριμαργία, usurpatum tamen Hilar. in hymn. 80

G A V

GAV, pro Gaudium. Aufon. Eidyll. 12 Ennius ut memorat, replet te laetificum Gau. 85

GAVDIVM, i. n. [χάρη, χάρισμα, χαρμονή, χαρισίον] Est affectio animi alicuius praesentis boni opinione concepta. Cic. Tuscul. 4, 13 c. 6 Nam quum ratione animus mouetur placide atque constanter: tum illud gaudium dicitur. Conf. Sen. Ep. 59. Communia gaudia Lucret. 4, 1190 de libidine Venerea. Sic etiam Idem 5, 852. Horat. Od. 3, 6, 27. Propert. 2, 11, 9. Crudelia Ouid. Met. 6, 653. Damna Claud. de Conf. Honor. 4, 333. Grande Tac. Hist. 1, 20. Inane Quintil. 2, 4. Inaestimabile, vid. INAESTIMABILIS. Ingens, vid. INGENS. Lacrimosa Claudian. de Bell. Get. 407. Mala mentis Virgil. Aen. 6, 278. Mutua Lucret. 5, 852. Sordida nunquam Stat. Silu. 3, 5, 18. Vana Horat. Epist. 2, 1, 188. Vdum gaudium, quod lacrimas exprimit Mart. 10, 78.

Accipere gaudium, vid. ACCIPIO. Adire gaudia Tib. 1, 6, 3 de fructu Veneris. Vid. mox Rapturo. Admisit gaudia duro vultu Lucan. 2, 373. Aduocari gaudiis, b. e. ad gaudia Horat. Carm. 4, 11, 14. Afferre inopina gaudia alicui Stat. Silu. 1, 2, 46. Afficere aliquem gaudio Cic. de Fin. 5, 69 c. 24. Affici gaudio Idem Fam. 9, 14. Agitare gaudia, vid. AGITO. Afferere gaudia, vid. ASSERO. Capere gaudia Ouid. Met. 7, 513. Colligere gaudia, 105

- vid. COLLIGO. Compleri gaudio Cic. de Fin. 5, 69. Conuertere gaudia in diuersum, vid. CONVERTO. Contaminare gaudium Ter. Eun. 3, 5, 4. Cumulare gaudium, vid. CVMVLO. Cumulari gaudio Cic. Fam. 9, 14. Dare gaudia pacta Ouid. de Arte Am. 3, 462. Declarant gaudia vultu Catul. 62, 34. Desipere gaudio Cic. Fam. 2, 9. Duplicare gaudium Idem Fam. 16, 21. Efferi gaudio Cic. Fam. 10, 12. Emta gaudia Stat. Theb. 9, 55. Esse gaudium : Cic. anteq. iret in exil. 103 Quod putauit Fore gaudium, id existit exitium. Exilire gaudio Idem Fam. 16, 16. Et in Catil. 1, 26 c. 10 Hic tu qua laetitia perfruerē, quibus gaudiis Exultabis, quanta in voluptate bacchabare, cum, etc. Fungi gaudio Tacit. Hist. 2, 55. vid. FVNGOR. Indulgere gaudio, vid. INDVLGEO. Mori inter gaudium, vid. INTER. Mutare gaudium moerore, vid. MVTO. Oblectare gaudio, vid. OBLECTO. Percipere gaudium Plin. Epist. 2, 10. Pertentant gaudia pectus Virgil. Aen. 1, 502. Pertentant gaudia mentem Id. Aen. 5, 828. Gaudia Rapturo si quis tibi claudere vellet Acrios aditus : quo paterere modo ? *Leander ad Borean de Orithyia*, Ouid. Her. 18, 44. Gaudia non Remeant, sed fugitiua Volant Mart. 1, 16.
- 20 GAVDIOLVM, i. n. Plauti esse dicitur.
GAVDEO, gauisus sum, ēre. [*χαίρω, γήθω*] *A boni sensu vel cogitatione iucunde affici. Apud Philosophos interdum differunt Gaudere et Laetari.* Cic. Tusc. 4, 66 c. 31 Atque vt confidere decet, timere non decet ; sic quidem gaudere decet, laetari non decet ; quoniam docendi causa a gaudio laetitiam distinguimus. De aliqua re Cic. Fam. 7, 2. Ter. Heaut. 5, 1, 12 Gaudere adeo coepit, quasi qui cupiunt nuptias. Gaudere, et bene rem gerere, *Salutationis loco posuit Horat. Epist. 1, 8, 1 more Graecorum, ἀντὶ τῆς χαίρειν, ἢ ἐνπράττειν.* Cic. Att. 9, 9 Meum factum probari abs te, Triumpho et gaudeo. Tuo isto tam excellenti bono gaude, et frueri, cum fortuna et gloria, tum etiam natura et moribus tuis Cic. pro Marcell. 10 c. 6. Id tu nos obtinuisse non modo facile patiari, sed etiam gaudeas Idem Attic. 16, 17. Conf. Id. pro Sulla c. 85. Animo gaudere Plaut. Stich. 1, 3, 53. Martial. 4, 90 — animo gaudens, ac foenore liber. Carmine tu gaudes, hic delectatur iambis Horat. Epist. 2, 2, 59. Dubie gaudet, fallique veretur, *al. timide* Ouid. Met. 10, 287. Equo gaudet acri Virgil. Aen. 4, 157. Ter. Phorn. 3, 2, 9 Crede mihi, gaudebis Facto : verum hercle hoc est. Sic, Gaudere ruinis inimicorum Liu. 39, . . . Ter. Heaut. 4, 8, 16 Vah, Frustra igitur gauisus miser. Gaudia gaudere Idem Andr. 5, 5, 8. Cic. Fam. 8, 2 In theatrum Curionis Hortensius introiit, puto, vt suum Gaudium gauderemus, *i. vt sibi gratularemur.* Plaut. Pers. 5, 1, 24 Bene ei, qui inuidet mihi, et ei, qui hoc gaudio gaudet. Ter. Andr. 2, 2, 25 Quum illo aduenio, solitudo ante ostium : iam id gaudeo. Cic. Q. Fratr. 3, 1, 3 Quod scribis te a Caesare quotidie plus diligi, Immortaliter gaudeo. In aliquo genere scientiae gaudere Idem Off. 3, 121. In molestia gaudere Cic. Fam. 1, 9. In se gaudere Catull. 20, 17. In sinu gaudere, *Tacitam apud se voluptatem sentire, neque vulgo proferre gaudii notas.* Cic. Tusc. 3, 51 Vt in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant. Propert. 2, 25, 30 In tacito cohibe gaudia clausa sinu. Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu Tibull. 4, 12, 8. Laudibus gaudere Virgil. Georg. 3, 186. Malis gaudere alienis Ter. Andr. 4, 1, 3. Mecum tacitus gaudeo, vid. MECVM. Tibi gratulor, Mini gaudeo Cic. Fam. 6, 16. Myrrha gaudet rastris, *melius prouenit circumfossa* Plin. 12, 15. Cic. de Amicit. 14 Quem tamen esse Natum, et nos gaudemus, et haec ciuitas, dum erit, laetabitur. Numero Deus impare gaudet Virg. Ecl. 8, 75. Rebus nouis gaudere Lucret. 5, 171. Sanguine gaudere Ouid. Met. 1, 235. Sibi gaudere Lucret. 5, 146. Ventum gaudeo, *pro Venisse* Plaut. Cist. 1, 1, 16. Quae fecimus, valde probari gaudeo, si est nunc vllus gaudendi locus Cic. Att. 9, 6. Gaudere, vehementerque laetari Id. pro Rosc. Amer. 136 c. 47. Et de Senect. 40 Quam gaudebat bello suo Punico Naenius ! quam Truculento Plautus, quam Pseudolo ! Gaudetur, *Imperional.* Symmach. 1, 11.
- 65 GAVDENS, entis. Partic. [*χαίρων*] Virgil. Aen. 6, 816 — nimium gaudens popularibus auris. De pectore gaudens Stat. Silu. 4, 6, 55. Animus aequus, inno vero etiam gaudens et libens Cic. Att. 2, 4. Animo gaudente vident Tibull. 1, 6, 81. Simplicitate gaudens l. 25 §. 1 ff. de probat. *i. simplex.* Vindicta gaudens Petr. 70 c. 136. *i. cupidus vindictae.*
- GAVDENTER. Adu. Sarisber. Ep. 187.
- GAVDENDVS, a, um. Paullin. Petrocor. 4, 291.
- GAVISVS, a, um. Partic. [*γεγηθηκώς*] Cael. ad Cic. Fam. 8, 14 Nunc furit tam gauisos homines suum dolorem. Rex tot hominum salute magnopere gauisus Nep. 4, 2, 5. Bello gauisa Stat. Theb. 3, 140.
- GAVDEBVNDVS, a, um. Adi. Apulei. Met. 8. Legitur et Gaudibundus.
- GAVDIĀLIS, e. Adi. Idem. Apul. Met. 11 extr. p. 272, 24.
- 80 Animo gaudiali rursus sacris initiare.
- GAVDIMONIVM, i. n. Idem quod Gaudium, sed plebeium. Petron. c. 61. Vid. Du Fresne Gloss. Vulgat. Baruch. 4, 34.
- GAVDIFICO, āre. χαροποιώ. Gloss. Gr. Lat.
- GAVDIOSVS, a, um. Adi. In dolore gaudioso S. Bernhard. 85 in Rhythmo de Passione.
- GAVIA, ae. f. Auis, Graece λάρος. Vid. LARVS. Apul. Met. 5 p. 171, 10 Tunc auis peralba illa gauia, quae super fluctus marinos pinnis natat, demergit sese propere ad Oceani profundum gremium. *Fabula est, sed ex natura tamen auis ficta.* Sic Plin. 10, 32 extr. eas cum mergis coniungit, et in petris, ait, nidificant. Vet. Gl. λάρος, Larus, fulica, gauia.
- GAVLVS, i. m. Genus nauigii paene rotundum, Festus. Gauli meminit Gell. 10, 25. Apud Herodotum videtur poni, pro Naue oneraria, quum sic ait in Thalia, *Consestim quidem duas triremes, simulque cum ipsis ingentem Gaulum impleuerunt varia multiplicique praeda.* 95 2 Poculi genus, in forma nauis simile. Plaut. Rud. 5, 2, 32.
- GAVNACVM, i. n. maius sagum interpretatur ipse Varro de L. L. 4, 55 p. 40, 10 Vt sagum, rheno, Gallica : gaunacum maius sagum, et amphimallon, Graeca. Sic Scalig. in Collectan. ad h. l. Sed Turneb. Adu. 22, 21. Quod additum est, maius sagum, interpretatio est hominis inruditi. Hesychius, *καύνακκι σρώματα ἢ ἐπιβόλαια ἐτερόμαλλα* : Id est gaunacae sunt stragula aut operimenta altera parte villosa. Est et Gaunace, Genus pallii ad induendum. Re ipsa non multum distant, quod apparebit, si Graeca apud Scaligerum conferas.
- 105 GAVRVS, i. m. [*Γαῦρος*] Mons est Campaniae in Italia, in quo

quo praestantissimum vinum nascitur. — Si conuulso vertice Gaurus Decidat in fundum penitus stagnantis Auerni Lucan. 2, 667. Bacchei vineta madentia Gauri Stat. Silu. 3, 5, 99. Inanis post vindemiam Iuuen. Sat. 9, 57. Icario nemorosus palmita Stat. Silu. 3, 1, 147. GAVRANVS, a, um. Adi. Mons Gauranus Stat. Theb. 8, 545. Sinus Gaurani Idem Silu. 4, 3, 25.

GAVSAPA, ac. f. Sic enim Varro de L. L. apud Charif. 1 p. 80. et Priscian. 1. 7 p. 759 fin. ὁ κοχλίας, haec cochlea, ὁ χαρσίνης, haec charta, ὁ γανσάπης, haec gausapa. Addit Priscianus, Antiquissimi tamen, et hic gausapas, et haec gausapa, et hoc gausape, et plurale neutri haec gausapa, quasi a Nominatiuo hoc gausapum protulisse inveniuntur. Est autem Gausapa textile villosum varii usus. Ad lectos adhibitum docet Plin. 8, 48 f. 73 Antiquis torus e stramento erat, qualiter nunc etiam in castris. Gausapa patris mei memoria coepere. Martial. 14, 152 lemma est, Gausape quadratum; ipsum Epigramma, Lodices mittet docti tibi terra Catulli (Verona) Nos Helicaonia de regione (Patauna) fumus. Ipse Augustus in testamento suo apud Charisium l. c. Gausapes lodices purpureas et coloreas meas.

Ad mensas, vel tegendas, vel tergendas. Martial. 14, 138 Lemma est Gausapa villosa; Versus Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum, Orbibus in nostris (mensis vilibus) circulus (vestigium lancis aut poculi) esse potest. Caeterum hinc apparet etiam lintea esse gausapa.

Hor. Serin. 2, 8, 11 Gausape purpureo mensam perterfit.

Vestis etiam genus fuit, Vet. Glossar. Gausapa, βαρβαρικὸν πᾶλλιον. Callius Seuerus ad Maecenatem apud Charif. et Priscian. l. c. Gausape purpureo salutatus: forte obicit illi molitiam et insolentiam. Sic certe Trimalchio apud Petron. c. 28 ex balneo exiens inuolutus coccina gausapa, lecticae impositus est. Ouid. Art. Am. 2, 300 Gausapa si sumis, gausapa sumta proba. Perf. Sat. 6, 46 Iam chlamydas regum, iam lutea gausapa captis.

prolixa dixit Persius Sat. 4, 37 Tu quum maxillis balanatum gausape pectas, etc.

GAVSAPINA, ae. f. Adiectiuum, intellecto, penula. Martial. 6, 59 Et dolet, et queritur sibi non contingere frigus, Propter sexcentas Baccara gausapinas, quas nimirum libenter ostentare vellet. — Quanto simplicius, quanto est humanius istud, Mense vel Augusto fumere gausapina. Conuenit Lemma, 14, 145 Gausapina penula, Is mihi candor inest, villorum gratia tanta est, Vt me vel media fumere messe velis.

Et 147 Cubicularia gausapina, Stragula purpureis lucent villosa tapetis, Quid prodest, si te congelat vxor anus. Gausapina penula Mart. 14, 145 et 147 Gausapina cubicularia.

GAVSAPĀTVS, a, um. Adi. Gausapina indutus. Sen. Epist. 53 Mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet gausapatus. Petron. 38 Apri gausapati.

GAVSAPILA, ae. f. Myrtea subornatus gausapila Petron. c. 45 21. Sed legendum videtur Gausapina, intell. penula, myrtei coloris. Lutea captiuis gausapa assignabat modo Persius.

G A Z

GAZA, ae. f. [Γάζα] Vrbs Palaestinae, in qua Cambyfes rex Persarum diuitias condidit, ut ait rationem nominis redditurus Schol. in Lucan. 3, 216. Mela 1, 11 In Palaestina est ingens et munita admodum Gaza: sic Persae aerarium vocant, et inde nomen est, quod quum Cambyfes armis Aegyptium peteret, huc belli et opes et pecuniam contulerat. Haec tamen Hebraei non a Gaza, seu thesauro dicit hanc urbem nuncupatam, sed a Fortitudine. unde vocat eam Azza, quod significat fortem. Et Zachariae nono Propheta dicit, Azzam per antibesim debilitandam. Conf. Curt. 4, 5, 10 et Commentar.

GAZA, ae. f. [γάζα] Dicitio Persica, significat Opes, supellectilem, et generaliter quidquid possidemus, ut ait Seruius in Aen. 1, 123. Mela 1, 11 Gazam, Persae aerarium vocant. Curt. 3, 12, 27 Pecuniam regiam (gazam Persae vocant) cum pretiosissimis rerum efferi iubet, simulans fugam. Vid. Freinshem. Ind. Curt. Druf. in Obsf. Virgil. Aen. 1, 123 Tabulaeque et Troia gaza per vndas. Cic. pro L. Manil. 66 Qui ab auro gazaque regia, manus, oculos, animum cohibere possit. Id. Off. 2, 76 c. 23 Omni Macedonum gaza, quae fuit maxima, potitus est Paulus. Liu. 25, 25 extr. Agrestis Virg. Aen. 5, 40. Beatae Arabum Hor. Carm. 1, 29, 1. Nobiles Claud. de Nupt. Honor. 226. Nulla caelum reparabile gaza Valer. Flacc. 6, 562. de moribundo. Incubare gazae Martial. 12, 53. Non gazae summovent tumultus mentis Horat. 2, 16, 9.

GAZOPHYLACIUM, i. n. [γάζοφυλάκιον] Arca, siue Quiuus alius locus, in quo pretiosior supellex conseruatur. Vulgat. Luc. 21, 1.

G E B et G E H

GEBENNA, ae. m. [Γεβέννας] Mons Galliae, qui Auernos ab Helvetiis separat. Vid. Caes. B. G. 7, 8. Suet. Caes. 25. Lucan. 1, 435.

GEBENNĪCVS, a, um. Adi. Montes Gebennici Pomp. Mela 2, 5.

GEHENNA, ae. f. Vallis, Hinnon, Ebraeis dicta, ubi Manasse rex immolauit liberos. Hinc transfertur ad locum supplicii impiorum post mortem destinatum.

Insignis ille et praeminens Meritis rependet congrua: His lucis vsum perpetis, Illis gehennam et tartarum Prudent. de Nat. Dom. v. 109. In chaos infernae lapsus penetrabile gehennae Sedul. in Luc. c. 8. Tertull. Apol. c. 47 Gehennam si comminemur, qui est ignis subterranei ad poenam thesaurus.

GELA, ae. f. [Γέλα] Vrbs et fluuius Siciliae. Sil. 14, 219. Ouid. Fast. 4, 470 Et te, vorticibus non adeunde, Gela. Immanis Gela Virg. Aen. 3, 702. Seruius, Ciuitas a fluuiio nominata.

GELABILE, GELASCERE, GELATIO, vid. GELV.

GELASĪNVS, i. m. simpliciter Graecum est, apud quos teste Polluce 2, 91 quatuor medii hominum dentes sunt γελασίνους, quod ridendo eos ostendimus. Martial. 7, 24 Nec cibus ipse iuuat morsu fraudatus aceti, Nec grata est facies, cui gelasinus abest: hoc dicit, non posse placere epigramma, in quo nulla mica salis, nec amari fellis gutta. Comparat iam illud ori edentulo, quod tanto deformius est, cum ridet. Epigramma mordax in risu etiam dentes ostendit, etc. Neque tamen non verum est, Graecis γελασίνους esse lineas, rugulas, fossulas a risu ortas in facie, hisque similes aliis in locis quoque lacunulas.

GELASIANVS, i. m. Mimus, Ridicularius, ex verbo γελᾶν 105

G E L

GELA, ae. f. [Γέλα] Vrbs et fluuius Siciliae. Sil. 14, 219. Ouid. Fast. 4, 470 Et te, vorticibus non adeunde, Gela. Immanis Gela Virg. Aen. 3, 702. Seruius, Ciuitas a fluuiio nominata.

GELABILE, GELASCERE, GELATIO, vid. GELV.

GELASĪNVS, i. m. simpliciter Graecum est, apud quos teste Polluce 2, 91 quatuor medii hominum dentes sunt γελασίνους, quod ridendo eos ostendimus. Martial. 7, 24 Nec cibus ipse iuuat morsu fraudatus aceti, Nec grata est facies, cui gelasinus abest: hoc dicit, non posse placere epigramma, in quo nulla mica salis, nec amari fellis gutta. Comparat iam illud ori edentulo, quod tanto deformius est, cum ridet. Epigramma mordax in risu etiam dentes ostendit, etc. Neque tamen non verum est, Graecis γελασίνους esse lineas, rugulas, fossulas a risu ortas in facie, hisque similes aliis in locis quoque lacunulas.

GELASIANVS, i. m. Mimus, Ridicularius, ex verbo γελᾶν 105

dictus. Sidon. Carm. 23, 301 Mimos, Schaenobatas, Gelasianos. *Hos describit Claudian.* Manl. Theod. Consul. 312 Qui laetis risum salibus mouisse facetus Qui nutu, manibusque loquax.

GELATIO, GELATVS, GELICIDIVM, GELIDVS,

5 GELO, *vid.* GELV.

GELLIA, *Familiae Romanae nomen, e qua A. Gellius, non, ut nonnunquam scribitur Agellius, Grammaticus praeclarus, qui floruit regnante Adriano, et cuius iam exstant Noctes Atticae, et multi alii.*

10 GELOI, orum. m. [*Γελῶσι*] *Campi in Sicilia apud Gelam fluvium.* Virg. Aen. 3, 701 — *Campique Geloi, vid.* GELA.

GELON, [*Γελῶν*] *Fons Phrygiae, de quo vid.* CLAEON.

GELONI, *vel* GELONES, [*Γελωνοί*] *Populi Scythiae, interius habitantes, et Agathyrfis proximi, a Gelono Herculis filio.* Virg. Georg. 3, 461 *Bifaltae quo more solent, acerque Gelonus, etc.* Pharetrati Horat. Carm. 3, 4, 36. *Picti, i. e. stigmata habentes* Virgil. Georg. 2, 115. *Seruius.* Volucres Lucan. 3, 283.

15 GELOTOPHYE, *cs. f. Herba.* Apul. de Herb. c. 8 *quasi tu risui natum dicas.*

20 GELOTOPHYLLIS, *idis. f. Herba.* Plin. 24, 17 *q. d. risus folium.*

GELV, *indecl. n. [*κρυμὸς, κρύος, ψύχος*] proprie est Glacies, i. aqua conferta, a serenitate caeli concreta. Deinde simpliciter frigus hibernum denotat.* Virgil. Georg. 3, 355 *Sed iacet aggeribus niucis informis, et alto Terra gelu.* Plin. 8, 28 *Obferuatum, eam aure*

25 *ad glaciem apposita coniectare crassitudinem gelu. de vulpe.* Praefrictus gelu non potuit eo peruenire humor Plin. 17, 24. *Acutum* Horat. Carm. 1, 9, 3. *Aniuro gelu strata mellis* Stat. Theb. 5, 392. *Astricto gelu coit vnda* Ouid. Trist. 2, 196. *Canenti gelu obusta*

gleba Idem Trist. 5, 3, 66. *Cano gelu horrida bruma* Virg. Georg. 3, 442. *Frigidum* Sen. Troad. 6. *Marmoreum* Ouid. Trist. 3, 10, 10. *Ninale* Senec. Med. 9. *Sacuum* Valer. Argon. 1, 513.

30 *Hiems rura claudit gelu* Virgil. Georg. 2, 317. *Quum Danubii ripas gelu lungit* Plin. Paneg. c. 11. *Tarda gelu, faeculisque effoeta fenestus* Virg. Aen. 8, 508.

35 *2 Gelus, m. genere dixisse veteres, multis probat* Nonius 3, 104. *Sic Cato de R. R. 40, 4 Ne gelus noceat.* *Geli, Genit. antiquus.* Lucret. 5, 206 *Affidiusque gelli casus.* Idem 6, 155. *Add. Idem ibid. v. 529.* *Gelo, pro Gelu.* Varro *Sesquiulyffe apud Non. 8, 70 Pieridum comes, quae tenes cata (al. strata) gelu putri montium laxa. Sed etiam neutro genere*

40 *Gelum dixit* Varro de R. R. 1, 40, 2 *Venenum enim gelum radicibus tenellis. Sic a Victorio editum, et probatum Ursino. Rursus mascul. Cato apud Non. 3, 104 Qui aquatum et (leg. vt) lignatum iubentur ire, securim atque lorum ferunt, gelum crassum excidunt, eum loro colligatum auferunt.*

45 GELICIDIVM, *i. n. [*κρυπτόν*] Ipsum gelu, et ipsa concretio aquae.* Colum. 2, 8 *Vt prius conualescant radices frumentorum, quam hibernis imbribus, aut gelicidiis, pruinisue infestentur.* Varro de R. R. 1, 55. *Vitruu. 2, 7.*

50 GELO, *äre. [*πήγνυμι*] Actiuum, et aliquando Neutrum. Metaph.* Iuuen. Sat. 6, 95 *de pauore magno, Pavidoque gelantur* Pectore. *Gelatur* Scribon. 196 *de sanguine.* *Gelantur artus* Idem 198. (268) *Gelantur hiemis frigoribus* Colum. 9, 6. *Sic, Gelatum lac* Colum. 10, 38. *Cum gelauerit* Idem 9, 13, 6. *i. refrixerit, et constiterit, de decocto.* *Ita Colum. 7, 8 Caseus dicitur gelari, congelari, glaciari.*

55 *Lucan. 9, 681 Vultusque gelassent Perseos aduersi, si non Tritonia densos, etc.* Stat. Theb. 4, 727 *Venae gelant et siccis cruor aeger adhaeret Visceribus. Sed proprie Annes gelati* Plin. 8, 28. *Rursus Cor gelatum* Lucan. 7, 339. *Orbes* Idem 6, 541. *i. oculi. Neutral.* Plin. 14, 3 *Non ante demetuntur, quam gelauerit. Adeps*

60 *se gelauit* Scribon. 271. *Plin. 15, 6 Si gelant frigora, quarto die premendam. de oliuis.* *Manus Aquilone gelatae* Martial. 5, 9. *Gelo cum compositis saepe a librariis confunditur cum Ligo. Heins. ad Ouid. Met. 1, 548.*

65 GELASCO, *äre. [*πήγνυμαι*] est Gelu adstringi.* Plin. 14, 21 *Vini natura non gelascit.*

GELATIO, *önis. f. [*πήξις*] Artuum gelatio* Scribon. 179. 180 *est effectus cicutae et opii.* Plin. 17, 24 *Si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat. Add. ib. c. 8.*

70 GELABILIS, *e. Adi. [*πηκτός*] Quod gelu durari potest, a quo compositum Ingelabile. Gell. 17, 8 *Mare omne ingelabile sit. Alia exemplaria habent Incongelabile.**

GELIDVS, *a, um. Adi. [*κρυός, κρυμῶδης*] Frigidus.* Ouid. Amor. 2, 11, 10 *Sed gelidum Boream, egelidumque Notum. Gelidus aether, amnis, gelida rupes* Virg. Aen. 8, 28. *Gelidac naturae si-*

75 *cus* Plin. 2, 8. *Gelidissima natura* Idem 14, 16. *Sic Cic. de Legib. 2, 6. Gelida, subaudi Aqua, sicut in Calida et Tepida.* Hor. Serm. 2, 7, 91 *Poscit te mulier: vexat, soribusque repulsum Perfundit gelida: rursus vocat.* *Aqua* Ouid. Epist. 21, 220. *Aquae gelidissimae* Plin. 31, 2. *Aquam gelidam bibere* Cic. in Catil. 1, 31 c. 13. *An-*

80 *trum* Ouid. Fast. 3, 305. *Artus* Idem Met. 4, 247. *December* Ouid. Trist. 1, 10, 3. *Omnes Fontes aestate quam hieme gelidiores* Plin. 2, 103. *Formido* Ouid. Met. 2, 200. *Frigore gelido astrictum pectus* Idem Epist. 15, 112. *Horror* Sen. Troad. 6. *Metus* Ouid. Epist. 11, 82. *Mors* Horat. Carm. 2, 8, 11. *et* Ouid. Amor. 2, 9, 41. *Nox* Virgil. Georg. 1, 287. *Pallor* Stat. Achil. 1, 158. *Pectus* Ouid. Fast. 1, 98. *Pruina* Virg. Georg. 2, 263. *Riui* Hor. Carm. 3, 13, 104. *Ros* Virgil. Georg. 2, 202. *Sanguis* Idem Aen. 3, 259. *Saxum* Lucret. 3, 905. *Sudor* Virg. Aen. 3, 175. *Terror* Ouid. Met. 3, 100. *Timor* Idem Trist. 1, 3, 113. *al. Pallor.*

90 *Tractus gelidissimus* Plin. 15, 18. *Tremor* Virg. Aen. 2, 54. *Valles* Idem Georg. 2, 488. *Vmbrae* Ouid. Met. 8, 496.

GELIDE, *Adu. [*ψυχρός*] Metaphor. Sine magno ardore et studio.* Hor. de Arte Poët. 171 *Res omnes timide, gelideque ministrat.*

GELIFACTVS, *a, um. Adi. Fortunat.*

95 GELOTIANA, *Domus quaedam erat, ut ex Inscriptione vetere liquido constat, in qua scriptum est, SYMPHORO TESSERARIO SERV. CAESARIS DE DOMO GELOTIANA. Proinde in Tranquillo in Calig. c. 18 legit Turnebus, Commisit et subito, quum e Gelotiana apparatus Circi prospicientem, etc. quod*

00 *seruat post Torrentium et Casaubonum Burmannus.*

GEMEA, *ae. Nomen alae militum Macedonum putabatur. Liu. 37, 40 Addita his ala mille ferme equitum, gemeam vocabant. Sed a Gelenio inde legitur, Agema eam vocabant, v. v.*

GEMEBVNDVS, vid. GEMO.

GEMELLAR, āris. n. *Vasis genus, oleo excipiendo e torculari aptum, cui ex eo inditum nomen suspicari licet, quod geminum esset, duo caua continua haberet, etc.* Columel. 12, 50, 10 Quod deinde primum defluxerit, in rotundum labrum (nam id melius est, quam plumbeum quadratum, vel structile gemellar) protinus capulator depleat. ¶ 2 Gemellar, August. in Pfal. 136 vocat Gemellariam, Vt amurcam per plateas fluentem cernens, oleum in gemellaria non videas.

GEMELLVS, GEMINO, vid. post GEMINVS.

GEMIAE, Gulosi veteribus dicebantur, teste Nonio 2, 377. Lucil. 30 Illo quid fiat. Lamia, et Pittho, ὄζυδοδρες, Quod veniunt gemiae illepidae, vetulae, improbae, ineptae. Sed variae sunt in hoc loco lectiones; Gumiae, Genuae, Gemiae a diuersis agnoscuntur. Gemiae Mercer. Scalig. apud Doufam, illae Gumiae illepidae. Vid. GVMIA.

GEMINVS, a, um. Adi. [διδυμος, δίδυμος] Duo a natura vel ab arte sibi similia notat, ut duos homines eodem partu editos, ambas, manus, etc. deinde, eadem ratione, ut duo vel bini usurpatur. Virgil. Aen. 6, 893 Sunt geminae Somni portae. Idem Aen. 7, 789 Huc geminas nunc flecte acies: hanc aspice gentem, i. oculos. Arbor Julian. in l. si gemina arbor sit D. arbor. furt. caes. Chiron, vid.

CHIRON. Plin. 10, 38 Percussioque semel aliquae et gemino ictu aëre feruntur. de auium natura. Quinctil. 9, 4, 24 Quaedam ordine permutato fiunt superuacua, ut fratres gemini: nam si praecesserit gemini, fratres addere non est necesse. Vid. FRATER. Liu. 25

1, 6 de Romulo et Remo, Quoniam gemini essent, nec aetatis verecundia discrimen facere posset. Lumine gemino declarari distensionem Cic. de Diuin. 2, 120. Idem pro Sext. 82 Quum quaererent alii Numerium, alii Quintium: gemini Nominis errore seruatus est. Ter. Andr. 4, 1, 50 Nam satis credo, si aduigilaueris, ex vnis geminas mihi conficies Nuptias, quod alias dicitur binas. Pennis geminis aëra secare Cic. in Arat. . . . i. utraque ala. Voragine

geminae, scopulique Reipublicae Idem in Pison. 41. Imponit alterum geminum in nauem pater Plaut. Men. prol. 26. Virg. Aen. 8, 631 Geminos huic vbera circum. Ludere pendentis pueros. Gemellos etiam vocat Virgil. Ecl. 1, 14. Plaut. Amph. 2, 1, 68 Quid opus verbis? geminus Sofia hic factus est tibi. Geminos duos filios pariet Idem Amph. 5, 1, 18. Fetus geminus Ouid. Met. 6, 111. Germanus geminus Plaut. Men. 2, 1, 7. Hostis Ouid. A. A. 3, 358. Martial. 14, 17 in Latruncolorum ludo, v. v. Nati gemini sub vbere

Virgil. Aen. 5, 285. Liu. 1, 4 pr. Vi compressa Vestalis quum geminum Partum edidisset. Vid. Columel. 3, 2, 1. Prolem geminam partu dedit Virgil. Aen. 1, 278. Plaut. Mil. 2, 2, 83 Sororem hic eius geminam esse, et matrem dicit. Sorores Hor. Carm. 4, 7, 5. Vites, ut Gemellae, v. v. Colum. 3, 2, 10. Ex eodem capite diductae Idem 4, 1, 1. Geminus, Par, similis: Qui enim gemini nascuntur, fere similes sunt, Seru. ad illud Virgil. Aen. 1, 166 Hinc atque hinc vastae rupes, geminique minantur In caelum scopuli. Consortem esse in lucris atque furtis, geminum et simillimum nequitia, improbitate, audacia Cic. Verr. 3, 135. Idem pro Rosc. Amer. 118 c. 4050 Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Par fortitudo, gemina confidentia Pacuu. apud Non. 4, 221. Simillima et maxime gemina societas hereditatis est Cic. pro Rosc. Com. 55 c. 18. Geminissimus Plauti est Perf. 5, 2, 49. et Augustin. de Ciu. D. 3, 13. ¶ 2 Gemini, Coeleste signum, quod Ca-

stor et Pollux constituunt, qui vno partu sunt editi. Plin. 18, 29 Ipse circulus fertur per Sagittarium atque Geminos. Conf. Ampel. Lib. Memor. It. Hygin. Poët. Astron. c. 22 ubi etiam alias sententias commemorat. Nempe Alii dixerunt, Herculeum esse et Apollinem (v. g. Varro R. R. 2, 1, 7). Nonnulli etiam Triptoleum, et Iasiona a Cerere dilectos, et ad sidera perlatos. Columel. 10, 312 Geminum astrum vocat. ¶ 3 Geminus, Cognomen Seruiliorum. Hoc primum tulerunt P. et Q. Seruili fratres. Cic. Acad. Quaest. 4, 56 Fac antiquos illos Seruilios, qui gemini fuerunt tunc similes quam dicuntur. Sigon. de Nom. Rom. c. 5.

GEMELLVS, a, um. Adi. Dimin. [διδυμάων] Virgil. Ecl. 1, 14 Modo namque gemellos Spem gregis, ah! filice in nuda connixa reliquit. Ad caetera paene gemelli Horat. Epist. 1, 10, 3 ad mores refertur. Fetus gemellus Ouid. Epist. 6, 143. Legio Caes. Bell. C. 3, 4 ubi vid. Ciaccon. Fratres Ouid. Epist. 8, 77. Par nobile fratrum Nequitia et nugis prauorum, et amore gemellum Horat. Sat. 2, 3, 243. Partus enixa gemellos Ouid. Met. 6, 712. Prolem est enixa gemellam Idem Met. 9, 452. Add. Idem Ep. Her. 6, 121. Gemellae vites, geminas uas ferentes Columel. 3, 1. Plin. 14, 2 Gemellarum, quibus hoc nomen vuae semper geminae dedere. Add. Idem 15, 14. Prudent. Cathem. 9, 59. Gemellos quoque vocat Paullus Equos forte bijuges, id est binos et geminos coniungi solitos: ut in l. proinde D. ad legem Aquil. Veluti si quis ex comoedis, aut symphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut pari mularum vnum vel vnam occiderit.

GEMELLITICVS, a, um. Adi. Plaut. Suppos. prol. Bacchid. 47 Vno prognatae tempore iisdem parentibus fetu gemellitico.

GEMELLIPARA, ae. f. [διδυματικός] Dea, i. Latona, quae vno partu gemellos peperit, Dianam et Apollinem. Ouid. Fast. 5, 542. Conf. Met. 6, 316.

GEMINITVDO, inis. f. Antiquum. Pacuuius ap. Non. 2, 366 Habeo ego istam, qui distinguam inter vos, geminitudinem.

GEMINO, āre. [διπλῶν, διπλασιάζω] Duplicare, iterare. Ter. Adelph. 2, 1, 19 O facinus indignum. AE. geminabit nisi caues, int. plagam, alapan. Varro de R. R. 3, 16. Labor geminauerat aestum Ouid. Met. 5, 586. Add. Virg. Georg. 2, 509. Geminari legionum Castra prohibuit Sueton. Domit. c. 6. Facinus geminare Ouid. Met. 10, 471. Honorem Idem ex Pont. 3, 4, 49. Impensas Claud. in Sext. Conf. Stil. 223. Cic. in Arat. 402 Perfaepe in paruum tranans geminauerit Orbem. Pericula Tibull. 2, 3, 43. Et geminas animi nobilitate Genus Ouid. ex Pont. 1, 2, 2. Copulare. Hor. in Art. Poët. 13 — non ut Serpentes auibus gementur, tigribus agni.

GEMINATVS, a, um. Partic. [διπλασιασμένος] Ars geminata Plin. 29, 1. Captatio Quinctil. 5, 13. Ebrietas geminata libidine Ouid. Met. 12, 221. Honor Liu. 39, 39. Merces Ouid. Met. 2, 702. Onus Quinctil. 2, 3. Sol geminatus, i. Duo soles Cic. de N. D. 2, 14 c. 5. Victoria Liu. 1, 25.

GEMINATIO, ōnis. f. [διπλασιασμός] Duplicatio, iteratio. Cic. de Orat. 3, 204 c. 54 Nam et geminatio verborum habet interdum vim. Vti geminatione Quinctil. 1, 48.

GEMINATIO, ōnis. f. [διπλασιασμός] Duplicatio, iteratio. Cic. de Orat. 3, 204 c. 54 Nam et geminatio verborum habet interdum vim. Vti geminatione Quinctil. 1, 48.

GEMINATIO, ōnis. f. [διπλασιασμός] Duplicatio, iteratio. Cic. de Orat. 3, 204 c. 54 Nam et geminatio verborum habet interdum vim. Vti geminatione Quinctil. 1, 48.

GEMINATIO, ōnis. f. [διπλασιασμός] Duplicatio, iteratio. Cic. de Orat. 3, 204 c. 54 Nam et geminatio verborum habet interdum vim. Vti geminatione Quinctil. 1, 48.

GEMISCO, vid. GEMO.

GEMITE, es. f. *Gemma, de qua Plin. 37, 11 Nec gemite velut in petra, candidis manibus inter se complexis.*

GEMITVS, vid. GEMO.

5 GEMMA, ae. f. [*ὄφθαλμὸς*] *Oculus vitis, quem primo emittit.* Virg. Ecl. 7, 48 Turgent in palmitate gemmae. Agere gemmas Colum. de Arb. c. 8. Cic. de Senect. 53 c. 15 Itaque ineunte vere in his, quae relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum ea, quae gemma dicitur, a qua oriens vna se ostendit. Mouere gemmas et corticem Colum. 4, 29, 4. Vuida gemma in palmitate Ouid. Fast.

3, 238. Pampinus trudit gemmas, i. Protrudit Virg. Georg. 2, 335.

¶ 2 Gemma [*ἡ λίθος*] *Omnis lapillus pretiosus, siue perlucidus, siue minus. Locus velut classicus, unde simul etiam recte loquendi de Gemmis rationem petas, est Plin. 37 totus.* Plaut. Curc. 5, 2, 8 Quid?

15 ego sub gemma abstrufos habeo tuam matrem et patrem. Sermo est de annulo generis indicium praebente. Sub annuli gemma venenum habuit Hannibal Aur. Vict. de V. I. 42. Hinc gemmam pro toto annulo aliquoties posuit Plin. 37, 1. Amicorum gemma, Hesperius Sidon. Ep. 4, 22. Gemmas et lapides aurum et inutile, Summi materiam mali, Mittamus Hor. Od. 3, 24, 48. Multas in digitis, plures in carne gemmas Inuenies Martial. 5, 11. Corona insignis gemmis Virg. Aen. 7, 76. Patera grauis gemmis Idem Aen. 1, 732. Ignea Sil. 8, . . . Lucida Ouid. Epist. 15, 74. Magnetica Claud. de Magn. 26. Monstrificae, vid. MONSTRO. Pura Ouid. Met. 2,

25 856. Stellantes Idem Met. 1, 724. Teres Virg. Aen. 5, 313. Accinctus ensis gemmis, vid. ACCINGO. Bibere gemma, i. Gemmeo poculo Virg. Georg. 2, 506. Committere mero gemmas, pro mero gemmis Stat. Theb. 1, 149. Dat digitis gemmas Ouid. Met. 10, 264. i. Induit annulos. Distincta gemmis clarissimis pocula ex auro

30 Cic. Verr. 4, 62 c. 27. Fulgentes Valer. Argon. 5, 514. Limare gemmas, vid. LIMA.

GEMMŪLA, ae. f. Dimin. [*λιθάριον*] *Metaphor.* Apul. 10 p. 243 Plane tenui specula, solabar clades vltimas, quod ver in ipso ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret.

35 GEMMEVS, a, um. Adi. [*λιθινός*] *Quod ex gemma est, siue Gemmis ornatum.* Cic. Verr. 4, 62 c. 27 Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, etc. Radix gemmeae rotunditatis: i. Rotunda in modum gemmae Plin. 18, 7. Gemmea supellex Sen. Ep. 110. Vid. Lips. ad Sen. de prouid. 3. Barth. ad Stat. Theb. 1, 149.

40 GEMMO, are. [*ὄφθαλμίζω*] *Gemmare dicuntur vites et arbores, quum gemmas emittunt, quum turgescere incipiunt verno tempore, ut frondes emittant.* Columel. . . . Quum primum vites incipiunt gemmare. Cic. in Orat. 81 c. 24 Nam gemmare vites, luxuriam esse in herbis, laetas segetes etiam rustici dicunt. Idem de Orat.

45 3, 155 c. 38. Item, Splendere ut gemma. Vid. exempla in GEMMANS, et GEMMATVS.

GEMMANS, tis. Partic. [*λιθίζων*] *Ante omnia gemmantes (furculos) nitere conueniet Plin. 17, 14. Balnea Stat. Silu. 1, 5, 12. Gemmantes alae pauonis: i. Lucentes in modum gemmarum. Martial.*

50 13, 70 Miraris quoties gemmantes explicat alas. Florida quum tellus gemmantes picta per herbas Vere notat dulci distincta coloribus aqua Virg. Cul. 69, ubi vid. Taubmann. Herbae gemmantes rore

Lucret. 2, 819.

GEMMATVS, a, um. Adi. [*λιθωτός*] *Gemmis instructus et ornatus.* Plin. 37, 2 Corripere pectoria gemmata. Gemmati magna specie annuli Liu. 1, 11. Corona Plin. 22, 3. Cultus gemmati Claud. de Conf. Hon. 3, 204. Monilia Ouid. Met. 10, 113. Vehicula Heliogabali apud Lamprid. 29.

60 GEMMATIO, ōnis. f. *Idem ac Germinatio.* Plin. 17, 14.

GEMMOSVS, a, um. Adi. Apul. Met. 5 p. 162 Gemmosis monilibus onustae.

GEMMASCO, ĩre. [*ὄφθαλμῆμαι*] *Gemmas agere.* Plin. 17, 15 Atque vt gemmascere incipiens, legatur calamus. Idem 37, 10 Draconites, siue dracontias e cerebro fit draconum, sed nisi viventibus abscisso nunquam gemmascit. Vbi legitur etiam ex vetusto codice GEMMESCIT. Vid. Columel. 5, 10, 12. et Arb. 22, 1.

65 GEMMIFER, a, um. Adi. [*λιθοφόρος*] *Gemmiferi amnes Plin. 37, 13. Arena Auien. Perieg. 1206. Corona Valer. Argon. 5, 447. Mare Propert. 3, 4, 2.*

70 GEMO, ui, itum, ĩre. [*σένω, ἐπισένω, τρύζω*] *Proprie pectoris est, quam prae angustia in sonum prorumpit.* Plaut. Amph. 5, 1, 47 Dum haec aguntur, interea vxorem tuam neque gementem, neque plorantem, nostrum quisquam audiuius, de Alcmena pariente. Lugere et gemere pro aliquo Cic. pro Planc. 101. Idem in Piscon. 25

75 c. 11 Quorum Capuae te praetextatum nemo aspexit, qui non gementem desiderio mei. Et Att. 2, 19 Eandem istam virtutem veniet tempus quum grauius gemes. Occulte suum malum gemere Cic. post red. in Senat. 11 c. 5. Martial. 9, 94 Quae mala sunt domini, quae serui commoda nescis Condile, qui seruum te gemis esse diu. Plin.

80 Epist. 9, 26 At quum stridunt fimes, curuatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus et diis maris proximus. Antennae et malus gemunt Hor. Carm. 1, 14, 5. Aetna gemit impositis incudibus Virg. Georg. 4, 173. Aetna flebile terrificis genuit mugitibus Claud. de Rapt. Proserp. 2, 8. Amnes repleti gemunt Virg. Aen. 5, 86.

85 Area gemit tunlis frugibus Idem Georg. 3, 133. Et Aen. 6, 413 Gemuit sub pondere cymba. Virg. Ecl. 1, 59 Nec gemere aëria cessabit turtur ab vltimo. Gemitur, Pass. Cic. Att. 2, 18 Atque hic status, qui vna voce omnium gemitur, neque verbo cuiusquam subleuatur. Vita gemenda Ouid. Met. 13, 464. A librariis permutantur

90 inter se Gemere, Fremere, et Tremere: Drakenb. ad Sil. 7, 49.

GEMENS, tis. Partic. [*σένων*] *Flebiliter gemens Hor. Carm. 4, 12, 5. Acerba gemens Ouid. Epist. 8, 107. Multa gemens ignominiam Virg. Georg. 3, 226. Turpe gemens Stat. Theb. 3, 335. Rota tractu gemens Virg. Georg. 3, 183. Plaustris vectare gementibus Virg. Aen. 11, 38.*

GEMENDVS, a, um. Partic. Vita gemenda, non mors Ouid. Met. 13, 464. Non est gemendus nec graui vrgendus nece Sen. Herc. Oct. v. 1833.

GEMISCO, ĩre. [*σενάζω*] *Idem quod Gemere, vt, Ferale gemiscunt.* Claud. de Rapt. Proserp. 3, 130.

GEMITVS, ūs. m. [*σενάγμὸς*] *Cic. Verr. 4, . . . Quum totius Siciliae quotidie gemitus, querimoniasque audires. Gemitus delphini similis est humano Plin. 9, 83. Gemitus toto foro Cic. Philipp. 2, 85. Acerbus Valer. Argon. 2, 458. Altus Virg. Aen. 11,*

95 633. Inanis Valer. Argon. 2, 33. Lamentabilis, vid. LAMENTOR.

TOR. Cic. Tusc. 2, 57 Sin erit ille gemitus lamentabilis, si imbecillus, si Abiectus, si flebilis: ei qui se dederit, vix eum virum dixerim. Abscondere gemitus Lucan. 9, 1106. Ciere gemitus, *vid.*
 CIEO. Ciere extremos gemitus Virg. Georg. 3, 517. Commista gemitu querela Lucret. 6, 1157. Compefcere gemitus alicuius Stat. Theb. 12, 361. Conticefcit lamentatio et gemitus vrbis Cic. post red. in Senat. 16. Dare gemitum Ouid. Met. 2, 606. Dat crebros gemitus Idem Met. 10, 599. Dat pectore ab imo ingentem gemitum Virg. Aen. 1, 489. Ducere gemitus imo de pectore Virg. Aen. 2, 288. Edere gemitus Ouid. Met. 2, 623. Erupit medullis gemitus Claud. de Nupt. Honor. 8. Exprimere gemitus laeto pectore Lucan. 9, 1040. Fit gemitus Virg. Aen. 6, 220. Cic. pro Rosc. Amer. 24 c. 9 Vt vrbe tota fletus gemitusque fieret. Fremunt tecta gemitu et vlulatu Virg. Aen. 4, 667. Lugere lamentabili gemitu Sen. Agam. 7. Mulcere infanos gemitus feris Stat. Silu. 2, 1, 15 2. Ponamus nimios gemitus, *i. Deponamus* Iuuen. Sat. 13, 11. Refumere gemitus Stat. Theb. 6, 11. Stridentes gemitus mirari Idem Theb. 1, 432. Testari dolores gemitu Ouid. Met. 2, 486. Gemitu, *Genitiuus*: Plaut. Aulul. 4, 9, 11 Tantum gemitu et malae inoestitiae hic dies mihi obtulit.

GEMITORIAE scalae: *vid.* Gemoniae.

GEMEBUNDVS, a, um. Adi. [*σεμίζων*] *Idem quod Gemens, vel Abunde gemens.* Ouid. Met. 14, 193 Gemebundus obambulat Aetnam.

GEMVLVS, a, um. Adi. *Idem.* Apul. Flor. 2 p. 349.

GEMONIVS, a, um. Adi. *A gemendo deriuatum.* Gemoniae, *suppresso nomine* Scalae, de quibus praecipitata corpora, quae ad exemplum iacere exposita oculis debebant. Tacit. Hist. 3, 74 Tunc confossum col-laceratumque et abscisso capite truncum corpus, Sabini in gemonias trahunt. Abiicere in gemonias Suet. Tib. c. 53 et 61. Vncum, 30 gemonias, laqueum carnificis per horas horrescere Sidon. Epist. 1, 7. Plin. 8, 40 f. 61 Canem a corpore serui non recessisse abiecto in gradibus Gemoniis: Gemitoriis ex MSS. Harduinus.

GEMONIDES, Gemmae, quas quidam Paeantidas vocant, praegnantem fieri et parere dicuntur, mederique parturientibus. nam tales in Macedonia iuxta monumentum Tirestiae inueniuntur, speciesque est eis aquae glaciatae Plin. 37, 10.

GEMVRSA, ae. f. Festus, Gemursa, sub minimo digito pedis tuberculum, quod genere faciat eum, qui id gerat. Plin. 26, 1 Et hic quidem morbus in Italia celeriter restinctus est, sicut et ille, quem gemursam appellauerunt prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

G E N

GENA, ae. f. [*Γένος, γένος, γένος*] *Pars vultus oculis subiecta inter nasum et aures. Sed audiamus Festum, qui latius patere nomen ostendit.* Genas, Ennius Palpebras putat, quum dicit hoc versu, Pandite sultis genas, et corde relinquite somnum. Alii Eas partes putant Genas dici, Quae sunt sub oculis. Pacuuius Genas putat esse, Qua barba primum oritur, hoc versu, Nunc primum opacat flore lanugo genas. Et ipse Plin. 11, 37 f. 61 Struthiocamelus alitum sola ut homo vtrinque palpebras habent. Nec genae quidem omnibus, ideo neque nictationes iis, quae animal generant. Grauiore alitum inferiore gena conuiuent. Eadem nictantur ab angulis membrana obeunte — Extremum ambitum genae superioris antiqui cilium vocauerunt, unde et supercilia. — Infra oculos malae homini tantum, quas prisci genas vocabant. Secundum haec Genae proprie oculorum illae valvae sunt. Et sic Pisces non habent genas Plin. 10, 75 f. 97. Add. 23, 1 f. 24. *Vfus scriptorum, quem iam declarabimus, docebit, promiscue Genas poni, ubi de barba, vel de lacrimis sermo est, ipsumque adeo vultum posse nonnunquam intelligi.* Pro mala Genam Numero singulari posuit Ennius apud Seru. in Aen. 6, 686 Imprimique genae genam. Item Suet. Claud. c. 15 Vt genam non leuiter perfringeret. Lucan. 6, 563 Illa genae florem primaeuo corpore vultu. Sed plerumque legitur in Plurali. Virg. Aen. 8, 160 Tum mihi prima genas vestibat flore iuuentus. Martial. 1, 79 Siccis ipse genas flentes hortatus amicos. Muliebres genarum lacerationes Cic. Tusc. 3, 6. Conspicuae cum flore Claud. de Conf. Hon. 6, 560. Grauidae lacrimis Ouid. Epist. 15, 174. Ingenuae, pictae rubore Idem Amor. 1, 14, 54. Madidae Id. Epist. 5, 72. Moestae Ouid. Met. 6, 305. Pilosae, dentes putridi Cic. in Pison. 1. Pubentes Virg. Aen. 12, 221. Pulchrae Hor. Carm. 4, 13, 8. Purpureae Ouid. Amor. 1, 4, 32. Verba: Cic. de Legib. 2, 39 Mulier genas ne carpito. Nec lacrimis caruere genae Virg. Aen. 5, 173. Declinare genas, *i. Oculos claudere* Stat. Theb. 8, 653. Effusae genas lacrimae Virg. Aen. 6, 686. Exhaustire genas Stat. Silu. 5, 1, 34. Facere vdas genas Ouid. Amor. 1, 8, 84. Flagrant rubentes genae Sen. Med. 11. Humectare genas, *Flere* Idem Hippol. 6. Hument incultae fonte perenne genae Ouid. Epist. 8, 64. Imaduere lacrimis genae Idem Trist. 1, 9, 34. Infantur genae Scribon. 186. Insequitur fletus genas Sen. Herc. Oet. f. 4. Irrigat fletus genas Idem Troad. 10. Labitur in genas humor Hor. Carm. 1, 13, 6. Laniata roseas genas Virg. Aen. 12, 606. Lapidae Sen. Hippol. v. 364. *i. emaciatas.* Lucentes Lucan. 5, 215. Lucent concauae genae Sen. Herc. fur. f. 9. Manat lacrima per genas Hor. Carm. 4, 1, 34. Nitentes Stat. Silu. 3, 4, 65. Pendentes Iuuen. Sat. 10, 193. Peredere lacrimae humore genus exsanguis Cic. Tusc. 3, 76. Perfusa lacrimis flagrant genas Virg. Aen. 12, 65. Perfusata rugis genas seueras Claud. in Ruff. 1, 136. Rigat fletu genas Sen. Oedip. 12. Rorantis lacrimis ora genasque Lucret. 3, 479. Ruptae Iuuen. Sat. 15, 58. Siccare genas Ouid. Met. 10, 362. Suffusae igne Sen. Herc. Oet. 10. Trementes Virg. Aen. 4, 643. Tutantur genae ab inferiore parte oculos subiectae, leniterque eminentes Cic. de N. D. 2, 143. Umbra-tus genas, *de Barba* Stat. Silu. 3, 4, 79.

GENABOS, i. f. Quae alias Genabum, Galliae vrbs, (*vid. mox* GENEVA) apud Lucan. 1, 440 Inclyta Caesareis Genabos dissoluitur alis. Sed habetur versus suppositus.

GENAVNI, Populi Vindeliciae. Hor. Carm. 4, 14, 10 Genaunos, implacidum genus vocat.

GENAVIVS, a, um. Adi. [*λαίμαργος*] *Volunt esse a Gena, idemque quod Gulofus et laudant* Varron. de R. R. 3, 9, 19 Hae nouissime in triclinium genauium introierunt e culina propter fastidium. Sed legitur recte ganearium.

GENEALOGIA, ae. f. [*γενεαλογία*] *Sermo de origine generationis.* Cic. de N. D. 3, 44 c. 17 Quod si ita est, Caeli quoque pa-

rentes, dii habendi sunt, Aether, et Dies, eorumque fratres et sorores, qui a Genealogiis antiquis sic nominantur, Amor, Dolor, Metus, etc. Sic Stephanus, sed alii legunt per unum i Genealogis, ut sit a masculino Genealogus, quae omnino est lectio recipienda. Conf. Messal. Coru. p. 13.

GENEALOGVS, i. m. Cic. de N. D. 3, 44 c. 17 A Genealogis antiquis sic nominantur. Conf. Prudent. Apoth. v. 383.

GENER, GENERABILIS, GENERALIS, GENERATIM, GENERO, GENEROSVS, vid. GENVS.

GENESIS, eos. f. [*γενεσις*]. *Generatio, natiuitas. Significat etiam Sidus natalitium, id quod conuersione caeli oritur eo momento, quo quis nascitur.* Iuuen. Sat. 6, 576 Si prurit frictus ocelli Angulus, inspecta genesi collyria poscit. Cic. de Diuin. 2, 91 Sidus natalitium appellat. Suet. in Vespas. c. 14 Monentibus amicis cauendum esse Metium, quod vulgo crederetur genesein habere imperatoriam, insuper Consullem fecit. Iuuen. Sat. 14, 248 Nota mathematicis genesis tua. Add. Macrob. 2, 19 extr.

¶ 2 In Bibliis sacris Genesis appellatur primus liber Moysis. Tertull. de Orat. c. 7.

GENESVS, vid. GENVSVS.

GENETA MANA, vid. sub MANIA.

GENETHLIACI, [*γενεθλιακοι*] *Dicti Mathematici, qui a natiuitatis die et hora, quos illi horoscopus vocant, futura praedicant, quorum meminit Gell. 14, 1.*

GENETHLIACE, es. f. *Ars illa.* Mart. Capell. 3 p. 50.

GENETHIOLOGIA, ae. f. Vitruu. 9, 7 Chaldaeorum propria est Genethiologiae ratio, ut possint antefacta et futura ex rationationibus astrorum explicare.

GENEVA, ae. f. *Allobrogum oppidum.* Caes. B. G. 1, 8 Extremum oppidum Allobrogum est, proximuinque Heluetiorum finibus Geneva. ex eo oppido, pons ad Heluetios pertinet. In quem locum sic ait Glareanus, Quatuor haec nomina Genua, Geneva, Genabum, et Gebenna, multum obscuritatis lectori ingerunt, ac non attentum saepe fefellerunt: quae ipsa longe diuersa sunt. Genua enim Ligurum caput in Italia ad mare est nostrum: Geneva vero Allobrogum ad ostia Lemanni lacus, ubi Rhodanus exit: Genabum Carnutum oppidum ad Ligerim amnem, hodie (ut quidam putant) Aurelia. Denique Gebenna mons, qui Heluetios ab Aruernis separat, ut libro septimo postea dicit Caesar. Haecenus Glareanus. Meminit eius etiam Plin. 3, 4. Plura Glareanus in Annotationibus in Caesarem.

GENIANES, is. f. *Gemma.* Plin. 37, 10.

GENIALIS, vid. Genius, in GIGNO.

GENICVLATIM, GENICVLVM, vid. GENV.

GENISTA, ae. f. [*σπάρεος*] *Arbuscula quaedam.* Plin. 21, 9 Florem esse dixerim genistas: namque et iis decerpitur luteus. Add.

ibid. c. 12. it. 16, 18 et 37. 19, 1. 24, 9. Virg. Georg. 2, 12 Molle filer, lentaeque genistae. Add. Martialis. 1, 43. Humiles Virg. Georg. 2, 494.

GENITAMANA, vid. sub MANIA.

GENITABILIS, GENITALIS, GENITOR, GENITV-
RA, GENITIVVS, GENITVS, GENIVS, vid. GIGNO.

GENO, ui, itum, ĩre. [*γενω*] *Idem quod Gignere, generare.* Pingues facit facillime et genit lac Varro de R. R. 2, 2. Si quis mihi filius aut filia genitur heres esto l. 17 ff. de Legat. 1 et l. 13 § vlt. de reb. dub. Conf. Arnob. 4 p. 141. Priscian. 10 Gigno genui: pro quo Geno vetustissimi protulisse inueniuntur. Varr. in Andabata, Sed quod haec loca aliquid genunt. Idem de R. R. 1, 40 Quaedam enim ad genendum, etc. Ex vetusto codice. Similes parentum genuntur Id. R. R. 2 c. 6. Genii a genendo dicti Censorin. c. 3. Infinitivum Passivum Lucretius protulit 3, 799 Tanto magis insitandum Totum posse extra corpus durare, genique. Apud Cic. de Inuent. 2 c. 42. et de Orat. 2 c. 32 genitur leg. Lambin. ubi al. genitus. Add. Gell. 3, 16.

GENS, gentis, vid. GENVS.

GENTIANA, ae. f. [*γεντιανη*] *Herba amarissima.* Plin. 25, 7 Gentianam inuenit Gentius rex Illyricorum vbique nascentem, in Illyrico tamen praestantissimam, folio fraxini, sed magnitudine lactucae, caule tenero, pollicis crassitudine, cauo et inani, ex interuallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, sine odore, aquosis montibus subalpinis plurima. Vfus in radice et succo. Radicis natura est excafactoria, sed praegnantibus non bibenda.

Haec ille.

GENTICVS, GENTILIS, GENTILITAS, GENTILICIVS, vid. GENVS.

GENV, n. [*γόνυς, γόνυ*] *Genua Femorum ac crurum commissurae: Sedes misericordiae, quam prensant supplices.* Virg. Aen. 5, 432 Genua labant, vastos quatit aeger anhelitus artus. Horae momentum interest inter folium et aliena genua Sen. de Tranqu. An. c. 11 Per genua te obsecro Plaut. Curc. 5, 2, 32. Ouid. Met. 3, 240 Et genibus pronis supplex, similisque roganti. Dura Idem Met. 12, 140. Sen. de Prouid. 2 Etiam si ceciderit, de genu pugnata, nixus genu.

Aduoluo genibus vestris supplex Claud. de Rapt. Proserp. 3, 298. Tacit. Ann. 1, 13 Ambulantisque Tiberis genua aduolueretur. Advolutus genibus, vid. ADVOLVO. Amplecti genua Virg. Aen. 3, 607. Astare in genua, vid. IN. Cadit inflexo genu Propert. 3, 9, 6. Genua Deserunt cursorem Plaut. Merc. 1, 1, 13. Intremuere genua timore Ouid. Met. 2, 180. Ius imperiumque Phraates Caesaris accepit genibus minor Horat. Epist. 1, 12, 27. Labant pigris membra genibus Sen. Thyest. 5. Niti impresso genu Virg. Aen. 12, 303. Nixus genu Ouid. Met. 8, 182. Nixus in genibus Vitruu. 9, 6 p. 193 nomen sideris, quod Graeci *εὐ γόνυον* dicunt, noster mox Ingeniculatum, et Geniculatum; Hygin. Poët. Astron. 2, 6 Engonasin, et Herculem interpretatur. Nixae genibus matronae, vid.

NITOR. Curt. 8, 7 extr. Tu Macedonas voluisti genua tibi ponere, venerarique te ut Deum. Prehensare Tacit. Hist. 2, 46, 3. Prensare circumstantium genua Tacit. Ann. 1, 21. Procumbere in genua Curt. 8, 14, 39. Prouolutus genibus Tacit. Ann. 12, 28. et 14, 61. Tu affinem tuam filiam meam superbissimis verbis a genibus tuis repulisti Cic. post red. in Senat. 16. Rigit genuum iunctura Ouid. Met. 2, 823. Submittere genua, pro Flectere. Plin. 8, 1 Regem adorant, genua submittant, coronas porrigunt. Summisit genu flexum Ouid. Met. 4, 40. Cic. Tusc. 2, 57 c. 24 Genu M. Antonium vidi, quum contente ipse pro se diceret, terram Tangere. Trahens genua aegra Virg. Aen. 5, 468. Tremis corde et genibus Hor. Carm. 1, 2, 8.

¶ 2 Genus, i. masculino genere dictum antiquis probat Nonius 3, 103. Lucil. Sat. 4 Haeret verticulis adfixum in posteriore Parte atque articulis, ut nouis talus genusque est.

5 H

¶ 3 Ge-

¶ 3 Genus, n. pro Genu. Priscian. 6 Cic. in Arato, hoc genus, pro Genu protulit. Ciceronis testimonia sunt in Arato 45 Quod genus ad laeuum nixi delapsa resedit, Atque inter flexum genus et caput alitis haesit. Ibid. 403 Hic genus et suram cum Chelis erigit alte.

GENVALIA, ium. n. Pl. Indumenta genuum. Ouid. Met. 10, 559 Quaeque Poplitibus suberant picto genualia limbo.

GENICVLVM, i. n. Dimin. [γόνυ] Firmic. 2, 12 Capricornus significat omnes geniculorum aegritudines. De geniculis adorare Tertull. de Cor. Mil. c. 6. Conf. Scalig. de Emend. Temp. p. 655.

¶ 2 Genicula dicuntur Stipulae, vel Caulis herbacei internodia, et ueluti Articuli ac nodi quidam. Plin. 16, 30 Arundini in geniculo. Idem 18, 7 de rosis Pallad. Nou. 11.

GENICVLVS, i. m. Apud Vitruu. 8, 7 p. 170 est inflexio vel curuatura fistulae in aquae ductu, Quod si non venter in vallibus factus fuerit, nec substructum ad libram factum, sed geniculus erit, 15 erumpet, et dissoluet fistularum commissuras.

GENICVLO, are. Genu niti. [γωναίον Vet. Gloss.] Item Plin. 18, 16 Antequam seges genicularet, i. geniculis distingueretur.

GENICVLATVS, a, um. Adi. [γωνατός] Genu nixus, qua ratione sideris nomen esse apud Vitruu. 9, 6 modo obseruauimus in Nixus 20 genu. Deinde in plantis quod multis geniculis committitur: ut, Geniculatus culmus Cic. de Senect. 51 c. 15. Radices Apul. de Herb. c. 77.

GENICVLATIM. Adu. [γωνδόν] Per genicula. Plin. 21, 11 Foliis geniculatim circumdata.

GENICVLŌSVS, a, um. Adi. Flexuosus, nodosus. Vitruu. 8, 7. 25 Apul. de Herb. 77.

GENICVLATIO, ōnis. f. Tertull. ad Scap. 4.

GENVA, ae. f. [Γενόα, Γέννα] Ligusticum nobile hodie etiam emporium. Mela 2, 4.

GENVARI, Numi Genuae custi laudantur ex Cic. Att. 6, 1 non 30 valde procul a fine, Genuarios a Caesare per Herodem, talenta Attica L extorsistis? Sed Graeu. p. 594 sq. Iamne vos a Caesare etc. Caeterum Genuarius, γωνυπητής Vet. Gloss.

GENVINVS, vid. sub GIGNO.

GENVS, eris. n. [γένος] Stirps, origo familiae, vel ab Eo qui 35 genuit, vel a Loco quo quispiam genitus est. Genere et factis clarus, vid. CLARVS. Genere et nobilitate, suae ciuitatis facile primus Cic. pro Rosc. Amer. 15. Claritudo generis Tacit. Ann. 12, 6. et 16, 7. Opprobrium generis Ouid. Met. 8, 155. Princeps generis, i. Auctor Idem Fast. 1, 40. Turpitudine generis, opprobrio 40 multis fuit Quinctil. 3, 7. Virtus est propria generis atque seminis Romani Cic. Verr. 2, 13. Demissum genus ab alto Aenea Hor. Serm. 2, 5, 63. Dinumerare gradus generis Ouid. Fast. 2, 622. Ducere genus ab aliquo Virg. Aen. 6, 834. Ducere primordia generis ex aliquo Ouid. Amor. 1, 14, 11. Efferre genus suum Cic. pro 45 Muraen. 5. laudare maiores. Ter. Adelph. 3, 3, 55 Coepit clamare, Aeschine, haecine flagitia facere te? haec te admittere indigna genere nostro? etc. Generatum ex ipsius sapientiae stirpe genus Scipionis Cic. de Clar. Orat. 212 c. 58. Iactare genus et proauos Ouid. Epist. 17, 51. Hor. Carm. 1, 14, 13. Natus bono genere, vid. 80-50

NVS. Contra Cic. de Orat. 2, 286 c. 71 C. Laelius, cum ei quidam malo genere natus diceret, indignum esse suis maioribus, At hercle, inquit, tu tuus dignus. Nati nobili genere Cic. Verr. 5, 179 c. 70. Oriundus ab Hercule genere paterno Vict. de Viris Illust. 35. Plaut. Capt. 1, 2, 67 Prognatum genere summo, et summis diuitiis, vid. 55

NASCOR. Propagare genus Lucret. 1, 196. Nempe Genus etiam deorsum spectatur, si fas est ita dicere, seu, ut Grammaticus dicat, Passus, ut non genitores, sed genitos significet, adeo ut etiam de uno aut paucis dicatur. Catull. 62, 2 Hymen Vraniae genus. Virg. Aen. 12, 198

Latoniaeque genus duplex, Apollo et Diana. Sen. Herc. fur. 552 Non 60 illic geminum, Tyndaridae, genus. Et qui genus humanum etc. dicit, ille et genitores et ab his progenitos complectitur. Ter. Phorm. 1, 2, 75 Lex est, ut orbae qui sint genere proximi, eis nubant: et illos ducere eadem haec lex iubet. ¶ 2 Multitudinem rerum natura 65 similitum notat: ut Animale genus, Multitudo rerum animam habentium Lucret. 1, 228. Cic. de Amicit. 20 Quanta autem vis amicitiae sit, ex hoc intelligi maxime potest, quod ex infinita societate generis humani, quam conciliauit ipsa natura, ita contracta res est, etc. Virg. Aen. 1, 546 Si genus Humanum, et mortalia temnitis arma. Et 747 Genus hominum. Cic. pro Rosc. Amer. 91 Nam dum hominum genus erit, qui accuset eos non deerit. Sic Plin. 8, 25. Genus Thebanum, i. Natio Plaut. Amph. . . . Hominum genus in sexu consideratur, virile an muliebre Cic. de Inuent. 1, 35. Genera in species multas sese spargentia, b. c. Diuisa Plin. 21, 8. Leonum 75 genus acre Lucret. 5, 860. Oulium summa genera duo: tectum, et colonicum Plin. 8, 47 ad fin. i. Species. Piscium Horat. Od. 1, 2, 9.

¶ 3 Epitheta non tam ad nomen Genus pertinent, quam ad multitudinem eorum, quae complectitur. Acre genus virum Virg. Georg. 2, 167. i. viri acres. Antiquum Idem Aen. 6, 580. Audax Hor. Carm. 1, 3, 27. Clarum Idem Serm. 1, 5, 54. Durum Virg. Georg. 1, 63, 80 Exitiale Stat. Theb. 1, 243. Egregium Virg. Aen. 7, 213. Armis Ferox et seruitii insolitum genus Sallust. Hist. 1. 1. Feminum Virg. Aen. 9, 142. Humilius Quinctil. 3, 7. Immite virorum Ouid. Met. 13, 740. Immortale Virg. Georg. 4, 208. Impavidum Sen. Herc. Oet. f. 1. Impium Sen. Octau. f. 7. Implacidum Genau- 85 ni Hor. Carm. 4, 14, 10. Inclitum altis titulis Sen. Herc. fur. 139. Infame Hor. Carm. 2, 14, 18. Ingens Virg. Aen. 12, 225. Insuperabile bello Idem Aen. 4, 40. Intractabile bello Id. Aen. 1, 343. Irritabile vatuni Horat. Epist. 2, 2, 102. Ligures, durum ac velox genus Flor. 2, 3, 4. Mortale Ouid. Met. 1, 188. Parcum patiens- 90 que laboris Idem Met. 7, 656. Regium Hor. Carm. 2, 4, 15. Sabinorum Liu. 1, 18. Sublime Stat. Silu. 3, 3, III. ¶ 4 Genus, similitudinem plurium a natura, a moribus etc. notat, etiam si in paucis sit, quorum ita velut quaedam classes constituuntur: ita Genus hominum sunt homines hac parte similes, aliis diuersi. Ter. Eun. 2, 2, 11 Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt, nec sunt: hos confector. Virg. Aen. 1, 747 Quod genus hoc hominum? quaeue hunc tam barbara morem Induxit patria? Genus hominum aduersariorum, seditiosum et inertissimum Cic. Fam. 11, 19. Excutiendum omne scriptorum genus Quinct. 1, 4. i. Poetae, oratores, 100 etc. Generis grati est Plaut. Merc. 3, 1, 27. Constantes eligendi amici: cuius generis magna penuria est Cic. de Amicit. 63 c. 17. Varia genera bestiarum vel cicurum vel ferarum Idem de N. D. 2, 99. Hic obseruari meretur formula omne genus pro omnis generis. Cato R. R. 8, 2 Hortum, coronamenta omne genus. Varro R. R. 1, 29, 1 105

Seminaria omne genus. Et 3, 6, 3 Omne genus frumento pascuntur. Et 2, 10, 1 Quod genus pastores habendi. Et 2, 1, 23 Hoc genus rebus. Sed Plin. Epist. 9, 39, 3 Velim ergo emas columnas, cuius tibi videbitur generis. Rursus Cic. Att. 13, 13 Orationes aut aliquid id genus scribere. Sed Scribon. 22 Eius generis aqua. Et 206 Sui generis. Et 122 Eodem genere potiones. Cic. Offic. 1, 7 Vt pastum, vt latibula, vt alia eiusdem generis. Animantium omne genus Lucret. 1, 4. Animantium tot genera atque naturae Cic. de Legib. 1, 22. Alituum genus, atque ferarum Lucret. 6, 1214. Aequoreum Virg. Georg. 3, 243. Aligerum, i. Aues Sen. Hippol. 3. Arbustum, vid. ARBVSTVM. Canorum vocis, vid. CANORVS. Concharum genus Lucret. 2, 374. Florum ac succorum varium genus Quinctil. 1, 10. Herbarum genera Lucret. 1, 888. Ingeniorum praecox genus Quinctil. 1, 3. Ferarum montiuagum genus Lucret. 2, 597. Natantum genus Virg. Georg. 3, 541. Pecudum omne genus Idem Aen. 5, 736. Saporis suo proprio genere, non comparatione cum aliis, dulce esse sentitur mel Cic. de Fin. 3, 34. Siluarum munifica genera, vid. MVNVS. Tineae durum genus Virg. Georg. 4, 246. Vitis lactum genus Idem Georg. 2, 262. ¶ 5 Haec fere concreta, vt loquuntur philosophi: sed etiam in abstracto ponitur. Nihil est quod de suo genere in aliud genus transferri possit Cic. Acad. 4, 50. In suo genere perfectum esse voluit quidquid genuit natura Idem Tusc. 5, 7. Genus est, Quod plures partes amplectitur: vt animal, pars est, quae subest generi, vt equus. sed saepe eadem res alii genus, alii pars est: vt homo, animalis pars est: Thebani aut Troiani, genus Cic. de Invent. 1, 32 c. 28. Varro R. R. 3, 3, 3 Harum singula genera in binas species diuiduntur. In prima parte. Et Colum. 1, 2, 11 Senae species singulis contribuuntur generibus. Genus est id, Quod sui similes communione quadam, specie autem differentes duas aut plures complectitur partes Cic. de Orat. 1, 189. Idem de Invent. 1, 35 c. 24. Naturae partes partim diuino partim mortali in genere versantur. Mortalium pars in hominum, pars in bestiarum genere numeratur. Atque hominum genus etc. Genus, est Notio ad plures differentias pertinens Cic. in Topic. 31. Idem Off. 1, 3 Omnis de officio duplex est quaestio, vnum genus est, quod pertinet ad finem bonorum: alterum quod positum est in praeceptis. Summum genus, dicitur Vltima species Quinctil. 7, 5, 3, 6, 38. Conf. 7, 1, 23. Vltimum genus, i. Quod generalissimum vocant. Cic. in Topic. 39 Aqua pluuia vltimo genere ea est, quae de caelo veniens, crescit inbri: sed propiore loco, in quo ius arcendi continetur, genus est, aqua pluuia nocens, etc. Vniuersi generis quaestio Cic. de Orat. 2, 65. In certa genera cogere quod diffusum et dissipatum est, et ad artem facile redigere Idem de Orat. 2, 142. Definita genera non solum numero, sed etiam paucitate Id. de Orat. 2, 145. Cic. Q. Frat. 2, 2 Innumerabiles enim res sunt, in quibus te quotidie in omni genere desiderem. Diducere genera a Quinctil. 1, 5. In genera digerere omne ius ciuile, et eorum generum quaedam membra dispertire Cic. de Orat. 1, 190. A genere ducere argumentum Idem in Topic. 8. De toto aliquo genere disputare Id. Off. 2, 45. Distinguere genere aliquid Cic. de Orat. 3, 31. Illustrare aliquid generibus, et partibus distribuere Idem de Orat. 1, 109. Mutare genus dicendi Quinctil. 2, 5. Subiectae generibus partes Cic. de Orat. 2, 166. Ex genere quae sumitur argumentatio, commode tractatur Idem in Topic. 40. Quinctil. 7, 5 (4) 27. Abdicationum formae sunt duae: altera criminis perfecti, alia imperfecti. Et paulo post pro eodem, at pro filiis in vtroque genere summam. In omni genere et varietate artium excellere Cic. pro Corn. Balb. 15 c. 6. In omni genere aliquem delectare Idem Att. 16, 5. Adhibere genus, Attenuatum genus dicendi, Concertatorium, vid. hb. vv. Declamatorium Quinctil. 2, 10. Oratorium Idem 3, 7. Abruptum sermonis Id. 4, 2. Accuratum, vid. ACCVRO. Acutum, vid. ACVTVS. Captiosissimum, vid. CAPTIOSVS. Concionale, vid. CONCIONOR. Floridius Quinctil. 2, 5. Forense dicendi Idem 2, 10. Trinum dicendi genus est, sublime, modestum, Et tenui filo Aufon. Eidyll. 11, 66. Præsum, limatumque dicendi Quinctil. 2, 8. Armorum genus Sil. 8, . . Cic. Verr. 2, 9 Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si vsitato more, si denique vno aliquo in genere peccasset. Quid in eo genere efficere possis, tui consilii est Cic. Fam. 3, 2. Genere novo literarum vt Idem Fam. 13, 15 extr. Et Verr. 5 pr. Versatusque fit sine vlla non modo religione, verum etiam dissimulatione in omni genere furandi atque praedandi. ¶ 6 Genus est, quod alias Modum vel Rationem vocant. Scribon. Epist. . . Genere quodam committere parricidium. Sic c. 84 et 171. Ipse Cic. Verr. 2, 30 c. 11 Cum hos sibi quaestus constituisset — tum infinitum genus inuenerat, ad innumerabilem pecuniam corripendam, i. modos furandi innumerabiles. Ita Genera ac modos disceptationum dixit Offic. 1, 34. Vno genere capere pisces Plin. 9, 59. Quinctil. 7, 7 Contra scriptum tribus generibus occurritur. Plin. 10, 46 l. 63 de Porphyrione, aue. Idem est (edit) proprio genere, omnem cibum aqua subinde tingens etc. Affinia certe sunt ista. Cic. Fam. 2, 12 Genus institutorum et rationum mearum dissimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione prouinciae. Aetatis degendae genus sibi id constituere quod maxime adamauerimus Cic. Off. 1, 117. Implicari certo genere cursuque viuendi, Commutare genus vitae, Incorruptum genus disciplinae, v. hb. vv. ¶ 7 Genus, eo sensu quo dicunt Grammatici, Masculinum, Femininum, Neutrum genus, etc. Quinctil. 1, 7 Non erit contentus tradere in nominibus tria genera, et ea quae sunt duobus omnibusue communia. Nec statim diligentem putabo, qui promiscua (quae et epicoena dicuntur) ostenderit, in quibus sexus vterque per alterum apparet. Et c. 10 Comparatio in nominibus, aut genus deprehendit, aut declinationem: genus, vt si quaeratur, funis masculinum sit, an femininum, simile illi sit panis. Conf. Varr. de L. L. 9, 2. Caeterum genus de sexu ipse Cic. de Invent. 1, 35 c. 24. Hominum genus in sexu consideratur, virile an muliebri sit: nisi sexum aut fecus genere neutro intellexit.

GENER, eri. m. Filiae maritus. Ouid. Met. 1, 144 — Tutus Non focer a Genero. Eligere generum Plin. Ep. 1, 10. Optare generum Pers. 2, 37. ¶ 2 Obs. Pro Marito sororis accipitur Gener apud Nep. 4, 1 vt obseruant Cuiacius Obsf. 6, 17 alique. Sic Iustin. 18, 4, 8 Sichaeus s. Acerbas Pygmalionis, cuius sororem in matrimonio habebat, gener vocatur. Elissa quoque Acerbae auunculo suo, sacerdoti Herculis — nubit. Huic magnae, sed dissimulae opes erant — Pygmalion oblitus iuris humani auunculum suum, eundemque generum, sine respectu pietatis occidit. Generibus pro Generis, teste Nonio 8, 33 Accius Alcmaeon. Qui ducat, quum te viderit socerum, generibus tantam esse impietatem.

GENEROSVS, a, um, Adi. [γενναῖος, ευγενής, ευπατριδός] Praestantiam generis et naturae significat, siue eam, quae maiorum nobilitate censetur, siue propriam, adeo ut interdum generosus sit claris maioribus ortus, interdum dignus virtute maiorum, interdum simpliciter ingenio et virtute praestans; dignus qui generosae stirpis auctor fiat. Pater Themistoclis generosus fuit Nep. 2, 1, 2. Fortissimus quisque generosissimus est Sallust. Iug. c. 85. Ouid. Fast. 2, 199 Egreditur castris miles generosus ab iisdem. Columel. 3, 2 extr. Atque ubi multa inuitabunt regionis commoda, ut nobilem vitem conseramus, generosam requiremus. Add. Id. 4, 29. Generosioris arboris statim planta cum fructu est Quinctil. 8, 3. Bacchus Tibul. 3, 6, 5. Conatus Quinctil. 2, 4. Domus Ouid. Fast. 2, 225. Flos Id. Fast. 5, 211. Suet. in Tiber. c. 49 Condemnatam et generosissimam Feminam Lepidam, in gratiam Quirini Confularis praediuitis et orbi. Honores Propert. 4, 12, 61. Indoles Sen. Phoen. 334. Iuuentus Ouid. ad Liu. 207. Iuuenis generosi sanguinis Lucan. 3, 723. Ouid. Trist. 3, 5, 32 Quo quisque est maior, magis est placabilis irae, Et faciles motus Mens generosa capit. Miles Idem Fast. 2, 199. Compar. Nemo generosior est te Hor. Serm. 1, 6, 2. Nobilitas, generosaeque nomina Ouid. Epist. 6, 113. Nominibus auorum generosus Idem Trist. 4, 4, 1. Cic. de Amicit. 29. Humilem sane relinquunt et minime generosum (ut ita dicam) Ortum amicitiae, quam ab inopia atque indigentia nasci volunt. Ortum materno generosus Ouid. Met. 13, 148. Pars hominis generosior Prudent. adu. Symmach. 1, 19. i. anima. Pectora Ouid. Met. 12, 234. Virg. Georg. 3, 75 Continuo Pecoris generosi pullus in aruis Audet et ignoto sese committere ponto. Pomum generosissimum Quinctil. 5, 11. Pruna Ouid. Met. 13, 818. Pubes Stat. Silu. 5, 3, 146. Rex generosus ac potens, i. Magnanimus. Cic. Off. 3, 86 Quumque de imperio certamen esset cum rege generoso atque potente. Spiritus generosi imperator Plin. 8, 41. Stirps Cic. de Clar. Orat. 213. Generosa Stirpe profectus Idem de Diuin. 1 c. 12. Titulis generosus auitis Stat. Silu. 5, 2, 22. Virgo generosa et nobilis Cic. in Parad. 3. Vinum Hor. Epist. 1, 15, 18. Columel. 3, 2 vocat Generosum vini saporem. Quod natura ipsa, et quaedam generosa virtus statim respuit Cic. Tusc. 2, 16. Vua Ouid. de Rem. Amor. 2, 567.

GENEROSE. Adu. [γενναῖος] Perire generosus Hor. Carm. 1, 37, 21.

GENEROSITAS, atis. f. [εὐγενεία] Nobilitas. Columel. 3, 4 Nam quae pretio parata disponitur, certam generositatis fidem non habet. de vinea. Add. ib. c. 2. Idem 6, 36, 3 Nonnunquam aliqui generositatem suam natis exhibent, transfundunt quasi in subolem suam. Surculorum Pallad. 11, 3. Generositas celeberrima caecubo Plin. 14, 6. Generositas tauris est in aspectu Idem 8, 45.

GENERALIS, e. Adi. [γενικός] Quod ad cunctos pertinet. Quinctil. 9, 1 Quaedam ex iis species plane distant, manente tamen generali illa societate. Cic. Off. 1, 96 c. 27 Generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur. Genus generale Sen. Epist. 58. i. generalissimum. Tractatus generalis Quinctil. 2, 4. Cic. de Inuent. 1, 10 c. 8 Quum de genere negotii con-

trouersia est, constitutio generalis vocatur.

GENERALITER. Adu. [γενικῶς] Omnia simul sub uno genere complectendo. Plin. Epist. 1, 8 Notare generaliter. Cic. de Inuent. 1, 39 c. 26 Nam ipsum quidem generaliter definire, difficile est. Quinctil. 1, 5 Accipere generaliter. Sen. Epist. 58 Quod generaliter est, tanquam homo generalis, sub oculos non venit: sed specialis venit, ut Cicero et Cato. Generaliter, cui opponitur Specialiter. Vlp. in l. Si quis mihi §. 1 de acquirenda hereditate, Sed utrum generaliter quaecunque tibi hereditas fuerit delata, an specialiter? Pomponius in l. Quintus D. de auro et argento legato, Multum enim interest, generaliter an specialiter haec legentur. Vlpian. in l. 1 §. penultimo D. de dote relegata, Mela scribit, si fundus in dotem fuerit, et specialiter sit legatus, mox generaliter dos relegata: non bis, sed semel deberi fundum. Idem in l. 1 in princ. D. de iniuriis, Iniuria ex eo dicta est, quod non iure fit. Omne enim quod non iure fit, iniuria fieri dicitur. Hoc generaliter. Specialiter autem iniuria dicitur contumelia. Rursus id. in l. 1 §. Qui quaestionem D. de quaestionibus, Qui quaestionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit: sed generaliter, quis id fecerit.

GENERALITAS, atis. f. Vniuersitas. Mart. Capell. 4 p. 100 Hominem a generalitate animantium discernere. Vid. Symmach. Ep. 2, 90. Voss. de L. L. 3, 13.

GENERATIM. Adu. [κατὰ γένν] Per singula genera, quod idem valet, ac recentiorum specialiter, vel per singulas species. Virg. Georg. 2, 35 Quare agite o proprios generatim discite cultus Agricolaec. Varr. de Analog. 2 Non in volucris generatim seruat analogia, etc. Suet. in Calig. c. 22 Hostiae generatim immolantur per singulos dies. Cic. Acad. 4, 47 Exponam igitur generatim argumenta eorum. Generatim et Confuse, videntur contraria Idem Acad. 4, 47. Nominatim et Generatim, contraria Id. Att. 11, 6 pr. Contraria. Cic. Verr. 2, 137 Nam ut publice ciuitates istos honores habent: aut generatim homines, ut aratores, ut mercatores, ut nauicularii. Generatim distributi in ciuitates Caes. B. G. 7, 19. Quaerere aliquid generatim Cic. de Orat. 2, 42. Idem de Orat. 2, 142 Sed haec Crassus aliquando nobis expediet, et exponet descripta generatim. Lucret. 1, 21 ad Venerem, Efficis, ut cupide generatim saecula propagent. Lactant. de Opif. Dei 6 Prouisum est in singulis quibusque fingendis — quatenus adiugatis corporibus elata soboles vniuersas generatim (secundum genera sua) conseruaret animantes. Saepe ita Columella v. g. 2, 15, 7. 5, 10, 2 etc. ¶ 2 Generatim, pro Generaliter. Cic. de Orat. 2, 42 Infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quaeretur, hoc modo, Expetendane esset eloquentia, expetendiuue honores. Idem Att. 11, 6 Vt non nominatim, (v. g. in Ciceronem) sed generatim (v. g. in Pompeianos) proscripio esset informata. Et de Orat. 1, 186 Aliquid generatim componere. Caes. B. C. 3, 32 Multa praeterea generatim ad avaritiam excogitabantur. Idem B. C. 2, 21 Omnibus generatim gratias agere. Cic. Verr. 5, 142 Nam quid ego de caeteris ciuium Romanorum suppliciis sigillatim potius, quam generatim atque vniuerse loquar? Dicere generatim quae maxime nota sunt Cic. in Pison. 85 c. 35. Generatim omnia amplecti Idem de Inuent. 2, 18 c. 5. Ab vniuersa prouincia generatimque a singulis eius partibus diligitur Id. Verr. 2, 168. Generatim et specialiter opponit Colum. 3, 9, 9. it. 12, 2, 3.

GENERO, are. [γεννῶ] Gignere, procreare. Cic. in Partit. 82

Quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus. *Pro Inuenire.* Quinctil. 10, 2 An illi rudes sola mentis natura ducti sunt in hoc, vt tam multa generarent? *Generare etiam dicuntur* Feminae, asini, et equae. Plin. 8, 44 Et quae non primo initu generare coeperit. *De Herba:* Gell. 5, 6 Obseruari solitum, vt fieret e gramine, quod in oleo generatum esset. Bifen generantes Scribon. 104. Hominein generauit et ornauit deus Cic. de Legib. 1, 27 c. 9. Generandi gloria mellis Virg. Georg. 4, 205. Aliam ex alia generando suffice prolem Idem Georg. 3, 65. Semina limus habet, virides generantia ranas Ouid. Met. 15, 375. Populus Romanus a Marte generatus Cic. Philipp. 4, 5. Eadem terra Rhinocerotas alit, non generat Curt. 8, 9, 17. Neque enim ita generati a natura fumus, vt ad ludum et iocum facti esse videamur Cic. Off. 1, 22. In iis actibus, quae nihil dum ipsae ex Se generare queant Quinctil. 1, 1, 36. Versus *uid. mox* GENERANS. Generare poema Idem 9, 4, 114. E sanguine generata Beli Sil. 8, 221. Homines hominum causa generari Cic. Off. 1, 22 c. 7.

GENERANS, antis. Part. Ouid. Met. 15, 375 Semina limus habet virides generantia ranas. Sueton. Neron. c. 52 Venere in manus meas pugillares libellique, cum quibusdam notissimis versibus ipsius chirographo scriptis: vt facile appareat, non translato, aut dictante aliquo exceptos, sed plane quasi a cogitante atque generante exaratos: ita multa et deleta, et inducta, et superscripta inerant.

GENERATVS, a, um. Part. Troia generatus Aestes Virg. Aen. 5, 61 Mundus semperne fuerit, nullo generatus ortu Cic. de Vniu. c. 2. Species arboris ex sua radice generatae Curt. 9, 1, 10.

GENERATVS, ūs. m. Nepoti tribuitur Attici pr. a Iacobo Gronouio, qui ita legit, Pomponius Atticus, ab origine vltima stirpis Romanae, generatu perpetuo a maioribus acceptam equestrem obtinuit dignitatem, i. generis iure non interrupto. Sed ipse fatetur generatus esse in omnibus MSS. Et videtur Nepos non tam feriem generis indicare voluisse, quam modestiam Attici.

GENERASCO, ěre. [γεννώσκει] Lucret. 3, 746 Cur omnia membris Ex ineunte aeuo generascunt, ingenioque? i. Generantur:

GENERATIO, ōnis. f. [γέννησις] Plin. 10, 52 Generatio auium simplex videtur esse. Hominum Id. 11, 64.

GENERATOR, ōris. m. [γεννητής] Aliud Verbale. Cic. de Vniuers. 34 c. 11 Nosse autem generatores suos optime poterant. Equorum generator Agragas, i. patria Agrigentum Virg. Aen. 3, 704. It. admissarius asinus: Plin. 8, 44 f. 69 extr.

GENERATORIVS, a, um. Adi. More Tertull. adu. Valent. c. 27.

GENERATORIVM, i. n. Facultas procreandi. Ambros.

GENERABILIS, e. Adi. [γεννῆτος] Quod facile generatur. Plin. 2, 45 Hic est ille generabilis rerum naturae spiritus. Manil. 1, 143 Opus generabile fingit.

GENERATRIX, icis. f. Pomp. Mela 1, 9 pr.

GENETA MANA, vid. MANA sub MANIA.

GENĒTYLLIS, idis. f. Dianae appellatio apud Hor. Carm. Saec. 16 vt ibi legit Bentleius pro vulgato Genitalis: ubi ex Iuida et Helychio probat non Veneris solum, sed Dianae etiam Ilithyiae hoc nomen fuisse, quo etiam usum putat Porphyriionem ad Hor. l. c. et Seru. ad Virg. Ecl. 4.

GENS, gentis. f. [ἔθνος, φύλον] a Genus deducitur, v litera detracta: Natio, Plures eiusdem originis et naturae homines. v. g. de Troianis Iuno apud Virg. Aen. 1, 71 Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat aequor. Ponamus hic ante omnia doctrinam, a Sigonio praefertim propositam ad Liu. 4 pr. et in lib. de Nominibus Rom. Nempe inter Gentem, et Familiam illud interest; quod gens ad nomen, familia ad cognomen refertur. itaque illa tanquam totum continere videtur, haec quodam modo partem. Exempli gratia, Valerii omnes vnus esse gentis dicuntur, quia vno nomine continentur omnes. at vero partes gentis huius sunt plures, quae ex cognominum varietate distinctae sunt, eaeque familiae nominantur, vt in gente Valeria Maximi, Messallae, Flacci, Laeuini, Faltones: in Cornelia Scipiones, Lentuli, Dolabellae, Sullae, Cinnae: in Aemilia Mamerchini, Lepidi, Pauli, Scauri, Barbulae: Itemque in caeteris. at vero Valerii omnes vnus sunt gentis. itemque Cornelii atque Aemilii itaque recte Festus h. v. gentem definit eam, quae ex multis familiis conficeretur. Quod autem interest inter gentem, et familiam, idem interest inter genus, et stirpem. Quae quidem ita esse, ex his veterum verbis intelligitur. Ex gente Domitia duae familiae claruerunt, Caluinarum et Aenobarborum: Sueton. Ner. c. 1. Idem in Galb. c. 3 Imagines vniuersi generis exequi longum est, familiae breuiter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbae tulit, cur, aut vnde traxerit, ambigitur. Liu. 38, 58 pr. Scipio Nasica orationem habuit plenam veris decoribus non communiter Corneliae gentis, sed proprie familiae suae. Idem Suet. Caes. c. 6 ex oratione ipsius Caesaris, Ab Anco Marcio sunt Marci Reges, quo nomine fuit mater; a Venere Iulii, cuius gentis familia est nostra. Et in

August. c. 2 Gens Octauia a Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta, mox a Ser. Tullio inter patricias traducta. primus ex hac magistratum cepit C. Rufus. Is quaestorius Cneum, et Caium procreauit, a quibus duplex Octauiorum familia deduxit, conditione diversa. Cic. in Brut. 62 Funebres orationes ipsae familiae quasi ornamenta seruabant ad vsum, si quis eiusdem generis occidisset. Liu. 9, 29 Duodecim Potitiorum familias fuisse, quum gens Potitia tota interiit. Et 1, 3 pr. Iulia gens Iulum auctorem sui nominis nuncupat. Et 7, 32 extr. sic loquitur Valerius Coruus, Non, si mihi nouum hoc Corui cognomen diis auctoribus homines dedistis, Poplicolarum vetustum nostrae familiae cognomen memoria excessit. Et 40, 44 pr. Inde cognomen familiae inditum, vt Annales appellarentur. Catull. Epithal. Iul. et Manl. f. 60, 213 Non decet tam vetus sine liberis nomen esse, i. tam veterem gentem, qualis erat Manlia. Quid sit gentem vel ius gentis habere, optime intelligitur ex gentilis definitione, quam deinde damus h. v. e Cic. Topic. 29 c. 6. Idem de Legib. 1, 23 c. 7 extr. Vt homines Deorum agnatione, et gente teneantur. Similia habet de Vniuers. c. 11 ubi homines Deorum quasi gentiles.

2 Nationes sub Gente comprehendi apparet, vid. Tacit. Germ. 2, 6. Nonnunquam tamen idem significat vtrumque, vt Tac. Agric. 12, 1 et 2. Conf. Herald. et Elmenhorst. ad Arnob. pr. Gens etiam latius patet quam populus, vid. Liu. 4, 49 pr. et 6, 12 pr. Conf. Gronou. ad Liu. 5, 34. Gens pro Populis aliquam regionem incolentibus. Plin. 12, 7 Vtrumque siluestre gentibus suis est, et tamen pondere emitur vt aurum vel argentum. de vtroque pipere. Cic. Fam. 15, 1 Vt opprimerentur ii, qui ex Cilicum gente in armis fuissent. Plin. 8, 25 Quin

et gens

5 H a

et gens hominum est huic beluae aduersa in ipso Nilo Tentyritae. Cunabula gentis, *i. Nutrimenta* Virg. Aen. 3, 105. Seruius. Primordia gentis Ouid. Met. 5, 190. Societas propior est eiusdem gentis, nationis, linguae, qua maxime homines coniunguntur Cic. Off. 1, 53. Gens *pro regione*. Qui Cataoniam tenebat, quae gens iacet supra Ciliciam, confinis Cappadoci: e Nep. 14, 4, 1. Gentes viduatas esse suis cultoribus et desolatas Arnob. 1. 1 p. 4. *Nempe Synesis in illis est, seu Synecdochen malis: utrumque menti simul obuersatur, locus et incolae.* Gentes appellabant Romani populos reliquos praeter suam urbem. Hor. Od. 1, 2, 5. *Fr. Luifin. Parerg.* 3, 32. In Vulgata et Parribus Gentes appellantur, qui aliter gentiles. Vid. Cellar. Cur. Post. p. 265. ¶ 3 *Iam videamus epitheta, unde apparebit, saepe etiam pro genere sumi, i. pro multitudine, simile aliquid inter se habentium.* Ariana gens Indis contermina, vid. CONTERMINVS. Aurea Virg. Ecl. 4, 9. Barbarae Sen. Agam. f. 8. Belligerae Idem Med. f. 2. Christiana gens postquam esse in mundo coepit Arnob. adu. Gentes 1 pr. Crudelis Virg. Aen. 6, 359. Dolosa Ouid. Met. 14, 92. Durae Valer. Argon. 5, 308. Effrena virum Virg. Georg. 3, 382. Egregia bello Idem Aen. 1, 71. Externa Ouid. Amor. 3, 4, 34. Ferox Idem Met. 14, 450. Fecunda Hor. Serm. 2, 3, 287. Fortis Idem Carm. 4, 4, 53. Furua, *i. Mauri vel Aethiopes* Iuuen. Sat. 12, 104. Hircosa Centurionum Perf. 3, 77. Humana Hor. Carm. 1, 3, 26. Immanis et barbara, vid. IMMANIS. Indomita Sen. Med. 7. Insociabilis, vid. INSOCIABILIS. Intuictae Virg. Aen. 12, 191. Nefanda Idem Aen. 3, 653. Odorifera, *i. Arabes* Ouid. Met. 4, 209. 25 Periura Sil. 16, . . . Quinctil. 3, 7 Et est conditoribus urbium infamiae contraxisse aliquam Perniciosam caeteris gentem. Sanctae Iuuen. Sat. 15, 10. Superbae Virg. Aen. 1, 527. Togata Idem Aen. 1, 286. Triumphata Ouid. Amor. 1, 14, 46. Turbida Valer. Argon. 8, 323. Vagae, et sine urbibus, ac sine legibus Quinctil. 30 3, 2. Valida Claud. de B. Get. 134. Vetusita Virg. Aen. 9, 284. ¶ 4 *Verba et Participia:* Assueta bello Ouid. Met. 15, 484. Colligere laceras gentes, vid. LACER. Componere gentem Sil. 17, . . . Contrahere gentem Quinctil. 3, 7. Frenare superbas gentes Virg. Aen. 1, 527. Illigare gentem aliquam bello, vid. ILLIGO. Im- 35 peritare magnis gentibus Lucret. 3, 1041. Miscere armis gentes Lucan. 9, . . . Nata gens instaurandis reparandisque bellis, vid. NASCOR. Subactae Lucan. 1, . . . ¶ 5 *Saepe nobilitatis, et patriciatus adeo notionem habet, ut Habere gentem* Liu. 10, 8. Sine gente, *i. Ignobilis.* Hor. Serm. 2, 5, 15 Qui quamuis periurus 40 erit, sine gente, cruentus Sanguine fraterno, etc. Gente ad eum rediit hereditas. Vid. paullo post, GENTILITAS in iure, etc. Patricii alii Maiorum gentium dicebantur, alii Minorum. Romulus primum legit centum patres, consilii publici causa; deinde alii centum ex illustrioribus additi fuerunt. Hi Maiorum Gentium vocabantur. Postea Tarquinius centum rursus legit ex multitudine plebeia, qui Minorum Gentium sunt appellati. Vid. Liu. 1, 35 et 47. Victor in Tarquin. Conf. tamen Tacit. Ann. 11, 25, 2 ibique Lips. praesertim vero Panuin. Comm. in Fast. 1 p. 42 sq. Minorum gentium Patricios memorauit Cic. Fam. 11, 21. Festiue hanc distinctionem ad Deos transtulit Cic. Tusc. 1, 29. c. 13 cum 50 dixisset de Romulo, Hercule, Tyndaridis fratribus et caeteris, pergit, Si vero scrutari vetera — coner: ipsi illi maiorum gentium Dei qui habentur, hinc a nobis profecti in caelum reperientur. Idem Acad. 4, 126 c. 41 Cleanthes, qui quasi maiorum est gentium Stoicus. Patriciae gentis formosissimus Iuuen. Sat. 10, 332. Pulcherrima gens Sil. 55 13, 466. ¶ 6 *Etiam Animalium est Gens.* De Apibus Columel. 9, 9 Intestino bello totae gentes consumuntur. Tu modo quos in spem statuis submittere gentis Virg. Georg. 3, 73 de equis. De Piscibus Idem Georg. 4, 430

Quum Proteus consueta petens e fluctibus antra
Ibat: eum nasci circum gens humida ponti
Exsultans, etc.

Vbicunque terrarum et gentium Cic. Verr. 5, 142 c. 55. O dii immortales, vbinam gentium sumus! Idem in Catil. 1, 9. Nusquam gentium, vid. NVSQUAM. Ter. Adolph. 4, 2 pr. Vbinam gentium 65 sumus Cic. Catil. 1 c. 4. Vbiuis gentium Ter. Hec. 3, 1, 4. ¶ 7 *Gens de homine singulari, ut Genus.* Vigilasne, Deum gens, Aenea? Virg. Aen. 10, 228. Conf. Sil. 7, 35 et 637. ibique Cellar. it. Drakenb. ad 2, 185. ¶ 8 *A librariis permiscetur Gens et Mens:* Drakenb. ad Sil. 6, 611.

GENTICVS, a, um. Adj. [*ἔθνικός*] Gentilis. Mos genticus Tacit. Ann. 6, 33 Adduntur e seruitiis gladiaturae destinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen (crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles. Vtitur et Ammianus 24. . . Tertull. de Anima c. 39.

GENTILIS, e. Adj. [*ἔθνικός, ὁμοεθνής*] Cic. in Topic. 29 c. 6 Gentiles sunt, qui inter se eodem sunt nomine: non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt: ne id quidem satis est. Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit: abest etiam nunc. Qui capite non sunt diminuti: hoc fortasse satis est. Fest. Gentilis dicitur et ex eodem genere ortus, et is, qui simili nomine appellatur, ut ait Cincius: Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur. Cic. Tusc. 1, 38 Pherecydes Syrus primum dixit animos hominum esse sempiternos. antiquis sane. fuit enim meo regnante gentili. *h. e. Seruato Tullio, quia eiusdem nominis erat.* Cic. Verr. 2, 190 Responde mihi nunc tu, Verres, quem esse hunc tuum paene gentilem Verrutium putes, cuius nomen cum tuo cognomine ita conuenit, ut possitis gentiles videri. Ad Heren. 1, 23 c. 3 Si furiosus existat, agnatorum gentiliuque in eo pecuniaque eius ius esto. Agnati sunt eiusdem familiae, qui si deficiant, itur ad eos, qui remotius coniuncti sunt, id est, eiusdem gentis. Sic p. p. 90 Si pater familias intestatus moritur, familia pecuniaque eius agnatum gentiliuque esto. Nempe, ut est apud Cic. de Legib. 1, 23 c. 7 Agnationibus familiarum distinguuntur status: id in rerum natura tanto est magnificentius, — ut homines deorum agnatione et gente teneantur. Cui conuenit illud, Deorum immortalium homines quasi gentiles, diuini generis, teneant omnium animantium principatum Cic. de Vniu. c. 11. Plin. 33, 1 Seruos dominorum gentiles vocat, quod nomine dominorum, accuratius praenomine, Marcipores Luciporesue appellarentur. Miscet communionem nominis, quae agnatis est, et praenominis. Caterua gentilis Sil. 16, . . . ¶ 2 Gentiles 100 etiam nationes vocantur, Quae vicinae sunt natali solo cuiuspiam. Tacit. Ann. 11, 1 Quando Vienna gemitus, multisque et validis propinquitatibus subnixus, turbare gentiles nationes promptum haberet. Lingua et oratione ipsius non minus scite, quam si gentilis eius esset, locutus est Gell. 17, 17. *i. popularis.* Gentile dicitur Quod est gentis 105

proprium et familiare: unde Iuuenalis 3, 64 Gentilia tympana dixit. Suet. Tiber. c. 61 Gentile in illo hoc videtur. Leuitas gentilis Tacit. Ann. 12, 14, 2. Et non gentilia Poma Calpurn. Ecl. 2, 41. i. instiua.

5 *sacrarum, Gentiles, siue gentilitatem vocant omnes idolorum cultores, hoc est, quicumque deorum multitudinem posuerunt: diuersae enim gentes innumerabilia numina habuere: nec solum superiora illa, quae fulgore suo mundum illustant, Solem, Lunam, etc. sed inferiorum quoque animalium virtutes, Pudicitiam, Concordiam, etc. Ideo autem hos Gentiles vocant, quia in gentilium, hoc est, maiorum suorum fide persistere, nec religionis cultum mutauerunt, siue potius ex latina interpretatione vocum Sacrae Scripturae ἔθνη et ἔθνικός. Gentilium literarum libros legere Hieron. Epist. 22, 13. Hoc et gentilis facit, et Iudaeus, et publicanus, et ethnicus Id. Tom. VI in Ephes. 5, 20.*

15 **GENTILITER.** Adu. *Iuxta gentis consuetudinem. Succinum Germani gentiliter vocant Solin. c. 33. Conf. Id. c. 16. Fulgent. Discuss. Arian. Obiect. c. 4.*

GENTILITVS. Aliud Adu. Tertull. de Pall. c. 3.

20 **GENTILICIVS,** a, um. Adi. [*γενέθλιος*] *Quod ex gente siue familia est. Gentilicia nomina, Quae originem gentis vel familiae declarant; vt Porcius, Cornelius. Gell. 14, 1. Sic Gentilicia nota a Liuius 6, 20 extr. dicitur, et Gentilicia funera a Plinio 35, 2 nuncupantur, et Gentiliciae hereditates apud Suetonium Iul. c. 1. Gentilicium hoc illi: i. Hoc illi a gente sua proprium est Plin. Epist. 6, 15. In Seranorum familia gentilicium esse, feminas linea veste non vti Plin. 19, 1. Gentilicium, Quod a gente, id est natione, vsurpatur. Inde Gentilicia sacra dicuntur a Liuius 5, 52 Quae statuta sunt eidem genti. Cic. de Arusp. Resp. 32 c. 15 Multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacrificia gentilicia, illo ipso in sacello, statuto loco anniuersaria factitarint. Sacerdotium gentilicium: vid. Schulting. ad Calpurn. Flacc. Decl. 24 p. 822.*

GENTILITAS, ātis. f. [*γένεθλον*] *Multitudo ipsa familiae alicuius, vel gentis Viet. de Viris Illust. c. 24 extr. Gentilitas eius Manlii cognomen eiurauit, ne quis postea Capitolinus vocaretur. Bruta gentilitas, vid. BRVTVS. Gentilitas ius Gentilium. Cic. de Orat. 1, 176 c. 38 Quum Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii patricii eiusdem hominis hereditatem, gente ad se rediisse dicerent, nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum? Et ibid. 173 c. 38 Iactare se in causis centumviralibus, in quibus vsucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum — iura versentur. Add. Boethius in Topicis. . . Ex hoc bodie nostrates vulgo vsurpare nomen gentilis hominis (gentilhomme) videntur. Bud. Gentilitas, Ipsa necessitudo inter gentiles et cognatos. Plinius in Paneg. c. 39 Ex quo intelligi potest, quanta benignitatis, quanti spiritus fuerit, sparsas, atque (vt ita dicam) laceras gentilitates colligere atque connectere. Gentilitas in herbis, i. Natale solum Plin. 12, 13 extr. Add. 23, 7 l. 65. Apud Patres de paganorum natione, vt Prudent. Rom. 1086. et Perist. 1, 94. Tertull. de Virg. Vel. c. 2 pr.*

GENTIANA, ae. f. *Herba Scribon. 167. 170. 176.*

50 **GENVSVS,** i. m. (*al. Genesis, sed male*) *Fluuius Palaestinae. Lucan. 5, 463 Tellus, quam volucer Genusus, quam mollior Apsus Circumeunt ripis.*

G E O

55 **GEOGRAPHIA,** ae. f. [*γεωγραφία*] *Terrae descriptio. Cic. Att. 2, 4 De Geographia dabo operam vt tibi satisfaciam, sed nihil certi polliceor. magnum opus est: sed tamen, vt iubes, curabo, vt huius peregrinationis aliquod tibi opus extet.*

GEOGRĀPHVS, i. m. Ammian. 22 p. 414.

60 **GEOGRAPHICVS,** a, um. Adi. Ammian. 23, 18 *Stilus Geographicus. Add. Id. 31, 5. Conf. Cic. Att. 2, 6.*

GEOMANTIA, ae. f. *Diuinatio ex terra et puluere. Isidor. 8, 9. Peucer. de Diuinat. p. 405.*

65 **GEOMETRES,** siue **GEOMETRA,** ae. m. [*γεωμέτρως, α*] *Terrae mensor siue diuisor. ad omnis tamen magnitudinis scientiam refertur. Cic. Acad. 4, 22 c. 7 Quomodo aut geometres cernere potest, quae aut nulla sunt, aut internosci a falsis non possunt? Geometrae solent non omnia docere, sed postulare, vt quaedam sibi concedantur, quo facilius quae volunt explicent Cic. Off. 3, 33 c. 7. Add. Id. Acad. 70 4, 116 c. 36.*

GEOMETER, tri. m. *Idem. Illud tibi geometer potest dicere quantum abesse debeat corpus ab imagine, et qualis forma speculi quales imagines reddat. Sen. Ep. 88. Add. Iuuenal. 3, 76. Auctor de bello Troiano ex Darete 2, 126. Burm. ad Quinct. 1, 10.*

75 **GEOMETRIA,** ae. f. [*γεωμετρία*] *Terrae mensuratio; vel Ars ipsa primo terram, ac deinde omnia alia sub mensuram cadentia, dimetiendi. Cic. de Fin. 3, 5 Quamquam ea verba, quibus ex instituto veterum vtimur pro Latinis, vt ipsa Philosophia, vt rhetorica, dialectica, grammatica, geometria, musica: quamquam ea Latine dici poterant, tamen quoniam vsu percepta sunt, nostra ducamus. Nempe in genere ea disciplina, Quae circa quantitatem aut magnitudinem versatur, Geometriae nomen obtinuit. Vid. Gellium 16, 10. De utilitate huius artis ad oratoriam vid. Quinct. 1, 10, 34 sqq. ubi ita generaliter accipit Geometriam, vt eam diuidat in numeros atque formas, Arithmeticamque adeo eo nomine comprehendat. Geometria apud Graecos in summo honore fuit Cic. Tusc. 1, 5 c. 2. Discere geometriam ab aliquo Idem de Fin. 1, 20. Quae in geometria describuntur, Mathematicorum sunt, non Ariolorum Id. de Diuin. 2, 10. Traetauerunt geometriam Euclides et Archimedes Cic. de Orat. 3, 132 c. 33.*

90 **GEOMETRICVS,** a, um. Adi. [*γεωμετρικός*] Cic. Tusc. 1, 57 c. 24 Socrates interrogat quaedam geometrica de dimensione quadrati. Geometrica scientia Plin. 7, 37. Ratio Cic. Acad. 4, 117 c. 36. Gell. 18, 15. Geometricum quiddam Cic. de Diuin. 2, 122. Idem Tusc. 1, 57 c. 24 Ita faciles interrogationes sunt, vt gradatim respondens eo perueniat, quasi geometrica didicisset.

95 **GEOMETRICE.** Adu. [*γεωμετρικώς*] *Geometrice eruditus, Qui geometriam callet Plin. 35, 10. Refellere γεωμετρικώς aliquem Cic. Att. 12, 5.*

100 **GEORGI,** *Asiae populi ab Agricultura nomen sortiti, quibus vicinos Corsitas, Phoristas, et Riphaces Mela facit: vid. 1, 2. et 2, 1. Constat etiam Tauricam Chersonesum Georgiam cognominatam propter memorabilem in ea frumenti copiam, vt notat Vadianus. vid. Strabo 7.*

GEORGIA, ae. f. [*γεωργία*] *Agricultura Latine dicitur.*

105 **GEORGICVS,** a, um. Adi. [*γεωργικός*] *Rusticus: vt, Georgicum carmen Columel. 7, 5. Georgica int. Carmina, inscriptio operis Virgiliani.*

GERAERA, ae. f. [*γεραιρα*] Sic vocabantur ministræ quaedam sacrorum apud Athenienses, de quibus Harpocratio etc. Hanc suspicatur Gronovius etiam Plauto restituendam Mil. 3, 1, 102 legendumque, lampridem quia nihil abstulerit succenset geraera, tum Obstetrix etc. Al. Ceraria, Geraria alii. Geraerae videtur metrum versuum vicinorum repugnare.

GERANIVM, i. n. *Herba*. Plin. 26, 11. *Dioscor.* 3, 131.

GERANITES, ae. f. *Gemma*. Plin. 37, 11.

GERANVS, vid. **GRVS**.

GERDIVS, i. m. *Firmic.* 8, 25 Vigesima sexta pars Librae si 10 in horoscopo fuerit inuenta, textores faciet gerdiosque. Lucilius apud Nonium 2, 379 Curare domi sint Gerdius, ancillae, pueri, zonararius, textor. *Dicti Gerdii videntur viro docto παρὰ τὸ ἐν γῆ ἔρδειν, vel ἐν γῆ ἔδος ἔχειν, quod humi artem exercent, vel quod in terra solium habeant: sed nondum inde constat, quodnam proprie illorum opificium fuerit.*

GERMALVM, an **GERMALVS**, i. *Locus in vrbe Roma veteri*. Varro de L. L. 4, 8 p. 16, 21 Germalum a Germanis Romulo et Remo, quod ad vicum ruminalem et hi inuenti. Et paullo ante, Huic (Palatio) Germalum et Velias coniunxerunt. Hinc Cic. Att. 4, 3 20 Milonis domum in Germallo collocant eruditi pro Ceramio, quod fere est in MSS. Apud Festum est Cermalus, quod ordo ostendit.

GERMALENSES Varroni l. c. sunt, qui Germalum habitant.

GERMANVS, nomen gentis, a qua dicta est Germania, sub quo nomine statim plura de Germanis dicemus. Sumitur etiam Adiectiue, ut 25 Ouid. A. A. 3, 163 Femina canitiem germanis inficit herbis. Germanus pro fratre mox declarabitur sub voce **GERMEN**.

GERMANIA, ae. f. [*Γερμανία*] Germanorum patria. Hi antea Teutones appellabantur, a Teutono deo eorum, quem terra ortum existimabant. postea Alemanni sunt dicti ab huius dei filio Manno. Germaniae 30 vocabulum nuper a Romanis additum: quoniam quum primum Rhenum deuictis Gallis transgressi fuissent, videntes eos, et feritate animorum, et proceritate corporum, et colore flauo, forma praeterea et moribus, et vivendi ritu Gallis simillimos, Germanos eos, hoc est fratres Gallorum esse, existimauerunt. Haec ex Strabone 7. Aliter Tacitus de Germania 2 35 Caeterum Germaniae vocabulum recens et nuper additum, quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, tunc Tungri, nunc Germani vocantur. Vnde constat, Germaniae nomen non generale fuisse in initio, sed eius tantum gentis, quae prima e Germania in Galliam fuerit transgressa. Et mortem et nomen Druso Germania fecit Ouid. 40 Fast. 1, 597. Ferox Claud. de B. Get. 423. Fera Hor. Epod. 16, 7. Penetralis, h. e. Penitior. Tacit. Ann. 2, 10 Ille fas patriae, libertatem auitam, penetralis Germaniae deos, etc. Nisi penetrales DI sunt penates: quod malim ego quoque.

GERMANICVS, a, um. *Adi.* [*Γερμανικός*] a Germania deducitur: ut a Macedonia Macedonicus. Nempe a debellatis Germanis quidam Imperatores Germanici cognomen sumserunt, ut Germanicus, C. Caesaris Caligulae pater, a Tiberio patruo adoptatus, de quo Suet. in Calig. c. 1, 7. Multi etiam Imperatores hoc cognomen assumere, a Germanis victis. Sic M. Aurelius Antoninus: vid. Dion. 71. Et Domitianus, in Quinctil. 10, 1. Vid. Sil. 3, 607.

GERMANICIANVS, a, um. *Adi.* Milites Germaniciani, qui sunt pars exercitus Germanici. Suet. in Tiber. c. 25 Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia, ut aequarentur stipendio Praetorianis. Germaniciani quidem etc. Idem in Othon. c. 8 Germaniciani exercitus in verba Vitellii iurarunt.

GERMEN, inis. n. [*Σπόρος* Gloss. Lat. Gr.] Festus, Germen est, Quod ex arborum surculis nascitur: vnde et Germani, quasi Ex eadem stirpe nati. Plin. 10, 29 Denfante se frondium germine. Aliena ex arbore germen Virg. Georg. 2, 76. Germina ortorum 60 exuruntur Plin. 7, 15. Germine graues rami Lucan. 9, 361. De fructibus arborum dici, obseruant Barth. et Heins. ad Claud. de Laud. Stil. 2, 465. Germina de paruis animalium Nemesian. Cyneg. v. 153.

GERMINO, are. [*βλαστάνω, θάλλω, θηλαίνω*] Pullulare, germen emittere. Plin. 13, 4 Femina citra florem germinat tantum spinæ modo. Fetus in utero s. Partus dicitur Capillum germinare, Quum ei capillum nascitur. Plin. 7, 6.

GERMINATIO, onis. f. [*βλάστησις*] Plin. 16, 25 Alia protinus, ut animalia: tardius aliqua et diutius grauida partus gerunt: quod germinatio ideo vocatur. Add. Id. 17, 14. Colum. 4, 24. 70

GERMINATVS, us. m. [*θήλασις*] Idem. Plin. 15, 8 Oleam si lambendo capra contigerit, depaueritque, primo germinatu sterilesce, auctor est M. Varro. Add. Id. 16, 25.

GERMINASCO, ere. [*βλαστάνω*] Cuius compositum est Congerminascere. de quo s. l. 75

GERMANVS, a, um. *Adi.* Quasi Ex eadem stirpe genitus, inquit Fest. Germanus, γνήσιος, ἀδελφός, Germani, ἀδελφοὶ ἁμογνήσιοι Vet. Gloss. Ter. Adolph. 2, 4, 5 O mi Aeschine, ô mi germane. Ibid. 5, 8, 34 Nunc tu mihi es germanus pariter corpore et animo. Ter. Andr. 1, 5, 57 Si te in germani fratris dilexi loco, etc. Cic. 80 pro Font. 63 Praesertim quum virgo Vestalis ex altera parte germanum fratrem complexa teneat, vestramque Iudices, ac Pop. Rom. fidem impleret. Soror germana Cic. pro Milon. 74. Add. Nep. 5, 1, 2 ibique Interpp. Rutgerf. Var. Lect. 1, 9 p. 40 seq. Cic. in Partit. 88 Coniuges, germani, parentes, etc. Deinde ponitur saepe ¶ 2 Ger- 85 manus, pro Vero et sincero, hoc est non fucato, non adulterato. Sic iocose Asinus germanus Cic. Att. 4, 5. i. verus, de se ipso. Idem de Orat. 90 Hanc ego iudico formam submissi oratoris, sed magni tamen, et germani Attici. Sic, Germani Campani. Cic. de L. Agr. 2, 69. i. Veri et legitimi. Plaut. Rud. 3, 4, 32 Atque heras tuas quidem hercle, atque ex germana Graecia. Germanae Gerae Plaut. Poen. 1, 1, 9. Luperci germani Cic. pro Cael. 26. Idem de Fin. 5, 1 Et L. Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus. Fratres, quasi et germani casibus, exules ambo Iustin. 27, 3, 12. Cic. de Clar. Orat. 296 Haec germana Ironia est: cur ita sentiam non dicam, ne me tibi assentiri putes. Idem Off. 3, 69 Sed nos veri iuris germanaeque iustitiae solidam et expressam effigiem nullam tenemus. Magistri germani alicuius artis Cic. de Orat. 2, 160. Plaut. Capt. 2, 2, 38 Nam illi Theodoromedes fuit germano nomine. Negotiator Cic. Att. 1, 18 extr. Idem de Legib. 2, 3 c. 1 Quia si verum dicimus, haec est mea et huius fratris mei germana patria; hic enim orti stirpe antiquissima sumus. Idem in Orat. 32 Quum mutila quaedam et hiantia locuti sunt, vel quae sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidis. Germanissimus Stoicis, i. Simillimus. Cic. Acad. 4, 132 c. 43 Erat quidem, si perpauca mutauis- 105

set, germanissimus Stoicis. Baiulum literarum habes commendatum, et mihi scias germanissimum Hieron. Ep. 98 ad Augustin. Memoria literaturae germana Cic. in Partit. 26. ¶ 3 Vitis nomen est Plin. 14, 2 Ex iis Germana minor acino melius deflorescit.

5 GERMANITAS, ātis. f. [*γνησιότης, ἀδελφότης* Gloss. Lat. Gr.] Cic. de Arusp. Resp. 42 c. 20 In domesticis est germanitatis stupris volutatus. Et pro Ligar. 33 c. 11 Moueat te pietas, moueat germanitas. Apul. Met. 5 p. 171, 5 Fallacie germanitatis inducēta, quae a sorore fraudem non metueret, se non minus quam sororem dignam nuptiis
10 Cupidinis putaret. Idem 2 p. 115, 29 Ex familia Plutarchi ambae prognatae sumus — et in nexu germanitatis vna coaluimus. Plin. 6, 1 Vnde nomen ambobus, et tanquam in dissociatione germanitas concors. Necessitudo germanitatis Lactant. 6, 10. Mala germanitate cohaerentia et gemella Plin. 15, 14. *i. poma, quae coalubrunnt inter se.*
15 GERMANE. Adu. Cic. Q. Frat. 2, 14 De quo petis, vt ad te nihil occultans, nihil dissimulans, nihil tibi indulgens, germane fraterneque rescribam, etc.

GERMANITVS. Adu. Fideliter, dictum a Germanitate. Pomponius apud Non. 2, 381 Vt si quis est amicus amici, gaudeat, si quid
20 boni euenit cuius amicus est germanitus. Conf. Augustin. Confess. 3, 2 et 4, 4.

GERMINALIS, e. Adi. [*βλασητός*] Vlpian. l. 17 Fructus ḡ. Si fundum D. Solutio matrimonio, Si arbores caeduae fuerint, vel germinales. Videtur Arbores significare, Quae ex iacto semine, vel sponte,
25 e terrae germine nascuntur. Cremiales est in aliis codicibus. v. v. Germinali oleo laeuigatus Zeno Veron. . . . *i. naturali quod e germine ortum.*

GERO, gessi, gestum, ěre. [*φορῶ, φέρω, μεταχειρίζομαι*] Portare primum, deinde habere, tractare, administrare, gubernare, quod
30 enim manu gerit aliquis, illud pro arbitrio habet, mouet, dirigit etc. Quod enim ait Varro de L. L. 5, 8 p. 60, 1 Imperator, qui dicitur res gerere, in eo neque agit, neque facit, sed gerit, id est sustinet, metuo ne subtilius sit quam verius. Interim verum hoc est Gerere proprie esse sustinere, portare, et inde reliqua esse deriuanda. Virg. Aen. 7, 455
35 Bella manu, letumque gero. Quid differant Gero, Ago, Facio, vid. apud Varr. de L. L. 5, 8. et l. 19 D. de Verb. Sign. vid. CONTRACTVS. Virg. Aen. 9, 203 Nec tecum talia gessi, Magnanimum Aeneam, et fata extrema secutus. Gerere, regere, gubernare aliquam rem Cic. Att. 16, 9. Idem de Orat. 2, 240 Ita facta demonstras, vt mores
40 eius, de quo narres, vt sermo, vt vultus omnes exprimantur: vt iis, qui audiunt, tum geri illa, fierique videantur. Dum haec geruntur Nep. 14, 5, 1. Quemadmodum nos aduersus homines geramus, natura nos docuit non negligere Cic. Off. 1, 98 c. 28. Amicitiam Idem Fam. 3, 8. Animum laude dignum Id. in Parad. 5. Animum muliebrem Cic. Off. 1, 61. Animum mixtum gaudio ac metu, Cupiditatem, Desideria, rixas: vid. Burm. ad Calp. Flacc. Decl. 13 p. 808. Bellum gerere, idem quod Facere bellum. Cic. de Senect. 32 Nisi forte ego vobis, qui et miles et tribunus et legatus et Consul verfatius sum in vario genere bellorum, cessare nunc videor, quum bella
50 non gero. Bellum continenter gerere, vid. CONTINEO. Cic. de Fin. 2, . . . Stoicis quibuscum Bellum gerebat, opponeretur. Bellum cum aliquo aduersus aliquem Nep. 12, 3, 1. Bene et feliciter aliquid Cic. Philipp. 5, 20. Captiuum Sen. Troad. 713. *i. pro capto.* Censuram Plin. 17, 1. Ciuem patremque Claud. Consul. Honor. 4, 294. *i. pro ciue etc.* Coniecturam perspicuam solet prae se gerere affectionis ratio Cic. de Inuent. 2, 30. Sallust. in Iugurth. c. 85 Nam gerere, quam ferri Consulatum tempore posterius, re atque vsu prius est. Sic, Gerere Consulatum Cic. pro Sext. 79. Nep. 24, 2, 1. Factum pulcherrimum ex auctoritate Senatus Cic. pro Domo
60 94. Fidem fluxam, Fide integra non esse, Plaut. Capt. 2, 3, 79 Fac fidelis sis fideli, caue fidem fluxam geras. Formam gerit imago Lucret. 4, 49. Plaut. Amph. prol. 132 Mercurius Formam Sosiae serui gerit absentis. Honores Plin. Epist. 7, 272. Liu. 29, 11 extr. Absens creatus, absens eum Honorem gessit. Nep. 25, 65 6, 2. Immanitatem beluae gerit figura hominis Cic. Off. 3, 82. Imperium Nep. 15, 5 extr. In oculis, vid. OCVLVS. In capite galeam Nep. 14, 3, 2. Ingenium callidum Plaut. Afin. 2, 1, 9. Liu. 40, 46 pr. Inimicitias per annos multos vobis ipsis graues et atroces geritis. Inimicitias graues cum aliquo Cic. Diuin. Verr. 66.
70 Cic. pro Cael. 67 Neque enim muliebres vnquam inimicitias mihi gerendas putavi, praesertim cum ea, quam omnes semper amicam omnium potius quam cuiusquam inimicam putauerunt. Inimicitias veteres cum Caesare gerebant Caes. B. C. 1, 3. Sic Cic. Diu. Verr. 66 c. 21 extr. Iras Plaut. Poen. 3, 6, 18. Ter. Hec. 3, 1, 30 Pueri inter sese quam pro leuib. noxis iras gerunt? Meque vosque in omnibus rebus iuxta geram Sall. Iug. 85, 47. *i. tractabo.* Cic. de Senect. 10 Quadriennio post factus Praetor: quem magistratum gessi
C O S S. Tuditano et Cethego. Male geritur, quidquid geritur fortunae fide P. Syr. Mim. Manus gerere, vid. NVGIGER.
80 Plin. 11, 40 Vrsae Mammas quaternas gerunt. Morem, Obedire, obtemperare. Ter. Adel. 4, 5, 74 Si frater aut sodalis esset, quē magis Morem gereret? Cic. Tusc. 1, 17 Geram tibi Morem, et ea quae vis vt potero explicabo. Add. Nep. 2, 7, 3 et 14, 4, 3. Morem amori Ouid. Amor. 2, 2, 13. Ter. Andr. 4, 1, 17 Molestus certe ei fuero, atque animo Morem gessero. Idem Heaut. 5, 1, 74 Quid agis? C. mitte: ac sine me in hac re gerere mihi Morem. Plaut. Cist. 1, 1, 86 Obsequuta est, de ea re gessit Morem/morigerae mihi. Cic. de Amicit. 88 Et hi, qui rerum cognitione, doctrinaque delectantur, et hi, qui suum Negotium gerunt otiosi, postremo hi, qui
90 se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam sentiunt. Iulian. in l. quoties D. de solutionib. Quoties vnus ex fideiussoribus suam partem soluisset, tanquam negotium reo gessisset: perinde habendum est, etc. Negotium suum cum consilio alterius Cic. Att. 13, 3. Negotium male Id. in Catil. 2, 21 c. 10. Negotium otiose, vid. OTIOSVS. Pro tua fide et diligentia ex voluntate alicuius susceptum negotium gerere Cic. Fam. 13, 5. Fulvia Nihil muliebrem praeter corpus gerens Vell. 2, 74, 3. Virg. Aen. 2, 89 — et nos aliquod Nomenque, decusque Gessimus. Liu. 28, 28 pr. Neque id tam dignum ira erat, quam quod extra necessitates belli
100 praecipuum in Romanos gerebant Odium. Plin. 11, 30 Formicae gerunt Onera morsu. Partum, idem quod Vterum gerere, et grauidam esse. Plin. 7, 5 Caeteris animantibus statum et pariendi, et Partus gerendi tempus est: homo toto anno et incerto gignitur spatio. Patrem Claud. Conf. Hon. 4, 294. ita mox Procum. Cic. Off. 1,
105 115 Ipsi autem quam personam gerere velimus, a nostra voluntate profici-

proficiscitur. Id. ibid. 1, 124 Est igitur proprium munus magistratus, intelligere se gerere Personam ciuitatis. Potestatem Id. Verr. 2, 138. Id. de Inuent. 2, 157 Prae se gerit quandam vtilitatem, quo magis expetatur. Praelia Ouid. Epist. 18, 38. Plaut. Epid. 1, 1, 23 Iam tu autem nobis Praeturam geris. Priuatim aliquid Cic. 5 de Fin. 5, 57. Procum, *i. personam proci, ambire puellam* Claudian. de Nupt. Hon. 32. *ita modo* Patrem. Plaut. Poen. 1, 1, 91 Meretricem Pudorem gerere magis decet, quam purpuram. Pugnas Claud. in Conf. Hon. 6, 141. Rem aliquam gerere: *b. e. Agere* Plaut. Bacch. 4, 6, 25. Ter. Eun. 5, 4, 1 Reuiso quidnam Chaerea hic re- 10 rum gerat. Rem aut negotium aliquod gerere et administrare Cic. de Inuent. 1, 37. A Rebus gerendis senectus abstrahit? quibus? Id. de Senect. 80. Plaut. Capt. 3, 2, 1 Quid est suauius, quam bene rem gerere bono publico? Meo Remigio rem gero Idem Mil. 2, 1, 149. Id. Perf. 2, 2, 17 Face hanc Rem cum cura geras, curriculo 15 vola. Rem bene gerere, *Salutationis loco positum: vid.* GAUDIO. Plaut. Capt. 3, 1, 24 Sciuu extemplo Rem de compacto geri. Rem aliquam ex sententia Cic. Fam. 1, 6. Rem feliciter et ex sententia Id. ibid. 2, 6 (7). Rem leuiter Plin. 15, 29. Rem male Hor. Serin. 2, 3, 74. Nep. 1, 3, 3. Cic. pro Rosc. Amer. 111 In priuatis 20 rebus si qui Rem mandatam non modo malitiosius gessisset sui quaestus aut commodi causa, verum etiam negligentius, cum maiores summum admisisse dedecus existimabant. Rem aliquam palam Id. Att. 16, 9. Plin. 12, 25 Alexandro Magno res ibi gerente. *Locum Varronis de formula rem gerere, in quantum ea de imperatoribus adhibetur, posuimus* 25 *in principio huius articuli.* Cic. Acad. 4, 55 Sic innumerabiles paribus in locis esse eisdem nominibus, honoribus, rebus gestis, ingeniis, etc. *Vid.* RES. Nep. 22, 3, 3. Res alias gerere, *pro Non attendere ad ea, quae dicuntur, ut, aliud agere.* Plaut. Cist. 4, 2, 53 Mi homo obsecro alias res geris, ego tibi meas mando. Res aliquas 30 libidine, non ratione Cic. pro Quint. 14. Res omnes humanae sapientia geruntur Idem de Orat. 2, 344 c. 84. A rebus gerendis senectus abstrahit Id. de Sen. c. 6. Rebus minus apta gerendis Ouid. de Arte Am. 1, 415. Rempubl. gerere, *pro Administrare et praesse Reipubl. gubernandae* Plaut. Amph. 1, 1, 41. Cic. de Fin. 3, 35 68 Vt sapiens velit gerere, et administrare Rempubl. Tum hercle eo die, quo ego COS. sum creatus, male gesta Respubl. est, multo peius quam quum Valerius periit Liu. 3, 19 *extr.* Rempublicam solus gerit, orbemque terrarum gubernat Cic. pro Rosc. Amer. 131. Rempublicam bene Idem Post. red. ad Quir. 21. Id. Verr. Act. 1, 40 46 Nunc autem homines in speculis sunt: obseruant quemadmodum Se vnusquisque vestrū gerat in retinenda religione conseruandisque legibus. Quinctil. 2, 17, 42 Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius Se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artem. Se gessit contra disciplinam meam Plin. Epist. 10, 82. Se excellen- 45 tius in Republica Cic. pro Sext. 96. Parum feliciter Se gerere Scribon. Epist. . . Se honeste Cic. Att. 6, 1. Se inartificialiter, *vid. modo* ARTIFICIALITER. Se perdit, *vid.* PERDITVS. Vbera admouit infantibus Matremque Se gessit Flor. 1, 1, 3. Se parum Splendide Nep. 25, 14, 2. Se non perdit Cic. Att. 9, 2. 50 Se pro ciue Idem pro Arch. 11 c. 5. Pro herede se gerere *ICtorum est.* *Vid.* Tit. Vlpian. 22, 35. *Add.* Vlpian. l. 4 de religiof. Cic. Off. 1, 90 c. 26 Vt recte praecipere videantur, qui monent, vt quanto superiores simus, tanto Nos geramus summissius. Idem Tusc. 2, 48 c. 21 Si turpissime Se illa pars animi geret, quam dixi esse mollem, 55 etc. Se turpiter gessit in legatione Plin. Epist. 2, 12. Se ita gerit, vt sibi iam decemuir esse videatur Cic. pro L. Agr. 2, 16. Se ita gessit: *b. e. Ita se habuit.* Cic. de Amicit. 19 Qui ita Se gerunt, ita viuunt, vt eorum probetur fides, integritas, aequalitas, liberalitas. Hic autem sic Se gessit, vt communis infimis, par principibus 60 videretur Nep. 25, 5, 1. Sensus abditos, *vid.* ABDO. Cic. Off. 3, 16 Nec ii, qui sapientes habiti sunt et nominati. M. Cato, et C. Laelius, sapientes fuerunt. ne illi quidem septem: sed ex mediorum officiorum frequentia Similitudinem quandam gerebant Speciemque sapientum. Cic. Att. 14, 13 Patere obsecro te pro Republ. videri 65 gessisse Similitatem cum patre eius. Id. pro Quint. 12 Quasi ii, qui magna fide Societatem gererent. Speciem teli Columel. 3, 17. Idem 8, 2 Nam et paternam Speciem gerunt, et salacitatem fecunditatemque vernaculam retinent. *de gallis gallinaceis.* Tela Virg. Aen. 1, 192. Tempus pubertatis et primae adolescentiae Suet. 70 Domit. c. 1. *i. agere.* Plaut. Truc. 2, 1, 43 Equis huic Tutelam ianuae gerit? Vestem indutui Tacit. Ann. 16, 4. Vincla Ouid. Met. 4, 680. Vtilitatem quandam, quo magis expetatur, prae se gerit amicitia et bona existimatio Cic. de Inuent. 2, 157. Vultum fortunae secundae gerere in aduersis, mos Romanus Liu. 42, 62. 75 ¶ 2 *Obseru.* Cic. de Fin. 5, 52 Maximeque eos videre possumus res gestas audire et legere velle, qui a spe gerendi absunt, confecti senectute. Hoc geritur, *i. Fit, peragitur* Virg. Georg. 4, 305. Cic. de Fin. 5, 68 Itaque vt quisque optime natus institutusque est, esse omnino nolit in vita, si gerendis negotiis orbatus, possit paratissimis 80 vefci voluptatibus. *In MSS. confunduntur Gerere et Regere: Dra- kenb. ad Sil. 5, 242.*

GERENS, entis. Partic. [*ἔργων*] Bella gerens Hor. Carm. 4, 4, 17. Animum gerens curamque virilem Virg. Aen. 9, 311. Furrores in corde gerens Catul. Argon. 62, 54. Virginis os, habitum- 85 que gerens Virg. Aen. 1, 319. Vulnere gerens Idem ibid. 2, 278. Sui negotii bene gerens Cic. pro Quint. 62 c. 19.

GESTVS, a, um. Partic. [*νεπαργυμένος*] Plaut. Trin. 5, 2, 58 Re bene gesta saluus redeo. Idem Rud. 4, 4, 28 Hoc modo res gesta est, vt ego dico. Res gestae a plurimis omnium anteponuntur 90 virtutibus Nep. 15, 1, 4. Rerum gestarum gloria Idem 21, 1, 2. Maximis rebus gestis venerunt Id. 7, 5, 7. Comitia armis seruilibus gesta Cic. de Legib. 3, 45. Plin. 14, 22 Ad Proconsulatum vsque e Praetura honoribus gestis. Cic. pro Muraen. c. 23 Gestus est mos et voluntati et dignitati tuae. Bene gestae res Virg. Aen. 95 9, 157. ¶ 2 *Substant.* Nep. 14, 1, 2 Obscuriora sunt gesta eius. Tacit. Agr. 22 Nec vnquam in suam famam gestis ex- fultauit.

GESTVRVS, a, um. Part. Praelia gesturus Consul Lucan. 2, 278.

GERITIO, ōnis. f. *Idem quod Gestio.* Legitur l. 14 §. 8 D. de 100 religiosis et sunt. Plerique filii cum parentes suos funerant, vel alii, qui heredes fieri possunt, licet ex hoc ipso neque pro herede geritio, neque aditio praesumitur; tamen solent — testari pietatis gratia se facere sepulturam. *Sed merito suspicantur viri docti errorem interces- sisse, scribendumque gestio.* 105

GERO, ōnis. m. Muli aeris, damnigeruli, foras — gerones
Plaut. Truc. 2, 7, 1.

GERVLVS, i. m. [*βασύλων, νομιστήρ*] Qui fert aliquid, siue baiulus. Suet. in Calig. c. 40 Ex gerulorum diurnis quaestibus pars octava exigebatur. Hor. Epist. 2, 2, 72 Festinat calidus mulis, gerulisque redemptor. Conf. Sen. de Benef. 3, 28. Colum. 10, 310. Apul. Met. 3 sub fin. Verborum gerulus Apul. Apol. p. 323. Plaut. Bacch. 4, 9, 79 Tua infamia fecisti geruli figulos flagitii.

GERARIA, ae. f. Quae aliquid gerit. Plaut. Mil. 3, 1, 103 Iam pridem quia nihil abstulerit succenset geraria. Quidam scribunt Ceraria, sed Gerariam legit Turnebus Adu. 7, 6 ut sit puerorum gerula: atque ut onerariam nauim gerariam vocauit, ita quoque infantium gerulam appellauit gerariam. Geraeram probat Gronou. v. v.

GERVLVS, a, um. Adj. Nauis gerula sacrorum Solin. c. 1. Cornua potuum gerula Id. c. 20. Apul. Met. 6, 181, 32 Diuinæ formositatis gerula. Psyche pyxidem Proserpinae ferente. Tertull. adu. Iudaeos c. 9. et Hieron. ad Laetam. . Mulier quae infantes vbiis gerebat.

GERVLO, ōnis. m. Gestaminum modus numerum gerulorum excedit Apul. Met. 3 sub fin. sec. lectionem Elmenborst. al. gerulorum.

GERVNDIVM, i. n. Appellatio Grammaticorum, qua signant veteres quidem voces illas Amandi, Amando, Amandum itemque Amatum et Amatu, quae duae posteriores Supina vocantur a recentioribus. Vide plena manu differentem de istis Vossium de Anal. 3, 9. Nos pauca Grammaticorum loca proposuisse satis habebimus. Ergo Diomed. 1 p. 347 extr. in declinatione (hodie coniugationem vocant) verbi palliui, Modo Participiali, amandi, amando, amandum, amatum, amatu. Apud quosdam haec verba gerundi sunt, quae Probus supina appellat. Conf. p. 333 post pr. Priscian. 8 p. 808 post med. Gerundia quoque vel participialia cum participiorum vel nominum videantur habere obliquos casus, nec tempora significant, quod est alienum a verbo; Infinitiuum tamen vice funguntur, quod solet apud Graecos articulis coniungi, etc.

GERVNDIVVS modus vocatur Seruio in Donat. p. 1788 med. quod aliis Gerundium: sed recentiores Gerundiua vocant Participia illa in DVVS, quae formam et flexionem Gerundiorum habent. Vid. Perizon. ad Sanctii Mineru. 1, 15.

GESTVS, ūs. m. Curatio et administratio. Vt, Gestus tutelae. Vlpian. in l. ita autem D. de administ. tut. vel curat. Quod si postquam gessit, tunc se gestu abstinuit, etiam suspecti postulatio succedit.

¶ 2 Gestus, [*ὑπόστασις*] est Actio quaedam et quasi Pronuntiatio corporis. Quae Graeci quasi aliquos gestus Orationis, *χῆματα* appellant Cic. in Orat. c. 25. Nempe gestus est in corporis vel totius vel partium eius quodam motu et conformatione temporaria, affectionibus animi vel veris, vel quas fingere volunt, accommodata, easque exprimens.

Cic. de N. D. 2, 52 In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtilius. Idem Acad. 4, 145 Et hoc quidem Zeno gestu conficiebat. Moderatior omni gestu, omni versu aptior vita esse debet Id. Parad. 3. Summorum actorum gestus Cic. de Orat. 1, 252.

Distortus Quinctil. 6, 3. Iactantior, vid. IACIO. Incertus Quinctil. 1, 10. Non inurbanus Idem 6, 3. Numerosi Ouid. ex Pont. 4, 2, 33. Ridiculus Quinctil. 6, 3. ¶ 2 Verba:

Accommodare gestum ad vocem Quinctil. 1, 11. Agere gestum Cic. pro Quint. 77 c. 24. Agere gestum humeris Id. pro Rabir. Post. 36. Agere gestum in scena, vid. AGO. Capere gestum, vid. CAPIO.

Terent. Phorm. 5, 6, 51. Cauetur vitium in gestu motuque Cic. Off. 1, 130 c. 36. Componere gestum ad similitudinem saltationis Quinctil. 1, 11. Conficere gestu aliquid Cic. Acad. 4, 145. Contendere alternis gestibus Quinctil. 6, 3. Idem 2, 12 Emugiunt, multo discursu, anhelitu, iactatione, gestu, motu capitis furentes.

Imitari gestum alicuius Lucret. 4, 320. Intellego de gestu, vid. INTELLIGO. Tacit. Ann. 16, 4 Et plebs quidem vrbis, histrionum quoque gestus iuuare solita, personabat certis modis. Peccavit in gestu qui semel, non continuo existimatur nescire gestum Cic. de Orat. 1, 125. Placet illa gestu Ouid. Amor. 2, 4, 29. Sedatus et constans gestus Auct. ad Heren. 3, 26. Signare aliquid exiguo gestu Ouid. de Arte Am. 3, 275. Ineptis histrionum nonnulli gestus non vacant Cic. Off. 1, 130. In gestu nec vetustatem conspicuam, nec turpitudinem esse, ne aut histriones, aut operarii esse videamur Auct. ad Heren. 3, 26.

GESTVOSVS, a, um. Adj. [*ὑποκρίτης*] Qui multos gestus veluti mimus facit. Gellius 1, 5 Gestuosas Hortensii manus et argutas. Apul. Met. 10 p. 253, 17 Puelli — Incessu gestuosi. Add. Met. 11 p. 262, 18 ubi est Gressus gestuosus.

GERTVŌSE. Adu. Apul. . .

GESTVRIO; Gesturientes ap. Ammian. 16, 2 sed rectius leg. gestu terrentes.

GESTIO, ōnis. f. [*μεταχείρησις*] Curatio, et administratio. Cic. de Inuent. 1, 37 c. 26 Negotiis autem quae sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in negotii gestione considerantur: partim adiuncta negotio sunt, partim gestum negotium consequuntur. Add. Id. 2 c. 12.

GESTIO, iui et ii, itum, ire. [*γαργία*] Proprie est Laetitiam animi cum quodam corporis motu exprimere. Vid. Donat. ad Eun. 3, 5, 7. Fest. it. Non. 1, 138. Ter. Phorm. 1, 5, 30 Ipsum gestio dari mihi in conspectum. Cic. de Fin. 2, 14 Quorum alter laetitia gestiat, alter dolore crucietur. Perf. 1, 127 Non hic qui in crepidis Graiorum ludere gestit. Cic. Att. 4, 10 Gestio scire. Eidem 2, 7 Gestit animus. Et studio incassum videas gestire lauandi Virg. Georg. 1, 387. Pupulis gestire Apul. Met. 10 fin. Libertate dialogorum gestendum Quinctil. 10, 5, 15. de exercitationibus rhetoricis. Nimia voluptate gestire Cic. Off. 1, 102. Gestit paribus colludere Hor. de Arte Poët. 159. Animi forensibus negotiis defessi gestunt, ac volitare cupiunt Cic. de Orat. 2, 23. Animus gestit antiqua exequi supplicia Sen. Phoen. 37. Cic. de N. D. 1, 78 c. 27 Cur non gestiret — taurus equae contrectatione, equus vaccae? Gestunt parietes Caesari gratias agere, per translationem dixit Cic. pro Marcell. 10. i. Quasi gestu videntur parietes gratias agere. Antonius senatum delere gestit Id. Phil. 4 c. 6.

GESTIENS, ēntis. Partic. [*γαργίων*] Laetitia gestiens Cic. Tusc. 4, 15 c. 6. Idem de N. D. 2, 48 Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos a timore, hac gestienses comprimimus. Elatus inani laetitia, exultans, et temere gestiens Id. Tusc. 5, 16. Hor. Carm. 3, 3, 54 Vi-

105 fere gestiens.

GESTIENS, ēntis. Partic. [*γαργίων*] Laetitia gestiens Cic. Tusc. 4, 15 c. 6. Idem de N. D. 2, 48 Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos a timore, hac gestienses comprimimus. Elatus inani laetitia, exultans, et temere gestiens Id. Tusc. 5, 16. Hor. Carm. 3, 3, 54 Vi-

105 fere gestiens.

GESTIENS, ēntis. Partic. [*γαργίων*] Laetitia gestiens Cic. Tusc. 4, 15 c. 6. Idem de N. D. 2, 48 Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos a timore, hac gestienses comprimimus. Elatus inani laetitia, exultans, et temere gestiens Id. Tusc. 5, 16. Hor. Carm. 3, 3, 54 Vi-

105 fere gestiens.

- GESTICVLVS**, i. m. Diuin. *b. e. Paruus gestus, vel Gesticulatio.* Tertull. in Apologet. c. 19 Multis instrumentis cum digitorum supputatoriis gesticulis assidendum est. Illi supputatorii gesticuli totis olim libris depicti et declarati, quorum vnus Nic. Smyrnaei Graecè et Latine editus et cum Bedae de loquela per digltos libello comparatus est a Pet. Possino in Spicilegio Euangelico a p. 160 edit. Fabric.
- GESTICVLOR**, āri. [*χαρτωρίω*] *More histrionum se gerere.* Suet. Domit. c. 8 Gesticulandi saltandique studium. Histrionum gesticulatur Apul. Flor. 4 pr. Carmina gesticulari, i. Saltare ad numeros carminis. Suet. in Neron. c. 42 Super abundantissimam coenam iocularia in defectionis duces carmina, lasciuque modulata, quae vulgo innotuerunt, etiam gesticulatus est.
- GESTICVLATVS**, a, um. Part. Mores Solin. c. 27.
- GESTICVLATIO**, ōnis. f. Apul. Met. 10 Quieta et affectata gesticulatio nutibus honestis pastori pollicetur. Suet. Tiber. c. 68 Gesticulatio digitorum.
- GESTICVLĀTOR**, ōris. m. [*χαρτωμός*] *Qui gestus huiusmodi facit.* Columel. in praef. 1 Nec minus corporis gesticulatorem scrupulosissime requirant saltationis ac musicae artis studiosi.
- GESTICVLARIVS**, i. m. Idem. Ammian. 24, 16 Mutum puerum oblatum sibi suscepit gesticularium.
- GESTICVLARIA**, ae. f. Gell. 1, 5 Non iam histrionem eum esse diceret, sed gesticulariam: Dionysiamque eum notissimae saltatriculae nomine appellaret.
- GESTOR**, ōris. m. [*μηνοτής*] *Qui gerit, siue portat.* Plaut. Pseud. 1, 5, 14 Homines qui gestant, quique auscultant crimina, si meo arbitrato liceat, omnes pendeant; gestores linguis, auditores auribus. Sic Gestor negotiorum l. ult. D. de re iudic. it. l. 24 D. de appellat.
- GESTO**, āre. Frequentat, *Crebro vel consuetudine gerere.* Plaut. Curc. 5, 2, 4 Pater istum meus gestauit. *subaud.* Annulum. Ex vrbe atque Italia irritamenta gulae gestabantur strepentes itineribus Tac. H. 2, 62, 2. Gestare in aluo Plaut. Stich. 2, 3, 5. Plin. 8, 10 Decem annis gestare in vtero vulgus existimat. *de elephantis.* Caput fixum gestare in pilo Cic. Philipp. 11, 3. Ter. Adel. 4, 2, 24 Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis. Gestare collo Plin. in prooem. 1. Annulos gestabat Tacit. Hist. 4, 3. Gestare arma humeris Liu. 27, . . . Legitur et Gerere. Gestare aliquem in sinu, *Vehementer amare.* Ter. Adel. 4, 5, 75 Si frater aut sodalis esset, qui magis morem gereret; hic non amandus? hicine non gestandus in sinu est? Crimina Plaut. Pseud. 1, 5, 12. Gestas animum meum Idem Merc. 3, 3, 11. Ferrum et scopulos gestare in corde Ouid. Met. 7, 33. Verba, Vitia Sen. Epist. 123.
- GESTANS**, antis. *Passive hoc Participio utitur* Suet. Domit. c. 11. *i. gestatione utens, ut Vectores sunt qui vehuntur.*
- GESTITO**, āre. [*φορτωμός*] *Frequent. velut secundi gradus, a Gesto, gestas.* Plaut. Cist. 4, 2, 80 Eloquentia, unde sunt tibi haec cito crepundia? L. mea haec herilis gestitauit, non tua. Clipeum Mart. Capell. 3 post Metr. 3. Ficus poma gestitans Solin. c. 33. Plaut. Amph. 1, 1, 170 Nae ego homo infelix fui, qui non alas interuelli, volucrem vocem gestito. *Add. Id. Curc. 5, 2, 4. Mil. 1, 1, 7. Poen. 1, 2, 186.*
- GESTITATIO**, ōnis. f. Firmic. . .
- GESTITATOR**, ōris. m. Sidon. . .
- GESTĀTVS**, a, um. Partic. [*φορητής*] *A Gesto.* Martial. 1, 13 Gestatus biungis Regulus esset equis. *Add. Ibid. Epigr. 83.*
- GESTĀTVS**, ūs. m. [*κομιστής*] Plin. 15, 25 Iulianis gratus fapor, sed paene tantum sub arbore sua, adeo teneris, vt gestatum non tolerent. *i. Gestari non possint.*
- GESTATIO**, ōnis. f. [*Φάγησις*] *Vectio, portatio.* Cels. 2, 15 Gestatio quoque longis et iam inclinatis morbis aptissima est. *Est ille locus classicus, unde ista hic transferimus; Genera gestationis plura sunt. — Gestationum lenissima est nauis, vel in portu, vel in flumine; vel lectica, aut scamno: acrior vehiculo: vehementior in alto mari nauis. Atque hae ipsae intendi et leniri possunt. Si nihil horum est, suspendi lectus debet et moueri.* Seneca Epist. 56 *A gestatione quum maxime venio, non minus fatigatus sum, quam si tantum ambularem, quantum sedi.* *Add. Id. Epist. 15. Martial. 5, 21. Plin. 26, 3.*
- ¶ 2 Est locus gestationi aptus, vt Coenatio, Ambulatio.* Plin. Epist. 2, 17 Ab his gestatio in modum circi, quae buxum multiformem, humilesque et retentas manu arbusculas circumit. Idem ibid. 1, 3, 1 Quid illa mollis, et tamen solida gestatio? *Vid. Sidon. Epist. 2, 9 c. not. Sirm. Suet. Claud. c. 33. et Vesp. c. 21. l. 13 §. 4 D. de usufr. et quemadm. Sen. Epist. 33 et 55. Buchner. ad Plin. Epist. 9, 7 n. 515. Lips. Cent. Miscell. Epist. 11.*
- GESTĀTOR**, ōris. m. [*Φορητής*] *Qui gerit.* Plin. Epist. 9, 33 Delphinus gestator puerorum. Macrob. 4 p. 141 Mercurius gestator affabilium colubrarum. Innocui gestator corporis Prudent. Apoth. 1001 (937).
- GESTĀTRIX**, icis. f. Diua gestatrix Gorgonei monstri, i. Pallas Valer. Argon. 4, 605.
- GESTĀMEN**, inis. n. [*Φόρμα, γνώρισμα*] *Quidquid gestatur vel geritur, vt Vestes, arma, sceptrum.* Virg. Aen. 3, 286 Aere cauo clipeum magni gestamen Abantis, Postibus aduersis figo. *i. Quod geri solebat a magno Abante.* Plin. 37, 8 Hoc vectigal, hocque gestamen diuites in ceruice gratissimum norunt. Idem 32, 2 Religiosum gestamen. Mulieres candido splendentes amicimine; vario laetantes gestamine, verno florentes coronamine Apul. Met. 11 p. 261, 9. *Add. p. 258, 32. Tacit. Ann. 2, 2 Quoties per vrbes incederet lecticae gestamine.*
- GESTATORIVS**, a, um. Adi. [*Φορηματικός*] *Sella gestatoria, In qua aliquis geritur: vel Quae ab aliquibus defertur* Suet. in Neron. c. 26. et Vitell. c. 16.
- GESTATORIVM**, i. n. [*Φορητόν*] *Lectica.* Suet. in Claud. c. 17 Solitus etiam in gestatorio ludere.
- GESTABILIS**, e. Adi. Caelum Cassiod. 1 p. 45. *i. machina caelum ostendens.*
- GERONTEA**, ae. f. *Herba, al. Senecio.* Apul. de Herb. c. 75.
- GERONTOCOMIVM**, i. n. *Domus alendis senibus destinata.* l. 16 et 22 C. de Sacros. Eccles.
- GERRAE**, arum. f. [*γέρραι*] *Audiamus de hoc nomine Festum, Gerrae, crates vimineae. Athenienses cum Syracusas obsiderent, et crebro gerras poscerent; irridentes Siculi Gerras clamitabant. Vnde factum est, vt gerrae pro nugis et contemptu dicantur. Haec Festus. Misi ad te friuola, gerris Siculis vaniora Aufon. Epist. ad Symmach.*

Plaut. Poen. 1, 1, 9 Nam tuae blanditiae mihi sunt, quod dici solet, gerrae germanae, atque edepol *λήροι λήρων* (lirae, lirae Gron.) Idem Epid. 2, 2, 49 Quid istae, quae quotannis nomina inueniunt noua, etc. gerrae maxumae. Add. Id. Trin. 3, 3, 31. Vid. Non. 2, 385
 5 qui Congerrones hinc deriuat. Gerrae pro Gerronibus Plaut. Afin. 3, 3, 10. Gerra, *ἄδαμινός* Vet. Gloss. *Ἰουδαμινός*, Nihilo, nugatorius, gerra Ibid. Conf. CERRO.

GERRES, Genus piscis vilis. Plin. 32, 11. Martial. 12, 32 Fuisse gerres, aut inutiles maenas Odor impudicus vrcei fatebatur. Sic 3, 35.

10 GERRO, onis. m. [*Ἐλάρος*] Nugator siue Nugarum inuentor. Ter. Heaut. 5, 4, 10 At ego (si me metuis) mores caue in te esse istos sentiam. CL. quos? C. si scire vis, ego dicam, gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnosus. Vid. Plaut. Mostel. 3, 2, 33.

GERVS, f. GERYS. [*Γέρας*] Fluuus Scythiae. Flacc. Argon.
 15 6, 67 Potaque Gerys quos efferat vnda. Vbi vide Burmann.

GERVLVS, GERVDIVM, vid. GERO.

GERVSIA, ae. f. Curia, ab aetatis vocabulo dicta Festo. Quod enim Senatus Romae, hoc ferme fuit *γερασία* Sparta: ipsa quoque e senibus dicta, qui Graece *γέρωντες* dicuntur. Item Gerusia est aliarum
 20 ciuitatum, nec senatum modo sed ipsam etiam Curiam significat. Vid. Vitruu. 4, 8. Plin. 35, 14. et Plin. Epist. 10, 42.

GERYON, vel GERYONES. [*Γηρύων*] Rex fuit Hispaniae: qui ideo trimembris fingitur, quia tribus insulis praefuit, quae adiacent Hispaniae, Balearicae minori et maiori, et Ebusae. Fingitur
 25 etiam bicipitem canem habuisse, quia et nauali et terrestri certamine plurimum potuit. Hunc Hercules vicit: qui ideo fingitur ad eum olla aerea transuectus, quod habuit nauem fortem et aere munitam. Haec Seruius ad Virg. Aen. 7, 661 Postquam Laurentia victor, Geryone extincto, etc. Hoc nomen et Geryones, Geryonae, et Geryo-

30 nes, Geryonis, et Geryoneus, secundum Priscianum declinari potest. Hor. Od. 2, 14, 7 Ter antplum Geryonen dixit. Sil. 3, 422 Geryonae peteret cum longa tricorporis arua. Et 13, 201 Monstrum Geryones inmane tricorporis irae. Triplex Geryon Claud. in Ruff. 1, 294. Lucret. 5, 28 Quidue tripectora tergemini vis Geryonai.

35 GERYONEVS, a, um. Adi. Apul. 2 Geryonea caedes.

GERYONACEVS, a, um. Adi. Plaut. Aul. 3, 6, 18 Geryonaceum genus. i. Monstri simile.

G E S

40 GESCLITHRVM, Specus, inquit Turnebus, unde spirare Aquilonem Plinius 7, 1 dicit, et Gesclithrum vocat, duobus diremto distinetumque vocabulis, *γῆς κλειθρον*, id est terrae claustrum censeo vocandum. Nam etsi barbara in regione erat, tamen Graeci ei de sua lingua nomen
 45 indiderant, ut et plurimis, linguae suae ambitiose fauentes. Haec ille.

GESEORETA, ae. f. Nauis genus. Gell. 10, 25; Turneb. Adu. 19, 32 legit gestoria. Est larga ibi coniecturarum materies.

GESOMPHALON, i. n. Herba. Apul. de Herb. c. 43. *Γῆς ὀμφαλός* est umbilicus terrae.

50 GESTA, GESTAMEN, GESTATORIVM. Vid. GERO. GESTICVLOR, GESTIO, GESTO, GESTVOSVS, GESTVS. Vid. GERO.

GESVM, vid. GAESVM.

G E T et G E V

55 GETAE, [*Γέται*] Populi Thraciae, natura et moribus feroces: Ouid. ex Pont. 2, 7, 31 Nulla Getis toto gens est truculentior orbe. Deserta Getarum Virg. Georg. 3, 462. Flau. Claud. de Rapt. Proserp. 2, 65. Pharetrati Ouid. Trist. 4, 10, 110. Vagus campis
 60 Sen. Hippol. 2. Legitur et Getes apud Ouid. ex Pont. 4, 2, 22 Effet, crede mihi, factus et ipse Getes.

GETICVS, a, um. Adi. [*Γετικός*] Humus Getica Ouid. ex Pont. 3, 2, 45. Virg. Aen. 3, 35 Graduumque patrem, Geticis qui praesidet aruis. Litus Ouid. Trist. 3, 12, 14. Plectrum Geticum, pro Orphei plectro ponit Statius, qua ratione videtur etiam Thra-
 65 ces inter Getas numerare, Silu. 2, 2, 61. Idem ibid. 3, 1, 17 Tyrione hac moenia plectro, An Getica venere lyra?

GETHYON, i. n. Ceparum genus. Plin. 19, 6 et 7.

70 GETVLI, f. GAETVLI, quod melius, [*Γαιτῆλοι*] Africae populi. Hi et Libyes, primi omnium ex Punicorum annalium fide Africam tenuerunt, asperi, incultique: quibus cibus erat caro ferina, atque humi pabulum uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, aut imperio cuiusquam regebantur: vagi, palantes: quo nox
 coegerat, sedes habebant. Sallust. in Jug. 18 pr. Add. Plin. 5, 4 extr.

75 GETVLVS, f. GAETVLVS, a, um. Adi. Leo Gaetulus Virg. Aen. 5, 351.

GETVLICVS, a, um. Adi. Iuuen. Sat. 8, 26 Agnosco procerem; salue Gaetulice; seu tu, etc.

GEVM, i. n. Herba. Plin. 26, 7.

80 GEVSIAE, arum. f. Pl. Genae. Geusiarum orificia Marc. Empir. c. 11.

G I B

85 GIBBVS, i. m. [*κύρτωσις*] Tumor in quacunque corporis parte. Iuuen. Sat. 6, 109 Attritus galea, mediisque in naribus ingens Gibbus, et acre malum semper stillantis ocelli. Et 10, 294 Cuperet Rutilae (puellae tum notae) Virginia gibbum Accipere, atque suam (faciem) Rutilae (deformi insuper) dare, ut tuta esset ab iniuria Appii Decemviri, etc. Et mox 309 Strumosum, atque vtero pariter
 90 gibboque tumentem. In duobus posterioribus locis illam scapularum deformitatem notat.

GIBBA, ae. f. Gibba pone ceruicem enata Suet. Domit. c. 23. Prominere in gibbas Ammian. 23, .

95 GIBBVS, a, um. Adi. [*κυρτός, ἠβός, ἰβός*] Pro Conuexo. Cels. 8, 1 Igitur caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinsecus gibba, vtrinque laeuis.

GIBBER, eris. m. [*κύρτωσις*] Idem quod Gibbus. Interfascilium erat aucto gibbere Apul. Flor. 2. Iuuenalis falso dicitur, Attritus gibbere nasus. Plin. 8, 45. et 34, 3. Varr. de R. R. 2, 5,
 100 7 Gibberi spina leuiter remissa, esse vult vaccas. Vid. quae ibi notata sunt.

GIBBEROSVS, a, um. Adi. [*κυρτός* Gloss. Gr. Lat.] Paul. in l. 3 D. de Aedilit. edict. Vel proterui, vel gibberosii. Sic enim habent Pandectae Florentinae, quamuis *Hátoander* legat Gibbosi. Sueton. de Illust. Gram. c. 9 Interrogatus Orbilius a Varrone diuer-
 105 5 I 2 fae

fae partis aduocato, quidnam ageret, et quo artificio vteretur, GIBBEROSOS SE DE SOLE IN VMBRAM TRANSFERRE respondit, quod Muraena GIBBER erat.

GIBBOSVS, a, um. Adi. [*ἀμφίκυρος*] Qui gibbum habet. Celsus . . .

GIBBER, era, erum, et GIBBER, is, et e. Adi. [*κυρώδης*] Idem. Plin. 10, 26 Africae hoc est gallinarum genus, gibberum, variis sparsum plumis. Varr. de R. R. 3, 9, 18 Gallinae Africae sunt grandes, variae, gibberae. Tuber gibberum Maecenas ap. Sen. Epist. 101. Gibberum, Extantem et eminentem Nonius interpretatur 6, 24. Varro Eumenidibus, Item tragici prodeunt, capite gibbero, cum antiqua lege, ad frontem superficies (f. superficies) accedebat.

GIGARTON, i. n. Vucae excrementa, quae Graeci gigarta vocant Pallad. Nou. c. 20.

G I G

GIGAS, antis. m. [*γίγας*] E terra natum significat, quasi γηγενής esset. Fingunt Poëtae Gigantes homines fuisse, seu potius hominum monstra, corporibus maximis, quos irata Tellus procreavit, ut contra superos arma capefferent, et Iouem e suo regno deturbarent. Horum nomina varia, ut Enceladus, Porphyrion, Typhoeus, Damastor, et alia, quorum meminerunt Poëtae Graeci et Latini, inter quos Claudianus de Gigantomachia opus reliquit, Graece scriptum, cuius fragmentum ad nos peruenit. Plura nomina memorat Hyginus fabularum principio, quae illustrat Munckerus. Vid. Macrob. Saturn. 1, 20. et Hesiod. Theog. 185.

Ouid. Met. 1, 152 Affectasse ferunt regnum caeleste gigantes, Altaque congestos struxisse ad sidera montes, etc. Et Fast. 5, 35 Terra feros partus, immania monstra, gigantes Edidit, anseros in Iouis ire domum. Centimanus Gigas Hor. Carm. 2, 17, 14 est Gyas v. v. Cohors impia gigantum Idem ibid. 2, 19, 22. Magni Lucret. 4, . . . Saenius Valer. Argon. 4, 200. Saeni Lucan. 1, 36. Terrigenae Idem 3, 316. More Gigantum bellare cum diis, quid aliud est, nisi naturae repugnare? Cic. de Senect. 5 c. 2. Cum Titanis et Gigantibus sua propria bella gesserunt dii Id. de N. D. 2, 70.

GIGANTEVS, a, um. Adi. [*γίγαντες*] Furiae Giganteae Claud. de Rapt. Proserp. 1, 152. Ouid. Trist. 2, 71 Quumque Gigantei memorantur praelia belli. Iupiter clarus giganteo triumpho Hor. Od. 3, 1, 6.

GIGANTINVS, a, um. Adi. Bernhard. Epist. 236.

GIGANTOMACHIA, ae. f. Liber Claudiani fuit.

GIGERIA, orum. n. Nonius 2, 390 interpretatur Intestina gallinarum, et quae cum his coquebantur. Lucil. 8 Gigeria sunt sine alio, his vescamur alacriter. Gigeria pullorum coquere Apic. 4, 2. Sed Festi epitomator Gigeria ex multis opsoniis esse composita existimat.

GIGNADIVS, i. m. Sarisb. 1, 8. Luforem interpretantur.

GIGNO, genui vel ginui, secundum Diomedem, genitum, &c. [*γεννώ*] Deriuatur ab antiquo Geno ea fere ratione, ut a *τενω τικτω*, etc. Vtrique sexui commune est: cum non mares tantum, sed feminae etiam, gignere dicantur. Tacit. Ann. 13, 45 Eam in matrimonio Rufi Crispini, Equitis Romani, ex quo filium genuerat, Otho pellexit. Cic. Off. 1, 22 c. 7 Placet Stoicis, quae in terris gignuntur, ad vsum hominum omnia creari. Id. de Diuin. 2, 59 Quod non intelligunt feminum vim, quae ad gignendum procreandumque plurimum valeat, funditus tolli, mediocris erroris est. Gigni et propagari initium sui generis ab se volebat Verres Id. Verr. 5, 179. Parere et gignere, et proferre Auct. ad Heren. 4, 7. Quae terra gignit, maturata pubescunt Cic. de N. D. 1, 4. Gignimur, et vitae limen inimus Lucret. 3, 682. Cic. de Fin. 1, 23 Ad maiora enim quaedam nos natura genuit et conformauit, ut mihi quidem videtur. Ad aliquid gigni Quintil. 1, 2. Animum ex sua mente et diuinitate genuit Deus Cic. de Vniuers. 23 c. 8. Blandimenta multa nobis natura genuit Idem pro Cael. 41. Capite gigni, vid. A Praepos. Gell. 12, 1 In illo capillum gignit teneriorem. Dolorem oculis gigni Lucret. 4, 332. Fastidium gignere Plin. 14, 16. Filius mihi gignitur Cic. de Orat. 2, 141. Ludus genuit certamen Hor. Epist. 1, 20, 48. Morbus et aegrotatio ex totius valetudinis corporis conuassatione, et perturbatione gignuntur Cic. Tusc. 4, 25. Plin. 10, 52 Et quadrupedes Oua gignunt. Oua gignunt pisces Cic. de N. D. 2, 129. Pedibus gigni. Plin. 7, 8 ad finem, Neronem quoque paullo ante principem, et toto principatu suo hostem generis humani, pedibus genitum parens eius scribit Agrippina. Pax et concordia extraneis gignitur, quum iam domesticis non insideat Cic. anteq. iret in exil. 9. Praeceptiones nouas gignere Auctor ad Heren. 4, 3. Qui non illustrauit modo, sed etiam genuit in hac vrbe dicendi copiam Cic. de Clar. Orat. 253. Plin. 10, 49 Auium confuso sanguine serpens gignitur. Thus aut piper gignitur Plaut. Trin. 4, 2, 89. Plin. 12, 7 Passim vero quae piper gignunt, iuniperis nostris similes. Virgulta pomis frugibusque gignendis felicia Gell. 19, 12. Vrbi vos genuisse deus videtur Cic. Philipp. 14, 32.

GIGNENS, entis. Partic. Substantiue Gignentia plantae, quae fructum ferre solent, et similes sui generare. Loca nuda gignentium Sall. Iug. c. 79. Ilex aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert Id. ibid. c. 93. Apul. de habit. doct. Plat. p. 6, 13 Animam animantium omnium non corpoream esse — omniumque gignentium esse senidrem.

GENITVS, a, um. Partic. Natus. Constat aeterna positumque lege est, constet vt genitum nihil Boeth. 1. 2 metr. 2. Plin. 11, 37 Septimo mense genitis saepenumero foramina aurium et narium defuere. Sanguine nostro genitus Ouid. Met. 2, 90. Martial. 10, 65 Cur frater tibi dicor ex Iberis, Et Celtis genitus, Tagique cuius? Genitus ad perdenda vina Plin. 14, 22. Sic Genitus ad superbiam Idem 7 in prooem. Cum Datio. Patere. 2, 102 Censorinum obiisse grauius tulit ciuitas, virum demerendis hominibus genitum. Genitus in: Patere. 2, 116 Cossus victoriae testimonium etiam in cognomen filii contulit, adolescentis in omnium virtutum exempla geniti. E furto genitus Sil. 7, . . . i. ex adulterio. Martial. 4, 55 Nos Celtis genitos et ex Iberis. Genitus in seruitio, pro Genitus seruus Plin. 7, 39. Liberaliter genitus, vid. LIBER. Geniti dentes in palato Plin. 11, 37. De Genita Mana Dea, vid. MANES.

GENITVS, us. m. Qui plurimos libros de genitu animalium reliquerunt Apul. Apol. . . Et ne per omnes animalium genitus pergam Ibid.

GENITVRVS, a, um. Aliud Partic. [*γεννησων*] Semina genitura populos Ouid. Epist. 12, 45. Virg. Aen. 9, 642 Dis genite et geniture deos.

GENITVRVS, a, um. Aliud Partic. [*γεννησων*] Semina genitura populos Ouid. Epist. 12, 45. Virg. Aen. 9, 642 Dis genite et geniture deos.

GENITVRVS, a, um. Aliud Partic. [*γεννησων*] Semina genitura populos Ouid. Epist. 12, 45. Virg. Aen. 9, 642 Dis genite et geniture deos.

GENITOR, ōris. m. [γενήτης] Qui gignit. Vid. Vall. 3, 70. Cic. de Vniuers. 24 Quo nihil ab optimo et praestantissimo genitore melius procreatum. *de anima.* Diuūm genitor, *Iupiter* Sil. 5, . . Deūm genitor rectorque Ouid. Trist. 2, 37. Primus mundi genitor
5 Columel. in praefat. 1. *statim ab initio.* Genitor Saturnius Cic. de Diuin. 2, 64. Dubio genitore creatus Ouid. Met. 5, 145. Genitores omnium vitiorum Graeci Plin. 15, 4. *A librariis permutantur* Genitor et Senior: *Burm. ad Val. Flacc. 1, 16.*

GENITRIX, icis. f. [γενήτρα] Genitrix semper, quae genuerit, vocatur Non. 5, 9. Frugum genitrix Ouid. Met. 5, 490. Magna Deūm genitrix Virg. Aen. 2, 788. Et Samia genitrix, quae delectatur arena Iuuenal. 16, 6. Genetrix in Inscript. *ut, Genetrix orbis de Liuia; Veneri generitrici: vid. Harduin. ad Plin. 2, 25 f. 23 not. 11.* Lucret. 1 pr. Genitricum senectam inuicem educant
15 Plin. 10, 23 f. 32. *de utroque parente, ciconiis.*

GENITVRA, ae. f. [γέννησις] Generatio. Plin. 18, 24 Inter diligentissimos conuenit, ut in alitum, quadrupedumque genitura, esse quosdam ad conceptum impetus terrae. Plin. 9, 35 Origo atque genitura conchae, est haud multum ostrearum conchis differens.
20 ¶ 2 Genituram, *Horoscopum vocauit* Suet. in August. c. 94 Verum genitura sua vix et cunctanter edita, exiuit Diogenes, adorauitque eum. *Add. Id. Calig. c. 57. et Tit. c. 9.* Ergo age ut falsa variet genitura figura Manil. 3, 166. Firmic. 3, . . Secundum hanc genituram et secundum has condiciones stellarum, et secundum testimonia, quae huic geniturae perhibentur, etiam hominum volunt fata disponi. Fatorum per genituram interpretes Ammian. . . ¶ 3
25 Genitura, [γέννημα] Semen genitale. Plin. 20, 8 Item quibus genitura, valetudinis morbo, effluat. Ibid. c. 23 Geniturae abundantiam quoquo modo haustum facit. Ibid. . . Extinguere genituram virorum. Idem 22, 22 Profluvia geniturae.

GENITALIS, e. Adi. [γενέθλιος, κηητικός] Idem quod Natalis. Plin. 9, 58 f. 84 Musculi in Nilo reperiuntur inchoato opere genitalis Aquae terraeque, *i. e. qua nascuntur.* Arua genitalia Ouid. Amor. 2, 13, 7. *i. Generandi vim habentia.* Aruum genitale, *per metaphoram Matrix feminae* Virg. Georg. 3, 136. Corpora quatuor genitalia, *i. Quatuor elementa.* Ouid. Met. 15, 239. Corpora genitalia vnus rei Lucret. 2, 547. Dies Tacit. Ann. 16, 14, 3. Dii, *vid. MANES.* Foedera Stat. Theb. 3, 300. Plin. 9, 35 Has ubi genitalis anni stimulaerit Hora, pendentes sese quadam oscitatione impleri roscido conceptu tradunt. Menses Gell. 3, 16 Septimus, decimus, nonus. Mundus Sil. 13, . . Origo genitalis rerum
40 Lucret. 5, 176. Partes genitales corporis Idem 4, 1038. Profluvium, *vid. Profluum in PROFLVO.* Partes genitales trunci, *Fertiles, vim gignendi habentes* Columel. 3, 6. Sedes Prudent. Cath. 10, 176. *i. patria.* Semina genitalia, *Quibus aliquid procreatur et gignitur.* Virg. Georg. 2, 324 Vere tument terrae, et genitalia semina poscunt. Tempus genitale, *i. Dies natalis* Ouid. Trist. 3, 13, 17. Passa marem genitalia viscera turgent Nemes. Cyn. 131.

GENITALE, is. n. [αἰδοῖον] *tam de Membro virili, quam animalium.* Plin. 10, 63 Cuniculis auersa genitalia. Offea genitalia sunt lupis Idem 11, 49. Genitale maris Plin. 28, 9. Ibid. c. 11 Vulpis masculae genitale circumligatum. Conf. Isidor. 11, 1. *Pro humore genitali f. semine animalium* Plin. 20, 14 f. 53 *de menta.* Eadem vi resistere generationi creditur: cohibendo genitalia denseri. Id. 20, 21 f. 83 Semen *mauae* adalligant brachio genitale non continentium.
55 GENITALITER. Adu. [γεννητικῶς] Lucret. 4, 1251 Vt femina possint Seminibus commisceri genitaliter apta.

GENITABILIS, e. Adi. Idem quod Genitalis, quemadmodum
60 Penetrabile et Penetrabile, *utrumque pro eadem re est in usu.* Lucret. 1, 11 Et referata viget genitabilis aura Fauoni. *Existimant tamen quidam docti apud Lambinum, hoc loco legendum Genitalis, non ob id solum, quod ita habeant aliquot libri manuscripti, verum etiam quod vox Genitabilis, non videatur Latinis usitata: Sed vox Genitabilis tamen reperitur apud Varr. de L. L. 4, 3. et Auien. Prognost. Arat. 509 Solers natura, et rerum genitabilis ordo.* Partes Arnob. 4 p. 146. *i. pudenda.*

GENITIIVS, a, um. Adi. [γεννητικός] *Grammaticis dicitur Casus genitiuus, quo genitores et geniti indicantur, siue quo respondetur ad quaestionem Cuius?* Gell. 4, 16, 3 *et alias, qui Patrium etiam casum appellat* 4, 16, 1, etc. Genitiuus, *quasi Genitalis, A natura ingenuus, et genuinus, et originalis, et cum nascente congenitus.* ut, Ouid. Met. 3, 331 Forma prior rediit, genitiuaque rursus imago, *i. sexus prior, in quo natus erat Tiresias.* Genitiuae notae Suet. in
75 August. c. 80. *congenitae.* Pro Genilitio. Ouid. ex Pont. 3, 2, 107 Adiectique probent genitiua agnomina Cottae.

GENIMEN, inis. n. [γέννημα] Progenies. Genimen vitis Vulgata Matth. 26, 29. Conf. Luc. 3, 7. Iob. 31, 12. Psalm. 65, 11. Prouerb. 8, 19. Tertull. adu. Hermog. c. 12. et Hieron in 30 Es.
80 Genimina viperarum.

GENIUS, i. m. [δαίμων] Deus est, cuius in tutela, ut quisque natus est, viuut. Hic siue quod, ut genamur, curat, siue quod vna genitur nobiscum, siue etiam, quod nos genitos suscipit ac tuetur, certe a genendo Genius appellatur. Eundem esse Genium et Larem,
85 multi veteres memoriae prodiderunt. — Euclides Socraticus duplicem omnibus omnino nobis Genium dicit appositum — Genius ita nobis assiduus obseruator appositus est, ut ne puncto quidem temporis longius abscedat — Haec et multa alia Censorin. de die nat. 3, qui etiam c. 2 *pluscula memoria digna habet, ad quae multa notauit Lindebrog.* Alter locus classicus est Apuleii de Deo Socr. p. 49 sq. *unde quaedam huc transferre non piget, legisse neminem poenitebit.* Quodam significatu et animus humanus, etiam nunc in corpore situs *δαίμων* nuncupatur — unde non nulli arbitrantur — *ἐνδαίμονας* dici beatos, quorum daemon bonus, id est animus virtute perfectus est. cum nostra lingua
95 — poteris Genium vocare, quod is Deus, qui est animus suus cuique, quamquam sit immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur, ut eae preces testantur, quibus Genium precamur ad coniunctionem nostram. — Ex sublimiori daemonum copia Plato autumat singulis hominibus in vita agenda testes et custodes additos, qui nemini
100 conspicui semper adsint; arbitri non omnium modo actorum, verum etiam cogitatorum. At ubi vita edita remeandum est, eundem illum, qui nobis praeditus fuit, raptare illico et trahere veluti custodiam suam (*custodiendum sibi datum*) ad iudicium, atque illic in causa dicenda assistere: si qua commentatiur redarguere, etc. *sequuntur enim*
105 *plura, diuina quidem, et lectu, si quid usquam dignissima.* Add. Ammian.

mian. Marc. 21, 14 *ibique Valef. et Lindebr. Sed nos hic loqui docemus maxime. Genii sunt vel Hominum, vel Urbium, vel Locorum, vel Statuarum, vel Domuum priuatarum, etc. de quibus vid. Reines. Inscript. aliosque Scriptores de Antiq. Roman. Add. Spanhem. Numism. Diff. 4 p. 221 seqq. Heinsf. et Drakenb. ad Sil. 2, 585. Quod ego per hanc te dexteram oro et genium tuum, etc. Ter. Andr. 1, 5, 55. Plaut. Stich. 4, 2, 42. Peculiariter appellatus fuit genius Magnus: Brouckhus. ad Tib. 4, 5, 9. Natalis quoque videtur dici Ibid. v. 19. Dis iratis, genioque sinistro Perf. 4, 27. Loci genius Virg. Aen. 5, 95. Scit Genius natale comes qui temperat astrum Hor. Epist. 2, 2, 187. Belligerare cum geniis suis, idem quod Defraudare genium Plaut. Truc. 1, 2, 81. Concelebrare genium choreis Tibul. 1, 7, 49. Iuuen. Sat. 6, 22 Antiquum et vetus est, alienum Posthume lectum Concudere, atque sacri genium contemnere fulcri, i. matrimonii religionem. Curare genium mero Hor. Carm. 3, 17, 14. Sic Perf. 2, 3 Funde merum genio: in cuius rei causam inquirat Censorinus de die nat. c. 3. Huc pertinet particula nobilissimae legis Theodosii M. quae est l. 10 C. Th. de Paganis, et ita adhuc editur Nullus omnino — secretiore piaculo, Larem ignem ero Genium, Penates nidore veneratus, accendat lumina, imponat tura, ferta suspendat. Nescio quem Ero genium hic commentum fuerant antiquiores, sed olim obseruatum a felibus criticis (vid. Taubm. praef. Plauti edit. 1612, b, b) legendum Larem igne, mero Genium, Penates nidore. Defraudare genium, Negare naturae quod appetit. Ter. Phorm. 1, 1, 10 Quod ille vnciatim vix de demenso suo suum defraudans genium, comparat miser, id illa vniuersum abripiet. Martial. 7, 77 Habes nec cor, nec genium, nec prudens es, qui utaris vilissimis cibis, mittas aliis pretiosos, nec tibi indulges. Indulgere genio, est Animo obsequi. Perf. 5, 151 Indulge genio, carpamus dulcia. Iurare per genium suum Sen. Epist. 12. Iuro potentis per genium Famae Castalidumque gregem Martial. 7, 12. i. per famam viuacem et secundam. Turneb. Aduers. 16, 19 obseruat viri adiurationem per Genium, mulieris per Iunonem fuisse. Imprecandi etiam formula est per genium iratum; Ut patet ex Inscr. apud Fabret. p. 76 QVIS HANC ARAM LAESERIT, HABEAT GENIUM IRATUM POPULI ROMANI, ET NUMINA DIVORVM. Natus male volente genio, vid. NASCOR. Obscuro per genium dextramque, deosque penates Hor. Epist. 1, 7, 94. Placare genium vino Id. de Arte Poët. 210. ¶ 2 Genius, ab aliquibus dicitur Vis ac naturae proprietas, Gratia et lepos natiuus, qui sit velut anima et vita libri. Martial. 6, 60 Victurus genium debet habere liber. Iuuen. Sat. 6, 561 Nemo mathematicus genium indemnatus habebit, Sed qui paene perit: non putatur peritus artis, nisi ausus principum fatis se immiscere, quod periculosum est. GENIO, are. Genium dare. Solin. in Pontico, ut legit Barthius Aduers. 44, 3 Candidus aether Astrigeram faciem nitido geniauit Olympo, quod Scal. Catal. p. 246 geniauit ediderat. Geniauit ergo fuerit, ornavit, venustam reddidit. Sed Barthius interpretatur, vitalem fecit, viuificauit. GENIATVS, a, um. Partic. Genio praeditus, hinc Amabilis, venustus. Vultu geniatu Capitolin. in Ver. c. 10. Vid. Gruter. ibi et Salmas. p. 108. Gloss. Ibid. Genialis, Gratus. Add. Cassiodor. 6. Epist. 3 et 6 et 12. GENIALIS, e. Adi. [τροφεὸς, γαμικὸς] Quod pertinet ad genium curandum, lactum, iucundum, etc. Bella genialia, i. Inter conuiuia exorta Stat. Achil. 1, 113. Copia pecudum genialis, i. Fecunda Plin. 17, 9. Iuuen. Sat. 4, 66 Genialis agatur Iste dies ut natalis, hilariter. Epulae Claud. de Rapt. Proserp. 2, 327. Festum Ouid. Fast. 3, 523. Virg. Georg. 1, 302 Inuitat genialis hiems, epulis apta. Iura, i. Coniugalia Stat. Silu. 3, 3, 108. Lectus Hor. Epist. 1, 1, 87. ubi vid. Torrent. Ouid. Amor. 3, 15, 19 Nunc elegi molles, genialis musa, valete. Praeda, Mulier rapta voluptatis causa Id. de Arte Am. 1, 125. Puluinar Catul. 63, 47. in quo nuptias celebratura erat Thetis. Rus, Amoenum et voluptatis plenum Ouid. Epist. 19, 9. Plin. 18, 24 inter praecepta serendi, Fit quoque quorundam occulta ratione, quod Sors genialis atque fecunda est. Puto hoc dicere, esse artem occultam quorundam agricolarum in serendo, quibus deinde fauere in primis videatur fortuna quaedam gignens (ad genii enim etymon geno vel gigno respici puto) et fecunda. Nostri dicunt, manum vnius prae altero felicem esse. Thalamai Claud. in Ruff. 2, 96. Torus genialis siue lectus, Qui in nuptiis sternitur in honorem genii: Virg. Aen. 6, 603 — lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. Cic. pro Cluent. 14 c. 5 Lectum illum genialem quem biennio filiae suae nubenti strauerat, in eadem domo, etc. Add. Plin. Pan. c. 8. GENIALITER, Adu. [τροφεῖως] Opipare et laute. Ouid. 75 Met. 11, 96 Hospitis aduentu festum genialiter egit. Add. Inscript. Grut. p. 823 n. 2. GENIALITAS, atis. f. Ammian. 30, 5 Genialitas mensae. GENIANVS, a, um. Adi. Luxuriosus, vel Pertinens ad genium. Varr. de R. R. 3, 9, 18 Gallinae Africanae nouissimae in Triclinium genianum introierunt. Sic Scaliger; alii vero legunt Ganearium. GENVINVS, a, um. Adi. [γενναῖος] Natiuus, naturalis. Apul. Met. 3 extr. Genuino sermone nomen Augusti Caesaris inuocare tentauit. Licentia genuina procax Cupido Apul. Met. 4 p. 156, 23. i. congenita sibi. Simpliciter genuina Ibid. 5 p. 164, 7. ingenua. Et 8 p. 203, 4 Vigoris genuini non oblita bestia, i. naturalis. Pro eo quod quis a puero inde adfuevit, ita ut iam naturale et congenitum esse videatur Ammian. Marcell. 17, 12 extr. de Pompeio, Genuino quodam more caput digito vno scalpebat. Gell. 2, 3 Naturales et genuini honores exoriuntur. Genuina Plauti Comoedia, non suppositicia Idem 3, 3. cuius pater est Plautus. ¶ 2 Genuini, [γενναῖος] dicuntur Dentes posteriores, qui in extrema gena, s. gingiua in homine gignuntur nouissimi. Plin. 11, 37. Cic. de N. D. 2, 134 c. 54 Dentibus in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur atque mollitur cibus. eorum aduersi acuti morsu diuidunt escas: intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. Festus, Genuini dentes, quod a genis dependent. Genuinum frangere in aliquo, Clanculum obtrectare, lacerareque quempiam Perf. 1, 129. Idem etiam dicitur et genuinum rodere. Genuinum agitare Iuuen. Sat. 5, 69. Possim et ego, si velim, genuinum laesus infringere Hieron. adu. Rufin. 1, 7. 100 GENVINE, Adu. Genuine fraterneque rescribam Cic. ad Q. Frat. 2, 15.*

GILLO, onis. m. Vasis fictilis genus. Vid. Scriuer. in Mart. 2, 85. Nempe Gillo Vet. Gl. βαυκαλίον. it. ποδόκοιλον, aquale, gello. 100

Io. Cassian. Instit. 4, 16 Si quis gillonem fictilem, quem Bauculem nuncupant, casu aliquo fregerit. *Addit Scriuerius, Italos vocare Boccalem, Hispanos Cangilonem. Gellonem f. gellunculum Ruffin. Presb. Aquilei. 2, 14. Haec pulchre conueniunt cum Vet. Epigr. in*
 5 Catal. p. 244 Augustum penitus torret Phaëthontius ardor, Quem re-
 creat fessum Gillo, facella (vid. FABILLA sub FABA) melo. *Item,*
nomen viri apud Iuuen. Sat. 1, 40. al. Gello.

GILVVS, a, um. Adi. [κίρρος] Color medius inter album et
 rufum, cuiusmodi mellis color esse videtur. Virg. Georg. 3, 83 de equis,
 10 Luxuriatque totis animosum pectus: honesti
 Spadices, glaucique color deterrimus albis;
 Et giluo. Seruius, Aliud est candidum esse, id
 est quadam nitenti luce perfusum: aliud album, quod pallori constat
 esse vicinum. Giluus autem melinus est color. Multi autem ita
 15 legunt Albis et giluo: vt non album et giluum, sed albogiluum vitu-
 peret. Quod si singuli colores vituperandi sunt, quanto magis mi-
 stus vterque, id est albogiluus?

G I N

20 GINDES, Fluius Persiae. Tibull. 4, 1, 141 Rapidus Cyri de-
 mentia Gindes. quem sparsit in riuos.

GINGIBER, vid. ZINZIBER.

GINGIDIVM, i. n. Herba. Plin. 20, 5.

GINGILISMVS, i. m. Titillatio manuum, quae vehementem vi-
 25 sum excitat. ap. Petron. c. 73 leg. Scheffer. et Nodot. Al. Gingilipho.

GINGIVA, ae. f. [ἔλον, ἔναλον] Pars oris, cui dentes inhaerent,
 quae cum Gena et Genuinis dentibus communionem habet. Plin. 23, 6

Ex his dulcia, quae apyrina alio nomine appellauimus, stomacho in-
 utilia habentur, inflationes pariunt, dentes gingiuasque laedunt.

30 Iuuen. Sat. 10, 200 Frangendus misero gingiua panis inermi. Ruf-
 sam defricare gingiuam Catul. 37, 19. Conf. Lactant. de Opif. D. c. 10.

Gingiua increuit super extremum molarem Scribon. 61. Gingiua-
 rum fluor Idem 61. Praegnantis gingiuae 61. Proximis gin-
 giuis superponitur 56.

35 GINGIVŪLA, ae. f. Dimin. [ἐλάδιον] Apul. Apol. p. 277
 Complanatorem tumidulae gingiuulae puluisculum.

GINGRIO, ii, itum, ire. Anserum vocis proprium est, auctore
 Festo. Vnde Gingriunt, χῆρες εἰ βωῶν Vet. Gloss.

GINGRA, ae. f. Saltatio funebris, quam edebant ad tibiam cogno-
 40 minem Pollux 4, 14. Scal. Poët. 1, 18.

GINGRINVS, a, um. Pro Adiectiuo accipitur quibusdam
 ap. Solin. c. 5.

GINGRINA, ae. f. Tibiae exiguae genus. Festus. Add. Solin.
 c. 5. Vnde etiam

45 GINGRITOR, vel ut nonnulli, GINGERIATOR, oris. m.
 Apud eundem Festum.

GINGRITVS, ūs. m. Arnob. 6 p. 205 de anseribus capitolinis,
 In anserum ponere et collocare gingritibus.

GINNVS, i. m. [ἴννος, γυννός] Hinnus, ex equo et asina natus.

50 Varro de R. R. 2, 8. Columel. 6, 37. Martial. 6, 77 Haud aliter
 ridetur Atlas cum compare ginno. Sic legit Scriuer. Sed nonnulla
 exemplaria exhibent Gibbo. Conf. Harduin. ad Plin. 8, 44 l. 69. Poli-
 tian. Miscell. c. 23.

GIPSVM, GIRVS, etc. Vid. GYPSVM, GYRVS.

55 GIRGILLVS, i. m. Instrumentum quo fila reuoluuntur
 Isidor. 20, 15.

GITH, vel GIT, n. indecl. [μαλάνθιον] Genus seminis. Colum.
 6, 34 pr. Plin. 20, 16 Gith, ex Graecis alii melanthion, alii me-
 lanspermon vocant. Optimum quam excitatissimi odoris, et quam

60 nigerrimum. Medetur serpentium plagis et scorpionum. Plaut.
 Rud. 5, 2, 39 Os calet tibi, num gith frigefactas? Hoc autem in loco
 melioris notae libri exhibent, Nunc id frigidefactas. Vid. Salmaf. in loc.

Git frictum Scribon. 69.

G L A

65 GLABER, bra, brum. Adi. [ψιλός, ἄθριξ, λειπαρόντος] Quod est
 laeue et sine pilis. Varr. de R. R. 2, 2 Si quem glabrum facere velis.

Martial. 12, 28 Glaber crure. Sic, Glabrae sues Columel. 1 praefat.
 Compar. [ψιλότερος] Cucurbita glabriorem Apul. Met. 5 p. 163.

70 Plaut. Afin. 2, 1, 9 Tu istum gallum, si sapis, glabriorem reddes mihi
 quam Volvus ludius.

GLABELLVS, a, um. Adi. Dimin. [ἐπόψιλος] Apul. Florid.
 1 pr. Quod Apollo esset et coma intonsus, et corpore glabellus.

Corpus Id. l. 2. Feminal Id. l. 5. Martian. Capella 1 (2) p. 34

75 Quarum vna deosculata philologiae frontem illic, vbi pubem ciliorum
 discriminat glabella medietas. Sic enim legendum ex MS. iam vidit
 Grotius, ne sit opus Substantiuum nomen fingere, Glabellae medietas.

GLABRĒTVM, i. n. [ψιλών] Glabreta dicuntur Loca, in quibus
 propter aliquem humorem noxium segetes non proueniunt. Columel.

80 2, 9 Ea glabreta signis adhibitis notari conuenit: vt suo tempore vi-
 tiis eiusmodi medeamur.

GLABRĀTOR, oris. m. Qui pice et psilothro corpus laeuigabant.
 Erat inter officia domus Augustae. Vetus inscriptio: DIOPHAN-
 TVS, TI. CAESARIS. ORNATOR. GLABR. i. Orna-

85 tor glabrarius. Vid. Scalig. ad Manil. 4, 151.

GLABRARIVS, i. m. Idem. Vnde

GLABRARIA, ae. f. Quae spoliatur et expilet. Martial. 4, 28 De
 Meretrice auara.

GLABRIO, Cognomen est Aciliorum ab habitu corporis vni alicui
 90 impositum, quod depilis esset, et ab eo ad suos posteros propagatum.
 Glabri enim depiles sunt. Cic. Att. 6, 1.

GLABRO, are. [ψιλών] Pilos auferre. Columel. 12, 53 Quum
 ab aqua pridie sues prohibiti sunt, postero die maclantur: et vel
 aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabratur.

95 GLABREO, ere. [ψιλόμαι] Pro eo quod est Glabrum fieri vititur
 Columel. 2, 9 Loca glabrentia.

GLABRESCO, ere. [μαδάω] Glabrum fieri, i. Sine pilis aut ca-
 pillis aut plumis fieri, quod euenit nonnunquam aliquo morbo. Glabre-
 fcit etiam area, quum herbis attritis complanatur Columel. 2, 20.

100 GLABRITAS, atis. f. Caluitiis et glabritatibus rasi Arnob.
 l. 3 p. 108.

GLACIES, ei. f. [πηγάς, κρυμός, παγετός, κρύσαλλος] Aqua
 congelata. Plin. 8, 28 Aure ad glaciem apposita. Glacies aeris,
 translatio est pro Duritie. Lucret. 1, 493 Tum glacies aeris flamma

105 deuicta liquefcit. Hæc Glaciem aeris dixit audacia in loquendo paene
 temeraria,

temeraria, pro Soliditate, rigore, et duritie, quod talis glacies sit. Vel potius Graecos imitatus est, quibus πάγος, id est glacies, etiam saxum significat solidum et durum, sed et frigus Turneb. . . . Virg. Ecl. 10, 49 Ah, tibi ne teneras glacies fecet aspera plantas. Astricta ventis Ouid. Met. 1, 120. Caerulea glacie concretus Virg. Georg. 1, 236. Durata et alte concreta Liu. 21, 36. Fragilis Ouid. de Arte Am. 1, 374. Frigida laedit molle pecus Virg. Georg. 3, 298. Frigidius glacie pectus Ouid. Epist. 1, 22. Futilis ictu dissiluit Virg. Aen. 12, 740. Indurata, vid. INDURO. Iners stat Hor. Carm. 2, 9, 5. Lucidior glacie Ouid. Met. 13, 795. Nivalis Claud. de Rapt. Proserp. 1, 70. Saucia sole incerto Ouid. Met. 2, 808. Ignis exsoluit glaciem Lucret. 6, 878. Flumina trudent glaciem Virg. Georg. 1, 310.

GLACIO, āre. [πηνύω] In glaciem conuertere. Plin. 14, 21 Glaciatae moles prodigii modo. Amnes glaciuntur Plin. 37, 2. Sed neutraliter, Plin. 29, 3 extr. Fit autem hieme, quoniam aestate non glaciatur nisi accepta cera, de unguento quod glaciatur, cum coit consistit, ut Gelare. Sic statim habebimus Glaciatum caseum. Iupiter glaciatur niues Hor. Carm. 3, 10, 7. Glaciari, In glaciem conuerti. Plin. 24, 13 Florę eius aquam glaciari Pythagoras tradit. Idem 8, 38 Lyncum humor ita redditus ubi gignuntur, glaciatur arefcitue in gemmas carbunculis similes.

GLACIANS, is. Partic. [πηνύων] Glaciantes aurae Boreae Valer. Argon. 4, 722. Al. Glaciales.

GLACIĀTVS, a, un. Aliud Partic. [πηνύεις] Columel. 7, 8, 25 Nec dubium, quin fici ramulis glaciatus caseus iucundissime sapiat. i. Coagulatus, ut unguentum glaciare modo vidimus. Humor glaciatus in grandines Plin. 2, 39.

GLACIĀLIS, e. Adi. [κρυμώδης] Quod in glaciem astringi solet. Iuven. Sat. 2, 1 Ultra Sauromatas fugere hinc libet, et glaciālem Oceanum. Columel. 3, 1 Declinatio mundi glaciālis. Fretum Claud. in prim. Conf. Stil. 1, 176. Frigus Ouid. Met. 9, 581. Hiems Virg. Aen. 3, 285. Polus Sen. Herc. fur. 1.

GLACĪTO, āre. Proprium est vocis anserum. Auctor Philomelae 19 Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anser. Quidam legunt Glossitat, alii Gratitat.

GLADIVS, i. m. [μάχαιρα, κνήσις] Varr. de L. L. 4, 24 Gladius, e in g commutato, a Clade, quod fit ad hostium cladem. Plaut. Trin. 1, 2, 92 Dedisti nae hoc pacto ei Gladium, qui se occideret. i. Ministrasti materiam et adiuuentum ad perniciem. Sica et gladius Cic. in Catil. 3, 8. Gladii ius, Potestas animaduertendi in facinorosos meri imperii est, ut iurisconsulti scribunt, idque gladii ius est. Quod quidem ex ea tractum est consuetudine, quod principes Romani praesidibus et praefectis praetorio, iisque, quibus hoc imperium esse volebant, gladium dabant. Id facile est conicere ex verbis Papinii sic scribentis, Silu. 5, 2, 177 Felix qui magno iam nunc sub praeside iuras Cuique sacer primum tradit Germanicus enssem. Sed et Imperatoris gladius vnus erat curae commissus, praefecti scilicet praetorio, quum Imperator etiam multo magis merum imperium teneret, quam quibus eam potestatem in provinciam euntibus mandabat. Nota est Traiani vox gladium Praefecto Praetorii tradentis, ut contra se quoque illo, si male imperet, uteretur, ad quam respicit Plin. Paneg. 67. Acutus gladius, vid. ACVO. Cruentus Quinctil. 4, 2. Enormes Tacit. Agric. 36. Hispanus gladius, ad propiorem habilis pugnam Liu. 7, 10 pr. Ingentes Tacit. Agric. 36. Firmic. 6, 31 Tunc enim grauiā vulnere minax contententium gladius infligit. Cic. pro M. Marcel. 17 c. 6 Vidimus tuam victoriam praetiorum exitu terminatam, gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus. ¶ 2 Verba et Participia: Arripere Apul. Met. 2 fin. Cingere se gladio, vid. CINGO. Comprehendi cruento cum gladio Cic. de Orat. 2, 170. Conficere gladio aliquem Id. pro Caecin. 82 c. 29. Idem ibid. 82 c. 29 Aut tuo (quemadmodum dicitur) gladio, aut nostro, defensio tua Conficiatur necesse est. Distringere gladium Cic. Off. 3, 112. Educere gladium e vagina Id. de Inuent. 2, 24 c. 4. Eunt gladii per latus meum Ouid. Epist. 10, 88. Extrahere gladium e vulnere Quinctil. 4, 2. Fabricare gladium Idem 3, 2. et 2, 16. Finire dolorem gladio Ouid. ex Pont. 1, 6, 41. Fulgens Cic. Tusc. 5, 62. Imbuere scelere gladium, vid. IMBVO. Incumbere gladio, vid. INCVMBO. Infigere gladium hosti in pectus, vid. INFIGO. Insequi aliquem stricto gladio Cic. Philipp. 2, 21 c. 9. Ire per ignes et gladios Ouid. Met. 8, 76. Iugulo hunc suo sibi gladio, Ter. Adel. 5, 8, 34 argumentis, quibus contra me usus erat, in ipsum retortis, hominem ad silentium redigo. Cic. Att. 1, 16 Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. Clodium damnatum iri etiam a malis iudicibus. Idem de Fin. 4, 48 Frigidum argumentum, Plumbeum appellat pugionem. Micant gladii, vid. MICO. Minantes triste Lucret. 1. Nudare gladios, vid. post NVDVS. Obtundere gladios Claud. in Conf. Mall. Theod. 167. Occupauerunt portas districtis gladiis Caes. B. G. 7, 12. Percutere gladio, vid. PERCVTIO. Perfodi gladiis, vid. PERFODIO. Percutora gladio Petit Ouid. Met. 5, 185. Ponere gladium, i. praefecturam praetorii deponere: vid. P. Fabr. Semeistr. 1, 3. Recondere gladium in vaginam Cic. de Inuent. 2, 14. Recondere gladium lateri Ouid. Met. 12, 483. Reiecinus mucrones gladiatorum a iugulis nostris Cic. in Catil. 3, 2. Retundere gladios districtos Id. ibid. 3, 2. Stringere gladios Virg. Aen. 12, 278. Stricti Ouid. Met. 15, 801. Traiectus gladio Id. Epist. 2, 140. Transgredit se ipsum gladio Tacit. Ann. 14, 43. ¶ 3 Gladium, neutro genere dictum esse apud antiquos auctor est Nonius 3, 106. Lucil. . . Haerebat mucro gladium in pectore totum. ¶ 4 Gladius, Piscis apud Plin. 32, 11.

GLADIOLVS, i. m. Dimin. [μαχαίριον] Apul. Miles. 2 Gladiolo solito cinctus. Item ¶ 2 Hexba quaedam, quod sit fossis gladii similis. Vid. Scribon. 82. Plin. 21, 11.

GLADIOLA, ac. f. Idem. Messalae vox apud Quinctil. 1, 6 95 quam illo aeuo vix tolerabilem pronunciat.

GLADIARĪVS, i. m. [ἐπίφορος Gloss. Gr. Lat.] Faber gladiatorum.

GLADIĀTOR, ōris. m. [μονόμαχος] Gladiatores, Serui homines dicuntur, quos lanistae artem armorum docebant: quique in foro seu quo alio in loco depugnabant, populi delectandi gratia. Cum vero inter lanistas essent desperatae malitiae homines, qui ad caedes faciendas conduci se i. suas famillas paterentur, Gladiator etiam est conuicium in eum, quem armis vti contra leges ita obicitur. Cic. Philipp. 3, 35 c. 14 Quodsi iam fatum extremum reipubl. venit, quod gladiatores nobiles

100

80

85

90

95

100

105

110

115

120

125

faciunt, vt honeste decumbant, faciamus nos, principes orbis terrarum gentiumque omnium, vt cum dignitate potius cadamus, quam cum ignominia feruiamus. Cic. Philipp. 7, 17 c. 6 Gracchorum potentiam maiorem fuisse arbitramini, quam huius gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appellauit, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed vt appellant ii, qui plane et Latine loquuntur. Mirmillo (*habitu Mirmillonis sumto*) in Asia depugnauit, cum ornasset Threcedicis comitem et familiarem suum, illum miserum fugientem iugulauit: luculentam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix. Qui familiarem iugularit, quid hic occasione data faciet inimico? Et qui illud animi causa fecerit, hunc praedae causa quid facturum putatis? De L. Antonio sermo est. De Gladiatorum origine ac causa Iulius Capitolinus in Max. et Balb. c. 8 habet haec: Vnde autem mos Tractus sit, vt proficiscentes ad bellum imperatores, munus gladiatorium et venatus darent, breuiter dicendum est. Multi dicunt apud veteres hanc deuotionem contra hostes factam, vt ciuium sanguine litato, specie pugarum se Nemesis, id est vis quaedam Fortunae satiaret. Alii hoc literis tradunt, (quod verisimilius credo) ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas videre, et vulnera, et ferrum, et nudos inter se coeuntes, ne in bello armatos hostes timerent, aut vulnera et sanguinem perhorrescerent. Fortitudinis commendandae argumentum gladiatores etiam Ciceroni Tusc. 2, 41 c. 17 Gladiatores aut perditii homines aut barbari, quas plagas perferunt? quomodo illi, qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quam turpiter vitare? Quam saepe apparet, nihil eos malle, quam vel domino satisfacere vel populo? Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quaerant, quid velint. Si his satisfactum sit, se velle decumbere. Quis mediocris gladiator ingemuit? quis vultum mutauit vnquam? quis non modo stetit, verum etiam decubuit turpiter? quis, cum decubuisset, ferrum recipere iussus, collum contraxit, etc. Id. pro Sextio 79 c. 37 Num defuit gladiis? num repugnauit? num, vt gladiatoribus imperari solet, ferrum non recepit? Gladiatorum munus primum Romae datum est in Foro boario, Appio Claudio, Qui Fulvio Consulibus. Dederunt M. et Decius filii Bruti, funebri memoria patris cineres honorando. Haec Valer. Max. 2, 4, 17. Plura genera Gladiatorum erant, Samnites, Prouocatores, Retiarii, Mirmillones. ex his oppositi in pugnis Samnites, et Prouocatores: quod illa Ciceronis verba pro Sextio 134 videntur ostendere: Quum ne de venalibus quidem homines electos, sed ex ergastulis emtos, nominibus gladiatorii ornarit, et fortito alios Samnites, alios Prouocatores fecerit. Retiarii autem, et Mirmillones componebantur: id quod Valer. Max. 1, 7, 8. et Quinctil. 6, 3, 61 declarat: Huius verba sunt, Pedro de Mirmillone, qui Retiarium consequbatur, nec feriebat, Vium, inquit, capere vult. Samnites ad pugnandum primo lenti: Prouocatores ex eo nomen sumserunt, quia certaminis initio prouocare aduersarios solerent. vnde Hor. Epist. 2, 2, 98 Lento Samnites ad lumina prima duello. Mirmillones et Secutores dicebantur: quod, si quis Festum, et Quinctil. l. c. it. Suet. in Calig. c. 30 legerit, facile poterit coniecere. de Secutoribus meminit et Cic. Att. 7, 14. et Iuuen. Sat. 8, 210. De singulis agitur s. l. De tota re videndus Lipsius Saturnalium sermonum libris duobus, qui de Gladiatoribus. Id. 18, 53 Genera gladiatorum plura, quorum primum lusus equestris, duo enim equites, praecedentibus prius signis militaribus, vnus a porta Orientis, alter ab Occidentis, procedebant in equis albis, cum aureis galeis, minoribus et habilioribus armis. Deinde de Retiariis, et Secutoribus, Laqueatoribus ea, quae suis locis damus. Sacramentum gladiatores habuisse videntur, quo lanistae aut domino se obligarent. Petron. 117 In verba Eumolpi sacramentum iurauimus, vri, vinciri, verberari, ferroque necari, et quidquid aliud Eumolpus iussisset, tanquam legitimi gladiatores domino corpora animasque religiosissime addicimus. Vid. quae ad h. l. Erhardus et Burmannus. Sicarii appellantur gladiatores Cic. Fam. 12, 2 et 22. it. Catil. 2 c. 4. it. pro S. Rosc. 8 c. 3. Familiae gladiatorum Cic. pro Sulla 55. Centum paria gladiatorum Hor. Serm. 2, 3, 85. Athletae et gladiatores Cic. in Orat. 228 c. 68. Legitimi: vid. Wower. ad Petron. c. 117. Importunissimus, vid. IMPORTVNVS. Inscius armorum Quinctil. 1, 12. Iugulatus gladiator Scribon. 13. 17. Vetus ac nobilis Cic. pro Rosc. Amer. 17 c. 6. Bonus gladiator rudem tam cito accepit Idem Philipp. 2, 24. A gladiatore cessisse lanista videtur Id. pro Rosc. Amer. 118. Cum bustuario gladiatore decertare Cic. in Pison. 19. Quia ad busta dimicabant. Exercentur gladiatores armis decretoriis Quinctil. 10, 5, 20. Gladiatori et militi armorum ars ludicra prodest Cic. de Orat. 2, 84. Victus repetit gladiator arenam Ouid. Trist. 2, 17. Gladiatores nobiles Cic. Philipp. 3, 35. ¶ 2 Obseru. Gladiatoribus absolute positum significat, ludis gladiatoriiis. Cic. Att. 2, 1 Quae rit ex me Clodius, num consuessem Siculis locum gladiatoribus dare? etc. Sic Att. 6, 3 fin. it. Fam. 10, 32. Phil. 9 c. 7 etc. ¶ 3 Gladiator, Gladiorum artifex. Arcadius l. vlt. D. De iure immunitatis, Carpentarii, scandarli, gladiatores, tubarii, cornuarii, etc. Quem in locum sic ait Budaeus, Gladiatores hic, si verbum mendosum non est, non *μνομαχοι* sunt, qui ab lanista instituebantur: sed *μαχαριστοι*, hoc est gladiarii, et telorum artifices.

GLADIATORIVS, a, um. Adi. [*μνομαχικὸς*] Cic. in Catil. 2, 9 c. 5 Nemo est in ludo gladiatorio paullo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinae esse fateatur. Ter. Phorm. 5, 7, 71 Hi gladiatorio animo ad me affectant viam, i. infenso, et in meam perniciem coniurati. Certamen Cic. de Orat. 2, 317 c. 78. Congressus Plin. 8, 2. Firmitas corporis Quinctil. 8, 4, 16. Cic. pro Murraen. 73 Nec si virgo Vestalis huius propinqua et necessaria locum suum gladiatorium concessit huic, non et illa pie fecit, et hic a culpa est remotus. Munus Liu. 28, 21 pr. Plin. 15, 18 Ara inde sublata gladiatorio munere Diui Iulii, quod nouissime pugnauit in foro. Conf. Id. 33, 3 m. Suet. Caes. c. 10 ibique Bernegg. Capitolin. Max. et Balbo c. 8. Pugna Cic. pro Milon. 93. Qui munus gladiatorium, seu gladiatores dabat populo, vocabatur Dominus Id. Att. 2, 1. Spectaculum Liu. 28, 21. Apul. Met. 1. ¶ 2 Gladiatorium quoque ponitur sine adiecto iubaudio Substantiuo auctoramentum vel praemium Liu. 44, 31 Vix gladiatorio accepto, decem talentis, ab rege rex, vt in eam fortunam recideret. Vid. Dukerus ad h. l. qui defendit eum ab inepta interpretatione aliorum. Absolute etiam, sed alia ratione, vt intelligatur opus aut negotium, Cic. Tusc. 4, 48 An vero vir fortis nisi stomachari coeperit, non potest fortis esse? Glatorium id quidem: quamquam in eis ipsis videmus saepe constantiam. ¶

GLADIATORIE. Adu. Lampr. in Commod. 15 Quae gladiatorie faceret.

GLADIATORITIVS, a, um. Adj. Herba Marc. Empir. c. 16.
GLADIATVRA, ae. f. [*μονομαχία*] Pugna gladiatoria, siue
Congressus gladiatorum. Tacit. Ann. 3, 43 Adduntur e feruitiis gladiat-
urae destinati. Add. Sidon. Paneg. Anthem. v. 238.

GLANS, glandis. f. [*βαλανός, ἀκρόδρον*] Fructus arboris quercus, et aliarum, quae inde glandiferae dicuntur. Plin. 7, 56 Ceres frumenta inuenit, quum antea glande vescerentur. Locus classicus de glandibus est Plin. 16, 5 sq. unde quaedam decerpemus, Glandes opes esse nunc quoque multarum gentium — constat: nec non et inopia frugum arefactis molitur farina, spissaturque in panis usum: quin et hodie per Hispanias secundis mensis glans inseritur: vlcior eadem in cinere tosta. Cautum est praeterea lege XII tabularum, vt glandem in alienum fundum proidentem liceret colligere. Genera carum multa: distant fructu, situ, sexu, sapore. Namque alia fageae glandi figura, alia quernae, et alia ilignae — Praeterea sunt aliquae siluestres, aliae placidiores, quae culta obtinent — dulcissima omnium fagi. Haec ut est c. 6 triangula cute includitur. — Glandem quae proprie intelligitur, ferunt robor, quercus, esculus, cerus, ilex, suber. Continentur hispido calice, per genera plus minus cutem complectente. — Quae glandem ferunt omnes et gallam etc. Virg. Georg. 4, 81 Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Glandis appellatione, (inquit Caius in l. Qui venenum D. de verb. et rer. signif.) Omnis fructus vt Iabolenus ait, continetur exemplo Graeci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρον appellantur. Caduca glans est, quae ex arbore cecidit, inquit Paull. in l. Silua caedua D. de verb. signif. Lucret. 5, 1362. Cerrea, vid. CERRVS. Facili quae fera solebat Ieiunia soluere glande Boëth. Met. 2, 5. Virg. Ecl. 10, 20 Vuidus hiberna venit de glande Menalcas. Iligna glande nutritus aper Hor. Serm. 2, 4, 40. Columel. 9, 1 Quernae glandis, iligneae, nec minus cerreae. Cic. de Arusp. Resp. 5 Quid enim hunc persequar, pecudem ac beluam, pabulo inimicorum meorum et glande corruptum? ¶ 2 Glans etiam dicitur Plumbum in modum glandis formatum, quod antiqui milites in bello fundis iaculabantur. Sallust. in Iugurth. 57 Pars eminus glande aut lapidibus pugnare. Hirt. B. Afr. 20 Sagittasque et tela vt fierent complura, curare, glandes fundere, fudes comparare. Add. Ib. c. 5 et 43. Mittere B. Hisp. c. 13. Glandes in ipsa eiaculatione accensas et liquefactas commemorant Poëtae: vid. Drakenb. ad Sil. 1, 316. Plumbea glans vt extrahenda sit, docet Cels. 7, 5, 4. Plumbea glans Lucr. 6, 178. ¶ 3 Glans est Summa pars penis, quae praeputium tegitur. Cels. 7, 25 saepius. ¶ 4 Glandis in Nominatiuo Sing. poni apud Poetas notat Probus in Cathol. Vid. Erythr. Ind. ad Virg.

GLANDO, inis. f. Idem. Glandine, βαλάνω Vet. Gloss. Cibus aspera glando Auien. Descript. orbis terr. v. 285. Pingui dependens subere glando Ib. v. 1283.

GLANDVLA, ae. f. Dimin. [*ἀδνή*] Quae medicis hodie vocetur, obscurum non est, caro illa spongiosa, albicans etc. Sed generalis illa significatio nondum obseruata. Tantum Celsus 4, 1 pr. Atque in ipsis, inquit, ceruicibus glandulae positae sunt, quae interdum cum dolore intumescunt. At idem 8, 4 In ceruicibus glandulae oriuntur, tumores credo glandularum, quas modo diximus. Sic Pallad. Febr. 26, 1 laudatur Glandulis spissa ceruix verris. Vid. GLANDVLOSVS. Sed Veget. Mulom. 2, 24, 1 Glandulae animalibus molestae memorantur. Inter delicias cibi sunt Glandulae. Martial. 3, 82 Partitur apri glandulas palaestritis. Hanc Glandulam a Glandio deriuat Charis. 1 p. 24. it. Probus apud Priscian. 3 extr. Glandulae porcellinae pars minutalis Apiciani apud Apic. 4, 2 quas a Glandio illo Plautino non differre, Humelbergii et Listeri sententia est. Haedinas glandulas idem laudat Apic. 4, 1 eodemque modo interpretatur Humelb. Plin. 11, 37 Tonfilae in homine, in sue glandulae. Sed in homine etiam glandulas vocari satis Celsus nos docuit.

GLANDVLOSVS, a, um. Adj. [*ἀδενώδης*] Plenum glandulis. Columel. 7, 9, 1 qui porcum laudat, qui est amplae et glandulosae ceruicis.

GLANDIVM, i. n. [*ἀδνή*] Pars apri iuxta ceruicem, vel ipsa ceruix. In hac enim glandulae positae sunt. Plaut. Capt. 4, 4, 7 Arripuit gladium, praetruncavit tribus tergoribus glandia. Add. Stich. 2, 2, 36. Curc. 2, 3, 44. Plin. 8, 51. Idem 16, 38 Quibusdam sunt tubera sicut in carne glandia. Idem 17, 6. et 36, 1. Vid. Harduin.

GLANDIONIDA, ae. f. Glandionidam dixit parasitus apud Plaut. Men. 1, 3, 27 pro Glandiis, vt Pernonidem pro Pernis. Ita enim scribenda esse docet Gronouius. Glandionidam, fuillam, laridum pernonidem, aut Sinciput, aut polimenta porcina, aut aliquid ad eum modum.

GLANDIFER, era, erum. Adj. [*βαλανοφόρος*] Quod glandes producit. Cic. de Legib. 1, 2 c. 1 Quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit Nuntia fulua Iouis, etc. Ex quodam Poeta. Ouid. Met. 12, 328. Cic. Philipp. 2, 101 Quandoquidem hae quondam arationes Campani et Leontini, in Pop. Rom. patrimonio glandiferae et fructuosae ferebantur. Conf. Plin. 6, 3.

GLANDARIVS, a, um. Adj. [*βαλανικός*] Denominatiuum a Glande: vt Glandaria silua, Quae seruat glans ferendae causa Cato c. 1.

GLANVS, i. m. vel GLANIS, idis. f. [*γλάνις*] Piscis genus. Plin. 9, 43 Cantius qui et glanis vocatur, auerfos mordet hamos, nec deuorat, sed esca spoliat.

GLAPHYRVS, a, um. Adj. Citharoedi nomen omnis, credo, causa sumtum vel datum. Γλαφυρός enim Festiuus, iucundus, ornatus, politus. Martial. 4, 5 Vendere nec vanos circa palatia fumos: Plaudere nec cano, plaudere nec glaphyro. Vid. Iuuen. 6, 77.

GLAREA, ae. f. [*ψηφίς*] Minutissimi lapilli, qui in fluuiorum ripis, vel maris litoribus reperiuntur: vel terra potius sabulosa, huiusmodi minutis lapidibus plena. Sternere viam glarea Liu. 41, 27. Columel. 2, 2 Qui cum parte dimidia lapides minutos vel nudam glaream receperint. Idem 6, 23 Stabula sunt optima saxo aut glarea strata. Cic. Q. Fratr. 3, 1 Eo loco Puluis non glarea iniecta est. Columel. 11, 3 Nisi aut nudae glareae, aut sine villo robore solutissimae arenae. Aut impulsu leui turbatur glarea vena Lucan. 4, 302. Dura Tibul. 1, 7, 59. Ieiuna, i. e. Sicca et sterilis terra Virg. Georg. 2, 212. Seru. Ausonii tempore Glarea dicebatur ogger s. via militaris: vid. Scalig. Lectt. Auf. 2, 27 et 31 p. 163 et 173.

GLAREOLA, ae. Dimin. Plaut. . . . Glareolam manu effundens.

GLAREŌSVS, a, um. Adj. *Plenum glareæ.* Plin. 26, 8 Silaus nascitur glareosis et perennibus riuis, cubitalis, apii similitudine. Glareosa et saxosa amat ficus Columel. de Arborib. c. 21. Glareosa et sabulosa arua Columel. 2, 10. Loca Pallad. 12, 6, 3. Glareosa saxa Liu. 21, 31 extr. *Sigonius ex vetustis codicibus legit Glomerosa.* Terra quum est admixta ex his generibus aliqua re, tum dicitur aut cretosa aut glareosa Varro R. R. 1, 9.

GLASTVM, i. n. [*γλάστον*] *Herba, qua fullones pannos inficiunt.* Plin. 22, 1 Simile plantaginis glastum in Gallia vocatur: quo Britannorum coniuges nurusque toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris nudæ incedunt, Aethiopum colorem imitantes. *Caesar etiam auctor est, Britannos se hac inficere, quo horridiori sint aspectu in pugna,* B. G. 5, 14.

GLAUCITO, Ære. *Verbum proprium catulis.* Auct. Philom. v. 60 Glaucitat et catulus: at lepores vagiunt.

GLAUCIVM, i. n. [*γλαυκίον*] *Herbae genus siluestris et erraticæ, Rhoea vocatur: alii Paralion dicunt, nascitur in afflatu maris, aut nitroso loco.* Hæc Plin. 20, 19 f. 78. et 27, 10 f. 59. Glauciei succi Scribon. 22. *Conf. Scriuer, ad Martial. 9, 26 p. 195.* Glaucæa succo salubri Colum. 10, 104.

GLAUCOMA, GLAUCOPIS, vid. GLAUCVS.

GLAUCVS, a, um. Adj. [*γλαυκός*] *Quod admistum habet viridi colori alborem quandam.* Gell. 2, 26 Sed ne viridis quidem color pluribus quam a nobis vocabulis dicitur. Neque non potuit Virgilius colorem equi significare viridem volens, caeruleum magis dicere equum, quam glaucum: sed maluit verbo uti notiore Graeco, quam inusitato Latino. Nostris autem Latinis veteribus Caesia dicta est, quæ a Graecis *γλαυκώπις*, ut Nigidius ait, de colore caeli, quasi Caesia. Plin. 9, 36 de conchyliis loquens, Vnde conchyliis pretia? quis virus graue in fuce, color austerus in glauco, et irascenti similis mari? Virg. Aen. 12, 885 Tantum effata, caput glauco contextit Amictu, Multa gemens: et se fluuio dea condidit alto. Vbi Seruius, Glauco amictu, quasi propter vndarum similitudinem. Arundo Virg. Aen. 10, 205. Equus Virg. Georg. 3, 82. Fronde glauca canentia salicæ Idem ibid. 2, 13. Fructus glauci oliuæ Claud. in Eutrop. 2, 271. Oculi glauci, iidem qui et Caesii, quales sunt felis et leonis, et noctuæ oculi Plin. 8, 21. *Ab Homero γλαυκῶπις Ἀθήνη est appellata, hoc est Pallas caecos et glaucos oculos habens: vel quod antiqui summam puellarum pulchritudinem in glaucis oculis constituebant; vel quo offenderet, Mineruam in tenebris etiam videre: certe nocturnos oculos irridet* Plaut. Curc. 1, 3, 35. Oliua Stat. Silu. 2, . . . Salices Virg. Georg. 4, 182. Idem ibid. 3, 82 — Honesti Spadicæ, glaucique. Vbi Seruius, Glauco, Felineis oculis, i. e. Splendore perfusis. Vluua Virg. Aen. 6, 416. ¶ 2 Glauco, Piscis. Plin. 9, 16 Quidam rursus aestus impatientia, mediis feruoribus sexagenis diebus latent, ut glaucus, aselli, auratae. Idem 39, 11 Tradunt glaucum aestate non apparere. Ouid. Hal. v. 117. Nonn. de re Cib. 3, 28. *Bulenger. de Conuiu. 2, 30.*

GLAUCVS, i. m. [*Γλαυκός*] *Hippolochi filius, Bellerophontis nepos, auxilio Troianis venit: cum quo Diomedes memor veteris hospitii iunctis dextris amicitiam iniuit, armaque commutauit aenea pretio novem boum, cum illius aureis armis, quæ centum erant boum.* Auct. Homer. Il. 6, 236. ¶ 2 Glauco piscator, ut habetur in fabulis, pisces captos supra ripam explicuit, donec retia siccarentur. At illi contacta herba, colligentes sese in mare prosilierunt. Glauco eam herbam degustans, immortalitatem adeptus est, ut est apud Ouid. Met. 13 extr. ubi formam suam ita describit Glauco,

Hanc ego tum primum viridem ferrugine barbam,
Caesariæque meam, quam longa per aequora verro,
Ingentesque humeros et caerulea brachia vidi,
Cruraque pinnigero curuata nouissima pisce.

Hinc biformis vocatur Claudian. de Raptu Prof. 3, 12. Glauco, Sisyphi filius, qui apud Potniam regnauit, equas alebat humana corpora pascentes, a quibus et ipse postremo deuoratus. Auctor Probus . . . Grammatic. Seruius . . . vero dicit Glauco Potniaden, sacra Veneris spernentem, ab equabus suis, quibus ad currum utebatur, dilaceratum. Virg. Georg. 3, 267 — Quo tempore Glauco Potniades malis membra abstumsere quadrigæ. Biformis Glauco Claud. de Rapt. Proserp. 3, 12.

GLAUCINVS, a, um. Adj. [*γλαυκινός*] *Glauco coloris habens.* Mart. 9, 27 Pallia donauit glaucina Cosme tibi. *Vilia intelligi, contextum orationis postulat.* Scriuer. leg. Pallida glaucia. Conf. GLEVCINVM.

GLAUCICOMANS, antis. Iuuenus in Matth. c. 21 f. 3, 624 Oliuæ Epitheton est, ob colorem foliorum.

GLAUCIDIVM et GLAUCISCVS, i. Piscis. Plin. 32, 6 et 7.

GLAUCOMA, Ætis. n. et GLAUCOMA, ac. f. [*γλαυκώμα*] *Vitium eius humoris in oculis, qui Crystallinus appellatur, nempe dum in colore glaucum mutatur.* Sic veteres, quos laudat Gorraeus Desinit. medic. b. v. Latini, qui de eo locuti sunt, non ita profunde insidens malum videntur intellexisse: qui passim commendunt remedia externa, facilia.

V. g. Seren. Sammon. 222 Si vero horrendum ducunt (i. obducunt oculo) peplum (velum) Spiritus alterius prodest, qui grana cumini Pallentis mandens, visus exhalet in ipsos. Sic glaucomata inungi, fanari, emendari passim Plinius ait. Vid. 28, 8. 29, 6. 32, 4. Sic Marcell. c. 8 p. 277, e. Prudent. Harmatig. 85

Nemo duos soles nisi sub glaucomate vidit, Et mox
Sunt animis etiam sua nubila, crassus et aër,
Est glaucoma, aciem quod tegmine velet aquoso,
Libera ne tenerum penetret meditatio caelum.

Vitium temporarium esse, indicat etiam illud Plaut. Mil. 2, 1, 70 Glaucomam ob oculos obiciemus: eumque ita faciemus, ut quid viderit, non viderit. *Cum Celsus et Caelius Aurel. non habeant, suffusionis nomine comprehendisse putantur a quibusdam. Viderint medici.*

GLAUCOMATICVS, a, um. Adj. In Notis Tironis ap. Gruter. p. 149 qui glaucomate laborat.

GLAUCOPIS, idis. f. [*γλαυκώπις*] Vid. Glauco oculi, in GLAUCVS.

GLAVX, aucis. f. *Herba.* Plin. 27, 9.

GLEBA, f. GLAEBÆ; (quæ ratio probatur Victorio ad Varron. R. R. 1, 27, 2 et Manutio) ac. f. [*βῶλαξ, βῶλος*] *Caespes terræ, aut tenacius cohaerens illius massa.* Cic. pro Caecin. 60 Quid igitur, si glebis,

glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo praecipitem egeris? Cic. pro Caecina 60 Vinctus profecto non fuisse armatos eos, qui saxa iacerent, quae de terra tollerent: non esse arma caespites, neque glebas. Colum. 2, 2, 18 Perexigua conspergitur aqua gleba, manique subigitur, ac si glutinosa est, et quovis leuissimo tactu pressa inhaerescit, Et picis in morem ad digitos lentescit habendo, ut ait Virgilius (Georg. 1, 250) eademque illisa humo non dissipatur etc. Varro R. R. 1, 27, 2 Glebis ab sole percalefactis aptiores facere ad accipiendum, et ad opus faciliores, relaxatas. Cunctantes Virg. Georg. 2, 236. *i. Magnae et graues.* Putris Virg. Georg. 1, 44. Vberi gleba ager Colum. 1, 2, 3. Vuiferae Sil. 7, . . . Adimere glebam de aliquorum agris Cic. de L. Agrar. 3, 3. Frangere inertes glebas rastro Virg. Georg. 1, 94. Humare glebis Cic. de Legib. 2, 57. Id. de Legib. 2, 57 c. 22 *ex iure pontificali ista profert*, Priusquam in os (*sepulti*) iniecta gleba est, locus ille, ubi crematum est corpus, nihil habet religionis. Iniecta gleba tum et illic humatus est, et gleba vocatur, ac tum denique multa religiosa iura complectitur. Ostendere aquiloni supinatas glebas Virg. Georg. 2, 261. Possidere agri glebam Cic. Verr. 3, 28. Siciens Claud. de B. Gild. 151. Versare ligonibus glebas Hor. Carm. 3, 6, 39. Virens, *i. Caespes* Iuven. Sat. 12, 85. Vruntur siccis semina glebis Hor. Epod. 16, 55. ¶ 2 Glebae sunt etiam aliarum rerum cohaerentes massae. Plin. 24, 14 Indici differentia, glebis extrinsecus nigris, intus rufis. *Hinc facile colligas, rem omnem in globi modum constrictam, posse glebam appellari.* Sic Lucret. 3, 328 Glebae turis. Plin. 36, 6 Inter hos primum, ut arbitror, marmoreos parietes habuit scena M. Scauri, non facile dixerim sectos an solidis glebis positos. Et c. 19 *ad finem*, Phrygius lapis gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa. Siccare liquorem Lactis et in niueas adstrictum cogere glebas Nemesian. Ecl. 3 *extr. de caseo.*

GLEBARIVS, a, um. Adi. Varro de L. L. 6, 4 p. 77, 24 *de bubus s. trionibus*, E queis ut dicti valentes glebarii, qui facile prosciunt glebas, etc.

GLEBOSVS, a, um. Adi. [*βωλακώδης*] In formam Glebae. Plin. 35, 15 *de sulphure*, Genera quatuor: viuum quod Graeci apyron vocant, nascitur solidum, hoc glebosum. Compar. Plin. 35, 16 Altera glebosior candida.

GLEBŪLA, ae. f. Dimin. [*βωλακίον*] Columel. 1, 6, 23 Lapillisque carent, et glebulis, quas per trituram fere terrena emittit area. Valer. Max. 5, 3 Glebula ossibus iniicitur. Conf. Iuuen. 14, 166 *de agello*, Saturabat glebula talis Patrem ipsum turbamque casae. Deinde de aliis rebus: ut, Glebulae niuis Scribon. 199. Add. Rhod. Lex. Scribon.

GLEBALIS, e. Adi. Ammian. 23, 5 Agger glebalis.

GLEBATIM. Adu. Lactant. Mort. Perf. c. 23 *pr.* Agros glebatim metiri. *i. Per singulas glebas.*

GLEBULENTVS, a, um. Adi. Apul. de Deo Socrat. p. 46.

GLECHON, ōnis. m. [*γλήχων*] Pulegium. Apul. de Herb. 92. Glechon agrion Idem c. 90. Diosc. 3, 36.

GLECHONITES, ae. m. [*γληχωνίτης*] Vinum ex pulegio. Columel. 12, 35. Diosc. 3, 54.

GLESSVM, i. n. *Electri species.* Plin. 37, 3 Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, et a Germanis appellari glessum. Itaque et a nostris vnam insularum ob id Glessariam appellatam, Germanico Caesare ibi classibus rem gerente, Austraiam a Barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinci generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina pineis. Erumpit humoris abundantia: densatur rigore vel tepore autumnali. Tacit. de Germ. 45, 6 Soli omnium succinum, quod ipsi Glessum vocant inter vada, atque in ipso litore legunt. Vid. et Buleng. de Coniui. 4, 13.

GLEVCINVM, i. n. [*γλευκίον*] Oleum musto et odoramentis conditum. *γλευκος, mustum.* Gleucini olei compositionem vide apud Columel. 12, 51. Plin. 15, 7 f. 7. 23, 4 f. 46 Gleucino mustum incoquitur vapore lento. Ab aliis sine igne, circumdatis vinaceis, diebus XXII bis singulis permixtum. Consumiturque mustum oleo. Postea recenset, quae admisceantur odoramenta. Gleucini quoque meminit abunde Dioscorides 1, 156. Etiam Glaucinum oleum Veg. 3, 28, 4. 4, 22, 2. itemque l. 21 §. 1 ff. de auro, arg. mundo, in Glaucinum mutandum est.

G L I

GLICIVM, i. n. Apud Veget. Mulom. 4, 28, 5 *quid sit, nescio: nisi forte admitti possit* Lycium.

GLIS, gliris. m. [*ἐλαός*] Animal muri simile, quod nutritur in arboribus, et bonam partem anni somno consumere dicitur. Admittebatur coniuuiis veteram. Et forte iam sunt apud Naeuium, cuius ista laudat Non. 2, 633 Praecisum, omasum, pernam, callus (f. callum) gliris (Merc. gliris archaice s. pro r) glandia. Vid. mox GLISCERVS.

GLIRIUM greges Varro R. R. 3, 2, 14. In silua mea glis nullus Varro ap. Charif. p. 69. *it.* p. 106. Plin. 8, 57. Martial. 3, 58 Somniculosus ille porrigit glires. Vid. Idem 13, 59. Varro R. R. 3, 15. Ammian. 28, 4. Apic. 8, 9. Interpp. Petron. c. 32. Gliris pinguis adeps Scribon. 39. ¶ 2 Glis, glissis est argilla: glis, glitis lappa, apud Grammaticos; unde versus, Glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur. Siluatic. Vid. GLITTVS.

GLIRARIVM, i. n. [*ἐλισσοροφείον*] Locus, in quo nutriuntur glirres. Varro de R. R. 3, 15 Glirarium dissimili ratione habetur, quod non aqua, sed marceria locus sepitur.

GLIRIVS, a, um. Adi. Torpens, stupidus Gloss. Isidor.

GLISCHROMARGOS, i. m. Cretae genus. Plin. 17, 8.

GLISCO, ēre. [*ἐπιδιδυμι*] Crescere est, inquit Festus. Ac proprie Latenter crescere significat, si credimus Seruio ad Virg. Aen. 12, 9. ubi post similitudinem Leonis, qui faucibus graui vulnere fremit ore cruento, Haud secus accenso gliscit violentia Turno. Sed crescens subito incendium hic signatur, et hoc ipsum facile docebunt exempla alia. Itaque mihi videbatur, hoc verbo potius facilia et celeria incrementa ignis et earum rerum, quae hac parte cum igne comparari possunt, designari; quin pauca loca esse, ubi non verbum accendi vel incendi in eius locum possit substitui, unde Non. 1, 83 Gliscit etiam interpretatur, ignescit. Cic. in Hortens. apud Non. l. c. Ad iuuenilem libidinem copia voluptatum gliscit illa, ut ignis oleo. Sed Gell. 20, 8 Eadem autem ipsa, quae crescente luna gliscunt, deficiente contra luna deficiunt. Tacit. Ann. 4, 5 Quum ex vsu temporis huc illuc mearent, gliscerent numero, et aliquando minuerentur. Anhele flatu gliscit Baccha Valer. 2, 278. Tacit. Ann. 4, 36 Punitis ingeniis, gliscit

Auctoritas. Stat. Theb. 9, 781 Menti tumor atque Audacia gliscit. Certamen gliscit Tacit. Hist. 4, 43. Cutis suffusa veneno Tendetur, ac sanie gliscit Stat. Theb. 1, 107. Dignatio sacerdotum gliscit Tacit. Ann. 4, 16. Discordia gliscit Tacit. Ann. 4, 17. Flagitia gliscunt Tacit. Ann. 14, 15. Gaudium gliscit Pacuu. apud Non. l. c. Lucret. 1, 475

Nunquam Tyndaridis formae conflatus amore
Ignis Alexandri Phrygio sub pectore gliscens
Clara accendisset saevi certamina belli.

Infamia gliscit Tacit. Ann. 14, 15. Invidia crudelitatis gliscit Idem Ann. 15, 64. Libido pugnandi gliscebat Sil. 7, . . . Luxuria interim gliscebat Tacit. Ann. 16, 3. Multitudo periclitantium gliscebat Idem ibid. 3, 25. Periculum gliscit Claud. in Eutrop. 2, 393. Potestas gliscebat Tacit. Ann. 3, 69. Praecordia gliscunt vana lingua Valer. Argon. 3, 632. Praelium Plaut. Aſin. 5, 2, 6. Rabies gliscit Plaut. Capt. 3, 4, 27. Saevitia gliscit Tacit. Ann. 6, 19. Tumor atque audacia menti gliscit Stat. Theb. 9, 789. Violentia accenso gliscit Turno Virg. Aen. 12, 9. ¶ 2 Gliscere simpliciter est cupiditate incendi. Stat. Theb. 3, 73 Conſanguineo gliscis regnare superbus Exule. Lutatius, Cupiditatis tuae gliscit incendium. Sic 12, 639 Dulci gliscere ferro, Lutat. cum furore cupere. Et 8, 756 de Tydeo Menalippi caput tenente, Spectat atrox hostile caput gliscitque tepentis Lumina torua videns etc. Lutat. irascendo in maius accenditur. Ita Glisco gaudio Turpil. apud Non. l. c. Sed etiam Gliscere dicitur terra, h. e. Pingueſcere Columel. 2, 5. Idem 7, 1 Quod etiam in faba caeterisque leguminibus quibus terra gliscere videtur, verisimile est accidere. Gliscitur pro gliscit Afellio ap. Non. 7, 107.

GLISCENS, entis. Partic. [*ἐπιιδέσ*] Tacit. Ann. 1, 1 Donec adulatione gliscente deterrentur. Discordia Tacit. Ann. 4, 15. Famam in dies gliscentem fors discuffit. Tacit. Hist. 2, 9. Inuidiae gliscentis felle flagrare Apul. Met. 5 p. 162, 27. Malum Sil. 7, . . Tacit. Ann. 11, 22 Dein gliscentibus Negotiis. Idem ibid. 15, 10 Quo gliscentibus Periculis etiam sub, etc. Tacit. Ann. 12, 54 Mox gliscente Pernicie, etc. Seditio Liu. 6, 14. Ventus Sallust. apud Non. 1, 83. Conf. Barth. Adu. 35, 20.

GLISCĒRVVS, a, um. Adi. Copioſus, opimus. Festus, Gliscere crescere est, et gliscerae mensae gliscentes id est crescentes per instructionem epularum scilicet. Hinc Turnebus in Aduerſ. 15, 4 Glisceras mensas, inquit, opimas, opiparas, copioſas, et crescentibus epularum ferculis refertas, a Gliscendo dici de grammaticis didicimus. Inde etiam glisceis partem quandam suis vocatam crediderim, quae in eduliis non contemnendis erat, Praecisum, inquit Naeuius, (ap. Non 2, 633) ornatum, pernam, callum, glisceis, glandia. Haec Turnebus. Vid. quae de hoc loco diximus voce GLIS pr.

GLITTVS, a, um. Dixere veteres, si recte Festus, Glittis subactis, leuibus, teneris. Sed Scal. vult, Glutis de quo f. l. Addit Scaliger, In Glossis Latinis, Glis glitis humus tenax. Intelligit Isidori Glossarium. Papias, Glis Glittis, incrementum: Glis, Glitis, carduus: Glis, Glitis, terra tenax: Glis, Glitis, herba. Qui plura eius fursuris, sed in quo farinae adhuc aliquid inesse potest, desiderat, Martinium adire poterit.

G L O

GLOBVS, i. m. [*σφαῖρα, σφούβος*] Corpus solidum undique rotundum. Virg. Aen. 6, 725 Lucentemque globum Lunae. Cic. de N. D. 2, 47 c. 18 Quumque duae formae praestantes sint, ex solidis globus (sic enim sphaeram interpretari placet) ex planis, etc. Quidquid est rotundum, non concauum. Plaut. Poen. 2, 35 In fundas visci indebant grandiculos globos, Eo illos volantes iussi funditarier. In caelo animaduersi globi Cic. de Diuin. 1, 97 c. 43 de meteoris. Stat. Silu. 1, 6, 59 Hic audax subit ordo pumilonum, Quos natura breui statu peracto, Nodosum semel in globum ligauit. Cordis globus Lucret. 4, 118. Flammarum globos attollit Aetna Virg. Aen. 3, 574. Lanae globus Hor. Epist. 1, 13, 14. Sed opt. exempl. habent Glomus. Picci globi Valer. Argon. 3, 135. Sanguinis globos vomit Ouid. Met. 12, 238. Stellarum globi terrae magnitudinem facile vincebant

Cic. in Somn. Scip. 6. Globus terrae eminens e mari Idem Tusc. 1, 68. Terra, globus. Cic. in Somn. Scip. 6 c. 3 Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medio vides, quae terra dicitur. Add. Non. 5, 38. ¶ 2 Multitudo hominum, siue aliorum animalium, aut alterius cuiuscunque rei similis, collecta et quasi conglobata. Liu. 8, 32 Extrema concio, et circa Fabium globus, increpabant inclementem Dictatorem. Sic ille Confensionis globus huius vnus diffensione disiectus est Nep. in Att. c. 10. Globus coniurationis Vell. 2, 58. Globus, Manus militum Veget. 3, 19. Globus armorum Liu. 4 extr. Et 1, 9

Globus iuuenum. Add. 4, 29 pr. Et 3, 47 extr. Globus mulierum. Hostiles globi, i. Hostium cateruae Claud. in prim. Conf. Stil. 1, 103.

GLOBVLVS, i. m. Dimin. [*σφαιρίον*] Plin. 33, 5 Cum tinxere pictores, orobitin vocant: eiusque duo genera faciunt, Luteam, quae feruatur in lomenta, et liquidam, globulis sudore resolutis. Frequenter utitur Scribonius de massulis f. pilulis, Globulus viciae magnitudinis 13. — Fabae m. 139. — Globulus sub lingua 74. — Ciceris amplitudinis 77. In Globulos diuidere sex 142. Fiunt globuli 77. 129. 139. Genus edulii est, de quo Cato 79 Globulos, inquit, sic facito, etc.

GLOBOSVS, a, um. Adi. [*σφαιροειδής*] i. Rotundus. Cic. de Vniuers. 15 Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδής Graeci vocant, cuius omnis extremitas paribus a mediis radiis attingitur. Corpus Columel. 10, 383. Lucret. 2, 468. Forma Cic. de N. D. 2, 49. Mundus Idem de N. D. 2, 116 c. 45. Rotunditas Firmic. 1, 3. Saxa Liu. 38, 29. Globosae stellae et rotundae Cic. in Somn. Scip. 16. Terra solida et globosa Idem de N. D. 2, 98. Turbo Cic. de N. D. 2, 89. Ex Poeta.

GLOBOSE. Aduerb. in Fragment. Poët.

GLOBOSITAS, ātis. f. Macro. in Somn. Scip. 1, 15 (16) Globositas terrae habitationes omnium aequales sibi esse non patitur.

GLOBO, āre. [*σφαιρίω*] Aliquid solidum in rotunditatem componere. Plin. 2, 2 Formam eius in speciem orbis absoluti globatam esse, nomen inprimis, et consensus in eo mortalium orbem appellantium. Plin. 2, 65 Namque et dependentes vbique guttae paruis globantur orbibus.

bibus. Globatae vehementius properant Solin. c. 11. Globari in rotunditatem Plin. 18, 13. Nubes globantur Idem 18 vlt.

GLOBĀTIM. Adu. Ammian. 27, 9.

GLOBATIO, ōnis. f. Firmicus . . .

GLOBĀTOR, ōris. m. Sidonius . . .

GLOCIDO, vel al. GLOCITO, āre. Proprium est gallinarum, quum ouis incubiturae sunt Festus : quod fit crebris singultibus, interiecta voce acuta.

GLOCIO, iui, itum, ire. Idem quod Glocidare. Columel. 8, 5, 4. Obseruare debet custos, dum edent oua, vt ea, quae nata sunt, recol- ligantur: notenturque quo quaeque die sint edita : et quam recentissima supponantur glocientibus.

GLOCTORO, āre. Gloctorat immenso de turre ciconia rostro Auctor Philomelae v. 29.

GLOMER, ēris. GLOMVS, i. m. et GLOMVS, ēris. n. 15 [ἀγαθὴ, σφάμβος] Est Globus ex filo factus. Glomer, Glomus ἀγαθὴ Vet. Gloss. Conf. Priscian. l. 1. Plin. 36, 13 Quo si quis impropere sine glomere lini, exitum inuenire nequeat. de labyrinthis. Glomus staminis albi Scribon. Largus Comp. 142. Hor. Epist. 1, 13, 13 Vt vinosa glomos furtiuae Pyrrhia Lanae. Lucret. 1, 361 primam produ- xit : Nam si tantundem est in Lanae glomere, quantum Corporis in plumbo est. Plur. Neutr. Glomera. Non. 5, 38 Globus est soliditas vndiqueuersum rotunda, vt est Sphaera et staminum glomera.

GLOMVLVS, i. m. Dimin. Apul. Met. 6. Non recte, si non fallit Ind. Floridi.

GLOMĒRO, āre. [σφάμβω] Implicare, et in Glomum s. glomerem, filum inducere. Lanam glomerabat in orbes Ouid. Met. 6, 19. Per translationem, Congregare et accumulare ea, quae iuncta suam sibi naturam et formam retinent singula. Varro de R. R. 3, 5 Cibatur offas positas, eae maxime glomerantur ex ficis et farre misto. Cels. 7, 22 pr. Maxime vbi inter se venae implicatae glomerantur.

GLOMERANS annus Cic. de Consul. laudatus de Diuin. 1, 19 c. 12 i. voluens, reuolutus, neutraliter, intellecto se. Totum locum damus in DETERMINO. Virg. Aen. 6, 311 Quam multae glomerantur aues.

Agmina cerui glomerant fuga Virg. Aen. 4, 155. Fasque nefasque simul glomerans Prudent. Cath. 3, 134. Cic. Tusc. 2, 25 c. 10 Atque haec vetusta saeculis glomerata horridis, Lucifera Clades nostrorum infixa est corpori. ex Aeschylō. Stat. Achil. 1, 59 Illi spumiferos glomerant a pectore Fluētus, Tritones, dum natant et ante se agunt ac moliantur vndas. Gressus glomerare superbos Virg. Georg. 3, 117. 40 de equo. Hinc atque hinc glomerantur Virg. Aen. 1, 504. Idem Georg. 4, 79 Magnum miste glomerantur in orbem. Iam Legiones in tendinam glomerabantur Tac. H. 3, 31, 1. Manum glomerare bello Virg. Aen. 2, 313. Bello, Ad bellum. Seruus. Nives glomeratas agit Corus Sil. 3. Nubes glomerantur Virg. Aen. 4, 9, 689. Nubes tempestatem glomerant Idem Georg. 1, 323. Plin. 12, 17 Ladanum glomerari Puluere, coqui sole tradunt. Saxa sub auras glomerat Virg. Aen. 3, 577. Semina vocis Eiciuntur et ore foras glomerata feruntur Lucret. 3, 495. de Epilepticis. Ventus incendia glomerat Virg. Georg. 2, 311. Tellus glomerata 50 cogitur Vnda Ouid. Met. 15, 251.

GLOMERATVS, a, um. Part. Conglobatus. Colum. 10, 237 de Cinara, Haec modo purpureo surgit glomerata corymbo.

GLOMERATIO, ōnis. f. [σφάμβωσις] Plin. 8, 42 de equis, Quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, i. iactatio numerosa; pedes comparantur cum digitis celeriter glomerantium fila.

GLOMERABILIS, e. Adi. Manil. 1, 220 Te testem dat Luna sui glomerabilis orbis.

GLOMERŌSVS, a, um. Adi. Columel. 9, 3, 1 Apes vastae sed glomerofac.

GLOMERĀTOR, ōris. m. Qui glomerat. Ennius.

GLOMERĀMEN, inis. n. [σφάμβωμα] Globus, Glomus. Lucret. 2, 685 Dissimiles igitur formae glomerāmen in vnum Conueniunt. Add. ib. v. 453. et 5, 725. Seren. Sammon. c. 56.

GLOMERARIVS, i. m. Sen. in Controu. 1, 8.

GLOMERĀTIM. Adu. Macrobian. Saturn. 6, 4. Vid. Vomitaria in VOMO. Cauter et non glomeratim faciendum Cyprian. Ep. 5, . . . Quis oratorum — densata glomeratius aut dixit aut cogitauit Auson. Paneg. Theodof. c. 29.

GLORIA, ae. f. [κλέος, κῆδος, δόξα, εὐκλεία] Cic. de Inuent. 2, 166 Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Gloria, est Illustris ac peruagata multorum et magnorum vel in suos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum Cic. pro Marcel. 27 c. 8. Gloria, est Solida quaedam res et expressa non ad- umbrata : ea est Consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de eccellente virtute Cic. Tusc. 3, 3 c. 2. Ex omnibus praemiis virtutis amplissimum est gloria Cic. pro Milon. 98 c. 35. Cito ignominia fit superbi gloria P. Syr. Mim. Vis cursu pedibusque gloriari? Tigrim vince leuemque Passarinum: Nulla est gloria praeterire asellos Martial. 12, 36. i. gloriatio. Aetius gloriae Cic. in Brut. 281. Macrobian. in Somn. Scip. 2, 10 Non aeternam, sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus. Auidior gloriae, vid. AVIDVS. Clarus gloria, et auctoritate grauis Cic. de Orat. 2, 155. Cumulator, vid. CVMVLATVS. Cupidus gloriae et altissimus animus Cic. Off. 1, 65. Cupidus splendoris et gloriae Idem ibid. 1, 65. Quincil. 7, 3 Quod ipsum fecisse seductum iuuenili Cupiditate gloriae fateor. Cursus gloriae sempiternus Cic. pro Sext. 47. Cursus ad gloriam Idem Fam. 10, 3 extr. Cic. . . . Expers esse debet gloriae, etc. Gradus gloriae dispares, honorum pares sunt Cic. pro Planc. 60. Palmae gloria, Victoria. Virg. Georg. 3, 102 Et quis cuique dolor victo, quae gloria Palmae. Virtutis verae fructus, gloria Cic. in Pison. 57 c. 24. Idem Philipp. 1, 29 Ea autem est Gloria et laus recte factorum, et magnorum in Rempubl. meritorum. Laudum gloria Cic. Fam. 2, 4. Hor- tratrix animosi gloria leti Stat. Theb. 9, 717. Insignia gloriae Cic. Fam. 10, 13. Idem . . . Illud magis vereor, ne ignorans verum iter gloriae, etc. Plin. Pan. 8, 4 Qua gloria Laetus, de Nerua post adoptatum Traianum. Lata gloria, b. e. Late diffusa et sparsa. Plin. Epist. 4, 12 Nescio quo pacto vel magis homines iuvat gloria lata, quam magna. Huc facit quod Macrobian. in Somn. Scipion. 2, 10 sic ait, In appetenda gloria duo sunt maxima, quae praepari possint, vt et quam latissime vegetur, et quam diutissime perseueret. Magna apud omnes erat gloria nomen Annibalis Cic. de Orat. 2, 75. Magna gloria nostri aevi Ouid. Epist. 17, 59. Matura, vid. MA- 105

- TVRVS. Militaris Tacit. Agric. 5. Naualis, vid. NAVIS.
 Operosa, Magna et difficilis Ouid. Epist. 2, 63. Opima Valer.
 Max. 4, 4. De Cn. Scip. Romana Quinctil. 1, 10. Seges
 gloriae Cic. pro Milon. 36. Solida veraque Cic. Brut. 3. Sti-
 mulus gloriae Cic. pro Arch. 29. Ventosa Virg. Aen. 11, 708.
 Vera, grauis, et solida Cic. Philipp. 5, 50. Gloria viua patris
 Rutil. Itin. 1, 168. Umbra gloriae Cic. in Pison. 57. Vstus
 gloria Idem Fam. 13, 15. ¶ 2 Verborum formulae: Cic.
 de Orat. 2, 210 Gloria parta non delectari, sed totam Abiicere, atque
 10 deponere. Cic. Fam. 3, 7 Vt mihi nihil neque ad honorem, ne-
 que ad gloriam Acquirendum putarem. Adamare Cic. Fam. 2, 4.
 Immortalem gloriam non Adimunt, si vitam eripiunt Pseudo-Cic. an-
 teq. iret in exil. 22. Adipisci gloriam Cic. pro Marcel. 27. Af-
 ficere gloria, Amplificare gloriam, vid. hb. vv. Ascendere gra-
 15 dibus gloriae videntur homines in caelum Cic. pro Milon. 98 c. 35.
 Auferre gloriam, vid. b. v. Augere gloriam Cic. Fam. 12. Ale-
 re gloriam Idem in Brut. 32. Cadere gloriam Cic. pro Milon. 98.
 Capere maximam gloriam ob amicitiam summa fide seruata Idem de
 Amicit. 25. Circumfluens gloria, vid. f. l. Commendare sem-
 20 piternae gloriae aliquem Cic. Fam. 5, 12. Comparare gloriam
 Idem Off. 2, 45. Tacit. Hist. 3, 64 Ne Antonio, Varoque de
 gloria Concederet. Consequi gloriam Cic. Fam. 1, 5 extr. Con-
 sequi aeternam gloriam Idem ibid. 10, 14. Consequi propriam in-
 25 genii gloriam Cic. Fam. 5, 12. Cumulare gloriam bellicam elo-
 quentia, vid. CVMVLO. Constat summa et perfecta gloria ex
 tribus his, si diligit multitudo, si fidei habet, si cum admiratione
 quadam honore dignos putat Cic. Off. 2, 31. Liu. 37, 58 extr. Glo-
 riamque eius victoriae Desfloram ad Thermopilas esse. Desiderat
 30 virtus mercedem laudis gloriaeque Cic. Philipp. 5, 35. Diuulgata
 Lucret. 6, 8. Dare gloriam immortalem, et sempiternam turpi-
 tudinem infligere Cic. in Pison. 63. Ducitur maxime gloria opti-
 mus quisque Idem pro Arch. 26 c. 11. Ducere in gloria Plin. 31, 6.
 Duplicare gloriam Cic. pro Domo sua 95. Efferre se gloria et
 praedicatione Idem in Parad. 1. Esse gloria, pro Gloria circumflu-
 35 ere Cic. Att. 2, 21. Esse gloriae Idem Fam. 5, 12. Excellit maxi-
 me gloria is, qui virtute plurimum praestat Cic. pro Planc. 16.
 Exornare Philosophiam falsa gloria Idem Tusc. 2, 12. Expetenda
 gloria magis est, si pecunia tantopere expetitur Cic. de Orat. 2, 172.
 Ferre gloriam Scribon. Ep. in. . . i. referre, consequi. Floruit
 40 Graecia fama, gloria, doctrina, plurimis artibus, imperio et laude
 bellica Cic. pro Flacc. 28. Tacit. Ann. 15, 8 Si aut gloriam cum
 modo, aut praedam cum cura Habuisset. Habere maiorem glo-
 riam dicendi Cic. de Clar. Orat. 239. Habet formam honestatis et
 similitudinem gloria Idem de Fin. 5, 69. Habitabit omnibus in
 45 terris nominis mei gloria Idem pro Milon. 98 c. 35. Incenduntur
 omnes gloria ad studia, vid. INCENDO. Infringere gloriam Cic.
 pro Milon. 5. Insistere in gloria, vid. INSISTO. Tacit. Ann.
 4, 26 Et huic negatus honor gloriam Intendit. i. auxit. Praeclara
 ingenia, quae gloria Inuitantur Cic. Ep. ad Brut. 15. Iuncta in-
 50 vidiae, vid. IVNGO. Tacit. Ann. 2, 44 Reddendamque gratiam
 in acie faterentur, simul perfidos et ruptores pacis vltioni et gloriae
 Maestandos. Minuere, vel Imminuere gloriam Cic. Fam. 10, . . .
 Multiplicare gloriam, vid. post MULTVS. Nascitur gloria Cic.
 Fam. 15, . . . Nasci gloriae Idem pro Sext. 89. Niti ad glo-
 55 riam immortalem, vid. NITOR. Quinctil. 3, 7 Quo minores opes
 fuerunt, eo maiorem benefactis gloriam Parit. Parta Ouid. Epist.
 21, 115. Ponere in gloria, vid. PONO. Praestare gloria Cic.
 Off. 1, . . . Praeterire asellos gloria est nulla Martial. 12, 36.
 Quaerere gloriam Cic. Q. Frat. 2, 2. Referre in gloriam, vid. IN,
 60 Refrenare, vel Reuocare a gloria Cic. pro Cael. 76. Reperire ar-
 mis Ter. Heaut. 1, 1, 60. Repudiare veram gloriam, leuis est ani-
 mi splendorem lucemque fugientis Cic. in Pison. 57. Reseruare
 Apul. Met. 4 p. 123, 19 Floridi. Retinere gloriam Cic. Fam. 7, 13.
 Reuocare omnia ad gloriam et splendorem in imperio et dignitate Id.
 65 pro Flacc. 28. Seposita et discors Ouid. Amor. 2, 12, 11. Se-
 quitur gloria virtutem tanquam umbra Cic. Tusc. 1, 109
 c. 45. Seruire gloriae Cic. in Catil. . . . Sit in aeter-
 na gloria Marius Idem in Catil. 4, 11. Et Off. 3, 85
 In maxima et gratia futurus sit et gloria. Gloriam
 70 qui Spreuerit, veram habebit Liu. 22, 39. Subnixus fulgore glo-
 riae Valer. Max. 8, 1. De L. Cotta. Cic. . . . Hodie hanc
 gloriam, atque hoc orbis terrae imperium Teneremus. Titillat
 gloria Hor. Serm. 2, 3, 179. Transmouere in se gloriam Ter.
 Eun. 3, 1, 10. Venire in gloriam Cic. Att. 2, . . . Versatur
 75 omnibus in terris nominis mei gloria Idem pro Milon. 98 c. 35. Et
 tua materia gloria Victa sua est Ouid. Her. 16, 146. Tacit. Ann.
 13, 32 Idque illi imperitante Claudio impune mox ad gloriam vertit.
 ¶ 3 Plur. Gloriarum plenus, i. lactabundus Plaut. Mil. 1, 1, 2.
 Flare inanes glorias Gell. 1, 2. Memorare veteres Gallorum glo-
 80 rias Tacit. Ann. 3, 45. Add. Vulg. 1 Petr. 1, 11. ¶ 4 Ali-
 brariis confundi solent Gloria et Gratia: Burm. ad Quinct. Declam.
 15, 7 p. 313.
- GLORIOLA, ae. f. Dimin. [δοξιδιον] Cic. Fam. 5, 12 Et nos-
 met ipsi viui gloriola nostra perfruamur. Idem Fam. 7, 5 Hisce
 85 eum ornes gloriolae insignibus.
- GLORIOSVS, a, um. Adi. [κλυτὸς, ἐνδοξος] Praeclarus, ex-
 cellens, et qui in magna gratia est. Plaut. Epid. 2, 2, 116 Magnus miles
 Rhodius, raptor hostium gloriosus. Quod si eum Diu immortales
 victoriis suis perfrui passi essent, sospes gloriosior patriae moenia non
 90 intrasset Val. Max. 3, 2 ext. 5. de Epaminondae morte. Dies glorio-
 sissimus Tac. H. 5, 17, 4. Cic. Att. 8, 16 Vt non solum gloriosis
 consiliis vtamur, sed etiam paullo salubribus. Cic. Verr. 5, 97 c. 37
 Quo neque Karthaginensium gloriosissimae classes, cum mari plurimum
 poterant — vnquam adspirare potuerunt. Facta illustria et
 95 gloriosa Cic. de Fin. 1, 36 c. 11. Fuga Ciceronis sibi gloriosa, pa-
 triae calamitosa Cic. de Diuin. 1, 59. Idem de Fin. 2, 97 c. . . .
 Quum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors. Add. Id. de
 Diuin. 1 c. 24. Gloriosissimum fructum salutis capere Cic. Phil. 2
 c. 11. Ostentatio ciuitatis magnifica et gloriosa Idem pro Flacc. 52
 100 c. 22. Philosophia praepotens et gloriosa Cic. de Orat. 1, 193.
 Magnificum illud etiam, Romanisque, hominibus gloriosum, vt, etc.
 Cic. de Diuin. 2, 5. Idem Philipp. 2, 27 Longum est persequi cae-
 teros: idque Reipubl. praecclarum, fuisse tam multos, tum multo
 105 ipsi gloriosius est. Cic. de Legib. 3, 21 Quod nobis quidem egre-
 gium, et ad immortalitatem memoriae gloriosum, neminem, etc.

In priuatis gloriosa, multo magis in regibus commemorabuntur Cic. pro Deiot. 40. Idem Acad. 4, 140 Nisi forte quod gloriosum sit in vulgus, id honestum velimus dicere. Cic. Fam. 9, 14 Mihi vero gloriosum, te Iuuenem Consulem florere laudibus, quasi alumnus disciplinae meae. Populari fama gloriosum, vt consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum. Cic. de Fin. 2, . . . Idem Philipp. 1, 34 Carum esse ciuibus, bene de Rep. mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum est: metui vero et in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. ¶ 2 Gloriosus etiam in malam partem vsurpatur pro Superbo: vt proprie sit inanis gloriae cupidus et ostentator: Plaut. Truc. 1, 2, 55 Vos nequam et gloriosae, malaque, etc. Vt fastidit gloriosus Plaut. Curc. 5, 2, 34. Fuisse creditur non minus gloriosi quam ciuili Animi Suet. Claud. c. 1. Plin. Epist. 3, 9 Miserat etiam epistolas Romam ad aniculum quandam iactantes et gloriosas. Gloriosus miles, apud Ter. Eun. Prol. 31. et Cic. Off. 1, 137 c. 38. Plaut. Mil. 2, 1, 8. Nihil vnquam neque insolens neque gloriosum ex ore eius exiit Nep. 20, 4, 2.

GLORIOSE, Adu. [εὐκλεῖς] Cum gloria et laude, vel cum iactatione inani. Aur. Vict. de Viris Illust. c. 47 Ipse quadragies quater accusatus gloriose absolutus. Cic. Fam. 2, 11 Satis gloriose triumpharem. Gloriose Ostentare amicitiam alicuius Sallust. in Epist. Mithrid. Hist. 1. 4. In malam partem. Cic. Tusc. 3, 51 Quoniam haec plausibilia non sunt, vt in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant. Plaut. Perf. 2, 5, 6 Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloriose. Exordiri non gloriose Cic. de Orat. 2, 31. Gloriose mentiri Idem pro Milon. 73. Gloriosius de se praedicare Cic. pro Domo c. 35. Vitam gloriosissime degere Vell. 2, 3, 2. Praeclare gloriosissimeque vixerunt Augustin. Ep. 107.

GLORIOR, ari. Dep. [καυχώμεαι, μεγαλυνχέω] Mediae significationis est, vt superiora: significat Gloriam suam veram aut falsam praedicare. Cic. Verr. 3, . . . Vt tu in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris. Sic Caes. B. C. 1, 4 Inter suos gloriari. Cic. Off. 1, 78 Licet enim mihi, M. fili, apud te gloriari, ad quem et hereditas huius gloriae, et factorum imitatio pertinet. Contra aliquem Cic. Tusc. 5, . . . Idem de Fin. 3 c. 8 Quis aut de misera vita possit gloriari, aut non de beata? De suis rebus gestis Cic. pro Domo sua 93. Idem de Senect. 82 Vt de me aliquid more senum glorier. De misera vita nemo gloriari potest Cic. de Fin. 3, 8. Idem Tusc. 1, 48 c. 21 Non pudet Philosophum in eo gloriari? Quibus rebus quis in se ipso gloriatur, easdem in aliis reprehendat non concedit Cic. pro Ligar. 20. In virtute Idem de N. D. 3 c. 36. Caes. B. G. 8, 50 Propterea quod insolenter aduersarii sui gloriarentur. More senum Cic. de Senect. 82 c. 23. Nimis Cic. de Arusp. Resp. 16. Factis equitum gloriantur ciues, laetantur socii, genuunt hostes Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 29. Nominibus veterum gloriari Cic. in Orat. 169 c. 50. Idem de Senect. 32 c. 10 Equidem posse vellem idem gloriari quod Cyrus. Se peragrassie omnes prouincias gloriari Cic. de Orat. 2, 258. Idem in Pison. 2 Is mihi etiam gloriabitur, se omnes magistratus sine repulsa assecutum.

GLORIANDVS, a, um. Partic. [κλυδιώτης] Cic. Tusc. 5, 49 c. 17 Nec in misera vita quidquam est praedicabile aut gloriandum — Beata vita glorianda et praedicanda, et prae se ferenda est.

GLORIANS, antis. Partic. [κλυδιών] Cic. de N. D. 1, 72 Quod et non praedicanti tamen facile quidem crederem, sicut mali aedificii domino gloriante se architectum non habuisse. Add. Vulgat. 1 Sam. 2, 3. Cic. Tusc. 5, 40 c. 14 Glorianti cuidam mercatori, quod multas naues — dimisisset.

GLORIATIO, onis. f. [καύχησις] Cic. de Fin. 4, 50 Illud vero minime consecretarium, sed in primis hebes, illorum scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam vitam. Sic 3, 28 c. 8 Ex qua efficitur, gloriatione, vt ita dicam, dignam esse beatam vitam.

GLORIATOR, oris. m. Apul. Flor. 3 p. 357 Glorinator non habet causam gloriandi, et tamen gloriatur Fronto Grammat. GLORIABILIS, e. Adi. καυχημάτων Gloss. Gr. Lat.

GLORIFICO, are. Tertull. de Idol. 22 Deus glorificetur. Idem de Resurr. Carn. c. 16. Prudent. Hamart. v. 965. Coripp. 4, 289.

GLORIFICATVS, a, um. Adi. Vulg. 1 Petr. 1, 8. GLORIFICATIO, onis. f. Glorificationem praecedit passio Augustin. T. 9 p. 374. Conf. Idem T. 9 p. 505. et T. 10 p. 975.

GLORIFICVS, a, um. Adi. Cod. 2 t. 8 l. 7 §. 2. GLORIABVNDVS, a, um. Adi. [μεγαλήγορος] Qui gloriatur. Gell. 5, 5 Contemplatione tanti et tam ornati exercitus gloriabundus Annibalem adspicit.

GLOS, gloris. f. [γῆλος] Viri foror, inquit Festus. Nonius 19, 4 Glos appellatur mariti foror, atque eadem fratris vxor. Most. dest. in l. 4 D. de grad. et affin.

GLOSSA, ae. f. [γλῶσσα] Latine Lingua dicitur. Sed audiamus Quinctil. 1, 1, 34 Protinus enim potest interpretationem linguae secretioris (quas Graeci glossas vocant) dum aliud agitur, ediscere. Vid. Viri docti apud Burm. p. 23. Varro de L. L. 6, 2 p. 67, 19 Quod ait templa vt sint dextra (leg. tesca) aiunt sancta esse, qui glossas scripserunt. Id est falsum. Alcuin. apud Putsch. p. 2086 fn. Glossa est vnus verbi vel nominis interpretatio. Ergo apud Fabium etiam Glossa est interpretatio linguae secretioris. Huc pertinet impurum Epigramma Ausonii 127 in Eunum turpem Grammaticum, Eune quod vxoris grauidae putria inguina lambis, Festinas glossas non natis tradere natis.

GLOSSVLA, ae. f. Diminut. Diomed. 2 p. 421 extr. Enarratio est obscurorum sensuum quaestionumue explanatio vel exquisitio, per quam vnus cuiusque rei qualitatem poetis glossulis exsoluimus. GLOSSEMA, atis. n. [γλῶσσημα, ὀλίον] Idem. Quinctil. 1, 8, 15 Circa glossemata etiam, id est voces minus vsitatas, non vltima eius professionis diligentia est. Varro de L. L. 6, 3 p. 71 extr. exponens versus Ennii, Caclitum Camilla expectata aduenis, salue hospita Camilla. Camilla, inquit, qui glossemata interpretati, dixerunt administram. Addi oportet, In his quae occultiora. Afranius Gallus apud Suet. de Clar. Gramm. 22 Pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum Epigrammate ostendit, Qui caput ad laeuam didicit (deicit certatim viri docti emendant) glossemata nobis Praecipit, os nullum, vel potius pugilis. Charis. 1 p. 106 pr. Glossemata, horum glossematum, his glossematibus.

GLOSSEMATICVS, a, um. Adi. Vt, Glossematicum genus locutionum apud Diomed. Gramm. 2 p. 434.

GLOSSARIVM, i. n. Cato ap. Gell. 18, 7 Vos Philosophi, mera estis mortuaria Glossaria. Obicit illis studium verborum inanium.

GLOSSOPETRA, ac. f. *Gemma*. Isidor. 16, 14. Solin. c. 50.

GLOTTIS, idis. f. [*γλωττίς*] Latine Lingua dicitur. Hinc Plin. 10, 23 *auem* (quae rex coturnicum appellatur) glottida vocauit: Glottis, inquit, praelongam exerit linguam, vnde ei nomen.

G L V

GLUBO, i, itum, ěre. [*ἀποδέρω*] Corticem detrabere. Cato de R. R. c. 33, 5 Salictum, suo tempore caedito, glubito, arctēque alligato, librum conseruato. Catull. 58 Nunc in quadriuiis, et angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes, *obscene*. Glubi pecus dicitur, ut Festus ait, voce Gluma, Cuius pellis trahitur. Glubere ramos, Diffringere, valde fringere, inquit Nonius 2, 388. Varro de R. R. 1, 55, 2 Durities enim eorum digitalium non solum fringit baccam, sed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium resectos.

GLVBEO, ěre bis apud Catonem de R. R. legitur, Quae materies semen non habet, cum glubebit (al. glubet) tum tempestiua est: quae repetuntur 31, 2. Videtur significare corticem dimittere, ut sit cognatum verbo Glubo, sed intransitiuae significationis: sic cognata sunt iacere et iacere.

GLVCIDATVS, a, um. Adi. Festus, Glucidatum, suaue et iucundum. Graeci enim *γλυκύν* dulcem dicunt.

GLVDIS, is. f. *Herba*, al. *Paeonia*. Apul. de Herb. c. 64.

GLVMA, ac. f. [*ἔλυτρον*] Hordei tuniula est, inquit Festus, dictum quod glubatur id granum, vnde et pecus glubi dicitur, cuius pellis detrahitur. Varro de R. R. 1, 48 de frumento loquens, Granum dictum quod est intimum solidum. Gluma, qui est folliculus eius. Arista, quae ut acus tenuis longa eminet e gluma. Proinde ut grani theca sit gluma, et apex arista. Paulo post, Videtur vocabulum etymon habere a Glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum.

GLVS antiquum nomen eadem significatione, qua Gluten. Charif. 1, 27 med. Feminini generis — Glus, glutinis. Alii hoc Gluten dixerunt. Sed Caper de verbis dub. p. 2248 extr. Glutinum, non Glus. Aufon. Technop. p. 489 Tergora dic clipeis accommoda quae faciat? Glus. Al. Glut it. Glux. Glutis taurinae mentio apud Veget. Mulom. 3, 66, 4. et 4, 14, 4. Paullin. de Vita Mart. 4, 104 in describendo febricitante, Et plectrum vocis siccati glute palati Impendens (vid. leg. Impediens) fractis enisus saepe loquelis etc. Idem ad Nepot. 52 Non tam pernici suspendunt succina saltu Festucam foeni vicini glute vaporis. Vititur Idem de Vita Martin. 5, 421. Denique Glux etiam apud Isidorum quidam legunt. Sed quod ad Catonem prouocant quidam, inde esse videtur, quod Meursius et Popma ad Glutum illius 45, 2 etiam Isidori glossas laudant. Vid. Barth. ad Paullin. 4, 104.

GLVTEN, inis. siue GLVTINVM, i. n. [*κόλλα*] Viscida dum mollis est materia, quae ubi induruit firmiter continet ea, quae illo intercedente iuncta sunt. Charif. 1 p. 67 med. Hoc gluten, Virgilius dixit (Georg. 4, 40) Collectumque haec ipsa ad munia gluten — Varro — Glutine et cinere — Sed et glutinum in Scauro, Glutinum Daedalum inuenisse: quam declinationem Saliustius sequitur, dum dicit, Quasi glutino adolefcebant. Repetit eadem p. 106. Virg. Georg. 4, 160 de apibus, Narcissi lacrimam, et lentum de cortice gluten. Prima fauis ponunt fundamina. Plin. 11, 39 Boum coriis glutinum excoquitur, taurorumque praecipuum. Idem 26, 8 Taurinum gluten. Conf. Cels. 5, 2 et 5. Plin. 13, 12 Glutinum vulgare e pollinis flore temperatur feruente aqua, minimo aceti aspersu. Fidelissimum glutinum Plin. 28, 17 non procul a fine. Glutine materies taurino iungitur vna Lucret. 6, 1066. Ossa, per-

vos et medullas glutino cutis tegi Prudent. Cath. 9, 102. GLVTINIVM, i. n. Apul. Asclep. p. 100, 20 Haec *εμαρμύνη* et necessitas — indiuiduo connexae sunt glutinio. Sic certe Elementib. Sed in Ind. ipse Glutino dedit. Studio autem positum glutinio, indicatur in emendat.

GLVTINEVS, a, um. Adi. Quae pede glutineo, quod tetigere, trahunt Rutil. Itin. 1, 610. GLVTINOSVS, a, um. Adi. Tenax. Plin. 35, 16 de terra Samia, Prioris laus ut recens sit, et leuis, linguaeque glutinosa. Terra glutinosissima Columel. 3, 11. Glutinosior pituita Scribon. 23. vulgo, Lema. Glutinosa exscreare Id. 94. 96. Cibus glutinosus Cels. 7, 25. Ex ulcere exiguum quiddam et glutinosum exit Idem 6, 3. Pus glutinosus et sanguine et sanie Idem 5, 25, 20. Glutinosissimus Idem 6, 7.

GLVTINO, ěre. [*κολλάομαι*] Coniungere, ferruminare. Plin. 35, 15 Vis bituminis, quae sulphuris, sistit, discutit, contrahit, glutinat. Idem 28, 18 Quo genere sistitur et sanguis et vulnus glutinatur. Cels. 5, 2 Vulnus glutinare. Creator Sermone carnem glutinans Prudent. Cath. 11, 53. Pass. Lucil. ap. Non. 8, 68 Praeterito tepido glutinor glutino.

GLVTINAMENTVM, i. n. [*κόλλησις*] Compactio, coniunctio. Plin. 13, 12 Deprehenditur et lentigo oculis, sed inserta mediis glutinamentis taenia. Salm. Ina. De chartis loquitur.

GLVTINATIO, ōnis. f. Cels. 7, 27 Solida glutinatio vulneris.

GLVTINATIVVS, a, um. Adi. Virtus Apul. de Herb. c. 72. Add. Ibid. c. 77.

GLVTINĀTOR, ōris. m. [*κολλήτης* Gloss. Gr. Lat.] Cic. Att. 4, 4 Etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus, ad caetera administris: iisque imperes vt fumant membranulam, ex qua indices fiant. Glutinatores igitur sunt, qui curant libros, vt commodius diutiusque seruari possint, quos nunc Compactores et Bibliopegos dicere mos est.

GLVTINATORIVS, a, um. Adi. Virtus Priscian. de Diaeta c. 10.

GLVTINATORIVM, i. n. *Κολλητήριον* Gloss. Gr. Lat. *intell. medicamentum*.

GLVTTVS, i. m. Pars colli, qua cibi transmittuntur. Ficta vox per onomatopoeiam: nam Glut est Imitatio soni, quem edit liquor per angustum tramitem means. Casaubon. in Pers. 5, 112 Inque luto fixum pollis transcendere numum, Nec glutto forbere saliuam mercurialem. Qui laudat etiam Vetus Epigr. in rusticum ebrium, Percutit et frangit vas, vinum defluit, anfa stricta fuit, glut glut murnurat vnda sonans. Hinc

GLVTTIO, ěre. Gluttit, *ἐγκύπτει* Vet. Gloss. Vel vt frequentius scribitur.

GLVTIO, ěre. [*καταπένηω*] Deuorare. Iuuen. Sat. 4, 28 Quales tunc

tunc epulas ipsum glutisse putamus Induperatorem? Plin. 10, 12
Pessima eorum significatio, quum glutiant vocem velut strangulati. de
coruis. Hamum glutire Plin. 9, 43. Saliuis partim glutendis par-
tım exspuendis Augustin. C. D. 7, 8. Mors glutita Tertull. Carm.
adu. Marc. 2 c. 5 extr.

GLVTO, ōnis. f. a Glutiendo, dicitur Gulosus et vorax homo,
seu avidus deuorator. Qui erat comeffator, id est, glutto, aut ebrı-
ofus B. Eligius Nouiom. Homil. 16. Huc nonnulli referunt locum
Persii 5, 112. Sed perperam: vid. supra GLVTTVS. Conf. Lauring-
berg. Antiquar. v. GLVTTO.

GLVTVRINVS, i. m. Ridiculum lurconis nomen ap. Am-
mian. 28, 4.

GLVTVS, a, um. Adi. ab Antiquis vsurpatum pro Vnito et bene
subacto. Cato c. 45 Locus bifalio subactus fiet, beneque glutus fiet.
Repetit Plin. 17, 18. Festo Glitus locus dicitur Tener et subactus: ut
vel ita in Catone legendum sit, et habent libri quidam glittus vel glietus;
vel utroque modo dicatur, ut Maxumus et Maximus.

GLVIA, vid. GVMIAE.

G L Y

GLYCĒRA, f. GLYCERE, ae. f. a γλυκερός, Nomen puellis
datum, a dulcedine. V. g. Hor. Carm. 1, 19, 5 Vrit me Glycerae ni-
tor Splendentis Pario marmore purius. Et Carm. 3, 19, 28 Me
lentus Glycerae torret amor meae. Conf. Carm. 1, 30, 2. et 33, 1.
Item, Corollarium inuentrix apud Plin. 35, 11. Martial. 14, 187

cuius lemma, Thais Menandri. Nec Glycere, vere Thais amica fuit.
Sensus est, Glycere erat Menandri Poëtae amica, quod ex Glyceres Grae-
cis ad eum Epistolis, quae hodieque exstant, cognoscimus: Thais tamen
ab eo sic in comoediis introducta frequenter et celebris reddita est, ut ipsa
videatur non Glycere Menandri amica fuisse. Haec Turneb. 9, 24.

GLYCERIVM, i. f. Meretricis nomen in Terentii Andria.

GLYCON, ōnis. m. [Γλύκων] Vir robustissimus, et gladiatoria quadam
totius corporis firmitate: Hor. Epist. 1, 1, 30 Nec quia desperes inui-
cti membra Glyconis, etc. ¶ 2 Fuit et Glycon, Medicus
Pansae apud Romanos. Cic. ad Brut. 6 Tibi Glycona medicum Pan-
sae, qui sororem nostri Achilleos in matrimonium habet, diligentissime
commendo. Audimus enim venisse in suspicionem Torquato de mor-
te Pansae, custodiri que ut parricidam. Vid. Suet. in August. c. 11.

GLYCYRRHIZA, ae. f. [γλυκύρριζα] Dulcis radix. Diosc.
3, 7. Plin. 22, 9. Pallad. 10, 14. Glycyrrhizes vis Macer 1, 29
vlt. Glycyrrhizae radix Scribon. 75. Glycyrrhiza est radix dul-
cis 86. Glycyrrhida scribitur in antiquis MSS. et Iensoniana edi-
tione Palladii Oct. 14, 5 et 8.

GLYCYRRHIZON, i. n. pro Glycyrrhiza. Plin. 11, 54.
et 21, 15.

GLYCYRRHIZITES, ae. m. Vinum glycyrrhiza conditum.
Colum. 12, 35.

GLYCYMĒLVN, i. n. [γλυκύμηλον] Diosc. 1, 136.

GLYCYSIDE, es. f. Herba, Diosc. 3, 148. Plin. 24, 4. et 27,
10. Glycysida nigra, quam Poeniam Graecorum quidam appellant
Scribon. 166. Conf. quae Rhod. in Lex. Scrib. notauit.

GLYCYSIS, pro Glycyside, Apul. de Herb. c. 64.

GLYPHICE, es. f. [γλυφική] Sculptura, unde Hieroglyphica.

G N A

GNAEVVS, i. m. Praenomen apud Romanos, quo nominati fuerunt,
Qui naeuum aliquem nascentes habuissent. Ita in Pandectis Florentinis
scribitur aliquando Naeus (quasi Naeuus) cui vocis antiqui G, vel C
praeponebant. Sic enim scriptum legimus a Valerio, vel quisquis fuit,
qui Epitomen de nominibus reliquit. Gnaeuus, inquit p. 880 Torre.
ob insigne naeui appellatus est: Quod vnum praenomen varie scri-
ptum notatur. Alii enim Naeum, alii Gnaeum, alii Cnaeum, scri-
bunt. Qui G litera in hoc praenomine vtuntur, antiquitatem sequi
videntur, quae multum ea litera vsa est. — Igitur etiam qui in
corporibus naeuus gigni solet, Gnaeuus appellabatur. Qui C ponunt,
corruptione Syllabae delectari videntur, qui Naeus lenitatem velle
indicare. Gnaeum a γένεθαι ducit Festus, et corporis in-
signe definit.

GNAPHALIVM, i. n. [γναφάλιον] Herba. Plin. 27, 10 Gna-
phalion, alii chamaezelon vocant, cuius foliis albis molliibusque pro
tomento vtuntur.

GNAEVS, a, um. Adi. [εὐδήμων, ἐπισήμων] Sciens et peritus
alicuius rei. Plin. 9, 35 Concha ipsa quum manum videt, comprimit
fese, operitque opes suas, gnara propter illas se peti. Cic. in 75

Orat. 15 Gnarumque quibus orationis modis quoque animorum partes
pellerentur. de Pericle. Plaut. Rud. 1, 3, 28 Quae mihi est spes
qua viuere velim? nec loci sum gnara, nec diu hic fui. Colum-
mel. in praef. Armorum ac militiae gnaros. Plin. 9, 8 Gnara
temporis multitudo. Rerum gnarus Sil. 7, . . . Reipublicae 80

gnarus Sisenna Cic. de Clar. Orat. 228 c. 64. Plaut. Afin. 3, 2, 6
Tortoresque acerrimos, gnarosque nostri tergi, qui saepe ante in no-
stras scapulas cicatrices indiderunt. Gnarus, pro Cognito. Tac.

Ann. 1, 63 Trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam
nesciis. Item Ann. 15, 61 Idque nulli magis gnarum, quam Ne-
roni. Add. Ann. 12, 45, 4. Hist. 3, 79, 4. Apul. Apol. p. 281, 7.

Huc referas illud Festi, Gnarus cum significet id quod sciens, peritus;
tamen inuenimus prognare significare aperte. Huic dictioni Gna-
rus praeposita est litera G, quo dulcius sonaret: quemadmodum factum
est dictionibus Gnauus et Gnotus. Cic. in Orat. 159 Noti erant, et 90

Nauı, et Nari, quibus quum IN praeponi oporteret, dulcius visum
est, Ignoti, Ignauı, et Ignari dicere, quam vt veritas postulabat,
Gnarior, ōris. Compar. Arnobius 3, . . . Gnariissimus Solin. c. 51.

GNAEITAS, ātis. f. [ἐπιστημοσύνη] Sallustius in Fragm. Hist.
3 ap. Non. 2, 367 Namque alii fiducia gnaeıtatis occultam fugam, pars
globis eruptionem tentauere. Ammian. 16, 3 Iuuante gnaeıtate.
Conf. NARITAS.

GNAEVRIS, e. Adi. pro Gnarus, vox antiqua et obsoleta. Plaut.
Most. 1, 2, 17 Simul gnarures vos volo esse hanc rem mecum. i. Gna-
ros: Hac etiam vsus est in Prol. Poen. 47 Ad argumentum nunc vicif-
satim volo remigrare, vt aequè mecum sitis gnarures. i. Gnari. In
Lexico etiam Latinograeco reperi Gnareum γνῶριμον, et Gnarat γνω-
ρίζε. Haec Turneb. Aufon. Epist. 22, 19 Non cultor instans, non ara-
tor gnaruris. Et Arnob. 3 p. 113 Cur esse dicatis in aliis praecepti-
onibus gnarures. 105

GNARĪGO, āre. *Narrare*. Festus, Gnarigauit significat apud Liuium narrauit. *Sed al.* Gnarrurauit. *Mox* Festus Gnarruisse narraffe.

GNARVRO, āre. [γναρίζω] Gloss. Gr. Lat.

5 GNATHOS, [γνάθος] Latine Gena, Maxillaue dicitur, aut Bucca. *Inde*

GNATHO, ōnis. m. *Parasitorum nomen in fabulis*. Cic. Philipp. 2, 15 *Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. cui? neminem nominabo. Putatote eum Phormioni alicui, tum*

10 Gnathoni, tum Ballioni. O foeditatem hominis flagitiosam!

GNATHONĪCVS, a, um. Adi. Ter. Eun. 2, 2, 33 Parasiti itidem vt Gnathonici vocentur.

GNATIA, *Oppidum Apuliae*. Vid. EGNATIVS.

15 GNATVRA pro Natura quidam apud Auc̄t. Epit. de No- min. p. 881.

GNATVS, i. m. [γκῆνος] Filius. Eadem ratione praeponitur illi G, qua dictioni Gnarus. Vid. Natus in NASCOR. Dulces gnati Lucret. 3, 908. Mansit huic vnicus gnatus domi, vid. MANEO. Aetas gnati non est ad praecepta Cic. pro Planc. 59.

20 GNAVVS, a, um. Adi. [δραστήριος, φιλέργος] Celer, strenuus; a nauium celeritate, et nauanda opera. Additur G per Prosthesin, vt in Gnatus. Iuuenta gnaua Ouid. ex Pont. 1, 10, 12. Gnauis mane forum, et vespertinus pete tectum Hor. Epist. 1, 6, 20. Reliqua da- mus in NAVVS.

25 GNAVĪTER. Adu. [δραστήριως] Diligenter. Liu. 10, . . . Ibi aliquamdiu nec cessatum ab armis, nec gnauiter pugnatum. Gnauiter agere aliquid Hor. Epist. 1, 1, 24. Plaut. Cist. 1, 1, 87 Vt me quem ego amare gnauiter, sineret cum eo viuere. *al.* Grauiter.

30 G N E et G N I

GNEPHOSVS, a, um. Adi. Festus. Gnephosum obscurum: videlicet ex Graeco, quod est κνέφος.

35 GNETVM, i. n. Semina gneti Colum. 7, 8. forte leg. Cneci vel Gneci, vid. CNICOS.

GNEVS, vid. GNAEVS supra.

GNIDE, Piscis genus, quam nos Vrticam vocamus Plin. 31, 11. Alii scribunt Cnide.

GNIDVS, vid. CNIDVS.

40 G N O

GNOMA, ac. f. legunt quidam apud Festum pro Groma, voce GRVMA.

45 SENTENTIA. 1 2 Gnoma f. Gnome [γνώμη] quae Latine dicitur Sententia. Vid. Quinctil. 8, 5 qui locus classicus est, vid.

GNOMON, ōnis. m. [γνώμων] Regula. Stilus horologii, cuius umbra internoscuntur horae. Plin. 2, 72 Gnomonem solis vmbilicum vocari dicit. Conf. Vitruu. 1, 6. et 9, 4. Goef. Ind. in Script. rei Agr.

50 GNOMONĪCE, es. f. *Scientia horologia faciendi*. Plin. 2, 76 Vmbrarum hanc rationem, et quam vocant Gnomonice, inuenit Anaximenes Milesius, Anaximandri discipulus: primusque horologium quod appellant sciotericon, Lacedaemone ostendit. Add. Vitru. 1, 3. et 9, 4. *it.* 8. et Lex. Bald. p. 53.

55 GNOMONĪCVS, i. m. *Huiusce artis peritus*. Solin. c. 40. Nempe

GNOMONICVS, a, um. Adi. *Pertinens ad Gnomonice*. Gnomonicae rationes Vitruu. 9, 4. Add. Idem 1, 1. Mart. Capell. 6 p. 194.

60 GNOSOS, i. f. [Κνώσος] Vrbs Cretae in plano sita, quae alio nomine Cerathus, vt scribit Strabo, appellata fuit a fluuio. Ea fuit Minois regia, vid. Pomp. Mela 2, 7. Hinc

GNOSIVS, a, um. Adi. [Κνώσιος] Ex ea vrbe ciuis. Gnosiua regna Virg. Aen. 3, 115. Virg. Georg. 1, 222 Gnosiuaque ardentis decedat stella coronae. Humus Ouid. Epist. 4, 68. Litora Catul. 62, 172. Pharetra Propert. 2, 12, 10.

65 GNOSIACVS, a, um. Adi. [Κνώσιακος] Corona Gnosiaca Stat. Silu. 1, 6, 88. Regnum Ouid. Met. 9, 668.

GNOSVS, a, um. Aliud Adi. *Laudatur ex Lucan. 3, 185. Sed melius ita legitur hodie, Centenis venit in arma Creta vetus Populis, Gnososque agitare pharetras. Docta. Vt Gnosos sit Nominatiuus: pro eo quod legebatur Gnosas.*

70 GNOSIS, idos. f. [Κνώσις] Ouid. Epist. 15, 22 Et Phoebus Daphnen, et Gnosida Bacchus amauit. *Intelligit Ariadnen.*

75 GNOTICI, ōrum. m. [γνώτικοί] Haeretici primi saeculi, qui perfectam scientiam sibi arrogarunt. Vid. Epiphani. Haer. 26. Irenaeum adu. Haer. 1, 24.

GNOTV, pro Cognitu. Festus.

80 G O B — G O R

GOBIO, ōnis. m. vel GOBIVS, i. m. [κωβίος] Piscis vilis. Plin. 9, 57 Eadem in Ponti regione apprehendi glacie piscium, maxime gobiones, non nisi patinarum calore vitalem motum fatentes. Martial. 13, 88 Principium coenae gobius esse solet. Columel. 8, 17 Et cammarus, exiguusque gobio. Conf. Iuuen. Sat. 11, 37 Nec nullum cupias, cum sit tibi gobio tantum In oculis, quod prouerbiu vim habere potest.

90 GOLGOS, i. n. *Cypri oppidum*. Catullus 61, 96 Quaeque regis Golgos, quaeque Idalium frondosum. *de Venere loquens.*

GOMOR. Indecl. *Mensura Hebraeorum*. Vulgat. Exod. 16, 36. Conf. Isidor. 14, 25.

GOMPHVS, i. m. [γόμφος] Clauus, cuneus. Nonnulli de Fibula ferrea interpretantur. Stat. Silu. 4, 5, 48 Et crebris iter alligare gomphis. *i. cuneis et colligationibus lapidum aliis, quibus viae muniuntur.* Conf. Tertull. Apol. c. 12.

GONARCHE, es. f. *Horologii solaris genus apud Vitruu. 9, 9 de quo nihil praeterea traditur.*

100 GONGER, gri. m. *Piscis*. Plin. 32, 11 *inter marinos refertur. G in prima Syllaba poscit ordo elementaris, quem ibi sequitur. Al. Conger vel Congrus, v. v.*

GONGYLIS, idis. f. [γόνγυλις] Rapaee genus, a rotunditate, vt videtur, dictum. Col. 10, 421 Gongylis, illustri quam mittit Nursia campo, Quaeque Aniterninis defertur Bunias aruis.

105 GONORRHOEA, ae. f. [γονόρροια] Vitium est membri genitalis, videlicet

videlicet quum praeter voluntatem emittit semen. Firmic. 3, 7 'Mors illi per gonorrhoeam, id est feminis defluxum, fertur.

GORDIANVS, i. m. *Trium Imperatorum Romanorum nomen.* Vid. Spanhem. de *Vsu et Praest. Num. Diff.* 10.

GORDIVS, i. m. [*Γόρδιος*] *Rex Phrygiae ex rustico, cuius brevem historiam ponemus ex Iustin. 11, 7 Consulentibus (Phrygibus) de fine discordiarum oracula responderunt, regem discordiis opus esse — iubentur eum regem observare, quem reuerfi primum in templum Iouis euntem plaustrum reperissent. Obuius illis Gordius fuit, statimque eum regem consalutant. Ille plaustrum, quo vehenti regnum delatum fuerat, in templo Iouis positum maiestati regiae consecrauit. — Alexander — iugum plaustri Gordii requisivit: quo exhibito eum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, violentius oraculo vsus gladio loramenta caedit, atque ita resolutis nexibus, latentia in nodis capita inuenit. Haec ille, 15 Oraculum, quod non tradit, Curtius 3, 1, 16 ita enuntiat, Asiae potiturum, qui inexplicabile vinculum soluisset. Caetera hic dabit Freinsb. Conf. IVGVM.*

GORGE, *Meleagri soror.* Ouid. Met. 8, 542.

GORGIIAS, ac. m. [*Γοργίας*] *Leontinus, Siculus rhetor, Empedoclis 20 discipulus, Isocratis autem et aliorum philosophorum et rhetorum praeceptor. Eius exstant Orationes in Aldina editione Graecorum Oratorum. Vid. Quinctil. 3, 1, 8 et saepissime. Concinnitatis princeps Gorgias. Cic. in Orat. 103. Magister Isocratis Gorgias Id. de Senect. 13. Isocrates adolescens senem Gorgiam in Thessalia audiuit Id. in Orat. 167. 25 Gorgiae tantus honos est habitus a Graecia, soli ut ex omnibus, Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur Id. de Orat. 3, 127. Vid. Victorii Varias Lectiones 5, 9. Centum et septem compleuit annos Gorgias Cic. de Senect. 13. Numerosa oratione maxime delectabatur Gorgias Id. in Orat. 167. Leontinus Gorgias se ad 30 omnia, de quibus quisque audire vellet, esse paratum denuntiabat Id. ibid. 1, 103.*

GORGO. Adu. Vid. CORGO.

GORGONES, um. f. [*Γοργόνες*] *fabulosae mulieres: quamquam fundus fabularum sit historia, quam persequitur Diod. Sic. 3, 53 sqq. Fabulas exponit bonam partem Ouid. Met. 4 extr. Apud Virg. Aen. 6, 289 In foribus inferorum stabulant cum Scyllis, Briareo, Chimaera, Harpyiis etiam Gorgones. Ibi Seruius, Hae Gorgones Forci (leg. Phorci) filiae tres fuisse dicuntur in extrema Africa circa Atlantem montem, quae omnes vnum oculum habebant, quo inuicem utebantur, Stheno, 40 Euryale, Medusa. Sed Medusa erecta fauore Neptuni ausa est crines suos Mineruae capillis praeferre: qua re indignata dea crines, quibus amatori maxime placuerat, in serpentes vertit, eamque excidi a Perseo fecit luminibus orbatam, fecitque ut quisquis caput eius vidisset, verteretur in saxum. Sed Perseus, etc. — Serenus tamen 45 Poeta dicit Gorgonas puellas fuisse vnus pulchritudinis, quas cum vidissent adolescentes stupore torpebant, vnde fingitur, quod, si quis eas vidisset, vertebatur in lapidem, etc. sunt enim plura. Add. Lacerda. Gorgo cum simpliciter dicitur, Medusa significatur. Os Gorgonis pulcherrimum, cinctum anguibus Cic. Verr. 4, 124. Rigida cum Gorgone Perseus Claudian. in Ruff. 1, 280. Saeva Gorgone effulgens Pallas Virgil. Aen. 2, 616. Nempe Pallas*

Gorgoneum turpes trinem mutauit in hydros.

Nunc quoque ut attonitos formidine terreat hostes,

Pectore in aduerso quos fecit sustinet angues. 55

Sic narrationem de Gorgonibus, et librum 4 Met. claudit Ouidius. Tristis Gorgo Valer. Arg. 3, 54.

GORGONEVS, a, um. Adi. possess. [*Γοργόνιος*] Ouid. Met. 4, 778 Gorgoneas tetigisse domos. Anguis Id. de Arte Am. 3, 504. al. Ignis. Hydrae Claud. de Rapt. Prof. 2, 225. Gestatrix Gorgonei monstri Val. Argon. 4, 605.

GORGOPHŌRVS, a, um. Adi. [*Γοργοφόρος*] Pallas Gorgophora: *quasi Gorgonem ferens.* Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 24 c. 10 Teque Tritonia, armipotens, Gorgophora Pallas, Minerua caeterique dii, deaque immortales, etc. 65

GORGONIA, ae. f. [*γοργονία*] *inquit Plin. 37, 10 nihil aliud est, quam Corallium: nominis causa, quod in duritiem lapidis mutatur.*

GORGONIVS, i. m. *Viri proprium male olentis, Prouerbiū vim habere potest illud Horat. Serm. 1, 2, 27 Pastillos Ruffilus olet, Gorgonius hircum.* 70

GORTYNA, ae. f. [*Γόρτυνα*] *Vrbs Cretae. Hinc*

GORTYNIS, idis. f. et GORTYNIVS, a, um. Adi. Arundo Gortynis Lucan. 7, 214. i. sagitta. Spicula Gortynia Stat. Theb. 3, 361. Tecta Catull. 62, 75. 75

G O S et G O T

GOSSAMPINVS, vel, ut legit Harduinus,

GOSSYMPINVS, i. m. *Arbor lini ferax.* Plin. 12, 11.

GOSSYPION, i. n. [*ξύλον*] *Frutex laniger, de quo Plin. 19, 1 Superior pars Aegypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui gossypion vocant, plures xylon, et ideo lina inde facta xylina. Paruus est, similemque barbatae nucis defert fructum. cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec vilia sunt eis in candore mollitia- 85 ue praefenda. Vid. XYLON.*

GOTHICVS, a, um. Adi. *Aureliani Imperatoris cognomen, ob grauiam et cruenta bella cum Gothis gesta. Grut. Inscr. 4 p. 276. Vrsatus de Not. Rom. Antiq. Thesaur. Graeu. Tom. 11 p. 735 B.*

G R A

GRABĀTVS, i. m. *Graece κράβατος, duplici ἄε, Lectus vilis et exiguus.* Cic. de Diuin. 2, 129 c. 63 Venit enim iam in contentionem, vtrum sit probabilius, deosne immortales, rerum omnium praestantia excellentes, concurrere omnium mortalium, qui vbiq; sunt, non modo lectos, verum etiam grabatos. Catullus 10, 20 cum nar- 95 rasset mendacium suum de octo lecticariis,

At mi nullus erat, neque hic, neque illic (in prouincia)

Fractum, qui veteris pedem grabati

In collo sibi collocare posset.

Martial. 12, 32 Ibat tripes grabatus, bipes mensa. Idem 1, 93 Sed si nec focus est, nudi nec sponda grabati. Membra locat sensim vili demissa grabato Auctor Moreti v. 5 de rustico. Grabatus ille verus fit, et sagum et durus panis ac sordidus Senec. Ep. 18. Proprium scapulis attolle grabatum Sedul. in Matth. 9.

GRABATVLVS, i. m. Dimin. Apul. Miles. 1 p. 108. 105

GRABATARIVS, i. m. [*κλινοποιός*] *Grabatorum faber.* Gl. Gr. Lat.

GRACCHVS, *sive* GRACCVS, *Cognomen est Semproniorum. Varro apud Charif. 1, 62 med. Graccum sine aspiratione dici debere, et dictum ait a gerendo, quod mater eius duodecim mensibus utero eum gestauerit: aut a gracilitate corporis, ut quidam volunt. Sed*
 5 *consuetudo Gracchos cum adspiratione vsurpauit. Varronis illam sententiam etiam recitat Scaurus de Orthogr. p. 2256 pr. Quinctil. 1, 5, 20 Parcissime, inquit, aspiratione veteres vsi, etiam in vocalibus, quum oedos ircosque dicebant. Diu deinde seruatum ne consonantes aspirarentur, ut in Graccis et Triumphis. Adde Drakenb. ad Sil.*
 10 *4, 497. Gracchos nobiles non enumeramus. Taceri autem vix possunt fratres Gracchi, Tiberius et Caius, ambo eloquentes et plebis studiosissimi, qui Republicam perniciosis legibus in plebis gratiam scriptis labefecerunt. Qua de causa uterque est occisus. Tiberius a P. Nasica, et decem annis post Caius ab Opimio COS. et utriusque corpus in Tiberim*
 15 *proiectum est. Vid. Epitome Liu. 58. Vellei. 2. et Epit. Liu. 60 et sq. Valer. 1, 7. et 6, 8. et 8, 10.*

GRACCHANVS, a, um. Adi. *Quod est Gracchi. Quinctil. II, 3, 115 Aut Gracchanum illud, Quo me miser conferam? i. vocem Gracchi. Gracchani iudices Cic. de Clar. Orat. 128. b. e. Gracchi*
 20 *mortem vlti.*

GRACCHVRIS, is. f. [*Γρακκχρῖς*] Vrbs Hiberæ regionis: dicta a Graccho Sempronio, quæ antea Ilurcis nominabatur. Fest.

GRACCITO, ære. *De voce anjeris, Auct. Philomelæ v. 19 sec. Schott. Obff. Hum. 2, 52. al. Gratitat.*

GRACILIS, e. Adi. [*ἰχνὸς, σφηκώδης, λεπτός*] *Tenue, ac corpore macilentum. Ter. Eun. 2, 3, 21 Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student demissis humeris esse, victo pectore, ut graciles fient. Quo in loco Probus nobilis grammaticus legit, Ut gracilæ fient, a Nominatiuo Singulari hæc Gracila, quomodo dicimus Imbecillus et Imbecillis. Artus graciles Ouid. Amor. 2, 10, 23. Arundo Sen. Hippol. 6. Capellæ Ouid. Met. 1, 299. Corpus Ouid. ex Pont. 1, 10, 21. Corpora graciliora ficioraque Plin. 34, 8. Crura gracillima Sueton. Neron. c. 51. Ilcis Glans breuior et gracilior Plin. 16, 6. Lanugo Calpurn. Ecl. 2, 87 ubi vid. Burmann. Lapis*
 35 *gracilis et putris Plin. Epist. 236. Martial. 8, 24 Si quid forte petam timido gracilique Libello. Marmor Plin. Epist. 101. Nucleo glans gracili Idem 12, 21. Orator Quinct. 12, 10, 36. Talcæ gracilior Pallad. 4, 10. Vindemiæ Plin. Epist. 8, 15. Umbra Ouid. Trist. 4, 10, 86.*

GRACILA, antiquum pro Gracilis. Lucil. Sat. 8. *apud Non. 8, 48 Quod gracila est, pernix, quod pectore puro, Quod puero similis. De loco Ter. Eun. 2, 3, 2 dictum modo est.*

GRACILITER, Adu. Apul. Met. 3 p. 325.

GRACILITAS, âtis. f. [*ἰχνότης, λεπρότης*] *Corporis habitus tenuior. Cic. de Clar. Orat. 313 c. 91 Erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue corpus, etc. Succulenta gracilitas, ut inenormis proceritas Apul. Met. 2 p. 115, 22. Gracilitas crurum Sueton. Calig. c. 3. Quinct. 1, 9 Igitur Aesopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proxime succedunt, narrare sermone puro, et nihil se supra modum extollente, deinde eandem gracilitatem stilo Exigere condiscant, i. tenui oratione et simplicissima perscribere. Gracilitas Lysiacæ Quinct. 12, 10, 24. Pl. Gracilitates*
 50 *Cic. de Clar. Orat. 64 c. 16.*

GRACILITVDO, inis. f. [*ἰχνότης*] *Accius Amphitryone, Tamen et statuæ gracilitudo, et propemodum luctus facit, ne dubitem. Non. 2, 364.*

GRACILETVS, a, um. Adi. [*ἰχνὸς*] *Idem, quod Gracilis. Enn. 7 Deducunt habiles gladios filo gracilento. Non. 2, 364. Vfus est Gellius 4, 12 Equum gracilentum habere. Conf. 19, 7.*

GRACILENS, entis. Adi. [*λεπτός*] *Næuius Protefilao, Demam gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit. Non. 2, 364.*

GRACILESCO, Ære. [*ἰχναινομαι*] *Gracile et tenue fieri. Plin. 17, 22 Quum alias festinatione parienti gracilescat. al. Gracilis.*

GRACILIPES, Ædis. m. Petron. c. 55 *Ciconia gracilipes.*

GRACILLO, ære. Auctor Philom. 25 *Cucurrire solet gallus, gallina gracillat.*

GRACVLVS, i. m. Dimin. *forma, licet GRACVS non existet, quasi coraculus, ex Gr. κόραξ, quia cum coruis cognationem habet. Sic Menag. Amoenit. iur. [κορακίς] Plin. 11, 29 de locustis, In*
 70 *Lemno insula certa mensura præfinita est, quam singuli enecatarum ad magistratus referant. Graculos quoque ob id colunt, aduerso volatu occurrentes earum exitio. Fest. 7 Graculi, inquit, a sono oris vocati: siue a gerendo dicti, quod iacta segetum semina plurimum gerant: vel quod ex oliuetis cubitum se recipientes, duas pedibus bac-*

75 *cas, tertiam ore ferant. Quinctil. 1, 6, 37 Sed cui non post Varro- nem (de L. L. 4, 11) sit venia? qui agrum, quod in eo agatur aliquid: et graculos, quia gregatim volent, dictos Ciceroni persuadere voluit? quum alterum ex Graeco sit manifestum duci, alterum ex vo-*

80 *cibus auium. Add. Plin. 18, 35. Varro de R. R. 3, 16. Vetus est adagium: Nihil cum fidibus graculo, i. Nihil imperitis cum bonis li-*

85 *teris. Gell. in Praef. al. Epilog. Addit aliud eiusdem potestatis, Nihil cum amaracino sui. Sic Graculus inter musas, dicitur de Homini- bus inter eruditos stolidæ et impudenter obstrepentibus. Est et aliud adagium, Graculus graculo semper assidet.*

GRACVLA, ac. f. *Laudatur Plin. 8, 27 Graculæ lauri folio annum fastidium purgant. Sed est Graculi. Cf. Saluian. Epist. 4 p. 200.*

GRADARIVS, GRADATIM, GRADATIO, GRADIOR, GRADIVVS, vid. GRADVS.

GRADVS, ūs. m. [*βαθμός, βήμα*] *vel est actus promouendi*
 90 *pedem, vel pars viae, imprimis in ascensu et descensu, atque adeo singulae partes scalarum, in quas pedes promouentur, gradus sunt. Inde per metaphoram, gradus est membrum in quacunque serie, in qua progressum, ascensum, descensum cogitare licet. Cic. Attic. 4, 1 Gradus templorum ab infima plebe completi erant. Vitruu. 3, 3 Gradus in fronte ita*
 95 *constituendi sunt, ut sint semper impares: namque cum dextro pede primus gradus ascendatur, item in summo templo primus erit ponendus, etc. Est enim ibi tota de ea re praeceptio. Hinc tum aliae meta-*

100 *phoræ intelliguntur, tum illud, quod Veget. Mulom. 4, 2, 1. it. 1, 2, 11. et 1, 32 Gradus vocantur rugæ in palato equi. Scribon. Epist. . .*

105 *Quasi per gradus, i. ordine quodam. Duplicata scansio gradus dicitur, quod graditur ab inferiori in superiorem Varro de L. L. 4, 35. Gradus cognationis ICTi numerant, v. g. Tit. de Gradibus et affin. Sed etiam Ouid. Met. 13, 142 Nostri quoque sanguinis auctor Iupiter est, totidemque gradus distamus ab illo. Neroni Galba successit, nullo gradu contingens Caesarum domum Sueton. Galba c. 2. Virg. Georg.*

Georg. 3, 191 — gradibusque sonare Compositis. Citatus Sen. Med. f. 12. Infausto Ouid. Met. 3, 36. Liu. 4, 32 Peditum instructam aciem Pleno gradu in aciem inducit. Praeceptum Sen. Herc. Oct. f. 4. Sublimis Ouid. Fast. 1, 638. Tremulus Idem Met. 14, 143. Vefanus Sen. Med. f. 9. *Ad hoc genus pertinet illud, quod Columel. 3, 13, 9. it. 11, 3, 10 Gradus est altitudo, s. profunditas, quantum uno nisu fossor palam imprimit: et 4, 1, 3 Gradus foli crudi tantum humi, quantum alias uno gradu effodi possit.* ¶ 2 *Formulae Verborum:* Abducere gradum, *vid.* ABDVCO. Accelerare gradum, *vid.* ACCELERO. Accurrit incitato gradu Sen. Phoen. 999. Stat. Theb. 6, 588 — tunc rite citatos Explorant Acuuntque gradus. Liu. 26, 9 Alacresque milites alius alium, ut Adderet gradum, memor ad defendendam ire patriam, hortabantur. Tarpeia rupes centum gradibus Additur Tacit. Hist. 3, 71. Adiuuare gradum baculo Sen. Herc. fur. f. 9. Acquare gradus alicuius Sil. 16, . . . Aedificare gradus Cic. pro Cluent. 93. Ascendere gradibus in caelum Idem pro Domo sua 75. Ascendere multis gradibus Cic. de Fin. 5, 40. Ascenditur gradus Vitruu. 3, 3. Appropere gradum, *vid.* APPROPERO. Celerare gradum Virg. Aen. 4, 641. Colligere gradum Sil. 7, . . . Conferre gradum Virgil. Georg. 3, 166. Constituere Vitruu. 3, 3. Continere gradum Virgil. Aen. 3, 598. Corripere gradum, *Celeriter arripere viam* Horat. Carm. 1, 3, 33. Dinumerare gradus generis Ouid. Fast. 2, 622. Dirigere inuitum gradum Sen. Theb. 1. Discedere gradu verso Ouid. Met. 4, 338. Efferre gradum foribus Sil. 11, . . . Errare tardis gradibus Ouid. Met. 11, 357. Euadere gradus, *i. ascendere* Virgil. Aen. 4, 685. Cic. de Orat. 2, 249 c. 61 Sp. Caruilio grauititer claudicanti ex vulnere ob Rempublicam accepto, et ob eam causam verecundanti in publicum prodire, mater dixit, Quin prodis, mi Spuri, ut quotiescunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem? *vid.* FACIO. Ferre corpora femineo gradu Ouid. de Arte Am. 3, 298. Ferre gradus ingentes Idem de Arte Am. 3, 304. Ferre virgineos gradus Ouid. Met. 8, 39. Firmare gradum, apprehensis inuicem manibus Quintil. 9, 4, 129. Flectere gradum retro Sen. Herc. fur. f. 9. Incedere marcidum ebrio gradu Idem Med. f. 2. Liu. 35, 1 *extr.* Tandem gradum Romani acrius Intulerunt, cessitque Lusitanus, *vid.* INFERO. Minuere gradum suum Quintil. 2, 3. Moliri seniles gradus Sen. Hippol. f. 4. Niti gradu, *vid.* NITOR. Ouans gradus Valer. Argon. 2, 546. Proferre gradum Stat. Theb. 12, 9. Promouere gradum Idem Theb. 12, 541. Profiliuit rapido gradu Sen. Oed. f. 14. Retrahere gradum Stat. Theb. 11, 548. Renocare gradum Virg. Aen. 6, 128. A cursu ad gradum Reuocari Sen. de Ira 2, 35 *pr.* Sistere gradum Virg. Aen. 6, 465. Surgere gradibus Idem Aen. 1, 452. Suspensus gradus digitis Ouid. Fast. 1, 426. Sustinere gradum Fast. 6, 398. Tangere locum gradu, *i. peruenire ad locum* Ouid. Met. 3, 36. Venit aegra senectus tremulo gradu Idem Met. 14, 143. Vertere gradum Stat. Theb. 8, 138. ¶ 3 *Hic formulas quasdam metaphoricis recensebimus. Ex re gladiatoria et militari sunt ista:* Liu. 6, 32 Demoti hostes gradu. Cic. Off. 1, 80 Fortis vero animi et constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, ut dicitur, sed praesenti animo uti et consilio. *Add.* Sen. de Const. Sap. c. vlt. Non deiectus, ne motus quidem gradu. Liu. . . . Primum gradu mouerunt hostem. Depelli gradu Nep. 2, 5, 1. Gradus est, *quidquid ob aliud negotium felicitius tractandum suscipitur.* Cic. de L. Agr. 2, 58 Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad caetera iactum intelligetis. Idem Attic. 7, 12 Mihi venit in mentem, multum fore sermonem, me iudicium iam de causa publica fecisse, qua desperata, quasi hunc gradum mei reditus esse, quod mulieres reuertissent. Ad Rempublicam gradus Cic. de Arusp. Resp. 43. Gradus tuos et quasi processus dicendi studeo cognoscere Idem de Clar. Orat. 232. Notitiam primosque gradus vicinia fecit Ouid. Met. 4, 59. Imperii gradus ex Sicilia in Africam Romanis factus Cic. Verr. 2, 3. Facilem gradum adipiscendi Consulatus relinquere Idem pro Muraen. 15. *Et de N. Deor. 1, 90 Nam a beatis ad virtutem, a virtute ad rationem video te Venisse gradibus.* ¶ 4 *Genitui Nominum, quorum Gradus memorantur.* Aetatis gradus Cic. Fam. 3, 11. Lucret. 2, 1122 Paullatimque gradus aetatis scandere adultae. Cic. pro Corn. Balb. 18 Sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas ex infimo genere et Fortunae gradu, non modo amicitias et rei familiaris copias consecuta est, sed summam laudem, honores, gloriam, dignitatem. Necessitudinum gradus non iidem erunt, qui et temporum Cic. Off. 1, 59. Idem Off. 1, 160 In ipsa autem communitate sunt gradus Officiorum, ex quibus quid cuique praestet, intelligi possit. Officii primum gradum seruare Cic. pro Quint. 61. Oratorum et doctorum gradus Idem de Clar. Orat. 186. Petitionis gradus inter aequales Cic. Philipp. 5, 47. Idem Fam. 11, 28 Fateor me ad istum gradum Sapientiae non venisse. Societatis hominum plures sunt gradus Cic. Off. 1, 53 c. 17. Sonorum gradibus descendere Idem de Orat. 3, 79. Sonorum gradus intendere et remittere Cic. de Clar. Orat. 284. Temporum gradus seruantur Idem in Partit. 12. In causis tres sunt gradus Cic. in Partit. 103. ¶ 5 *Gradus, Existimatio, et honoris locus.* Cic. Philipp. 7, 8 An in illa querela misera quidem et luctuosa, sed mihi pro gradu, in quo me S. P. Q. R. collocauit, necessaria? Idem Tuscul. 2, 38 Non sentiunt viri fortes in acie vulnera: vel sentiunt, sed mori malunt, quam tantummodo de dignitatis gradu dimoueri. Omni gradu amplissimo dignissimus, et sui ordinis facile princeps Cic. Fam. 6, 10. Modest. in l. 3 D. de Re militari, Poenae militum huiuscemodi sunt: castigatio, pecunia multa, munerum indictio, militiae mutatio, gradus Deiectio, ignominiosa missio. Altior Cic. pro Cluent. c. 55. Altissimus dignitatis gradus Idem Post red. in Senat. 2. Amplissimus dignitatis Cic. pro Muraen. 30 c. 14 *pr.* Inferior gradus, aut interitus, aut seruitutis Idem de Arusp. Resp. 61. Secundus imperii Nep. 19, 3, 2. Senatorius Cic. pro L. Manil. 61. Stabilis et non expers dignitatis Idem in Orat. 216. Summus honoris Cic. Philipp. 10, 4. Adscendere altiozem gradum Idem Off. 2, 61. Adscendere ad altiozem gradum, *vid.* ADSCENDO. Adscendere vnum gradum dignitatis Cic. pro Muraen. 55. Adscendere magistratum gradibus Idem de Clar. Orat. 280. *Add.* Nep. 19, 2, 3. Asequi dignitatis aliquem gradum Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 13. Consequi Cic. pro Cluent. 150 c. 55. Collocare in gradu, *vid.* COLLOCO. Modest. in l. 3 D. de Re militari, Qui stationis munus relinquit, plus quam emanfor est. itaque pro modo delicti, aut castigatur, aut gradu mi-

litiae Delicitur. Efferrī per honorum gradus ad summum imperium Cic. in Catil. 1, 28. Firmare gradum, prehensis inuicem manibus Quintil. 3, 4 *ad fin.* Locare in gradu Cic. pro Muraen. 30 c. 14 *pr.* Obtinere gradum Idem Fam. 1, 7. Promoueri in ampliore gradum Sueton. Oth. c. 1. Poni in altissimo gradu praeter spem alienis opibus Cic. pro Sext. 20. Reddere suum cuique honorem et gradum Idem pro Rosc. Amer. 36. Spectare honoris gradum Cic. pro Milon. 24. Tenere gradum Consularis dignitatis Idem Off. 3, 99 c. 26 *extr.* Conf. Nep. 19, 2, 3.

GRADIOR, gressus sum, gradi. Dep. [*βαίω, πορεύομαι*] Incedere, ire, ambulare, progredi: et videtur proprium eorum esse, quae pedes alternis promouent. Virgil. Aen. 1, 316 Ipse vno graditur comitatus Achate. Cic. de Natur. Deor. 2, 122 Iam vero alia animalia gradiendo, alia serpendo ad passum accedunt. Virgil. Aen. 8, 546 Posthinc ad naues graditur, sociosque reuifit. Cic. Tuscul. 1, 110 c. 46 Fidenter animo (si ita res fert) gradietur ad mortem. Pedatim gradi, *vid.* PES. Gradi viam Colum. 6, 37.

GRADIENS, entis. Partic. Illi longe gradientem, vt videre Virgil. Aen. 10, 573. Gradiens degrauat litora ingenti passu Ouid. Met. 13, 776. *de Polyphemo.* Lente gradiens asellus Idem Met. 11, 179.

GRESSVS, a, um: Partic. [*πεπορευμένος*] Virg. Aen. 6, 633 Et pariter gressi per opaca viarum.

GRESSVS, ūs. m. [*βάσιμα*] Incessus. Cic. Off. 1, 131 Cavendum est autem, ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, etc. Virgil. Georg. 3, 117 Insultare solo, et gressus glomerare superbos. Presso gressu, cui opponitur Pleno gradu. Ouid. Met. 3, 17 Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu. Superbus Sil. 16, . . . Volucris Stat. Theb. 10, 131. Admouere gressus Idem Theb. 11, 560. *vid.* ADMOVEO. Ardentes Valer. Argon. 7, 110. Gressumque canes Comitantur herilem Virgil. Aen. 8, 462. Comprimere gressus Idem Aen. 6, 389. Coniungere properos gressus Val. Argon. 4, 176. Desistere gressum Sen. Thyest. 5. Exsultans Sil. 10, . . . Ferre anxios gressus Sen. Troad. f. 6. Ferri attonito gressu Idem Octau. f. 7. Firmare lapsantem gressum Sil. 3, . . . Gressu gaudens Incedit Iuli Virgil. Aen. 1, 694. Inferre gressus Idem Georg. 4, 360. Iungere gressus Claud. de Rapt. Proserp. 2, 10. Properatus Sil. 3, . . . Rapere gressus, celeriter gradi Lucan. 3, 116. Recipit ad limina gressum Virgil. Aen. 11, 29. Referte donum celeres gressus Sen. Med. 10. Reprimere gressum Stat. Theb. 10, 392.

Tendit gressum ad moenia Virgil. Aen. 1, 414. Titubant succidui gressus Claud. de Rapt. Proserp. 3, 153. Turbatus Stat. Theb. 11, 519. Vertit auidos gressus ad litora Val. Argon. 1, 183.

GRESSIO, ōnis. f. Pacuuius in Paulo ap. Macr. Sat. 6, 5 Quamvis caprigeno pecori grandior gressio est.

GRADATVS, a, um. Adi. [*κλίμακός*] In modum graduum factus, formatusque. Plin. 13, 4 Densis, gradatisque corticum pollicibus. Id. Epist. 5, 6 Omnia maceria muniuntur: hanc gradata buxus operit, et subtrahit.

GRADATIO, ōnis. f. [*κλίμαξ*] Apud Rhetores. Auctor ad Herenn. 4, 35 c. 25 Gradatio est, in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quam ad superius consentium est: hoc modo, Nam quae reliqua spes libertatis manet, si illis, et quod libet, licet, et quod licet, possunt, et quod possunt, audent, et quod audent, faciunt, et quod faciunt, vobis molestum non est? Cic. de Orat. 3, 205 Est etiam gradatio quaedam et conuersio, et verborum concinna transgressio. Conf. Diomed. p. 443. ¶ 2 Item Graduum in theatris dispositio. Vitruu. 5, 3.

GRADARIVS, a, um. Adi. [*ἐπιπορορεύς*] Gradarii equi, qui sine succussatione molliter incedunt. Lucil. 14 apud Non. 1, 60 Ipse equus non formosus, gradarius optimus. Sen. Epist. 40 *per metaphoram*, Ciceronem gradarium vocauit, cuius oratio lente incedebat.

GRADATIM. Adu. [*κλιμακῆδόν*] i. gradibus, siue Per gradus. Plin. 33, 4 Fossae, in quas profluat, cauantur, agogas vocant; eae sternuntur gradatim. Varro de R. R. 2, 1 Necessē est humanae vitae a summa memoria gradatim descendisse ad hanc aetatem. Redire gradatim sursum versus Cic. in Orat. 135. Idem Fam. 9, 14 Ita Pedetentim et gradatim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus. Addere aut demere minutatim et gradatim Cic. Acad. 4, 49. Ascendere gradatim ab humilioribus verbis ad superiora Idem in Partit. 54. Et Post red. ad Quir. 5 c. 2 Vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos Affecuti. Deducere gradatim ad pauciores, postremo ad singulos vniuersitatem generis humani Cic. de Natur. Deor. 2, 164. Interrogare minutatim et gradatim, quod quidam dicunt, Per puncta et partes Idem Acad. 4, 92. Peruenire gradatim aliquo Cic. de Natur. Deor. 1, 90. Idem Tuscul. 1, 57 Tamen ita faciles interrogationes sunt, vt gradatim Respondens eo perueniat, quasi geometrica didicisset. Habere amicos gradatim Plin. Epist. 2, 6. i. per gradus velut dispositos.

GRADILIS, e. Adi. Vt, Gradilis panis l. 3 C. Theod. de anon. ciu. et pane grad. Qui quibusdam in gradibus plebi Romanae diuidi viritim solebat. Templum Ammian. 23, 2. Prudentius contra Symmachum 1, 583 Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis. Et 2, 948 Quae regio gradibus vacuis ieiunia dura Sustinet? aut quae ianiculo mola mota quiescit? De pane enim hic gradili loquitur, et

molis pistrinorum, ubi pinjebatur. Vid. Spanhem. Numism. Diss. 13 p. 531.

GRADĀLIS, e. Adi. Quod fit gradatim. Diomed. p. 473.

GRADĪVVS, [*Ἄρης*] Mars, appellatus est, inquit Festus) a Gradiendo in bella vltro citroque, siue a Vibratione hastae, quod Graeci dicunt *κράδαινεῖν*. vel, vt alii dicunt, quia Gramine sit ortus, quod interpretatur, quia Corona graminea in re militari maximae est honorationis. Haec Festus. Gradius Mars, inquit Seruius, dicitur, quum saeuit: quum tranquillus, Quirinus. Denique in Vrbe duo eius templa sunt: vnum Quirini intra urbem, quasi custodis et tranquillii. Alterum in Appia via, extra urbem prope portam, quasi bellatoris, vel Gradiui. Vid. Seru. ad Aen. 3, 35. Burmann. ad Petron. c. 82 p. 406. Prima anceps est, saepius tamen producta: vid. Cellar. ad Sil. 15, 15. Belliger Gradius Sen. Hippol. f. 2. Magnus Gradius Ouid. Met. 6, 427.

GRADIVICŌLA, ae. c. [*ἀρεοσκήης*] Sil. 4, 222 Et Gradiuicolam celso de colle Tudertem.

GRAECIA, ae. f. [*Ἑλλάς*] Regio dicta, vt quidam volunt a Graeco, primo eius Prouinciae rege. Cic. pro Flacc. 64 Haec cuncta Graecia, quae fama, quae gloria, quae doctrina, quae plurimis artibus, quae etiam imperio et bellica laude floruit, paruum quendam locum Europae tenet, semperque tenuit, Asiae maritimam oram bello

sup-

5 M

superatam cinxit urbibus, etc. *Idem plura de Graeciae laudibus.* In angustiis et faucibus Graeciae posita erat Corinthus Cic. de L. Agr. 2, 86. Magna Graecia olim in Italia fuit, *i. ora illa extrema Graecis coloniis culta et obsita* Cic. de Orat. 2, 154 c. 37 Nam et referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum quum erat in hac gente magna illa Graecia, etc. *Et 3, 139 c. 34 Pythagoras instituit totam illam veterem Italiae Graeciam, quae quondam magna vocitata est.* Huius sunt Tarentum, Croton, Neapolis, etc. Ouid. Fast. 4, 64 Italia nam tellus Graecia maior erat. Mendax Iuven. Sat. 10, 174. Princeps eloquentiae Cic. de Orat. 1, 13. Permiscere Graeciam, vid. P E R M I S C E O.

GRAECVS, i. m. [*Ἕλληνας, Γραικός*] *Qui est ex Graecia.* Cic. pro Flacc. 64 Quis ignorat, etc. quin tria Graecorum genera sint vere? quorum vni sunt Athenienses, quae gens Ionum habebatur: Aeolis alteri, Doris tertii nominabantur. Doctissimus Graecorum Heliodorus Horat. Serm. 1, 5, 3. Doctrina pererricula Graecorum Cic. de Orat. 2, 75. Familiaritates Graecorum neque tam fideles sunt; inuidet non nostris solum, verum etiam suis *Idem Q. Fratr. 1, 1.* Luxuria et leuitas Graecorum reprehenditur Cic. pro Flacc. 26. Leuitate Graecus, crudelitate barbarus *Idem pro Flacc. 24.* Contentiōnis quam veritatis cupidiores Graeci Cic. de Orat. 1, 107. Vetere Graecia digni perpauci sunt Graeci *Idem Q. Fratr. 1, 1.* Fallaces sunt permulti et leues, et diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi Graeci Cic. Q. Fratr. 1, 1. Omnes vias pecuniae norunt, et omnia pecuniae causa faciunt Graeci *Idem Q. Fratr. 1, 1.* Artibus Graeci, Galli robore, Hispani numero, Poeni calliditate valent Cic. de Arusp. Resp. 19. Graecus et Graeca, Gallus et Galla in foro boario sub terra viuī demissi sunt in locum saxo confectum, iam ante hostiis humanis, minime Romano sacro imbutum Liu. 22, 57.

GRAECVS, a, um. Adi. [*Ἑλληνικός, Γραικός*] Chartae Graecae Hor. Epist. 2, 1, 161. *Id. de Arte Poët. 268 Vos Exemplaria Graeca Nocturna versate manu, versate diurna.* Cic. de Clar. Or. 78 Gallus qui maxime omnium nobilium Graecis Literis studuit. Literulis Graecis imbutus Hor. Epist. 2, 2, 7. Locutio Cic. de Clar. Orat. 159. *Idem Verr. 1, 66 Fit sermo inter eos, et inuitatio, ut Graeco More biberetur. Quem locum his verbis exponit Asconius: Grandibus inquit, poculis, et meracis potionibus, qui non intelligunt dicta Ciceronis: et hoc putant Graeco more potare. Est autem Graecus mos, ut Graeci dicunt, συμποσίον ποταζόμενος, quum merum cyathis libant, salutantes primo deos, deinde amicos suos nominatim. Nam toties merum bibunt, quoties et deos, et caros suos nominatim vocant. Haec Asconius.* Cic. Tuscul. 1, 96 Propino hoc pulchro Critiae. Graeci enim in conuiujs solent nominare, cui poculum tradituri sunt. Aufonius ad Symmachum, in praefatione Griphi: Super mensam meam facta est inuitatio, non illa de ludibrii conuiuio, ut Graeco more biberetur: sed illa de Flacci ecloga, in qua propter mediam noctem, et nouam lunam, et Muraenae auguratum, ternos ter cyathos attonitus petit vates. Locum significat Hor. Carm. 3, 19, 14. *Vide Horatii interpretes, sed et Erasmus in adagio Bonae fortunae, sive Boni genii. Rursus in Adag. Aut quinque bibe, aut tres, aut ne quatuor.* Graeca mercari Fide, apud Plaut. Afin. 1, 3, 47. *vide MERCOR.* Ad Calendaras Graecas, *i. nunquam.* vide CALENDAE. Fossa Graeca in Campania Liu. 28, 46. Fides Graeca, vide MERCOR. *Et adde Aufon. sub Epist. 22, 24. it. Epist. 10 extr.* Graeca Nux, quae et Thasia dicitur, et Amygdala Macrob. Saturn. 3, 18. Oratio Graeca plura ornamenta suppeditans, consuetudinem similiter Latine dicendi affert Cic. de Clar. Orat. 10. Graeca sacra, ut Festus ait, festa Cereris ex Graecia translata, quae ob inuentionem Proserpinae matronae colebant, quae sacra, dum non essent matronae, quae facerent propter cladem Cannensem, et frequentiam lugentium, institutum est, ne amplius centum diebus lugeretur. *Videant viri docti, quomodo conciliari haec possint cum Liu. 22, 56, ubi Sacrum anniuersarium Cereris intermissum dicitur — et ne ob eandem causam alia quoque sacra publica aut priuata desererentur, Senatusconsulto diebus triginta luctus finitus.* Neque plane cum Liuio facit Valer. Maxim. 1, 1, 15. *Sed Graeca sacra esse Cereris mysteria, vix potest dubitari.* Conuertere e Graeco in Latinum, vide CONVERTO. Graeca Vanitate conficta Plin. 37, 12. Versiculi Hor. Serm. 1, 10, 31. Cic. Fam. 7, 1 Graecos ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam Via Graeca ire soleas. Viam Graecam eam esse retur Turneb. quam Hercules octo stadiorum aggere in Lucrino munit. Nempe ut Saltus Graius. Voce Graeca loqui Ouid. Trist. 3, 12, 39.

GRAECE. Adu. [*Ἑλληνισί, Γραικισί*] Cic. Verr. 4, 147 Quod quidem apud Graecos Graece loquutus essem, id ferri nullo modo posse Graece confectus liber Nepos 25, 18. Legere Graece Cic. de Orat. 1, 155. Qui Graece nesciunt *Idem pro Flacc. 10.* *Et de Orat. 1, 155 Quum ea, quae legerem Graece, Latine redderem. Scribere Graece historiam Cic. Off. 3, 115.*

GRAECALIS, e. Adi. Lapidēs graecales Frontin. de Colon. 80 p. 116 Gof. *i. graecis literis notati.*

GRAECANICVS, a, um. Adi. [*Ἑλληνικός*] Plin. 34, 9 Maximeque ita colorem bibit, quem Graecanicum vocant. Varro de L. L. 9, 3 p. 140, 21 Graecum et Graecanicum distinguere videtur. Sed clarius res elucebit, si ponamus verba ex editione Scioppij p. 233 extr. Quod aduenticia (verba) pleraque habemus Graeca, saeculum, ut de notis (non Latinis) Graecanicos quoque nominatus plurimum haberemus. Itaque ut hic alia Graeca, alia Graecanica, sic analogiae. Videntur Graecanica dici, quae non tam Graeca sunt, quam Graecis simile quiddam habent, Graeco more facta, formata sunt, etc. Trochleae graecanicae Cato R. R. 3, 5. Sueton. Domit. c. 4 Amictus toga Graecanica.

GRAECANICE. Adu. Varro de L. L. 8, 50 p. 119, 31 Itaque dicimus hic Argos, cum hominem dicimus: cum oppidum, Graecanice hoc Argos.

GRAECIENSIS, e. Adi. [*Ἑλληνικός*] *Idem fere, quod Graecanicus.* Gell. 19, 10 Offendimus eum cubantem in scimpodio Graeciensi. Sic apud Plinium 35, 6 Graeciense melinum. Sed Graeciense mare *Idem 4, 11.*

GRAECOSTASIS, is. f. [*Γραικόςσασις*] quasi Graecorum statio. Varro de L. L. 4, 32 p. 37, 26 Ante curiam Hostiliam rostra: cuius id vocabulum ex hostibus capta, fixa sunt rostra. Dextra e comitio locus substructus, vbi nationum subsisterent legati, qui ad Senatum essent missi: is Graecostasis appellatur. Cic. Q. Fratr. 2, 1 Deinde eius operae repente a Graecostasi et gradibus clamorem satis magnum

fustulerunt. *Adde Plin. 33, 1 ubi Flavius — Concordiae — at-
diculam aeream fecit in Graecostasi, quae tum supra comitium erat.*

GRAECŪLVVS, i. m. Dimin. [*Ἑλληνικός*] *ad contemptum fere
pertinet.* Cic. Verr. 4, 127 Tum epigramma Graecum pernobile inci-
sum habuit in basi: quod iste eruditus homo et Graeculus, qui haec
subtiliter indicat, etc. Assentator Graeculus Cic. in Pison. 70.

Cautio Graecula: Cic. Fam. 7, 18 Itaque quando vestrae Cautiones
infirmas sunt, Graeculam tibi misi cautionem chirographi mei. *Ab-
ludit ad epistolam 13, 15 qua Trebaciū Caesari commendarat, in qua
cum Graeca pluscula posuisset, claudit, Genere nouo sum literarum ad te
usus, ut intelligeres, non vulgarem esse commendationem. Aliter
Burmān. ad Petron. c. 46 ubi plura de hac voce.* Esuriens Grae-
culus Iuuen. Sat. 3, 78. Homines Graeculos controuersia verbi
tamdiu torquet Cic. de Orat. 1, 47. Aufon. *sub* Epist. 22, 1 Philon,

meis, qui villicatus praediis, Ut ipse vult, Epitropos; (Nam glorio-
sum Graeculus nomen putat) quod sermo fucat Doricus. Negotium
ineptum et Graeculum Cic. Tuscul. 1, 86. Otiosus atque Graecu-
lus Idem pro Milon. 56. Et de Orat. 1, 221 Neque vult ita sapiens
inter stultos videri, uti qui audiant, aut illum ineptum, aut Graecu-

lum esse putent. Cic. pro Flacc. 13 Graeculae concionis motus, te-
merarius. Rosa Graecula, *Rosa omnium minima, in sentibus cre-
scens, quae folia ita proiecta habet, ut nisi cogantur manibus, apertam
rosam non ostendant.* Plin. 21, 4 Est et quae Graeca appellatur a no-
stris, a Graecis lychnis, non nisi in humidis locis proueniens, etc.

Est et alia Graecula appellata, conuolutis foliorum paniculis. Co-
lumel. 3, 2, 24 Nam quae Graeculae vites sunt, ut Mareoticae,
Thasiae, etc.

GRAECOR, āri. Dep. [*κωμῶζω*] *Graecos imitari.* Hor. Serm. 2, 2, 11
Vel si Romana fatiget Militia assuetum graecari, h. e. luxuriari, aut
Graeco more ludere. Porphy. *it.* Graecorum more bibere, apud
Cic. Verr. 1 c. 26. *Conf. Barth. Adu. 11, 19 p. 546.* Tertull. de
pallio c. 4 Tyrim calciari nisi auro, non Graecatur, *i. Graeci moris
et instituti est. Caeterum sic Salmas. Al. nisi aurum minime Graecatos
deceat. Nempe*

GRAECATVS, a, um. *Graeco more factus. Compar. Grae-
cator epistola Apul. Apol. p. 329. Sic Salmasius apud Tertullianum
de Pall. c. 4 extr. p. 360 legi vult Crepidae Graecatūm τὸ ἑλληνίζον
τῆς κρηπίδος.*

GRAECATIM, Adu. *Graeco more.* Tertull. de Pall. c. 4 Re-
vera enim quale est Graecatim depalari magis, quam amiciri? *Salm.
emendat depilari.*

GRAECATIO, ōnis. f. [*ἑλληνισμός*] Gloss. Gr. Lat.

GRAECITAS, ātis. f. *Res, et literatura Graecorum, apud ICtos,
ut l. 3 C. Theod. de stud. lib. Rom. et Const.*

GRAECISSO, āre. *Graecum sermonem imitari.* Apul. Apol. p.
336 Loquitur nunquam nisi Punice, et si quid adhuc a matre graecif-
sat. Et Plaut. Men. prol. 11 Hoc argumentum Graecifsat, tamen non
Atticifsat, verum Sicilifsat.

GRAIVS, a, um. Adi. [*Ἰχαιός*] *Graecus, Poëtis ob antiqui-
tatem vsitatum.* Virgil. Aen. 4, 228 — Graiumque ideo bis vindi-
cat armis. *Poëta apud Cic. de Natur. Deor. 2, 91 Hoc, quod me-
moro, nostri caelum, Graii perhibent aethera. Ex Pacuuiō. Idem
de Natur. Deor. 3, 53 Διόσκουροι etiam apud Graios multis modis no-
minantur. Camoena Hor. Carm. 2, 16, 36. Gentes Ouid. Met.
4, 16. Homo Lucret. 1, 67. Saltus Nepos 23, 3. Vrbes Virg.
Aen. 3, 295.*

GRAIUGĒNA, ae. c. [*Ἑλληνογενής*] *Qui a Graicis genus et
originem traxit.* Cic. de Natur. Deor. 2, 91 Graiugena de isto aperit
ipsa oratio. Ex Pacuuiō. Virg. Aen. 3, 550 Graiugenumque domos,
suspectaque linquimus arua. Domus Graiugenaë Catull. Argon. 62,
36. *al.* Cranonis domus. Reges Graiugenaë Stat. Theb. 6, 215.

GRALLAE, ārum. f. *Fustes sunt furculas habentes, quibus ni-
tuntur, qui super iis ambulant. Ex Nonio 2, 361.*

GRALLĀTOR, ōris. m. *Qui grallis graditur, et passus ingentes
facit.* Plaut. Poen. 3, 1, 27 At, si ad prandium in aedem vos dixissem
ducere, vinceretis ceruum cursu, et grallatorem gradu. Arnob. 2 p.
70, 1 cum desultoribus, funiambulibus, praestigiatoribus coniungit.
Grallatores, *inquit Festus, appellabantur Pantomini, qui, ut in salta-
tione imitarentur Aegipanas adiectis perticis furculas habentibus, at-
que in his superstantes, ob similitudinem crurum eius generis, gradie-
bantur, utique propter difficultatem consistendi.* Non. 2, 361 Gral-
latores sunt calobathrarii. Grallae enim sunt fustes, quibus innitun-
tur. *Ponit deinde locum Varronis, qui vehementer exercuit viros doctos,
quorum conatus exhibet Gothofredus. Nobis satis fuerit ponere illum, ut
est a Mureto constitutus V. L. 13, 19 quem proxime ad librorum suorum
scripturam, et veritatem adeo, accessisse, etiam Mercero videtur. Sic
autem ille: Grallatores, qui gradiuntur, perticae sunt lignae sine
animo, sed ab homine eo, qui in iis stat, agitantur: sic illi animi
nostri sunt; grallae crura ac pedes nostri, ex se ἀκίνητοι, sed ab
animo mouentur.*

GRALLĀTORIVS, a, um. Adi. *Grallatorius gradus, i. ma-
gnus, cuiusmodi solet esse grallatorum Plaut. Amph. 4, 3, 52.*

GRAMEN, īnis. n. [*ἄγρωσις, χόρτος*] *Herba vulgarissima, cibus
bonae partis animalium, nec Plin. 24, 19 Gramen ipsum est inter her-
bas vulgarissimum; geniculatis serpit internodiis, crebroque ab his,
et ex cacumine nouas radices spargit: folia eius in reliquo orbe in
exilitatem fastigiantur, in Parnasso tantum ederacea specie densius,
quam vsquam fruticant, flore odorato candidoque. Iumentis herba
non alia gratior, siue viridis, siue in foeno siccata, etc. Late admo-
dum patet interdum Graminis appellatio, qua de Re disputauimus ad
Quinctil. 5, 8, 1 ubi est mentio, Cuiusdam apud Lotophagos graminis,
i. Loti herbae. Virgil. 12, 415 de Dictamno, Non illa feris in-
cognita capris Gramina. Seru. ad Aen. 12, 119 ubi Ara Graminea,
Gramen, *inquit, herbae species est, licet omnis herba gramen voce-
tur, sicut robur omne lignum, cum sit et species. Et ita plerumque
scriptores.* Cic. de Fin. 2, 84 Tua sint Puteolis gramina, *i. herbae,
ex quibus fenum cogitur. Fructum pratorum intelligit, qui est maximus.*
Liu. 1, 24 Fetialis ex arce graminis herbam puram attulit. Virgil.
Ecl. 5, 26 — nulla neque annem Libauit quadrupes, nec grami-
nis attigit herbam. Velut laeto gramine fata strangulant Quinctil.
prooem. 8, 23. Crispum Claud. Conf. Prob. et Olyb. 216. Mar-
tial. 9, 92 Sic in gramine Floreo reclinis. Ignobile gramen Cerin-
thae Virgil. Georg. 4, 63. Ouid. Met. 5, 486 Lolium tribulique
fatigant Triticeas messes, et inexpugnabile gramen. Laetum Virg.
Georg. 2, 525. Mala gramina pastus Idem Aen. 2, 71. Molli gra-
mine*

mine postrati Lucret. 2, 29. Montanum Ouid. Met. 2, 841. Roscida Claud. de Rapt. Proserp. 2, 104. Tenerum Hor. Carm. 4, 12, 9. Viridi se gramine vestit tellus Virgil. Georg. 2, 219. Canent gramina Idem Georg. 3, 325. *subaudiendum*, Rore. Carpiunt gramen equi Virgil. Aen. 9, 353. Credunt se gramina in novos soles, *vid.* 5 Credo. Defectum Ouid. Met. 14, 646. Redeunt iam gramina campis Hor. Carm. 4, 7, 1. Tondentes gramina campo lanigeræ Lucret. 2, 659. *In MSS. confunduntur Gramen et Stramen: Drakenborch. ad Sil. 10, 561.*

GRAMINEVS, a, um. Adi. [*ἀγρωπῶν*] *Quod ex gramine est factum.* Aræ gramineæ Virg. Aen. 12, 119. et Sil. 4, 703. Caespes Ouid. Amor. 2, 16, 10. Campus Idem Fast. 3, 519. Corona Gell. 5, 6. *it.* Plin. 22, 2 *sq.* Obsidionalis eadem v. v. Cic. Verr. 4, 125 c. 56 *extr.* Gramineas hastas memorat e templo sublatas a Verre, quas dicit fuisse eiusmodi, vt semel vidisse satis esset; in quibus neque manu factum quidquam, neque pulchritudo erat vlla, sed tantum magnitudo incredibilis, de qua vel audire satis esset, nimium, videre plus quam semel. *Non potuit disertius describere stirpes graminis insitatae et monstrosæ magnitudinis: et tamen impedire non potuit, quo minus de emendando cogitarent homines eruditi.*

GRAMINOSVS, a, um. Adi. [*χορτώδης*] *Plenum herbis.* Colum. praef. 1 *Quid siluester ager, quid humidus et graminosus, quid siccus et spurcus recusaret.*

GRAMIA, æ. f. [*λήμη*] Festus; Gramiæ, Vitia sunt oculorum, quas alii Glamias vocant. Non. 2, 389 Gramiæ, sunt Oculorum pituitæ: vnde Gramiosi oculi: a quo Qui tristes sunt, in hodiernum quoque diem Gramiosi vulgo nominantur. *Conf.* Plin. 25, 13.

GRAMIOSVS, a, um. Adi. Oculi gramiosi Nonius loco modo citato.

GRAMMA, âtis. n. [*γράμμα*] *Latine Litera dicitur.* Vid. 30

SCRVPVS.

GRAMME, es. f. Scripturæ, quas Graeci grammas vocant Apul. de Herb. c. 106. *Proprie linea est: hinc*

GRAMMICVS, a, um. Adi. *Quod lineis peragitur.* Deformationes Vitruu. l. 3 praef. Rationes Idem 9, 1.

GRAMMATIAS, æ. m. Gemma, al. Iaspis. Plin. 37, 9 *lineis signatus.*

GRAMMATICA, æ; vel GRAMMATICE, es. f. [*γραμματική*] *Nomen, quod in Latinis numerari vult Cic. de Fin. 3, 5 c. 2. Latine Literatura dicitur.* Quintil. 2, 1, 4 Et Grammaticæ (quam in

Latinum transferentes, literaturam vocauerunt) fines suos norit. Et

2, 14, 3 Grammaticæ literatura est, non literatrix. Diomedes l. 2

p. 421 Grammatica est specialiter scientia exercitata lectionis et expositionis eorum, quæ apud Poëtas et scriptores dicuntur — Gram-

maticæ partes sunt duæ, altera, quæ vocatur exegetice, altera ho-

ristice. Exegetice est narratiua, quæ pertinet ad officia lectionis.

Horistice est finitiua, quæ præcepta demonstrat — Tota autem

Grammatica consistit præcipue in intellectu Poëtarum, et scriptorum,

et historiarum prompta expositione, et in recte loquendi scribendique

ratione. Grammatica olim, vt aliae artes Graecæ, Romæ ne in

vflu quidem, nedum in honore vlllo erat Suet. de Illustr. Gramm. pr.

Quintilianus 1, 4, 5 Minus sunt ferendi, qui hanc artem, vt tenuem

ac ieiunam cauillantur; quæ nisi Oratori futuro fundamenta iecerit,

quidquid superstruxeris, corruet. Necessaria pueris, iucunda seni-

bibus, dulcis secretorum comes, et quæ vel sola omni studiorum ge-

nerè plus habeat operis, quam ostentationis. Idem 1, 8, 12 Gram-

matices amor, et vsus lectionis non scholarum temporibus, sed vitæ

spatio terminantur. Elementa grammatices Quintil. 1, 4. Per-

tinax grammaticen professus est Capitolin. Pertin. c. 1. Professio

grammatices Quintil. 1, 4.

GRAMMATICA, orum. n. [*γραμματικά*] *Studium literarum, quod profitentur ii, qui grammatici vocantur.* Cic. de Orat. 1, 187 c. 42

In grammaticis Poëtarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum

interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.

GRAMMATICVS, i. m. [*γραμματικός*] *Qui grammaticam do-*

cet, vel grammaticæ peritus. Sueton. de Clar. Gramm. c. 4 Appel-

latio grammaticorum Graeca consuetudine inualuit: sed initio lite-

rati vocabantur. Cic. de Diuin. 1, 34 Sunt enim exploratores, vt

Grammatici Poëtarum. Grammaticus de ratione loquendi, si dif-

ferat, quaestiones explicet, historias exponat, poëmata enarret Quin-

til. 1, 2. Diomed. l. 2 p. 421 Grammatici officia, vt asserit Varro,

constant in partibus quatuor, lectione, enarratione, emendatione,

iudicio. *Has partes deinde finit.* Iudicium ita: quo omnem orationem recte vel minus recte pronuntiatam, specialiter iudicamus: vel existimatio, qua poëma, caeteraque scripta perpendimus. Quintil. 75

1, 8 *extr.* Inter Grammatici virtutes est, aliqua nescire. Grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est Hor. de Arte Poët. 78.

GRAMMATICVS, a, um. Adi. [*γραμματικός*] *Quod ad Grammaticam pertinet.* Vt, Ars grammatica Auct. ad Herenn. 4, 18.

Auson. Epigr. 50. Canones Idem Epigr. 136. Horat. 1, 19, 40

Non ego nobilium scriptorum auditor et vltor

Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor.

Hinc illae lacrimae.

GRAMMATICALIS, e. Adi. Figurae Sidon. Epist. 7, 9.

Palæstra Idem Carm. 23, 212.

GRAMMATICALITER. Aduerb. Grammaticaliter declinare

Treb. Pollio in Regill.

GRAMMATICOMASTIX, igis. m. Auson. Eidyll. 12 in tit.

GRAMMATICE. Adu. [*γραμματικῶς*] Quintil. 1, 6 Quare mihi non inuenuste dici videtur, aliud esse Latine, aliud grammaticè loqui.

GRAMMATISTA, æ. m. [*γραμματιστής*] *Mediocriter eruditus.* Suet. de Clar. Gramm. c. 4 Sunt qui literatum a literatore distinguunt, vt Graeci grammaticum a grammatista: et illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existimant.

GRAMMATISTICE, æ. f. *Legendi et scribendi facultas illa vulgaris, prima inter quatuor artes populares, de quibus est opus Vossii.*

GRAMMATEVS, i. m. [*γραμματεὺς*] *trium Syllabarum cum Diphthongo in vltima: Qui rationes publicas in tabulis scribit, vel Notarius.* Apul. II p. 265 Tum ex his vnus, quem cuncti grammateæ dicebant. *Suidas ait grammateæ esse notarium ἀποδέκτηρον, id est arcu-*

norum principem.

GRAMMATODIDASCALVS, i. m. Mart. Capell. 3 p. 51.

GRAMMATOPHORVS, i. m. *Tabellarius.* Hieron.

GRAMMATOPHYLACIVM, i. n. [*γραμματοφυλάκιον*] *Vbi*

105

tabulae et instrumenta publica, monumentaque rerum gestarum, actarumque asservantur: quod Tablinum Latine appellatur. Vlpian. in l. moris est D. de poenis, ἀρχαίω fortasse vel grammatophylacio.

GRANARIVM, vid. GRANVM.

- 5 GRANDIS, e. Adj. [μέγας, προβαλῆναις] Magnus. Aceruus grandis Ouid. Amor. 1, 8, 90. Adolescens plane grandis Cic. de Senect. 10. Plin. 7, 38 Grandi Gnidiorum Aere alieno permutare canconati. Cic. Philipp. 5, 47 Legibus enim annalibus, quum grandioreni Aetatem ad Consulatum constituebant, adolescentiae temeritatem verebantur. Aetas grandior Ouid. Met. 6, 28. Aetium grande Lucret. 2, 1141. Aevo grandior Ouid. Trist. 4, 10, 43. Alumnus Hor. Epod. 13, 16. Caput Ouid. Fast. 6, 133. Causidicus amplus, grandis, subtilis, et elegans Cic. in Orat. 30. Certamen Hor. Carm. 3, 20, 7. Cubiculum grande et altum Cic. Q. Fratr. 3, 1. Decus
- 15 Hor. Carm. 2, 17, 4. Dedecus Id. Serm. 2, 2, 96. Ter. Phorm. 2, 2, 92 Si tu illam attigeris, fecus quam dignum est liberam, Dicam impingam tibi grandem. Diuitiae grandes homini sunt Lucret. 5, 1117. Dona Ouid. Epist. 3, 30. Dos Horat. Serm. 1, 4, 50. Epistola Cic. Attic. 13, 21. Exemplis decuit grandioribus uti Idem
- 20 de Diuin. 1, 39. Exemplis in paruis grandibus uti Ouid. Trist. 1, 3, 25. Fenore grandi alicui pecuniam occupare Cic. pro Flacc. 51. Fetus grandior filiquis Virgil. Georg. 1, 195. Fetus grandiores et meliores edit ager Cic. de Orat. 2, 131. Frumenta Virgil. Aen. 4, 406. Plaut. Stich. 2, 1, 23 Tantum a portu apporto bonum, tam
- 25 Gaudium affero grande: vix ipsa domina hoc nisi sciat, exoptare a dis ausit ipsis. Genus dicendi grandius Cic. de Orat. 2, 337. Guttis humectat grandibus ora Virg. Aen. 11, 90. Homo grandior, Virgo grandior Ter. Phorm. 2, 2, 15. Idem Adelp. 4, 5, 39. Cic. pro Cluent. 11 Reliquit hunc annos XV natum: grandem autem et
- 30 nubilem filiam. Ictus grandior affligit animantem Lucret. 2, 943. Ingenium grande doloris Ouid. Met. 6, 574. Litera grandis Plaut. Bacch. 4, 9, 69. Sic Cic. Verr. 4, 74 c. 24 Grandibus literis P. Africani nomen erat incisum. Macie grandi torridus homo Cic. de L. Agr. 2, 93. Malum Hor. Serm. 2, 1, 49. Membra Ouid. Met. 10,
- 35 238. Nauis Plin. 9, 44. Orator Sulpitius maxime omnium grandis tragicus Cic. de Clar. Orat. 20. Orator quo grandior sit, et quodammodo excelsior Idem in Orat. 119. Ossa Virg. Georg. 1, 497. Plaut. Capt. 2, 2, 8 An vero non iusta causa est, ut vos feruem sedulo, quos tam grandi sim mercatus praesenti Pecunia? Sic, Grandi Pecunia facta redemptio est. Cic. Verr. Act. 1, 16. Pecuniam grandem credere Idem pro Rabir. Post. 4 c. 2. Poena Ouid. Trist. 1,
- 40 4, 68. Pondere grandi et praeclaro opere hydria Cic. Verr. 4, 32. Pondus grande argenti Idem pro Caecin. 12 c. 4. Pretium Ouid. Epist. 7, 74. Vestigal grande imponere Cic. pro L. Agr. 2, 55.
- 45 Verba Cic. de Fin. 3, 19. Vitium grande et perspicuum Cic. de Invent. 1, 88. Vocem grandioreni et pleniorem subsellia desiderant Idem de Clar. Orat. 288. Verbis grandes erant, crebri sententiis Cic. de Clar. Orat. 29. Victimae grandiores Plin. Paneg. c. 52. Natu grandis Hor. Epist. 1, 7, 49. Ter. Adelp. 5, 8, 7 Natu grandior. Cic. pro Rosc. Com. 44 Quid expectas, quam mox ego Lucium et Manilium dicam ordine esse Senatores: aetate, grandes natu: natura sanctos, et religiosos. Audere grandia Ouid. Amor. 2, 18, 4. Grande sonant Tragici Ouid. de Rem. Amor. 375. Superi. Fustis grandissimus Apul. Met. 7. Aures grandissimae Idem Met. 9.
- 55 Calix grandissimus Apul. Met. 10 p. 246. Caput grandissimum Plin. 29, 4. Glans grandissima Idem 16, 4. Oliuae grandissimae Plin. 15, 3. Seges grandissima Varro de R. R. 1, 52.
- GRANDITER, Adv. Sid. Epist. 7, 2. it. 7, 4. 3, 8. 3, 13 pr. Grandius dici Cic. Tusc. 5 c. 16. Grandius sonare Ouid. Her. 15, 30.
- 60 GRANDICVLVS, a, um. Adj. Dimin. Plaut. Poen. 2, 35 In fundas infundebam grandiculos globos.
- GRANDIVSCVLVS, a, um. Adj. Dimin. Ter. Andr. 4, 6, 19 Nam fere grandiuscula iam profecta est illinc.
- GRANDITAS, atis. f. [μέγας] Plin. Epist. 6, 21 Nunc primum se in vetere comoedia, sed non tanquam inciperet ostendit: non illi vis, non granditas, non subtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit. Granditas, i. elata et sublimis oratio. Granditas aetatis, i. maior aetas Sisenna Hist. 4. Cic. de Clar. Orat. 121 c. 31 Idque apparet ex genere et granditate verborum. Conf. Non. 2, 359.
- 70 GRANDEDO, inis. f. Fulgent. de Cont. Virg.
- GRANDAEVVS, a, um. Adj. [πολυετής] i. grandis aevi, vel Prouectioris aetatis. Virgil. Aen. 1, 125 Et qua uetus Abas, et qua grandaeuus Alethes. Confilia Val. Argon. 7, 348. Patres Ouid. Met. 7, 160. Senes Lucan. 3, 518.
- 75 GRANDAEVITAS, atis. f. [πολυετία] Accius Alcimacho, Ne quia nec vos, nec ille impune irrideret meam grandaeuitatem. Pacuvius Hermione, Quod tamen ipsa orbitas, grandaeuitasque Pelei per penuriam stirpis subaxet. Antiquum. Non. 2, 365.
- GRANDEBALAE, arum. f. Pili sub alis, de qua voce multa
- 80 Martinius: auctor plane nullus.
- GRANDIFER, a, um. Adj. Facta Nazar. Paneg. Constant. c. 3.
- GRANDIFICVS, a, um. Adj. Mens Amm. 18, 15 (Valef. 6 extr.)
- GRANDILOQVVS, a, um. Adj. [μεγαλολόγιμων] Cic. in Orat. 20 c. 5 Nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla et sententiarum grauitate et maiestate verborum, vehementes, etc. Idem Tusc. 5, 89 c. 31.
- GRANDISCAPIVS, a, um. Adj. Arbores, ut ita dicam, grandiscapiae Sen. Ep. 86 extr.
- GRANDISONVS, a, um. Adj. Figmenta grandisonis pompare
- 90 modis Sedul. 1, 2. de Poëtis.
- GRANDIO, iui, itum, ire. [μηνύω] Grandem facere. Mars pater, te precor, uti tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandiri sinas Cato R. R. c. 161. Plaut. Aulul. 1, 1, 10 Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum, testudineum istum tibi ego
- 95 grandibo gradum. Conf. Non. 2, 358.
- GRANDESCO, ere. [μηνύομαι] Grandem fieri, crescere. Plin. 18, 30 extr. Crescente luna frumenta grandescunt. Ad auctum hilarum grandescere Lucret. 2, 1159. Famula vtero grandescere Augustin. Confess. 7, 6. Grandescere et ali Lucret. 1, 191. Lentiscus triplici solita grandescere fetu Ter fruges fundens tria tempora monstrat arandi Cic. de Diuin. 1, 15 pro Ter quotannis fructu augeri, ea dicendi ratione, qua aliquem augeri liberis dicere solemus, ut recte Turnebus. Pabula grandescunt Lucret. 2, 1159. Seges sponte grandescit Claud. de Rapt. Proserp. 3, 24.
- 105 GRANDO, inis. f. [χάλαζα] Gutta aquae in aere congelata. Plin.

Plin. 2, 60 Grandinem conglaciato imbre gigni: et niuem eodem humore mollius coacto, pruinaem autem ex rore gelido. Plaut. Most. 1, 2, 58 Ea mihi aduentu suo, quamprimum grandinem imbremque attulit. Cic. de Nat. D. 2, 14 Fulminibus, tempestatibus, nimbis, niuibus, grandinibus, etc. Grando apud antiquos *etiam mascul.* 5 Varro Triodite, Nec coruscus imber alto nubilo cadens Multus, grandine implicatus albo. Ex Nonio 3, 105. Brumalis Ouid. ex Pont. 4, 7, 34. Contudit vites Hor. Epist. 1, 8, 4. Crepitans salit horrida Virgil. Georg. 1, 449. Gelida Claud. de Raptu Proserp. 1, 71. Hiberna Ouid. Met. 5, 158. Imbres grandinis Lucret. 6, 106. 10 Mistra imbri largifluo subita praecipitans cadit grando Cic. de Orat. 3, 155 c. 39. Niufosa, *vid.* NIX. Pugnat hiems grandine Ouid. ex Pont. 1, 7, 12. Ruina grandinis Lucret. 6, 156. Spiffa Ouid. Met. 9, 222. Saliente graues ceciderunt grandine nimbi Idem Met. 14, 543. Verberatae grandine vineae Hor. Carm. 3, 1, 29. Vredo 15 aut grando si quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit Cic. de Nat. D. 3, 86. Grandines suum, *La foursemure ou ladrerie de pourceaux.* *Vid.* Grandinosi fues, *in* SVS.

GRANDINŌSVS, a, um. Adj. [*χαλαζώδης*] Quod obnoxium est grandini. Columel. 3, 1 Posthac non ignorabit dominus loci, plus esse, posse qualitatem caeli frigidam vel calidam, siccam vel roseidam, grandinosam, ventosamque vel placidam, serenam vel nebulosam, *i. quae saepe grandinem infert.* Grandinosi fues, *vid.* SVS.

GRANDĪNO, are. Grandinare dicitur Deus. Χαλαζοκονεΐ, grandinat, Vet. Gloss. Quaeritur, quare hieme ningat, non grandinet Sen. 25 Nat. Quaest. 4, 4.

GRANDINEVS, a, um. Adj. Alcimus 5, 190 Grandineum frigus. Nimbi Idem 3, 329.

GRANE, es. f. *Nympha*, apud Ouid. Fast. 6, 107.

GRANEA, ae. f. *Cibi genus.* Cato de R. R. c. 86. Graneam triticeam sic facito. Selibram tritici puri in mortarium purum indat, lauet bene, corticemque deterat bene, eluatque bene. Postea in aulam indat, et aquam puram, coquatque. Vbi coctum erit, lacte addat paullatim vsque adeo, donec cremor crassius erit factus. *Est itaque pulvis genus.* Add. Hieron. in Paralip. T. 3 p. 170. *Vid.* GRA-NATVM, n. 2.

GRANI, orum. m. sunt Capilli sparfi, et discriminati in granorum forma. Isid. 19, 23. *Salmaf. Exerc. Plin. p. 536.*

GRANVLATIM. Adu. Leuatis comulas granulatum Commod. Instruct. c. 60. *i. ut sint in granos discriminatae.* 40

GRANĪCVS, i. m. [*Γρανικός*] Bithyniae fluius, pugna, quae inter Persas et Alexandrum fuit, nobilis. *Vid.* Diodor. Plutarch. Curt. 3, 1 etc.

GRANVM, i. n. [*κόκκος, χόνδρος*] fere Frugum dicitur: ut Granum tritici, hordei, etc. Plaut. Stich. 4, 1, 5 Dare denegauit se granum tritici. *Sed aliarum quoque plantarum fructus.* Plin. 11, 53 Sed sibi proceres medentur grano Assyrii mali. Iuniperi grana Scribon. 109. Malorum puniceorum grana 186. Piperis grana 36. Seminis grana 177. Vuae 56. *al. acini.* Varro de R. R. 1, 48 Granum dictum, quod est intimum solidum. *Et paullo post,* Granum a Gerendo. id enim feritur, uti spica gerat frumentum. Tritici grana congefserunt in os Midiae dormienti formicae Cic. de Div. 1, 78. Punica Ouid. ex Pont. 4, 15, 8. Commiununtur grana Scribon. 111. Cum primum granum incipit perlucere 64 de vua. Marmoreum granum Pallad. 1, 15. Inferere grana in acum Quinct. 2, 20. 55 Turis granum Ouid. Fast. 4, 408. Id. Trist. 5, 2, 24 Quotuc soporiferum grana papauer habet. *Add.* Plaut. Poen. 2, 3.

GRANARIVM, i. n. [*ἀποθήκη, σιτοφυλάκειον*] Locus in quo grana frugum reponuntur. Varro de R. R. 1, 57 At triticum condi oportet in granaria sublimia, quae persentur ventis ab Exortu et Septentrionum regione, ad quae nulla aura humida e propinquis locis adspiret. Hor. Serm. 1, 1, 53 Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris? Adstringere et laxare granaria Perf. 5, 110. 60

GRANĀTVS, a, um. Adj. [*κοκκωτός*] Quod abundat granis: ut Mala granata, quae Punica vocantur Colum. 12, 41, 2. 65

GRANĀTVM, i. n. [*κοκκωτόν, ποιά*] Pro Malo granato. Plin. 20, 14 Singultus et vomitus sistit cum succo granati. ¶ 2 Granatum item Pulmentum e grano tritici cocto vocari potest, vel Frumentacea pitifana, Granea puto Catonis. Plin. 18, 11 sub fin. Ex zea pulchrius quam ex tritico fit granatum. *Sic enim legi debet, non Granum, ut hodie.* Est autem Plinio quiddam alicae simile: immo alicae vitium, ut ipse declarat Turnebus. Adu. 1, 20 extr. *Hard. aliter.* 70

GRANĀTVS, ūs. m. Cato de R. R. c. 60 Praeterea granatui videto uti satis viciae seras. Turnebus Granatui seri interpretatur, quod non feritur, ut viride pabulo iumentorum subsecetur, sed ut ad granum perueniat et frugem, *Aduers. 6, 23.* 75

GRANATIM. Adu. Aceruum granatim digerere Apul. Met. 6.

GRANEA, *vid.* in suo loco.

GRANŌSVS, a, um. Adj. [*κοκκώδης*] Quod plenum est granis. Plin. 21, 31 Quorum alterum cui acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocant, et alii callion. *Ibid. c. 4.* 80

GRANĪFER, era, erum. Adj. [*κοκκοφόρος*] Ferens grana. Agmen graniferum dicuntur formicae Ouid. Met. 7, 638.

GRANIPARVS, a, um. Adj. Aristae Gu. Brito 6, 333.

GRANOMASTIX, ūgis. f. Mastix in modum granorum Isidor. 85 Orig. 17, 8.

GRAPHĪCE, es. f. [*γραφική*] Ars delineandi. Plin. 35, 10 Et huius auctoritate effectum est Sicyone primum, deinde et in tota Graecia, ut pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc est picturam in buxo docerentur, recipereturque ea ars in primum gradum liberalium. Sic etiam MSS. apud Hard. Diagraphicen Elzeuir. ¶ 2 De adverbio Graphice, *vid.* mox post GRAPHICVS. 90

GRAPHIS, ūdis. f. [*γραφίς*] Instrumentum pictoris, quod diserte ait Pollux 7, 128: deinde ut stilus scribendi facultatem notat, ita graphis pingendi. Plin. 35, 10 Alia multa graphidis vestigia exstant in tabulis ac membranis eius, etc. Peritus graphidis Vitruu. 1, 1. 95

GRAPHĪVM, i. n. [*γραφίειον* s. *γραφίον* potius] Stilus, quo in pugillaribus scribitur. Ouid. Amor. 1, 11, 23 Quid digitis opus est graphium lassare tenendo? Inter Symposii aenigmata primi titulus est Graphium siue stilus: aenigma ipsum hoc: 100

De summo planus, sed non ego planus in imo,

Verfor vtrinque manu, diuersa et munera fungor:

Altera pars reuocat, quidquid pars altera fecit.

quae pulchra stili descriptio est. *Elegantior etiam Prudent. Perist. 9, 51* 105

ubi Cassiani mors narratur

Inde alii stimulos et acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis cera fulcis scribitur:
Et qua facti apices abolentur, et aequoris hirti
Rurfus nitescens innouatur area.

5 *Nempe saepe homines vulneratos adeoque interfectos graphiis legimus:*
vid. Sen. de Clem. 1, 14. Suet. in Caes. c. 82. et Claud. c. 28.

GRAPHICVS, a, um. Adi. [*γραφικός*] *Ad unguem factus, absolutusque, et quasi pictoris manu expolitus.* Plaut. Stich. 4, 1, 64 *Graphicum mortalem Antiphonem! vt apologum fecit, quam fabre!*
10 *Idem Epid. 3, 3, 29 Nae tu graphicum habes seruum, et quantiuis pretii.* Fur graphicus Plaut. Trin. 4, 3, 17. *Mortalis Id. Pseud. 1, 4, 104. Nimum graphicus nugator, vid. post NIMIS. Compar. Graphicoteram adspectu efficient delectationem* Vitruv. 4, 4. *extr.*

GRAPHICE. Adu. [*γραφικός*] *Eleganter, polite.* Plaut. Perf. 2, 5, 5 *Nunc huic ego graphice facetus fiam, etc.* Idem Trin. 3, 3, 38 *Exornetur graphice.* Conf. Apul. Met. 8 p. 214 et 10. p. 254.

GRAPHIARIVM, i. n. [*γραφειοθήκη* Gloss. Graeco-Lat.] *Theca, in qua stili reponuntur.* Martial. 14, 21 *Haec tibi erunt armata suo graphiaria ferro, etc.*

20 GRAPHIARIVS, a, um. Adi. *Vt, Graphiaria theca* Suet. Aug. c. 32. et Claud. c. 35.

GRAPHISCVS Dioclis, [*Διοκλῆς γραφίσκος*] *Ferramentum telis educendis excogitatum a Diocle medico. Describitur a Celso 7, 5, 3 Lamina ferrea vel aenea etiam, ab altero capite duos vtrinque deorsum*
25 *conuersos uncas habens, ab altero duplicata lateribus, leuiterque extrema eam in partem inclinata, qua sinuata est; insuper etiam parte inclinata perforata est. Ex qua quidem definitione vsus eius, vix autem appellationis ratio intelligitur.*

GRASSOR, āri. *Est Frequentatiuum a Gradior, celeriter et vehementer gradi, Vet. Gloss. ἄζυροδᾶν. Deinde et vehementes impetus bonorum pariter et malorum refertur. Hinc Non. 4, 219 Grassari dicitur supra modum saeuire. Sed nec originis et antiquissimi vsus obliuiscitur, Grassari etiam dicimus ambulare. Titinn. Vnde thensam atque mulos, sine eam pedibus grassari — Nouius — Saepe hac eadem sum*
30 *grassatus via, etc. Festus, Grassari dicuntur latrones vias obsidentes. Gradi siquidem Ambulare est: vnde tractum grassari, videlicet, ab impetu gradiendi. Hinc Vet. Gloss. Grassatur, λαποδύτᾱ. Hinc GRASSATOR. Sueton. Aug. c. 67 Praedagogum ministrosque Caii filii, per occasionem valetudinis mortisque eius superbe auareque in prouincia grassantes etc. Sic Grassati omni rapinarum genere Sueton. Vespas. c. 6. Sed late patet, vti diximus, hoc verbum, et omnem conandi, agendae, bonum malum, vehementiam significat. Liu. 2, 12 extr. Trecenti coniuuimus principes iuuentutis Romanae, vt in te hac via grassaremur. Cupidine iraque grassari coepit Sallust. Iug. c. 64. Grassari ad gloriam virtutis via, pro Ingressi et procedere. Sallust. initio Iugurth. Sed dux atque imperator vitae mortalium, animus est, qui vbi ad gloriam, virtutis via grassatur, abunde pollens potensque et clarus est, etc. Placuit veneno grassari Tac. Hist. 3, 39, 1. Grassandum ad clara periculis Sil. 1, 570. conf. ibid. Drakenborch. Suet. in Calig. c.*

40 *34 Nec minore liuore ac malignitate, quam superbia saeuitiaque pae- ne aduersus omne genus hominum grassatus est. i. Improbum ac maleficum se exhibuit, in diesque nocentiorum. Iustin. 1, 9 de Cambyse, Non dubitauit post sacrilegia, etiam parricidium facere. Erat enim difficile vt parceret suis, qui contemptu religionis grassatus etiam contra deos fuerat. Et 2, 12 Quoniam ferro in homines non poterat, in aedificia igne grassatur. Grassari in possessionem agri publici Liu. 6, 5. Grassari obsequio: metaphorice dixit Horatius, de captatore loquens Serm. 2, 5, 93*

45 *— Dauus sis comicus, atque Stes capite obstipo, multum similis metuenti, Obsequio grassare.*

50 *In bonam partem. Liu. 3, 44 Iure grassari, non vi: h. e. Procedere. Idem 10, 14 Consilio grassandum, si nihil vires iuuarent, ratus, etc. Curt. 5, 6, 6 Nec avaritia solum, sed crudelitas in capta vrbe grassata est.*

60 GRASSANS, antis. Part. *Quicquid Lycurgi villa grassantibus praebuisset* Petron. c. 117.

GRASSATOR, ōris. m. [*λαποδύτης* Gloss. Lat. Gr.] *est Viarum in vrbe, vicorumque obfessor, qui obuios iniuriae opportunos spoliat, pulsat, intentata morte territat. Plin. in Paneg. 34 pr. Vidimus delatorum iudicium quasi grassatorum, quasi latronum. Iuuen. Sat. 3, 305 Interdum et ferro subitus grassator agit rem. Cic. de Fato 34 c. 15 Hoc enim modo viator quoque bene vestitus, causa grassatori fuisse dicitur, cur ab eo spoliaretur. Gell. 20, 1 Nocturnus grassator.*

70 *Cum sicariis coniungit Suet. Caes. c. 72. Vid. Torrent. ad Suet. Aug. c. 32. Interpp. Petron. c. 15. Grassatores, inquit Callistratus in l. Capitolium §. grassatores D. de poenis, Qui praedae causa id faciunt, proximi latronibus habentur: et si cum ferro aggredi et spoliare institerunt, capite puniuntur; vtique si saepius atque in itineribus hoc admiserunt: caeteri in metallum dantur, et in infulas relegantur. Claudius Iurisconsultus, Furta, inquit, manifesta a non manifestis discerni solent, vt rixae a grassaturis, expilationes a furtis, violentia a petulantia.*

80 *¶ 2 Grassator est "pud veteres, qui ventri deditus, auide conuiuia sequitur Cato apud Gell. 11, 2 Poëticae artis honos non erat; si quis ea in re studebat, aut sese ad conuiuia applicabat, grassator vocabatur. Conf. Caes. Rhod. 7, 1. et Reines. V. L. 2, 7 p. 172.*

85 GRASSARIVS, i. m. Idem. Festus.

GRASSATIO, ōnis. f. [*λαποδυσία* Gl. Gr. Lat.] Plin. 13, 22 *extr. de taphia loquens, Nero Caesar claritatem ei dedit, initio imperii nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens sibi cum ture ceraque, et sequente die contra famam, cutem sinceram circumferens.*

90 GRASSATVRA, ae. f. [*λαποδυσία* Gl. Gr. Lat. *λαποδυσμα*] Sueton. in Tiber. c. 37 *In primis tuendae pacis, a grassaturis, ac latrociniis, seditionumque licentia curam habuit. Add. locus Callistrati,*

95 *Icti, quem modo dedimus, voce GRASSATOR.*

GRATES, *vid. mox post GRATIFICATOR.*

GRATIA, ae. f. [*χάρις*] *Est res iucunda, vel quatenus tribuitur, et sic plerumque vocatur beneficium; vel qua percipitur, ita gratus animus est, eiusque significatio; vel qua redditur, i. officium hominis*

100 *grati; vel vt conciliat homines inter se, et est amicitia; vel in quantum aliquis placet pluribus, qui est fauor multitudinis. Huc referri posse omnem huius nominis vsus, qui experiri volet reperiet. Gratium animum notat, cum sic definitur, Gratia est in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria, et alterius remunerandi voluntas continetur Cic. de*

105 *Inuent. 2, 161. Ter. Andr. 2, 1, 33 Ego Charine neutiquam offi-*

cium

cium liberi esse hominis puto, quum is nihil promereat, postulare id gratiae apponi sibi, *imputari ut beneficium*. Concludam orationem meam sermonis magis fini, quam gratiae Aufon. Paneg. Gratiani c. 23. *i. grati animi*. Conf. Plaut. 3, 6, 16. Ad gratiam, *vid. AD*. Animus aduersus gratiae, *vel obnoxius* Quinctil. 3, 9. Debilitas gratiae Cic. Fam. 6, . . . Ouid. Fast. 1, 701 Gratia Dis, domuique tuae, religata catenis Iam pridem vestro sub pede bella iacent. Quinctil. in prooem. 1 Nullam Ingenii sperantes gratiam, *i. iucunditatem et inde laudem et commendationem*. Recte factorum gratia, *iucunditas, quae inuitat homines ad laudandum etc.* Tacit. Ann. 3, 53. Sermonis gratia Hor. de Arte Poët. 69 *suauitas*. Gratia villae, *pro iucunditate, venustate* Plin. Epist. 2, 17 Miraris cur me Laurentinum meum tantopere delectet? Desines mirari, quum cognoueris gratiam villae, opportunitatem loci, litoris spatium. Gratia iam in adolescentulo magna erat Nepos 25, 2, 4. Non erit ignotae gratia magna Lyrae 15 Ouid. de Arte Am. 3, 400. Ampli calices, variae quidem gratiae, sed pretiositatis vnus Apul. Met. 2. *Pro Fauore*. Sallust. in Iugurth. 25 Ita bonum publicum (vt in plerisque negotiis solet) priuata gratia deuictum. Gratia Copia est amicorum *ait* Asconius in Act. Verr. 1, 25 *vbi sermo est de Verris filio blando et gratioso*. Sic Cic. 20 pro Quint. 2 P. Quintius, cui exiguae amicorum copiae sunt, cum aduersario gratiosissimo contendat. Bona gratia, *vid. BONVS, et mox n. 2 Componere*. Illustris Cic. pro Domo 46. Immerita, *vid. b. v.* Immensa Tacit. Ann. 14, 53. Improba fallacis Praetoris Iuuen. Sat. 13, 4. Incluta Nestorei cedet tibi gratia mellis, *i. iucunditas illius eloquentiae* Lucan. ad Pison. 64. Infida, *Incerta, instabilis*. Plin. Epist. 1, 5 *non procul a fine*, Gratia malorum tam infida est, quam ipsi. Iuuenilis Stat. Silu. 2, 2, 10. Leuior pluma est Plaut. Poen. 3, 6, 17. Magna Ioui gratia Tibull. 1, 4, 23 *debetur ei magnum beneficium*. Rara fratrum gratia Ouid. Met. 1, 145. Vana gratia meriti tui Idem ex Pont. 2, 11, 8. Vilis gratia alicuius Id. de Arte Am. 2, 29. Viuax, *Perpetua* Hor. in Arte Poët. 69. ¶ 2 *Verborum formulae*: Abolefcet gratia facti Virg. Aen. 7, 232. Abest gratia officio Ouid. ex Pont. 3, 4, 52. Plin. Epist. 2, 5 Nec ea quae stomachus noster recusat, Adimunt gratiam et delectationem Aferunt figurae, quaeque in sensibus, quaeque in verbis sunt. Aucupari gratiam alicuius Cic. Fam. 5, 12. *i. fauorem*. Quinctil. 6, 1 Nam et cautiore ad custodiam suae religionis iudices facit, et gratiam responsuris aufert. Augere gratiam, Cedere gratia, *vid. bb. vv.* 40 Capere gratiam *dicitur* animus Cic. Fam. 2, 5. *i. intelligere quantum accipiat, et recte aestimare*. At tu immensam gratiam, innumeram pecuniam Circumdediti Tac. Ann. 14, 53 *Seneca de beneficiis in se Neronis*. Coaequare gratiam, *vid. COAEQVO*. Hor. Epist. 1, 3, 32 An male facta Gratia nequidquam Coit, et rescinditur? Colligere 45 gratiam ex priuatorum negotiis Cic. de Orat. 3, 135. *i. fauorem multitudinis sibi parare*. Idem Q. Frat. 2, 16 *Ex hoc labore magnam gratiam, magnamque dignitatem sim collecturus*. Commemorare gratiam Cic. post red. in Senat. 24. Ter. Phorm. 4, 3, 17 Cur non inquam Phormio, vides, inter nos sic haec potius cum bona vt Com- 50 ponantur gratia, quam cum mala? *i. amice conseruata humanitate*. *vid. mox DIMITTERE*. Ter. Hec. 3, 5, 29 Neque alio pacto Componi potest inter eas gratia, *amicitia, vt altera alteri iucunda sit*. Concedere aliquid beneficii gratiaeque causa Cic. Verr. 3, 115. Conciliare gratiam Idem de Clar. Orat. c. 43. Conciliare alicuius gratiam sibi Id. pro L. Manil. 70. Consequi gratiam Cic. de Orat. 1, 517. Conuellere gratiam, *vid. b. v.* Cupio gratiam tuam Plaut. Perf. 4, 4, 18. Idem Trin. 1, 1, 12 Nimioque hic plaris pauciorum gratiam faciunt pars hominum, quam id, quod profit pluribus. Cic. de Fin. 3, 73 c. 21 Pietas erga deos, et quanta his gratia Debeatur. 60 Gratias Debere Scribon. Epist. . . . Derogare gratiam alicui, *vid. DEROGO*. Dimittere aliquem cum bona gratia Cic. de Fato 7. Dissiluit gratia fratrum, *i. Rupta est et separata amicitia* Hor. Epist. 1, 18, 41. Dare gratiam vel veniam Cic. de Diuin. 2, 6. Efficere aliquid gratiam Idem Fam. 10, 12. Effundere gratiam collectam Id. 65 Fam. 2, 15. Est ante omnia Clazomenio vino gratia Plin. 14, 7. Excipere gratia Cic. Fam. 1, 9. Exigere gratiam Idem de Amicit. 30. Quinctil. 4, 2 Narrationem, vt si vllam partem orationis, omni, qua potest, gratia, et venere Exornandam puto. Extinguit gratiam nostram hominum suspicio, quod Pompeio se gratificari putant Cic. Fam. 1, 1: *Qui propter beneuolentiam erga me tibi fauerent, illi hoc intermittunt, quia putant, aduersando tibi se Pompeio gratificari, magno ipsi quoque amico meo, cui fauendo me offendere non possint*. Exulcerare gratiam, *vid. EXULCERO*. Plin. Epist. 1, 2 Libelli, quos emisimus, dicantur iam in manibus esse, quamuis iam gratiam nouitatis exuerint, *i. non amplius nouitate placeant*. Facere gratiam hominum plaris Plaut. Trin. 1, 1, 12. *Sed alias Facere alicui gratiam rei cuiusdam est illam remittere; quae formula orta esse videtur a more gratias egendi pro iis, quae deprecamur*. Itaque Plaut. Most. 5, 2, 9 De coena Facio gratiam significat, *de coena, ad quam me inuitas, beneficium* 80 *tibi in animo meo facio, fingo me tibi debere*. Deinde, *vt sit, latius progressi dixere etiam Facere gratiam iurisiurandi* Plaut. Rud. 5, 3, 59. Facere gratiam delicti Liu. 3, 56 pr. Cort. ad Sall. Iug. 52, 8. Ferre alicui legem per gratiam Cic. pro Domo 81. Gratia, quae tarda est, ingrata est: gratia namque, Dum Fieri properat, gratia grata magis 85 Aufon. Epigr. 81. Gratificari gratiam Sall. de Ord. Rep. 1. Habere gratiam est beneficium in animo memori habere. Cic. pro Balbo 2 Me omnibus, qui amici fuerint saluti et dignitati meae, si minus referenda gratia satisfacere potuerim, at praedicanda et Habenda certe satis esse facturum. *Ponamus hic pro Gratia, rem nobis optabilem, beneficium, et sua singulis formulis constabit sententia*. Ter. Eun. 4, 6, 12 Et Habetur et refertur, Thais, a me, ita vt merita es, gratia. *Vid. Donatus*. Habenda diis immortalibus gratia Cic. in Catil. 1, 11. Habenda iis quoque gratia est, per quos labor nobis detractus est Quinctil. 5, 10. Plaut. Merc. 5, 3, 4 Haec quum fugiant senes, 95 tu tamen senectuti gratiam non Habeas. Ter. Eun. 4, 6, 12 Et Habetur, et refertur a me Thais tibi, ita vt merita es gratia. *Vbi Donatus, Qui habet apud se gratiam, nondum retulit. Retulit, qui destitit Habere*. Multum ergo hic dicit, et habetur gratia et refertur. Quem sensum transtulit Sallustius in bellum Iugurthinum c. 110 Ar- 100 ma, pecuniam sume, vttere: et quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris, semper apud me integra erit. *Vid. HABEO et mox Referre gratiam*. Sen. de Benef. 2, 30 seq. Habere aliquem in gratia Suet. Domit. c. 11. Incessere gratiam Quinctil. 5, 7, 2 *exprobrare alicui fauorem aliorum*. Ter. Eun. 3, 5, 9 Adibo, atque 105

ab eo gratiam hanc, quam video velle, Inibo. *Vbi Donatus, Gratiam Inire, est Dare beneficium, ac per hoc Inire gratiam, i. e. amicitiam. Sed haec elucutio, Gratiam ab eo inibo, pro Eius gratiam merebor. Cic. Fam. 4, 2 Gratiam quoque nos Inire ab eo defendenda pace arbitramur. Add. Id. Att. 7, 9. Nep. 7, 9, 5. Inire gratiam ad aliquem Liu. 33, 46. Inire gratiam apud aliquem Idem 33, 27. Inire gratiam cum aliquo, vid. INEO. Inire gratiam victoris Curt. 5, 9, 2. Inuenire gratiam, vid. INVENIO. Languet mihi gratia Sil. 17, 365. h. e. Non eadem est mihi gratia apud te, quae quondam esse solebat. Languet, Fit minor. Negligere gratiam alicuius Plaut. Trin. 2, 4, 97. Parare gratiam Quinctil. 1, 6. Gratia gratiam Parit Sen. de Benef. 2, 1 et 2. Parere apud aliquem Liu. 34, 44. Patere reditum gratiae alicui Cic. de Arusp. Resp. 52. Perdere gratiam orationis Quinctil. 6, 1. Perit gratia si reposcatur Plin. Epist. 1, 13. i. beneficium, et si quid pro eo debetur. Perfolvere mente gratiam alicui meritam Cic. pro Planc. 68. Petere aliquid loco beneficii gratiaeque Idem Verr. 3, 115. Petere gratiam a patre, pro Petere veniam Plaut. Stich. 1, 2, 23. Petere gratiam alicuius, idem quod Cupere gratiam Idem Aulul. 2, 2, 69. Cic. Fam. 8, 6*

Amabo te si quid quod opus fuerit, Appio facies: Ponito me in gratiam. *subaudi, Ipsius Appii.* Ponere aliquem in gratiam apud alterum Cic. Att. 6, 6. Add. ib. 5, 3. Vid. Victor. ad h. l. it. Gronou. ad Liu. 44, 14. Breuiter, ponit Ciceronem in gratiam apud Appium, qui quae Appii causa facit, quae beneficia tribuit Appio, ea se commendatione Ciceronis facere, tribuere, Appio indicat. Declarat Cic. Att. 2, 25 Cum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, volam illum scire ex te, me id fecisse. Posui apud Patronem et reliquos Barones te in maxima gratia Cic. Att. 5, 11. Add. ib. 6, 1. Praecipere gratiam Liu. 6, 26 pr. i. Ante capere. Cic. pro Planc. 68 Nam haec priuatim fortasse officiorum memoriam et gratiam Quaerunt. i. Animum gratum postulant. Cic. pro Rabir. Post. 19 c. 7 Quem enim ex tantis inimicitis Receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictum violare non debeo. Reconciliata Cic. Fam. 3, 12. Reddere gratias alicui voluntate ipsa Idem pro Planc. 68. Redire in gratiam cum aliquo, pro Reconciliari. Cic. Att. 1, 14 Cum Luceio in gratiam Redi. Conf. Nep. 25, 17, 1. Cum inimico nemo in gratiam tuto Redit P. Syr. Mim. Cic. Att. 2, 3 Coniunctio mihi summa cum Pompeio, si placet etiam cum Caesare Reditus in gratiam, cum inimicis pax. Ter. Phorm. 5, 7, 73 Ego Redigam vos in gratiam. Reducere, reconciliare, et restituere vnum cum alio in gratiam Cic. de Prouinc. Consul. 23. Ter. Andr. 5, 4, 45. Reducere aliquem in gratiam cum altero Quinctil. 5, 11. Referre gratiam, Reddere beneficium Ter. Eun. 2, 3, 93. Idem Philipp. 3, 4 Quamquam gratia Referrri tanta non potest, quanta debetur, habenda tamen est, quantam maximam animi nostri capere possunt. Et pro Planc. 68 Debitio pecuniae et gratiae dissimilis, nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum. gratiam autem et qui Refert, habet: et qui habet, in eo ipso quod habet, refert. Eadem habet Offic. 2, 69 c. 20 Referre gratiam inops si non potest, habere certe potest. Commodum autem, quicumque dixit, Pecuniam qui habeat, non reddidisse; qui reddiderit, non habere, etc. Referre plenius gratiam Quinctil. 2, 16. Referre alicui bonam gratiam Cic. Att. 2, 9. Referre iustam debitamque gratiam Idem pro Corn. Balbo 59. Referre meritam gratiam debitamque Id. de Orat. 3, 14. Referre mutuam gratiam Cic. in Sallust. 9. Idem pro Rosc. Com. 20 c. 7 Neque tamen pro beneficio ei par gratia Refertur. Referre praeclaram Pop. Rom. gratiam Id. in Catil. 1, 28. Add. Nep. 2, 8, 7. et 18, 6, 5. Nullum officium Referenda gratia magis est necessarium Cic. Off. 1 c. 15. Referre gratiam, in malam partem. Idem Q. Frat. 2, 3 Surrexit Clodius: ei tantus clamor a nostris (placuerat enim Referre gratiam) ut neque mente, neque lingua, neque oratione consisteret. Conf. Ter. Eun. 2, 3, 93. et 5, 3 pr. Rependere gratiam factio Ouid. Met. 2, 694. Cic. Att. 1, 1 Sallustium praesentem Restituere in eius veterem gratiam non potui. — cum aliquo Ter. Hec. 3, 1, 11. Restituere gratiam alicui Cic. de Petit. Conf. 16. Retinere alicuius gratiam, i. Fouere amicitiam. Cic. Q. Frat. 2, 3 Quae tibi eo scribo, quod me de Retinenda Sestii gratia literis saepe monuisti. Puto per Pomponium fouendum tibi esse Hortensium. i. Retinendam gratiam Cic. Q. Frat. 1, 3. Rupit gratiam ira Sen. Thyest. f. 7. Scribere gratias Gell. 3, 8. ut agere. Caes. B. C. 1 pr. Sin Caesarem respiciant, atque eius gratiam Sequantur, i. amicitiam beneuolentiam. Hor. de Arte Poët. 69 Nedum sermonum Stet honos et gratia viuax, i. placeant iidem sermones diu. Cic. Att. 2, 9 Erit nebulo iste cum his dynastis in gratia. In laude et gratia esse Idem Verr. 1, 21 c. 8. In gratia pecuniaeque magna fortunatum esse Gell. 16, 19. Cic. Fam. 1, 9 Ego quum mihi cum illo magna iam gratia Effet, quod eius omnes grauissimas iniurias communis concordiae causa voluntaria quadam obliuione contriueram, eius repentinam, etc. Propert. 2, 33, 20

Cum Tiberi et Nilo gratia nulla Fuit. i. Nunquam Aegyptii et Romani se inuicem amauerunt. Gratia ante omnia Est Clazomenio vino Plin. 14, 71. Solida Est mihi gratia tecum Ouid. Met. 12, 576. Est gratia, pro Ago gratias Plaut. Men. 2, 3, 36. In memoria et remuneratione officiorum et honorum et amicitiarum obseruantiam Tenet gratia Cic. de Inuent. 2, 66. Tenere gratiam alicuius Suet. in August. c. 13. Tenere Caesaris, et Pompei gratiam, etc. i. Esse in gratia Cic. Q. Frat. 2, 14. Tollere beneficium et gratiam Idem de Fin. 2, 117. Tacit. Ann. 3, 53 Et quum recte factorum sibi quisque gratiam trahant, vnus (principis) inuidia ab omnibus peccatur. Tribuere gratiam alicuius rei inuentori Cic. de Fin. 4, 13. Tueri dignitatem gratia Idem Att. 1, 17. Valere gratia Plin. Epist. 1, 17. Multum Valere apud aliquem gratia Nep. 9, 2, 1. Velle alicuius gratiam Plaut. Curc. 2, 3, 52. Venit gratia magna minimo labore Ouid. Amor. 3, 4, 46. ¶ 3 Qui gratia alterius, hoc propter amicitiam et amore illius facit aliquid, is etiam causa illius facere, velle, etc. dicitur. Hinc ortum est, ut Gratia, Ablatiuo casu, idem significet, quod causa, ratione, occasione. Ter. Andr. 2, 6, 2 Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam portare, et ea me hic restitisse gratia. *Vbi Donatus, Gratia veteres pro Causa ponebant. Hominum gratia generatas bestias videmus Cic. de N. D. 2, 158 c. 63. Huius accusandi gratia missus Nep. 9, 3, 2. Dolorum effugiendorum gratia Cic. de Fin. 1, 39. Idem de N. D. 3, 67 Id ea gratia, ut dum nati dissipatos artus captaret parens, ipsa interea effugeret, ex Ennio. Probrī gratia Sall. Catil. 23, 1. Gratia mea, h. e. Mea causa, propter me. Plaut. Bacch. 1, 1, 64 Nam id flagitium meum sit, mea gratia*

tia te operam dare mihi, et ad eam operam facere sumtum de tuo.

¶ 4 Gratiae, *Plur. adhibetur inprimis cum verbo Agere et deriuatis, ad augendam magnitudinem beneficii.* Actio gratiarum et congratulatio Cic. in Brut. 3. Conf. Curt. 4, 11, 16. Tacit. Ann. 14, 56, 6. Actionem gratiarum ab aliquo desiderare Cic. Fam. 10, 19. Immemor gratiarum nemo gratus inuentus est Idem post red. in Senat. 22. Sed Tacit. Ann. 12, 15 Gratiae externae sunt amicitiae s. amici. Sic Acquirere et retinere gratias, i. amicos Cic. Att. 1, 1. Agere gratias est loqui beneficium et commemorare, quam illud sit nobis iucundum, vel apud ipsum qui tribuit, vel apud alios. Iam non Ago tibi gratias: cui enim re vix referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri Brut. ad Cic. Fam. 11, 13. Gratias verbis amplissimis Idem Philipp. 1, 3 c. 1. Immortales Id. Fam. 10, 11. Incredibiles suo et alterius nomine per literas Cic. Fam. 13, 28. Ingentes, vid. INGENS. Iustissimas Cic. de Legib. 2, 6. Miras Idem Att. 16, 7. 15 Apud aliquem mirificas Id. Fam. 13, 43. Singulares Cic. Fam. 13, 42. Habeo pol Diis gratias, cum in pariendo aliquot adfuerunt liberae Ter. Andr. 4, 5, 31. Sed frequentius inuenimus Gratiam habere quam Gratias. Tacit. Ann. 12, 37 Agrippinam quoque haud procul alio suggestu conspicuam, iisdem, quibus principem, laudibus, gratiisque venerati sunt. De Gratiis quod contractum est in Gratis vid. p. p. h. v.

¶ 5 Gratiae, quae etiam Graeco nomine Charites appellantur, Deae quaedam et venustatis et amicitiae. Seru. ad Aen. 1, 720 Acidalia Venus — a fonte Acidalio — in quo se Gratiae lauant, quos Veneri constat esse sacratas. Ipsi enim et Liberi filiae sunt, nec immerito Gratiae enim per horum munera fere conciliantur. Ideo autem nudaae sunt, quod gratiae sine fuco esse debent; ideo connexae, quia insolubiles esse gratias decet. Horatius (Od. 3, 21) Segnesque nodum soluere Gratiae. Quod vero vna auersa pingitur, duae ad nos respicientes, haec ratio est, quia profecta a nobis gratia duplex solet reverti, vnde est (v. 548) Nec te certasse priorem poeniteat. Haec Seruius. Hygin. pr. Fabb. Ex Ioue et Eurynome natas ait Gratias, ubi plura Munckerus. Luctat. ad Statii Theb. 1, 286 Nomina Gratiarum sunt tria, Pasithea, Aglaie, Euphrosyne, Iouis et Harmonies filiae. Allegoriam explicat etiam et mythologiam demonstrat Sen. de Benef. 1, 3 35 int. Decentes Hor. Carm. 1, 4, 6. Gratia iuncta nudis fororibus Idem Carm. 3, 19, 16. Solutis Gratiae zonis Id. Carm. 1, 30, 6. Gell. 13, 11 Dicit Varro — conuiuarum numerum incipere oportere a Gratiarum numero, et progredi ad Musarum: id est, proficisci a tribus, consistere in nouem etc. Et Macrobius Sat. 1, 7 de eodem Varone, Conuiuarum numerum hac lege definit, vt neque minor quam Gratiarum sit, neque quam Musarum numerosior. Subiicit deinde ex persona Vettii, Hoc nobis praesentia vestra praestabit, vt et Musas impleamus et Gratias. Cic. de N. D. 3, 44 c. 17 Gratia (an Gratiae) inter Deos Erebo et Nocte natos referuntur. Conf. CHARITES in 45

CHARIS. Item Barth. ad Stat. Theb. 2 p. 439. Apul. Met. 6 p. 183: GRATIOLA, ae. f. Dimin. Diomed. 1 c. extr. Est etiam Herba. GRATIVS, gentis Romanae nomen, cuius est Poeta nobilis veneticus. GRATIANVS cognomen, v. g. Imperatoris, Valentiniani fil. it. Praetoris, de quo Tacit. Ann. 6, 38. A domino officinae argentariae dicta apud Plin. 33, 11 Vasa Gratiana.

GRATIDIVS, et GRATIDIANVS, Romanorum nomina, quae memorauit Cicero de Legib. 3, 30. et de Off. 3, 80.

GRATILLA, ae. f. Libi genus. Arnob. 7 p. 230.

GRATIOSVS, a, um. Adl. [*χαρίσιος*] Gratia abundans, id est fauore multitudinis vel potentium. Vix enim reperietur de eo positum, qui beniuolentia vel indulgentia sua alios complectatur. Cic. Verr. 3, 69 Hic Venerius, quemadmodum aratores eluserit ex vna pactione hominis honesti, gratiosique cognoscite. Homo gratiosior Cic. Verr. 4 c. 30. Cum aduersario gratiosissimo contendere Cic. pro Quint. 260 c. 1. Conf. Tacit. Germ. 20, 7. Petron. c. 140. Potens et gratiosus homo Cic. pro Cluent. . . Potens, gratiosus, disertus homo Idem pro Cael. 21. Splendidi homines et gratiosi Id. Verr. 3, 37. Cic. pro Muraen. 73 Et ad hoc officium necessitudinis, et ad reliquum tempus gratiosus. Vir ad ambitionem gratiosus Idem de Petit. Conf. 65 17. Cic. Off. 3, 58 Tum Pythius qui esset, vt argentarius, apud omnes ordines gratiosus. Idem Fam. 1, 3 Vehementer confidit his meis literis se apud te gratiosum fore. Et Att. 15, 4 Erasmus gratiosi apud Caesarem. In suis ciuitatibus et municipiis gratiosi homines Cic. pro Muraen. 47. Habere in re aliqua sui cupidos et gratiosos Idem pro Planc. 46. Gratiosi eramus apud illum, quem, etc. Id. Att. 15, 4. Cum Datio. Cic. pro Planc. 47 Iam vt ego doceo gratiosum esse tribulibus Plancium, etc. Plin. 16, 33 Odore violenta, ac ne vnbra quidem gratiosa. i. grata, iucunda, quam multi ament. Sed ¶ 2 Gratiosa missio, Quae per illicitum fauorem facta est. Liu. 43, 16 extr. 75 Missorum causas sese cognituros esse: et quarum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset, eos milites fieri iussuros. Sic Gell. 4, 18, 3 Scipio accusatur, Accepisse a rege Antiocho pecuniam, vt conditionibus gratiosis ac mollibus pax cum eo Populi Rom. nomine fieret. Conditiones gratiosae in quibus gratum et gratia sit ei, cui illae feruntur. Nempe, vt ait, Gell. 9, 12 pr. Gratiosus est et qui adhibet gratias, et qui admittit. Sic Sententia gratiosa, i. Favorabilis, siue Per gratiam et fauorem a iudice lata. Vlpian. in l. in heredem D. de calumniat. Ob falsum testimonium, vel iudici ob gratiosam sententiam datum, et heredi extorquebitur. Hinc non male Isid. 10 lit. G. 85 Gratiosum vocat, qui plus vniciuique quam mereatur tribuit.

GRATIOSE, Adu. [*χαρίστως*] Vlpian. in l. tutor qui repertorium §. Competet. D. de administratione tutorum, Si praedia non idonea comparauerunt per sordes aut gratiam. quid ergo, si neque fordide, neque gratiose: sed non bonam conditionem elegerint? Ita 90 accipitur vt Gratiosus n. 2 ad captandam gratiam, per fauorem. Laudatur Gratiosus Acon. in Cic. Verr. 1 c. 9.

GRATIOSITAS, atis. f. Gratia, commendatio. Tertull. adu. Marc. 1, 9 Naturalem nouitatis gratiositatem volui repercutere.

GRATIS, Adu. [*πρῶτα, δωρεάν*] Gratuito, non soluto Pretio, 95 Ter. Phorm. 3, 2, 15 Vt phaleratis dictis ducas me, et meam ductes gratis? Sed leg. Gratiis vid. statim n. 2. Cic. Verr. 1 Gratis Praetor factus est. Martial. 3, 30 Gratis conuiua recumbis. Cic. Q. Frat. 3, 1 Id me scis antea gratis tibi esse pollicitum. Seruire alicui gratis Cic. pro Cluent. 71 c. 26. Habitare gratis in alieno Idem Off. 100 2, 83 c. 23. Et de Fin. 2, 83 Vt aequitatem, modestiam, virtutes omnes per seipsas gratis diligant. Cic. pro Rosc. Com. 7 Hic primum questus est non leuiter Saturius, communem factum esse gratis cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fannii. Cic. Verr. 4, 29 c. 12 Ita ab se inuito ablatas phaleras gratis. Gratis facere sum paratus 105

- Nep. 15, 4, 2. *Gratis et sine mercede* Suet. de Clar. Gramm. c. 13.
 ¶ 2 *Videtur Aduerbiū hoc Gratis contractum ex Ablatiuo plur. Gratiis: q. d. pro solis gratiis nullo intercedente alio pretio.* Plaut. in prol. Asin. 5 Age nunc reside, caue modo ne gratiis, Neque triobulum
 5 amicae das, et ductas gratiis Plaut. Poen. 4, 2, 46. Ter. Phorm. 3, 2, 15 Vt phaleratis dictis ducas me, et meam ductes gratiis? Idem Adel. 4, 7, 26 Aliquo abiicienda est, si non pretio, gratiis. Bentleius ad h. l. Certum est, inquit, nec Terentium nec Plautum unquam dixisse Gratis, semper *τρισυλλάβως* Gratiis. ¶ 3 *Gratis pro frustra*
 10 Petr. Chrysológus Serm. 8 extr.
 GRATITŪDO, inis. f. *Vox veteribus prorsus inaudita, nisi forte antiquum putamus lemma* Val. Max. 5, 2 de Gratitudine. *Veteres Gratum animum dicunt.* ¶ 2 *Pro iucunditate saporis dixisse volunt* Apiciū 3, 4. *Sed ibi nihil est.* Et 3, 6 quo videntur respicere,
 15 *Gratitudo est, v. v.*
 GRATVITVS, a, um. Adi. [*ἀμίδος*] *Quod datur gratis, et sine praemio: ut interpretatur his verbis.* Cic. de Legib. 1, 48 c. 18 Quid liberalitas? gratuita est, an mercenaria? sine praemio benigna est et gratuita: si cum mercede, conducta. Et pro Font. 22 Potestis igitur ignotos notis — mercenarios gratuitis anteferre? Cic. de N. D. 1, 121 Prata et arua et pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex his capiuntur: hominum caritas et amicitia gratuita est. Hospitia ei gratuita decreuere Plin. 35, 9. Cic. de Fin. 2, 99 Innatam esse homini probitatem gratuitam, non mutuam voluntatibus, nec praemiorum mercedibus euocatam. Suffragia gratuita ferre Cic. pro Planc. 16. *Quantitas tertiae syllabae, prorsus est anceps, eodem modo ut in Fortuitus, cuius tertiam Horatius produxit* Carm. 2, 15, 17. Stat. Silu. 1, 6, 16 Et quas praecoquit Ebofita canas, Largis gratuitum cadit rapinis. *Sunt Phaleuci.*
 20 GRATVITO. Adu. [*ἀμίδι*] *Idem quod Gratis.* Cic. Off. 2, 66 c. 29 Diserti igitur hominis, et facile laborantis, quodque in patriis est moribus, multorum causas et non grauate, et gratuito defendentis, beneficia et patrocinia late patent. Vbi malos praemia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est Sall. Hist. 1 c. 8.
 25 Gratuito proponere pecuniam Suet. Tiber. c. 48. Gratuito et Mercède, contraria Plin. 35, 9. Gratuito malus atque crudelis Sallust. Catil. 16, 3.
 GRATVS, a, um. Adi. [*εὐγνώμων, ἐπιχαρῆς, χαρίεις, ἀσπασίος*] *Qui gratiam habet, agit, et si potest refert.* Ter. Adel. 2, 2, 43 Memorem me dices esse et gratum. Vbi Donatus, Figurata est inducía promissio praemiorum. Et bene vtrumque narrat: nam non continuo qui memor est, etiam gratus est. Memor enim est, qui apud se meminit. Gratus, qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit. nam multi sunt memores, ingrati tamen. Plin. in Paneg. c. 43
 30 Nam liberalitatem iucundiorē debitor gratus, clariorem ingratus facit. Cic. Verr. 2, . . . Sed quod sua interesse putabant, se memores gratosque existimari, gratias isti egerunt. Gratus ac memor beneficii Idem pro L. Agr. 2, 21. Et Fam. 11, 10 Gratiorem me esse in te posse, quam isti peruersi sint in me, exploratum habes.
 35 Vt quam gratissimus erga te esse cognosceret Cic. Fam. 1, 5. Plin. 2, 9 Non sumus profecto grati erga eos, qui labore curaque lucem nobis aperuere. *Add. Cic. Fam. 5, 5. Idem pro Planc. 91 c. 38 Si bene de me meritis gratum me praebeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiamque grati.* Virtutem alicuius grata memoria prosequi Cic. Phil. 14, 30 c. 11. Gratissimo animo prosequi nomen alicuius, i. *Esse gratissimum erga aliquem* Idem Philipp. 4, 3 c. 1. Sen. de Benef. 1, 4 Tu me aliquid eorum doce, per quae beneficentior, gratorque aduersus bene merentes fiam. Re ipsa atque animo gratissimus Cic. Fam. 10, 19. ¶ 2 *Gratum proprie dicitur illud, pro quo nos debere sentimus, in quo differt a iucundo.* Gratum est v. g. officium amici in luctu et dolore meo, non idem iucundum: *Iucunda est aberratio inimici me petentis, se ipsum ferientis, sed grata non est, h. e. nihil illi eo nomine debeo.* *Exempla rem demonstrabunt: in quibus tamen sunt etiam, in quibus magis ad iucunditatem et suauitatem, quam ad animum, quo illa excipitur, respicitur.* Gratum est, vox flebile gaudens, certe animum gratum significantis, si in malis aliquid tamen commode, et non nimis triste, accidat. Sit. 6, 584 Quidquid id est, dum non vincitum Karthago catenis Abripiat — Gratum est o superi! i. *gratus accipio.* Stat. Silu. 2, 1, 154 Gratum est, Fata, tamen, quod non mors lenta iacentis Exedit puerile decus. Sen. Med. 553 Suprema certe liceat abeuntem loqui Mandata: liceat vltimum amplexum dare. Gratum est et illud. *Ironice* Tibull. 4, 10, 1 Gratum est, securus multum quod iam tibi de me Promittis. *Illustrat hanc formulam Gronou. Diatr. Stat. c. 16. Vid. Gratulari*
 40 doli ex Quinct. 6 pr. 8. Facis tu quidem abundantia quadam amoris, ut etiam grata sint ea, quae sine maximo scelere intermitti non possunt Cic. Fam. 1, 9. Conf. ib. 5, 11. Est istuc datum mihi, ut sint grata, quae facio, omnia Ter. Eun. 3, 1, 5. Bis est gratum, quod opus est, vltro si offeras P. Syr. Min. Beneficium Plaut. Rud. 4, 6, 17. Ter. Andr. 1, 1, 15 Et id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam. Quam fit pulchrum, beneficio gratum, fama gloriosum, tyrannum occidere Cic. Philipp. 2 c. 46. Coniua Hor. Serm. 2, 2, 119. Diua animo gratissima nostro Ouid. Met. 5, 26. Dona Idem Epist. 1, 27. Error gratissimus Hor. Epist. 2, 2, 140. Plaut. Poen. 1, 1, 6 Quibus pro benefactis fateor debere tibi et libertatem et multas gratas Gratiis. Hor. Epist. 1, 4, 14 Grata superueniet quae non sperabitur Hora. Liu. 2, 8 Gratae in vulgus Leges fuere. Grator potestate Libertas Plin. Paneg. c. 87. Manu grata sumere Hor. Epist. 1, 11, 23. Manus eorum gratum acceptumque esse Nep. 23, 7, 3. Quies Hor. Epist. 1, 17, 6. Tempore grato frui Idem Epist. 2, 2, 198. Virtus grator veniens in pulchro corpore Virg. Aen. 5, 344. Cic. Att. 3, 24 Ista veritas etiam si iucunda non est, mihi tamen grata est. Idem Fam. 4, 6 Cuius officia iucundiora scilicet saepe mihi fuerunt, nunquam gratoria. *Add. ib. 13, 18. Gratum odore iucundo ladanum* Plin. 12, 17. Gratum in cibo Plin. 11, 29. Et 10, 48 Cibis gratissima. Cic. Diu. Verr. 7 Quid est quod aut Pop. Romano grator esse debeat, aut sociis exterisque nationibus optatius esse possit, aut saluti fortunisque omnium magis accommodatum sit? Cic. de Legib. 2, 41 Velim hoc, quod loquor, tibi gratum videri potius quam graue. Gratum est mihi non modo significat, gratus et cum studio retribuendi accipio, aut iucundum est mihi; sed etiam, gratia mihi pro illo habetur. Sic Ter. Eun. 3, 1, 6 optimi quique Faerno et Bentleio testibus habent Est istuc datum profecto, ut grata mihi sint quae facio omnia. Sic Heaut. 2, 3, 21 Quod tamen
 45 nunc faciam; tum cum gratum mihi esse potuit, nolui. Minime gratum,

tum, *vid. post* MINOR. Accidit mihi illud gratum, *vid.* ACCIDO. Facere alicui gratum, *i.* Rem gratam Cic. Att. 13, 45. *Conf.* Idem Fam. 13, 36 et 37 et 40 et 44. *Etiā homines grati dicuntur, quibus alii se debere sentiunt.* Tacit. Ann. 1, 28 Accitur centurio Clemens, et si alii bonis artibus grati in vulgus. Sic Comitum gratissimus Ouid. Met. 14, 221. Cic. de Fato c. 2 Gratissimum, et tuorum omnium simile! *Vox humanissime respondentis oblatae ab altero optioni.*

GRATE. Adu. [*εὐχραιστέω*] Ex grato animo: Cuius contrarium est Ingrate. A librariis miscentur Gratus et Graius: Drakenb. ad Sil. 6, 326. Grate exsolui Valer. Max. 8, 15 pr. Aestimari Sen. de Benef. 10, 2, 4. Secunda grate excipit modesteque Sen. Epist. 97. Cic. pro Planc. 98 c. 41 Grate et pie facere. Idem de Fin. 1 c. 19 Praeterita grate memini. Hor. Epist. 2, 2, 210 Natales grate numeras. Grate olentes coenas laudant ex Apul. et una voce GRATEOLENTES scribunt: *sed Elmenb. p. 74, 25 graeolentibus coenis. Et sic etiam Florid. Ab Aldo est grate olentibus.* Gratus sibi illum facturum Cic. de Orat. 2 c. 74. *Superl.* Plin. 7, 6 Munus gratissime acceptum est.

GRATIFICOR, āri. Dep. [*χαρίζομαι*] Rem gratam facere, et Beneficium dare aliquando significat. Cic. Fam. 1, 1 Quod Pompeio gratificari se putant. Honeste alicui Idem de Legib. 3, 29. Aliquid gratificari pro aliquo Liu. 21, 9 *extr.* Gratificatur mihi gestu accusator Cic. pro Corn. Balbo 14 c. 6 pr. Cur tibi hoc non gratificer nescio Idem Fam. 1, 10. Deus gratificatur hominibus, non gratum facit. Cic. de N. D. 1, 124 Nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem? Idem de Fin. 5, 42 c. 15 Deque eo quod ipsis superat, aliis gratificari volunt. *Et Off. 1, 23* In quibus autem maior est animus, in his pecuniae cupiditas spectat ad opes, et ad gratificandi facultatem. *i.* *Vt gratos, obnoxios, et deuinctos sibi reddere possent.* Sallust. in Iugurth. c. 3 Frustra autem niti, neque aliud se fatigando, nisi odium quaerere, extremae dementiae est; nisi forte quem inhonesta et pernicioſa libido tenet, potentiae paucorum decus atque libertatem gratificari. Libido patriae gratificandi Idem de Ord. Rep. Orat. 2 *extr.* Sallust. de Repub. Ordin. ad Caesarem 1, 7 Neque aliter quisquam extollere sese, et diuina mortalis attingere potest, nisi omissis pecuniae, et corporis gaudiis, animo indulgens, non assentando, neque concupita praebendo, peruersam gratiam gratificans: sed in labore, patientia, bonisque praeceptis, et factis fortibus exercitando. *Pro Fauere, et ornare.*

Cic. de Legib. 3, 29 Populo potestas honeste bonis gratificandi datur. Idem Off. 1, 42 Qui gratificantur cuiquam, quod obsit illi, cui velle videantur prodesse, non benefici, neque liberales, sed perniciosi assentatores iudicandi sunt. Liberalis gratificandi voluntas Cic. Offic. 2, 51. *Partic.* Sallust. de Rep. Ord. 1, 7 Peruersam gratiam gratificans, etc. *vid. supra.* ¶ 2 *Act.* Vulg. Interpr. Ephes. 1, 6 Gratificauit nos in dilecto filio suo.

GRATIFICATVS, a, um. Si tibi gratificatus tutor soluit l. 6 §. 2 D. de reb. auct. Iud. poss. Si videas tibi blandius quippiam gratificatusque Sidon. Epist. 5, 10.

GRATIFICATIO, ōnis. f. [*ευχαριστία* Gloss. Lat. Gr.] Cic. de N. D. 1, 123 Vos autem quid mali datis, quum imbecillitatem, gratificationem et benevolentiam ponitis? Impudens Cic. de L. Agr. 3, 6 c. 3. Scaeuola l. ult. D. de religiosis, et fumentib. funer. Si plura praedia quis habuerit, et omnium vsum fructum separatim legaue- rit: poterit in vnum inferri, et electio erit heredis, et gratificationi locus.

GRATIFICATOR, ōris. m. Augustin. . . .
GRATIFICVS, a, um. Adi. Isidor. Gratificus ab eo, quod gratis faciat bonum. Porphy. Pancg. 1, 5 Gratificus dominus. *Add.* Paullin. Petroc. l. 2 *extr.*

GRATES, f. [*χαρτες*] Numero tantum Plurali, et in hac tantum terminatione, pro Gratiis quae referri debent pro accepto beneficio: et videtur a Poëtis ortum; cum Gratia rebellet Hexametro et Pentametro paene omnibus casibus. Virg. Aen. 1, 604 Grates persoluere dignas non opis est nostrae Dido. Idem Aen. 2, 537

At tibi pro scelere exclamant pro talibus ausis
Dii (si qua est caelo pietas quae talia curet)
Persoluant grates dignas, et praemia reddant
Debita. *Vbi Seruius ait:* Grates, prout res fue- rit, vel in bonis vel in malis dicuntur, vt Praemia; sic apud Teren- tium Gratiam referre est Malum pro malo rependere. *Vid. supra* GRA- TIA. Et grates, inquit, tibi ago summe Sol Cic. in Somn. Scip. 1. Curt. 3, 6, 17 Grates habebant velut praesenti deo. Tacit. Hist. 4, 64 Sed praecipuo deorum Marti grates agimus. Meritas agere alicui Ouid. in Ibin 25. Decernuntur grates deis Tacit. Ann. 15, 74. Exsoluere saeuas Stat. Silu. 5, 5, 45. Habere alicui Curt. 9, 6, 17. et 3, 6, 17. Pendere dignas Stat. Theb. 11, 223. Referre Idem Theb. 7, 380. Curt. 5, 13, 29. Rependere Stat. Silu. 3, 3, 155. Laudibus gratibusque Venerari Tacit. Ann. 12, 37, 4.

GRATOR, āri. Dep. [*ευχαριστώ*] Gratulari, *i.* Gratias agere Diis et quasi Supplicare. Laudatur Ouid. Fast. 3, 417 Quisquis ades, castae- que colis penetralia Vestae, Gratate, Iliacis turaque pone focus. *Sed editur hodie* Cratera. *Est autem* Gratarum gaudere de bono proprio, vel alterius. Virg. Aen. 4, 478 Inueni germana viam, gratate forori. Liu. 7, 13 *extr.* Tum vincere cupimus, tum duce te vincere, tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes urbem inire tuum se- quentes currum, Iouis Opt. Max. templum gratantes, ouantesque adire. Tacit. Ann. 6, 21 Tum complexus eum Tiberius, praescium pericu- lorum et incolumem fore gratatur. Gratatur reduces Virg. Aen. 5, 40. Ouid. Met. 6, 434 Gratata est scilicet illis Thracia. Idem Epist. 11, 65 Quid tibi grataris? Ad gratandum se expedire Tacit. Ann. 14, 8. *Add.* Ouid. Met. 7, 142. Prudent. Cath. 11, 15.

GRATANS, antis. Partic. [*χαίρων*] Tacit. Ann. 2, 75 Inter venerantes, gratantesque adspici solita. Ouid. Met. 7, 162 Abest gratantibus Aeson.

GRATANTER. Adu. *Vsus est* Capitolinus saepius et alii scri- ptores Hist. Aug. vt ostendit Borrich. Cogitt. p. 114. Ammian. 17, 26 Gratanter amplexi sunt. Aur. Vict. Epit. in Neru. Cum in curia a Senatu gratanter acceptus esset. *Conf.* Symmach. Epist. 7, 76.

GRATATORIVS, a, um. Adi. Sidon. Epist. 5, 16 Gratato- riis apicibus inscribere.

GRATABVNDVS, a, um. Adi. [*συχαίρων*] Tacit. Hist. 1, 18 Et proximi militum gratabundi respondent.

GRATVLIOR, āri. Dep. [*συχαίρων, συνήδομαι*] Primo significabat gratias agere (de qua ratione n. 2) deinde obtinuit, vt esset verbis testari, se gaudere fortuna et felicitate alterius, apud eum ipsum qui affectus

est felicitate; et aliquando etiam apud nos ipsos, ob felicitatem aliquam quae nobis sorte contigit. Cic. Fam. 2, 9 pr. Primum tibi, ut debeo, gratulor, laetorque tum praesenti, tum etiam sperata tua dignitate. De reditu alicuius gratulari Idem Att. 4, 1. Et de filia alicui Fam. 1, 7.

5 Aduentu alicuius gratulari Cic. in Sallust. 10. Nomine alicuius gratulari Idem Philipp. 1, 30 c. 12. Omnes publice ad me venerunt gratulatum Id. in Pison. c. 22. Ouid. Trist. 1, 8, 34 Et quoniam vera est, tota tibi mente, mihi que Gratulor, ingenium non latuisse tuum. Gratulor tibi hanc rem Plaut. Capt. 3, 2, 3. Cic. Verr.

10 Act. 1, 19 c. 7. Appellat hominem, et ei voce maxima victoriam gratulatur. Ouid. de Arte Am. 3, 122 Prisca iuuent alios, ego me nunc denique natum Gratulor. Ter. Eun. 2, 2, 28 Salutant, ad coenam vocant, aduentum gratulantur. Quum oppressum Scianum apud eosdem gratularetur Suet. Claud. c. 6. Gratulor tibi affi-

15 nitate viri optimi Cic. Fam. 8, 13. Idem Fam. 1, 7 Quod mihi de filia et de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam. Et Fam. 6, 11 Qua in re tibi gratulor ita vehementer. Gratulor huic terrae, quod abest regionibus illis Ouid. Met. 10, 306. Quinctil. in Pactu cadaverum, siue Declamat. 13 Gratulemur quod iam nulla ci-

20 vitas fame laborat. *Subauditur* Nobis. Cic. Fam. 15, 14 Sed tamen et feci ante, et facio nunc, tibi que cum pro rerum magnitudine quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de prouincia decedentem summa laus et summa gratia prouinciae prosecuta est. Temporibus nostris gratulare pro ingenio tali Plin. Ep. 4, 27-

25 Quinctil. 6 pr. 8 Qua propter illi dolori, quem ex matre — paucos ante menses ceperam, gratulor: *i. gaudeo, ut in malis, matrem mortuam esse ante, quam funus filii sui videret, ut* Gratulum est. Vid. GRATVS n. 2.

30 ¶ 2 Gratulari, Gratias agere, inquit Nonius Ennius Hecuba, Iuppiter tibi summe tandem male re gesta gratulor. Naeuius belli Punici 3 Isque sursum ad caelum suas res Annulus gratulabatur diuis. Ter. Heaut. 5, 1, 6 Ohe, iam desine deos vxor gratulando obtundere tuam esse inuentam gnatae, etc. Scipio Afr. apud Gell. 4, 18 Eamus Ioui O. M. gratulatum. Hinc Gratulatio est idem ac Supplicatio vel Gratiarum actio, ut mox ostendetur.

35 Haec primaria et propria vocis significatio. Vid. Gronou. Obs. 2, 19. et Perizon. ad Sanct. Mineru. 1, 1 qui alteram ab hac esse deriuatam ostendunt. Nempe qui gaudium de alterius vel sua felicitate significat, ille Gratias Deo agit etc.

GRATVLATIO, ōnis. f. [*ἐπίχαρμα*] Significatio gaudii de alterius felicitate: proprie gratiarum actio, ut de Verbo Gratulor modo obseruatum est. Igitur frequens est de ea, quae Supplicatio alias dici solet, cum sollempni ritu templa adeuntur ob rem bene gestam, quod qui faciunt, simul gaudium suum testantur ob res secundas imperatoris, cuius auspiciis res secundae contigerunt. Cic. Fam. 11, 18 Sed tamen tam recentis gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. Sic

40 Decernere gratulationem Catil. 4, 20. Mihi Populus Rom. non vnus diei gratulationem, sed aeternitatem immortalitatemque donavit Cic. in Pison. c. 3. Gratae nostrae diis immortalibus gratulationes erunt, gratae victimae Idem Phil. 14 c. 3. In gratulationibus

50 mentum Herculis osculari solebant Id. Verr. 4 c. 43. Abolitio publice fit ob diem insignem aut publicam gratulationem l. 8 D. ad Sct. Turpil. Iterum Cic. de Prouinc. Conf. 26 Diis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, quae ex maximis bellis. Et Hunc diem tuis maximis gratulationibus iure antepones Cic. pro Marc. c. 4.

55 Idem Att. 4, 10 Itaque hoc tibi vere affirmo, in maxima laetitia et exoptatissima gratulatione, vnum ad cumulandum gaudium conspectum, aut potius complexum mihi tuum defuisse. Sera gratulatio reprehendi non solet, praesertim si nulla negligentia praetermissa est Cic. Fam. 2, 6. Hic parenti suo magno adiumento in periculis, solatio in laboribus; gratulationi in victoria fuit Idem pro Muraen. 12. Aegris gratulatio fit, quum se ipsi aegros esse senserunt Sen. Epist. 6. Mutua gratulatione fungi Curt. 7, 2, 24. Efferuescit gratulatio Cic. Fam. 9, 2. Florere gratulatione Idem pro Sext. 131. Habere gratulationem Id. pro Milon. 99 c. 35. Significare gratulationem Id. Att. 4, 1.

GRATVLABVNDVS, a, um. Adi. [*συγχαρίζω*] Idem quod Gratulans. Gell. 3, 15 Quumque populus gratulabundus, flores vndique in eum iaceret. Liu. 7, 33 extr. Quo se omnis multitudo gratulabunda effudit. Iustin. 6, 8 Velut gratulabundus patriae ex-

70 spirauit.

GRATVLĀTOR, ōris. m. Cic. de Fin. 2 c. 33 Ita fit, ut gratulator laetior sit, quam is, cui gratulatur.

GRATVLĀTRIX, icis. f. Sidon. . . .

GRATVLATORIVS, a, um. Adi. Capitol. in Max. et Bal-

75 bin. c. 17 Gratulatoriam epistolam subdidi.

GRATVLATORIE. Adu. August. . . .

GRATITO, are. Vid. GRACCITO.

GRAVESCO, GRAVIDVS, etc. Vid. post GRAVIS.

GRAVIS, e. Adi. [*βαρὺς, ἐπικρῆς, δεῖνος*] Primo ad pondus refertur magnum, et portatu difficile: hinc aliam etiam difficultatem et molestiam (quae et ipsa a mole et moliendo dicta est) significat: tum quae graua sunt, loco non facile mouentur; hinc grauis est virtutis nomen, quatenus se huc illuc impelli, ac demoueri non patitur: tales sunt etiam venerabiles, et maiori in pretio, ut aurum et alia metalla pro gra-

80 uitate pretium habent. Vbi que autem Leuis contrarium significat. V. g. Cic. pro Rosc. Com. 6 Quod etiam apud omnes leue et infirmum est, id apud iudicem graue et sanctum esse ducetur? Sed videamus primo Ablatiuos, quibus iungitur, qui varietatem illam pulchre indicant. Liu.

10, 34 Ingressi milites refractis foribus, paucos graues Aetate, aut in-

90 validos inueniunt, *i. inhabiles ad pugnam et fugam.* Aetate ac corpore grauis Vell. Patere. 2, 76. Aetate et viribus grauior Liu. 2, 18, Cibo graues, sopiti iacebant Idem 31, 41. Alios esse cibo pleniore. alios exiguo: grauiioresque factos, qui se implerent Cels. praef. Plaut. Bacch. 3, 4, 23 Sed ante quam illa vnquam meis opulentiis ramentata fuit grauior aut propensior, mori me malim misera excruciatum

95 inopia. Fide grauiora Ouid. Trist. 4, 1, 66. Humore auide hausto grauis Curt. 7, 5. Virg. Aen. 1, 277 Donec regina sacerdos Marte grauis. *i. Semine Martis impleta.* Idem Ecl. 1, 50 Non inueta graues tentabunt pabula foetas. Virg. Georg. 3, 96 Vbi aut

100 morbo grauis, aut iam feignior annis Deficit, abde domo. *i. Languidus.* Natu grauior Claud. de B. Get. 485. Ter. Heaut. 4, 1, 31 Mi Chreme, peccaui, fateor, vincor: nunc te obsecro, quanto tuus est animus Natu grauior, ignoscetior, ut meae stultitiae iustitia tua sit aliquid praesidi. *i. Quanto plura nosti quam ego.* Pietate ac me-

105 ritis grauis, Plenus. Virg. Aen. 1, 155 Tum Pietate grauem, ac me-

ritis, si forte virum quem Conspexere, silent, arrectisque auribus
 adsunt. Mille grauem Telis Ouid. Met. 1, 43. *ubi conf. Burm.*
 Turbata mente respondit tanquam ipse Somno grauis eoque ignarus
 Tacit. Ann. 4, 22, 1. Vinculis grauis, *Oneratus et oppressus* Plin.
 Epist. 147. Vino et somno grauis Liu. 29, 34. Vino somnoque
 graues Ouid. Epist. 14, 33. Vulnere grauis Vell. 2, 55, 4. Liu. 21,
 48 pr. Vulneribus grauis Alexander Idem 36, 20. Vtero grauis,
pro Praegnante. Plin. 9, 46 Tunc quidem et vtero graues, parienduae
 poenis inualidae, solum auxilium nouere in altum profugere, et se
 toto defendere Oceano. *Sed etiam simpliciter Grauis pro grauida di-*
citur. Ouid. Fast. 3, 23 Iacet ipsa grauis: iam scilicet intra Viscera
 Romanae conditor urbis erat. Et 2, 615 Fitque grauis, geminosque
 parit, qui compita seruant. Virg. Aen. 1, 274 Marte grauis gemi-
 nam partu dabit Illa prolem. ¶ 2 *Substantiua elementorum*
ordine disposita: Absinthium graue, i. *Amarum, graueolens* Varro in 15
 Quinquatribus, Absinthium vt bibam graue et caltoreum ex Non. 4,
 218. *Sic βαρύσκιον Graeci.* Aduersarius grauis, *Perniciosus, acer-*
bus, et nocens. Cic. Off. 3, 86 Magnum illud bellum, perfuga vnus,
 et grauem Aduersarium imperii sustinisset. Suet. Neron. 54. Ad-
 uersaria, Expectatio Cic. Fam. 2, 4. Liu. 4, 45 Decem millibus
 Aeris grauis damnatur. Liu. 4, 60 Patres bene coeptam rem per-
 seueranter tueri, conferre ipsi primi, et quia nondum argentum signa-
 tum erat, Aes graue plaustris quidam ad aerarium conuehentes, spe-
 ciosam collationem faciebant. *Vid. AES n. 8.* Virg. Georg. 2, 377
 Aut grauis incumbens scopulis arentibus Aestas, i. *noxia; illud incum-*
bens auget grauitatem. Ambitio misera grauisque molesta Hor.
 Serm. 1, 6, 129. Amicitiae principum graues Idem Carm. 2, 1, 3.
 Amentia Ouid. Met. 5, 511. Amore perculsus graui Hor. Epod. 11,
 3. Annis grauis miles Idem Serm. 1, 1, 4. Annona, *Cara* Plaut.
 Stich. 4, 2, 52. Apparatus belli Flor. 3, 5, 18. Arbor Prudent. 30
 Cath. 3, 78. *i. onusta fructibus.* Armatura, *cui opponitur* Lewis.
 Liu. 26, 5 pr. Igitur magna parte impedimentorum relicta in Brutiis,
 et omni grauiore Armatura, cum delectis, etc. *Conf. Hirt. B. Afr. 71.*
 Aurae Ouid. Met. 7, 557 aer noxius. Auctor grauis, *Probatas et*
magnae auctoritatis, cuius fidem nemo eleuet. Plin. 17, 25 A quo tem- 35
 pore pudicitiam subuersam Piso grauis auctor prodidit. Et 24, 9
 Grauis Auctor in medicina. Tacit. Hist. 3, 43 Eo grauior Auctor,
 quod Paullino patriae Forum Iulii. *Sic Historici, Testis.* Au-
 tumnus pestilens Caes. B. C. 3, 2. et Hor. Serm. 2, 6, 19. Anni tem-
 pus grauissimum Cic. Q. Frat. 2, 16. Bellum graue, pro Molesto, 40
 auctore Donato ad Ter. Hec. 5, 1. Sallust. . . Grauiore bello
 qui prohibitori venerant focii frigere. Caelum Suet. Tiber. 36.
 Tac. Hist. 5, 7, 3. *i. aer pestilens.* Caput graue habere Scribon. 181.
 Corpus graue facit Idem 188. *i. languidum ad motum.* Carmen gra-
 ue et plenum Cic. Tusc. 1, 64. Casu grauiore decidunt turres Hor. 45
 Carm. 2, 10, 10. Causa grauis, *Necessaria.* Lucil. 29 apud Non.
 4, 218 Habeasque animo, mihi admodum Causam grauem fore, quae
 me ab villo commodo abducat tuo. Causae Cic. Fam. 5, 12. Con-
 ciones, i. *Acerbae et criminationibus plenae* Caes. B. C. 2, 18. Chely-
 dri Virg. Georg. 3, 415. *i. noxii.* Cibus Cic. N. D. 2 c. 9. Cer- 50
 tamina grauiora Sil. 16, . . . Contumeliae grauissimae Tacit.
 Ann. 14, 49. Cura graui saucia Virg. Aen. 4, 1. *Dammum gra-*
uius Ouid. Met. 7, 553. *Fatum* Idem Met. 2, 306. *Non iniuncta*
graues tentabunt pabula Fetas Virg. Ecl. 1, 50. *i. languentes.* Fron-
 te graui, *Tristi.* Plin. in Paneg. c. 41 Nunquam principibus defue- 55
 runt, qui Fronte graui, et tristi supercilio vtilitatibus fisci contuma-
 citer adessent, etc. Varro, Vbi graues pascantur atque alantur pa-
 vonum Greges. Nonius c. l. *i. magni.* Columel. 1, 5 Nam prae-
 stat a mari longo potius interuallo quam breui refugisse: quia media
 sunt spatia grauioris Halitus, *i. noxii.* Historici tres grauissimi 60
 Nep. 7, 11, 1. *quos nihil a fide dimouet.* Graui Homini et ea, quae
 fiunt, iudicio certo ponderanti Cic. Off. 2 c. 16. Homo grauis,
 Grandaeuus et Qui omnia deliberate agit. Virg. Aen. 5, 387 Hic
 grauis Entellum dictis castigat Aestes. Nonius c. l. Honestas omni
 pondere grauior est habenda, quam caetera omnia Cic. Off. 3, 35. 65
 Ictus graues excipere Hor. Carm. 4, 9, 23. Ter. Adel. 1, 1, 41 Er-
 rat longe mea quidem sententia, qui Imperium credat grauius esse
 aut stabilius vi quod fit, quam illud, quod amicitia adiungitur. Im-
 petus grauis hastae Stat. Theb. 10, 539. Incepta Hor. de Arte Poët.
 14. Iniuria grauissima Plin. Paneg. c. 37. Ira grauis, et inexpu- 70
 gnabile peccus Virg. Aen. 5, 781. Labore graui fessos Sen. Hippol.
 4. Lacerto graui vibrata fraxinus Ouid. Met. 5, 142. Ex salubri
 Loco in grauem s. ex graui in salubrem transitus Cels. 1, 3. Manus,
 Pecuniis, *vel re aliqua onusta* Plaut. Pseud. 3, 1, 19. Virg. Ecl. 1, 36
 Non vnquam grauis aere domum mihi dextra redibat. Moeror 75
 Hor. de Arte Poët. 110. Morbus Ouid. Met. 8, 876. Et Nep. 23,
 4, 3. Mors Ouid. Met. 3, 471. Virg. Georg. 3, 415 Galbaneo-
 que agitare graui Nidore, chelydros. *al. Graues, scil. Chelydros.*
 Liu. 28, 15 Nisi ex vehementi sole, qualis inter graues imbre Niuies
 effulget, tanta vis aquae deiecta esset, vt, etc. Nuntius, *Tristis.* 80
 Virg. Aen. 8, 582 Grauior ne Nuntius aures Vulneret. Opsonium
 graue Non. 4, 218 multum explicat. Cic. post red. in Senat. 12
 Composito capillo, grauibus Oculis, fluentibus buccis, pressa voce, etc.
 Plin. 11, 7 Omnes frigoris aut iniuriae aditus obstruuntur, Odore et
 ipsa etiamnum graui. Odor grauis oris Ouid. de Arte Am. 3, 277. 85
 Odor grauis narium Scribon. 50. *i. molestus ac nocens.* Grauioris
 Odoris 270. *Vid. paullo ante Absinthium graue.* Plin. Epist. 5, 6
 Est sane grauis et pestilens Ora Tuscorum. Paupertas, *Dura et diffi-*
cilis. Ter. Adel. 3, 4, 50 Paupertatem vna perfulimus grauem.
 Poena grauiore dignus Ouid. ex Pont. 1, 2, 13. Pondus Hor. Epod. 90
 4, 17. Pondus graue, et Leue, *contraria* Plin. 12, 9. Praelium
 Hor. Carm. 4, 14, 14. *ap. Non. c. l. Pretium, i. Multum.* Sallust.
 Coepit per omnem prouinciam graue Pretium fructibus esse. Ra-
 dice graui et crassa frutex Plin. 12, 12. Lucret. 1, 64 Humana ante
 oculos foede cum vita iaceret In terris oppressa, graui sub Relligione. 95
 Remi, *Fortes et robusti.* Virg. Aen. 5, 114 Prima pares ineunt graui-
 bus certamina Remis. Grauis est mihi ea Res Curt. 8, 5, 20. Ro-
 bur Virg. Georg. 1, 162. Senatusconsultum vehemens et graue in
 aliquem Cic. in Catil. 1, 3 c. 1. Idem de Senect. 4 Quod Senectutem
 nunquam tibi grauem esse senserim. Sermones Id. Q. Frat. 1, 2, 2. 100
 Sententiae Caes. B. C. 1, 2. Sidus Saturni graue in omne caput
 Propert. 4, 1, 84. Solum Tacit. Hist. 5, 7, 3. Seruitium Prop-
 pert. 1, 5, 19. Sol Hor. Serm. 2, 4, 23. Sonus grauis et acutus
 Idem de Arte Poët. 349. Sonus grauissimus Cic. de Orat. 1, 251.
 Sopor grauissimus Lucret. 4, 953. Stomachus grauis Pelidae, *ira-* 105

cundia uehemens Hor. Carm. 1, 6, 5. *Supellex, Diues* Plin. Epist. 8, 17, 4. *Suam grauissimam facit glans querna* Idem 16, 6. *Tela grauiora* Curt. 8, 13, 6. *Tempus graue* Hor. Carm. 3, 23, 8. et Liu. 7, 6. *Virg. Georg. 3, 526 Quid labor, aut benefacta iuuant, quid vomere terras Inuertisse graues? i. gleba pingui, solida etc.* Cic. Fam. 2, 2 *Graui Teste priuatus sum amoris summi erga te mei, fide dignus ut Auctor, Historici.* Idem Verr. 3, 108 *Et hoc in te grauiorres, certioresque Testes sunt.* *Torpor* Sen. Herc. fur. 12. *Triumphus* Plin. Paneg. c. 17. *Venter maturo pondere* Ouid. Met. 9, 684.

10 *Ventus, Molestus* Plin. 2, 25. *Et vereor, ne tibi sim grauis, i. Molestus* Cic. in Top. 1. *Ita grauis est mihi ea res, i. difficilis* Curt. 8, 5. *Sed Mihi non est graue* Nep. 9, 3. *Plaut. Trin. 2, 2, 107 Grauius erit tuum vnum Verbum ad eam rem, quam centum mea, plus momenti habebit.* Cic. Verr. 3, 134 c. 58 *Eum in tanto tuo dedecore*

15 *profecto ne Verbo quidem grauiore appellaffes, uehementiore.* *Virus* Hor. Epist. 2, 1, 158. *i. noxium.* *Virg. Ecl. 10, 75 Iuniperi grauis esse solet cantantibus umbra, noxia.* *Voluntas* Cic. pro Font. 30. *Vox* Cic. N. D. 2, 156 c. 58 *contraria acutae.* *Papinianus in l. qui graui D. de iure cod. Qui graui Vtero vxorem esse ignorabat, etc.*

20 *Vulnus* Ouid. Met. 4, 721. ¶ 3 *Formulae aliae.* *Ter. Heaut. 5, 5, 14 Haec dum incipias, grauia sunt; dumque ignores: ubi cognoris, facilia.* *Vereor, ne tibi sim grauis* Cic. Topic. c. 1. *Iam grauis es nobis et saepe emungeris, exi* Iuuenal. 6, 146. *Olidae graue quod mixere capellae* Sannon. 180 *graue, i. foetidum illud.*

25 *Graue est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet* Cic. Fam. 2, 5. *Conf. Nep. 9, 3, 4. Graue in populum, Quod aegre et grauius admodum populus ferre potest.* Cic. pro Corn. Balb. 24 *Etenim in Pop. Rom. graue est, non posse uti sociis excellenti virtute praeditis, qui velint, etc.* *Graue est quale*

30 *sit existimare* Cic. Att. 11, 1. *Supert.* Idem Fam. 5, 16 *Non me hercule quenquam audiui, hoc grauissimo et pestilentissimo anno adolescentulum, aut puerum mortuum, qui mihi non a diis immortalibus exceptus ex his miseris, atque ex iniquissima conditione vitae videretur.* Cic. Q. Frat. 2, 16 *Atque id anni tempore grauissimo, et*

35 *caloribus maximis.* *Grauissimum:* *Ter. Adel. 3, 4, 22 Mane: nondum audisti Demea quod est grauissimum.*

GRAVIUSCVLVS, a, um. Adi. Dimin. [*ὑποβαρὺς*] Gell. 1, 11 *Qui fistula breui sensum grauiusculum sonum inspiraret ad deprimendum, sedandumque impetum vocis eius.*

40 GRAVITAS, ātis. f. [*βαρῦτης, βαρὸς*] *Eadem varietate ponitur, qua Grauis.* Cic. de N. D. 2, 116 *Tanta contentio grauitatis et ponderum. Impedire oneris grauitate* Ouid. Met. 10, 678. *Quanta illi fuit grauitas, quanta in oratione maiestas?* Cic. de Amicit. 96 c. 25. *Pro Molestia, vel Magnitudine: ut, Grauitas odoris, doloris,*

45 *somni. Audiendi vel Auditus grauitas, pro Duro, et deprauato auditu.* Plin. 28, 11 *Si grauitas sit audiendi, fel bubulum cum vrina caprae, vel hirci.* Idem 23, 4. *Aurium* Idem 20, 13. *Capitis* Idem 27, 12. *Scribon. 38. Caeli, b. e. Aeris nobis iniucundi molestia.* Cic. Att. 11, 25 (22) *Iam enim corpore vix sustineo grauitatem caeli huius, qui mihi laborem affert in dolore.* *Morbi* Cic. N. D. 3 c. 31. *Membrorum grauitas, et cruciatus dolorum* Id. de Fin. 4, . . . *Odoris grauitas* Scribon. 40. *Tacit. H. 5, 6, 5. Grauitas Oris; pro Graueolentia* Plin. 28, 12. *Sic foeda grauitas.* Sil. 6, 158. *Add. Liu. 25, 26. Vid. Drakenborch. ad Sil. l. c. qui laudat*

50 *Barth. Adu. 1, 13. Ouid. Met. 2, 821 — ignaua nequeunt grauitate mouere. Tarda grauitate iacentes* Idem ibid. 11, 618. *Rerum grauitas, nitorque* Id. ex Pont. 2, 5, 29. *Serena grauitate plenus vultus* Lucan. ad Pison. 88. ¶ 2 *Grauitas, Firmitas ac constantia animi, et in vultu, moribus, verbis, rebus agendis quaedam seueritas.* *De grauitate Lacedaemoniorum* Nep. 4, 4, 3. *Cic. de Senect. 33 Ut enim infirmitas puerorum, et ferocitas iuuenum, et grauitas iam constantis aetatis, etc.* Idem de Amicit. 4 *Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum auctoritate, et eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere grauitatis.*

65 *Grauitas sapientis* Id. Acad. 4, 57. *Comitas non sine seueritate erat, neque grauitas sine facilitate* Nep. 25, 15, 1. *Grauitas et virtus iudicis* Cic. pro Quint. 16. *Grauitati deditus homo* Idem pro Cael. 63. *Comitate Condita grauitas* Id. de Sen. c. 4. *Adhibere grauitatem, vid. ADHIBEO.* *Cels. 1, 3 Qui vomere bis in meme*

70 *vult, melius consulet, si biduo continuerit, quam si post quintum decimum diem vomuerit: nisi haec mora grauitatem pectori facient.* Cic. de Clar. Orat. 326 *Haec autem (ut dixi) genera dicendi aptiora sunt adolescentibus, in senibus grauitatem non habent.* *Grauitas humanitate* Temperata Vell. 2, 116, 3. *Seruare grauitatem* Cic.

75 *Att. 10, 1. Seruare eandem grauitatem* Idem ibid. 10, 1. *Tendebat grauitas vterum mihi quodque ferebam* Ouid. Met. 10, 287. *Cic. Att. 9, 22 Ego tuis consiliis sum vsus, maximeque quod grauitatem in congressu nostro tenui quam debui.* *Tuenda est tibi grauitas* Id. Fam. 5, 16. *Sententiarum grauitate, verborum ponderibus*

80 *est vtendum* Id. de Orat. 2, 37 c. 17. *Verborum* Quintil. 1, 8. *In Versibus Ennii interdum grauitatem desiderabat Lucilius. Ita sane* Hor. Serm. 1, 10, 54 *Non ridet Lucilius versus Enni grauitate minores? i. minus graues, quam oportet, ut interpretatur* Vet. Schol. *quae sunt planiora, quam illud, quod vult Heinsius, esse περιαντολογία s. loquacitatem de se ipso, quam grauem esse nemo dubitat: sed hic notari, graue creditu est.* *Vultus et morum* Cic. Att. 9, 9. *Iucunda grauitas remoto fastu* Claud. Conf. Mall. Theod. 247. *Cic. Att. 9, 9 Illud me praeclare admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, et vt cum grauitate potius loquar.* *Pro Grauiditate* Ouid. Met. 9, 287

85 *Tendebat grauitas vterum mihi. Sic Grauedo v. v.* GRAVITER. Adu. [*βαρῦτος, δυναρῶς*] *Idem vt Grauis varie ponitur, v. v. Accipere aliquid grauius, i. Iniquo animo* Cic. de Orat. 2, 211 c. 52. *Id. Fam. 5, 15 Me, lenissimis et amantissimis verbis vtens, re grauius accusas.* *Grauius aegrotant adolescentes* Id. de Sen. c. 19. *Grauiissime aegrotare, pro Vehementer* Cic. de Fin. 2, 43. *Accusare grauius* Ter. Hec. 4, 4, 95. *Affligi grauiissime* Caes. B. G. 4, 31. *Ter. Heaut. 1, 1, 62 Adolescentulus saepe eadem et grauius audiendo victus est.* *Concidit ad terram grauius* Virg. Aen. 5, 447. *Ter. Heaut. 3, 3, 53 Mane, inane, quid est quod*

90 *tam a nobis grauius crepuere fores?* Idem Adel. 5, 3, 2 *Quisnam a me pepulit tam grauius fores?* *Cruciare grauius, Multum et maxime ac vehementer.* *Ter. Heaut. 5, 5, 1 Enimuero Chremes nimis grauius cruciat adolescentulum, nimisque inhumane.* Idem Adel. 1, 2, 60 *Iste tuus ipse sentiet posterius: nolo in illum grauius dicere.*

95 *Nihil est, quod grauius magnificentiusque dicatur* Cic. Tusc. 5 c. 1. *Dissen-*

Dissentiunt grauius inter se Idem Philipp. 12, 27. Consiuesse deos immortales, quo grauius homines ex commutatione rerum Doleant, quos pro scelere eorum vlscisci velint, his secundiores interdum res et diuturniorem impunitatem concedere Caes. B. G. 1, 14. Cicero . . . Si quid prudenter, si quid grauius factum est. Ter. Andr. 1, 2, 20 5
Omnes qui amant, grauius sibi dari uxorem Ferunt. Huius contrarium est Leuiter ferre: Cic. de Arusp. Resp. 40 Quae quamdiu haerebant in vno me, id grauius equidem, sed aliquanto leuius ferebam. Vid. FERRO. Imperare Plaut. Capt. 2, 2, 58. Increpare Plin. 17, 1. Infensus alicui Cic. in Catil. 1, 17. Irasci, Multum. Ter. Hec. 4, 4, 2 Tibi quoque edepol sum iratus Philumena grauius quidem. Miserans Virg. Aen. 10, 823. Cic. in Orat. 30
Thucydides autem res gestas et bella narrat et praelia grauius sane et probe. Opinari de aliquo grauius Tranquill. in August. 67 pr. Placere, i. valde ex Caecilio Non. 4, 218. Cic. Att. 13, 1 Dionysius noster grauius queritur, et tamen iure, a discipulis abesse tamdiu. Saeuit Virg. Georg. 4, 456. Cic. in Somn. Scip. 11 Natura fert vt extrema, ex altera parte grauius, ex altera autem acute sonent. Spirare, Multum et vehementem odorem afferre naribus. Virg. Georg. 4, 31 — grauius spirantis copia thymbrae. Esse alicui inimicum 20
Cic. Fam. 1, 9. Suspectus alicui Id. in Catil. 1, 17.

GRAVEDO, inis. f. [κρόνζα] Morbus, seu humor, qui ex capite destillat, nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam mouet, etc. vt docet Cels. 4, 2. Vid. Scribon. 90. 95. Grauedine vexantur nares 52. Plaut. Afin. 4, 1, 51 Quod illa autem simulet, quasi grauedo profluat. Cic. Att. 16, 14 Grauedini quaeso omni ratione subueni. Nares grauedine oppletae Apul. Flor. 3. Plin. 21, 19 de violis purpureis, Crapulam et grauedines capitis impositis coronis olfactuue discutunt. Frigida Catul. 42, 13. Remouere Cic. Att. 10, 16 extr. In vrsis grauedo et humor oculis ipsorum molestus: 30
Plin. 8, 36 f. 54. Pro Grauiditate Nemesian. Cyneg. 132 Fecundos aperit partus matura grauedo. Sic Grauitas. Etiam ad somnum pertinet, qui grauat et ipse corpus praesertim oculos. Apul. Met. 10 p. 243 extr. Dedi non venenum, sed somniferum mandragorae illud grauedinis compertae famosum, et morti simillimi soporis efficax. 35

GRAVEDINOSVS, a, um. Adi. [κρόνζώδης] Cic. Tusc. 4, 37 c. 12 Itaque dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia iam sint, sed quia saepe sint. Grauedinosum, Quod grauedinem facit. Plin. 18, 15 de eruo, Martio mense fatum noxium esse bubus aiunt: Item autumnio grauedinosum. 40

GRAVEDINOSE. Adu. Augustin. . .

GRAVEOLENS, entis. Adi. [βαρύνωμος] Quod male olet. Virg. Aen. 6, 201 Ad fauces graeolentis auerni. Plin. 27, 8 Graueolentibus foliis. Graueolentia centaurea Virg. Georg. 4, 270. Ad vehementiam potius quam molestiam odoris pertinet Apul. de Mundo 45 p. 74, 25 Videas ciuitatem spirantem — graueolentibus coenis. Caeterum diuisim scribere suadet illud, quod e medium in Virgiliano carmine utroque eliditur. Sed rursus vnam vocem praebet Graueolentia.

GRAVEOLENTIA, ae. f. [δυσωμία] Plin. . . Et oris graueolentiam sistit. Et 22, 22 Graueolentiam alarum emendat. Id. 50 28, 11 Mulcet graueolentiam oris. Graueolentia halitus Plin. 28, 12.

GRAVITUDO, dinis. f. Grauitas, molestia. Haec grauitudo, arthritidis, tussis, pleuritidis Vitruu. 1, 6. Sine ructu et grauitudine Apic. 3, 6.

GRAVO, are. [βαρύνω] Premere, onerare, molestare. Virg. 55 Aen. 2, 708 Nec me labor iste grauabit. Quum Alpinum caecum edisset auidius, nocte reiecit, atque altera die febre commotus est: tertia quum se grauari videret Capitolin. Ant. Pio c. 12. Fortunam alicuius Ouid. Trist. 5, 11, 30. Obsidio multitudine ipsa grauatur Iustin. 14, 2, 2. Cymba grauanda Propert. 3, 3, 22. Poma 60 grauantia ramos Ouid. Met. 13, 812. Passiua vel media significatione Grauari [βαρύνωμαι] est Offendi, et grauius ferre. Plaut. Trin. 5, 2, 28 Non grauabor, faciam ita vt vis. Cic. de Amicit. 17 c. 5 Ego vero non grauarer, si mihi ipse considerem. Neque grauabor breuiter meo more quid quaqua de re sentiam dicere Id. de 65 Orat. 1, 107 c. 23. Grauatus est pauca verba inferere Curt. 6, 8, 12. Grauatur conceptu Festus de muliere. Grauari, cum Accusatiuo; Subaudita scilicet Praepositione Ob, vel Propter. Quinctil. 1, 1, 11 Quae si quis grauabitur: non rationi defuerit, sed oneri. Suet. Aug. c. 72 Ampla et operosa praetoria grauabatur. Virg. Aen. 70 10, 628 — quid si, quae voce grauaris, Mente dares? Vid. Seruius. Grauari Dominum Plin. Pan. 45, 3. Dominos Lucan. 7, 284. i. aegre pati. Sen. de Clem. 1, 12 At illum acerbum et sanguinarium necesse est grauentur stipatores sui. Sic Hor. Carm. 4, 11, 27 75

— et exemplum graue praebet ales

Pegasus, terrenum equitem grauatus

Bellerophontem. Tacit. Ann. 3, 59

Sane grauaretur adspectum ciuium senex imperator. Lucan. 5, 258

Seque putat solum regnorum iniusta grauari. Et 7, 284 Romanos 80

odere omnes, dominosque grauantur. Add. Plin. Paneg. 45, 3.

Amplae et operosa praetoria grauabatur Suet. Aug. c. 72. Matrem Liuiam grauatur Id. Tib. c. 1. Conf. Id. Ner. c. 34. Quam Materiam grauari vel puncto temporis solebamus Plin. Epist. 3, 18, 6.

Longinquam Militiam grauati Iustin. 20, 2, 12. Sic vult Gron. ad 85

Sen. Thyest. 106. Et Socium Regni Id. 38, 4, 1. Burm. utroque loco Ablatiuum retinet. Eandem cum quarto casu constructionem tribus Apuleii locis restitui vult ex MSS. l. c. Gronouius, qui, Grauamur, inquit, aliqua re, quam cum maxime sustinemus, et utcumque aegre ferimus: Grauamur aliquam rem, quam vel, si iam ferimus, tenta- 90

mus excutere, vel nondum susceptam recusamus, ac procul habemus. Lucemque grauantur Sil. 2, 598.

GRAVATVS, a, um. Partic. [βαρυνθεῖς] Molestia aut grauedine affectus. Columel. 6, 9 Signa febricitantis manantes lacrimae, grauatum caput, oculi compressi. Cic. de Diuin. 1, 15 Ex antiquo 95

Poeta, iam vero semper viridis, semperque grauata Lentiscus, triplici solita, grandescere fetu. Grauatus somno Plin. 26, 1.

Item Liu. 25, 24 Grauatibus omnibus vino somnoque. Grauatus vulneribus Liu. 30, 18. Caput grauatum demittere Ouid. Met. 10, 192. Oculos in morte grauatos Idem ibid. 4, 154. Vino gra- 100

vatus Curt. 6, 11. Grauata ebrietate mens Idem 5, 7. Grauat- 105

um anxietate corpus Id. 4, 13. Tot malis grauatus Petron. 22.

Haud grauata patrona Plaut. Rud. 1, 5, 3. Cic. pro Muraen. 69

c. 33 Non esse grauatos homines hora tertia prodire in campum Martium. Valer. Max. 5, 7 in princip. Fabius Rutilianus legatus ire 105

VOL. II.

Fabio Gurgiti filio ad bellum difficile et periculosum conficiendum grauatius non est. Spem ac metum iuxta grauatus Tacit. Ann. 5, 8.

GRAVATE. Adu. [*βεβαρμένως*] Molestie et aegre. Cic. pro Corn. Balb. 36 Qui erranti comiter monstrant viam, benigne, non grauate. Idem Off. 3, 59 c. 14 Grauate ille primo: quid multa? impetrat. Non grauate respondere Id. de Orat. 1 c. 48.

GRAVATIM. Aliud Adu. [*βαρέως*] Liu. 1, 2 Haud grauatim focia arma Rutulis iunxit. Grauatim cadere, i. Tardè et vix. Lucret. 3, 388 Plumas auium, papposque volantes, Qui nimia leuitate cadunt plerumque grauatim.

GRAVATOR, ōris. m. Augustin. . .
GRAVAMEN, inis. n. Molestia. Cassiod. Epist. 9, 2 Si visceribus sanis grauamen nullius sentiat laesionis.

GRAVAMENTVM, i. n. [*βάρυς*] Gloss. Gr. Lat.
GRAVABILIS, e. Adi. Cael. Aur. Tard. 4, 3 Vomitus grauabilis capiti. Cibi Id. ibid. 3, 17. Odor Id. Acut. 1, 15.

GRAVANTIA, ae. f. e Macrobio Somn. Sc. 1, 3 Barth. Adu. 39, 12 protulit, ubi ita legitur, Vel ex abundantia praefocari se existimet, vel grauantibus exonerari. Grauantia forte librario placuit, ut responderet Abundantiae.

GRAVESCO, ēre. [*βριθόμαι*] Grauem et oneratum fieri. Virg. Georg. 2, 429 Nec minus interea fetu nemus omne grauescit. Plin. 11, 41 Cameli lac habent donec iterum grauescant. b. e. Grauidae fiant et praegnantes. Valetudo grauescit, b. e. Ingrauescit, grauior fit. Tacit. Ann. 1, 1 Haec, atque talia agitantibus grauescere valetudo Augusti. Malis publicis in dies grauescentibus Id. ibid. 14, 51.

GRAVIDVS, a, um. Adi. [*ἐγκύος, ἐγκύμων*] Significat Plenum et grauem, ita tamen, uti proprium vel domicilium habeat in animalium et plantarum fetu et fructu intus concepto. Plaut. Truc. 1, 2 pr. Neu qui manus attulerit steriles intro ad nos, grauidas foras exportet. Aluus Ouid. Amor. 2, 14, 17. Amathus grauida metallis Id. Met. 10, 531. Fetus grauidi Virg. Georg. 4, 231. Fruges Id. ibid. 2, 143. Italia grauida imperiis Id. Aen. 4, 229. Propert. 3, 8, 11 Quae mulier grauida iactat conuicia lingua. Messes Ouid. Met. 8, 787. Nubes Idem Trist. 1, 2, 107. Palmes Id. Fast. 1, 152. Pecus Virg. Georg. 3, 155. Tellus Ouid. Met. 7, 128. Venter Idem ibid. 10, 505. Festus, Grauida est, quae iam grauatur conceptu: praegnant vel occupata in generando, quod conceperit: inciens propinqua partui, quod incitatus sit fetus eius. Grauida puero mulier, i. Quae fetu grauatur. Plaut. Amph. 2, 2, 87 Amphitruo speravi ego istam tibi parituram filium: verum non est puero grauida. Grauidam facere mulierem filio Idem ibid. 5, 2, 6. Ter. Andr. 3, 2, 33 iam primum haec se e Pamphilo grauidam dixit esse: inuentum est falsum. Plaut. Amph. prol. iii Vtrinque est grauida, et ex viro, et ex summo Ioue. Vxores grauidas reddere Lucret. 4, 1231. Ter. Adel. 3, 4, 29 Virgo ex eo compressu grauida facta est, hic mensis decimus est. Plaut. Capt. 2, 2, 108 Quod bonis bene fit beneficium, gratia ea grauida est bonis. Grauida carnaria Idem Pseud. 1, 2, 164. Vbera grauida vitali ore Cic. de Diuin. 1, 20.

GRAVIDITAS, ātis. f. [*ἐγκυμοσύνη*] Cic. de N. D. 2, 119 c. 46 Ipse sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoque luna illuminata grauiditates et partus afferat, maturitatesque gignendi.

GRAVIDO, āre. [*ἐγκύον ποιῶ*] Implere et grauidum facere. Cic. de N. D. 2, 83 c. 32 De terra quae grauidata feminibus omnia pariat et fundat ex sese. Grauidari ex aliquo Epitome Victoris in Adriano c. 14. Caecil. Tyche, Per mysteria hic inhoneste grauidauit probro. Vid. Graeu. ad Flor. 1, 1.

GRAVIDATIO, ōnis. f. Icti in Dig. . .
GRAVILOQVVS, a, um. Adi. Vox Plautina, ut aiunt nonnulli, sed nobis non occurrit.
GRAVISOMNIS, e. Adi. Barth. Adu. 21, 18.

GRAVASTELLVS, vel GRAVISTELLVS, i. m. inquit Festus, dicitur Senior. Plaut. Epid. (5, 1, 14) Sed quis haec est muliercula, et illic grauastellus qui venit? Ut puto Grauastellus a Grauitate dictus. Haec Festus. Quidam legunt Rauastellus, a Rauo colore, sed male. Nempe, ut obseruat Salmastius, Grauus est idem qui Rauus, ut Gnauus idem qui Nauus. Hinc Grauafter, Grauastellus. Significat ergo Senem pituitosum et καρυζῶντα.

GRAVISCALAE, arum. f. Tuscorum castellum. Virg. Aen. 10, 184 Et Pyrgi veteres, intempestaeque Grauiscae. Veteres Grauiscae Sil. 8, 475. Vid. Drakenb. in loc.

GRAXO, is, it. Quidam Graxis ap. Plaut. Asin. prol. 5 legunt, pro strepas; ubi al. gratiis.

G R E

GREGALIS, GREGARIVS, GREGATIM. Vid. GREX.
GREMIVM, i. n. [*κόλπος*] Est inter complexum femorum, feminum.

Ter. Adelph. 3, 2, 35 Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat. Virg. Aen. 1, 722 Haeret, et interdum gremio fo- vet infans Dido. Cic. de Clar. Orat. 211 Apparet filios non tam in gremio matris educatos, quam sermone matris. Idem pro Cluent. 13 In huius antiquissimi sui fratris manibus et gremio, moerore; et lacrimis confenescebat. Accipere aliquem gremio Virg. Aen. 1, 689. Vid. ACCIPIO. Liberi partim e gremiis parentum diripiuntur, partim in sinu iugulantur Auct. ad Heren. 4, 52. Implere gremium Iuuen. Sat. 14, 327. Quintil. 1, 1 Fingamus igitur Alexandrum dari nobis impositum gremio, dignum tanta cura infantem. Incestare gremium matris Stat. Theb. 1, 234. Reuocare ad gremium Quintil. 2, 5. Puer lactens, in gremio matris sedens Cic. de Diuinat. 2 c. 41. 2 Metaph. Arenosum gremium, de fluuiis dicitur Sil. 8, . . . Consulatus tui in gremio haec fuit sepulta Cic. in Pison. 10. Idem ibid. 91 Aetolia quae procul a Barbaris disiuncta gentibus, in sinu pacis posita, medio fere Graeciae gremio continetur, etc. Id. de Prouinc. Conf. 4 Vt Thessalonicenses positi in gremio imperii nostri relinquere oppidum, et arcem munire cogantur. Libyae gremio captiua iacebo Sil. 2, 574. Cic. pro Cael. 59 c. 24 Quum Q. Metellus abstraheretur e sinu, gremioque patriae. Sic Sil. 4, 787. Telluris gremium Virg. Aen. 3, 509. In gremio Thebarum Sil. 3, 678. i. Thebis. Vid. Drakenb. Cic. de Senect. 51 c. 15 Quae quum gremio mollito, et subacto semen sparsum excipit. De terra. Flor. 2, 8 Excusso in media curia togae gremio. De Gremiis Sarmentis, it. Gremialibus arboribus, vid. CREMO.

GREMIALIS, e. Adi. Gremiale oleum Octau. Horat. c. 9. et Theod.

5 O

Theod. Prisc. 1, 3. *Vid. CREMIALIS sub CREMO. Conatur quaedam Martinius, nihil extricat.*
GREMIO, Ære. *In gremium accipere. Cathol.*
GRESSVS, *vid. GRADVS.*
GREGEX, gregis. m. vel com. gen. [*ἀγέλη, ποιμνῆ*] *vt obseruauit Nonius 3, 109 in Lucret. 2, 661 Buceriaeque greges. Legitur et Grex Ruffata Inscript. Grut. et Grex Veturiana in marmore Patau. a Reinesio illustrato. Sic etiam interdum in MSS. vid. Burm. ad Ouid. Met. 3, 585. Sed scire oportet, imitari non consultum est. Est autem Grex omnium animalium congregatio. Ouid. Met. 4, 635 Mille greges illi, totidemque armenta per herbas Pascebant. Cic. Att. 7, 7 Idem quod pecudes, quae dispulfae, sui generis sequuntur greges, vt bos armenta: sic ego, etc. Anatium greges Varro de R. R. 3, 11, 1. Al. Anatum. Anserum greges Idem ibid. 3, 10. Cic. Philipp. 3, 31 Caedit greges Armentorum reliquique pecoris quodcumque nactus est. Auium grex Hor. Epist. 1, 3, 19. Cic. Verr. 1, 28 c. 10 Praeterea greges equarum eius istum abigendos curasse. Haedorum grex Virg. Ecl. 2, 30. Ouium Columel. 7, 3, 14. Pannonum greges Varro de R. R. 3, 6. Pecorum grex Ouid. Met. 11, 276. Grex Totus in agris Vnius scabie cadit et porrigine porci Iuuenal. 2, 79. Agitare lanigeros greges Virg. Georg. 3, 287. Caedere greges, *vid. CAEDO.* Compellere greges in vnum Virg. Ecl. 7, 2. Armenticius, *vid. ARMENTVM.* Magnus, i. Armentum Virg. Ecl. 6, 55. Milliarius, *vid. MILLE.* Custos gregis, Opilio Virg. Ecl. 10, 36. *De maioribus animalibus dici, tum superiora quaedam docent, tum ista: Varron. de R. R. 2, 5 Tauros in gregem redigo. Et Virg. Ecl. 6, 55 Aut aliquam in magno sequitur grege. dicitur de iuuenco. Vbi Seruius: Notandum Gregem de Bobus dixisse, cum proprie Armenta dicimus. licet Grex sit Quorumlibet animalium congregatio. Et Aen. 6, 38 Nunc grege de intacto septem mactare iuuenos Praestiterit. Dixit quoque Lucretius de Genere bouino 2, 661 Buceriaeque greges sub eodem tegmine caeli. Dux gregis pro Tauro. Ouid. de Arte Am. 1, 326 Hanc tamen impleuit vacca deceptus acerna Dux gregis: et partu proditus auctor erat. ¶ 2 Hominum etiam gregem vocant. Parasitus Ter. Eun. 5, 9, 54 Vnum etiam hoc vos oro, vt me in vestrum gregem recipiatis. Cic. in Catil. 1, 23 In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. Ter. Heaut. 2, 3, 4 Ancillarum gregem ducunt fecum. Idem in prol. Heaut. 45 Si qua laboriosa est, ad me curritur: sin leuis est, ad alium defertur gregem. de actoribus scenicis. Add. Petron. c. 80. Plaut. Caf. Prol. v. 22. Ter. Phorm. Prol. v. 33. Suet. Calig. c. 57. De genethliacis usurpatur Iuuenal. 10, 94. De agitatoribus Suet. Ner. c. 22. Epicuri de grege porcus Hor. Epist. 1, 4 extr. proprie huc non pertinet. Cic. de Fin. 1, 65 c. . Quantae amoris conspiratione consentientes tenuit amicorum greges? Et Att. 1, 18. Indocilis Hor. Epod. 16, 37. Cic. Diuin. Verr. 49 Quartum quem sit habiturus non video: nisi quem forte ex illo grege oratorum, qui subscriptionem sibi postularunt. Philosophorum Id. de Orat. 1 c. 10. Seruorum venalium Plaut. Cist. 4, 2, 67. Venalium simpliciter. Plaut. Aul. 3, 3, 4. Virorum grex Sil. 7. Virgarum greges Plaut. Pseud. 1, 3, 99. Conf. Voss. Inst. Orat. 4 p. 103. Scribere aliquem sui gregis, i. Referre in numerum amicorum. Hor. Epist. 1, 9, 13 Scribe tui gregis hunc, et fortem crede, bonumque. GREGARIVS, a, um. Adi. [*ἀγελῆσις, ἀγελῆτης*] *Ex grege vulgari: unde Gregarius miles dicitur, qui ducitur tantum, non ducit. Sallust. Catil. c. 37 Deinde multi memores Sullanae victoriae, quod ex gregariis militibus alios Senatores videbant. Cic. pro Planc. 72 c. 30 At id etiam gregarii milites faciunt inuiti. Militia Iustin. 22, 1. Poëta Sidon. Epist. 9, 15. Gregarius in Vet. Gloss. [*ἀγελῆτης, ποιμνῆ*] est, Qui gregi praest. Et eodem modo Columel. 6 pr. 60 Pastores dixit Gregarios. Necnon et Apul. 7 p. 194 pro armentario. GREGALIS, e. Adi. [*ἀγελῆσις*] *Qui ex eodem est grege. Varro de R. R. 2, 7 Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. Metaph. Cic. de Arusp. Resp. 53 c. 25 Neque P. Clodius, nec quisquam de gregalibus eius aut consiliaris designatur. Idem de Orat. 2, 25. Id. Fam. 7, 33 pr. Catilinae gregales Id. pro Domo c. 28. Pro Vulgari seu Publico. Sen. Epist. 87 Dii boni quam iuuabat intrare balnea illa obscura, et gregali tectorio inducta. Idem de Benef. 1, 12 Gregalia poma. Vid. Barth. Aduers. 9, 4. GREGATIM. Adu. [*ἀγελῆδόν*] *Simul, coniunctim. Varro de L. L. 4, 11 Merula, quod mera, id est sola volitet. Contra ab eo graculi, quod gregatim. Plin. 8, 5 Elephanti gregatim semper ingrediuntur. Gregatim Laborant pecora Colum. 6, 5, 5. Volare gregatim Quinctil. 1, 6. Gregatim, ad homines translatum: Cic. Verr. 5, 147 c. 57 Videtis ciues Romanos gregatim coniectos in latomias. Admissi gregatim adulteri Sen. de Benef. 6, 32. Gregatim ferre manus Stat. Theb. 8, 667. Plin. 26, 1 Acciditque saepius vt noua contra genera morborum gregatim sentirentur. GREGO, Ære. [*ἀγελίζω, ἀθροίζω* Gloss. Gr. Lat.] *Et sua Bessi niue duriores, Nunc oues facti duce te gregantur Pacis in aulam Paullin. ad Nicetam v. 206. GREGATVS, a, um. Partic. Staius Achil. 1, 372 Qualiter Idaliae volucres, vbi mollia frangunt Nubila, iam longum caeloque domoque gregatae.******

G R I

GRIAS, adis. f. *Herba. Apul. c. 50.*
GRICENA, vel **GRICENEA**, ae. f. *Funis crassus, Festus. Nec*
GRILLO, **GRILLVS**, *vid. GRYLLVS.*
GRIPHVS, i. m. [*γρίφος*] *Latine dicitur Rete (a quo Piscator Plautinus Gripo in Rudente nomen inuenit) unde et vocatur Aenigma vel Sermo implicitus, atque intricatus. Gell. 1, 2 Aliosque id genus griphos neminem posse dicere, nisi se, dissoluere. Apul. Flor. 2 p. 347, 2 se griphos scribere posse profitetur. Inter Ausonii Eidyllia 11 est Griphus ternarii numeri ad quem multa viri docti. Add. Buleng. de Conuiu. 3, 35. et Voss. Instit. Orat. 4. In conuiujs proponi solebant. Vid. Athen. 10.*

G R O

GROCCIO, ire. *Coruus groccire adortus Apul. Flor. 2 extr. Sic Elmenb. Sed variat lectio.*
GROMA, *vid. GRVMA.*
GROMPHENA, ae. f. *Auis grut similis. Plin. 30, 5. Item Herba. Idem 26, 7.*

GROSPHVS, i. m. *Hastae cuspis.* Grosphis rufus Arnob. l. 6. *Sed aliter Elmenb. et reliqui. Vid. Laemar. p. 200 med. sc. Tornis rafa.*

GROSSVS, i. m. et f. [*ῥόσδος*] Dicitur Ficus, quae nondum maturuit. Cels. 5, 12 Grossi in aqua cocti. Plin. 15, 18 Deprehensasque in his hieme grossos. Idem alibi 23, 7 Crudae grossi verucas tollunt.

GROSSVLVS, i. m. Dimin. [*ῥόσδιον*] Columel. de Arborib. c. 21 Si voles ficum quamuis non natura feram facere, quum grossuli minuti erunt, fructum decutito.

GROSSVS, a, um. Adi. *Crassus. Vox ecclesiasticorum.* Vestis grossior Sulpic. Seu. de Virtut. Monach. Orient. l. c. 21. *Add. Vulgat. Ezech. 41, 25. it. Augustin. Hinc etiam Numus grossus solidus.*

GROSSARIVS, a, um. Adi. Grossariae artis negotiator *Inscript. ap. Dilherr. Disp. T. I p. 67. Al. profariae.*

GROSSITVDO, inis. f. *Vulgat. Ierem. 52, 21. Solin. c. 43.*

G R V

GRVMA, *sive* GROMA, ae. f. *Nam utroque modo scribitur.* Non. 1, 316 est Mensura quaedam, qua fixa viae ad lineam diriguntur, vt est agrimensorum, et similitum. Ennius 17 Gruma dirigere dixit. *Conf. DEGRVMO. Sic Festus, Genus machinulae cuiusdam, quo Regiones agri cuiusque cognosci possunt, quod Graeci γνώμωνα dicunt. De hoc Instrumento multa Salmas. ad Solin. p. 472 sqq. cuius*

quaedam emendat Schelius in Hyginum Gromaticum p. 56, itemque Goesius Ind. agrimens. h. v. *Nihil autem certius est, quam eum usum praestitisse suam gromam mensuris, qui inde Gromatici dicti sunt, quem hodie praestant ea, quae Goniometrica dicuntur, itemque mensulae, quas Praetorianas vocant. Nempe sunt regulae centro quodam fixae, versatiles, Dioptris instructae, quarum ope lineas et angulos vel explorare et metiri licet, vel describere. Hoc cum ipsa res et usus docet, tum Graecae appellationes in Vet. Glossis, διόπτρα ἢ τῶν γεωμετρῶν, γνώμων.* Hygin. p. 153 *Goes. Posita auspicaliter Groma, ipso forte conditore praesente, proximum vero orientem comprehenderunt, etc. Eo*

p. 164 Sic et in castris Groma ponitur in tetrantem. *Conf. p. 285. Hygin. Gromat. p. 5, 7 Introitu praetorii parte-media ante viam principalem Groma locus appellatur, quod (turba ibi congruat sive) in dictatione metarum posito in eodem loco ferramento Groma superponatur, vt portae castrorum in conspectu rigoris stellam efficiant: et*

professores eius artis, causa supra scripta, Gromatici sunt appellati. *Hinc illud apparet Gromam in castris esse velut centrum quoddam, in quo viae omnes concurrant; unde initium metiendi et distribuendi fiat; unde prospectus ad omnes portas pateat. Rigor hic est linea recta. Stella est decussis reetangularis + cuius extremis respondent quatuor portae ca-*

strorum, ipsa autem constat via Decumana, et quae illam ad angulos reetos secat Principali: quae omnia inspecta forma castrorum distinctius cognoscuntur. *Recte igitur Non. 1, 316 Grumnae sunt loca media, in quae directae quatuor congregantur et conueniunt viae. Est autem gruma etc. quae supra dedimus.*

GRVMATICA, vel (vt frequentius) GROMATICA, ae. f. *Ars agrimensorum: apud Calliodor. Var. Epist. 3, 52.*

GRVMATICI, vel GROMATICI, orum. m. *Qui eam artem profitentur. Professores eius artis, superscripta causa, Gromatici vocantur Hygin. de Castramet. vt modo vidimus.*

GRVMO, are. [*μετρέω*] Gloss. Gr. Lat.

GRVMVS, i. m. [*ῥόμβος*] Terrae collectio, vt ait Festus, minor tumulo. Columel. 2, 18, 4 Grumosque quos ad versuram plerumque tractae faciunt crates, dissipabimus, etc. *Sed Vitruu. 8, 3 p. 158 pr. Fontes — per angustas venas vehementia Spiritus extruduntur ad summos grumorum tumulos, i. montium. Tumulum significat Vitruu. 2, 1 p. 19 Phryges — stipites inter se religantes metas efficiunt, quas arundinibus et stramentis tegentes, exaggerant supra habitationes maximos grumos e terra. Verum Plin. 33, 4 Torretur et cum salis grumo, pondere triplici, Harduinus legit, Gemino,*

ad fidem MSS. Grumus est excellens natura, qui vocatur castra Postumiana Hirtius de B. Hisp. c. 8 extr. *Add. Ibid. c. 24 Ex grumo excelsum tumulum capiebat. Species terminorum in Rigaltii Agrimensor. p. 320. Vet. Gl. δι τῶν ὄρων λίθαι.*

GRVMVLVS, i. m. Dimin. [*ῥόμβιδιον*] Plin. 19, 6 Quidam vlpicum et allium in plano feri vetant, castellatimque grumulis imponi, distantibus inter se pedes ternos.

GRVNDIA, ae. f. *Tecti prominentia arcendis stillicidiis inuenta, quae etiam suggrundae et suggrundia appellantur, v. v. Vet. Gloss. Grunda στήνη καὶ τὸ ὑπὲρ τὸν πολῶνα ἐξέχου. it. ὑπόστρογον.*

GRVNDILIS, vel GRVNDVLIS, e. Adi. Lares grundiles apud Arnob. l. p. 15. *De his Non. 2, 357 Dicuntur Romae constituti ob honorem porcae (grundientis s. grunnientis) quae triginta pepererat. Haec eadem Callius Hemina apud Diomed. l. p. 379 pr. Et Porcum immolatum laribus satis docet Hor. Serm. 2, 3, 164. Add. Prop.*

4, 1, 23. *Et tamen non improbabilis est, certe honestior, coniectura Vossii in etymol. voce Suggrundae, quam damus in SVGGRVNDARIVM.*

GRVNDIO, ire. [*γρυνδίζω*] Dicebant veteres, quod nos Grunnire dicimus. Veteres grundire dicebant Diomed. p. 379. Claud.

16 Agni grundibant, dixit: et grundibat grauitur pecus suillum. *85 Etiam hominum esse grunditum Caecilius Ebrui designauit. Ex Nonio 6, 96. Sed plerumque scribitur,*

GRVNNIO, iui, itum, ire. [*γρυνδίζω*] Proprium est porcorum. Plin. 32, 2 Grunnire eum quum capiatur. Porcelli grunniunt Spartian. in Geta c. 5. Iuuen. Sat. 15, 22 Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis. *Conf. Varro et Laber. ap. Non. 2, 356.*

GRVNNITVS, us. m. [*γρυνδισμός*] Cic. Tusc. 5, 116 c. 40 Aut grunnitum, quum iugulatur, suis. Grunditum scribitur Non. 2, 356.

GRVS, gruis. m. vel f. [*γρέβος*] *Auis nota. Virg. Georg. 1, 120 Strymoniae dant signa grues. Add. Id. Aen. 10, 265. Hor. Serm. 2, 8, 87 Discerpta ferentes Membra gruis sparsi sale multo. Plin. 10, 23 Inducias habet gens Pygmea, abcessu gruum, cum iis dimicantium. Mira de gruibus toto hoc capite. Pulli gruum dicuntur Vipiones Id. 10, 49. Grues, vt inquit Cic. de N. D. 2, 125 c. 49*

quum loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli efficiunt formam: eius autem summo angulo aer ab iis aduersus pellitur: deinde sensim ab utroque latere tanquam remis, ita pennis cursus auium leuatur. Basis autem trianguli, quam efficiunt grues, ea tanquam a puppi ventis adiunatur, caeque in tergo praeuolantium colla et capita

reponunt. quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet vbi

nitatur,

nitatur, retoluat, vt ipse quoque quiescat: in eius locum succedit ex iis quae adquierunt, eaque vicissitudo in omni cursu conseruatur. Hinc Palamedis aues dictae. Vid. PALAMEDES. Clamor gruuum Lucret. 4, 182. Hiberna Rhodopes grus Stat. Silu. 4, 6, 9. Threicia Ouid. de Arte Am. 3, 182. Aduenam laqueo captare gruem 5 Hor. Epod. 2, 35. ¶ 2 Grus, Machina ab subleuanda onera accommoda: sic dicta, quod in longum prominens, collum gruis referat: Graece γέρανος dicitur: cuius saepe fit mentio apud Vitruuium. Labeo in l. Si seruus tuus D. De action. emt. et vendit. Qui per κατάδρομον γέρανος descendere, aut in cloacam demitti solitus esset. Ita Ha- 10 loander. Sed alii simpliciter per catadromum descendere. Vid. CATA-DROMVS. De Grues autem s. γέρανος usu in theatris ad descensus et raptus, v. g. Aurorae corpus Memnonis rapiensis, repraesentandos Pollux 4, 130. De Grue s. Coruo demolitore Vitruu. 4, 19.

GRVO, Ære. [κλαγγάζω] Festus, Gruere dicuntur grues, vt 15 sues grunnire. Gloss. Vet. Gruunt, γερνίζεαι.

GRVPEs, [γρύπες Vet. Gloss.] pro gryphibus.

G R Y

GRY, [γρύ] Res vilissima aut nullius prorsus momenti. Hinc ada- 20 gium tum Graecis tum Latinis commune: ἄδὲ γρύ, Ne gry quidem. Vid. Scal. in Coniect. et Lips. Epist. Qu. 1, 2.

GRYLLVS, i. m. [γρύλλος] Animal est magnitudine cicadae, corpore longiore, pernicies agrorum. Vid. Plin. 29, 6. De gryllo Aristotelis, vid. Quinctil. 2, 17. De usu grylli medico Sammonic. 292. 25 ¶ 2 Item Picturae ridiculae genus. Plin. 35, 10 Idem iocoso nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Vnde hoc picturae genus Grylli vocantur. An hinc est, quod commenta absurda et inutilia vitae Gryl- 30 los vocant Germani?

GRYLLO, vel GRILLO, Ære. Vox s. strepitus grylli. Et gryl- 30 lus gryllat A. Philomelae v. 62.

GRYNAEVS, a, um. Adi. [Γρύναος] Grynæus Apollo Virg. Aen. 4, 345. Vbi Seruius, Clazomene ciuitas est Asiae. Iuxta hanc nemus est Grynæum, vbi Apollo colitur. Inde ergo nunc epitheton dedit: licet et in Delo acceperit oraculum. Idem Ecl. 6, 72 His 35 tibi Grynæi nemoris dicatur origo.

GRYPS, phis. vel etiam GRYPHVS, i. m. [γρύψ] Animal fabulosum pennatum et quadrupes, magna ex parte leo, alis et facie 40 aquilis simile, equis vehementer infestum. Iidem Pici veteribus appellati Non. 2, 641. Plaut. Aul. 4, 8, 1. Virg. Ecl. 8, 27 Iungentur iam gryphes equis. Plin. 10, 49 Pegasos equino capite volucres et gryphas auritos aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia hos in Aethiopia. Idem 34, 4 f. 21 Aurum inuenitur in nostro orbe, vt 45 omittamus Indicum a formicis, aut Gryphibus apud Scythas erutum. Aelian. de Anim. 4, 27 Gryps vel gryphus est animal Indicum quadrupes, 45 vt Leo, robustissimis unguibus leonum similibus. Dorsum pennis induitur nigris; anterior pars corporis rubeis, alae candidis. Ore est aquilino, oculis igneis, nidosque in montibus facit. Baetri populi Indis finitimi eos illic auri custodes esse, aurumque effodere, simulque eo ipso nidos construere dicunt. Indi vero auri custodes esse negant, siquidem 50 auri minime egent; sed cum ad illud colligendum homines accesserunt, hos de pullis suis valde timentes pro eis pugnare. Certant etiam cum aliis animalibus, quae facillime vincunt, at contra elephantos et leones stare non audent. Vid. Claudian. Conf. Honor. 6, 30. Sidon. Carm. 2, 307, 55 qui curru Apollinis Gryphas iungit etiam Carm. 22, 67

Gryphas et ipsa tenet, vultus his laurea curuos

Fronde lupata ligant — sensim fera subuolat ales

Aërias terraeque iras, ne forte citato

Alarum strepitu lignosas frangat habenas.

Quidquid sciebam de Gryphis, congerere me memini in carmen hoc titulo 60 scriptum, et cum annotationibus relatum in Chrestom. Plin. n. 108. Vid. Mela 2, 1 pr. Solin. c. 20 sub fin.

G V B

GVBERNO, Ære. [διοικέω, κυβερνώ] Administrare, procurare, 65 regere, gerere, moderari. Cic. Fam. 2, 7 Teque hortor, vt omnia gubernes et moderere prudentia tua. Id. de N. D. 1, 52 Si vero in ipso mundo deus inest aliquis, qui regat, qui gubernet, qui cursus, etc. conseruet. Velim totum hoc ita gubernes, vt ne minima qui- 70 dem re vlla Bruti commodum impediaraus Id. Att. 13, 25. Sed haec deus aliquis gubernabit Id. ibid. 6, 3. Virga gubernet Equum Martial. 9, 23. Gubernare aliquem consiliis Cic. Brut. 10. For- 75 tunae nos, quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus Id. Att. 8, 4. Pompon. in pr. l. 2 D. de orig. iuris, Initio ciuitatis nostrae, populus sine certa lege, sine iure certo primum agere instituit, omniaque manu regis gubernabantur. Patrimonium suum Cic. Att. 10, 8. Idem pro Rosc. Amer. 131 Quum solus Rempubliam gereret, orbemque terrarum gubernaret. Id. pro Milon. 25 Clodius contulit se ad eius competitores, sed ita, totam vt petitionem ipse solus etiam inuitis illis gubernaret. Cic. 80 pro Sull. 78 Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque. Vitam gubernare ratione Lucret. 5, 1116.

GVBERNANS, antis. Partic. [διοικῶν] Fortuna gubernans Lucret. 5, 108.

GVBERNATVS, a, um. Part. Cic. Epist. ad Brut. 10. 85

GVBERNATOR, oris. m. [κυβερνήτης, διοικητής, πηγαλιῆχος, οὐρανιστής] Rector, et moderator nauis proprie dicitur. Cic. de Senect. 17 c. 6 Vt si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, etc. Idem de Inuent. 1, 58 Nauis quae scientissimo gubernatore vtitur. Id. Acad. 4, 100. Sen. Epist. 85. Plin. Epist. 9, 26. Scheffer. de Mil. 90 Nau. 4, 6. Quod est in triremi gubernator in curru rector, praecentor in choreis, lex in vrbe, dux in exercitu: hoc est in mundo Deus Apul. de Mundo. Custos, gubernatorque Reip. Cic. pro Rabir. Post. 26 c. 9. Bonus, vid. BONVS. Cic. Philipp. 7, 28 f. extr. Quamquam non egesset consilio, quo vales plurimum, tamen et 95 summi gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent. ¶ 2 Quinctil. 8, 6, 9 ex Poëta, Gubernator magna contorsit equum vi. De agitatore dictum ipse monet Fabius.

GVBERNATRIX, icis. f. [κυβερνήτρια] Cic. de Orat. 1, 38 c. 9 extr. Quum ciuitatem vel paterno consilio, vel auitis armis florentissi- 100 mam accepissent, ista praeclara gubernatrice, vt ais, ciuitatum eloquentia, Rempubl. dissipauerunt. Ter. Eun. 5, 9, 16 An fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit.

GVBERNATIO, onis. f. [διοίκησις, ἀνακτορία] Cic. de Fin. 4, 76 Et si in ipsa gubernatione negligentia est nauis euerfa. Vix vi- 105

detur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse Idem in Catil. 3, 8. Magnam gubernationem tui consilii, tuaeque auctoritatis res desiderabit Id. Brut. 14. Add. Id. de Inuent. 2 c. 54.

5 G V B E R N A C Ū L V M, i. n. [*ὄναξ, πηδάλιον*] Dicitur *Cluuis nauis*. Cic. de Inuent. 2, 154 Hic ille naufragus ad gubernaculum accessit. Gubernaculum per *Synecopen*: ut Gubernaculum contorquet nauim quo libet Lucret. 4, 902. Reuulsum Virg. Aen. 6, 349. Affidere gubernaculis, vid. ASSIDEO. Sollemnis est metaphora, qua ad reipubl. administrationem refertur. Cic. pro Sext. 20 c. 9 Clauum

10 tanti imperii tenere, et gubernacula Reipublicae tractare. Accedere ad gubernacula Reipubl. Idem de Inuent. 2, 154. Add. Ibid. 1 c. 3. Id. pro Domo sua 24 Quum Senatum a gubernaculis deiecisses, populum e nauis exturbasses, ipse archipirata cum rege praedonum impurissimo plenissimis velis nauigares. Cic. Fam. 16, 27 Qui nisi a gubernaculis recesserint, maximum ab vniuerso naufragio periculum est. Repellere vna paene voce oratorem a gubernaculis ciuitatum Idem de Orat. 1, 46 c. . . Sedere omni tempore ad gubernacula Reipubl. Id. pro Rosc. Amer. 51 c. 18. Cic. de Diuin. 2, 2 Quos tunc scripsimus, quum gubernacula Reipubl. tenebamus. Tradere oratori ciuitatum regendarum gubernacula Idem de Orat. 1, 214 c. 49. Gubernacula vitae Plin. 11, 37.

20 G V B E R N V M, i. n. Pro Gubernaculo. Lucret. 2, 553 Disiectare solet magnum mare transtra, gubernata. Et 4, 441 Et recta superne gubernata. Lucil. Sat. 20 Proras despoliate, et detundite gubernata. Nonius 8, 59.

25 G V B E R N A M E N, inis. n. Ambros. Inscr. Epist. 7, 44. G V B E R N I V M, i. n. Pro Gubernatione. Vid. Gell. 16, 7. G V B E R, ris. m. [*κυβερνήτης*] Pro Gubernatore. Gloss. Gr. Lat. G V B E R N I O, ōnis. m. Idem. Ibid. 19, 1.

G V L et G V M

G V L A, ae. f. [*Φάρονξ, λαίμωδς*] Pars superior oesophagi, qua 35 cibis atque potus deuoratur. Interdum etiam pro Faucibus ponitur. Sallust. Catil. c. 55 Laqueo gulam fregere. Plaut. Merc. 3, 4, 28 Demisisti gladium in gulam, iam cadam. Cic. Att. 13, 31 O gulam insulsam, pudet me patris. Apponunt oculis plurima pauca gulae

40 Martial. 4, 78. Plant. Aulul. 2, 4, 23 Quin quum it dormitum, follem obstringit ob gulam, ne quid animae forte amittat dormiens. Follem, i. utrem, quo excipitur spiritus commeans, et inde redeat in pulmones. Ridicula imago auari. Add. reliqua huius loci, quae damus in G V T T V R n. 2. Pro Luxuria in cibis. Posse provincialibus copiis profundam eius expleri gulam Suet. Vitell. c. 7. Cocus domini debet habere gulam Martial. 14, 220. i. iudicium de cibis. Crescens Iuuen. Sat. 11, 39. Immensa, vid. IMMENSVS. Im-

45 placata Ouid. Met. 8, 845. Ingeniosa, Ingenua, Insulsa, vid. hh. vv. Parens gulae Hor. Serm. 2, 7, 111. Profundae, intempestiuae, et sordidae gulae homo Sueton. in Vitellio c. 13. Vid. V I S C V S, visceris. Subtilior Columel. 8, 16, 4. ut modo ex Martiali habuimus, iudicium de cibis.

50 G V L O, ōnis. m. Homo gulae deditus. Apul. Apol. p. 295 Gulones omnes, qui impenso pretio a piscatoribus mercantur. Macrobi. Saturn. 7, 12 Vnde est et illud prouerbium, quo vtuntur gulones. Conf. Fest. in Ingluuiis.

55 G V L A T O R, ōris. m. Idem. Vet. Gloss. G V L Ō S V S, a, um. Adi. [*γαστήραρος, λαίμαρος*] Vorax, vel Gulae delicatae. Iuuen. Sat. 11, 19 Et quadringentis numis condire gulosum Ficile. Martial. 8, 23 Esse tibi videor saeuus, nimiumque gulosus. Martial. 10, 59 Non opus est nobis nimium lectore guloso. b. e. Multae lectionis curioso. Nihil est miserius nec gulosius 60 Sanctra Martial. 7, 20. Abstinentia gulosa Hieron. Epist. 7 ad Laetam. quae a quibusdam abstinet, ut desiderio velut condiat.

G V L Ō S E, Adu. [*λαίμαργικῶς*] Columel. i praefat. Contemptissimorum vitiorum officinas gulosius condiendi cibos, et luxuriosius fercula struendi. Martial. 3, 22 Nil est, Apici, tibi gulosius factum. Gulosissime nutrit Tertull. de Ref. Carn. c. 1.

70 G V M I A E, arum. m. Comedones, lurcones. Lucil. apud Cic. de Fin. 2, 24 c. 8 Edere compellans gumias ex ordine nostros. Alii legunt ex Lucilio apud Non. 2, 377 Gemiae. Vid. supra G E M I A E; at. Gluuias: vid. Fest. in Ingluuiis. Gumias probat etiam Dauius in locum. Testimonium ex libello legi audisti gumiae cuiusdam et desperati lurconis Apul. Apol. p. 311, 15 sine varietate. Vid. Ios. Scal. Coni. in Varr. de L. L. 6 p. 151. Douf. Rel. Lucil. p. 82. Lauremb. Antiqu. p. 198.

75 G V M M I, n. indecl. et G V M M I S, f. [*κόμμι*] Lacrima arborum quarundam, quae veluti gutta quaedam viscosa per ipsum corticem diffunditur. Gummi Scribon. 21. Plin. 13, 11 Gummi optimum esse ex Aegyptia spina conuenit, vermiculatum, colore glauco, purum, sine cortice, dentibus adhaerens. Columel. 12, 50 Noua dolia liquida gummi perluere. Ibid. f. 17 Multi quum semel noua dolia vel ferias crassa gummi liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti sunt. Sic quoque Plin. Gummi fere semper in feminino usurpat, vid. Gronou. ad 22, 23. C V M M I S scribitur apud Caton. R. R. c. 69.

85 G V M M A definit effluere Pallad. Oct. 12, 6. Sed al. Gummen, al. Gummi.

G V M E N, f. G V M M E N, inis. n. Pallad. Oct. t. 12 in MS. it. Ibid. t. 14. et Nou. t. 7.

G V M M A T V S, a, um. Adi. In cerasis et in omnibus gummatibus Pallad. Oct. t. 12 subint. arboribus. Quid. Gumminatis legunt.

90 G V M M I T I O, ōnis. f. [*κόμμιωσις*] Allinitio quaedam ex glutinoso illo arborum succo, quae doliis fieri solebat, quemadmodum Picatio ex pice, ut in praecedenti Columellae exemplo: et mox Gummitationem alteram non recipit.

95 G V M M Ō S V S, a, um. Adi. [*κομμώδης*] Quod multum gummi habet. Plin. 12, 9 de bdellio arbore; Indicum, humidius et facilius hoc, et crustosius, amariusque: at gummosum. Codd. MSS. exhibent Gumminosum, teste Harduino.

G V M M E V S, a, um. Aliud Adi. Auson. Eidyll. 6, 74 Gummea fetiferi iaculatur succina trunci. Alii hic legunt Gemmea.

100 G V M M I N O, aere. Gummi producere. Vid. Barth. Aduers. 38, 4. Pallad. Ian. 15, 20 Gumminat prunus.

G V R

G V R D I, orum. m. [*ἐνίδας*] Stolidi a vulgo dicuntur. Quintil. 1, 5, 57 Et Gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem

originem audiui. *Vid. Almelou. Laber. apud Gell. 16, 7. Hic est ille gurdus, etc. Gloss. Isid. Brutus, Gurdus.*

GURGES, itis. m. [*ἄγυρρις, δῆν*] *Locus in flumine profundus, in quo aqua congeritur et circum vertitur. Quo minime credas gurgite piscis erit Ouid. de A. A. 3, 426. Plin. 9, 31 Aestate in opaca gurgitum recedunt. de cancriis. Altus Virg. Ecl. 6, 76. Altitudo gurgitis Plin. 8, 5. Apicius nepotum omnium altissimus gurges Idem 10, 48. Anheli Sil. 3, . . . Cita fertur gurgite classis Virg. Aen. 5, 33. Curuatus Idem Aen. 3, 563. Flumineo raptus venit de gurgite piscis Martial. 4, 66. Lernaei gurgitis hydra Auien. Arateis v. 381. Plin. 9, 15 Reliquo tempore hiberno latent in gurgitibus imis. Limosus Ouid. Met. 6, 381. Rapidus Sen. Thyest. 2. Refluo circumsona gurgite Thule Stat. Silu. 5, 1, 91. Sinuatus Sil. 13, . . . Sinuatus in curuos arcus Ouid. Met. 14, 51. Tuscis gurgitibus puer innatasti Stat. Silu. 4, 5, 40. Tantos, quae Charybdis exhaurire gurgites posset, quantas iste Byzantium, Brogitarorumque praedas exorbuit? Cic. de Arusp. Resp. 59 c. 27. Pro Ipso maris periculo et veluti syrte quadam aut Scylla. Virg. Aen. 1, 118. Apparent rari nantes in gurgite vasto. Add. Auien. Arat. v. 41 et 344. Caeruleus, pro Oceano Ouid. Met. 2, 528. Per translationem. Cic. 20 in Verr. 3, 23 Immensa aliqua vorago est, aut gurges vitiorum, turpitudinumque omnium. Idem in Pison. 41 c. 17 Ille gurges atque helluo, natus abdomini suo, non laudi atque gloriae. Gurges et vorago patrimonii Id. pro Sext. 111 c. 52. Non improbabilis est sententia Io. Meursii mantissa ad lib. de luxu Rom. c. 12 deriuantis hoc totum nomen a Gr. γοργών. Sunt enim γοργόνας apud Suidam φοβεροὶ εἰς γαστήρα μαργύων. Fuerit itaque γοργών Gurges primo vorax, ac deinde per metaphoram locus in mari vel flumine absorbens omnia. Neque tamen displicet ex ipso sono aquarum dictum esse primo gurgitem. ¶ 2 Gurges, Cognomen Q. Fabii Rulliani filii, a deuorato patrimonio illi impositum Macrobian. Saturn. 2, 9. Sigon. de Nom. Rom. c. 5.*

GURGVLI, ōnis. m. [*τρωξ*] *Fistula colli spirituum meatus. Varro de R. R. 2, 3, 2 Hircus ceruice et collo breue, gurgulione longiore. Pulmones cum suis gurgulionibus Plin. Valer. 2, 17. Add. Arnob. 3 p. 107. Lactant. de Opif. c. 11 Spiritus contra, qui est incorporalis ac tenuis, qui spatium sibi facere non poterat, accepit viam fatalem, quae vocatur Gurgulio. Is constat ex ossibus flexuosis ac mollibus, quasi ex annulis in catenae modum compactis ac cohaerentibus, patetque semper hinc transitus. Conf. Prudent. adu. Symmach. 2, 1053. ¶ 2 Pudendum virile Perf. 4, 37. ¶ 3 40 Est et Vermiculus quidam frumentis inimicus, apud Plin. nisi forte Curculio rectius scribendus est. Vid. CURCVLIO. Plin. 18, 30 Gurgulionem enim non descendere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari. ¶ 4 Gurgulio, αἰνηματίων ἔραχον Vet. Gloss. Modo non sit Gurgustium.*

GURGVSTIVM, i. n. [*οἰκίδιον*] *Festus, Genus habitationis angustum, a Gurgulione (Curculione) verme sic dictum. Seruius . . . docet, Gurgustium esse Obscuram et latentem tabernam. Cic. in Pison. 15 c. 6 Meministine coenum, quum ad te quinta fere hora cum C. Pisone venissem, nescio quo e gurgustio te prodire: inuoluto capite, soleatum? Idem de N. D. 1, 22 c. 9. Quid autem erat, quod concupisceret Deus mundum signis et luminibus tanquam aedilis ornare? si, vt Deus ipse melius habitaret: antea videlicet tempore infinito in tenebris, tanquam in gurgustio habitauerat.*

GURGVSTIOLVM, i. n. Dimin. [*οἰκιδιονος*] *Apul. Met. 1 p. 112, 55 Ergo breuitatem gurgustioli nostri ne spernas peto. Id quod paullo post larem paruulum vocat Idem.*

GURGVSTIDONIVS, a, um. Adi. *Vox per iocum a Plauto ficta, a Gurgustiis, forma gentili, Mil. 1, 1, 13 Quemne ego seruaui in campis gurgustidoniis.*

GURRIO, ire. *De Luscinii dicitur. Vox ficta apud Apul. Flor. 3, 17 In solitudine canticum adolescentiae gurriunt. Vid. Colu. ibid. p. 193. Sed al. Garriunt: vt Elmenh. p. 358, 28.*

G V S

GVSTO, are. [*γεύομαι*] *In os sumere saporis explorandi causa, simile verbo Libare. Caes. B. G. 5, 12 Leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant. Acetum gustare Scribon. 83. Cic. Fam. 7, 26 Fugi in Tusculanum, quum quidem biduum ita ieiunus fuisset, vt ne aquam quidem gustarem. Idem de N. D. 2, 126 Capras autem in Creta feras quum essent confixae venenatis sagittis, herbam quaerere, quae dictamnus vocaretur: quam quum gustauissent, sagittas excidere dicunt e corpore. Fabula gustare Virg. Aen. 1, 477. ¶ 2 Per translationem de aliis rebus, quae leuiter modo velut explorantur, vt Attingere. Cic. in Pison. 58 c. 24 Non gustarat illam tuam Philosophiam. Gustare aliquam partem liquidae voluptatis Idem de Fin. 1, 58. Nunquam vitae amorem gustauit Lucret. 5, 180. Conf. Barth. Adu. 10, 15. Istorum omnium summatim causas, et genera ipsa gustauit Cic. de Orat. 2, 153. Idem pro Arch. 17 Quod si ipsi haec neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam quum in aliis videremus. Id. Fam. 12, 23 Nullam partem per aetatem sanae et saluae Reipublicae gustare potuisti. Primis, vt dicitur, labris gustasse physiologiam, id est naturae rationem Cic. de N. D. 1, 20 c. 8. Idem pro M. Cael. 28 Equidem multos et vidi in hac ciuitate, et audiui, non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitae, et extremis (vt dicitur) digitis attingissent. Plaut. Most. 4, 1, 13 Herus meus hic quidem est: gustare eius sermonem volo. Hor. Serm. 2, 5, 82*

Sic tibi Penelope frugi est, quae si semel vno De sene gustarit tecum partita lucellum, ¶ 3 Gustare arcta quadam significatione id dicimus, quo ante coenam vescimur. Suet. Aug. c. 76 Vescabatur et ante coenam, quocumque tempore et loco stomachus desiderabat. Verba sunt ex ipsius Epistolis: 95

NOS IN ESSEDO PANEM ET PALMVLAS GVSTAVIMVS. Vid. Salmaf. ad Vopisc. in Tacit. c. 11. Hinc autem,

GVSTATIO, ōnis. f. *Petronio Prima pars coenae dicitur, quae nonnullis est Gustus. Sic Martial. 11, 53 Haec fatis in gustu, caetera nosse cupis. Petron. c. 22 Iussi ergo discubimus, et gustatione mirifica initiati vino etiam falerno inundabamur. Turneb. Adu. 19, 7. Add. Petron. c. 31. Pro Ientaculo poni putat Salmaf. ad Vopisc. Tac. c. 11.*

GVSTANS, antis. Partic. *Gustantibus adhuc nobis Petron. c. 33. Gustanti basia plena dare C. Gallus 1, 98.*

GVSTATVS, a, um. *Plin. 105*

GVSTĀTVS, ūs. m. [*γῆμμα*] *Pro Gustu.* Cic. de N. D. 2, 141 c. 56 *Iam gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera deberet, habitat in ea parte oris, qua esculentis et potulentis iter natura patefecit.* *Vua peracerba gustatu* Cic. de Sen. 53 c. 15. *Ipsa gustatio.* Idem de Natur. Deor. 2, 158 c. 63 *Nisi forte tanta vbertas et varietas pomorum, eorumque iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam, et adpectus, dubitationem affert, quin hominibus solis ea natura donauerit.* *Gustatus est sensus ex omnibus maxime voluptarius* Cic. de Or. 3 c. 25.

GVSTVS, ūs. m. [*γῆσῆς*] *Sensus ipse, qui ex gustatione percipitur.* Plin. 10, 71 *Quoque existimauerim omnibus sensum gustus esse.* *In vetustioribus codicibus legitur et Gustatus.* *Gustus, idem, quod sapor* Scribon. 185. 186. 188. *et saepius.* *Add. Rhod. in Lexic. Scrib.* *Acer, vid. ACER.* *Acutus et odoratus gustus* Plin. 27, 12.

Amarus cum adstrictione, vid. ADSTRINGO. *Adstrictus* Plin. 27, 12. *Austerior, vid. AVSTER.* *Calidus* Plin. 27, 8. *Panis potionisque bonitatem gustu explorare* Col. 2, 2. et 11, 2. ¶ 2 *Cic. Philipp. 2, 115 c. 45 Vt quidam morbo aliquo et sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi, auari, facinorosi, verae laudis gustum non habent.* *Gustus non traditur arte* Quinctil. 6, 5, 1. *Add. 9, 4, 120. et 6, 3, 17.* ¶ 3 *Gustus, pro Primo prandii missu, siue ferculo.* *Martial. 11, 32*

*Gustu protinus has edes in ipso,
Has prima feret, alteraue coena,
Has coena tibi tertia reponet.* *de cucurbitis loquitur.*

Conf. Lips. Ant. Lectt. 1. 3. ¶ 4 *Gustus rebus venalibus tribuitur, et est illud, quo bonitas illarum exploratur, vulgo Praegustus.* *Vid. Casaub. ad Athen. 1, 22. Hinc metaph.* *Dedit nobis gustum, ad quem respondebit* Sen. Ep. 11. *Principatus tuus ad gustum exigitur*

Idem de Clem. 1, 1. Conf. Plin. Ep. 4, 27, 5. *Minimum veluti gustum haurire somni* Petron. c. 22.

GVSTATORIVM, i. n. [*γῆσῆσῆσ*, Gl. L. Gr.] *supellestilis pars, in qua Gustatio, s. Promulsis apponitur.* *Vid. PROMVLSIS et PROMVLSIDARE.* *Nam idem esse Gustatorium et Promulsidare*

apparet ex Petron. c. 31 *Adlata est Gustatio valde lauta — quae deinde describitur, Caeterum in promulsidari asellus erat Corinthius, etc.* *Deinde c. . . Repositorium allatum est cum corbe: et mox c. 34 Gustatoria pariter a choro cantante rapiuntur.* *Gloss. ad h. l. In quibus cibus s. antecoena apponebatur.* *Plin. Epist. 5, 6, 37 de stibadio suo,*

Gustatorium, grauiorque coenatio, margini imponitur. *Martial. 14, 88 lemma est, Gustatorium (malim Gustatoria) epigramma hoc: Femineam nobis cherson (testudinem terrestrem) si credis inesse, Deciperis, pelagi mascula praeda sumus.* *Plin. 9, 11 Testudinum putamina secare in laminas, lectosque et repositoria (ex hoc nempe genere sunt gustatoria, quin Substantiui instar est Repositorium, cui Promulsidarium, vel Gustatorium additur) his vestire Corbilius Pollio instituit.*

GVSTVM, i. n. *Ferculum, quod gustatur.* *Petron. c. 76 Non mihi haec iactura gusti fuit.* *Add. Apic. 4, 5.*

GVSTVLEVS, i. m. *Idem.* *Apul. Met. 9 Oua gustulum vocat; et ibid. 2 p. 119 suauitatem appellat dulcem amarum gustulum.* *Conf. Lips. loc. c. p. 93.*

G V T

GUTTA, ae. f. [*γαγών, γαγίς, γαγίς*] *Minima pars aquae, vel alterius materiae liquidae.* *Plaut. Casin. 2, 3, 30 Di me et te infelicient, si ego in os meum vini guttam indidi.* *Plin. 31, 2 Distillantes quoque guttae in lapides durefcunt in antris Coryciis.* *Cic. Tusc. 2, 25 Ex quo liquatae solis ardore excidunt Guttae.* *Ex Poeta.*

Cruentae *Ouid. Met. 15, 788. vid. CRVENTVS.* *Frigida per artus fluit* *Idem Amor. 3, 14, 38.* *Grandes* *Virgil. Georg. 2, 245. Liquescentes humorum* *Lucret. 2, 222.* *Lucida* *Ouid. Fast. 4, 522. Plaut. Most. 2, 2, 75. Sanguineae* *Ouid. Met. 2, 360. Gutta cavat lapidem* *Ouid. ex Pont. 4, 10. Instillant guttae saxa, vid. 1 N-*

STILLO. *Manant guttae sanguineae tanquam de vulnere* *Ouid. Met. 2, 360. Plaut. Pseud. 1, 4, 2 Quid nunc acturus, postquam herili filio largitus dictis dapulis? ubi sunt ea? cui neque Parata gutta certi consilii, neque adeo argenti.* *Stillant saxa guttis* *Lucret. 6, 943. Stillavit in cor dulcedinis gutta* *Idem 4, 1052. Macula.*

Virgil. Georg. 4, 99 Ardentes auro, et paribus lita corpora guttis, i. similibus et aureis maculis, quasi guttatim sparsis habentes corpora distincta. de Apibus loquitur. *Variantur corpora guttis caeruleis* *Ouid. Met. 4, 578. Guttae sunt et in aedificiis Ornamenta, quae iuxta ordinem Doricum sub triglyphis pendent instar guttarum* *Vitruu. 4, 3.*

GUTTULA, ae. f. *Dimin. [γαγόνιον]* *Plaut. Epid. 4, 1, 27 Guttula pectus ardens mihi adpersisti, i. aliquantum me recreasti.*

GUTTĀTIM, Adu. [*κατὰ γαγόνος*] *Plaut. Merc. 1, 2, 92 Cor edepol miserum meum, quod guttatim contabescit, quasi in aquam tu indideris salem.* *Arnob. 2 Pluuia guttatim labitur. Guttatim lacrimis stillat* *Prudent. Cath. 5, 22.*

GUTTO, āre. [*γάγω*] *Vet. Gloss. Vnde*

GUTTĀTVS, a, um. *Partic. [γαγονωτός]* *Quod veluti guttas habet.* *Martial. 3, 58 Et picta perdix, numidicaeque guttatae. Color guttatus* *Pallad. 4 t. 13.*

GUTTANS, antis. *Partic. [γαγάζων]* *Formam Participii habet, quasi a Gutto, guttas, pro Guttatim stillare.* *Plin. 20, 8 Huius folia ambustis vtilia, guttantia, adstringunt. Sed Harduinus ex MSS. hic legit Gustantium os adstringunt.*

GUTTAMEN, inis. n. *Cathol.*

GUTTONARIVS, a, um. *Adi. Equorum epitheton, quod pro Tottonariis, qui parum distant a cottonariis, Vegetio Mulom. 1, 56, 37. et 4, 6, 7 restituuntur a Salmasio ad Capitolin. Maxim. 3 p. 13 Hack. Sunt autem iidem, qui Trepidarii vel Tripediarii, minuto et celeri gressu, quasi guttatim procedentes. Confert σακκάζω et ὑποσακκάζω Graecorum, in quibus similis est a sacco colatorio, ac destillante inde humore, metaphora. Laudat Glossas, ubi Gutturium est βυθμός, προνόπη. Etiam Colatorii a colandis liquidis dicti illi videntur, qui tardiores ac molliores adhuc, et Asturconum modo ambulant. Denique κάλας, qua Graeci gradum tripedariorum appellant, nomen habet a κάλας, vase, gutturnio.*

GUTTVR, ūris. n. [*λαιμός, λάρυγξ, Φάρυγξ, βρόγχος*]. *Ea pars, quae est a faucibus ad iugulum, siue exterior, siue interior sit. Nomen putant quidam habere ex Gutta, quoniam potus per guttur guttatim labitur.* *Plin. 11, 37 Guttur homini tantum et suisbus intumescit: aquarum quae potantur plerumque vitio. De Strumis loquitur.* *Virg. Georg.*

Georg. 1, 423 Et laetae pecudes, et ouantes gutture corui. Cic. pro Cael. 44 Vitium ventris et gutturis. Mobile Perf. 1, 17. Tundum Iuuen. Sat. 13, 162. Tenui gutture cantat auis Ouid. Amor. 1, 13. Colluere guttur liquido plasmate Perf. 1, 17. Fregit elisa guttura laqueo Lucan. 2, 154. Radere guttur Iuuen. Sat. 6, 105. Rupit mihi guttura pugno Ouid. Met. 3, 625. Tumuerunt guttura venis Id. Met. 3, 73. Vincire guttura alicuius Ouid. Met. 10, 22. ¶ 2 Gutturum, masculino genere dixit Plaut. Trin. 4, 3, 7 Postquam thermopotasti gutturem, i. calida potione prolustisti. Id. Aul. 2, 4, 25 Etiamne obturat inferiorem gutturem, Ne quid animae forte amittat dormiens?

GUTTURŌSVS, a, um. Adi. [Φαργγώδης, λαιμαργος, Gl. Lat. Gr.] Cuius guttur tanquam spongia quaedam intumescit: ita, ut hoc malum, non morbus, sed vitium sit. Vlpian. de aedilicio edicto l. 12 §. 2 Si quis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat. Conf. 15 Schol. Iuuenal. 13, 162.

GUTTURNIVM, i. n. Vasis genus, ex quo aqua in manus datur: ab eo, quod propter oris angustiam guttatim fluat Festus. Turneb. Aduers. 22, 30.

GUTTVS, i. m. [πόχουον] Poculi genus, quo in sacrificiis vtebantur, quoque guttatim aqua infundebatur. Plin. 16, 38 Curius iurauit, se ex praeda nihil attigisse praeter guttum faginum, quo sacrificaret. Pleno componit lintea gutto Iuuen. Sat. 3, 263. Non referuntur lintea ad guttum: sed duae res memorantur: q. d. gutto impleto, quo opus est in balneo, componit eadem causa etiam lintea. Gell. 17, 8 Guttum Samium ore tenus imprudens inanem, tanquam inesset, oleum affert, etc. Guttus corneus sic loquitur apud Martial. 14, 52 Gestauit modo fronte me iuuenus, Verum Rhinoceros me putabis. Dicit Poeta hinc guttum esse ex cornu iuueni, sed tanta arte laboratum, ut Rhinocerotis videatur. Hinc et Rhinoceros vocatur a Iuuen. Sat. 7, 130. ¶ 30

GUTTVLVVS, i. m. Dimin. [προχόδιον] Plaut. Fragm. Vt guttulam hauriret ex guttulo.

G Y A

GYĀRVVS, i. f. vel GYĀRA, ae; vel GYĀRAE, arum. Pl. [Γύαρος] Una e Cycladibus insulis, in quam Romani noxios in exilium mittere solebant. Iuuen. Sat. 1, 73 Aude aliquid breuibus Gyaris et carcere dignum, Si vis esse aliquid. Idem Sat. 10, 170 Vt Gyarae clausus scopulus, paruaque Seripho. De Gyaro dedi literas Cic. Att. 5, 12. Gyaro celsa Myconoque reuinxit Virgil. Aen. 3, 76. Plin. 8, 29 M. Varro auctor est, — ex Gyaro Cycladum insula incolas a muribus fugatos. ¶ 40

GYAS, Nomen proprium viri Troiani: de quo Virgil. Aen. 5, 160 Cum Princeps medioque Gyas in gurgite victor Rectorem nauis compellat voce Menoeten. Idem Aen. 5, 118 Ingentemque Gyas ingenti mole chimaeram. ¶ 2 Gyas vel Gyes, gigantis nomen, quod forte fuit apud Horatium illis locis, ubi Gyges nunc legitur. Vid. Bentl. ad Horat. Carm. 2, 17, 14. ¶ 45

G Y G

GYGES, is. f. [Γύγης] Viri proprium, qui Caeli et Terrae filius fingitur, et frater Briarei, gigas maximus et centimanus. Centimanus Gyges Hor. Carm. 3, 4, 69. et 2, 17, 14 ubi copiose Bentleyus. ¶ 2 De Gyge, qui annulum habuit, cuius ope, qui illum gestaret, videri quoties vellet, posset a nemine, videto Cic. Off. 3, 78. Hinc Gygis annulo similis Aspis Carneadis, vid. ASPIS.

GYGAEVS, a, um. Adi. Stagnum Gygaeum Plin. 5, 29. et Propert. 3, 10, 18 Lydia Gygaeo tincta puella lacu. ¶ 55

GYLIPPVS, i. m. Vir Lacedaemonius bello praeclarus; de quo Tibull. ad Messal. 4, 200 Non magni potior sit fama Gylippi. Adde Iustin. 4, 4. et de alio Virgil. Aen. 1, 272. ¶ 60

G Y M

GYMNAS, adis. f. [γυμνάσιον] Exercitium. Stat. Silu. 4, 2, 47 Sic lubrica ponit Membra Therapnaea resolutus gymnade Pollux. Festa Gymnas Idem Silu. 3, 1, 43. Stat. Theb. 4, 106 Chalcis, et Herculea turpatus gymnade vultus Amnis. Intelligit Acheloum. Id. Achil. 1, 357 Exercere proteruas Gymnadas. Oleoque et gymnadis arte Vinctis pugilibus Prudent. adu. Symmach. 2, 516. ¶ 65

GYMNASIVM, i. n. [γυμνάσιον] Locus exercendorum corporum iuuenilium, quod faciebant nudi, γυμνοί, unde nomen est. Plaut. Amph. 4, 1, 3 Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia apud emporium atque in macello, in palaestra, atque in foro. Plin. Epist. 2, 17, 7 Hoc hibernaculum, hoc etiam gymnasium, meorum est. Philosophi et Rhetores illa loca docendi causa sectabantur. Hinc Cic. de Orat. 1, 56 Clamabunt credo omnia gymnasia, atque omnes Philosophorum scholae sua haec esse omnia propria. Varro R. R. 2, 2 pr. Ac ne Graecorum urbana desiderarent Gymnasia, quae nunc vix satis singula sunt. Gymnasium plenum pueris Quinctil. 2, 8. Atys apud Catull. 62, 64 Ego adolescens, ego ephebus, ego puer, Ego Gymnasii fui flos, ego eram decus olei, i. pulcherrimus eorum, qui oleo ibi ungebantur. Unde et Varro R. R. 1, 55, 4 In gymnasium dominum sequitur oleum. Nobilissimum orbis terrarum gymnasium Seru. Sulp. ad Cic. Fam. 4, 12 de Academia. Virgineum Propert. 3, 14, 2. Indulgere gymnasiis Traianus ad Plin. Ep. 10, 49. Gymnasia sectari aut porticus Plin. Ep. 1, 22. Quae vix in gymnasiis et in otio Stoici probant Cic. in Parad. 1. ¶ 85

GYMNASTES, ae. m. Gymnastae Plin. 7, 2 Indi, qui ultra C. annos vita processerunt. Hard. leg. Gymnetas.

GYMNASTICVS, a, um. Adi. [γυμναστικός] Plaut. Rud. 2, 1, 7 Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio Gymnastico et palaestrico. ¶ 90

GYMNICVS, a, um. Aliud Adi. [γυμνικός] Idem. Plin. 7, 56 Ludos gymnicos in Arcadia Lycaon inuenit. Sic Cic. Tuscul. 2, 61 c. 26 pr.

GYMNASIARCHVS, i; et GYMNASIARCHA, ae. m. [γυμνασιάρχης] Gymnasii praeses. Cic. Verr. 4, 92 c. 42 Demolendum curauit Democritus gymnasiarchus, quod is ei loco praerat. Valer. Max. 9, 10 extr. Taxillus quidam Gymnasiarcha est. Virga gymnasiarchorum Sidon. Ep. 2, 2 ubi conf. Sirmond. p. 26. ¶ 95

GYMNASIARCHA, ae. f. L. 6 §. 8 ff. de excusat.

GYMNOSOPHISTAE, arum. m. Pl. [γυμνοσοφισταί] Philosophi Indorum: sic dicti, quod nudi incederent: nam γυμνός, nudus dicitur. Plin. 7, 2 Philosophos eorum, quos gymnosophistas vocant, ab Exortu ad Occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistere. Ostentatque suos vicatim gymnosophistas Prudent. Hamart. 404. Vid. Pophyr. de ¶ 100

Abſtinentia ab eſu animalium 4 Apul. Florid. n. 6 ubi valde illos laudat. Elmenb. p. 343, 17. Add. Strab. 15. Philoſtr. 3. Curt. 8, 9, 32 ibique Commentatt. Cic. Diuin. 1 c. 23. Sunt iidem Brachmanes, v. v.

G Y N

5 GYNAECEVM, i. n. [*γυναικῶν*] Locus ſecretior in aedibus Graecorum, in quo mulieres habitabant. Plaut. Moſt. 3, 2, 68 Sed ſerex gynaeceum aedificare volt hic in ſuis, et balneas, et ambulacrum, et porticum. Ter. Phorm. 5, 6, 23. Cic. Philipp. 2, 95 Syngrapha HS. centies per legatos viros bonos, ſed timidos et imperitos, ſine reliquorum hoſpitiſum regis ſententia, facta in gynaeceo. ¶ 2

Sequiori aetate Gynaecea erant textrina Principum, in quibus veſtes conficiebantur, ab his dicti

15 GYNAECIARI, orum. m. De his Gynaeciis et Gynaeciariis videndus eſt inſtar omnium lac. Gothofredus Paratit. et Comment. ad Tit. C. Theod. 10, 20, qui non minus quam C. Iuſtin. 11, 7 agit poſt Muriſegulos de Gynaeciariis, ad quos in C. Theod. ſpeciatiſum pertinent l. 2 - - 9. item 16.

20 GYNAECONITIS, idis. f. Eadem. Vid. Nep. Praef. n. 7. Vitruu. 6, 10. de part. aed. 2, 5.

GYNDES, vid. GINDES.

G Y P

25 GYPSVM, i. n. [*γύψος*] Materia calci affinis, e lapide cocto parata. Plin. 36, 24 Cognata calci res gypſum eſt. Plura eius genera, nam e lapide coquitur, vt in Syria, et Thuriis: et e terra foditur, vt in Cypro, ac Perrhaebis: e ſumma tellure, et Tymphaicum eſt, etc. Add. Idem 35, 12 ſ. 44. Aqua conſperſum gypſum Scribon. 132. Gypſi flos Columel. 12, 10, 8, et al. Gypſo craſſo linire opercula Idem 12, 43, 6. Gypſo medicata vina Pallad. Oſt. 14, 11.

30 Iuuen. Sat. 2, 4 Quamquam plena omnia gypſo Chryſippi inuenias, i. imaginibus illius e gypſo fuſis. Plin. 35, 12 ſ. 44 Hominiſum imaginem gypſo e facie ipſa primus omnium expreſſit, ceraque in eam formam gypſi inſuſa emendare inſtituit Lyſiſtratus.

35 GYPSO, are. [*γύψω*] Gypſo inducere ſeu inſtruere. Apic. de Re Cul. 1, 17 Vas picari pariter et gypſari facies. Amphorae diligenter gypſatae Petron. c. 34. Pedes gypſati ſeruorum, vid. Ouid. Am. 1, 8, 64. Tibul. 2, 6, 21 Nota loquor, regnum ipſe tenet, quem ſaepe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Columel. 12, 16 Quum deinde modice aruerunt, in vaſa noua ſine pice operculata et gypſata, ſiccio loco reponitur. Lagoena gypſata Idem 12, 12, 2.

40 Vinum gypſare Columel. 12, 36 quod 12, 26, 2 ita docet, Si in ſextarios VII muſti heminam gypſi miſcueris. Cic. Fam. 7, 6 Hoc tibi tam ignoſcemus nos amici, quam ignouerunt Medae (quae apud Corinthum arcem altam habebat) matronae opulentae optimates, quibus

45 illa manibus gypſatiſſimis perſuaſit, ne ſibi illae vitio verterent, quod abeſſet a patria, i. geſtu manuum pro more gypſatarum, gubernans vocem. Sed haud paullo magis placet emendatio Sam. Petiti ad Leg. Att. p. 67 pro manibus legentis III anibus, i. tribus anibus, ſ. matronis, vt in ſcenam tragicam prodire ſolebant faciem et manus gypſatas habentibus.

50 GYPSEVS, a, um. Adi. Quum tres Victoriae eſſent locatae gypſae cum palmis Spartian. in Seu. c. 22. Illae Chriſtianos oculos ſcandalizant, quae purpuriſſa et quibusdam fucis ora oculosque depingunt, quarum facies gypſae et nimio candore deformes idola mentiuntur Hieron. ad Marcell. Ep. 23.

55 GYPSATIO, onis. f. Sidon.

GYPSATOR, oris. m. Auguſtin.

GYPSOPLASTES, ae. m. Caſſiod. 7, 5.

G Y R

60 GYRVS, i. m. [*γύρος*] Latine Circulus vel Ambitus dici poteſt, et ſaepe pro definito ſpatio ponitur, intra quod contineri aliquid debet. Virgil. Aen. 5, 85 Dixerat haec, adytis quum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit. Ablaqueationis gyrus Columel. 4, 4, 2. Conf. Geſn. ad b. l. Periculum erit, ne tu

65 quoque in illis Dialecticae gyris conſeneſcas Gell. 16, 8. Cic. de Orat. 3, 67 c. 19 Ex ingenti quodam Oratorem immenſoque campo in exiguum ſane gyrum compellit. Idem Off. 1, 90 c. 26 Homines ſecundis rebus effrenatos, ſibiſum praefidentes, tanquam in gyrum rationis et doctrinae duci oportere. Anguſtiſſimum habet dies gyrum Sen. Ep. 12. Aeriſum Catul. de Coma Beren. 64, 6. Simili

70 gyro venient aliorum viſes Phaedr. 4, 25, 25. i. ambitu, vt circumoctu rotae. Terribilis Claud. de Rapt. Proſerp. 24. Abrumpit equus gyros medios trentulo poplite Lucan. 6, 87. Agere gyros Senec. Agamemn. 6. Contendere curuo gyro Tibul. 4, 1, 94. Gyro

75 Curre, Poeta, tuo Ouid. Rem. Am. v. 398. Dare gyros Virgil. Georg. 3, 115. Add. Idem Aen. 7, 379. Ducit per aera gyros milvius Ouid. Amor. 2, 6, 33. Flectitur in gyrum miluus Idem Met. 2, 718. Format exiguos per prima volumina gyros Sil. 13, . . . Ire in gyros coactus equus Ouid. de Arte Am. 3, 384. Spargere patulo

80 vaga vincula gyro Valer. Argon. 6, 132. Trahit bruma niualem interiore diem gyro Hor. Serm. 2, 6, 26. Volat ingenti gyro Virg. Aen. 10, 884. Variare gyros docentur equi Tac. Germ. c. 6. Volui ancipiti gyro Stat. Theb. 10, 596. de ſerpente.

GYRO, are. Veget. Mulom. 2, 5, 2 Gyrabit ſe difficile equus, i. circumaget.

85 GYRATVS, a, um. Partic. Plin. 5, 10 Ad effigiem Macedonicae chlamydis, orbe gyrato lacinioſam. De Alexandria urbe Aegypti.

GYRATIO, onis. f. Celi eſſe dicitur.

GYRATOR, oris. m. Fragm. vet. Poet. laudatur.

90 GYRATIVVS, a, um. Adi. Gloſſ.

GYRINVS, i. m. Partus ranae. Plin. 9, 51.

GYRGILLVS, i. m. Trochlea in puteo ad hauriendam aquam. Iſidor. 20, 15.

GYROVAGVS, i. m. Circuitor, circumforaneus. Sarisber. 7, 23.

95 GYROVAGOR, ari. Pet. Damian. et Io. de Ianua.

G Y T

GYTHEVM, i. n. [*Κύθειον*] Oppidum nauale Lacedaemoniorum, iuxta Eurotam fluuium: quod Hercules et Apollo depositis eo loci ſimultibus communi opere condiderunt. Cic. Off. 3, 49 Claſſem Lacedaemoniorum, quae ſubduſta eſſet ad Gytheum. Liu. 34, 29 pr. Gytheum omnium maritimarum rerum Lacedaemoniis receptaculum. Ex Hermolao in Plin.

GYTHEATES, um. m. [*Κυθαιῶν*] Populi in eo habitantes. Plin. 4, 5.

H quae contractis paullum faucibus ventus exhalat, ut ait Mart. Capell. 3 p. 58 non est certe par caeteris ut et dignitate litera, qua de re antiquitus vehementer disputatum est. Mediam velut sententiam ingressus est Diomedes 2 p. 417 fin. H interdum Consonans, interdum aspirationis creditur nota. Vid. Voss. de Arte Gramm. 1, 16, qui negat esse literam, post Priscian. 1 p. 543 sq. quod defendere studet Becmann. Manud. ad L. L. c. 4. Formam habet ex utraque spiritus nota apud Graecos, uti in vetustis Exemplaribus tam impressis, quam MSS. eae notae exarantur, ut nonnullis placet; sed verum est, quum eo munere fungatur apud Latinos, quo H antiquitus apud Graecos, sc. ante inductum Ionicum Alphabetum, eam figuram, ut potestate ita forma referre. Dixerunt enim Graeci antiqui ΚΤΕΣΙΠΗΘΗΝ, pro Κτησιπῶν. (Vid. Spon. Miscell. Erud. Antiq. c. extr. ap. init.) HEKATON, unde ut nunc quoque in marmoribus H numerum centenarium denotat. V. Spanh. de Vsu et Pr. Num. T. 1 p. 91. 95 etc. In Orthographia Latina cum Vocalibus tantum iungitur, ut Homo, Habeo, Horreo. Consonis subiici nolit. Nec tamen sine exceptione. Cic. Orat. 160 c. 48 Ego ipse cum scirem, ita maiores locutos esse, ut nusquam, nisi in Vocali, adspiratione vterentur, loquebar sic, ut Pulcros, Ceteos, Triumpos, Kartaginem dicerem, aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi veritas (i. seueritas ercepta) esset, vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruavi. (ut loquerer et scriberem cum adspiratione, licet scirem, illud antiquum et verum non esse) Orciuos tamen et Matones, Otones, Caepiones, sepulcra, coronas, lacrimas dicimus, quia per aurium iudicium semper licet (etsi vulgo homines adspirent) Burrum semper Ennius, nunquam Pyrrhum. Vi patetacerunt Bruges, non Phryges, ipsius antiqui declarant libri. Nec enim Graecani literam adhibebant; nunc autem etiam duas (in Nominat. Phryx) etc. Sine necessitate certe vulgus aetate Gellii aliquibus vocibus inferebat. Ita enim 2, 3: H literam siue illam spiritum magis quam literam dici oportet, inferebant, eam veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus earum esset viridior vegetiorque. Atque id videntur fecisse studio et exemplo linguae Atticae. Satis enim notum est Atticos ἔχθρῶν, ἔχθρον multa item alia citra morem gentium Graecae caeterarum inspirantes primae literae dixisse. Sic Lacrimas, sic Sepulchrum, sic Abenum, sic Vehemens, sic Inchoare, sic Hallucinari, sic Helluari, sic Honera, sic Honustum dixerunt. in his enim verbis omnibus, si literae seu spiritus istius nulla ratio visa est, nisi ut firmitas et vigor vocis quasi quibusdam nervis additis intenderetur, etc. Ponamus etiam locum Quinctil. 1, 5, 19 cum dixisset, adspirationem vitiose adici et detrabi, addit, apud nos potest quaeri, an in scripto sit vitium, si H litera non est notata (si adspiratio suo signo ordinario, litera H, non est signata, ut ad h. l. ostendi) Cuius quidem ratio mutata cum temporibus est saepius. Parcissime ea veteres vsi, etiam in Vocalibus, cum oedos, ircosque dicebant. Diu deinde seruatum, ne Consonantibus adspiraretur, ut in Gracis et Triumpis. Erupit breui tempore nimius vsus, ut choronae, chenturiones, praechones, adhuc quibusdam inscriptionibus maneat: qua de re Catulli nobile epigramma est. Inde durat ad nos vsque vehementer, et comprehendere, et mihi: nam mebe quoque pro me apud antiquos tragoediarum praecipue scriptores, in veteribus libris inuenimus. Catulli epigramma est 83

Commoda dicebat, si quando comoda vellet

Dicere, et hinsidias Arrius insidias:

Et tum mirifice sperabat se esse locutum,

Quum quantum poterat, dixerat hinsidias, etc.

¶ 2 Cum litera F adspirationis quodammodo vices sustineat (ut a ἥσσω ἥσῳ sit Frango) non mirum est, si permutentur H et F. Sic Hebris, pro Febris, et vicissim antique Fordeum, pro Hordeum. Sic Hormiae, pro Formiae, Hanula, pro Fanula, parua delubra. Vid. Fest. in voc. Seru. ad Virgil. Aen. 7, 695. et Spanh. de Vsu et Praest. Numism. p. 60. Add. supra in F. In vetustis inscriptionibus reperias interdum H dimidiatum I, quae est forma spiritus lenis Graecorum, v. g. ap. Fabrett. Inscr. p. 195 PANNYC-IIS, item LYC-I-NIS, pro Pannychis, Lychnis, etc. Librarios frequenter H addere vel omittere perperam solere, notat Drakenb. ad Sil. 2, 125. Conf. Index Inscriptt. Grut. Excidit interdum H, ut, Deprendo, pro Deprehendo. et in Christianorum tumultis Abet sedem, pro Habet. Non mirum est, si cum V habeat cognationem: sic, Hesper, Vesper. Istud enim Digamma nihil aliud est, quam adspiratio Graecorum nonnullorum, ita, ut cum Ion diceret EKATON, id Atticus efferret HEKATON, Aeolicus vero Εκατόν, quod ad ov communis Graeciae, vel ad V Latinorum prope accedit. Ita Verbena est, quasi Herberna: Heneti iidem, qui Veneti. Sic in medio ὄνῳ est Ouum, οἰών, Aeuum, οἷς, Ouis.

¶ 3 Sed Grammaticas relinquamus hoc genus obseruationum, et videamus, quid in notis valeat H. Primo igitur H. Habet, Hac, Haec, Hadrianus, Hastati, (vid. Spanh. de Vsu et Praest. Numism. diff. 6 p. 558) Heredes, Hereditas, Heres, Hic, Hoc, Hodie, Homo, Honestas, Honestus, Honor, Honorem, etc. Hora, Horis, Hostilius, Hostis, Huius, Ducenta, Ducenta millia. H' Habet, Hoc, Heres, Huius. HA. Hadrianus. H. A. Hoc Age. H. A. C. Heres Amico Curauit. H. A. E. C. Hanc Aram Erigi Curauit, Hanc Aram Ei Constituit. HAES. PRC. Heredes Principum. H. A. G. F. Heres Animo Grato Fecit. H. A. I. R. Honore Accepto Impendium (vel Impensam) Remisit. H. A. L. R. Hac Autem Lege Rogauit, Hoc Animo Libens Restituit, Hoc Amico Locauit Requietorium, Honore Accepto Locum Remisit. H. AQ. Hic Acquiescit. H. B. Heres Bonus, f. Bonorum, Homo Bonus, Hora Bona. H. B. E. Hora Bona Est. H. B. F. Heres Bene merenti Fecit, Homo Bonae Fidei, Homo Bonus Fecit. H. B. M. E. Heres Bene Merenti Erexit. H. B. M. F. Heres Bene Merenti Fecit. H. B. M. F. C. Heres Bene Merenti Faciendum Curauit. H. B. M. P. Heres Bene Merenti Posuit. H. B. V. P. Hereditatis Bonorumue Possessor, Heres Bonorumue Possessor. H. C. Heredem Cognitorem, Heredem Cognouit, Heredes Curauerunt, Hic Conditur,

Litera H.

- Hispania Citerior, Hoc Curauit. H. C. CV. Hic Condi Curauit. H. C. D. D. Huic Collegio Dedicauerunt. H. C. E. Hic Condita Est, Hic Conditus Est. H. C. I. R. Honore Contentus Impensam Remisit. HC. L. S. P. S. Hunc Locum Sepulturae Posuit Sibi. H. COG. Heredem Cognitorem, Heredem Cognouit. H. D. Haec Dos, Heredibus Dicaui, Hereditas Diuisa, Hic Dedit, Hic Dedicamini, Dedicauit, Dicaui, Donauit, Dies; His Diebus, Hoc Dedit, Dicaui, Donauit, Die; Homo Deuotus. H. D. A. V. I. C. D. E. Hoc Die Ara Victoriae In Curia Dedicata Est. H. D. D. Heredes Dono Dedere, Hoc Dono Datum, Honori Domus Diuinae. H. D. D. Hic Dedicant, Dedicauerunt, etc. Hic Dedicauit, Dedicatum; Hoc Dono Datum. H. DD. E. M. N. Hoc Dedicatum Est Mortuis Nostri. H. D. M. Haec Domus Martis, Mortis; Heres Dedit Monumentum, Hoc Dari Mandauit. H. D. S. Heredibus Dicaui Sepulcrum, Hoc Dicaui Sepulcrum, Heres De Suo. H. E. D. Hic Est Depositus. H. E. M. TBNR. Haec Est Memoria Tribunorum. H. E. P. Heredes Eius Posuerunt, Hic Est Positus. HERculi Sacrum. H. E. S. Hic Est Sepultus, Hic Est Situs. H. E. S. S. T. T. L. Hic Est Sepultus: Sit Tibi Terra Leuis. H. E. T. F. C. Heres Ex Testamento Fieri Curauit. H. E. T. F. I. Heredem Ex Testamento Fieri Iussit, Hoc Ex Testamento Fieri Instituit, Hic Ex Testamento Fieri Iussit. H. E. T. L. Heredes Et Liberti. H. E. V. Heredem Esse Voluit. H. EX. T. Heres Ex Testamento. H. F. Heres Fecit, Heredes Fecerunt, Hic Faciendum, Fecit, Fundauit; Hodie Fecit, Honesti Filia, Femina, Fortuna, Frons; Honesti Fecit, Honestus Filius, Frater. H. F. C. Heredes Fieri Curauerunt, Heres Faciendum Curauit, Hoc Fraude Creditoris. H. FF. Hic Fabricauerunt, Fundauerunt. H. F. H. F. S. M. Honesti Femina Hic Fundauit Sacellum Marito; Honesti Femina Hoc Fecit Sibi Monumentum. H. F. H. N. M. Heredes Fecerunt Hoc Nomini Mortuo, vel Nostri Monumentum. H. F. S. C. A. Hanc Fieri Sibi Curauit Aram; Heredes Fecerunt Sumtu Comuni Aram. H. G. Haec Gens. H. H. Haec Hora, Heredes Honesti, Homo Honestus. H. H. B. M. F. Heredes Bene Merenti Fecerunt. H. H. F. M. F. D. Heredes Facultatum Mearum Filios Dico. H. H. M. S. Heredes Hoc Monumentum Sequitur. H. H. P. Heres Hic Posuit. H. H. P. P. Hispaniae Prouinciae. H. H. S. S. Heredes Hoc Sepulorum Sequitur. H. I. Hercle Iurauit, Hereditario Iure, Heres Iurauit, Hic Iacet, Homo Iustus. H. I. I. Heredes Iussu Illorum. HILaritas TEMPorum. H. K. N. Haec Karissime Nobis. *Vid. Briffon. de Formulis lib. 7 p. 673.* H. L. Haec Lege, Hic Locus, Hoc Legauit, Honestus Locus. H. L. D. Heres Libens Dedit, Hic Locum Dedit, Hunc Locum Dedit, Donauit, Dabit, etc. Hoc Libens Dedit, Dedicauit. H. L. ET. M. H. N. S. Hic Locus Et Monumentum Heredes Non Sequitur. H. L. F. S. F. S. Hunc Locum Fieri Sibi Fecit Sepulturae. H. L. H. N. T. Hunc Locum Heredes Non Teneant. H. L. M. Hoc Libens Mandauit, Hic Locus Monumenti. H. L. N. Honesti Loco Natus. H. L. R. Haec Lege Rogatum. H. M. Hoc Mandauit, Hoc Monumentum, Honesti Mulier, Honesti Missio, Hora Mala, Mortis. H. M. AD. H. N. T. Hoc Monumentum Ad Heredes Non Transit. H. M. D. A. Hoc Mandauit Dari Augustus, Huic Monumento Dolus Abesto. H. M. D. M. A. Huic Monumento Dolus Malus Abesto. H. M. E. Hic Monumentum Elegit, Hoc Monumentum Erexit. H. M. E. N. R. Hoc Monumentum Exterum Non Recipit. H. M. F. Heres Monumentum Fecit. H. M. G. N. S. Hoc Monumentum Gentiles Non Sequitur. H. M. H. E. N. S. Hoc Monumentum Heredes Eius (Exteros) Non Sequitur. H. M. IN. F. P. X. IN. A. P. X. Habet Monumentum In Fronte Pedes X In Agro Pedes Decem. H. M. M. H. M. N. S. F. Humanitatis Mala Metuens Hoc Monumentum Nomine Suo Fecit. H. M. P. Hanc Memoriam Posuit, Hoc Monumentum Posuit. H. M. P. CO. ET. F. Hoc Monumentum Posuit Coniugi Et Filiis. H. M. P. P. Hanc Memoriam Posuere, Hoc Monumentum Posuere. H. M. S. M. Hoc Monumentum Sibi Mandauit. H. M. S. S. E. H. N. S. Hoc Monumentum Sententia Senatus (siue Sepulcrum) Exteros Heredes Non Sequitur. H. M. V. Hic Monumentum Voluit. H. M. V. S. P. Hoc Monumentum Viuens Sibi Posuit. H. N. D. M. A. Heredi Non Datur Monumenti Actio. H. N. S. Heredes Non Sequitur. H. N. S. L. S. Heredem Non Sequitur Locus Sepulturae. H. O. Hoste Occiso, Hostem Occidit. HO. Homo, Honestus, Honor, Hora. H. O. I. Honesti Optimo Ioui. H. O. S. Hic Ordinauit Sepulcrum, Hic Ossa Sita. H. O. S. E. H. N. S. Haec Ollarum Schola (Series) Exterum Heredem Non Sequitur. H. P. Hasta Posita, Hastatorum et Principum (*sc. signa: in vexillis hae voces visuntur in numis*) Hasta Pura, Hereditatis Possessio, Hic Ponit, Posuit, Positus, etc. Honesti Puella, Hora Prima. H. P. C. Heres Ponendum Curauit, Honor Publice Curandus. H. R. Hic Requiescit, Honesti Ratio. H. R. E. I. Q. M. E. A. Hanc Rem Ex Iure Quiritum Meam Esse Aio. H. R. I. P. Hic Requiescit In Pace. H. R. I. R. Honore Recepto Impensam Remisit. HS. Sestertius, v. v. H. S. Herculi Sacrum, Heredem Solui, Heredes Socii, Sui, Sunt; Heres Scriptus, Hic Sepultus, Hic Sit, Hic Situs, Hoc Sibi, Hoc Sepulcrum, Hora Secunda, Hostia Sacrilega. H. S. B. Hic Situs Bonus. H. S. C. P. S. Hic Sibi Curauit Ponit Sepulcrum, Hoc Sepulcrum Condidit Proprio Sumtu, Pecunia Sua. H. S. DD. Hoc Sacrum Dederunt. H. S. E. Hic Sepultus Est, Situs Est, etc. H. S. EI. F. L. Hoc Sumtu Eius Fieri Legauit. H. S. E. T. F. C. Hic Situs Est; Testamento Fieri Curauit. H. S. F. Hoc Sepulcrum (Sacellum) Fecit. H. S. F. L. S. P. D. Q. Hunc Sibi Fecit Locum Sepulturae Permissus Decreto

creto Decurionum. H. S. H. H. N. S. Hoc Sepulcrum Heredes Non Sequitur. H. S. L. Hoc Sibi Legauit. H. S. P. D. V. Hoc Sua Pecunia Dedit Viuens. H. S. S. Hic Sepulti Sunt, Siti; Hoc Sibi Sepulcrum. H. S. T. N. E. Huic Sepulcro Titulus Non Est. H. S. V. F. M. Hic Sibi Viuens Fieri Mandauit, Hoc Sibi Viuens Fecit Monumentum. H. S. V. M. N. Hoc Sibi Viuens Monumentum Nuncupauit. H. S. V. S. P. Hoc Sepulcrum Viuens Sibi Posuit. H. T. F. Heredes Titulum Fecerunt. H. T. H. N. S. Hic Titulus Heredes Non Sequitur. H. T. V. P. Hunc Titulum Viuus Posuit. H. V. Haec Vita, Vrbs, Vxor; Hic Vale, Vester, Viuit; Hispania Vltior, Vtraque; His Verbis, Hoc Viuens, Honestus Vir, Honore Vfus, Horis Quinque. H. V. D. Hoc Viuens Dedit, Volens Dedicauit. H. V. D. P. S. Hoc Vouit Diis Patriis Sacellum, Hoc Viuens Dedit Proprio Sumtu. H. V. F. Hoc Viuens Fecit, Hoc Voluit Fieri. H. V. M. Hic Voluit Monumentum, Hispaniae Vtriusque Monumentum. H. V. S. P. Hanc Voto Soluta Posuit, Hoc Viuens Sibi Posuit. H. V. S. R. Honore Vfus Sumtum Remisit.

H A

HA. [ἤ] *Interiectio corripientis, siue admonentis, ne quid fiat, neue quis in re coepta progrediatur.* Plaut. Trin. 4, 3, 52 Heus tu asta illico, audi: heus tu. s. non sto. C. at ego te stare volo. s. quid si egomet te velle nolo? C. ha, nimium Stasime faeuiter. *It. vox exfultantium, ut* Plaut. Capt. 1, 2, 45. *Vid. I. Gebhardi Crepund. 2, 2.* Ha ha he, interiectio risus, *inquit* Donatus Ter. Eun. 3, 1, 36. *Idem* Phorm. 2, 2, 63 Abduce hanc minas quinque accipe. P. ha ha he, homo suavis. *In irridendo usurpatur* Plaut. Pseud. 4, 1, 36.

H A B

HABĒNA, ae. f. [ἡβίον] *Retinaculum et frenum, quo equus cohibetur; i. lorum fundae, ab habendo utrumque dictum.* De funda Virgil. Aen. 9, 588 Ipse ter adducta circum caput egit habena. *Sic Grauidae habenae balearis fundae* Stat. Theb. 10, 851. *De freno, Liber habenis equus* Virgil. Georg. 3, 194. *Pressae habenae* Idem Aen. 11, 600 *adstrictae.* *Contra Dare laxas habenas* Virg. Aen. 1, 63. *Vndantes a iactatione et concussione* Idem 12, 471. *Flectere habenas aliqua* Ouid. Met. 2, 169. *Metaph.* Immittit habenas classi incitat *remiges* Virgil. Aen. 6, 1. *Moliri habenas, vid. MOLIOR.* *Supprimere habenas* Ouid. Met. 6, 709. *Horat. Epist. 2, 2, 15* In scalis latuit metuens pendentis habenae. *Nempe habenae, vel frenorum, vel fundarum ad pulsandum aptae.* *Habena vel ferula caedi* Vlpian. in l. Cum aliter §. Impubes D. de S. C. Silano. § 2 *Transfertur ad res morum.* *Amicitiae habenae laxissimae* Cic. de Amic. c. 13. *Rerum habenae traduntur* Haedrubali Sil. 1, 144. *Virgil. Aen. 12, 498* Terribilis saeuam nullo discrimine caedem suscitatur, irarumque omnes effundit habenas. *Vbi Seruius; Habenae, Potestatem, facultatem: (Aen. 1, 63 de Aeolo)* Et premere, et laxas sciret dare iussus habenas. *Cic. de Orat. 1, 226 c. 52* Senatam seruire populo, cui populus ipse moderandi et regendi sui potestatem, quasi quasdam habenas, tradidisset? *Ibid. 3 c. 41* Legum habenae. *Ex Poeta.* Adducere vel remittere habenas Cic. de Amicit. c. 13. *Amavit effusis caritatis habenis* Hypsicratea regina Mithridatem coniugem suam Val. Maxim. 4, 6. *Furit immixtis habenis* Vulcanus Virgil. Aen. 5, 662. *Ouid. Fast. 1, 25* Vates Rege vatis habenas. *Confunditur in MSS. cum Auena: quod vid.*

HABENŪLA, ae. f. *Dimin. Paruum lorum.* Cels. 7, 20 Ab ora quoque eius vulneris, quod in inguine est, demenda habenula paullo latior est, quo maior plaga sit. *Idem 7, 7* Tenuis habenula ab vltiore ora excidenda. *De palpebris proidentibus.*

HABENTIA, ae. f. [ἡβεντία] *Antiquis dicebatur, sicut a Sapio, Sapientia. significat autem ipsum habere, et diuitem esse.* Claudian. 7 apud Non. 2, 393 Animos eorum habentia inflarat. *Adde* Plaut. Truc. prol. 20 Aetas huic si superet mulieri, is cum anima ad eam habentiam euerrit. *Si vixerit haec meretrix, is miles et vitam suam, et quidquid habet, euerrat quasi domo sua, et in illam congeret. Dixerat modo de illa, Quo citius rem ab eo auferat cum puluisculo, quod proprie est verrentium.*

HABEO, ui, itum, ēre. [ἔχω] *Verbum vsus adeo lati, quem in ordinem et terminos redigere nondum licuerit. Tentauit illud apud Graecos Aristoteles, qui modos habendi ita enumerat in Categor. c. 15. 1) ut habitum et dispositionem, s. habilitatem, vel qualitatem aliam, ut scientiam, vel virtutem habere aliquis dicitur. 2) ut quantum, tot vel tot vltas, annos. 3) ut vestem. 4) ut membrum, manus, v. g. aut oculos. 5) ut in membro, ut annulum in digito. 6) vas habere dicitur illud, quod in eo inest. 7) ut possessionem, domum, numos. 8) vir mulierem habere dicitur et contra. Haec adscribere visum est, cum hodie negligi in libellis dialecticis soleant, ut, qui velit, possit periculum facere, utrum sub has classes reuocari possint omnia. Mihi quidem aliter videbatur. Satis ergo pro praesenti facultate visum est, si relicto veteri et Stephaniano, siue ordo siue confusio est, obseruationes aliquot generales ponemus. Reliqua deinde omnia ordine elementari earum vocum, siue Nomina sint, siue Aduerbia, disponemus, quibus adiungitur. Igitur habere significat dominum esse rei, certe possidere, adeo quidem, ut etiam habere simpliciter sit idem, quod diuitem esse. Nos quod sinus, quod habeamus, quod homines existimemur Cic. Fam. 7, 29 ubi vid. Graeu. it. Burm. ad Phaedr. Prol. 1. 3. Iuuenal. 14, 207 Vnde habeas, quaerit nemo, sed oportet habere. Poeta apud Sen. Ep. 115 Non quare, et vnde; quid habeas tantum rogant. Plaut. Rud. 5, 2, 34 Miserum istuc verbum ac pessimum est habuisse, et nihil habere. Huc pertinet illa Auaritiae descriptio Ouid. Met. 1, 131 Amor sceleratus habendi. Sed habemus etiam, quae non valde iuuat habere, ut Plaut. Aulul. 2, 2, 14 Virginem habeo grandem, dote cassam, et illocabilem. Id. Amph. 1, 1, 20 Habendum et ferendum hoc onus est cum labore. Sic infra Molestiam habere. In gladiatoribus et depugnantibus Virgil. Aen. 12, 295 Hoc habet, haec melior magnis data victima diuis. Ter. Andr. 1, 1, 55 Captus est, habet! Donatus, Habet, i. e. vulneratus est. Habet enim, qui percussus est: et proprie de gladiatoribus dicitur, quia prius alii vident, quam ipsi sentiant, se percussos. Sic Senec. Agamemn. 80 Habet! peractum est. Vid. Turneb. 17, 10. Burmann. ad Quinct. decl. 8, 16. Add. Prudent. Psychom. v. 53. Vid. Febrim, Molestiam, habere. § 2 Habere est quocumque modo tractare et afficere: Habere miserimum, i. miserrime tractare Plaut. 109*

- Caf. 3, 3, 27. Ter. Hec. 2, 3, 5 Nunquam fecus habui illam, ac si ex me esset nata. Id. Adelph. 1, 1, 20 Ruri agere vitam: semper parce ac duriter se habere. Plaut. Men. 1, 2, 10 Nimum te habui delicatam. Sic Durius aliquem Vlpian. in l. 2 D. de iis, qui sui vel alieni iuris sunt. Liu. 7, 5 Ita Aegre habuit filium id pro parente ausum, eoque id, etc. Plaut. Afin. 1, 1, 63 Quamquam illum mater Arcte contenteque habet, patres vt consueuerunt. Sallust. in Iugurth. 81 (al. 79) Neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum discerneret, quae res, eos in magno diuturnoque bello inter se habuit, i. tenuit, detinuit. Sic fere Celsus 3, 18 de phreneticis, Fere vero antiqui tales aegros in tenebris habebant, eo, quod eis contrarium esset exterreri: et ad quietem animi tenebras ipsas conferre aliquid, iudicabant. ¶ 3 *Habitare.* Plaut. Bacch. 1, 2, 6 Quis istic habet? Sallust. in Iugurth. 20 Sed qui mortales in initio Africam habuerint. Adde Ibid. 21 Africam initio habuere Libyes. Plaut. prol. Men. 69 Nunc ille geminus, qui Syracusis habet. Id. Truc. 2, 4, 52 Tonstricem Suram nouisti nostram, quae modo erga aedes habet. Cic. pro Rosc. Amer. 133 Qui in Salentinis aut in Brutiis habent. Vbi aeditumus habere solet Varro L. L. 4, 8. Is, qui sub terris habet Cic. de Natur. Deor. 3 c. 22. Adde Idem Attic. 1, 16. ¶ 4 *Habeo, quid agam, i. scio.* Ter. Andr. 3, 2, 18 Teneo, quid erret, quid ego agam, habeo. Nec quid speraret habebat Virgil. Ecl. 2, 2. Cic. Att. 7, 19 Nihil habeo, quod ad te scribam. Et *ibidem*, de pueris quid agam, non habeo. Id. de Amic. c. 27 Nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possim comparaere. ¶ 5 *Habere ponitur, pro existimare, ita tamen, ut a prima illa possidendi notione non multum discedatur.* Cic. de opt. gen. Orat. 9 c. 4 Quod qui ita faciet, vt, si cupiat vberior esse, non possit, habeatur sane orator, sed de minoribus: *retineatur, possideatur, adhibeatur.* Caes. Bell. G. 1, 21 P. Confidius, qui rei militaris peritissimus habebatur, — praemittitur, i. quem Caesar habebat, qui tum aderat. Sallust. Catil. 1 Nam diuitiarum et formae gloria fragilis: virtus clara aeternaque habetur, *possidetur cum claritate et aeternitate.* Et Catil. 53, 1 Alii alios increpantes timidos vocant: Cato magnus atque clarus habetur, *tractatur, ut magnus et clarus:* Senati decretum fit, vt ille censuerat. Sic Idem Iugurth. 92 Magnus et clarus antea, maior et clarior haberi coepit. Et de Rep. ord. 2, 8 Vbi diuitiae clarae habentur, ibi omnia bona vilia sunt. Senec. Natur. Quaest. 7, 22 Quaecunque aer creat, breuia habet. Sic MS. apud Gronou. qui interpretatur, ex Sallustii Cat. pr. et ipso Senec. Nat. Quaest. 7, 23 Illis dico diuinis (*ignibus*) quos mundus habet aeternos, quia partes eius sunt et opera. Vid. mox Habere Diem. Quinctil. 7, 3, 9 An habendum sit adulterium in lupanari (*commisum*) i. an ita tractandum. Idem proem. 1 Sapientes atque eloquentes haberentur. Horat. Serm. 1, 6, 30 Formosus haberi dum cupit. *Atque ita intelligendum est de hac formula,* Sic habe de me: Cic. de Amicit. 10 De me autem sic habetote. Ego, si Scipionis desiderio me moueri, negem, quam id recte faciam, viderint sapientes, sed certe mentiar. Vid. plura infra in HABITVS. Cic. de Amicit. 93 Sic habendum est, nullam in amicitia pestem esse maiorem, quam adulationem. Habere bene, etc. Habere se; de Sanitate dictum. Nepos 10, 2, 4 Quaesuit a medicis, quemadmodum se haberet. Ter. Andr. 5, 4, 36. et Hec. 4, 2, 30. Deinde ad res et rerum conditiones rejertur. Plaut. Pseud. 4, 1, 25 Praeclare se res habet. Cic. Fam. 4, 12 Quoquo modo se res habeat. Ter. Phorm. 2, 2, 82 Bene habent tibi principia. Quemadmodum se Prouincia habeat Cic. Fam. 4, 5. Et Pass. Sallust. Cat. 6, 3 Sicuti pleraque mortalium habentur, inuidia ex opulencia orta est, i. sicut se habent. ¶ 6 *Habes est formula finiendi narrationem, vel partem quamcunque orationis.* Cic. pro Deiot. 21 c. 7 Habes crimina insidiarum; nihil enim dixit amplius. Ita in conclusione librorum de officiis, Habes a patre munus, Marce fili. Et pro Ligario 2 Habes igitur, Tubero, consistentem reum. Ter. Hec. 1, 2, 116 Habes omnem rem. Affine est illud Cic. de Amic. 104 Haec habui, de amicitia, quae dicerem. Habuit Cicero, nunc habent 65 *lectores.* ¶ 7 *Meretur peculiariter obseruari usus verbi in re medica.* Vas fictile dicitur Scribonio, Acetum habere 208. vulgo continere. Aspritudinem in se habet 21. Habet haec 32. 34. 209 de composito medicamento. Aqua habet laurum incoctam 10. Aqua hyssopum incoctam habens 100. Aqua decocta rosam et lentem habens 114. Aqua thymum aut origanum decoctum habens 182. Ex aqua hyssopum aut rutam decoctam habente 121. Vinum eadem incocta habens 114. ¶ 8 *Etiam illud peculiare* Cic. Att. 6, 2 Philiarios autem dici sciebam, et ita fac, vt habeas (*intell. scriptum in exemplis tuis libri mei*): nos quidem sic habemus (*in nostris libris emendatis*). ¶ 9 *Saepe cum Verbis infinitis constructum reperitur.* Quod primum ex Valla 5, 101 repetunt Cic. de Orat. . . . Audire habeo, quid hic sentiat, non reperiebam: sed puto legendum, Audire haueo, vel auco: vt, de Diuin. 1, 11 c. 6 Multo magis auco audire, de diuinatione quid sentias, *vbi etiam libri quidam habeo.* Sic mox Conuenire. Plin. 18, 31 Vnus frondator quatuor frondarias fiscinas Completere in die iustum habet. Cic. de Senect. 83 Neque vero eos solum, Conuenire habeo, quos cognoui, sed etiam illos, de quibus audiui et legi. Sed recte editur, Conuenire auco. Cic. pro Rosc. Am. 100 c. 35 Habeo etiam Dicere, quem — de ponte 85 in Tiberim deiecerit. Et de Natur. Deor. 3, 93 c. 39 Haec fere dicere habui de natura deorum, Al. Obiicere. Gell. 14, 1 An serio existimarit non habeo Dicere. Idem de Natur. Deor. 3, 93. Adde Gell. 15, 20. Lucret. 6, 711. Liu. 42, . . . Illud Infirmare, pro certo habeo. Vbi videtur accepisse usum r̄ Possim. Cic. de 90 Natur. Deor. 3, 93 c. 39 Haec fere Obiicere habui. Al. dicere. Id. Fam. 5, 1 Tantum habeo tibi Polliceri. Sueton. August. c. 58 Quid habeo apud deos immortales Precari, quam vt hunc consensum vestrum, ad vltimum vitae finem mihi perferre liceat? Cic. Attic. 2, 22 De Republica nihil habeo ad te Scribere, nisi summum odium 95 omnium hominum in eos, qui tenent omnia, i. nihil habeo, quod scribam. Hor. Epod. 16, 23 Sic placet? an melius quis habet Suadere? Sic ponitur Habeo cum Gerundio, Certandum habent ficis et boletis caryotae Plin. Ep. 1, 7 extr. Plin. 10, 55 Iulia Augusta, prima sua iuuenta Tiberio Caesare ex Nerone grauida, quum parere virilem 100 sexum admodum cuperet, hoc vsa est puellari augurio: ouum in sinu fouendo, atque quum Deponendum haberet, nutrici per sinum tradendo. Enitendum Idem Ep. 1, 8. Columel. 5, 5 Eatenus habemus Praeciendum, vt intelligant agricolae, siue, etc. Tac. de Orat. 36 Quum in aliquam Inuidiam, aut crimen vocati sua voce Respondendum haberent. Rixandum Petron. c. 90. Statuendum Tac. 105 Ann.

Ann. 14, 44. Tac. Ann. 4, 40, 3 Posse ipsam Liuiam statuere, Nubendum post Drusum (*alii*) an in penatibus iisdem Tolerandum haberet. *Cum Participiis eodem modo ponitur.* Plin. Pan. 15, 5 Nec habent adnumeranda sibi pro Rep. vulnera, quibus statim laudatur et testis contigit. Lucret. 1, 1068 Amplexi quod habent peruerse prima viai, *i. amplexi sunt.* Idem 6, 899 Semina habent ignis tædæ stuppæque tenentes. Cato R. R. c. 143 Villica villam conuersam mundamque habeat. Commendatos tibi habe matrem meosque Cic. Fam. 12, 16. Alligatam oportet habere pyxidem Scribon. 80. Habere cognitum, *Nouisse* Cic. in Brut. 147. Tacitum, *i. reticere* Idem Fam. 13, 17. Plaut. Poen. 4, 2, 68. Neque ea res me falsum habuit, *i. fefellit* Sallust. Iugurth. 10. *Add. n. 10* Compertum. Comprehensum. Constitutum. Curatos. Despiciatum, *etc.* 10

Nomina, itemque Aduerbia: Accessum habere ad aliquem Columel. 7, 124. Cic. Fam. 1, 4 Eo die Acerbum habuimus Curionem, *i. resistentem nobis, siue aduersantem.* Actionem habere cum aliquo, *i. aduersus aliquem* African. in l. Rem mihi D. commodat. Aditum habere dicitur locus Caes. Bell. G. 3, 12. Idem B. C. 2 *init.* Massilia enim fere ex tribus oppidi partibus mari alluitur: reliqua quarta est, quae Aditum habet a terra. Cic. Fam. 13, 60 Sed ut quam facillimos ad te Aditus haberet. Idem Att. 4, 8. Adiutorem Hor. Serm. 1, 9, 46. Plin. 10, 32 Nidi halcionum Admirationem habent, *sunt admiratione digni.* Aequitatem Vlp. in l. Illud D. de tribut. action. Sallust. in Catil. 4 Igitur ubi animus ex multis miseriis atque periculis requieuit: et mihi reliquam Aetatem a Republica procul habendam decreuit, non fuit consilium socordia atque desidia bonum otium conterere, *h. e. agere.* *Aliter* Cic. pro Rosc. Amer. 149 Fori iudicique rationem Messala, ut videtis Iudices, suscepit: qui si iam satis Aetatis atque roboris haberet, ipse pro Sext. Roscio diceret. Aetatem suam bene habere Plaut. Merc. 3, 2, 6. *i. laute viuere, dum in ea est aetate.* Agrum colendum de patre meo Ter. Phorm. 2, 2, 17. Alienationem alicuius rei, *i. facultatem alienandae rei* Paullus in l. Si socius D. Si cert. petat. Amicam tu habes? Plaut. Bacch. 1, 2, 37. Sic Ter. Andr. 1, 1, 58 Quis heri habuit Chrysidem? Virgil. Ecl. 3, 107 Et Phyllida solus habeto. Sic Aristippus Laida se habere dicebat, non haberi a Laide Cic. Fam. 9, 26. Lactant. 3, 15. *Vid. Menag. ad Laert. 2, 75.* Amicum Cic. de Amicit. 36. Idem Attic. 1, 15 Qui miseros publicanos, quos habuit Amantissimos sui, tertium iam mensum vexat. Amorem omnium Nepos 20, 3, 4. Plaut. Bacch. 1, 1, 11 Ne hanc ille habeat pro Ancilla sibi. Animus agit atque habet cuncta, neque ipse habetur Sallust. Iugurth. 2, 3. Cic. de Amic. 28 Ab altero propter probitatem eius, non nimis alienos animos habemus. Animum bonum Plaut. Aulul. 2, 2, 15. Liu. 6, 34 Consolans inde filiam Ambustus, bonum Animum habere iussit. Animum magnum et spem bonam Cic. Q. Fratr. 1, 1. Animum quietum Plaut. Casin. 2, 6, 29. Cic. pro Rosc. Amer. 52 Nam istum exheredare in Animo habebat. Cato de R. R. c. 1 *pr.* Praedium quum comparare cogitabis, sic in Animo habeto, uti ne cupide emas, *i. memento ne, etc.* Cic. de Senect. 37 Intentum enim Animum tanquam arcum habebat: nec languescens succumbebat senectuti. Quincil. 6, 3, 73 Dicenti triginta se Annos habere, Verum est, inquit, nam hoc iam viginti annis audio. *Adde Nep. 25, 7, 1. Flor. 2, 6, 1 etc.* Annulum in digito Ter. Hec. 5, 3, 32. Anxium hæc res habet Plin. Epist. 2, 9. Arma, quibus lætatus, habe tua Virgil. Aen. 10, 827. Liu. 10, 2 Semper eos accolæ Galli in Armis habebant. Artes in complexu Plin. in Paneg. 47. Cic. de Fin. 1, 26 Disserendi Artem nullam habuit. Attonitum habere, *pro reddere* Senec. Epist. 111. Plaut. Men. 5, 2, 50 Quando te Auratam (*auro ornatam*) et vestitam Bene habet: ancillas, penum, recte præbet: melius sanam est, mulier, mentem sumere. Ter. prol. Andr. 19 Næuium, Plautum, Ennium accusant, quos hic noster Auctores habet. Auctoritatem Cic. de Senect. 62. *et* Offic. 2, 34. Caes. Bell. Ciuil. 3, 10 Eundemque apud Cn. Pompeium Auctoritatem habere intelligebat. Cic. de Finib. 2, 44 Nescio, quomodo is, qui Auctoritatem minimam habet, maximam vim cum illis populus facit. Auunculum Plin. Epist. 2, 9. *h. e. est illi auunculus, etc.* Cic. Fam. 16, 15 Is etsi mihi nuntiauit te plane febre carere, et Belle habere. Liu. 39, 50 Bene habet, inquit, et poculo impauide exhausto, haud ita multo post exspirauit. Brutus Ciceroni 16 An hoc pro Beneficio habendum est, quod se quam Antonium esse maluerit, a quo ista petenda essent. Cic. de Finib. 3, 11 Si vllam aliam probauissent, præter eam, quae nihil aliud in Bonis habet, nisi honestum, nihil turpe in malis? Id. Parad. 2 (*1 extr.*) Voluptas (quae plurimorum patrociniis defenditur) in rebus Bonis habenda non est. Caelum bonum ager habere dicitur Catoni de R. R. 1, 2 *Qui situs est in aere salubri.* Cic. Attic. 5, 18 Quum dies quinque ad Cybistra Cappadociae Castra habuissim, certior sum factus, *etc.* Castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatrimum Cic. Fam. 15, 4. Idem de Inuent. 2, .

Auxilia quaedam in oppidum recepit, si foris essent, quod prope muros Castra hostes haberent. Cic. Fam. 10, 18 Ea nunc magnam affert sollicitudinem, magnumque habet Casum. *incertum est, quomodo eueniat.* Plaut. Afin. 4, 1, 44 Nolo habere illam Causam, et votitam (*voto constrictam se et iureiurando*) dicere. Caes. Bell. G. 1, 43 Quum neque aditum, neque Causam postulandi iustam haberet. Cic. Attic. 9, . Habere Causam veram. Idem Verr. 2, 137 In Censu habendo potestas omnis existimationis habendae, summæque faciundæ Censori permittitur. Liu. 39, . Magno Certamine cum Praetore habito, tenuerunt causam. Sic etiam quidam legunt Plin. Epist. 1, 7 *extr.* ubi alii, Certandum habent. Cic. de N. Deor. 1, 14 Profecto eos ipsos, qui se aliquid Certi habere arbitrantur, addubitare coget doctissimorum hominum de maxima re tanta dissensio. Certam rem habere Idem Acad. 4, . Et ad Brut. 5 Neque nuntiabatur quidquam pro Certo haberemus. Carum aliquem habere Ter. Andr. 1, 5, 39. Cic. de Senect. 37 c. 11 Metuebant eum serui, verebantur liberi, Carum omnes habebant: vigeat in illa domo patrius mos et disciplina. Cibum coctum habet legioni nostrae, *i. coquus legionis est,* Plautus apud Varronem. Locum damus in EPEVS. Ciuem bonum Cic. Fam. 1, 9. Senec. de Benefic. . Nullam mei Cogitationem habuit, *i. rationem, respectum.* Cic. de Amicit. 6 Cato, quia multarum rerum vsum habebat, multa eius et in Senatu et in foro vel prouisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acute, ferebantur. propterea quasi Cognomen iam habebat in senectute sapientis. Caes. Bell. Ciuil. 3, 19 Crebraque inter se Colloquia milites habebant. Sallust. Catil. 25 Igitur Comitibus habitis, Consules declarantur M. Tullius, 105

et C. Antonius. Habere Comitia dicebatur *Is, qui Comitii praerat designandis magistratibus.* Cic. de Diuin. 1, . . . Comitia Consulibus rogandis habuit. Idem Tuscul. 5, 66 Quis est omnium, qui modo cum Musis, id est cum humanitate et cum doctrina habeat aliquid commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum? *Add.* Idem de Senect. c. 12. Liu. 6, . . . Comperit habebat facilem pedibus ad murum transitum dari. Pro Comperito, *idem, quod Habere comperitum* Liu. 27, . . . Compositum habere Scribon. 70. 98. 204. 214. Composita habere 38. Cic. Acad. 4, 21 Quamcunque vero sententiam probauerit, eam sic animo Comprehensam habebit, ut ea, quae sensibus. Idem Acad. 4, 23 Cur has igitur sibi tam graues leges imposuerit, quum quamobrem ita oporteret, nihil haberet Comprehensi, percepti, cogniti, constituti? Concilium Plaut. Milit. 3, 1, 3. Liu. 29, 5 *pr.* Exemplo Gallorum et Ligurum Concilium habuit. Concionem, est, *ut ait Gellius* 13, 14 Verba facere ad populum sine vlla rogatione. Cic. Att. 4, 1 Quo S. C. recitato, continuo populus more hoc infulto, et nouo plautu, eo nomine in recitando dedisset, habui Concionem. Plin. 34, 14 De magnete lapide suo loco dicemus, Concordiaque quam cum ferro habet. Congiaria, *vid. b. v. ex* Liu. 37, 57. Conscientiam conditionis suae Traianus ad Plinium Epist. 247. Liu. 38, 24 Ne quem Conscium suorum haberet, *etc. i. ne quis suorum sciret et cognosceret.* Consilium, *i. consultare* Caes. Bell. G. 4, 14. Cic. Attic. 12, . . . Ipse Romam venirem, ut vna essemus, si satis Consilium quadam de re haberem. In Consilio aliquem, *pro Consilium ab eo petere* Plin. Epist. 1, 20. Columel. 1, 6 Villico iuxta ianuam fiat habitatio, ut intrantium, exeuntiumque Conspectum habeat, *i. ut intrantes et exeuntes videat.* Cic. Fam. 8, 5 Tametsi hac de re puto te Constitutum, quid facturus esses, habere. Contentionem cum aliquo Nep. 17, 1, 2. Caes. Bell. G. 6, 12 Huc omnes vndique qui Controuersias habent, conueniunt, eorumque iudiciis decretisque parent. Idem Bell. G. 5, 43 Ii perpetuas Controuersias inter se habebant, vter alteri anteferretur: omnibusque annis de loco summis simultatibus contendebant. Cic. ad Brut. 6 Flavius noster de Controuersia, quam habet cum Dyrrhachinis hereditariam, sumsit te iudicem. Idem Fam. 13, 69 Peto igitur a te, ut in ea Controuersia quam habet de fundo cum quodam Colophonio, et in caeteris rebus, *etc.* Conuiuium, *pro Facere* Plin. 7, 53. Plautus Casin. 4, 2, 8 Cras habuero vxor ego tamen Conuiuium. Cornua Propertius 2, 24, 9. *de Io, quam Iuno in vaccam mutauit.* Plaut. Stich. 3, 1, 32 Meam Culpam habeto, nisi excruciauero, *b. e. mihi imputato, dicas mea culpa esse factum, nisi, etc.* Liu. 45, 28 *extr.* Filiam cum minore filio, a Samothrace accitos Amphipolim, omni liberali Cultu habuit, *i. tractauit.* Tecum habeto Cic. Fam. 7, 15. *i. ne enunties.* Curae rem aliquam Plaut. Men. 5, 7, 2. Cato c. 5 Boues maxima diligentia Curatos habeto. Gell. 20, 6 Percunctabar Appollinarem Sulpicium, quum eum Romae adolescentulus sectarer, qua ratione diceretur, Habeo Curam vestri, aut Misereor vestri et iste casus VESTRI eo in loco, quem videretur habere casum rectum. Aufoniae Curam gentis habere deos Ouid. Trist. 5, 2, 48. Curam plebis in agros reducendae Liu. 28, 11. Plin. 22, 14 Nam et Asiae reges serendi Curam habuerunt. Idem 18, 6 Dehinc peritia villitorum in Cura habenda est. Inter Curas Quinctil. 9, 4 Caes. Bell. Ciuil. 3, 47 Neque vllus flare ventus poterat, quin aliqua ex parte secundum Cursum haberet. Cursum habent quaedam, et impetum Quinctil. 2, 13. In Custodia aliquem Liu. 34, 32. Cic. pro Lege Manil. 16 Publicanorum familiae, quas in portibus et custodiis habent. Tacit. Ann. 3, 22 Idemque seruos Lepidae, quum militari Custodia haberetur, transtulit ad consules Cic. Attic. 2, 1 *fin.* Neque enim ista tua negotia prouincialia esse putabam, neque te in Decurionibus habebam, *i. non existimabam te decurionem esse.* Codd. antiqui et in his Tornaesianus Tocullionibus. *Vid. Lambin. qui erudite huic lectioni patrocinatur.* Cic. de Finib. 3, 12 Quum enim virtutis hoc proprium sit, earum rerum, quae secundum naturam sint, habere Delectum. Delectum habere, *Cogere milites, et ex illis aptiores deligere.* Caes. B. C. 1, 6 Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, *etc.* Cic. Off. 1, 149. Philipp. 5, 31. et Idem ibid. 2. Delicatum aliquem Plaut. Men. 1, 2, 9. *i. delicate.* Cic. de Diuin. 1, 76 Simia quam rex Molossorum in Deliciis habebat, et fortes ipsas, et caetera, quae erant ad fortem parata, disturbauit. Habere quoque in deliciis, *ponitur pro Delicate fouere.* Seneca de Prouid. 1 *extr.* Bonum virum deus in Deliciis non habet: experitur, indurat. Derelictui vincam Gell. 4, 12. *i. Relinquere.* Cic. Att. 8, 1 *pr.* Id ego in eam partem accipi: haec oppida atque oram maximam illum pro Derelicto habere: nec sum miratus, eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. Despicatum; *pro Spernere, vel Aspernabilem et contemptum facere* Plaut. Casin. 2, 2, 15. Ter. Eun. 2, 3, 91 Quae nos nostramque adolescentiam habent Despicatam, *etc.* Despicatui, *pro Despectui, antique* Plaut. Men. 4, 3, 19. Triphonius in fine l. Tres tutores D. de adm. tutor. Quum Destinatum haberet mutare testamentum. Terent. Phorm. 2, 1, 31 Ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praesentem Deum? Cic. Philipp. 5, 52 De Caesare satis hoc tempore dictum habeo. Idem de N. D. 3, 93 Haec fere dicere habui de natura Deorum. Liu. 23, 22 Id omnium maxime tegendum, oculendum, obliuiscendum, pro non dicto habendum esse. Virgil. Aen. 5, 49 Iamque Dies, ni fallor, adest, quem semper acerbum, Semper honoratum, sic DI voluistis, habebis. Suet. August. c. 23 Diemque cladis quotannis moestum habuerit ac lugubrem. Plaut. Afin. 1, 1, 65 Praesertim quum is me Dignum cui concrederet, habuit. Plin. in Paneg. 47, 1 Quam Dignationem sapientiae doctoribus habes? Cic. de Finib. 2, 75 Verum esto verbum ipsum voluptatis non habet Dignitatem. Dignitatem semper in M. Caelio habitam esse summam, semperque haberi Cic. pro Cael. c. 2. Idem de Amicit. 91 Omni igitur hac in re habenda ratio et Diligentia est: primum, ut monitio acerbitate, deinde, ut obiurgatio contumelia careat. Caes. Bell. G. 5, 30 Hac in vtramque partem habita Disputatione, quum a Cotta, primisque ordinibus acriter resisteretur, *etc.* Cic. de L. Agr. 1, 27 Deinde habeat me ipsum sibi Documento, quem equestri ortum loco Consulem videt, quae vitae via facillime viros bonos ad honorem dignitatemque perducatur. Cic. Att. 1, 41 Terentia magnos articulorum Dolores habet. Dolorem capitis habet Quinctil. 2, 17. Vlp. in l. Si quis quum aliter D. de verb. obligat. Sed ipsa res in se Dolum habet. Plaut. Capt. 4, 2, 112 An tu Dubium habebis, etiam sancte quum ego iurem tibi? Hirtius de Bell. Hisp. 29 Et Caesar quum aciem

aciem directam vidisset, non habuit Dubium, quin media planitie in
 equum ad dimicandum aduersarii procederent. Cic. Acad. 4, 29
 Haec autem habere Dubia, neque his ita confidere, etc. Quinctil.
 1, 7 Sed totam, ut mea fert opinio, subtilitatem in Dubiis habet.
 Liu. 8, 36 Ut si ducis consilia fauor subsecutus militum foret, debel- 5
 lari eo die cum Samnitibus potuisse, pro haud Dubio habitum sit.
 Plaut. Pseud. 1, 2, 10 et 39 Heus vobis mulieres hanc Edictionem habeo.
 Plin. prooem. 23 Eadem cum oleo saepius pilis illitis, psilothri Ef-
 fectum habet. *Nomen est hoc loco Effectum: h. e. vim et facultatem.*
 Effectum habere; *Partic. pro Aliquid effecisse.* Caes. Bell. G. 7, 29 10
 Idque se iam prope Effectum habere. Plin. 12, 5 Foliorum latitudo
 peltae Effigiem Amazonicae habet. Cic. de Senect. 65 At morositas
 tamen, et ea vitia, quae dixi, habent aliquid Excusationis. Ter.
 prol. Heaut. 20 Habet bonorum Exemplum: quo exemplo sibi licere
 id facere, quod illi fecerunt, putat. Caes. Bell. G. 7, 77 Cuius 15
 rei Exemplum si non haberemus, tamen libertatis causa institui, et
 posteris prodi, pulcherrimum iudicarem. Idem Bell. Ciuil. 3, 22
 Itaque magnarum initia rerum, quae occupatione Magistratum et
 temporum sollicitam Italiam habebant, celerem et facilem Exitum ha-
 buerunt. Experimentum habeatur Quinctil. 3, 45. Liu. 40, 5 20
 Itaque Expertem eum pater omnium de rebus Romanis consiliorum
 habebat, *i. celabat eum, non aperiebat ei consilia.* Cic. Acad. 4, 85
 Quando igitur potest tibi P. Geminus Quintus videri, quid habes Ex-
 plorati? *vid. EXPLORO.* Caes. Bell. G. 2, 4 De numero eorum
 omnia se habere Explorata Rhemi dicebant. Cic. Acad. 4, 129 Quid 25
 habemus in rebus bonis et malis Explorati? *Add. Eund. de N. Deor.*
 1, 51. Philipp. 7, 16. Att. 9, 9. et de Diuin. 2, 60. Expositionem
 suam vtraque pars habet Quinct. 7, 3. Expurgationem Plaut. Amph.
 3, 3, 10. *i. excusare se.* Ego Expurgationem habebam Idem Merc. 5,
 3, 4. *i. te purgabo.* Caes. Bell. Ciuil. 3, 29 Ut aliquam Caesar ad 30
 insequendum Facultatem haberet. Cic. Fam. 7, 22 Eas, quas in-
 stituisse is, qui Factionem testamenti non habuerit, *i. ius faciendi*
testamentum. Factionem habent latrones Martianus in l. Respicien-
 dum D. de poenis. Facinora necdum edita habent omnia Liu.
 39, 16. *i. peregerunt.* Plaut. Amph. 1, 1, 110 Et enim vero quo- 35
 niam formam cepi huius in me et statum, Decet et Facta, moresque
 huius habere me similes item. Fas habetur Quinct. 3, 8. Cic.
 Fam. 7, 27 (26) Quum decimum iam diem grauius ex intestinis la-
 borarem, neque iis, qui mea opera uti volebant me probarem non
 valere: quia Febrim non haberem. *Sic Attic. 8, 6.* Plin. 12, 14 40
 Tanto minus Fidei apud hos poena, quam apud illos siluae habent,
i. non creditur ab eis. Fidem alicui, *pro Fidere illi, credere, quod*
dicit verum esse. Cic. Fam. 15, 1. Ter. Eun. 1, 2, 117 Me miseram,
 forsitan hic mihi paruam habeat Fidem. Pseudo-Sallust. contra
 Cic. . . . Neque in hac, neque in illa parte Fidem habens, *h. e.* 45
insidelis. Fidem si habeat: Si credere cogatur, si credat, *inquit*
 Donat. Ter. Eun. 1, 2, 59 Ait, si Fidem habeat, se iri praepositum
 tibi apud me. *Nempe Fides, nisis, hic argumentum indubium est.*
 Fiduciam tibi Plin. Epist. 10, 82, 2. Caes. Bell. Ciuil. 5, 25 Quanto-
 que eius amplius processerat temporis, tanto erant alacriores ad custo- 50
 dias, qui classibus praecerant, maioremque Fiduciam prohibendi ha-
 bebant. Fiduciam orationis Quinctil. 2, 15. Liu. 24, 34 pr. Et
 habuisset tanto impetu coepta res Fortunam. Fortunam dies satis
 habuit Ouid. Met. 3, 149. *Satis felix venatio nobis contigit.* Fra-
 trem Ter. Adelph. 2, 4, 4. *h. e. fratris loco.* In Fuga seruum ha- 55
 bere, *dicitur is, cuius seruus in fuga est.* Vlp. in l. Si seruus seruum
 §. Serui D. Ad l. Aquiliam. Gloriam cum modo Tacit. Ann. 15, 8.
 Plin. 20, 11 Apio gratia vulgo est: namque rami largis portionibus
 per iura innatant, et in condimentis peculiarem Gratiam habent, *i.*
iucundi sunt. Plin. 19, 1 Candor aequae ut Fauentinis, sed lanugo 60
 nulla. Quod apud alios Gratiam, apud alios offensionem habet: *aliis*
iucundum est. Gratiam alicui Quinctil. 5, 10. Grates Neptuno
 Plaut. Stich. 3, 1, 2. Cic. Fam. 11, 27 Quare habeo Gratiam Tre-
 bacio familiari nostro, qui mihi dedit causam harum literarum. *vid.*
 GRATIA, n. 2. Ter. Andr. 4, 5, 32 Dis pol habeo Gratias, quum 65
 in pariundo aliquot assuerunt liberae. Plaut. Merc. 3, 1, 29 Hono-
 ris causa quidquid est, quod dabitur, Gratum habeo, *i. gratus acci-*
piam. Gratissimum habere debitorem Plin. Epist. 3, 2 extr. Cic.
 de Amicit. 68 Tristitia autem, et in omni re seueritas habet illa qui-
 dem Grauitatem. Grauem rem aliquam, *pro magni facere* Cic. Offic. 70
 3, 35. Ter. Eun. 5, 1, 19 Hera mea tace obsecro, saluae sumus,
 habemus Hominem ipsum. Habesne Hominem Idem Eun. 4, 4, 7.
 In hac formula habemus idem significat, quod deprehendimus. *Sic*
 Plaut. Casin. 2, 8, 36 Habeo viros. Senec. Epist. 11 Habere nos
 putamus: habemur. Honorem alicui, *Honore afficere* Plaut. Afin. 75
 1, 1, 66. Plin. Epist. 6, 2 (Epist. 88) Cur ergo quaero? habebat
 studiis Honorem, timebat, pallebat, scribebat. Cic. in Vatin. 2
 Quare ne tibi hunc Honorem a me haberi forte mirere. Idem Fam.
 16, 9 Curio misi, ut medico Honos haberetur. Et Philipp. 14, 22
 Ex literis enim C. Pansa, A. Hirtii COSS. C. Caesaris Propractoris 80
 de Honore diis immortalibus habendo sententias diximus. *Add. Nep.*
 9, 3, 4. Honorem, *pro Honores adeptum esse.* Cic. Diu. Verr. 12
 Habet Honorem quem petimus, habet spem quam propositam nobis
 habemus, etc. *Dicitur et cum adiecto: ut, Habere Honorem statuae*
 Plin. Epist. 7, 2. Caes. B. G. 5, 52 Quos praecipuo semper Honore Caesar 85
 habuit. Cic. Fam. 16, 9 Curio misi, ut medico Honos haberetur, et tibi
 daret quod opus esset. *De medico loquitur, qui Tironem aegrotum cura-*
uerat, cui praemium s. honorarium dari iubet. Cic. Fam. 13, 4
 Equidem etiam illud mihi animum aduertisse videor, te non tam res
 gestas, quam mores, instituta, atque vitam imperatorum spectare so- 90
 lere in habendis aut non habendis Honoribus. Idem Att. 7, 2
 Chrysippum vero, quem ego propter literularum nescio quid libenter
 vidi, in Honore habui. Sallust. in Iugurth. c. 103 Eos ille non
 pro vanis Hostibus, ut meriti erant, sed accurate et liberaliter ha-
 buit. *Add. Curt. 6, 2, 1.* Ter. Andr. 4, 2, 21 Huic, non tibi 95
 habeo, ne erres. Caes. B. G. 6, 13 Druides a bello abesse con-
 fueverunt, neque tributa vna cum reliquis pendunt: militiae vaca-
 tionem, omniumque rerum habent Immunitatem. *h. e. Immunes sunt*
ab omnibus rebus. Imperium in beluas Ter. Eun. 3, 1, 25. Plin.
 Epist. 10, 95, 2. Quinctil. in Mathematico a pr. Adeo ludibriis mi- 100
 serae sum diuersitatis vel necessitatis implicatus, ut Impetrandum a vo-
 bis habeam odii mei fauorem. Impune aliquid Ter. Eun. 5, 7,
 18. Cic. de Senect. 68 Quid enim stultius, quam Incerta pro cer-
 tis habere, et falsa pro veris? Habeo te Incolumem ex impio-
 rum manibus ereptum Curt. 6, 7, 24. Incompertum, *vid. INCOM-* 105

- PERTVS. Liu. 1, 40 *pr.* Etsi antea semper pro Indignissimo habuerant, se patrio regno tutoris fraude pulsos, etc. Indocior habitus est Cic. Tusc. 1 c. 2. Caes. B. G. 6, 22 Latrocinia nullam habent Infamiam, quae extra fines cuiusque civitatis sunt. Infe-
- 5 stum aliquid Liu. 39, . . . *i.* Infeſtare. Ter. Heaut. 2, 4, 4 Nam mihi quale Ingenium haberes, fuit indicio oratio tua. Plaut. Amph. 1, 1, 29 Quoniam bona, quae in me fecerunt, Ingrata ea habui atque irrita. Inimicitias cum aliquo Caes. B. C. 3, 16. Plaut. Aulul. 3, 6, 44 Edepol nae tu aula multos inimicos habes. Ter.
- 10 Eun. 1, 2, 94 Potius quam te Inimicum habeam, faciam vt iusseris. Liu. 26, . . . Habet Intentum haec cura me. Instar actionum habent quaedam stipulationes Vlpian. in l. Si ambo, D. de Compensationibus. Ter. Eun. 1, 2, 48 Te interea loci cognoui: tute scis, post illa quam Intimum habeam te, et mea consilia vt credam omnia.
- 15 Ter. Eun. 5, 9, 55 Nihil quod dicas mihi alium quaerebam, Iter hac habui: periisti. Caes. B. C. 1, 16 Cn. Pompeius pridie eius diei ex vrbe profectus, Iter ad legiones habebat. Cic. Q. Fratr. 2, . . . Videre autem volebam, quod eram postridie Roma exiturus, et quod ille in Sardiniam Iter habebat. Idem Att. 8, 14 Aliique complures, Caesarem Iter habere Capuam. Iter habeo expeditum, *i.* Iter, per quod eundum mihi est, expeditum habeo, et sine vllis impedimentis Caes. B. C. 3, 79. Idem B. G. 1, 7 Propterea quod Iter haberent nullum aliud. Cic. pro Planc. 95 Hercule me contitear non Iudicium aliquod habuisse de Reipubl. vtilitate, sed hominibus amicis, aut inimicum fuisse. Ius actionis Quintil. 3, 6. Ius abdicandi Idem 3, 6. Ius in omnes Lucan. 7, 55. Lacrimas ex miseratione Quintil. 6, 1. Cic. pro Flacc. 34 Tu vero tibi habeto istam Laudationem: nec enim Aemonensium testimonio Flacci vita et dignitas nititur. Laudem de aliquo Ouid. Epist. 17, 18.
- 30 Laudem alicui, *pro Laudare.* Tacit. Ann. 1, 69 Laudes et grates reversis legionibus habentem. Plin. 22, 22 Buprestim magna inconstantia Graeci in Laudibus ciborum etiam habuere. Liberaliter, *vid.* LIBER, liberi. Licentiam Plaut. Trin. 4, 3, 27. Cic. Acad. 4, 7 Mecum vero quid habent Litium, qui ipsorum disciplinam sequor? Idem ad Brut. 10 Nullas adhuc a te Literas habebamus, ne famam quidem quae declararet, etc. Cic. Att. 2, 13 Tu si Literas ad Sycionios habes, aduola in Formianum. Sall. Catil. 52, 13 Credo falsa existimans ea, quae de inferis memorantur, diuerso itinere malos a bonis Loca tetra, inculta, foeda, atque formidolosa habere, *i.* habitare, vt interpretatur Non. 4, 226. *Vid. supra n. 3.* Cic. de Orat. 2, 274 Genus hoc leuius, et vt dixi, mimicum: sed habet nonnunquam aliquid etiam apud nos Loci, vt vel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid. Cic. Fam. 10, 24, Vel quod ex tam insigni amicitia mea atque Caesaris, hunc filii Loco et illius et vestro
- 45 iudicio substitutum non perinde habere, turpe mihi videtur. Plin. 33, 3 Antea enim hic numus ex Illyrico aduectus mercis Loco habebatur. Loco nullo rem aliquam, *pro Nibili facere.* Cic. de Legib. 2, 12 Lege autem carens ciuitas, estne ob ipsum habenda nullo Loco? Cic. Philipp. 2, 78 Cur eos habes in Loco patrii? *i.* Tanti, quanti
- 50 patrum, facis? Cic. ad Brut. 17 Quid enim tam alienum ab humanis sensibus est, quam eum patris habere Loco, qui ne liberi quidem hominis numero sit? Plaut. Epid. 1, 2, 55 Eamus intro ad te, vt hunc hodie diem Luculente habeamus. Plaut. Men. 2, 3, 45 Qui lubet Ludibrio habere: ne, atque ire infitias mihi, facta quae sunt? Liu. 28, 40 *pr.* Senatum Ludibrio habet. Ludibrio sibi aliquem Lucret. 5, 1234. Luxuriose nimisque liberaliter exercitum Sall. Cat. c. 11. Male aliquem Caes. B. C. 1, 63. A quo tot annos essent male habiti, vt saepe ad desperationem essent adducti Nep. 18, 12, 1. Redeo Male me habens Ter. Eun. 4, 2, 6. Plaut.
- 60 Amph. 2, 2, 89 Verum tu magnum Malum habebis, si hic suum officium facit. Caes. B. C. 1, 8 Habere se a Pompeio ad eum priuati officii Mandata demonstrat. Ad manum aliquid Tacit. Ann. 3, . . . *vid.* MANVS. Cic. Att. 4, 12 Est enim mihi vtendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos, quos in Manibus habeo. *i.* Quos tracto, vel compono. Cic. Att. 7, 8 Habebamus autem in Manibus Antonii concionem habitam decimo Cal. *i.* Legebamus. In Manibus librum aliquem semper, *pro Legere et tractare semper eum librum.* Cic. Tusc. 5, 18. Et Q. Fratr. 3, 1 Quod multos dies epistolam in Manibus habui propter commorationem tabellariorum. In
- 70 Manu et tutela, non in seruitio vxores Liu. 34, 7 *extr.* Matrem, vxorem habens Ter. Hec. 4, 2, 26. Cic. pro Quint. 16 Nam P. Quintii consobrinam habet in Matrimonio Naetius, et ex ea liberos. Cuius sororem in Matrimonio habebat Val. Max. 6, 2, 3. Cic. de Legib. 3, 36 Cuius in Matrimonio sororem auiam nostram habebat.
- 75 Hoc Me laetum, anxium habet. Suet. de Clar. Gramm. c. 14 Ciceronis ad Att. *verba adducens*, De Nicia quod scribis, si ita Me haberem, vt eius humanitate frui possem, in primis vellem illum Mecum habere: *i.* Si res meae ita se haberent. Me habet hoc male, *i.* Aegre fero hanc rem Ter. Andr. 2, 6, 5. Idem ib. 5, 4, 36. et Hec.
- 80 4, 2, 30. Sic Plaut. Merc. . . . Dic mihi quae Te nunc habet sollicitudo? Plaut. Aulul. 3, 1, 5 Totus doleo atque oppido perii, ita Me iste habuit senex Gymnasium. *i.* percussit. Me habeto sibi, *b. e.* Sim illi pro seruo Plaut. Mil. 1, 1, 23. Idem Poen. 5, 5, 2 Tum profecto Me sibi habeant scurrae ludificis caueis. *i.* Patiar vt me irrideant in publicis caueis. An Melius quis habet suadere? Horat. Epod. 16, 23. In Memoria Ter. Eun. 1, 2, 90. Idem Andr. 1, 1, 12 Quod habui, summum pretium perfolui tibi. 50. in Memoria habeo. Cic. Acad. 4, 55 Hunc mundum esse sapientem, habere Mentem. Mentionem, *pro Facere.* Liu. 4, . . . Quintil. 8 in prooem. M. Antonius, cuius supra habuimus Mentionem. In Metu, *vid.* METVS. Vulneribus didicit miles habere Metum Propert. 3, 10, 6. Militem antiqua disciplina, *pro Tractare secundum seueritatem antiquae disciplinae* Liu. 45, 37 *pr.* Miserum aliquem Plaut. Epid. 5, 2, 2. *i.* misere. Cic. Fam. 14, 7 *pr.* Molestias omnes et sollicitudines, quibus te Miserrimam habui, etc. deposui et eieci: loquitur de sua aegritudine, quae Terentiam vehementer afflixerat. Mittendos legatos, *pro Opus habeo mittere* Sen. de Benef. 7, . . . Modum, Rationem imponere et ordinem Plaut. Curc. 2, 3, 21. Ter. Andr. 1, 1, 68 Scias posse habere iam ipsum suae vitae Modum. Vbi
- 100 Donatus, Modum, Moderationem, regimen. Idem Eun. 1, 1, 12 Here, quae res in se neque consilium, neque Modum habet vllum, eam consilio regere non potes. *Add.* Cic. pro Cluent. 96. Idem Fam. 16, 11 Habeo etiam illam Molestiam, quod Dolabella noster apud Caesarem est. Cic. de Fin. 4, 47 Et quum ad beatam vitam nullum
- 105 Momentum res haberet, ad appetitionem autem rerum esse in his momenta

momenta diceret. Cic. Fam. 12, 12 Habeo paullulum Morae, dum promissa militibus perfoluo. Morae imperium herile habet sibi Plaut. Aulul. 4, 1, 2. *i. Cunctatur quod iussit herus facere.* Cic. Fam. 15, 17 Nos hic (tamen ad te scribam aliquid) D. Sullam patrem tuum Mortuum habebamus. *i. Ferebatur apud nos, patrem tuum esse mortuum.* 15 Morem Plaut. Capt. 2, 1, 36. Plin. Epist. 1, 12. *i. Ita consuevi.* Plaut. Truc. 3, 2, 9 Nouos omnes Mores habeo, veteres perdidit. Mos habebatur, principum liberos, etc. Tacit. Ann. 13, 16. Mulierem animo vxoris, *i. Pro uxore Vlpian.* in l. Si vxor §. Sed si ea D. Ad leg. Iuliam de adulter. Multa, *pro Diuitem esse* Gell. 9, 8. 10 Narrationem Quinctil. 4, 2. Plin. 11, 26 Chamaeleonum stelliones quodammodo Naturam habent. Cic. de Orat. 2, 244 Hoc opinor primum, ne quotiescumque potuerit dictum dici, Necessè habeamus dicere. *Vid. NECESSE.* Necessè habet dicere Quinctil. 7, 3. Nefas, *Nefandum existimare.* Cic. de N. D. 3, 56 Quartus Nilo patre, 15 quem Aegyptii Nefas habent nominare. Non habeo, *pro Nescio.* Cic. Att. 7, 18 De pueris quid agam Non habeo. Notam impudentiae, *vid. IMPUDENTIA.* Negotium Plaut. Poen. 1, 2, 4. Negotii plus habent Gell. 11, 14. Negotio in magno, *pro Habere curae* Suet. in Iul. c. 23. Noctem plenam timoribus, *Tota nocte timere.* 20 Cic. Fam. 16, 14 Itaque habui Noctem plenam timoribus ac miseriis. Nomen Quinctil. 7, 4. Notum Plin. Epist. 239. Cic. de Legib. 1, 24 Itaque ex tot generibus nullum animal praeter hominem, quod habeat Notitiam aliquam dei. Caes. B. G. 6, 20 Intra annum vero vicesimum feminae Notitiam habuisse, in turpissimis habent re- 25 bus. Liu. . . . Neque ea res capitali Noxae haberetur. In Numerato ingenium Quinctil. 9, 3. *extr.* Plaut. Pseud. 4, 2, 5 Habui Numerum sedulo: hoc est sextum a porta proximum angiporum. *i. Memini et recordor quotum fuerit.* Numero hostium aliquem Cic. Att. 11, 6 *sub fin.* Varro de R. R. 1, 17 Minus se putant 30 despici, atque aliquo Numero haberi a domino. Caes. B. G. 1, 28 Reductos in hostium Numero habuit. In Numero bonorum virorum haberi Cic. pro Rosc. Amer. . . . Idem de Amicit. 7 Nam qui septem appellantur, eos, qui ista subtilius quaerunt, in Numero sapientum non habent. Cic. Acad. 4, 127 Indagatio ipsa rerum 35 tum maximarum, tum etiam occultissimarum habet Oblectationem. Caes. B. G. 1, 9 Et cupiditate regni adductus, nouis rebus studebat, et quamplurimas ciuitates suo sibi beneficio habere Obstrictas volebat. *i. Sibi beneficio deuincire.* Tacit. Ann. 12, 7 Cupido auri immensa Obtentum habebat. Gell. 17, 4 Eum quum forte habuisset Obuiam. 40 Plaut. Epid. 5, 1, 38 Non habeo vllam Occasionem, vt apud te falsa fabuler. Oculos suos in oculis alterius Plaut. Pseud. 3, 2, 68. Ante Oculos aliquem, *i. Semper de illo cogitare* Ouid. Met. 1, 629. Odium in aliquem Cic. pro Cluent. 151. Odio sibi aliquid Plaut. Men. 1, 2, 2. Offensionem habere dicitur res aliqua Plin. 19, 1. *i. Non 45 placet.* Plin. Ep. 7, 19 Habuerunt Officia mea in secundis, habuerunt in aduersis. Omnes vno Ordine Virg. Aen. 2, 102. *vt loco, numero idem sentire de omnibus.* Plaut. Amph. 2, 2, 21 Virtus Omnia in se habet: Omnia adsunt bona, quem penes est virtus: *i. Complectitur.* Ter. Eun. 2, 2, 12 Omnia habeo, neque quidquam habeo: nil cum 50 est, nil desit tamen. Onus, *vid. ONVS.* Plaut. Amph. 1, 1, 21. Cic. de Amicit. 30 Quid enim Africanus indigens nci? *minime hercule: at ne ego quidem illius: sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille vicissim Opinione fortasse nonnulla quam de meis moribus habebat, me dilexit.* Opinionem de se falsam Quinctil. 2, 17. 55 Optime habet Plaut. Pseud. 4, 1, 25. Orationem apud aliquem Quinctil. 1, 1. Cic. Att. 2, 16 Octaua quam habui ad Populum postridie quam Catilina profugit. Ter. Hec. 3, 3, 21 Hanc habere Orationem mecum a principio institit. Cic. Fam. 8, 1 Et quam Orationem Pompeius habuerit tecum, etc. fac mihi perscribas. Semper 60 in Ore atque animo habere debes Cic. Fam. 5, 16. Ornata cuncta in ordine, *vid. ORNO.* Brut. *sub* Cic. Fam. 17 An quia non omnibus horis iactans Idus Martias, similiter atque ille Non. Decemb. suas in Ore habet, eo meliore conditione, etc. *Quid sit Habere in ore, declarauit, quum iactamus dixit.* Otium ad aliquid faciendum ab ali- 65 quo, *vid. AB.* Liu. 25, 28 Expositis quae Pacta iam cum Marcello haberent, etc. Plaut. Trin. 2, 4, 98 Nunc vt scias hic factiones atque opes non esse, neque nos tuam negligere gratiam, sine dote posco tuam sororem filio: quae res bene vortat. habeon? Pactam? quid taces? Plin. 14, 6 Hetruriae palmam Luna habet, Liguriae 70 Genua. Plaut. Amph. prol. 62 Quoniam hic seruos quoque Partes habet, sit proinde, vt dixi, tragico comoedia. Tacit. Ann. 13, 2 Habebat in partibus Pallantem. *b. e. Addictum, fauentemque Pallantem habebat.* Sallust. in Iugurth. 31 Tamen hae talia facinora impune suscepisse, Parum habuere, *non fuere contenti.* Liu. 42, . . . 75 Cic. Verr. 5, 17 Ille clamare quum raperetur, nihil se miserum fecisse, nihil commississe: Pecuniam sibi esse in nominibus, numeratam in praesentia non habere. Pensi habere Tacit. Ann. 13, 15. Idem in Orat. 29 Nec quisquam in tota domo Pensi habet, quid coram infante domino aut dicat, aut faciat. Cic. Fam. 13, 57 Is ita sibi 80 persuadet, quod in tua prouincia negotii habet, nisi te prouinciam obtinente meis commendationibus confecerit, id se in Perditis et desperatis habiturum. Columel. 12, 21 Sed Periculum habet, ne vitietur vinum, si male cocta sit aqua. Idem 5, 9. Cic. ad Brut. 1 Clodii animum Perspectum habeo, Cognitum, Iudicatum. Plin. 85 23, 1 At nos e diuerso fumi amaritudine vetustatem indui persuasum habemus. Plura habebam tibi mandare Ouid. Trist. 1, 1, 123. Ad Poenas aliquid Quinctil. in prooem. 6. Cic. ad Brut. 14 Quae autem epistola non Pondus habuit? Idem in Topic. 73 Persona autem non qualiscunque testimonii Pondus habet. Cic. Diuinat. 90 Verr. 5 Ego etiam quae tu sine Verre commisisti, Verri criminis daturus sum, quod te non prohibuerit. quum summam ipse haberet Potestatem. Caes. B. C. 1, 25 Quo facilius omne Adriaticum mare extremis Italiae partibus, regionibusque Graeciae in Potestatem haberet. Cic. ad Brut. 4 Habuique in mea potestate, quoad bel- 95 lum fuit. In Potestate sua aliquem Caes. B. C. 1, 85 *pr.* Idem B. C. 1, 8 Semper se Reipubl. commoda priuatis necessitudinibus habuisse potiora. *i. Praetulisse.* Sic Liu. 28, . . . Praeclare se res habet Cic. de Orat. 1 c. 25. Tacit. Ann. 15, 8 Si aut gloriam cum modo, aut Praedam cum cura habuisset. Sallust. in Iugurth. 100 31, 10 Pars triumphos suos ostentantes, perinde quasi ea honori, non Praedae habeant. Ter. Hec. 4, 2, 7 Nam mihi intus tuus pater narrauit modo, quo pacto me habueris Praepositam amori tuo: nunc tibi, etc. Liu. 35, 31 Ibi enim non praesidia modo Macedonum fuisse: sed regiam exaedificatam, vt Praesens semper in oculis ha- 105

bendus esset dominus. Caes. B. G. 1, 42 Vt Praesidium quam am-
 cissimum si quid opus factum esset, haberet. Pretia habent siluae in
 odoribus: *b. e. Odores siluarum sunt in pretio* Plin. in Prooem. 13.
 Pretium, pro Pretio vendi. Plin. 12, 14 Itaque optimi turis libra
 5 XVI Pretium habet. Ter. Heaut. 5, 2, 10 Vbi te vidi animo esse
 omisso, et suauia in praesentia quae essent, Prima habere, neque
 consulere in longitudinem, coepi rationem, vt neque egeres, neque vt
 haec posses perdere. Plin. 20, 22 Pythagoras Principatum habere ex
 his, quorum sublime vis feratur, iudicauit. Ter. Eun. 1, 2, 7 Si-
 10 ne illum Prioreis parteis hosce aliquot dies apud me habere. *Meretri-
 cis petitio.* Vlpian. in l. non erit D. de iureiurand. Videamus an
 Pro eo habeatur, atque si iuratum non esset. Probationes in ali-
 quem Quinctil. 7, 3. Cic. Fam. 15, 13 Mearum reliquarum rerum,
 maximeque existimationis meae Procuracionem susceptam velim, ha-
 15 beas. Procuracionem rerum humanarum nullam habere deos Cic.
 de N. D. 1, 2. Processum aliquem in literis Suet. de Clar. Gramm.
 10. Plin. 7, 3 Olim Androgynos vocatos, et in Prodigis habitos,
 nunc vero in deliciis. Plaut. Afin. 1, 3, 14 Semper tibi Promissum
 habeto hac lege, dum superes datis. Cic. Acad. 4, 84 Oportet igitur
 20 et ea, quae pro perspicuitate responderi possunt, in promptu habe-
 re. Ouid. Met. 3, 188 Vt vellet Promtas habuisse sagittas. Plin.
 in Paneg. 66, 3 Vt facilius esset iratos quam Propitios habere. Pro-
 positionem Quinctil. 4, 2. Propositum reprehendendi, aut ad, etc.
 Plin. Epist. 9, 19, 7. Caes. B. C. 3, 45 Cic. Verr. 3, 117 Qui non
 25 intelligat istum sibi Quaestui praedaeque habuisse bona, possessiones,
 fortunas aratorum? Cic. Philipp. 11, 5 Quum verborum contume-
 liis optimum virum incesto ore lacerasset, tum verberibus ac tormen-
 tis Quaestionem habuit pecuniae publicae. *Vid. Quaestio, in QVAE-
 RO.* Cic. Verr. 5, 71 Et ita dicam, vt si me in ea Querimonia
 30 quam sum habiturus de istius crudelitate, et de ciuium Romanorum
 indignissima morte, etc. Cic. Q. Fratr. 1, . . Interuenit non-
 nullorum Querelis, quae apud me de illo ipso habentur. Cic. Acad.
 4, 140 Hanc praescriptionem esse naturae: a qua qui aberrauisset,
 eum nunquam, Quid in vita sequeretur, habiturum. Rationem candi-
 35 didati habere est nomen illius recipere, et populum de illo rogare in comi-
 tiis. Liu. 24, . . Et principes plebis ea comitia malebant, qui-
 bus non haberetur Ratio sui, quam quibus vt indigni praeterirentur.
 Plin. Epist. 2, 12 In sortitione prouinciae rationem eius non habendam.
 Add. Cic. Fam. 6, 6. Suet. Caes. c. 18 et 28. Vell. 2, 30, 3. et
 40 35, 3. Flor. 4, 2, 15. Rationem non licebat habere absentis, vt
 Caesaris Cic. ad Att. 7, 3. Caes. B. C. 1, 9. Rei, vt Catilinae
 apud Asconium: Iunioris quam lex annalis requirebat, vt Scipionis
 apud Liu. 25, 2. Magistratus, vt Glaucae apud Ciceronem in Brut.
 224 cuius ratio, quum Praetor esset, haberi non poterat, quod duo anni
 45 minimum inter Praeturam et Consulatum intercedere solerent. Horum, in-
 quam, ratio haberi non poterat, nisi legibus soluti fuissent, aut iudicatum
 fuisset, rationem haberi posse. C. Seruilius Glauca, inquit ibi Cicero,
 ex summis et fortunae et vitae sordibus in Praetura Consul factus esset,
 si Rationem eius haberi licere iudicatum esset. Asconius in Cic. Orat.
 50 aduersus Catilinam et Antonium competitors: Catilina, inquit, ex
 Praetura Africam prouinciam obtinuit, quam quum grauiter vexasset,
 legati Afri in Senatu iam tum absente illo questi sunt, multaeque gra-
 ues sententiae in Senatu de eo dictae sunt. Aliquanto post, Professus
 deinde est Catilina petere se Consulatum. L. Volcatius Tullus Consul
 55 consilium publicum habuit, an Rationem Catilinae habere deberet, si
 peteret Consulatum. nam quaerebatur repetundarum. Catilina ob
 eam causam destitit a petitione. Haec Asconius. Rationem cum
 orco, vid. ORCVS. Rationem officii in socios Cic. Verr. 2 c. 63.
 — temporis *ibid.* Sen. de Benef. 3, 11 Quomodo horum extra
 60 ordinem habita Ratio est, etc. Rationem habetis, quomodo vnum
 amiserit Plaut. Capt. prolog. 23. Cic. de Fin. 3, 18 Quod primum
 intelligi debet figura, membrisque corporum, quae ipsa declarant
 procreandi a natura habitam esse Rationem. Rationem dignitatis
 Cic. Fam. 1, 4. Idem Att. 10, 13 Iam misso officio periculi Ratio
 65 habenda est. Cic. de Senect. 36 c. 11 Pugnandum tanquam contra
 morbum est, sic contra senectutem: habenda Ratio valetudinis,
 vtendum exercitationibus modicis. Cic. de Amicit. 91 (89) Omni
 igitur hac in re habenda Ratio et diligentia est: primum vt monitio
 acerbitate, deinde vt iurgatio contumelia careat. Rationem ali-
 70 quam Cic. Verr. 5, 70. Idem de Senect. 51 Venio nunc ad volu-
 ptates agricolarum: etc. habent enim Rationem cum terra,
 quae nunquam recusat imperium, nec vnquam sine vsura red-
 dit quod accepit. Rationem, velut crediti et accepti.
 Rationem habet haec sententia: *b. e. Rationabilis est, nititur ratione*
 75 Vlpian. in l. si seruus seruum §. Proculus D. ad leg. Aquiliam. Ra-
 tionem cum Musis, pro Dare operam literis. Cic. Att. 2, 5 Cum omni-
 bus Musis Rationem habere cogito. Liu. 31, . . Et ipse quum
 maiorem in angustiis trepidantium edidisset caedem, in temerario in-
 cepto, tutum tamen Receptum habuit: quia qui, etc. Caes. B.
 80 G. 4, 33 Atque ita se collocant, vt si illi a multitudine hostium pre-
 mantur, expeditum ad suos Receptum habeant. Caes. B. C. 1, 1
 Habere se quoque ad Caesaris gratiam atque amicitiam Receptum.
 Tacit. Ann. 5, . . Ne aut Tyrannus quum vellet Receptum ad vr-
 bem haberet. Plaut. Milit. 4, 2, 91 Si hic pridie foret, quam ille
 85 est: hic Regnum haberet in caelo. Columel. 2, 1 Quum semel in-
 uasit senectus, Regressum non habet, nec reuirescere aut repubescere
 potest. Cic. Off. 2, 51 Nec tamen vt hoc fugiendum est, ita habendu-
 dum est Religioni, nocentem aliquando et nefarium, impiumque de-
 fendere. In Remediis: *b. e. Praesidii et remedii vice* Plin. 28, 1.
 90 Cic. Acad. 4, 147 Sed tamen nec ille, qui dixit iurare posset, ita se Rem
 habere: neque ego. Ter. Heaut. 4, 3, 24 Aperte ita vt sese ha-
 bet, narrato. Rem cum aliquo, *Negotiari* Plaut. Aulul. 3, 4, 2.
 Facinus audax incipit, qui cum opulento pauper homine coepit Rem
 habere aut negotium. *Honeste etiam Bacchis, licet de commercio Vene-*
 95 *ris.* Ter. Eun. 1, 2, 39 Ego cum illo, quo cum vno Rem habe-
 bam tum hospite, abii huc. Mart. 2, 26 Iam te Rem factam,
 Bithynice, credis habere? *Putas iam transacta esse omnia? te iam*
heredem? Rem habe pactam sic futurum Plaut. Poenul. 4, 2, 32.
 Ter. Hec. 1, 2, 119 Habes omnem Rem, pergam quo coepi hoc iter.
 100 *i. Audis, quomodo res se habeat.* Cic. Q. Fratr. 2, 1 Orationem
 meam collaudauit satis multis verbis, non me hercle indiferte, Seue-
 rus Antistius, isque iudiciorum causam suscepit, antiquissimamque se
 habiturum dixit. Res tuas habeas, valeas, *formula diuortii* Plaut.
 Amph. 3, 2, 47. Apul. Met. 5 p. 170 Tu quidem ob tam dirum
 105 facinus confestim toro meo diuorte, tibiue Res tuas habeto. Mar-
 tial.

tial. 10, 41 Maritum Deferis, atque iubes Res sibi habere suas. Re-
 petitionem habebit a coheredibus, *i. Jus repetendi id quod soluit* Paull.
 in l. 2 §. ex his D. de verb. oblig. Cic. Philipp. 5, 49 Itaque
 quum Respectum ad Senatum et ad bonos non haberet, etc. Plin.
 28, 1 Quando ita decretum est, minorem gratiae, quam utilitatum
 vitae Respectum habere. Reuerentiam alicui Plin. Epist. 4, 17.
 Reuerenter fortunam Aufon. Epigr. 8, 7. Caes. B. C. 3, 46 extr.
 Nostri vero qui Satis habebant, sine detrimento discedere. Conf.
 Nep. 15, 4, 5. Satis habes, si feminarum nulla est, quam aequae di-
 ligam? Plaut. Amph. 1, 3, 11. Satis habeo promere vnum exem-
 plum Gell. 13, 15. Quinctil. 9, 4 Illud notasse Satis habeo. Scabi-
 em habere Scribon. 135. Cic. Acad. 4, 117 Neque nos contra sen-
 sus aliter dicimus ac Stoici, qui multa falsa esse dicunt: longeque
 aliter Se habere ac sensibus videantur. Reges et dominos habere
 debet, Qui Se non habet Martial. 2, 68. Se belle Cic. Att. 4, 11. 15
 Idem ibid. 7, 2 Quamquam videbatur, Se non grauius habere, tamen
 sum sollicitus. Se male Caes. B. C. 1, 63. Se munditer Plaut.
 Poen. 1, 2, 26. Ter. Adel. 1, 1, 20 Ruri agere vitam, semper par-
 ce ac duriter Se habere. Quaesuit a Medicis, quemadmodum Se
 haberet Nep. 10, 2, 4. Secretum ab altero, *pro Eum celare* Liu. 20
 39, . . . Nunquam Secus habui illam, ac si esset ex me nata Ter.
 Hec. 2, 3, 6. Plin. 11, 37 Superbia alicui conceptaculum, sed in
 superciliis Sedem habet. Caes. B. G. 1, 44 Sedes habere in Gallia
 ab ipsis concessas: obsides ipsorum voluntate datos. Segregatum
 habere Ter. Hec. 5, 1, 26. Senatum, *pro Cogere*. Cic. Q. Fratr. 2, 25
 . . . Idem de N. D. 2, 11 Quod quum pomoerium postea intrasset,
 habendi Senatus causa, etc. Cic. Tusc. 1, 57 Quem locum multo
 etiam accuratius explicat in eo Sermone, quem habuit eo ipso die, quo
 excessit e vita. Sermonem apud populum Plin. Epist. 1, 8 pr. Cic.
 Q. Fratr. 2, 5 Ad III Id. April. veni ad Quintum, cumque vidi plane 30
 integrum, multumque is mecum Sermonem habuit et perhumanum
 de discordiis mulierum nostrarum. Varro de R. R. 1, 1 Referam
 Sermones eos, quos de agricultura habuimus nuper. In Sermoni-
 bus, *pro Commemorare sermonibus* Liu. 44, 17 pr. In Seruitiis Plin.
 18, 11. b. e. Inter seruitia seu seruos. Cic. Verr. 2, 53. Iste Epi- 35
 cratis bona Bidinos omnia possidere et Sibi habere iussit. Cic. de
 Amicit. 36 Quare Sibi habeant sapientiae nomen et inuidiosum et ob-
 scurum. Hodieque omnes Sic habent Cic. Verr. 3 c. 25. Hi Sic
 habeant Idem pro Cael. c. 2. Sic habeto, *i. Ita tibi persuadeto*
 Cic. Fam. 16, 6. Idem in Somn. Scip. 19 Tu vero eniter, et Sic 40
 habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc. Idem de Amicit.
 10 De me autem (vt iam de utroque loquar) Sic habetote, etc. Sic
 habere sine, *confirmantis animum est, Fac habeat, quid tum?* Plaut.
 Caf. 3, 6, 22. Idem Pseud. 4, 6, 2 Viso quid rerum meus Vlysses
 egerit, iamne habeat Signum ex arce Ballionia. Cic. Att. 9, 1 Nam 45
 quum ad hunc locum venissem, euolui volumen epistolarum tuarum,
 quod ego sub Signo habeo, seruoque diligentissime. Plin. 10, 47
 Olorum Similitudinem onocrotali habent. Cic. pro Cluent. 80 Qui
 enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius, qui
 cum matre habebat Simultates, haerebat in tabulis publicis reus et ac- 50
 cusator, etc. Plin. 29, 3 Lanae habent et eum ouis Societatem, si-
 mul fronti impositae contra epiphoras. Plin. 27, 7 Huius ramum
 Isiaci praeferre Sollemne habent. Ter. Heaut. 3, 1, 52 Releui dolia
 omnia, omnes serias, omnes Sollicitos habui, *exercui*. Cic. de
 Senect. 66 Quarta restat causa, quae maxime angere, atque Sollici- 55
 tam habere nostram aetatem videtur, appropinquatio mortis. Solu-
 ta habere stomachum, aluum, intestina Scribon. 256. Cic. Off. 1, 9
 Spatium etiam deliberandi habuerunt, quem potissimum vitae cursum
 sequi vellent. Ter. Andr. 3, 5, 17 Cur non habeo Spatium, vt de
 te fumam supplicium, vt volo? Columel. 12, 5 Quidam ferri 60
 massas exurunt, ita vt ignis Species habeant. Cic. Off. 3, 7 Si id
 quod Speciem haberet honesti, pugnaret cum eo, quod vtile videretur,
 quomodo ea discerni oporteret? *Legitur et Specimen, ex vetusto co-
 dice.* Quinctil. 2, 3 Habet in pictura Speciem tota facies. Quid-
 quam Spei Cic. pro Cael. c. 1. Cic. Verr. Act. 1, 36 Quam Spem 65
 nunc habeat in manibus, et quid moliatur, breuiter iam Iudices ex-
 ponam. Spem bonam de aliquo Cic. Att. 15, 2. Sic de Amicit.
 11 Qui summam Spem ciuium, quam de eo iam puero habuerant, etc.
 Spem summam alicui Cic. Q. Fratr. 1, 2. Idem Fam. 14, 2 In no-
 vis Trib. Plebis intelligo Spem te habere. Spem in virtute Liu. 34, 70
 14 pr. Cic. Att. 8, 2 In vniui hominis, quotannis periculose aegro-
 tantis, anima positae omnes Spes nostras habemus. Spem repositam
 in aliquo Liu. 26, . . . Idem 25, 38 Nec huius occasionis Spem,
 milites, forte temere, sed ex re ipsa conceptam habeo. Liu. 32,
 13 pr. Ibi Statius rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo est. 75
 Cic. Fam. 4, 2 Tu, si videbitur, ita censeo facias, vt si habes iam
 Statutum quid tibi agendum putes, in quo non sit coniunctum consi-
 lium tuum cum meo, supersedeas hoc labore itineris. Pro Stercore,
i. Nibili pendere Plaut. Truc. 2, 7, 5. Studium alicuius rei Quin-
 ctil. 2, 18. Ter. Adel. 3, 3, 28 Vtrum Studione id sibi habet, an 80
 laudi putat fore, si perdidit gnatum? Colum. de Arborib. c. 5
 Alteram Subsidio habeat, si forte illa extraordinaria interierit. Cic.
 Fam. 9, 20 In Epicuri nos aduersarii nostri castra coniecimus: nec
 tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam veterem dico,
 quum in Sumtus habebas. Plin. 27, 12 Phyteuma qualis sit, descri- 85
 bere Superuacuum habeo, quum sit vsus eius tantum ad amatoria. *i.
 Existimo superfluum.* Liu. 28, 11 Prodigia COSS. hostiis maioribus
 procurare iussi, et supplicationem vnum diem habere. Liu. 32, 19
 Regem ipsum Suspectum habebant, pro eius crudelitate, etc. Su-
 spicionem adulterii Nep. Epam. 5, 5. *i. suspectum esse adulterii.* Cic. 90
 de Orat. 2 c. 69 Salsa sunt etiam, quae habent Suspicionem ridiculi
 absconditam. Sed Att. 8, 15 Suspicionem habere est suspicari. Gell.
 16, 9 Susque deque ferro; Susque deque habeo. Significat autem Sus-
 que deque ferre, Aequo animo esse, et quod accidit, non magni pen-
 dere; atque interdum Negligere et contemnere, et propemodum id 95
 valet, quod dicitur *ἀδιαφορεῖν*. Plaut. Amph. 3, 2, 4 Quae neque sunt
 facta, neque ego in me admisi, arguit: atque id me Susque deque
 esse habituram putat? Plaut. Poen. 4, 2, 68 Male credam, et cre-
 dam tamen: sed hoc tu tecum Tacitum habeto. Liu. 42, 16 extr.
 Et quamquam dissimulare, et Tacite habere id, patique statuerat. 100
 Temperanter vulgus Tacit. Ann. 4, 33. Iaachis tribus mensibus
 Tempus imperii habuit Sulp. Seu. H. S. 1, 53. Tempus, *Dum va-
 cat, dum licet per opportunitatem.* Plaut. Truc. 4, 2, 3. Cic. Att.
 1, 11 Sed tamen distinebar, vt vix huic tantulae epistolae Tempus ha-
 buerim. Habeo vos Testes Nep. 25, 21, 5. Plaut. Poen. 5, 2, 11 105

Si ad eam rem Testes habeam, faciam quod iubes. Habe Tibi, *i.* Accipe Plaut. Men. 4, 3, 16. Idem Amph. 3, 2, 26 Tibi habeas, nisi sis stultior stultissimo. Tibi habe centum minis: *b. e.* Tibi eam addico pro minis centum Plaut. Perf. 4, 4, 110. Timorem in aliquo Nep. 7, 3, 5. *i. timere.* Ancipites variique casus habent admirationem, expectationem, laetitiam, molestiam, spem, Timorem Cic. Fam. 5, 12. *i. afferunt.* Cic. Acad. 4, 121 Sed quum sacerdotes deorum vacationem habeant: quanto est aequius habere ipsos deos? Vacationem militiae, aut alicuius muneris Plin. 7, 2. Cic. Fam. 9, 6 Quae igitur studia magnorum hominum sententia Vacationem habent, eadem publici muneris. iis concedente Republ. cur non abutamur? Veniam, *vid.* VENIA. Verba querentis habe Ouid. A. A. 2, 306. *i. querere.* Cic. in Somn. Scip. 1 Multisque Verbis vltro citroque habitis, ille nobis consumtus est dies. Verecundiam, *pro* Reuereri Liu. 8, . . . Sic 27, . . . Imperii Verecundiam habere. Cic. Att. 14, 9 Quae mihi videntur habitura etiam Verustatem. *i. Quae longe etiam ad posteros memoriam habitura sunt.* Plaut. Pseud. 4, 4, 37 Hic quidem ad me recta habet rectam Viam. Victoriā Plaut. Truc. 2, 2, 20. Liu. 30, 30 *pr.* Quique toties prope in manibus Victoriā habui. *Add.* Ib. c. 16. Cic. de Fin. 1, 44 Dolores autem si qui incurrunt, nunquam Vim tantum habent, vt non plus, *etc.* Vim habent antidoti Plin. 20, 3. Cic. Off. 1, 120 Ad hanc autem rationem, quoniam maximam Vim natura habet fortuna proximam, *etc.* Cic. Fam. 5, 8 Has literas velim existimes foederis habituras esse Vim. Plin. 16, 32 Non habet Vires frutex cinnami in Syriae vicina perueniendi. Cic. de Amicit. 102 Virtutem enim semper amaui illius viri, quae extincta non est: nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui: sed etiam posteris erit clara et insignis. Idem de Amicit. 58 Difficile est amicitiam manere, si a virtute defeceris, quod si rectum statuerimus, vel concedere amicis quidquid velint, vel impetrare ab amicis quidquid velimus: perfecta quidem sapientia sumus, si nihil habeat res Vitii. Cic. pro Font. 26 Quod si aut quantam Voluntatem habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendum licentiam, tantum haberent ad ementiendum animi, aut ad fingendum ingenii, *etc.* Sallust. in Iugurth. c. 100 *extr.* Et sane Marius, illoque, aliisque temporibus Iugurthini belli, pudore magis quam malo exercitum coerebat. quod multi per ambitionem fieri aiebant, quod a pueritia consuetam durtiem, et alia quae caeteri miserias vocant, Voluptati habuisset. In 40 Votis habere *dicimur* Quod cupimus, pro quo Sen. de Ira 3, . . . dixit, Habere Votum. Urbem Romanam a principio reges habuere Tac. An. 1 *pr.* Plin. 12, 22 Myrobalano in vnguentis similem proximumque Vsum habet palma in Aegypto, quae vocatur adipos. *i. Vtimus palma Aegyptia in vnguentis eodem modo quo myrobalano.* Cic. Off. 2, 45 14 Nam et qui principes inueniendi fuerunt quem ex quaque belua Vsum habere possemus, homines certe fuerunt. Cic. de Amicit. 6 Cato quia multarum rerum Vsum habebat, multa eius et in Senatu et in foro vel prouisa prudenter, vel acta constanter, *etc.* Caes. B. G. 1, 39 Quod non magnum in re militari Vsum habebant. *Et* 4, 20 50 Vsum belli. In Vsu quod docemus Plin. Epist. 1, 10 *extr.* Idem in Paneg. c. 88 Ac primum neminem in Vsu habes, nisi aut tibi, aut patri tuo, aut optimo cuiquam principum dilectum. Vtilem aliquem, *Aliquid emolumentum ex eius opera percipere* Plaut. Cist. 1, 1, 10. Cic. de Amicit. 27 Quapropter a natura mihi videtur potius quam ab 55 imbecillitate orta amicitia, et applicatione animi magis, cum quodam sensu amandi, quam cogitatione quantum illa res Vtilitatis esset habitura. ¶ 11 *Supin.* Plaut. Poen. 1, 2, 29 Modus omnibus in rebus optimum est habitus: Nimia omnia nimium exhibunt negotium hominibus. *Add.* v. 75. Habessit, *pro* Habeat [*ἔχῃρω*] 60 *antique dictum.* Cic. de Legib. 2, 19 c. 8 *ex verbis XII Tab.* Separatim nemo habessit deos, neue novos, sed ne aduenas, nisi publice ascitos, priuatim colunt.

HABENS, entis. Partic. Nihil habenti nihil defuit Curt. 4, 1, 25. Virg. Georg. 2, 499 Aut doluit miserans inopem, aut 65 inuidit habenti.

HABITVS, a, um. Partic. [*ἔχνημνος*] Plaut. Truc. 4, 1, 5 Vt ego laetus sum, et laetitia differor, ita ad me magna nuntiauit Cyamus hodie gaudia, mea dona deamata, acceptaque habita esse apud Phronesium. Plaut. Afin. 2, 4, 51 Da modo meo periculo. rem saluam ego exhibebo. Nam si sciat noster senex, fidem non esse huic habitam, succenseat. Ter. Andr. 4, 6, 14 Semper enim eius dicta est haec, atque habita est soror. Cic. Fam. 5, 11 Dalmatae semper habiti sunt bellicosi. Idem de Clar. Orat. 65 Eodemque in genere est habitus M. Octauius. *Et* pro Arch. 31 Isque est eo numero, 75 qui semper apud omnes sancti sunt habiti atque dicti. Vt patrem tuum vidi esse habitum: *b. e.* Quantum ego conicere potui ex habitu et ira patris Ter. Heaut. 2, 4, 22. Idem Eun. 5, 7, 22 Hic pro illo numere tibi Honos est habitus. Plaut. Epid. 3, 4, 83 Perdam potius, quam sinam me impune irrisum esse habitum. Caes. B. 80 G. 7, 77 Hic summo in Aruernis natus loco, et magnae habitus auctoritatis. Habitus ludibrio Ter. Hec. 4, 1, 11. Tacit. Hist. 1, 87 Et saeuitia Galbae in custodiam habitos in numero legionis composuerat. Tacit. Ann. 15, 10 Ac disperso milite, qui in vnum habitus, *etc.* *i. collectus.* Tacit. Ann. 12, 47 Moxque vulgus 85 duro imperio habitum, probra, ac verbera intendebat. Idem ibid. 13, 37 Igitur Corbulo quaesito diu praelio, frustra habitus. Tacit. Ann. 4, 44 Habitus tamen honor supremis, ossaque tumulo Octauiorum illata. Idem Hist. 1, 8 Proxima tamen Germanis exercitibus Galliarum ciuitates, non eodem honore habitae. Habitus est 90 imperator, re quidem vera exercitui praefuit Conon Nep. 9, 2, 2. Tacit. Hist. 2, 21 Quocunque casu accidit, dum atrociora metuebantur, in Leui habitum. Populus Molliter habitus Tac. Ann. 1, 54, 4. In procinctu et castris habiti Tacit. Hist. 3, 2. Idem Ann. 13, 30 Damnatus iisdem Consulibus Vipsanius Laenas ob Sardiniam prouinciam auare habitam. Tacit. Ann. 3, 31 Quod haud perinde publice vsui habitum quam exitiosum multis. ¶ 2 *Compar.* Habitor, *i. e.* Pinguior. Fest. Ter. Eun. 2, 3, 23 Si qua est habitior paullo deducunt cibum. *Et* Plaut. Epid. 1, 1, 8 Corpulentior hercle atque habitior. *Superl.* Gell. 4, 20 Equum nimis strigosum et 100 male habitum, sed equitem eius vberimum et habitissimum viderunt. *Verba sunt* Sabini Massurii in septimo memoriali.

HABITVRVS, a, um. Partic. [*ἔζωω*] Plaut. Trucul. 4, 4, 14 Scio quidem sponsam tibi esse, et filium ex sponsa tua, et tibi vxorem ducendam iam esse: alibi iam animum tuum, me quasi pro de- 105 relicta sis habiturus. Cic. Orat. 11 Haec ingressio mea aut reprehensionis

hensionis aliquid, aut certe admirationis habitura est. Idem Philipp. 3, 27 Is dixit, se vsque ad Calendas Maias ad urbem exercitum habiturum.

HABENDVS, a, um. Partic. [*ἔρῳν*] Plin. 10, 37 Cum columbis habenda est avis, quae tinnunculus vocatur. Plaut. Poen. 5, 4, 45 Si quidem amicitia est habenda, cum hoc habendum est. Ter. Heaut. 2, 3, 84 Aut haec cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sunt. Ter. Phorm. 1, 2, 6 Praefertim vt nunc sunt mores, adeo res rediit, si quis quid reddit, magna habenda est gratia. Gratia habenda est tibi Ouid. Trist. 5, 9, 12. Ratio habenda est tibi tuae laudis Idem ibid. 1, 1, 52.

HABITVS, ūs. m. [*ἔξῃς, ἡέαις, σνευή, κωρασολή*] Qualitas et forma corporis et cuiuscunque rei. Aequae late fere patet, quam verbum habere. Liu. 2, 23 Obsita erat squalore vestis: foedior corporis habitus, pallore et macie perentii. Columel. 7, 12, 11 Tiruncula (canis primipara) non recte nutrit, et educatio totius habitus aufert incrementum. Columel. 1, 9, 4 Vineae latos et lacertosos viros exigunt: nam is habitus fossuris — magis aptus. Liu. 30, 44 Si quemadmodum Oris habitus cernitur oculis etc. Virg. Georg. 1, 52 Cultusque habitusque locorum. Cic. Verr. 4, 5 Inerat in illa magnitudine aetas atque habitus virginalis. Virg. Aen. 1, 319 Virginis os habitumque gerens. Habitus foedi mulier Columel. 12, 1, 1. i. formae. Cic. de Fin. 3, 56 c. 17. Liu. 2, 61 Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu. Idem de Inuent. 1, 36 Habitus est animi aut corporis constans et absoluta aliqua in re perfectio. Idem Acad. 1, 27 Habitus virtutis et vsus virtutis. Labeo apud Gell. 4, 2 Morbus est habitus corporis cuiusque contra naturam. Cels. 2, 7 Metus est, ne in malum habitum corpus eius recidat. Idem 2, 2 Subsistere in eodem habitu. Plin. Epist. 5, 5 Vifus est sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo compositus in habitu studentis. Liu. 37, 9 Cum sollempni habitu ante portam occurrunt. Plin. . . . Qui ad nos lugubri habitu venerat, et capillatior solito? Neutrius Plinii Indices agnoscunt. Solere frequenter et diversa, quam alio modo habitus appellatione uti Valerium Maximum, iam obseruauit Barth. ad Stat. 1, 1, 46 At sonipes (aeneus equus) habitus animosque imitatus equestres, i. formam et gestum. Videamus quaedam: v. g. 2, 6, 12 Thraciae natio — sine vllis doctorum praeceptis verum conditionis nostrae habitum peruidit. Et 4, 4, 10 Dotis modus XL millia aeris fuit. In quo — etiani habitus veterum patrimoniorum cognosci potest, i. quanta esse consueuerint. Et 9, 2 pr. Crudelitatis horridus habitus, truculenta species. Et 9, 3 ext. 3 Tunc inter eas fore finem belli, cum alterutra vrbs in habitum pulueris esset redacta. Et 9, 5 ext. 1 Spreto mortali habitu diuinum aemulatus est de Alexandro. Vide etiam plura de hac voce apud Bernart. ad eund. Stat. Theb. 7, 222 His ille auditis mentemque habitumque recepit. De differentia inter Habitum et Habitudinem egit Pricaeus ad Apul. Met. 1 p. 15, 12 Tu autem vir, vt habitus et habitudo demonstrant, ornatus. Nempe habitus in talibus extra corpus est, cultus corporis; habitudo figura illa ipsius corporis, quem habitum antiquiores dixere. Vid. HABITVDO. Liu. 1, 8 pr. Quae ita sancta generi hominum agresti fore ratus, si se ipse venerabilem insignibus imperii fecisset, cum caetero habitu se augustiorem tum maxime licitoribus duodecim sumtis fecit. Animorum habitus perspicitur ex ingressu vultuque Quinctil. 11, 3, 66. Corporis habitus Quinctil. 4, 2, 5 etc. Fortunarum Hor. de Arte Poet. 109. Literarum et habitus et nomina pariter edocebuntur pueri Quinct. 1, 1, 25. Virg. Aen. 8, 723 — Incedunt victae longo ordine gentes, Quam variae linguis, habitu tam Vestis, et armis. Quinctil. in prooem. 8 Res illo Verborum habitu vestiuntur. Opimus corporis, vid. OPIMVS. Pastoralis, vid. Pastoralis, in PASCO. Triumphalis Quinctil. 10, 1 pr. Idem 11, 3, 62 Vox quem habitum a nostris (animis) acceperit, hunc iudicium animis dabit. Tacit. Hist. 1, 28 Isque habitus animorum. Concipere mente habitum declamantis Quinctil. 1, 2. Constitutus animi habitus Idem 4, 2. Fingere se in habitum adulationis, admirationis, metus Quinct. 11, 3, 83. Ouid. Trist. 1, 1, 4 ad librum suum, Vade, sed incultus, qualem decet exulis esse, infelix habitum temporis huius habe. Tacit. Ann. 4, 12 Habitum, ac voces dolentium simulatione magis, quam libens induebat. Mutauerat habitum oris Lucan. 9, 1034. Quinctil. 4, 2 Difficile est nobis mutare habitum animi semel constitutum. Mutare se habitu et loco, vid. MVTO. Quinctil. 3, 7 Vt si in laude Herculis permutatum cum regina Lydiae habitum, et imperata (vt traditur) pensa Orator excuset. Praetendere habitum a caeteris dissentientem Quinctil. in prooem. 1. Probus habitu, i. specie externa Plaut. Stich. 1, 2, 2.

HABITVDO, inis. f. [*ἡέαις* Gloss. Gr. Lat. *ἔξῃς, ἡήμα*] Ipse corporis habitus proprius, a cultu exteriori habitu diuersus. Ter. Eun. 2, 2, 11 Qui color, nitor, vestitus, quae habitudo est corporis? Auct. ad Heren. 4, 16 Corporis bona habitudo. Continuatio literarum habitudinem tenuat Apul. Apol. p. 276, 10. Auson. Grat. Act. 27, 2 80 Cuius vnquam — aut habitudo cohibitor, aut familiaris habitus condecentior. Apul. Met. 9 p. 235, 35 Quidam procerus, et vt indicabat habitus et habitudo, miles e legione. Alium locum iam dedimus voce HABITVS, qui est Elmenh. p. 111, 20. Id. de habitu (Elmenh. de habitudine) Doctrin. Platon. pr. Platoni habitudo corporis (latitudo scapularum) cognomentum dedit. Vet. Gloss. Habitudō *ἔξῃς*, Habitus *ἡήμα*.

HABITIO, ōnis. f. Gell. 1, 4 Debitio gratiae, non habitio. **HABITVO**, āre. Habitum inferre et inducere. Cael. Aurel. Tard. 4, 8 Aegrotantium vires fortitudine habituantur. Add. Idem 1, 4. **HABITVRIO**, Habere desidero. Plaut. Truc. 1, 2, 47 Si arationes habituris.

HABILIS, e. Adi. [*ἐνάμωσος, δεζῖος*] Commodus ad habendum, tractandum etc. Aptum interpretatur Donatus: quod optime quadrat. Virg. Aen. 1, 322 Namque humeris de more habilem suspenderat arcum. Martial. 13, 22 Non habilis cyathis, et inutilis vna Lyaeo. Cic. de Orat. 1, 231 c. 54 Si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles. Cic. de Fin. 4, 56 Et primum rebus his, quas non bonas dicimus, concessit, vt haberentur aptae, habiles, et ad naturam accommodae. Virg. Aen. 9, 306

Humero simul exiit ensē
Auratū : mira quem fecerat arte Lycaon
Gnosius, atque habilem vagina aptarat eburna.

Liu. 7, 10 Armant inde iuuenem aequales, pedestre scutum capit, Hi-

105

spano cingitur Gladio, ad propiorem habili pugnam. Locus habilis pandendis retibus Plin. 9, 8. Nemesian. Cyneget. 148 — Signetqueabilem vapor igneus Orbem. Terra habilis frumentis Columel. 2, 2. Plin. 34, 15 Rubens (ferrum) non est habile Tundo, neque ante quam albescere incipiat. *b. e. Ad tundendum, siue ut tundatur.* Haec habilis breuitate sua est Ouid. Amor. 2, 4, 37. Vigor habilis membris Virg. Georg. 4, 418. *Compar.* Quintil. 6, 3 Porro natura non tantum in hoc valet, vt acutior quis, atque habilior sit ad inueniendum. Valer. Max. 5, 7, 1. Lectuli otio quam labori praeliorum habilior. *Superl.* Cels. 2, 1 Corpus habilissimum quadratum est neque gracile neque obesum. Liu. 7, 10 Arma habilia magis quam decora.

HABILITER, Adu. Paull. in l. si vt D. de auro et arg. leg. Si vt habiliter gemmae geri possint, inclusae auro fuerint. Pompon. Mel. 3, 7 Elephantis facile atque habiliter vti. *Habilissime* Hieron.

HABILITAS, atis. f. [*δεξιότης*] Cic. de Legib. 1, 27 c. 9 Omitto opportunitates, habilitatemque reliqui corporis, moderationem vocis orationis vim, etc.

HABILITUDO, inis. f. Dig.

HABITO, are. [*οἰκέω, κατοικέω*] Domicilium habere, vid. HABEO n. 3. Cic. de Senect. 84 c. vlt. Commorandi enim naturam diuerforium nobis, non habitandi dedit. Argos habitatum concessit Nep. 2, 8, 1. Matris habitauimus aluo Ouid. Met. 15, 215. Silvis habitare Idem ibid. 12, 406. Pan montanis habitans in antris Ouid. Met. 11, 147. Terras habitare Idem Trist. 5, 2, 51. Casas humiles habitare Virg. Ecl. 2, 29. *ubi vid. Seru.* Habitare ad Occasum Plin. 2, 70. Cic. Acad. 4, 115 Qui mecum viuit tot annos, qui habitat apud me. Idem de Clar. Orat. 309. et pro Cael. 51. Cic. Verr. 2, 83 Quum apud eum non modo Thermis saepe numero fuisset, sed etiam habitasset. Idem ibid. 1, 64 Eius esse filiam, quae cum patre habitaret, propterea quod virum non haberet. Viuere et habitare cum aliquo Cic. Att. 14, 20. Habitare et pernoctare cum aliquo Idem Tusc. 5, 69. Habitat Mileti Ter. Adel. 4, 5, 20. Cic. Fam. 13, 2 C. Aniano Euandro qui habitat in tuo sacratio. Ter. Andr. 4, 5 (6) pr. In hac habitasse platea dictum est Chrysidem. In carcere Cic. Agr. 2 c. 37. Duabus vrbibus habitabat Populus idem Liu. 8, 22 pr. Varro de R. R. 3, 17 Etenim hac incuria laborare aiebat M. Lucullum, et piscinas eius despiciebat, quod aestiuaria idonea non haberet, ac in residem aquam, et locis pestilentibus habitarent pisces eius. Cic. de N. D. 2, 95 Si essent, inquit, qui sub terra semper habitassent bonis et illustribus domiciliis. Plaut. Bacch. 2, 2, 27 Proxinae viciniae habitat. Habitare tanti, pro

In aedibus maximi sumtus: et Habitare triginta millibus, est Millia tringenta pro habitatione dare. Plin. 17, 1. Vid. Cic. pro Cael. 17. et in Sallust. 14. Neque tamen non in primis bene habitauit Nep. in Attic. c. 13. Laxe et magnifice Cic. pro Domo 115. Habitare etiam dicitur de Eo, qui multus in aliqua re est, de qua re vid. Casaub. ad Thophr. Charact. p. 187. Video iam, quo inuidia transeat, et

ubi sit habitatura Cic. Att. 2, 9. Idem Philipp. 12, 112 Hic etiam fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei, tristiores videbam. *b. e. Quos semper intueor.* Cic. de Clar. Orat. 305 Diferti quidem C. Varius, C. Carbo, Cn. Pompeius, et ii quidem habitabant in rostris. Cic. pro Muraen. 21 Cum iis, qui in foro habitauerunt, de dignitate contendas. *i. Qui in forensi commentatione assidui fuerunt.* In oculis Cic. Att. 4, 18 extr. sed ab aliis non legitur. Moenia habitantur Grauis Virg. Aen. 3, 398. Nobis habitabitur orbis vltimus Ouid. Trist. 1, 1, 127. Agellus habitatus quinque focus Hor. Ep. 1, 14, 2. Mapalia habitata raris tectis Virg. Georg. 3, 340. Perf. 4, 52 Tecum habita: noris, quam sit tibi curta suppellex. *i. diligenter te, tuasque vires consule: ut alias queritur,* In se descendere neminem.

HABITANS, antis. Partic. Pitheculas habitantium nomine dictas Ouid. Met. 14, 90. Conf. Virg. Georg. 3, 430. et Aen. 11, 265.

HABITATIO, onis. f. [*οἰκισμός, κατοικισμός*] Actus habitandi. Caes. B. C. 3, 21 Habitationis merces. Item pro Domo et loco quem habitamus. Columel. 1, 6 Villico iuxta ianuam fiat habitatio. Pro Habitationis mercede. Suet. in Caes. c. 38 Annuam etiam habitationem Romae vsque ad bina millia numum, in Italia non vltra quingentos sestertios remisit: non de suo largitus puto, sed de arca dominorum, vt in nouis tabulis.

HABITATIVNCVLA, ae. f. Dimin. Hieron. in Obad. Comm. 5. et Saluian. Gub. 5 p. 179.

HABITACVLUM, i. n. Idem atque Habitatio. Gell. 5, 14 Habitaaculum leonis. Habitacula pristina gestet Prudent. Hymn. Exsequ.

HABITATOR, oris. m. [*οἰκιστής, οἰκιστής*] Incola. Cic. de N. D. 2, 140 c. 56 Non vt incolae atque habitatores: sed, etc. Cariae Mela 1, 16 pr. Quantus illos caelestis spiritus intrarit habitator Eumen. Paneg. c. 17.

HABITATRIX, icis. f. Aufon. Mosell. 82 Tu mihi fluminis habitatrix Nais in oris.

HABITABILIS, e. Adi. [*οἰκήσιμος*] Cic. Tusc. 1, 45 c. 20 Tum et habitabiles regiones et rursus omni cultu, etc. Plin. 9, 10

HABITABLES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

HABITABILES, e. Plin. 9, 10

H A C

HAC, vid. HIC.

HACTENVS, Adu. [*μέχρι τῆδε*] Compositum ex Hac Aduerbio et Tenus, quod finem significare docemus s. l. Cic. de Amicit. Hactenus mihi videor de amicitia quod sentirem potuisse dicere. Et 55 c. 15 extr. ita claudis argumentum, Sed haec hactenus. Sueton. Domit. c. 16 Ac dum exulceratam in fronte verrucam vehementius scalpit, profluente sanguine, vtinam, inquit, hactenus. *i. vtinam intra*

95 hunc finem consistat sanguinis mei effusio, non progrediatur vltra. Gell. 13, 29 lemma posuit, Non hactenus esse faciem, qua vulgo dicitur. *i. latius patere significationem huius Nominis, et plura comprehendere.* Sed haec hactenus: ne videar, etc. Cic. Att. 13, 21. Add. Idem Diuin. 2 c. 24. Sed hactenus Cic. Att. 5, 13. Patremfam. hactenus ago, quod aliquam partem praediorum percurro Plin. Epist. 9, 15. Cic. de Diuin. 1, 13 Qui hactenus aliquid egit, vt earum rationem rerum explicaret, etc. Idem pro Flacc. 36 c. 15 extr. et de Orat. 2 c. 27. Suet. Ner. c. 31. Dirinctum: Virg. Aen. 5, 603 Hac celebrata tenus. Add. Ibid. 6, 62. Celsus de Vsufructu l. Hactenus tamen vt facta tecta habeat, si qua tamen vetustate corruissent, neutiquam

100

105

110

115

cogi reficere. Haecenus indulgere matri, civile ratus, ut se adfuturum Vrgulaniae diceret Tac. Ann. 2, 34, 4. Suet. in Neron. c. 40 Coenae quoque tempore interpellatus tumultuosioribus literis, haecenus excanduit, ut malum iis, qui descissent, minaretur. *b. e. Non ultra, siue non grauius excanduit, quam ut minaretur, etc.* Haecenus si: Africanus in l. quod vulgo D. pro emtore, Haecenus verum esse ait, si nullam iustam causam eius erroris emtor habeat. Haecenus vtilia, si praeparant ingenium Sen. Ep. 88. Haecenus quatenus: Vlpian. de In rem verso l. si pro patre, Si domini debitor sit seruus, et ab alio mutuatus ei soluerit, haecenus non vertit, quatenus domino debet. Haecenus quoad: Cic. Fam. 4, 3 Haecenus existimo nostram consolationem recte adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres iis de rebus, quibus leuari possent molestiae tuae. Haecenus; ut media caetera nocte silent Ouid. Her. 15, 156. Haecenus abrum-pit orationem. Vid. Her. 6, 63: certe finit. Ita Met. 2, 610 Haecenus, et vitam pariter cum sanguine fudit. Et 7, 794 Haecenus, et ta-cuit. Et 10, 423 Haecenus, et genuit. Add. 17, 265. Vid. Viri docti ad Val Fl. 2, 439. ¶ 2 An ad tempus etiam re-ferri possit Haecenus et idem significet, quod Adhuc, disputatur. Et negari non potest, pleraque, quae pro affirmanda quaestione adferuntur, etiam ita intelligi posse, ut respiciatur ad locum libri vel epistolae. Pau-ca tamen sunt, in quibus Aduerbia temporis statim adiunguntur, ut Virg. Georg. 2, 1 Haecenus aruorum cultus et sidera caeli: Nunc te Bac-che, canam. Sed primus versus abest plane in MS. Maxime huc facit Liu. 7, 26 Haecenus quietae vtriusque stationes fuere. Postquam spo-liare corpus caesi hostis tribunus coepit, nec Galli se statione tenuerunt etc. Sed et Ouid. Art. 1, 263 Haecenus, vnde legas, quod ames — Nunc tibi quae placuit quas sit capienda per artes. Sil. Ital. 4, 266 Vulgum Martemque minorem Haecenus — Mox, Gargane, vocant superi ad maiora. Plin. 14 pr. Externae arbores haecenus fere sunt. Licet iam de communibus loqui. Et 28, 8 Haecenus de externis. Nunc etc. Et 31, 6 Haecenus de aquis. Nunc de aqua-tilibus. Illud quidem perpetuum, ut tenus finem ac terminum quendam notet.

H A D

HADRIA, vid. ADRIA.
HADRIANVS, vid. ADRIANVS.
HADRIANVS, a, um. Adi. His, quae in Adrianus dedimus, add. Amphorae Hadrianae Plin. 35, 12. Hadriani maris Cic. in Pi-son. 92. Ager Liu. 22, 9.
HADRIANĀLIS, e. Adi. Inscr. apud Fabrett. p. 454.
HADRIATICVS, Hadriaticum mare Flor. 1, 15. vid. ADR.
HADROBŌLV M, i. n. [ἀδρόβωλος] Gummi genus. Plin. 12, 9 de bdellio loquens, Nigrum vero, et in ossas conuolutum, hadrobolum vocant; densis bolis s. massis constans.
HADROSPHAERVM, i. n. Nardi genus, a densitate sphaerularum s. globulorum. Plin. 12, 12 Ab amplitudine hadrosphaerum vocatur maioribus foliis. Vid. Auēt. Peripli maris Erythr. qui eadem de malobathro quae Plin. in h. l. de Nardo.

H A E D

HAEDILE, vid. HAEDVS.
HAEDVI, [Ἰαίδες] vid. HEDVI.
HAEDVS, i. m. [Ἰαίφος] Animal ex capra genitum. Virg. Ecl. 1, 23 Sic canibus catulos similes, sic matribus haedos. Varro de L. L. 4, 19 p. 25, 32 Hircus, quod Sabini Fircus, et quod illic Fedus, in Latio rure Hedus; quod in vrbe ut in multis A addito Haedus. Ac Manutio teste item Schurtzfl. et Cellar. Codd. antiquissimi semper per ae non oe. Conf. Brouckhus. ad Prop. 2, 15, 14. Cic. de Senect. 56 Villaque tota locuples est, abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Idem de N. D. 2, 110. Grex haedorum Virg. Ecl. 2, 30. Caper tibi saluus et haedi Idem ibid. 7, 9. Masculi haedi sanguis aridus Scribon. 177. Petulci Virg. Georg. 4, 10. Tenero lasciuior haedo Ouid. Met. 13, 191. ¶ 2 Sidus est. Haedi prid. Non. Oct. oriuntur vespere, Aries medius occidit Columel. 11, 2.
HAEDVĻVS, i. m. Dimin. [Ἰαίφουλον] Iuuen. Sat. 11, 65 Et Tiburtino veniet pinguis agros. Haedulius.
HAEDVLEVS, et HAEDVLEA ut Hinnulus, Hinnuleus, it. Equulus, Equuleus. Restituit Bentleius Hor. Carm. 1, 17, 9 Nec virides metuunt colubras, Nec Martiales haeduleae lupos. Vulgo haedilia, quod ipsum quoque alias vix legitur, et syllabam secundam producere debet, ut ouile et similia.
HAEDILLVS, i. m. [Ἰαίφιδιον] Idem. Plaut. Afin. 3, 3, 77 Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem, agnellum, haedillum.
HAEDĪLE, is. n. [Ἰαίφιδίονες] haedilia Vet. Gloss.] Stabulum haedorum. Hor. Carm. 1, 17, 8 Nec virides metuunt colubras, Nec Martiales haedilia lupos. Sed Haeduleae Bentl. restituit v. v.
HAEDĪNVS, a, um. Adi. [Ἰαίφενος] Quod est ex haedo. Cic. pro Muraen. 75 c. 36 Atque ille homo eruditissimus ac Stoicus strauit pelliculis haedinis lectulos Punicanos. Haedinum coagulum Varro de R. R. 2, 11.

H A E M

HAEMACHĀTES, ae. m. Lapis sanguinei coloris Plin. 37, 10.
HAEMANTHINVM, i. n. [αἱμαίνθινον] Vitrum floridi sanguinis colore. Plin. 36, 26 Fit et tincturae genere Obsidianum, ad escaria vasa et totum rubens vitrum, atque non translucens, haemanthinon appellatum.
HAEMA, ātis. n. [αἷμα] Sanguinem Graecis significat, et non modo composita plura ingreditur; sed nomina dat, adiuncto epitheto, pluribus verbis apud Apul. de Herb. passim.
HAEMATĪTES, ae. m. [αἱματίτης] Lapidis genus, ruboris sanguinei. Haematites lapis Scribon. 26. Plin. 37, 10. et Solin. 43. Macer 5, 33.
HAEMATICON appellatur graminis quoddam genus ab Apul. de Herb. c. 77 quasi tu Sanguineum aut Sanguinarium dicas.
HAEMATŌPVS, ōdis. m. Avis cum cruribus sanguineis seu ad instar sanguinis rubris. Plin. 10, 47.
HAEMON, ōnis. m. Thebanus iuuenis, Creontis Regis filius, qui cum Antigonen, a patre illam iussus interficere, seruasset; tandem tamen, cum diutius seruare non posset, se cum illa interfecit. Hygin. f. 72. Prop. 2, 7, 83 Quid? non Antigona tumulo Boeotius Haemon Corruit, 1051

ipse suo faucibus ense latus? *Vid. Barth. ad Stat. Theb. 4, 88. Ouid. in Ibin 561. Nec tibi si quid ames felicius Haemone cedat. Vid. AEMON.*

HAEMONIA, ae. f. [*Ἀιμονία*] *Thessalia. Vid. AEMONIA.*

5 HAEMONIVS, a, um. Adi. *Vid. AEMONIVS.*

HAEMOPTOICVS, i. m. *Qui sput sanguinem* Th. Priscian. de Diaeta c. 12. *Macer 2, 3.*

HAEMORRHAGIA, ae. f. *Sanguinis proruptio. Plin. 23, 7 f. 67. Folia eius trita illita haemorrhagiam sistunt.*

10 HAEMORRHŌIS, idis. f. *vel HAEMORRHŌVS, i. m. [*αἰμορροῖς*] Genus serpentis pestiferum, a fluxu sanguinis ita appellatum. Huius morfu sanguis omnis a corpore fluit, nec sisti potest. Lucan. 9, 709. Ingens haemorrhŌis explicat orbes. Non piget, adscriptis ali- quot Lucani versibus et nos et lectores oblectare, a v. 806*

15 Impressit dentes HaemorrhŌis aspera Tullo —
Vtque solet pariter totis se effundere signis

(*statuis excavatis, et fistulas multas habentibus*)

Corycii pressura croci: sic omnia membra

Emisere simul rutilum pro sanguine virus.

20 Sanguis erant lacrimae: quaecunque foramina nouit

Humor, ab his largus manat cruor: ora redundant,

Et patulae nares: sudor rubet: omnia plenis

Membra fluunt venis: totum est pro vulnere corpus.

Plin. 20, 20 Sagittarum venena, et serpentium haemorrhoidum et

25 presterum restringi. *Plin. 23, 1 f. 17. Mustum serpentibus aduersa-*

tur, maxime haemorrhoidi et salamandrae. Add. Solin. c. 40.

Celf. 5, 27, 7. ¶ 2 *Haemorrhoidas etiam vocamus Genus*

morbi, quum ora venarum iuxta anum, tanquam quibusdam capitulis

turgent, et sanguinem fundunt. Idque et in ore vulvae seminarum

30 *incidere consuevit. Interdum haec purgatio est, non morbus. Ideo-*

que curati quidam, quum sanguinis exitum non haberent, inclinata

in praecordia, ac viscera materia, subitis ac grauissimis morbis cor-

repti sunt. Haec et plura Celf. 6, 18, 9. Add. Plin. 22, 7.

HAEMORRHŌICVS, a, um. Adi. *Qui morbo haemorrhoidum*

35 *laborat. Firmicus 3, 3 Saturnus latentes corporum dolores indicit,*

facit enim haemorrhŌicos, aut neruorum dolore contractos. Si vero

in hoc loco vespertinus fuerit, fistulas circa podicem facit, et simili

modo haemorrhŌicos. Adde 3, 15.

HAEMOSTASIS, is. f. *Herba, alias Consolida. Apul. de*

40 *Herb. c. 59.*

HAEMVS, [*Ἄιμος*] *Vid. AEMVS.*

HAEMORRHŌVSA, ae. f. *Profluuium sanguinis laborans, In-*

terpr. Vulg. Matth. 9, 20.

H A E R

HAEREDITAS, etc. *vid. mox HAERES.*

HAEREO, haesi, haesum, ēre. [*ἔχομαι, ἐπιχομαι*]

50 *Proprie est Alicui rei arte insidere et coniunctum esse, idque tum ad cor-*

pora refertur, tum ad animos et mores, cum constantia aut perseuerantia

aliqua, vel dubitatio et cunctatio notatur. Virg. Aen. 2, 442 Haerent

parietibus scalae. Ter. Eun. 5, 6, 7 Perii: lingua haeret metu.

Paullum Adspēctū conterritus haesit, Continuatque gradum Virg. Aen. 3,

597. Attonitis haesere animis Idem ibid 5, 529. Criminibus re-

55 *petundarum haerebant, tanquam in reti Tacit. Ann. 4, 19. Genibus*

volutans haerebat Virg. Aen. 3, 607. gestus supplicis. Obtutu haeret de-

fixus in vno Virg. Aen. 1, 499. Amor haeret Ouid. Met. 3, 395.

Emplastrum Scribon. p. 14. Ferrum haesit in corpore Virg. Aen. 11,

864. Fides illa haesit animis Ouid. Fast. 2, 498. Secundae

60 *haerentes Scribon. 169. Veneri semper haerens puer Hor. Od. 1, 32,*

10. i. Cupido. Vox faucibus haesit Virg. Aen. 2, 774. it. 3, 47 de

terrore. Vitia alicui vel in aliquo haerentia Hor. Sat. 1, 3, 77. Cic.

de Arusp. Resp. c. 26. De comitantibus solet usurpari. vid. Gronou.

ad Sen. Ep. 10 pr. Obtenenti Africam comes haeserat Plin. Ep. 7, 27.

65 *Haeremus cuncti superis, temploque tacente Nil agimus nisi sponte dei*

Lucan. 9, 573. Ad seriem illam nexumque causarum respicitur.

¶ 2 *Cum Praepositionibus variis iungitur. Quintil. 1, 7 Non obstant*

hae disciplinae per eas euntibus, sed circa illas haerentibus. Circa

libidines haesit Suet. Aug. c. 71. Haesit circa formas literarum Quin-

70 *til. 1, 1. In amplexu haesit Ouid. ex Pont. 1, 9, 19. In arno haesit*

Idem Met. 3, 223. In complexu alicuius haerere Quintil. 6, 1.

Cic. pro Deiot. 28 Itaque Deiotarum quum plures in equum sustulissent,

quod haerere in eo senex posset, admirari solebamus. Cic. Verr.

5, 23 Cogitate in his iniquitatibus vnum haesisse Apronium, caeteros

75 *profecto multos ex his incommodis pecunia se liberasse. Ter.*

Adel. 2, 1, 16 Caue nunc iam oculos a meis oculis quoquam demoueas

tuos, ne mora sit, si innuerim, quin pugnus continuo in mala haer-

reat. Cic. Philipp. 1, 36 O beatos illos, quum adesse ipsis pro-

80 *pter vim armorum non licebat, aderant tamen, et in medullis Pop.*

Rom. ac visceribus haerebant. Cic. Acad. 4, 2 Credo quod haerebant

in memoria quaecunque audierat aut viderat. Idem in Catil. 4, 22

c. 10 Quod ego vestro bonorumque omnium auxilio, memoriaque

tantorum periculorum, quae non modo in hoc Populo qui seruatus

est: sed in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper haerebit.

85 *Cic. Philipp. 13 c. 3 Hi in oculis haerebunt, et quum licebit, in fauci-*

bis. Pectore haerent infixi vultus verbaque Virg. Aen. 4, 4. In

seuto haerent tela, i. Infixa sunt Liu. 2, 10. Ter. Hec. 2, 1, 32 Sola

hic fuisti, in te omnis haeret culpa sola. In terga haerere Liu. 1, 14.

In visceribus haerent mihi Cic. Att. 6, 1. Idem de Finib. 5, 184

90 *Procliuius currit oratio (ut de cliuo currus) venit ad extremum, haeret*

in salebra, in loco conflagroso. Cic. de N. D. 2, 135 Linguam autem

Ad radices eius haerens excipit stomachus. Haerere apud meretri-

cem, pro Eam perditissime amare, Non posse ab ea disiungi. Plaut.

Epid. 2, 2, 7. Ter. Adel. 3, 3, 49 Optime est: metui ne haereret

95 *hic. Aur. Vict. Caes. 33, 6 Inter haec ipse popinas ganeasque*

obiens, lenonum ac vinariorum amicitias haerebat. In explicandis

oneribus Suet. Dom. c. 12. i. inopia laborare sumtuum publicorum. In

iure haerere, ac Praetorum tribunalibus Cic. de Orat. 1, 173. h. e. Af-

siduum esse, neque illinc dimoueri. In parte aliqua herere apud ali-

00 *quam Ter. Eun. 5, 9, 25. Cic. Att. 13, 39 Romam, vt censes, ve-*

niam, sed inuitus: valde enim in scribendo haereo. i. Totus in scri-

bendo sum. Scribebat autem Quaestiones Tusculanas. In vrbe diu hae-

reo, i. Maneo, nec inde discedo Plin. Epist. 1, 22. ¶ 3

Vt proprie quae haerent, moueri difficulter possunt: ita metaphor. Hae-

erere aliquando ponitur pro Dubitare, et ancipitem esse, quoniam qui in

aliqua re dubitant, non mouentur, et ideo haerere ac suspensi esse videntur. Haerebat nebulo, quo se verteret, non habebat Cic. Phil. 2 c. 29. Idem Acad. 4, 14 Et tamen isti physici raro admodum, quum haerent, aliquo loco exclamant, quasi mente incitati. Ter. Phorm. 5, 7, 70 Atat nisi mihi prospicio, haereo. Add. Plaut. Capt. 3, 3, 17. Haesit, et in vultu constitit vsque tuo Ouid. Am. 1, 8, 24. *de amatore deprehensio.* Cic. de N. D. 3, 62 In multis enim nominibus haerebitis. Idem Att. 13, 38 Valde enim in scribendo haereo. Haeret haec res, h. e. *Dubia est* Plaut. Amph. 2, 2, 182. *Prouerbialiter dictum, quum quid occurrit dubium et non liquidum.* Tractum a locis difficilis transitus: quibus quum applicuimus, nescimus quid faciamus, et haerentes illis dubitamus, qua transeundum sit. Add. Idem Trin. 4, 2, 59. Et Pseud. 1, 5, 8 Occisa est haec res, haeret hoc negotium. Conf. Tac. Ann. 6, 21, 4. Cic. Off. 3, 117 c. 33 Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua haeret, vt aiunt. Videtur desumpta formula ab inciliabus, et aquarum deriuationibus, cum obstructa via non pergunt qua debebant. Cic. Q. Fratr. 1, 2 Quod Idibus et postridie fuerat dictum de agro Campano actum iri, non est actum. In hac causa mihi aqua haeret. Cic. pro Cael. 14 Nec Catilinae familiaritatis crimen haereat. Idem Verr. 3, 106 Vtrum enim horum dixeris, in eo cul-pae crimen haerebit. Cic. Fam. 6, 5 Neque potest haerere in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria. Idem pro Rosc. Com. 17 Potest hoc homini huic haerere peccatum? Idem de Diuin. 1, 30 Vt peccatum haereat non in eo, qui monuerit, sed in eo, qui non obtemperarit. Turpitude haeret illa in Republ. Cic. pro Sext. Haeret Cn. Pompeio Suet. de Clar. Gramm. 14. Haereat nobis illud: h. e. *Illud semper in mente habeamus* Plin. Epist. 10, 31 extr. Ouid. Fast. 1, 61 Haec mihi dicta semel, totis haerentia fastis, Ne seriem rerum scindere cogar, erunt. i. *per omnes menses obseruanda.* Haerere pertinaciter Quinctil. 1, 1. Si hic terminus haeret, i. *Si hoc est immutabile* Virg. 30 Aen. 4, 614.

HAERENS, entis. Partic. [*ἄρρομενος*] Alte terminus haerens Lucret. 1, 78. Haerentes litore naues Hor. Serm. 2, 3, 205. Haerens corona crinibus Idem Carm. 1, 32, 10.

HAESVRVS, a, um. Aliud Partic. [*ἄρρομενος*] Vt, Fides haesura in omne tempus Ouid. Trist. 3, 4, 36.

HAERESCO, ere. Idem quod Haerere. Lucret. 2, 476 Liquit enim supera tetri primordia viri Aspera: quo magis in terris haerescere possunt. Paullin. Nolan. Carm. 10 ad Auson. 267 Fixumque haerescere cordi.

HAEROR, oris. m. Val. Max. 9, 12 ext. 8 Anacreontem vnius grani pertinacior haeror absumpit. Ita Barthius. al. Humor.

HAESITO, are. Frequentat. [*ἔνδοξομαι, διαπορῆσαι*] Dubitare, titubare. Cic. de Fin. 2, 18 Aperiendum est igitur quid sit voluptas: quam si explicauisset, non tam haesitaret. Idem in Catil. 2, 13 Quum haesitaret, quum cunctaretur, quaesiu quid dubitaret proficisci eo, quo iam pridem parabat. In eodem haesitas luto Ter. Phorm. 5, 2, 15. In eos competit, qui sic implicantur negotio cuiquam, vt se nequeant extricare. Cic. Acad. 4, 52 c. 17 Dubitant, haesitant, reuocant se interdum. Idem de Orat. 1, 220 c. 25 Sed sunt quidam aut ita lingua haesitantes, aut ita voce absoni, etc. Cic. de Orat. 1, 40 Carbo haesitans in maiorum institutis, rudis in iure ciuili. Add. Id. Acad. 4 c. 5. Liu. 2, 5 Ita in vadis haesitantis frumenti aceruos sedisse illi-tos limo.

HAESITABUNDVS, a, um. Adi. Plin. Epist. 1, 5 Hesitabundus, inquit, interrogauit, non vt tibi nocerem, sed Modesto. i. *Cunctabundus et dubius quid responderet.*

HAESITANS, antis. Partic. Plin. Epist. 10, 30 Rogo, Domine, consilio me regas haesitantem. Cic. Acad. 1 c. 2 Non multum haesitans respondebo. Idem de Orat. 1 c. 25.

HAESITATIO, onis. f. [*διαπορῆσις*] Dubitatio. Cic. de Orat. 2, 202 c. 50 Qui timor? quae dubitatio? quanta haesitatio, tractusque verborum? Idem Fam. 3, 12 Noli ignoscere haesitationi meae.

HAESITATOR, oris. m. [*διαπορῆσις*] Plin. Epist. 1, 11 Sum et ipse in edendo haesitator. Sidon. Epist. 9, 13 Vt me eius edendi diutius non possit habere haesitatore.

HAESITANTIA, ae. f. [*διαπορῆσις*] Idem quod Haesitatio. Cic. in Philipp. 3, 16 c. 6 Qui propter haesitantiam linguae, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

HAERES, uel HERES, quod certiores auctores habet, edis. c. [*κληρονόμος*] Heres dicitur aliquis illius, cuius bona illo mortuo ad ipsum perueniunt. Videtur ab Haerendo dici: quod qui heres est, haeret: h. e. proximus est ei cuius est heres. Quidam Heredem dictum putant ab Hero, quod dominus fiat bonorum, quae ad eum perueniunt, sed repugnat, si non Diphthongus, certe modus Syllabae, quae haud dubie longa est. Caeterum apud antiquos heres dominus dicebatur, auctore Festo: et significatione certe conueniunt Heres et Herus, quidquid sit de derivatione. Neque vero desunt exempla, ubi originis suae quantitatem mutant voces, vt Fides et Fides etc. Plaut. Men. 3, 2, 12 Abstuli hanc cuius heres nunquam erit post hunc diem. Heres ex asse, Qui totam hereditatem capit; Heres ex parte, Qui portionem tantum. Vid. Tac. Ann. 2, 48.

Vlpian. l. 65 de V. S. Heredis appellatio non solum ad proximum heredem, sed et ad vltiores refertur. Nam et heredis heres, et deinceps, heredis appellatione continetur. Auidus Hor. Serm. 2, 3, 85 151. Auiti nominis Ouid. Met. 6, 239. Criminis alicuius Idem de Arte Am. 3, 459. Indignus Hor. Carm. 3, 24, 62. Cic. Fam. 12, 25 Q. Turius, etc. heredes fecit similes sui, Cn. Saturninum, Sex. Aufidium, etc. Cic. Verr. 1, 27 In his nuper Annia ea de multorum propinquorum sententia pecuniosa mulier, quod censa non erat, testamento fecit heredem filiam. Idem pro Caecin. 17 c. 6 Testamento facto mulier moritur, facit heredem ex deunce, et semuncia Caecinam, ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris viri. Et Philipp. 2, 41 Quem palam heredem semper factitabat, ne nomen quidem praescripsit. Cic. de Orat. 1, 180 Qui esset secundum posthumum et natum et mortuum heres institutus. Idem in Brut. 194 Quum his hoc probare vellet, M. Curium, quum ita heres institutus esset, si pupillus ante mortuus esset, quam in suam tutelam venisset, pupillo non nato heredem esse non posse. Sub tali conditione, et secundo gradu institutum Icti proprie Substitutum heredem dicunt, vt mox apparebit. Plin. 7, 36 P. Catienus Philotimus adeo patronum dilexit, vt heres omnibus bonis institutus, in rogam eius se iaceret. Instituire aliquem secundum heredem Cic. Fam. 13, 61. Mouere heredes, vid. MOVEO. Nuncupare heredem Suet. Claud. c. 4. Cic. pro Quint. 14 Heredem testamento Reliquit hunc P. Quintium. Verus heres magis Nascitur quam Scribitur P. Syr. Cic. de Orat.

1, 175 Possētne paternorum bonorum exheres esse filius, quem pater testamento neque heredem, neque exheredem scripsisset nominatim. *Conf. Id. Off. 3 c. 24.* Cic. Philipp. 2, 62 Nondum in Cn. Pompeii locum, multorumque aliorum qui aberant, repentinus heres successerat. Sum: *ut*, Cic. pro Cluent. 40 Aviam tuam Dineam cui tu es heres. Substituere heredem: Modestini. l. 1 D. de vulgari et pupillari substitutione, Heredes aut instituti dicuntur, aut substituti. Instituti, primo gradu: substituti, secundo vel tertio. Idem l. quarta, Si pater duos filios impuberes heredes instituat, eosque inuicem substituat: in vtrumque casum reciprocam substitutionem factam videri, diuus Pius constituit. Vlpian. l. Qui liberis, *ead. tit.* Nisi mihi proponas militem esse, qui substituit heredem hac mente, ut ea sola velit ad substitutum pertinere, quae a se ad institutum peruenerunt. Pomponius *ibid.* l. Quo gradu heres liberis substituitur, nihil interest. Et Iulianus l. Quidam testamento Proculum ex parte quarta, et Quinctum ex parte dimidia et quarta heredem instituit. Deinde Quincto Florum, Proculo Sotiam heredem substituit. deinde si neque Florus, neque Sotia heredes essent: tertio gradu ex parte dimidia et quarta coloniam Leptitanorum, ex quarta complures heredes substituit in plures quam tres vncias. *Vide paullo post*, Secundum heredes. *Conf. Papin. l. 39 §. 3 ff. de administr. et peric. tut. Vlpian. D. 47 t. 4 l. 1 §. 9.* Secundi heredes, *Secundo loco instituti, et substituti.* Cic. pro Cluent. 32 Memoria teneo, Milesiam quandam mulierem, quum essem in Asia, quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. Boethius in Topica Cic. 2 Secundus heres dicitur, qui heredi instituto substituitur: veluti si quis filium instituat heredem, scribatque, Si filius intra pubertatem deceaserit, nepotem vel quemlibet alium heredem esse oportere. Hor. Epist. 2, 2, 175 Sed quia perpetuus nulli datur usus, et heres Heredem alterius velut vnda Superuenit vndam. ¶ 2 *Metaph.* Heredes arboris, *pro Surculis vel ramis.* Plin. 16, 37 Caesaeque densius innumero herede profint. *De salice.* ¶ 3 Herem, *pro Heredem:* Naeuius Gymnastico, Atque meis bonis omnibus ego te herem faciam. Nonius 8, 25. ¶ 4 Herem Marteam antiqui accepta hereditate colebant, quae a nomine appellabatur heredum, et esse vna ex Martis comitibus putabatur. *Vid. Scal. et Dacerus.*

HAEREDITAS, melius HEREDITAS, ātis. f. [*κληρονομία*] Nihil aliud est, quam Successio in vniuersum ius, quod defunctus habebat. Et ideo hoc nomine etiam Damnosa hereditas continetur, diuiditurque in duodecim vncias, quae assis appellatione continetur. *Haec ex Caio Iurisconf. l. Nihil aliud.* Et Pomponio l. haereditatis, De verb. signific. Et Vlpian. De heredibus instituendis l. Seruum. Hereditate venire bona dicuntur, Quae iure hereditario alicui obueniunt Cic. de Inuent. 2, 84 c. 46. Hereditas est pecunia, quae morte alicuius ad quempiam peruenit iure etc. Idem in Topic. 29. Caduca hereditas Cic. Philipp. 10, 11. Luculenta atque magna, *vid. LUCULENTVS.* Offertissima plenissima, ditissima Plaut. Capt. 4, 1, 8. Vsu capta, *vid. CAPIO.* Accipere hereditatem Quinctil. 6, 3. Adire hereditatem Cic. Agr. 2 c. 16. Attingere hereditatem, *vid. ATTINGO.* Cic. Fam. 12, 25 Ne patiare Erotem Turium Q. Turii libertum, ut adhuc fecit, hereditatem Turianam auertere, *i. sibi habere praeter ius.* Capere hereditatem Cic. pro Caecin. 102. Cernere hereditatem Idem Fam. 9, 14. et Agr. 2 c. 15. Consequi hereditates Nepos 25, 21, 1. Cic. pro Cluent. 31 Mulierem, ne partu eius hereditate paterna excluderetur, necauit. Obire hereditatem Idem de L. Agr. 1 8 c. 3. Obtinere hereditatem Id. Fam. 13, . . . Obuenit hereditas, *vid. OBVENIO.* Procurare hereditates Caes. B. C. 2, 18. Reddere hereditatem Cic. de Fin. 2, 58. Tenere hereditatem Idem Att. 13, 46. Tradere hereditatem Id. Off. 1, 121 c. 33. Cic. Verr. 1, 27 Mihi hereditas a propinquo venit. Vocare in partem hereditatis Idem pro Caecin. 12 c. 4. Plaut. Capt. 4, 1, 8 Sine sacris hereditatem sum aptus offertissimam. *Hoc ita interpretatur Festus, Sine sacris hereditas in prouerbio dici solet cum aliquid obuenerit sine vlla incommoda appendice; quod olim sacra non solum publica curiosissime administrabant, sed etiam priuata: relictaeque heres sic pecuniae etiam sacrorum erat, ut ea diligentissime administrare esset necessarium.* In Genit. plur. Hereditatum pro Hereditatum occurrit in Inscript. apud Fabret. p. 99 LIBRARIO EX NUMERO RATIONIS HEREDITATIVM VIXIT. *Conf. Lips. Antiq. Lect. 5, 1.* Cic. Off. 1, 78 c. 33 Optima autem hereditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio praestantior, gloria virtutis, rerumque gestarum.

HAEREDIVM, melius HEREDIVM, i. n. [*χωρίον*] Paruum praedium, Festus. Varro de R. R. 1, 10, 2 Bina iugera, quot a Romulo primum diuisa dicebantur viritum, quae heredem sequerentur, heredium appellarunt. Haec postea Centum, (i. centum heredia eiusmodi) centuria dicta. Heredium tale etiam Sortem vocari, suo loco annotamus. *Conf. Plin. 19, 4. Non. 1, 303. et Nep. 24, 1, 1.*

80 HAEREDIOLVM, i. n. [*χωρίδιον*] Paruum heredium. Colum. 1 Pr. 13 Quintius Cincinnatus obsessi Consulis et exercitus liberator, ab aratro vocatus ad Dictaturam venit: ac rursus fascibus depositis, quos festinanti victor reddiderat quam sumserat imperator, ad eodem iuuenos et quatuor iugerum auitum herediolum rediit. Apul. 85 Flor. 2 Herediolum sterile. Aufon. Eidyll. 3 pr. Salue herediolum, maiorum regna meorum.

HAEREDIPĒTA, ac. m. Captator hereditatis. Petron. c. 124 Incidimus in turbam heredipetarum. *Conf. c. 125. Adde Cic. Parad. 5.*

90 HAEREDITO, āre. Pro Haeredem esse, apud Ecclesiasticos, praecipue Vulg. Interpr. cum reddit *κληρονομητῶν.*

HAEREDITARIVS, a, um. Adi. [*κληρονομικὸς*] Ad hereditatem pertinens. Cic. Verr. 4, 71 In istius leonis turpissimi domo simul cum caeteris Chelidonis hereditariis ornamentis, capitalia ornamenta ponentur? Auctio hereditaria constituta Cic. pro Caecina 13. Controversia Idem ad Brut. 6. Lites Quinctil. 3, 10. Cic. in Somn. Scip. c. 2 Eritque cognomen id tibi per te partum, quod habes adhuc a nobis hereditarium. Idem Verr. 3, 11 Iterum gessit hereditariam Quaesturam cum Dolabella: magnam pecuniam auertit. 100 Regnum Plin. 6, 22. Res aduenticia atque hereditaria Cic. Verr. 1, 126. Seruus Paullus in l. 1 §. Item acquirimus D. de acquir. possess. Molestiis hereditariis implicari Vlpian. in l. Apud Cels. §. Si quis ex vncia D. de doli mal. except.

HAERĒSIS, is. f. [*αἵρεσις*] Ad verbum Electio est, nempe instituti, factionis, dogmatis, idem fere quod secta. Cic. in praef. Parad.

Parad. Cato autem perfectus (mea sententia) Stoicus, et ea sentit, quae non sane probantur in vulgus: et in ea est haeresi, quae nullum sequitur florem orationis. Haereses dicere licet Habitus animorum, et instituta Philosophiae circa disciplinam, ut de Secta Seruius in Aen. 10, 107. Cic. Att. 14, 15 De haeresi Vestorina, et de Pherionum more 5 Puteolano risisse me satis, nihil est necesse rescribere. Idem Fam. 15, 16 Postulabimusque ex qua haeresi vi hominibus armatis deiectus sis, in eam restituare. Qui Pythagorae haeresin fuerunt secuti Vitruu. praef. 1. 5.

HAERETICVS, i, m. Facundus Hermian. 12. Tertull. de Bapt. 10 c. 15. Sidon. Epist. 6, 12. et 7, 6. Vinc. Lirin. Monitorio 1, 34 et 35. Salu. de Gub. 1. 5.

HAERETICVS, a, um. Arator in Act. c. 19.

HAERETICE. Adu. Hieron.

HAERESIARCHA, ae. m. Augustin. Ep. 253. Prosp. Aquit. 1 de Ingratis c. 9 pr. Sidon. Epist. 7, 6.

HAESITO, are. Vid. HAEREO.

H A G

HAGIOGRAPHVS, Scriptor sacer. Hieron. Epist. 1, 12.

HAGIOGRAPHIA, orum. n. Scripta sacra, post Legem et Prophe- 20 tas. Vid. Hieron. Epist. 106 et 110.

HAHA. [ã ã] Interiectio. Sen. Nat. Quaest. 4, 13 Ha ha iubes me cum Luxuria litigare. Sed non habet illud Ha ha Gronou. Ab Erasmo vulgatum, a se contemni negat Gruterus. 25

H A L

HALA, vid. AHALA.

HALAGORAS, quasi ἅλς ἀγορῆς, ut edidit Gron. quod significat Sal fori. Conuicii nomen apud Plaut. Poen. 5, 5, 34. Sed neque de le- 30 ctione constat, nec de significatione.

HALCYON, et ALCYON, ðnis. c. [Ἄλκυων] Ceyx, inquit Seruius, filius Luciferi, habuit uxorem Halcyonem: a qua quum prohibitus, isset ad consulendum Apollinem de statu regni, naufragio periit. Cuius corpus, quum ad uxorem delatum fuisset, illa se praec- 35 cipitavit in Pelagus. Postea miseratione Thetidis et Luciferi conuersi sunt ambo in aues marinas, quae Halcyones vocantur. Sane sciendum est, quod quum de muliere dicimus, haec HALCYONE facit, quum de aibus, hic et haec Halcyon, hi et hae Halcyones. Ista autem aues nidos faciunt in mari, media hieme: quibus diebus tanta 40 est tranquillitas, ut nihil penitus in mari possit moueri. Inde etiam dies ipsi, Halcyonia nominantur. Haec Seruius enarrans illud Virg. Georg. 1, 399 Non tepidum ad solem pennas in litore pandunt Di- lectae Thetidi halcyones. Burm. Alcyones. Caeterum copiosissime fa- bulam enarrat Ouid. Met. 11, 410 sqq. Conf. Virg. Georg. 3, 338. Est 45 igitur Halcyon, Auis, quae et Alcedo dicitur. Vid. ALCEDO. Conf. Plaut. Poen. 1, 1, 143. De hac sic Plin. 10, 32 f. 47 Eo (partus tempo- re) maxime insignes sunt Halcyones. Dies earum partus, maria qui- que nauigant, nouere. Ipsa auis paullo amplior passere, colore cya- neo ex parte maiore, tantum purpureis et candidis admixtis pennis, 50 collo gracili ac procero. Alterum genus earum magnitudine distin- guitur et cantu. Minores in arundinetis canunt. Halcyonem videre rarissimum est, nec nisi Vergiliarum occasu, et circa Solstitia, Bru- manue, naue aliquando circumuolata, statim in latebras abeuntem. Fetificant bruma: qui dies, HALCYONIDES vocantur, placido mari 55 per eos, et nauigabili, Siculo maxime. (In reliquis partibus est quid- dem mitius pelagus, Siculum utique tractabile: Haec inclusa omittit ut glossam ex ingenio Harduin.) Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos, et totidem sequentibus pariunt. Nidi earum admira- tionem habent, pilae figura paulum eminenti, ore perquam angusto, 60 grandium spongiarum similitudine, ferro intercidi non queunt, fran- gunturque ictu valido, ut spuma arida maris. Nec vnde confingantur inuenitur: putant ex spinis aculeatis: piscibus enim viuunt. Sub- eunt et in amnes. Pariunt oua quina. Haec ille. conf. Aristot. Hist. Anim. 5, 8. et Aelian. 1, 6. Plin. 2, 46. 65

HALCYONEVS, a, um, Adi. [ἅλκυόνιος] Laudatur Columel. 11, 2, 21 VIII Calend. Martii Sagitta crepusculo incipit oriri, variae tempestates, Halcyonei dies vocantur. In Atlantico quidem mari summa tranquil- litas notata est. Sed ne contradicatur Plinio, notauimus ad h. l. verba, Halcyonei dies vocantur, glossam videri tranquillitatis. 70

HALCYONEVS, i. m. Nomen viri. Ouid. Met. 5, 135.

HALCYONIVM, i. n. [ἅλκυόνιον] Genus medicamenti, Spuma maris dictum Pharmacopolis. Plin. 32, 8 Fit et in mari halcyoneum appellatum, ex nidis, ut aliqui existimant, halcyonum et ceycum: ut alii, e fordibus spumarum crassescens: alii e limo vel quadam 75 maris lanugine. Deinde quatuor eius genera enarrat. Conf. Cels. 5, 6 et 18.

HALEC, ecis. tam f. quam n. [μαῖς] Piscis, qui sola aqua nu- tritur, vilis ob fecunditatem et multitudinem. Martial. 11, 27 Cui por- tat gaudens ancilla paropside rubra Halecem, sed quam protinus illa 80 voret. Cato de R. R. c. 58 de pulmentariis familiae loquens, Vbi oleae comesae erunt, halecem et acetum dato. De hoc genere vid.

ALEX.

HALECŪLA, ae. f. Dimin. [μαῖνιον] Apud Columel. 6, 8, 2. et Haleculae tabentes 8, 17, 12. Hallecula riuialis Id. 8, 15, 6. 85

HALESVS, i. m. Faliscorum conditor fuit. Ouid. Amor. 3, 13, 31 etc. Argiua est pompae facies Agamemnone caeso Et scelus, et patrias fugit Halesus opes. Iamque pererratis profugus terraque marique Moenia felici condidit alta manu. 90 Ille suos docuit Iunonia sacra Faliscos; Sint mihi, sint populo semper amica suo.

Meminit eius et Virg. Aen. 10, 422.

HALESVS, i. m. [Ἄλῆσος] Fluius et mons non longe ab Aetna, ubi Proserpina flores legit cum aliis virginibus. Columel. 10, 268 Et 95 quae Sicani flores legitis Halesi. Plin. 5, 29. Hinc

HALESINA, ae. f. Siciliae ciuitas, quae sic a Cicerone in Verr. 3, 19 appellatur: Siciliae ciuitates, inquit, multae sunt Iudices, orna- tae atque honestae, ex quibus in primis numeranda est ciuitas Hale- sina: nullam enim reperietis aut officii fidelioem, aut copiis locu- 100 pletioem, etc.

HALIACMON, ðnis. m. [Ἄλιόκμων] Fluius, qui Macedoniam a Thessalia diuidit Caes. B. C. 3, 36. Ad quem ducebant, quae volebant candida nasci, ut refert Plin. 31, 2. Scribitur et Aliacmon Claud. de B. Get. 179 Et frustra rapidum damnant Aliacmona Bessi. 105

HALIAEËTVS, i. m. [*ἁλιαιετός*] Genus aquilae, ad verbum *Aquila marina*. Fabulosam originem tangit Ouid. Met. 8, 146 ubi de Niso, Scyllae patre, Nam iam pendebat in auras Et modo factus erat fulvis Haliaeetos alis. Sic Burm. Al. Halyaetus in alis. Graecae literae hic locus esse non debebat, cum ipsi Graeci non agnoscant. Caeterum Plin. 10, 3 Haliaeetus tantum implumes etiamnum pullos suos percuciens, subinde cogit aduersos intueri solis radios: et si conuiuentem, humectantemque animaduertit, praecipitat e nido, velut adulterinum et degenerem: illum cuius acies firma contra steterit, educat. Haliaeeti suum genus non habent, sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur. Conf. NISVS.

HALIARTVS. Nomen urbis. Strab. 9. et Stat. Theb. 7, 274.

HALICA, vid. ALICA.

HALICACABVS, i. m. et **HALICACĀBVM**, i. n. [*ἁλικάκος*] Herbam vocant, quam alii Solanum, alii Strychnon, alii Vesicariam, quod vesicae et calculis medeatur Plin. 21, 31.

HALICARNASSVS, i. f. [*ἁλικαρνασσός*] Cariae ciuitas, clara Herodoto ciue, etc. Vid. Spanb. de Vsu Num. diff. 9 p. 626 sq.

HALICARNASSENSIS, e. Et

HALICARNASSEVS, a, um. Adi. Sylax Halicarnasseus Cic. de Diuin. 2, 42.

HALICARNASSIVS, a, um. Adi. Idem. Nep. 2, 1, 2 Ciuis Halicarnassia.

HALICASTRVM, vid. ALICASTRVM.

HALIEVTICON, i. n. et **HALIEVTICA**, orum. n. [*ἁλιευτικά*] Dicuntur Volumina, in quibus tractatur de piscibus. Plin. 32, 2 Mihi videntur mira et quae Ouidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine, quod Halieuticon inscribitur. Cuius bodie pauca fragmenta exstant. Conf. Vopisc. Numerian. pr.

HALIEVTICVS, a, um. Boletare halieuticum Treb. Poll. Claud. c. 17.

HĀLĪMVVS, i. m. Vid. ALIMVS.

HALIPHLEOS, i. f. Arbor glandifera. Plin. 16, 6.

HALIPLEVMON, ōnis. m. Marinus pulmo, genus piscis apud Plin. 32, 11.

HALITVS, ūs. m. Vid. HALO, as.

HALLVCINOR, vid. ALLVCINOR.

HALLEX, vid. ALEX.

HALLVS, i. m. Est, ut ait Festus, Pollex pedis, scandens super proximum, dictus a Saliendo. Nam ἄλλομαι Graece, Latine significat Salio. Quod etiam Hallux laudant, videtur esse a Bemannio. Vid. ALLVS.

HALMIRHĀGA, ae. f. Nitri genus. Plin. 31, 10.

HALMYRIDIA, orum. n. Pl. Plantae maritimae. Plin. 19, 8.

HALMYRŌDES, is. m. [*ἁλμυρώδης*] Salsus. Apud Martial. 10, 83. Sed Scriuerius legit, Hermerotes.

HALO, āre. [*ἁλμίζω, ἑκπνέω*] Spirare, vel Odorem emittere. Virg. Georg. 4, 109 Inuitent croceis halantes floribus horti. Halare naribus Lucret. 2, 847. Ouid. Met. 7, 815.

HALĀTVS, ūs. m. Mart. Capell. 1 p. 4 Halatu pasci fouerique. Idem 2 p. 46 Arabicis lactari halatibus.

HALĪTO, āre. [*ἑκπνέμαι*] Saepe spiritum emittere. Ennius, Sublime iter quadrupedantes flammam halitantes.

HALĪTVS, ūs. m. [*ἑκπνοή*] Spiritus. Plin. 9, 7 In aquas quidem penetrare vitalem hunc halitum quis miretur? Flammeus halitus Euri, vid. Flammeus in FLAMMA. Efflare extremum halitum Cic. Tusc. 2, 22 c. 9 Ex quodam Poeta. Columel. 2, 5 Disiectum deinde protinus finum inarari et obrui conuenit, ne solis halitu vires amittat. b. e. Vapore solis et calore. Halitus terrae, pro Vapore, qui per terrae rimulas sursum ascendit: Plin. 11, 12 Obuio terrae halitu infectus. Niger Ouid. Met. 3, 75. Faucibus exudat grauis Perf. 3, 89. Noxius terrae Quinctil. 7, 3.

HALO, ōnis. f. [*ἅλως*] Ab Aristotele in Meteoris dicitur, quem nostri modo Circulum, modo Coronam circa lunam dicunt. Sen. Nat. Quaest. 1, 12 Hunc Graeci halo vocant, quam nos dicere coronam aptissime possumus.

HALO, ōnis. m. Male sobrius Festus. Elucus significat Languidum et semisonnum: vel, ut alii volunt, Allucinatorem et nugarum amatorem: siue Halonem, id est hesterno vino languentem.

HALONĒSOS, i. f. Insula est Aegei maris prope Thraciam, quam aliquando omnibus qui mares erant, caesis, tantum feminae tenuisse dicuntur, inquit Mela 2, 7.

HALONE Insula. Vid. ALONE.

HALOPHANTA, ae. f. [*ἁλοφάντης*] Quid hominis sit Halophanta, disputandi occasionem suppeditauit Plaut. Curc. 4, 1, 2 Halophantam an Sycophantam hunc magis esse dicam, nescio. Non. 2, 396 Halophantam aut sycophantam, hominum genus nequam, quod ob suenda mendacia miserrima mercede conducitur. Deinde ponit locum Plauti; deinde, Et alius nobilitatis obscurae — Halophantam mendacem velit. Quae in Festo hodierno leguntur corruptissima sunt: Halapanta significat omnia mentientem, ab eo, quod halet omnia. ἅλην enim Graeci τὴν πλάνην, id est fallentem appellant. Coniecturas eruditorum hominum alias omittimus: probabilis praeter caeteras nobis videbatur, ut Halophantae sint, qui se habent ad ἅλα salem, ut se habent Sycophantae ad σῦκα s. ficus: i. qui deferunt alios falso de importato vel exportato contra leges, et portitoribus defraudatis sale. Vid. Dacer. ad Festum ex Aristophane.

HALOSACHNE, es. f. [*ἅλως ἄχνη*] Lanugo maris. Plin. 5, 31 f. 36.

HAIŌSIS, is. f. [*ἅλωσις, ἰος*] Latine Captio vel expugnatio dicitur. Suet. in Neron. c. 38 Hoc incendium e turre maecenatica prospectans, laetusque flammae pulchritudine, halosin Ilii decantauit, i. carmina quibus Ilii excidium describeretur.

HALTER, ēris. m. [*ἅλτηρ*] Quasi tu Saltatorem (ab ἅλλομαι) i. Saltus adiutorem dicas, cuius meminit Martial. 14, 49 lemmate praescripto Halteres, Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti? Exercet melius vinea fossa viros. Attendere statim iuuat ad hoc, quod in fessione vinearum Colum. 4, 17, 8 iactare liberius et aptius bidentes quo possint fossores, curari praecipit. Reliqua sunt ex Graecis repetenda breuiter, cum tota res sit Graecula. Ergo Pollux 10, 64 ἅλτηρας, τροχῶς, et δόκους in Gymnasionum instrumento coniungit. Aristoteles de animal. incessu c. 3 ubi docet, renisu quodam opus esse ad motum animalium, addit, διὸ καὶ οἱ πένταδοι ἅλλονται πλείον ἔχοντες τὰς ἅλτηρας, ἢ μὴ ἔχοντες, quinquertiones plus saliant, cum habent halteres, quam si non habent, et qui currunt, celerius currunt iactatis manibus. Repetit eadem Probl. 5, 8 ubi tractat quaestionem, cur laboriosius sit brachia iactare vacua, quam

cum lapide? Secundum haec Halteres fuerunt pondera manibus prehensa, vibrata in altum, sed non ita, ut emitterentur, verum ut saltatoris corpus ab illis velut traberetur, in quo a disco et trocho differunt. Illud docet Pausanias Eliac. prior. l. 5, 26 ubi ait, circuli oblongioris non accuratissime rotundi dimidiam partem repraesentasse, et factos fuisse, ut 5 manuum digiti immitti velut in lorum vel ansam clipei possent. Caeterum tum h. l. tum in fine ipso libri, tum 6, 3 hoc insigne in statuis additum Pentathlis s. quinquertionibus refert. Vbiq̄ue autem ἀλτήρας ἀρχαίς vocat, quo indicat, sua aetate aliquid in figura fuisse immutatum. Ad hos halteras referrī potest Iuven. 6, 421 Magno gaudet sudare tumultu, 10 Quum lassata graui ceciderunt brachia massa. Certe Vet. Schol. Halteras dicit, quibus vtuntur athletae, cum exercentur: quasi plumbeis ponderibus exerceatur. Sen. Epist. 15 post pr. Cursus et cum aliquo pondere manus motae, et saltus, vel ille, qui corpus in altum leuat, etc. Et Epist. 56 pr. de balneo, Cum fortiores exercentur, et 15 manus plumbo graues iactant. Reliqua a viris doctis disputata ex Galeno Salubr. lib. 2. et ad Martial. 7, 66 huc non pertinent. Instar omnium est Mercur. de arte Gymnast. 3, 12.

HALVS, i. f. Herba, de qua Plin. 27, 7 Halus autem, quam Galli sic vocant, Veneti Cotoneam, medetur lateri, item renibus, 20 conuulsisque et ruptis. Similis est cunilae bubulae, cacuminibus thymo, dulcis, et sitim sedans, rarae radice, alibi albae, alibi nigrae.

HALYAETVS, vid. HALIAEETVS.

HALYNTIVM, i. n. Mulsi genus in Sicilia. Plin. 14, 9.

HALYS, yos, ym. m. [Ἁλῦς] Paphlagoniae fluvius maximus: 25 Croesi fato, quod attulisse visus est, nobilis. Nam cum fors illa edita est, Croesus Halym penetrans magnam peruertet opum vim, hostium vim sese peruersurum putauit, peruertit autem suam, ut ait Cic. de Diuin. 2, 115. Croeso fatalis Lucan. 3, 272. Crebro vortice tortus Ouid. ex Pont. 4, 10, 48. ¶ 2 Halys, Viri nomen. 30 Virg. Aen. 9, 765. Stat. Theb. 2, 574.

HALYSIS. Apul. de Mundo p. 64. idem quod Halo.

H A M

HAMA, ae. f. Vas aquarium rotundioris formae, et ventris globosioris, quo ad extinguenda incendia solebant vti. Paullus in l. Nam salutem §. Sciendum D. de offic. praefect. vigil. it. Vlpian. l. 12 de instructo vel instr. leg. §. 18. ubi Ama scribitur. Sciendum est autem, praefectum vigillum per totam noctem vigilare debere, et coerrare calceatum cum hamis et dolabris. Forma intelligi potest e versu Columellae 40 de cucurbita 10, 387

— siue globosi

Corporis, atque vtero nimium quae vasta tumescit

Ventre leges medio: sobolem dabit illa capacem

Naryciae picis, aut Aetiae mellis hymetti,

Aut habilem lymphis hamulam. 45

Hamulam tamen in libris Regum interpres pro Φιάλα reddidit. Plin. quoque Epist. 10, 42 aduersus incendia Hamae meminit. Iuven. Sat. 14, 305 Dispositis praediues hamis: de metu incendii. Conf. Brod. Misc. 10, 15. Salmas. ad Treb. Poll. Claud. c. 14. P. Leopard. Misc. 50 9, 22. it. Grangaeus ad Iuuenal. l. c.

HAMADRYADES, um. f. [Ἠμαδρυάδες] Ad verbum quae simul (ἄμα) cum quercubus (δρυάει) viuunt, et pereunt. Talis fuit igitur 55 nymp̄ha in quercu delitescens, quam Erisichthon cecidit, quae ipsum ita allocuta est Ouid. Met. 8, 771

Nymp̄ha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno:

Quae tibi factorum poenas instare tuorum

Vaticinor moriens, nostri solatia leti.

Dixerat de eadem quercu v. 746 Saepe sub hac Dryades festas duxere choreas. Nempe eadem Dryades v. v. Stat. Silu. 1, 3, 63 in Tibur- 60 tinae villae descriptione:

Quid te, quae mediis seruata penatibus, arbor,

Tecta per et postes liquidas emergis in auras,

Quo non sub domino saeuas passura bipennes?

Et nunc ignaro forsan vel lubrica Nais,

Vel non abruptos tibi debet Hamadryas annos. 65

Debet legendum vidit pro demet Heinss. ad Ouid. Fast. 4, 232 Illa perit: fatum Naidis arbor erat. Virg. Ecl. 10, 62 Iam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis Ipsa placent. Deae Hamadryades Catul. in Epithal. Iul. 59, 23. Latinae Hamadryades Ouid. 70 Met. 14, 624.

HAMALVPVS, i. m. Ferreus harpax, qui, si quid in puteum decidit, rapit et extrahit lisdor. 20, 15.

HAMATILIS, HAMATVS, vid. HAMVS.

HAMAXA, ae. f. [Ἠμαξα] Sidus quod nos Septentriones vocamus teste Gell. 2, 21. a figura, posituraque ipsa, quia simile plaustrum videtur. 75

HAMAXAGŌGA, ae. m. Proprie euectio, quae fit plaustris: deinde comica lasciuia, qui velut totis plaustris rem domo exportat. Hamaxagoga bonorum Plaut. Truc. 2, 7, 1. 80

HAMAXOBII, s. HAMAXOBITAE, arum. m. [Ἠμαξοβίται] Populi Scythiae in Europa Agathyrsi et Sauromatae, quia pro sedibus plaustra habent, sic dicti, auctore Mela 2, 1. Graecis enim Ἠμαξα plaustrum dicitur. Plin. 4, 12 s. 25 Hamaxobii vocantur.

HAMAXŌPVS, ōdis. f. Plur. Hamaxopodes [Ἠμαξόποδες] Ar- 85 busculae, in quibus versantur rotarum axes. Vitruu. 10, 20.

HAMAXOR, ari. Agere iumentum plaustro iunctum. Plaut. Truc. 2, 2, 22

Ita me ambit sarculum

Vt ego me ruri hamaxari mauclim patalem bouem 90

Cumque eo ita noctem in stramentis pernoctare perpetem

Quam tuas centum coenatas noctes mihi dono dari.

HAMILCAR, vid. AMILCAR.

HAMIOTAE, vid. HAMVS.

HAMMITES, ae. m. Gemma ouis piscium similis, teste Plin. 37, 10. 95

HAMMOCHRYSVS, i. m. [Ἠμμόχρυσος] Gemma velut auro arenis mixto Plin. 37, 5. et Solin. c. 50.

HAMMON, vid. AMMON.

HAMMONIACVM, HAMMONITRVM, vid. AMMONIACVM.

HAMMONIVM, i. n. Coloris genus tendentis in subruffum tribuitur Varroni de R. R. 3, 2, 4 Nuncubi hic vides citrum aut aurum? num minium aut hammonium? num aliquod emblema, aut lithostroton? Sed recte hodie editur Armenium. 100

HAMOTRAHONES, um. m. alii Piscatores, alii Qui vnco cadauera trahunt. Festus. 105

HAMVS, i. m. [*ἄγκυρον*] Si audimus Seruium, Catenam significat. Virg. Aen. 3, 467 Loricam confertam hamis, auroque trilicem. Vbi ille Hamis aureis, per Endiadyon Hamis autem, Catenis significat. Sed videntur potius singuli annuli s. circuli inter se implexi signari a Virgilio. Nam proprie Hamus est incuruum illud Instrumentum, quo capiuntur pisces, cui etiam similes uncinulos squamae habent, quibus iunguntur. Certe Sil. 5, 140 Loricam induitur, tortos huic nexilis hamos Ferro squama rudi permixtoque asperat auro. Squama nexilis est propter Hamos incuruos, id enim est tortos. Sed redimus ad hamum piscatorium. Plaut. Stich. 2, 1, 17 Arundinem fert, sportulamque, et hamum piscarium. Angulosus Macrob. Saturn. 7, 3. Catenatus, Plin. 9, 15. cui catena annexa. Hamum vorat, meus est Plaut. Curcul. 3, 61. Diuine Plato escam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, vt hamo pisces Cic. de Sen. 44 c. 13. Munera Mittere in hamo Martial. 6, 63. Add. HAMATVS. Ducere piscem hamo Ouid. Epist. 19, 13. Excipere hamo Cels. 7, 5. Semper tibi Pendeat hamus Ouid. A. A. 3, 425. Adunci Idem Met. 13, 934. Curuos dedit vnguibus Id. Met. 11, 342. Haustus hamus Plin. Paneg. 43, 5. Fallax Ouid. ex Pont. 2, 7, 9. Occultum decurrit piscis ad hamum Hor. Epist. 1, 7, 74. Opertus Idem Epist. 1, 16, 51. Vnci Ouid. Met. 15, 476. ¶ 2 Aliud instrumentum ferreum, quo pectitur linum. Plin. 19, 1 Et ipsa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. de stupa. ¶ 3 Caes. B. G. 7, 73 Ante haec (inquit) talcae pedem longae ferreis hamis infixis totae in terram infodiebantur: mediocribusque intermissis spatiis, omnibus locis disserebantur, quos stimulos nominabant. Hic hami sunt unci quidam acuti cum spiculis retro flexis, ad reuellendum difficilibus.

HAMVLVS, i. m. Dimin. [*ἄγκυριον*] Hamulum Celsus vocat Vncinum, quo medici chirurgi pterygion ex oculo eximunt. Cels. 5, 7, 9 Spicillo auriculario protrahendum est, aut hamulo retuso. Conf. Cels. 7, 7, 4. Idem 7, 31 Vitaturque, ne plagae ipsius orae adurantur, quas reducere hamulis facile est. Plaut. Stich. 2, 1, 17 Fert hamulum piscarium.

HAMO, are. Petron. c. 5 tralate, pro captare, Artis seuere quisquis hamat effectus. Sic Burm. Alii adamat. Hamis connectere significat Claud. in Ruff. 2, 358 Flexilis inductis hamatur lamina membris, cui lectioni fauet, quod de hamis loricarum modo obseruauimus. Sed Heins. Animatur, pro quo valide propugnat.

HAMATVS, a, um. Partic. [*ἄγκυρωτός*] Hamo instructus et munitus. Cic. Acad. 4, 522 Hamatis uncinatisque corpusculis. Hamata corpora Lucret. 2, 467. Arundo Ouid. Met. 5, 384. Munera, quae ita dantur, vt alia subinde ad se dona alliciant. Plin. Epist. 9, 30, 2 Hos ego viscatis hamatisque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere. Conf. Paneg. 43, 5. Sen. Ep. 8. Martial. 4, 56. Sagittae Ouid. Trist. 3, 10, 63. Sentibus hamatis implet praecordia, i. Curis Ouid. Met. 2, 799. Tegulae Vitruu. 7, 4. Vngues Ouid. Met. 12, 563.

HAMATILIS, e. Adi. [*ἄγκυς*] Quod pertinet ad hamum, vel hamo peragitur. Plaut. Rud. 2, 1, 10 Post id hamatilem piscatum et faxatilem aggredimur, captamus cibum in mari. i. Hamo piscamur. Spiculum Tertull. adu. Gnost. pr.

HAMATOR, oris. m. Isidor. Gloss.

HAMIOTA, ae. m. [*ἄλιος*] A veteribus Piscator dicebatur. Plaut. Rud. 2, 2, 5 Saluete fures maritumi, conchitae atque hamiotae, etc. Varro, Cohortes coquorum atque hamiotarum, aucupumque. Vid. Non. 1, 97.

H A N

HANNIBAL, vid. ANNIBAL.

HANNO, onis. m. [*Ἄννων*] Carthaginensis, Philippi Macedonis temporibus, qui opes suas, quibus vires reipubl. superabat, ad occupandam dominationem intendit, regnumque inuadere interfecto Senatu conatus est. Cui sceleri sollempnem nuptiarum diem filiae suae legit, etc. His enim modo allicere volumus lectores, vt caetera petant ex Iustin. 21, 4. Tribuitur illi Periplus, siue nauigatio ultra columnas Herculis etc. Familiare hoc Carthagine nomen. Nam ¶ 2 Hanno item Carthaginensis alius Agathocli cum XXX millibus Poenorum obuius factus, conferta pugna interfectus est Iustin. 22, 6. ¶ 3 Hanno factiois Barchinae, qui quum optima consuleret Carthaginensibus de pace, nequaquam exauditus est. Liu. 21 et 30.

HANVLA, orum. n. Pl. Parua delubra, quasi Fanula Fest.

H A P

HAPALA, orum. n. [*ἄπαλα*] Mollia oua, mediae consistentiae inter dura et forbilis. Vid. APALA. Sic enim fere scribitur. Hinc HAPALARE, vid. ibid.

HAPHE, es. f. [*ἄφῆ*] Insperio pulueris, qua inspergebantur luctantes ubi ceromate illiti fuissent. Martial. 7, 66 In Philaenim, quae lucta palaestraque more virorum exercebatur,

Harpasto quoque subligata ludit:

Et flauescit haphe, grauesque draucos

Alterno facili rotat lacerto:

Et putri lutulenta de palaestra,

Vnci verbere vapulat magistri.

Philaenis, inquit, flauescit haphe, i. Tactu arenae. Palaestritae enim luctaturi flauescabant aspergine arenae, prius inuncti ceromate. Ouid. luctam Acheloi et Herculis describens Met. 9, 35 Ille cauis hausto spargit me puluere palmis, Inque vicem fuluae tactu flauescit arenae. Lutulenta, propter ceroma. Vid. CEROMA. Magistri vnci, h. e. Aliptae. Hinc Plin. 14, 22 luctatorum haec meditatio dicitur volutatio in coeno. Cui subscribit Sen. Ep. 88 his verbis, Non adducor, vt in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis quam statuarios, aut marmorarios, aut caeteros luxuriae ministros. Aequae luctatores, et totam oleo ac luto constantem scientiam, expello ex his studiis liberalibus. A ceromate nos haphe excepit Sen. Epist. 57 pr. Conf. Lucian. in dialogo, cui titulus est Anacharsis, seu de Gymnasiis c. 28 et 29. Faber Agonist 3, 22 etc.

HAPPALOPSIS, idis. f. Genus aromatis ioculariter fictum Plaut. Pseud. 3, 2, 47.

HAPSVS, i. m. Cels. 7, 26 Quae curatio calculo euulso habenda sit, Tum multo is oleo perungendus, induendusque hapsus lanae mollis, tepido oleo repletus, etc. Cels. 4, 6 de pleuriticis, Circumdare primum oportet latus hapsis lanae sulphuratae, deinde cum paululum inflammatio se remittit, siccis et calidis fomentis vti. Hapsium lanae

lanæ intelligunt docti, Quantum manu capi potest. Alii interpretantur Globulum lanæ conuolutum. Graecis πῆλημα dicitur, ἀπὸ τῆς πηλεῖν, b. e. a constringendo, et conuoluendo.

H A R

5

HARA, ae. f. [σὺφῆς] Porcorum stabulum. Donatus, Hara in qua pecora includuntur. Plaut. Afin. 2, 4, 24 Vos dormitis interea domi, at herus in hara, haud aedibus habitat. Cic. in Pison. c. 16 Ex hara producte, non ex schola. Ad Epicuri de grege porcum, Pisonem. Ouid. Epist. 1, 104 Tertius, immundae cura fidelis harae. Columel. 7, 9 Diligens autem porculator frequenter suile conuerat: et saepius haras. Quibus verbis docet, discrimen esse inter Haram et Suile. Vid. Varro R. R. 2, 4. Stabulum anserum. Varro de R. R. 3, 10 Singulis ubi pariant faciendum haras quadratas circum binos pedes et semipedem. Sic apud Columel. 8, 14. Hara suis, de Foetido et impuro homine Plaut. Most. 1, 1, 39. Conf. Non. 2, 398.

HARENA, et inde ducta, vid. ARENA.

HARIOVLVS, i. m. [χρησμολόγος, χρησμοῦδός] Qui diuina mente vaticinatur. Dicitur Hariolus quasi Fariolus, a Fatis vel a Fando. H enim pro F, et item F pro H, in multis locutionibus mutabantur. An ab Halando? nam halitu solent excludere velut mortalem animam, vt diuinam recipiant. Vnde et vocem eiusmodi dabant, quae est OE, quod OE sonus, exhalandi vim praestet. Haec tenus Donatus ad illud Ter. Phorm. 4, 4, 27 Interdixit hariolus. Plaut. Truc. 2, 7, 42 Me intuetur gemens: traxit ex imo ventre suspirium. Hoc videtur, dentibus frendit, icit femur. Num obsecronam ariolus, qui ipse se verberat? Ab Aris ducit Isidor. Orig. 8, 9. quod Des. Heraldus probat ad Tertull. Apol. c. 23. Phaedr. 3, 4 Vsu peritus, hariolo velocior. Plaut. Cist. 4, 2, 80 Hic ergo habitas. P. hariolare. Idem Mil. 3, 1, 98. et Rud. 4, 4, 95.

HARIOLA, ae. f. Plaut. Mil. 3, 1, 98. et Rud. 4, 4, 95. Cic. de Diuin. 1, 4 c. 2 Sibyllinorum versuum decem interpretes delectos ex Ciuitate esse voluerunt. Ex quo genere saepe hariolorum etiam et vatium furibundae praedictiones.

HARIOLOS, ari. Dep. [χρησμολογῶ, χρησμοῦδῶ] Diuinare. Sed ego hoc hariolor Ter. Adel. 2, 1, 48. Plaut. Afin. 2, 2, 50. Ter. Phorm. 3, 2, 7 Non mihi credis? D. hariolare. Hunc locum sic exponunt nonnulli: Hariolare, i. Diuina. Alii sic: Hariolare, i. Hariolaris et deliras. Vid. VATICINOR. Cic. de Diuin. 1, 133 Neque eos, qui quae stus causa hariolantur, nec psychomantia, etc. agnoscere. Vid. Turneb. Aduers. 24, 12.

HARIOLANS, antis. Partic. [χρησμολογῶν] Cic. Att. 8, 11 προθεσπίσω igitur noster Attice, non hariolans vt illa, cui nemo credidit, (Cassandra, v. v.) sed coniectura prospiciens, Ianque mari magno.

HARIOLATIO, ōnis. f. [χρησμοῦδῆσις] Superstitiosae hariolationes Cic. de Diuin. 1, 66 c. 31. Ex quodam Poeta.

HARMALA, ae. f. siue ARMVLA, Ruta hortensis. Apul. de Herb. c. 89.

HARMAMAXA, ae. f. Persicae lecticae genus. Curt. 3, 3, 23. Conf. Burton. Lips. Ling. Pers. Scribitur etiam Armamaxa.

HARMÖGE, es. f. (vulgo Armoge) [ἀρμωγή] Iunctura, commissura. Plin. 35, 5.

HARMONIA, ae. f. vel HERMIONE, Cadmi uxor, cui Vulcanus pulchrum, sed exitiale monile dedit, quod ex Veneris cum Marte adulterio fuisset prognata. Vna cum viro demum in anguem mutata fingitur Ouid. Met. 4, 563 etc. Conf. Hygin. Fab. 6.

HARMONIA, ae. f. [ἀρμονία] Latine Compositio, concordia, concentus. Musici, inquit Lactant. de Opificio Dei c. 16 Intentionem, concentumque neruorum in integros modos, sine vlla offensione consonantium, harmoniam vocant. Cic. Tusc. 1, 41 c. 18 Harmoniam autem ex sonorum interuallis nosse possumus, quorum varia compositio harmonias etiam efficit plures. Quinctil. 1, 10 Nec illa modo contenti dissimilium concordia, quam vocant harmoniam, sonum quoque his motibus dederunt. In choris cum dux carminis hymno praecinit, concinentium vulgus virorum et feminarum, mixtis gravibus et acutis clamoribus, vnam harmoniam resonant. Apul. de Mundo p. 71, 19. Idem ibid. p. 66, 25 Ipsa etiam Musica, quae de longis et breuibus acutis et grauibus sonis constat, tamque diuersis et diffonis vocibus harmoniam consonam reddit. Et de Habitudo. Strin. Platon. 2 p. 26, 39 Haec ipsorum connubiorum tempestiua quaeritur coniunctio, cuius futuram stabilem fidem credit, si cum harmonia musicae dierum consonent numeri, etc. Hanc Harmoniam musicam pulchre προσωποποιῶ Martian. Capella 9 p. 308. Sed locus est longior. Harmoniam, musicam literaturam vocat et explicat Vitruu. 5, 4. Vnde etiam illud peti potest Harmoniam strictius dictam esse vnum de tribus generibus modulationum, alterum Chroma, tertium Diatonon, etc. Cic. de N. D. 3, 27 Nisi vero loqui solem cum luna putamus, quum propius accesserit: aut ad harmoniam canere mundum, vt Pythagoras existimat. Lucret. 3, 119 Nunc animam quoque vt in membris cognoscere possis Esse, neque harmoniam corpus retinere solere.

HARMONICE, es. f. Ars Harmoniae. Vitruu. 5, 3 extr. Theatrorum per harmonicen ad augendam vocem ratiocinationes ab antiqvis sunt constitutae.

HARMONICVS, a, um. Adj. [ἀρμονικός] Plin. 2, 109 Harmonica ratio, quae cogit rerum naturam sibi ipsam congruere, addit huic mensurae stadia septem M. Ex vetusto codice legitur Harmoniaca. Conf. Fest. et Varr. L. L. 9, 3 p. 139, 12.

HARPA, vid. HARPE.

HARPACTION, quod alii legebant

HARPACTION, i. n. Sulphuris epitheton apud Plin. 35, 15 f. 50 Aufert et lichenas a facie cum terebinthi resina, et lepras. Harpaction vocatur a celeritate auellendi: auelli enim subinde debet. Metuo, ne haec ultima sint male intellecta. Aliquid legerat forte Plinius de vi illa electrica sulphuris, qua affricu modico calefactum rapit, succini instar, paleas. Hoc Graece aliquis extulerat, vt ἀσπακτικόν esse sulphur diceret, b. e. vi rapiendi leuia corpuscula praeditum. Plin. 37, 2 In Syria feminas verticillos inde (ex electro) facere, et vocare harpaga, quia folia et paleas, vestiumque simbrias rapiat.

HARPAGO, ōnis. m. [ἀσπαξ] Telum in summitate aduncum, quo capi et velut rapi, dirui, prout opus est, naues, muriue possunt. Hunc harpagonem inuenit Anacharsis philosophus, teste Plin. 7, 56 extr. Vid. Caes. B. C. 1, 57. Instrumentum ad disicienda munimenta est Caes. B. G. 7, 81. Liu. 30, 10 Asseres ferreo vnco praefixi (har-

pagonas vocant milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas coepti. *Conf. Appian. de Bell. Ciu. 5 p. 739. Conf. Plin. l. c. Curt. 4, 2 et 3 extr. Sed l. 12 §. 21 ff. de Instr. Canales, Harpagones et amae in instrumento fundi sunt.*

5 HARPAGA, ae. f. *Idem.* Non. 18, 29 Falces et harpae armorum genera murorum oppugnationi apta. Sifenna Pluteos propius collocatis harpagis deiciunt.

HARPAGINĒTVLVVS, i. m. Dimin. Vitruu. 7, 5 Harpaginētuli striati. *Conf. Bald. Lex. Vitruu. p. 55. et Voss. ad Catull. p. 198.*

10 HARPAGO, āre. [*ἁρπάγω*] *Rapere.* Plaut. Bacch. 4, 4, 11 Improbis cum improbis sit, harpaget, furibus furetur quod queat. *Idem Aulul. 2, 2, 24 Aurum mihi intus harpagatum est. Antiquum.*

HARPALICE, es. f. [*Ἀρπαλίχη*] Amazonum regina. Haec est quae patrem suum captum a Getis multitudine collecta liberavit celerius, quam de femina potest credi; vnde et flumina dicitur celeritate transire. *Haec Seruius enarrans illud Virg. Aen. 1, 317 Vel qualis equos Threiffa fatigat Harpalice, volucrumque fuga praeuertitur Hebrum.*

HARPALOS, i. m. *inter Canes Aëtaeonis apud Ouid. Met. 3, 222.*

20 HARPASA. [*Ἀρπασα*] Oppidum Asiae, appositum fluuio Harpaso, ut scribit Plin. 2, 96. et 5, 29 Vbi cautes stat horrenda, vno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur, resistens.

HARPASTVM, i. n. [*ἁρπαστόν*] Pilae genus, a rapiendo dictum, quod duae velut factiones de illo rapiendo certant. *Martial. 7, 31 Non harpasta vagus puluerulenta rapis. Apparet humi proiecta, certatum quis prior raperet. Harpasto ludere Martial. 7, 66.*

HARPAX, agis. m. *Raptor.* Plin. 37, 2 de *Electro docet: In Syria feminas verticillos inde facere et vocare harpaga, quia folia et palcas, vestiumque simbrias rapiat.*

HARPE, es. f. [*ἄρπη*] *Ensis falcatus, quo utitur Mercurius.*

30 Lucan. 9, 664 Et subitus praepes Cyllenida sustulit harpen. *b. e. Incuruum Mercurii gladium, quem propterea paullo post vocat, Lunatum ferrum. Hoc amputauit Mercurius caput Argo centum oculis praedito. Hoc etiam usum fuisse Persea Poetae tradiderunt in amputando capite Medusae, Lucan. 9, 666 Harpen, alterius monstri iam caede rubentem.*

35 Ouid. Met. 5, 69 Vertit in hunc harpen madefactam caede Medusae. *Horatio etiam Od. 3, 26, 8 restitui vult Cuningamus, Hic, hic ponite lucida Funalia, et vectis, et harpas (vulgo arcus, Bentleius conicit securesque) oppositis foribus minacis. Conf. Drakenb. ad Sil. 3, 278.*

40 HARPOCRATES, is. m. [*Ἁρποκράτης*] *Simulacrum in sacris Isidis et Serapidis erat: quod digito labiis impresso admouere videbatur, ut silentium imponeretur. Hic dicebatur silentii deus. Est de illo elegans Cuperi opusculum. Catull. 73, 4 prouerbiali specie dixit, Patrum reddidit Harpocratem, i. silentium illi imposuit. Vetus Poeta apud*

45 Varr. de L. L. 4, 10 Sancta Serapis Isis et Harpocrates digito qui significat ST. *Vide August. de Ciu. Dei . . . et Spón. Misc. 1, 5 p. 16. I. Gronou. ad Steph. Byzant. Berkel. in Not. et Var. Lect. p. 10.*

HARPYIAE, arum. f. Pl. [*Ἁρπυιαί*] *Monstra, quae describit Virg. Aen. 3, 216 etc. Tristius haud illis monstrum, etc. Seruius, Pelagi volucres, quia dicuntur Ponti et Terrae filiae. Vnde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes. Alii dicunt eas Neptuni filias: qui fere prodigiorum omnium pater est: nec immerito. Nam secundum Milesium Thaleten omnia ex humore procreantur: vnde est, Oceanumque patrem rerum. Et paullo post, Alii autem dicunt Harpyias Thaumantis et Electrae filias. Vid. AELLO.*

55 Rapacibus Harpyiis digna gula Hor. Serm. 2, 2, 40. *Truces Claud. de B. Get. 22. De Harpyiis in numis, vid. Spanh. diff. 5 p. 259. Tralate Sidon. Epist. 5, 7 In foro Scythae, in cubiculo viperarum, in conuiuio scurrae, in exactionibus harpyiae. Harpyia, Nomen etiam est Canis rapacissimae, apud Ouid. Met. 3, 215.*

60 HARVGA, vid. ARVIGA.

HARVUNDO, vid. ARVUNDO.

HARVSPEX, f. ARVSPEX, icis. m. [*ἱεροσκόπος*] Ab Haruga nominatur, ut ait Donatus, cuius locum damus, voce ARVGA. *Ab*

65 Ara deriuauit, qui *βωμοσκόπος* Graece dixit in Vet. Gloss. *Ter. Phorm. 4, 4, 28 Haruspex vetuit ante brumam aliquid noui negotii incipere. Cic. de N. D. 1, 55 c. 20 Haruspices, augures, harioli, vates et coniectores uno velut fasce comprehensi ab Epicureo deridentur. Idem de Diu. 2, 51 c. 24 Vetus illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se dicebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset. Et*

70 de N. D. 1, 71 c. 26 *ex persona Cottae, Mirabile videtur, quod non rideat haruspex, cum haruspicem viderit, etc. Secundus haruspex sacra nuntiat Virg. Aen. 11, 736. Secundus haruspex, pro Secunda sacra, i. Prospera. Seruius. Vanus Sil. 5, . . . Propert. 3, 8,*

75 17 *His ego tormentis animi sum verus haruspex. Vid. Plaut. Amph. 5, 2, 2. et Poen. 2, 1. 10 et 17. Cic. Phil. 3 c. 8.*

HARVSPICA, ae. f. [*ἱεροσκόπος*] *Diuinatrix.* Plaut. Milit. 3, 1, 98 *Da qui faciat, qui condat: da quod dem quinquatribus, Praecantatrici, coniectrici, hariolae, atque haruspicae.*

80 HARVSPICINVS, a, um. Adj. [*ἱεροσκοπικός*] *Cic. de Diuin. 1 c. 33 Quod Etruscorum, declarant et haruspicini, et fulgurales, et rituales libri, nostri etiam augurales.*

HARVSPICINA, ae. f. [*ἱεροσκοπική, ἡπανσκοπία*] *Diuinatio.* *Cic. de Diuin. 2, 49. Lactant. 2, 16 pr. Cic. Fam. 6, 18 (19) Quare*

85 *bono animo sint et tui et mei familiares: neque enim erat ferendum, quum qui hodie haruspicinam facerent, in Senatu Romae legerentur.*

HARVSPICIVM, i. n. Subst. [*ἱεροσκοπία*] *Perficum haruspicum Catul. 87, 2. Conf. Censorin. de Die natal. c. 17.*

H A S

HASDRVBAL. [*Ἀσδράβας*] *Vid. ASDRVBAL.*

95 HASTA, ae. f. [*ἕγχος, δόρυ*] Ab Astando dicta, *inquit Varro de L. L. 4, 24 p. 29, 27 quod astans ferri solet: quod non magis probari potest, quam Isid. 18, 6 ab Astu. Plaut. Bacch. 3, 3, 24 Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila, saliendo se exercebant. Cic. Fin. 2, 97 Euelli iussit eam, qua erat transfixus, hastam. Acies hastae, vid. ACIES. Cic. pro L. Mur. 45 c. 21 Videsne tu illum tristem, demissum? iacet, diffidit, abiicit hastas, serpit hic timor. Hastam abiicere, est *Causae diffidere, et contentionem relinquere. Acclinis, Acuta, Amentata, Centumuiralis, vid. hb. vv. Dens**

100 *virum seges horruit hastis Virg. Georg. 2, 142. Fraxinea Ouid. Met. 12, 369. Graminea, vid. sub GRAMEN. Graues Hor.*

105 *Carm. 1, 15, 17. Horrentes Virg. Aen. 10, 178. Insecta subit ob-*

vius hasta Virg. Aen. 10, 877. Minax Sen. Agam. f. 6. Tacit. Ann. 14, 37 Et eques Protentis hastis perfringit quod obuium et validum erat. Pura hasta, secundum Donatum, dicitur Quae sine ferro est: Virg. Aen. 6, 760. Vid. PVRVS. Ouid. Fast. 2, 560 Comat virgineas hasta Recurua comas, vid. Opuscula philol. Italice edita Tom. IX p. 473 ubi ex veteri exemplo repraesentatur. Tremens Virg. Aen. 2, 175. Trabalus Stat. Theb. 4, 6. Adiuta viros, Adnixi hastis, vid. hb. vv. Colligere hastam, apud Tacit. Ann. 2, 21 est Hastam reducere, quam ante protenderas, ut hostem ferires: atque haec contraria sunt, Protendere et Colligere hastam. Eius verba sunt, QUUM ingens multitudo arcibus locis hastas non protenderet, non colligeret. Plaut. Most. 2, 1, 10 irridetur, Isti, qui trium numerorum causa subeunt sub falas (castella lignea et munitiones hostium) Vbi aliqui quinden- denis hastis corpus transfigi solent. Contorquere hastam, vid. CON- TORQVEO. Dirigere hastam in aliquem Ouid. Met. 8, 66. Ia- stare hastam Cic. de Orat. 2, 316. Iecit hastam stridentem Virg. Aen. 10, 645. Innixus hasta, Insectari aliquem hasta vel lapidibus, Insectare hastae, vid. hb. vv. Mittere hastam in aduersum aliquem Ouid. Met. 12, 115. Premere aliquem hasta Virg. Aen. 2, 530. ex proximo insequi, ut paene contingas. Protendere Tacit. Ann. 2, 21. 20 Quatiens ingentem hastam Virg. Aen. 10, 762. Sustinet hastam a iugulo nitentem Stat. Theb. 2, 648. Torquere hastam Cic. de Orat. 1, 242 c. 57. Vti eminus hasta, cominus gladio Idem de Sen. c. 6. Metaph. de argumentis iudicialibus. Hastas actoribus a iuris- peritis ministrari Cic. Topic. c. 17. Conf. AMENTATVS f. Cic. de 25 Orat. 1 c. 57. et in Orat. c. 78. ¶ 2 Hasta Belli indicium prae- buit, nam mittebatur in eius fines, quem bello petebant. Liu. 1, 32 com- memoratis sollempnibus verbis Fetialis, Id ubi dixisset, hastam in fines eorum emittebat. Vide Festi locum, quem damus, voce BELLONA, et Ouid. Fast. 6, 206. it. Seru. ad Aen. 9, 53. Sed etiam est Hasta sum- mae potestatis et auctoritatis publicae indicium. Notabilis est Iustin. 30 43, 3 Per ea tempora (prima Romae) reges hastas pro diademate ha- bebant, quas Graeci sceptras dixere. Nam et ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres hastas coluere; ob cuius religionis memo- riam adhuc deorum simulacris hastae adduntur. Hanc Trogi sui digres- sionem, in quam ille ex appellatione Quirini et Quiritum videtur incidisse, bene est quod seruauit Iustinus, licet apud ipsum male cohaereat. Hastam suam inuocat Turnus Virg. Aen. 12, 95 Nunc o nunquam frustrata vo- catus, Hasta, meos — Da sternere corpus, etc. Imagines Deorum in numis hastatae maiorum quidem et bellipotentium fere omnes. Quoties 40 etiam Romae pars aliqua imperii aut iurisdictionis adeo et potestatis sum- mae exerceretur, Hasta adhibita signi loco est. Sic Hasta ponebatur in auctioribus. Cic. Philipp. 2, 64 Hasta posita pro aede Iouis Statoris, bona, etc. bona inquam Cn. Pompeii Magni voci acerbissimae subiecta praekonis. Idem Philipp. 2, 103 Iam intelliges aliam causam esse ha- 45 stae Caesaris, aliam confidentiae et temeritatis tuae, i. Sectio bono- rum et auctio. Festus, Hastae ea, quae publice venundabant, subii- ciebant veteres. Cic. Off. 2, 29 c. 8 Nec vero vnquam bellorum ciuiliu semel et causa deerit, dum homines perditam hastam illam cruentam et meminerint, et sperabunt, quam P. Sulla cum vibrasset, 50 etc. Idem 2, 83 c. 23 Hastam in foro ponere et bona ciuium voci subii- cere praekonis. Ad hastam locare Columel. praef. 1. Vid. Scal. ad Manil. p. 429. Cic. de L. Agrar. 1, 6 Num obscure viden- tur prope hasta praekonis insectari Cn. Pompeii exercitum, etc. Idem Fam. 15, 17 Caesarem putabant moleste laturum, verentem ne 55 hasta refrixisset. i. Auctio bonorum proscriptorum in desuetudinem ve- nisset, amisso tali patrono. Cic. Philipp. 2, 103 Quis hastam illius venditionis vidit? De Locationibus etiam Censorum adhibetur. unde Hastae assueti Liu. 24, 18 Qui conducere opera publica solerent. Hasta Centumuiralis, i. centumuiralis iudicii index. Suet. Aug. 36, 1. Conf. 60 Martial. 7, 63. et Lucan. ad Pison. 41. l. Dig. de Orig. Iur. §. 29. De hasta, amentata, caelibari, cornea, cruenta, graminea, pura, v. ff. ll. HASTVLA, ae. f. Dimin. Audiamus primo Isid. 17, 6 Hastula a tollendo nuncupata, quasi abstula. Fomes est hastula, quae ab arbo- ribus excutitur, recisione aut hastulae ambustae aut ligno cauata, etc. 65 Sen. Nat. Quaest. 2, 31 Illud aequae inter annotanda ponas licet, quod et hominum et caeterorum animalium, quae icta sunt, caput spectat ad exitum fulminis: quod omnium percussarum arborum contra fulmina hastulae surgunt. Assulas quosdam hic malle, Gruteri docet annotatio: Assula autem sine dubio est festuca, ramentum ligno decisum vel abrasum, 70 etc. Plin. 16, 12 Aperitur picea e parte solari non plaga, sed vulnere ablati corticis, quum plurimum bipedali hiatu, vt a terra cubito quum minimum absit. Nec corpori ipsi parcitur, vt in caeteris. quon- iam hastula in fructu est. Quibus in locis Hastulam interpretantur Virgam, nimirum a similitudine hastae. Ego potius Assulas intelligo, et 75 fragmenta, seu schidia, quae ex arboris ipsius corpore excutuntur, quum ferro vulneratur. Subdit enim Plin. Postea humor omnis e tota con- fluit in vlcus. Quod autem ait, In fructu est; sic expono Fructuosa est, fructum offert, aut resinae, aut pici faciendae utilis est. Tradit enim c. 11. ex hastulis minutim concisis, et coctis, expressum pingue, prae- cipuam esse resinam. Sed vt f. l. ostendimus, melior lectio videtur Assula, e quo sequiore aeuo astula vel hastula orta est. Certius ¶ 2 Hastula regia, Herba quae et Asphodeus et Albuicum dicitur Plin. 21, 17. Conf. Sen. Nat. Quaest. 2, 31. Isidor. 17, 6. et Apul. de Herb. c. 32 et 52. Scribon. Larg. Comp. 254. Add. a Rhod. Lex. Scrib. collata. 85 HASTARIVM, i. n. Quid esset, quaerendi occasionem dedit Tert. Apol. c. 13 Publicos — Deos — in hastario vectigales habetis. — Sub eadem hasta, sub eadem annotatione Quaestoris diuinitas addicta conducitur. Nihil melius, quam intelligere tabulam rerum publice lo- candarum. 90 HASTARIVS, i. m. Idem quod Hastatus. Ammian. 27, 2 Cum paucis captus ab hastariis. Valef. leg. Ascariis. HASTATVS, a, um. Adi. [λογχαῖος] Varro de L. L. 4, 16 p. 24, 1 Hastati milites dicebantur, qui primi hastis pugnabant. Liu. 8, 8. Conf. Lips. de Mil. Rom. 2, 1. Stewech. ad Veget. 2, 8. Acies 95 Tacit. Ann. 2, 14, 4. Bellona Stat. Theb. 2, 718. Ordines ha- statorum Veget. de re Mil. 3, 14. Cic. Diuin. 1 c. 35 Cum signifer primi Hastati signum non posset mouere loco, i. primi manipuli f. or- dinis hastatorum signifer. Vid. Lips. de Mil. Rom. 2, 8. HASTICVS, a, um. Adi. Suet. Calig. c. 20 Edidit et hasti- cos ludos. al. Aciacos. Vid. Turneb. Aduers. 18, 5. Pitisc. Astycos, quem vide. HASTIFER, a, um. Adi. Idem quod Hastatus. Sidon. . . HASTILE, is. n. [λόγχη] Dicitur Lignum tres oblongum, qua- le solet esse hastae, ab hoc ipso vsu dictum; cum sic vocetur, etiam cum 100

solo haeret. Virg. Aen. 3, 23 Forte fuit iuxta tumulus, quo cornea summo Virgulta, et densis hastilibus horrida myrtus. Et Georg. 2, 358 Rafae hastilia virgae. Et ibid. 447 Myrtus validis hastilibus, et bona bello Cornus. Plerumque tamen notat lignum illud, cui praefixum vel est, vel fuit ferrum. Ouid. Met. 7, 676 Qua tamen e silua teneas hastile recisum, etc. Columel. 4, 12 Aut si regionis conditio permittit, vetera deponamus hastilia, quibus adnectuntur singulae transuersae perticae, etc. Cic. pro Rabir. 21 Quum denique Qu. Scaeuola confectus senectute, praepeditus morbo, mancus, et membris omnibus captus ac debilis, hastili nixus, etc. Plin. 17, 23 Circumligatis hastilibus. Ferrum, quod ex hastili in corpore remanerat Nep. 15, 9, 3. Consueti autem Synecdoche Poetae Hastile pro Hasta dicunt. Virg. Aen. 1, 317 Bina manu lato crispans hastilia ferro. Repetit 12, 165. Quin etiam talibus locis hasta ostenditur, qua parte lignea est. Sic Contortum hastile Virg. Aen. 11, 561. Curuatum hastile Iuuen. Sat. 7, 127. Spargere et Denfere Virg. Aen. 11, 650. Torquere Ouid. Met. 8, 28. Add. Virg. Aen. 9, 402. Lenta hastilia Torquere Ouid. Met. 8, 28. Praefixa hastilia ferro Virg. Aen. 5, 557. Clipeoque inimicum hastile Trahebat Virg. Aen. 10, 795.

HASTILVDIVM, i. n. Decursus equitum vel peditum cum hastis. Vid. Vet. Dict. vel Cangii Gloss. Lat.

H A V

HAV. [ἄ] Interiectio est conturbatae mentis, nec constantis sibi, ut ait Donatus. Ter. Eun. 4, 3, 13 Hau obsecro mea Pythias, quid istucnam monstri fuit? Ter. Adel. 3, 2, 38 Hau hau mi homo, fanusne es? al. Au.

HAVD. [ἄ, ἄκ, ἄκῆ] Adu. Negandi, significat Non. Cic. pro Cluent. 165 Haud haeres est Cluentius. Ter. Andr. 1, 1, 13 Haud muto factum. Vbi Donatus, Haud muto factum, Non me poenitet facti. Liu. 8, 11 pr. Haud ab re duxi verbis quoque ipsis vt tradita nuncupataque sunt, referre. Haud alias Tacit. Ann. 15, 46, 2. Haud auspicato huc me appuli Ter. Andr. 4, 6, 12. Haud commodi ei est, Nihil illi prodest. Plaut. Casin. 2, 2, 26 Peculii probam nihil habere addecet clam viro: et quae habet partum, ei haud Commodi est. Ter. Adel. 5, 2, 8 Edepol comessatorem haud sane Commodum, praesertim Ctesiphoni. Haud Consimili ingenio est, atque Plaut. Bacch. 3, 3, 50. Haud Consuetudine, Non quidem vt solebas Plaut. Trin. 2, 2, 83. Ter. Eun. 2, 3, 67 Sed istam Thaidem non sciui vobis vicinam. P. haud Diu est. Cic. de Senect. c. 2 Rem haud sane, Scipio et Laeli, Difficilem admirari videmini. Liu. 3, 24 pr. Quaestores M. Volscio, quod falsus haud Dubie testis in Caesonem exstitisset, diem dixerunt. et ita saepe. Haud Dudum: i. Non ita pridem Plaut. Perf. 4, 3, 29. Haud Dum, vid. infra. Haud Erat sane quod quisquam ratione ac doctrina requireret Cic. Tusc. 3 pr. Ter. Heaut. 3, 1, 7 Haud Faciam, nam quam potero adiutabo senem. Cic. de Senect. 55 Quo quidem me proficiscentem haud sane quis Facile retraxerit Iuuen. Sat. 3, 164. Ter. Andr. 3, 1, 2 Fidelem: haud Ferme mulieri inuenias virum. Plaut. Poen. 4, 2, 36. Haud Gravate Idem Rud. 2, 3, 77. Plin. 11, 37 Desfluere palpebras haud Immerito Venere abundantibus tradunt. Haud Impurus, vid. infra, Haud malus. Ter. Hec. 3, 5, 32 Pamphile, ad aures haud Inuito sermo mihi accessit tuus. i. Lubens audiui te loquentem. Haud Ita decet: i. e. inquit Donatus, Non vsque adeo decet, et est confirmatio: Ter. Hec. 2, 2, 10. Liu. 29, 38 extr. Haud Ita multum progressus a mari, tumulos proximos ceperat. Haud Longius futurum est Plaut. Trin. 3, 2, 95. Idem Stich. 1, 3, 81 Ecce auctorem facit haud Magni pretii. Haud Malus Id. Rud. prol. 35. Ter. Eun. 2, 2, 3 Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atque ordinis, hominem aut impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Vbi Donatus, Non dixit prodigum; quia hoc ipsum probat: sed non auarum non improbum, et sic laudamus eos, in quibus nihil est quod magnopere efferamus. Haud Minus Liu. 2, 60. Haud Mora: intelligitur verbum Fit, quod raro exprimitur. Virg. Aen. 10, 153 Haud sit Mora, Tarchon Iungit opes, foedusque ferit. Haud Multo post Plaut. Curc. 1, 3, 26. Ter. Eun. 4, 2, 32 Certe extrema linea amare, haud Nihil est. Liu. 1, 3 pr. Haud Nihil ambigam (quis enim rem tam veterem pro certo affirmet?) hiccine fuerit Ascanius an maior, etc. Idem 27, 20 Consilio in caetera exequenda belli haud Parum opportuni. Haud Paulo melior Cic. Fam. 2, 6. Idem Fam. 7, 1 Quod si tu per eos dies operam dedisti Protogeni tuo: dum modo is tibi quiduis potius, quam orationes meas legerit: nae tu haud Paulo plus, quam quisquam nostrum, delectationis habuisti. Tacit. Ann. 2, 5 Suum militem haud Perinde vulneribus, quam spatiis itinerum, damno armorum affici. Ter. Adel. 3, 1, 8 E re nata melius fieri haud Potuit, quam factum est, hera. Liu. 5, 4 extr. Res repetentes legatos nostros, haud Procul abfuit, quin violarent. Haud Promeruit quamobrem Plaut. Amph. 5, 2, 12. Haud Quidquam magis est quod cupiam Idem Curc. 1, 3, 15. Haud Sane spernendus vir Tacit. Hist. 3, 75. Haud Scio an Ter. Heaut. 4, 4, 25. Idem Adel. 4, 5, 33. Cic. de Amicit. 51 Est enim amicitia, etc. qua quidem haud Scio an excepta sapientia, quidquam melius homini sit a diis immortalibus datum. Cic. Fam. 9, 15 etc. Haud Scio an recte ea virtus frugalitas appellari possit Idem Tusc. 3, . . . Haud Secus Liu. 34, . . . Idem 2, 41 extr. Id vero haud Secus quam praesentem mercedem regni aspernata plebs. Haud Secus ac Virg. Aen. 3, 236. Haud Sic decet Ter. Eun. 5, 9, 35. Idem Adel. 3, 4, 8 Ni facient quae illos aequum est, haud Sic auferent. Et Eun. 2, 3, 21 Haud Similis virgo est virginum nostrarum. Ter. Andr. 3, 5, 18 Namque hocce tempus praecauere mihi me, haud te vlcisci Sinit. Ter. Heaut. 2, 3, 81 Vis amare, vis potiri: vis, quod des illi, effici: tuum esse in potiundo periculum non vis: haud Stulte sapis. Idem Andr. 1, 5, 42 Haud Vereor, si in te solo sit situm. Haud Vidi magis Plaut. Amph. 2, 2, 47. Capt. 3, 4, 29. De hac phrasia, vid. Muret. 17, 16. Confunditur in MSS. cum Aut, id quod vid.

HAVDDVM, Nondum. Liu. 2, 52 Patris Agrippae fauor haud dum exoleuerat. Idem 10, 6 Samnitum haud dum foederis noui poenitebat. Et 22, 12 Hannibal constantiam Fabii haud dum expertus. Conf. Idem 10, 25. et 28, 2.

HAVDQVAVAM. [ἄ μὴ] Pro Nequaquam. Liu. 28, 6 Haudquaquam ad spem euentus respondit. Cic. de Orat. 2, 143 c. 33 Haudquaquam id est difficile Crasso. Idem de Vniuers. 35 Haudquaquam boni est, ratione vincit velle dissoluere. Tacit. Hist. 2, 105 86, 1 Haudquaquam fractus animus.

HAVEO, *vid.* AVEO.

HAVRIO, *fi*, *stun*, *ire*. [*ἀρρίομαι, ἀντλήω*] *Proprie est Extrahere humorem et educere ex quocunque loco.* Lucret. 1, 926 *Iuvat integros accedere fontes, Atque haurire, etc. i. Iuvat materiam hactenus intactam, et quam ante me nullus omnino attigit, describere.* Lucil. 30 *apud Non.* 4, 230 *Quantum haurire animus mularum e fontibus gessit. Bibentis est in illo* Virg. Aen. 1, 742 *Ille impiger hausit Spumantem pateram, et pleno se proluit auro.* *Metaph.* Virg. Aen. 12, 26 *Simul haec animo hauri. Nempe ut Bibit aure vulgus apud Horat. Carm.* 2, 13, 32. Virg. Aen. 4, 359 *Vocemque his auribus hausi.* Idem Aen. 10, 899 *Vt auras Suspiciens hausit caelum, mentemque recepit.* h. e. *Aërem.* Servius. Cic. de Clar. Or. 332 *Nec enim decet te ornatum vberimis Artibus, quas quum domo haurire non posses, arcessuisti ex vrbe ea, etc.* Idem de Orat. 1, 12 *Caeterarum Artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur.* Cic. pro Domo 30 c. 11 *extr.* *Si vtile Reipub. fuit haurire me vnum pro omnibus illam indignissimam Calamitatem: etiam hoc vtile sit, quorum id scelere conflatum sit, me occultare et tacere. i. Deuorare et concoquere, hoc est perferre.* Sic Tusc. 1, 86 c. 35 *Quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates? Sic Poenas et Supplicia hauriri mox videbimus. An talia ex fonte orientis, ubi poculum irae cibere s. haurire dicuntur, qui puniuntur. Sed etiam deuorare, exorbere molestias dicunt Romani.* Columel. 8, 17 *Nam quia dentibus carent, aut lambunt Cibos, aut integros hauriunt: mandere quidem non possunt. Hauriunt, i. deuorant.* Cladem hausi, *i. pertuli* Seru. ad Aen. 1, 599. *Sic enim leg. pro clade.* Cic. Philipp. 11, 10 *Quem gurgitem? quam voraginem? quid eum non sorbere animo, quid non haurire Cogitatione, cuius sanguinem non bibere censeris? Corda pauor haurit, exhaurit Defatigat.* Virg. Georg. 3, 105 *Exultantiaque haurit Corda pauor pulsans. Ferit interpretatur Seruius non male.* Vid. p. p. *Latus haurire.* Add. Aen. 5, 137. Cic. pro M. Cael. 59 *Vidi enim, vidi, et illum hausi Dolorem vel acerbissimum in vita, quum Q. Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriae. Dona noctis, h. e. Somnum, quem nox affert* Sil. 7. *Femur hausit adunco rostro* Ouid. Met. 8, 371. *Flamma multos hausit* Liu. 30, 5 *extr.* *Gaudium auribus* Idem 27, 51 *pr.* *Hamum* Plin. Pan. 43, 5. *Imaginem, pro Animo concipere* Plin. 7, 12. Liu. 5, 7 *Tam longi temporis opus Incendium hausit. Iter vastum* Stat. Theb. 1, 369. *Iugulum, pro Confodere* Tacit. Hist. 1, 41, 4. *Conf. Drakenb. ad Sil.* 5, 524. *Laborem ex re aliqua* Hor. Serm. 2, 2, 79. *Latum hausurus vigor* Sil. 16, 11. *i. exhausturus, vastaturus.* *Latus alicuius: Confodere et vulnerare.* Virg. Aen. 10, 314 *Per tunicam squalentem auro, latus haurit apertum. Ex Graecis. Homero ἀμύσσειν et haurire est et fodere: qui hauriunt, situlam, trullam etc. demittunt in liquorem. Sic Sil.* 7, 584 *Hausurus clausos coniectis vndique telis. Sic Bibit hausta cruorem.* Vid. Seru. ad Aen. 2, 600. et 10, 314. Cic. Fam. 6, 6 *Eodem fonte se hausurum intelligit Laudes suas, e quo sit leuiter aspersus. Lucem* Virg. Georg. 2, 240 *significat Nasci.* Cic. pro Sext. 63 c. 29 *extr.* *Luctum nos hausimus maiorem, dolorem ille animi non minorem. Lugenda Getis et Flenda Sueuis Hausimus* Claud. B. Gild. 37. *Oculis aliquid* Virg. Aen. 4, 661. *Opes vrbs profunda mente hauserat* Claud. de B. Get. 86. *Opes patrias* Martial. 9, 84. *Opus tam longi temporis incendium hausit, i. Consumpsit* Liu. 5, 7. *Pauor haurit corda, i. e. Ferit* Virg. Georg. 3, 105. *Servius. Pectora ferro hausit* Ouid. Met. 8, 440. *Conf. Liu.* 7, 10 *extr.* Idem 30, 15 *Nec locuta est ferocius, quam acceptum Poculum, nullo trepidationis signo dato, impauide hausit. Poenas* Stat. Achill. 1, 667. *Vid. statim Supplicia. Potionem mulsi* Plin. 7, 53. *Oculos alicuius Saniis sitienter* Apul. Met. 3 p. 135. *Sanguinis multum hausimus* Curt. 4, 14, 17. *Plin.* 8, 14 *Megasthenes scribit in India serpentes in tantam magnitudinem adulescere, vt Solidos hauriant cervos taurosque. Supplicia haurire, Luere* Virg. Aen. 4, 383 *vt Poenas modo habuimus. Vid. Calamitates.* Cic. Tusc. 5, 16 *Quoque affluentius voluptates vndique hauriat, eo grauius ardentiusque sitiente.* ¶ 2 *Formulae aliae: Tacit. Ann.* 2, 8 *Batauique in parte ea dum insultant aquis, artemque nandi ostentant, turbati, et quidam hausti sunt. i. Aquis absorpti.* Cic. Acad. 1, 7 *Vt ea a fontibus potius hauriant, quam riuulos confectentur. Idem de Diuin.* 2, 31 *Qui quum vidisset haustam aquam de iugi puteo, terrae motus dixit instare. Haurire de faece, vid. FAEX.* Cic. Off. 16 c. 2 *Non vt interpretes, sed vt solemus, e fontibus eorum iudicio arbitrioque nostro quantum, quoque modo videbitur, hauriemus. Idem de Diuin.* 2, 31 c. 13 *Aqua ex puteo hausta. Haurit ex aeriario sumtum, suppeditat a sociis* Cic. de L. Agr. 2, 12. *Haurire ex paruo* Hor. Serm. 1, 1, 52. ¶ 3 *Obseru. Priscian.* 10 p. 905 *med.* *Haurio hausi. Inuenitur tamen Hauriui vel Haurii. Varro in 24 ad Ciceronem Quum inde haurierint. Et p. 907 med. Haurio, hausi, haustum, differentiae causa assumit t (ne confundatur cum austum) quamuis et adspiratione differat. Hausus tamen* Solin. c. 5. *Virg. Aen.* 4, 384 *Supplicia hausurum scopulis, quod tuentur Heinsf. et Burm. Stat. Achill.* 1, 667 *Hausurus poenas. Sil.* 16, 11 *Vigor hausurus Latium. Et 7, 584 Hausurus clausos coniectis vndique telis. Apul. de Afin.* 2 p. 121 *Lagena facilis hauritu. Idem 6 p. 178 Rorem rigentem hauritum ista confestim deserta vrnula. Iuuenec.* 2, 253 *Hauriturus est.*

HAVRIENS, *entis*. Partic. Tacit. Ann. 16, 18, 1 *Sua haurientes. Specilli latitudo hauriens* Scribon. 227. *i. depressa in anum.*

HAVSTVS, *a*, *um*. Partic. [*ἠντλημένος, ἠρμμένος*] Cic. de Diuin. 2, 26 *Ex diuinitate, vnde animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus. Liu.* 33, 41 *Multae naues eiectae, multae ita haustae mari, vt nemo in terram enauerit. Tacit. Ann.* 2, 24, 2. *Arbores haustae in profundum* Liu. 30, 38. Tacit. Ann. 12, 58 *Eodem oratore Bononiensi Coloniae igni haustae subuentum. Amor Stat. Achil.* 1, 304. *Aqua hausta duabus palmis* Ouid. Fast. 2, 294. *Bataui hausti, scil. Aqua* Tacit. Ann. 2, 8, 3. *Humor auide* Curt. 7, 5, 8. *Vrbes* Plin. 36, 15.

HAVRITVS, *Participium obsoletum, sed usurpatum postliminio quasi* Apul. Met. 3 p. 136, 36 *Elm. Haurito plusculo vncto corporis mei membra perfricui. Vid. alia in HAVRIO n. 3.*

HAVRITVS, *ús*. *m*. Apul. Met. 2 p. 121 *Lagena facilis hauritu.* HAVRITOR, *óris*. *m*. Pet. Chrysol. Serm. 86 *Hierosolymitanus fons abundat cum impellit Angelus, non cum sitit hauritor.*

HAVRITORIVM, *i*. *n*. *Vas, quo hauritur.* Gloss. Vet. *Hauritorium, ἀντλητήριον, ἀντλημα.*

HAVSTOR, *óris*. *m*. Firmicus 8, 29 *Si autem Saturnus ei te-105*

stimonium perhibuerit, aquarum reddet haustores, et qui ex tali artificio viuant. Haustor aquae, *Bibitor seu potator aquae* Lucan. 9, 591.

HAVSTVS, ūs. m. [ἄγους, ῥόφημα] *Eductio aquae ek aliquo loco.* Columel. 1, 5, 1 Si decrit fluens vnda, putealis quaeratur in vicino aqua: quae non sit haustus profundū. *h. e. Quae non e profundo puteo hauriatur et extrahatur.* Pro poculo, vel quantum vno actu bibitur. Ouid. Met. 7, 450 Bacchi tibi sumimus haustus. Idem Met. 6, 356 Haustus aquae mihi nectar erit. Cic. pro Caecin. 74 Aquae ductus, haustus, etc. Neque haustum fontium relinquere Curt. 3, 10, 8. Exiguus haustibus bibere Ouid. Fast. 3, 274. Aetherei haustus, i. *Diuini spiritus* Virg. Georg. 4, 220. Conf. Flor. 3, 21, 16. Alius Caeli haustus Curt. 5, 5, 29. Haustum lucis illo regerit luna vnde accepit Plin. 2, 9.

HAVSTRVM, i. n. [ἄντλιν] *Proprie dicuntur Rotarum cadi,* inquit Nonius 1, 43 Ab Hauriendo. Lucret. 5, 317 Vt fluuios versare rotas, atque haustra videmus. *Budaeus interpretatur Aquariam rotam, vel tympanum.* Vid. Barth. *Aduers.* 1, 1. Vid. EPIGRAMMA, quod damus in ANCLA.

H E A et H E B

HEAVTONTIMORVMENOS. [ἑαυτοντιμωρῆμενος] *Nomen Comediae apud Terentium: ex ἑαυτὸν, et τιμωρῆμαι, compositum, quod est, Seipsum excruciare. Inducitur enim senex Menedemus, quod filium Cliniam sua duritia in militiam proficisci compulerit, valde seipsum excrucians.* Meminit Cic. Tusc. 3, 27. et Hor. Serm. 1, 2, 19.

HEBDOMAS, ādis. et lapsa Latinitate HEBDOMADA, ae. f. [ἑβδομάς] *Septenarius, Septem dies, anni etc.* Cic. Fam. 16, 9 Symphoniam Lysonis velim vitasses: ne in quartam hebdomada incideres. Sic Graeu. et Gron. Aufon. Mosella 307 Decimo celebrata volumine Marci Hebdomas ad M. Varronis Hebdomades respicit, de quibus statim audiemus Gellium, in quibus VII etiam spectacula celebrauit. Vid. Reines. V. L. 2, 1 p. 129. Gell. 3, 10 M. Varro in primo librorum, qui inscribuntur Hebdomades vel de imaginibus septenarii numeri, quem Graeci ἑβδομάδα appellant, virtutes potestatesque multas variasque dicit. — Primis septem diebus — Post deinde quarta hebdomade, — Septima autem fere hebdomade, id est nono et quadragesimo die — Eosque dies omnium maxime, ita vt medici appellant

πρῶτὴς ἢ κοινής cuique videri, primam hebdomadam et secundam et tertiam — Tum ibi addit, se quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse, et ad eum diem septuaginta librorum hebdomadas conscripsisse. Hebdomadam, vt dedimus, habent hodie omnes, etiam Gronou. quasi Nominatiuus esset Hebdomada. Quam bene, non dixerim: Neque intelligo, quid sibi velint ista Iacobi Gronouii, ad principium capituli adscripta, "haud dubie Graecis loquens ait hebdomadam., Illud certum, Graecam, certe tertiae formae declinationem esse firmioribus auctoritatibus nixam, et demum sequiori aetate hebdomadam dictam ex prima Declinatione. Vtraque forma legitur in Vulgato Dan. 9, 25 et 26 itemque apud Tertull. contra Iudaeos vbi eundem locum tractat.

De illa septem dierum periodo, a Sabbatho vno ad alterum decurrente, nescio an sit antiquior auctoritas Interprete Vulgato. Isidor. 5, 32 Hebdomada dicta a numero septem dierum, quorum repetitione et menses et anni et saecula peraguntur. — Octauus autem dies id (leg. id. hoc est idem) primus est, ad quem reditur, et a quo rursus hebdomadis series orditur. Apud Romanos erat Ogdoas, i. octo dierum orbis. Vid. NVNDINAE.

HEBDOMADALIS, e. Adi. Sidon. Epist. 9, 3 Ecclesia dedicata festis hebdomadalibus.

HEBDOMARIVS, i. m. Dicebatur Is, qui per vices hebdomadam cubiculum Imperatoris custodiebat. Vid. Meurs. in Gloss. Graeco barb.

HEBDOMATICVS, a, um. Adi. vnde, Hebdomatici anni. Vid. ANDROCLAS.

HEBE, es. f. [Ἥβη] Dicitur a Poëtis Iunonis filia sine patre. Nam quum grande conuiuium Apollo in domo patris Iouis, Iunoni nouercae parasset, et ipsa auide lactucas comedisset agrestes, factum est, vt ex illis grauida fieret, quum vsque in id tempus sterilis fuisset, peperitque Heben: quae, quia formosa erat, ab ipso Ioue pincerna constituta est, et dea iuuentutis dicta. Quae deinde, quum in deorum conuiuium pocula ministraret, et casu in terram caderet, vestesque subleuantur, ita vt pudenda diis monstraret, indignatus Iupiter, eam ab officio amouit, et eius loco Ganymedem rapiens substituit: postremo Herculi in deos relato, vxor data est. Ex Seruio vt aiunt. Iunonia Hebe Valer. Argon. 8, 131. Conf. Ouid. Met. 9, 400. Iuuenal. 13, 43 Nec puer Iliacus (Ganymedes) formosa nec Herculis vxor. Iuuentas Ciceroni vocatur. v. v.

HEBENINVS, a, um. Vulg. Ezech. 27, 15.

HEBENOTRICHON, vid. sine adspiratione in E.

HEBENVS, i. f. et HEBENVUM, i. n. [Ἥβενος] *Arbor est in India atque Aethiopia nascens: quamuis scribat Virg. Georg. 2, 116 Sola India nigrum Fert hebenum. Vbi Seruius, Atqui et in Aegypto nascitur: sed Indiam, omnem plagam Aethiopiae accipimus. Sane et haec Hebenus et hoc Hebenum dicitur.* Lucan. (10, 117) Hebenus Mareotica vastos Non operit postes. Hebenus autem Arbor est, quae caesa durefcit in lapidem. Haecenus Seruius. Vid. Plin. 12, 4 Palmarum generis esse ait, etc. Locus est classicus. Scribitur et sine adspiratione Ebeus apud Virgilium et Plinium.

HEBES, etis. c. [ἄμβλός, ἀμβλαός, ἀμαυρός] *Quod est retus acuminis, auctore Festo. Non. 2, 408. ex Cic. Acad. 2, . . . Quid lunae, quae lineamenta sunt? potesne dicere, cuius et nascentis, alias hebetiora, alias acutiora videantur cornua?* Gladii Ouid. de Arte Am. 3, 589. Tela leuiora et hebetiora Cic. de Arusp. Resp. 2. Metaphoras easdem fere admittit, quas Acutum. Cic. de Diuin. 2, 103 c. 50 Videsne Epicurum quem hebetem et rudem dicere solent Stoici? Hebes aequae ac pecus Idem de Diuin. 1, 45 c. 22. Et de Inuent. 1, 35 Formosus, an deformis: velox, an tardus: acutus, an hebetior: memor, an obliuiosus, etc. Plin. 21, 11 de croci generibus, Vnum hebes, alterum odoratum. Hebetes et indociles Quinctil. 1, 1. Cic. de Fin. 4, 65 c. 24 Hebes acies est cuiusdam oculorum, corpore alius languescit. Plin. 9, 57 alias legebatur, Decedentibus fluuiis in cavernis aquas hebetes remanere. Sed recte iam diu sic legitur, Piscium genera etiamnum a Theophrasto mira produntur circa Babylonis rigua, decedentibus fluuiis, in cavernis aquas habentibus remanere. Cic. pro Planc. 66 c. 27 Sensi Pop. Rom. aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere. Lucret. 4, 51 Id licet hinc quamuis hebeti cognoscere Corde, i. non nimis acuti quoque discere possunt. Caro hebes et cruenta Cels. 7, 6 quae sit, viderint medici. An sensus expert? Cic.

Cic. Att. 8, 3 Nullus apertus priuatorum dolor, bonorum autem effe aliquis, sed hebes, vt solet. Ictus hebes, qui non penetrat, quasi retusi ferramenti Ouid. Met. 12, 85. Cic. de N. D. 2, 17 Hebetiora, vt sint hominum Ingenia propter caeli plenioram naturam. Add. Id. Phil. 10, 8. Iumentum hebes asinus Apul. Met. 10 p. 246, 9. Lux Auicn. Arat. c. 455. Oculus Plin. 11, 26. Hebetiores Oculi Suet. Ner. c. 51. Os Ouid. ex Pont. 1, 10, 7. Rhetorica forensis Cic. de Fin. 2, 67. Sensus Id. Acad. 4, 31 c. 8. Id. in Orat. 219 Ne Spondeus quidem funditus est repudiandus: etsi quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior; habet tamen stabilem quandam et non expertem dignitatis gradum. Cic. Fam. 8, 13 Neque hebes ad id, quod melius sit intelligendum. Id. de Orat. 1, 248 Aliud est enim esse artificem eiusdem generis, atque artis, aliud in communi vita et vulgari hominum consuetudine non hebetem nec rudem. Hebes gustu Columel. 3, 2. Hebetes voluptate admissarii Idem 6, 3, 36. Cic. Att. 9, 20 Tu quaeso cogita, quid deinde: nam me hebetem molestiae reddiderunt. *b. e. Lentum et tardum, ac languidum.* Superl. Plin. 9, 30 Tanta solertia animalium hebetissimis quoque est. Conf. Fest. et Non. 2, 408.

HEBEO, ēre. [ἀμβλύνωμαι] Hebetem esse. Liu. 23, 45 Nunc ne ferrum hebet? an dexterarum torpent? Verba sunt Annibalis suos increpantis. Tacit. Germ. 15, 2 Ipsi hebet, i. torpent otio, nihil agunt. Irae hebet Stat. Theb. 11, 386. Sanguis gelidus hebet Virg. Aen. 5, 396.

HEBESCO, ēre. [ἀμβλύνωμαι, ἀμαυρῆμαι] Hebetem fieri. Cic. Tusc. 1, 73 c. 30 Mentis acies seipsam intuens, nonnunquam hebescit. i. Desidiosior et remissior fit. Cic. in Catil. 4 Num vnum diem postea L. Saturninum Tribunum plebis, et C. Seruilius mors a Reipubl. poena remorata est? at nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Id. Acad. 4, 6 c. 2 Quis reprehendet nostrum otium, qui in eo non modo nosmetipsos hebescere et languere nolumus, sed etiam vt plurimis profimus, enitimur?

HEBETO, āre. [ἀμβλύνω, ἀμαυρῶ] Obtundere. Liu. 37, 41 pr. Et humor toto fere graui armatu nihil gladios aut pila hebetabat. Idem 8, 10 Cum hastas hebetassent. Aciem ferri, vid. ACIES. 35 Artus terreni mentem hebetant Virg. Aen. 6, 732. Cura tristitiae hebetatur vino Plin. 23, 1. Dentem herbis et carmine Sil. 8, . . . Flammam Ouid. Met. 7, 210. Flatus hebetatus, vid. Flatus, in FLO. Fulgor speculorum hebetatur Plin. 7, 15. Lunam conuenit umbra terrae hebetari Idem 2, 13. Neros prisci roboris hebetari Valer. Maxim. 7, 2. de Q. Metello. Oculos hebetat allium Plin. 20, 6. Oculos hebetari a bulbis putat Diocles Idem 20, 9. Tu poteris virides pennas hebetare smaragdos Ouid. Amor. 2, 6, 21. Oleum hebetat venena omnia Plin. 23, 4 et 8. Apul. Florid. 3, 17 Profecto vt gladius vsu splendet, situ rubiginat: ita vox in vagina silentii condita diutino torpore hebetatur. Hebetare, pro Hebere vsurpassē non nemini videtur Cic. Att. 4, 16, med. Locus ille animi nostri, vbi hebetabat stomachus olim, concaluit. subaud. Vt digerat multa cruda facilius: *b. e. Vbi prius languebat, et viribus coctricibus non optime fungebatur. Sed recte viri docti Vbi stomachus habitabat olim, concalluit, callo obductus est.*

HEBETATVS, a, um. Part. Corpore hebetato Suet. Claud. c. 2. Germanis hebetatis parumper Ammian. 27, 2. Tela Sil. 16, . . . Vires reipublicae hebetatae Iustin. 6, 8, 2.

HEBETESCO, ēre. Hebetari. Plin. 28, 7 Sed praeter alia certum est aciem in cultris tonforum hebetescere. Dolor hebetescit Scribon. c. 56. Aliorum loca affert Rhod. in Lex. Scribon.

HEBETATIO, ōnis. f. [ἀμβλυσίς] Plin. 28, 6 Medetur et lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, et melancholicis.

HEBETATOR, ōris. m. Apud Apul. . .

HEBETATRIX, icis. f. [ἀμβλυσίς] Hebetatrix umbra terrae, Qua hebetatur seu obscuratur Luna Plin. 2, 13.

HEBETVDO, inis. f. Macrobi. Somn. Scip. 1, 14 Hebetudo sensuum.

HEBO, ōnis. m. [ἥβων] i. Sol. exstare in Vet. Inscript. dicitur, sed nescio vbi. Nihil docent Indd. Gruteriani. Sed Macrobi. Sat. 1, 18 Bacchum Neapolitani celebrant Hebona cognominantes: poterat aliquis suspicari ἥβωντα, pubescentem.

HEBRAEVS, i. m. [Ἑβραῖος] dicitur Iudaeus. Vid. dictionarium Hebraicorum nominum ap. Hieron. Liqueores Hebraei Stat. Silu. 5, 1, 213. Puto Balsamum intelligi. Arat. 2, 924 Hebraeo sermone locutus. Tacit. Hist. 5, 2, 6 Terrae Hebraeae.

HEBRAICVS, a, um. Adi. Plebes Hebraicae Alcim. 5, 544 et 564.

HEBRAICE. Adi. Lactant. 4, 7 extr.

HEBRVS, i. m. [Ἑβρος] Thraciae fluius est, in quem Orphei caput proiectum, quum Cicones eum confecissent. Ouid. Met. 2, 257

Membra iacent diuersa locis: caput Hebre, lyramque Excipis. De viuo adhuc Orptheo, Hebrique tenuit impetus dulci mora Phaedr. 3 pr. 59. Martian. 6 Hebrum Odrystiae niues complent, qui inter diuersos Barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. Hic ab Oeagro flumine ortum habet: vnde Oeagrius dictus Virg. Georg. 4, 463. Habet arenas, ex quibus colligitur aurum. Arenosus Ouid. Fast. 3, 737.

Celer, vid. CELER. Fluminalis ex Sen. Med. f. 8 laudatur. Sed nihil tale Index Schroeder. Virg. Aen. 1, 321 de Harpalyce, Volucrumque fuga praeuertitur Hebrum. Sed placet merito eruditus Rutgersiana emendatio ab Huetio etiam adoptata, Eurum.

H E C

HECALE, es. f. [Ἑκάλη] Nomen pauperrimae feminae, apud Ouid. de Rem. Amor. 747 Cur nemo est Hecalen, nulla est quae ceperit Irum? Nempe quod alter egens, altera pauper erat. Conf. Apul. Met. 1 p. 112, 40 Theseus non est aspernatus Hecales anus hospitium tenue. Plin. 22, 22. Petron. c. 105. Barth. ad Stat. Theb. 2, 582. et Bentl. ad Fragm. Callimachi p. 314.

HECAMEDA, vid. ECAMEDA.

HECATAEVS, i. m. Sculptor apud Plin. 33, 12 et 34, 8.

HECATE, es. f. [Ἑκάτη] nomen in fabulis Poetarum frequens, quas fabulas inter se conciliare, aut in ordinem redigere, nescio an aliquis tentauerit. Nostrum erit praecipua Poetarum aliorumque loca huc congerere: historiarum et μύθων rationem relinquere aliis. Consuetissima igitur significatio est, cum ponitur pro Diana, siue Luna, seu Proserpina. Vnde Virg. Aen. 4, 511 Tergeminamque Hecaten tria virginis ora Dianae. Nempe in caelo Luna est, Diana in Siluis, apud inferos Proserpina. Porro cognationem aliquam habere videtur Hecates nomen

cum epitheto Apollinis, qui frater Dianae est, ἑκατος, ἑκατηβόλος vel ἑκατηβελήτης. Cum et ipsa longe iaculetur radios. Triformis eadem ratione dicitur Sen. Hippol. 412, ut alias Diana. Rursum Aen. 6, 247 Voce vocans Hecaten, caeloque Hereboque potentem. Pro-

5 *serpina alternis apud superos est, et apud inferos.* Sed Cic. de N. D. 3, 46 c. 18 Quomodo autem potes, si Latonam deam putas, Hecaten non putare, quae matre Asteria est, sorore Latonae? an haec quoque Dea est? Vidimus enim eius aras delubraque in Graecia. Sin haec dea est, cur non et Eumenides? *Aliter* Ouid. Met. 7, 174 Ibat ad

10 antiquas Hecates Perseidos aras. Perseida vocat, h. e. Persae filiam, siue ille Solis filius, et Aetac frater fuit, ut tradit Diodorus: siue Crei potius, et Eurybiae, Titanici generis, ut Hesiodo placet in Theogonia. Solem ferunt (ait Diodorus Sic. 4, 45) duos procreasse pueros, Aetam et Persen: Aetas in Colcho regnavit, in Thaurica Perses, crudeles ambo

15 efferique. Ex Perse Hecate orta est, superans audacia immanitateque patrem, ut quae cruciatu hominum laeta, eos pro feris appetere sagittis consueverit. Sed ad venena mortifera conficienda summum studium operamque impendens, prima aconitum inuenit, vim naturamque cuiusque veneni in cibis, quos aduenis dabat, experta. His rebus admodum edocta,

20 primum veneno patrem sustulit: deinde regno assumpto, templum statuit Dianae, cui praeter nauigantes hospites sacrificabat, existimans ea crudelitate suum nomen clarius futurum. Post haec nupsit Aetac, genuitque liberos tres, Circe, Medeam, Aegialium. Perseis quoque vocatur Stat. Theb. 4, 482 Tu separe coetu Elysios, Persei, pios virgaque

25 potenti Nubilus Arcas (inferus Mercurius) agat: deinde impios ducentes dat Tisiphonae. Val. Argon. 6, 494 Perseia Hecate. Ouid. Fast. 1, 141 Ora vides Hecates in tres vergentia partes, Seruet, ut in ternas compita secta vias. Isis illa apud Apul. 11 p. 364, 4 ed. Florid. etiam Hecaten se esse gloriatur. Claudian. de Raptu Prof. 1, 15 Ecce

30 procul ternas Hecate variata figuras Exoritur, (Tauri, Canis, et Leae-nae. Et in Rufin. 1, 155 Saepius horrendos Manes, sacrisque citavi Nocturnis Hecaten. Ut Virg. Aen. 4, 609 Nocturnis Hecate triuiuis vlulata per vrbes. De Hecate, praesertim Triformis est, et viarum s. triuorum et compitorum dea, eademque adeo, quae Diana s. Luna,

35 diligenter egit, Graecorum praesertim locis allatis, Euer. Otto de Tutela viarum 1, 8 p. 136 sq. De coena Hecates disputant viri docti ad Petron. c. 135. Res est Graeca: in triuuis ponuntur cibi viles, quos diripiunt pauperrimi, etc.

HECATĒĪVS, a, um. Adi. [ἑκατήϊος] Ut, Carmina Hecateia Ouid. Met. 14, 44.

HECATĒĪS, idos vel idis. f. Ouid. Met. 6, 159 Postea discedens succis Hecateidos herbae, Sparsit, etc. Sunt qui hoc nomine Herbas omnes venenosas intelligant, utpote quibus utebatur Hecate, mulier venefica. Sic et Medeides herbae dicuntur Ouid. de Arte Am. 2, 101. At

45 Caelius 11, 21 et alii putant Aconitum significari, cuius inuentrix fuerit Hecate mater Medeae, ut modo vidimus.

HECATON, Graecis centum est, ἑκατόν, unde

HECATOMBE, es. f. [ἑκατόμβη] Sacrificii genus, in quo ritus hic seruabatur, ut centenae sui generis mactarentur victimae. Ouid. Met. 8, 152 Vota Ioui Minos taurorum corpora centum Soluit. Iul. Capitol. Balb. 11 Tantum sane laetitiae in Balbino, qui plus timebat, ut Hecatomben faceret. quod tale sacrificium est: Centum arae vno loco caespiticiae exstruuntur, et ad eas centum fues, centum oues mactantur. Nam si imperatorium sacrificium fit, centum leones, centum aquilae, et caetera huiusmodi animalia centena feriuntur: quod

55 quidem Graeci quondam fecisse dicuntur, quum pestilentia laborarent. Iuuen. Sat. 12, 101 Existunt qui promittant hecatomben. Hecatombe, Satira quaedam Varronis inscripta fuit, in qua de sacrificiis agebat, sumtuosaque sacra reprehendebat, verumque sacrificium esse purae et integrae mentis preces docebat. quod probabile fit inspicienti fragmenta illius, sub hoc titulo a viris doctis ex Nonio collecta.

HECATOMPVS, ōdis. m. Piscis centipes. Plin. 13, 43.

HECATOMPŪLOS, i. f. [ἑκατόμυλος] Vrbs est Parthorum, regni caput Plin. 6, 15 et 25 extr. A centum portis dicitur. nam

65 πύλη, porta dicitur. Ita etiam dicuntur Thebac. Vid. Ammian. 22, 16. Nempe

HECATONSTYLON, i. n. Porticus centum columnis constans. Mela.

HECTA, vid. HETTA.

70 HECTOR, ōris. m. [Ἑκτωρ] Priami et Hecubae filius, fortissimus vir et propugnaculum Troianorum, ab Achille interfectus. Hor. Carm. 2, 4, 10 Ademptus Hector Tradidit fessis leuiora tolli Pergama Graiis, i. faciliora expugnata fuisse Pergama, sublato Hectore: de quo chorus Sen. Troad. 124

75 Columen patriae, mora fatorum,
Tu praesidium Phrygibus fessis,
Tu murus eras; humerisque tuis
Stetit illa decem fulta per annos
Tecum cecidit, summusque dies

80 Hectoris idem patriaeque fuit.

Virg. Aen. 3, 343 Andromache Hectoris antea, nunc Heleni coniux, interrogat de Ascanio, Ecquid in antiquam virtutem, animosque viriles Et pater Aeneas et auunculus exiecit Hector. Virg. Aen. 1, 277 Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros: Exanimumque auro corpus vendebat Achilles. Ouid. de Arte Am. 1, 441 Hectora donabat Priamo prece motus Achilles. Homicida Hector Hor. Epod. 17, 12.

HECTŌREVS, a, um. Adi. possess. [Ἑκτόρειος] Gens Hectorea, Quae ab Hectore duxit originem. Coniux Virg. Aen. 3, 488.

90 Corpus Idem ibid. 2, 543.

HECVBA, ae. f. [Ἑκίβη] Vxor regis Priami, quam Homerus filiam Dymantis dixit, idque sensisse videtur Ouid. Met. 13, 575 Ergo aliis latrasse Dymantida flebile visum est. Euripides vero non Dymantis, sed Cissei filiam Thracum regis esse dixit: quem sequutus est

95 Virg. Aen. 10, 704 — et face praegnans Cisseis regina Parin creat. Quia praegnans somniauerat, se accensam faciem parere, quae patriam totam inflammaret. Ideo porro in canem conuersa fingitur Hecuba, quod quum post euersam Troiam captiua a Graecis duceretur, et Polydori corpus in mare praecipitatum agnouisset, seque in maria praecipitare vellet, nimio dolore inaniter Graecis conuiciaretur. Haec Seruius. Conf. Iuuenal. 10, 271 Torua canino Latrauit rictu. Vid.

CYNOSSEMA. Suet. Tiber. c. 70. et Plin. 4, 11. Hecuba pro Quauis vetula Martial. 3, 75.

HECYRA, ae. f. [Ἑκυρά] Latine Socrus dicitur; quo nomine dicta est

100 Comoedia Terentii.

HEDĒRA, vel **EDERA**, ac. f. [*κισσος*] *Planta Baccho Poëtis familiaris.* Inimica arbori, satisque omnibus (*inquit Plin. 16, 34*) sepulcraque ac muros rumpens, serpentium frigori gratissima: ut mirum sit vllum honorem habitum ei. Duo genera eius prima, ut reliquarum, mas et femina. Maior traditur mas corpore, et folio duriore ac pinguiore, et flore ad purpuram accedente, etc. *Sed magis fere ad nos illa ex eodem loco pr.* Dicitur Alexandrum ob raritatem ita coronato exercitu victorem ex India rediisse, exemplo Liberi patris: cuius dei et nunc adornat thyrsos, galeasque etiam et scuta in Thraciae populis in sollempnibus sacris. Idem c. 35 *vbi monet, ne simillax cum hedera confundatur,* Id vulgus ignorans plerumque festa sua polluit, ederam existimando: sicut in Poëtis, aut Libero patre, aut Sileno, quis omnino nescit quibus coronentur — Hederae mira proditur natura ad experienda vina: si vas fiat ex ligno eius, vina transfluere, ac remanere aquam, si quae fuerit mista. *Vid. mox HEDERA-CEVS.* Hedera coronabantur Poëtae. Ouid. de Arte Am. 3, 411 Nunc hederae sine honore iacent, etc. Hor. Carm. 1, 1, 29 Me doctarum hederae praemia frontium. Hedera, quod Haereat, dicta est, auctore Festo, quodque sequatur quidquid proximum est. *Quamvis per diphthongum non scribatur.* Virg. Ecl. 8, 13 Atque hanc sine tempora circum Inter victrices hedera tibi serpere lauros. *In tutela Liberi patris putabatur esse: quia ut ille iuuenis semper, ita haec viret.* Vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum, illigat. *Vid. Barth. ad Stat. Silu. 2, 7, 11. it. Brouckh. ad Tibul. 3, 6, 2. Etiam Apollini apud Macrob. Sat. 1, 18. Item Musis, a quibus Poëtae acciperunt, nisi malis a Baccho.* Ouid. Fast. 5, 79 Tunc sic neglectos hedera redimita capillos, Prima sui coepit Calliopea chori. Virg. Ecl. 7, 38 Candidior cygnis, hedera formosior alba. *Vbi Seruius, Alba hedera: quia sunt et nigrae hederae: ut, Aut hederae pandunt vestigia nigrae.* Nigra autem, vel alba hedera, non ex foliis, sed ex ligno cognoscitur. Baccifera Sen. Oedip. f. 5. Errantes Virg. Ecl. 4, 19. Flexibiles Ouid. Met. 10, 99. Lasciuus hederis ambitiosior Hor. Carm. 1, 36, 20. Ligantes Virg. in Culice . . . Lugubris, *vid. LVGEO.* Nexiles Ouid. Met. 6, 599. Nigrae Virg. Georg. 2, 258. Scribon. 129. Pallens Virg. Ecl. 3, 39. 35 Serpentes Idem de obitu Maccenatis. Tenax Catul. 59, 34. Victrix Hor. Epist. 1, 3, 25. Virens Idem Carm. 1, 25, 17. Vultus hederarum frondibus abdit Ouid. Met. 6, 599.

HEDERACEVS, f. **EDERACEVS**, a, um. Adi. [*κισσινος*] *Quod ex hedera est.* Cato c. III. Si voles scire, in vinum aqua addita fit, nec ne, vasculum facito de materia ederacea. Vinum id, quod putabis aquam habere, eodem mittito. Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. Nam non continet vinum vas hederaceum. Plin. 16, 24 *ad finem,* Bubus quidem et ficulnea, ilignaue, et hederacea. Herba Columel. 8, 10. Species Plin. 24, 19. *Add. Vopise. Aur. 49.*

HEDERĀTVS, a, um. - Adi. *Patina argentea hederata Treb. Poll. Claud. c. 17. ut ibidem Lancem argenteam pampinatam refert, et discum corymbiatum: ut sunt filicatae paterae. Conf. Tertull. de Cor. Mil. c. 7. et Nemes. Ecl. 3, 18.*

HEDERĪGER, ěra, ěrum. Adi. *Ferens hederam. Catul. 61 (64) 23 Vbi capita Maenades vi iaciunt hederigeræ, mulieres bacchantes.*

HEDERŌSVS, a, um. Adi. Propert. 4, 4, 3 *Lucus erat felix hederoso confitus antro.*

HEDONE, es. f. *Aeon Valentini. Vid. Tertull. aduers. Val. c. 8. 55 'Hδωνή voluptas.*

HEDRA, ac. f. [*ἡδρα*] *Sella. Hinc Cathedra, Ephedra, Exedra. HEDVI, vid. AEDVI.*

HEDVICVS, vel **AEDVICVS**, a, um. Adi. *Pater Heduicus. Aufon. Parent. 2, 2 Tarbellae matris, patris et Aeduici. 60*

HEDYCHRVM, f. **HEDYCHRVN** potius, [*ἡδύχρον*] Cic. Tusc. 3, 46 c. 19 *Collocemus in culcitra plumea; psalteriam adducamus, hedychrum incendamus, etc. In quem locum Victorius, Hedychrum, inquit, verbum Graecum et elegans, a medicis potius inter unguenta quam odoramenta recensetur: unde ita appellatum volunt, quod gratam aspectu, suauemque et nitidam cutem redderet, ac bonitatem coloris praestaret. Haec Victorius. Compositionem docet Dioscorides 1, 61. Cum igitur incendendi causa paratum non videatur Hedychrum; nondum persanatus videtur locus, quem alii legunt Cedrum incendamus.*

HEDYCVS, i. m. *Idem esse videtur in loco Varr. apud Non. 3, 234. 70*

HEDYMELES, is. m. [*ἡδυμέλης*] *Citharoedus apud Iuuen. Sat. 6, 383. a suauitate cantus ita dictus.*

HEDYOSMOS, i. m. [*ἡδύοσμος*] *Latine dicitur Menta, ab odoris gratia. Plin. 35, 15 Utuntur etiam ad quartanas bituminis drachma, et hedyosmi pari pondere cum myrrhae obolo subacti. Dicta autem Hedyosmos, quod Suaue oleat: Menta autem a Mente, quod odore suo mentem excitet. Idem 19, 8. 75*

HEDYPNŌIS, idis. f. *Intybus filuestris, folii latioris. ἡδύπνοϊς Plin. 20, 8. Suaue spirans. 80*

H E G et H E H

HEGESIAS, ac. m. [*Ἡγεσίας*] *Valerio Maximo teste 8, 9 ext. Cyrenaicus philosophus, qui sic mala vitae repraesentabat, ut eorum miscranda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntariae mortis oppetendae cupiditatem ingeneraret. Ideoque a rege Ptolemaeo vterius de hac re dicere prohibitus. Huius meminit Cic. in Orat. 85 et Tusc. Quaest. 1, 230. Gell. 9, 4.*

HEHEV est in quibusdam libris pro **EHEV**. [*Ἡεῦ Ἡεῦ*] *Dolentis interiectio. Plaut. Capt. 5, 3, 18 Heheu quom ego plus minusque feci illi, quam aequom fuit. Idem Poenul. 3, 5, 46. 90*

HEHEM, *vid. EHEM.* Plaut. Poenul. prol. 118 *Hehem paene oblitus sum reliquum dicere.*

H E I et H E L

HEI. [*οἴ*] *Interiectio dolentis et ingemiscantis. Ter. Andr. 1, 1, 95 46 Hei vereor, ne quid Andria apportet mali. Dativio iungitur: Ter. Heaut. 2, 2, 5 Hei misero mihi. Id. Andr. 3, 5, 15. Cic. . . Hei mihi, non possum hoc sine lacrimis commemorare. Virg. Aen. 2, 273 Hei mihi qualis erat, etc. Hei mihi, hei mihi Plaut. Bacchid. 3, 3, 7. Idem Casin. 3, 6, 7 Hei hei, foetet tuus mihi sermo. Vocativio etiam iungitur, quum exclamatio est hortantis cum approbatione. Ter. Eun. 1, 2, 74 Hei noster laudo, tandem perdoluit: vir es.*

HEIA, *Interiectio excitantis. Idem atque Eia. Heia, hoc face Plaut. Aulul. 2, 1, 30. Phaedr. 5, 6, 3. 105*

HEIVLO, Ære. Scribitur a quibusdam apud Gell. pro Eiulo 12, 5
 Heiulantem atque lamentantem.

HELACATĒNES, is. m. Piscis cetaceus, ad balsamenta idoneus. Plin. 32, II. Athen. 7 p. 301. Vid. ELACATA.

5 HELCIVM, i. n. [ἑλκυσήρ] Quasi tu tractorium dicas, pulvinnatum quiddam, quod applicatur ad pectus equorum et id genus animalium, ab armis, id est humeris pendens, quo et molae illi per machinulam innexae, versantur, et curricula per remonem trahuntur: unde et nomen accepit. ἑλκω enim Graece, dicitur Trabo Latine. Apul. Met. 9 p. 227
 10 Meridie propinquante helcio tandem absolutus. Et p. 222, 20 Defectum alioqui me, helcio sparteo dimoto, nexu machinae liberatum applicant praefepio.

HELCIARIVS, i. m. Helciarum, Qui in naui onera funibus moluntur, vel Qui naues deducunt, subducuntque ad officia inuicem adhortantes, ut uno consensu pariter conspirantes, admoliri uniuersis viribus possint, quod singulis nequeunt, ut fieri interim videmus. Sic declarat Budaeus illud Martial. 4, 64 Quem nec rumpere nauticum celeuma Nec clamor valet helciariorum. Add. Sidon. Epist. 2, 10.

HELCODES, is. m. Viceratus: ἑλκος enim Vlcus est. Cels. 5, 28, 15.
 20 HELCYSMA, atis. n. [ἑλκυσμα] Plin. 33, 6 Scoriam in argento Graeci vocant helcysina.

HELĒI, vid. ELEVS sub ELIS.
 HELĒNA, ac. f. [Ἑλένη] Iouis filia ex Leda uxore Tyndari, regis Laconiae, Castoris et Pollucis soror, et Menelai Lacedaemoniorum
 25 regis uxor. Haec ob eximiam pulchritudinem bis rapta fuit: primum adhuc puella a Theseo: secundo, iam Menelao nupta, a Paride: pro qua recuperanda Graeci cum Troianis decennale bellum gesserunt. Inter Heroidas Ouidii 16 est Paridis ad Helenam, cui illa 17 respondet. Argiua Helena Virg. Aen. 1, 654. Infamis Hor. Epod. 17, 42.

30 Lacaena Helene Idem Carm. 4, 9, 16. Martial. 1, 63 Laeuiua casta antea, Baeas Penelope venit, abit Helene. ¶ 2 Helena Sidus perniciosissimum nauigantibus, ut ait Solinus c. 4 pr. quod auertit, si fides, sanguis menstruus. Plin. 2, 37 agit de stellis Castoribus, quem locum cum supra voce CASTOR non
 35 attulerimus, hoc reuocare placet. Vidi, inquit, nocturnis militum vigiliis inhaerere pilis pro vallo fulgorem effigie ea (int. stellarum) et antennis nauigantium aliisque nauium partibus, ceu vocali quodam sono insistant, ut volucres sedem ex sede mutantes: graues cum solitariae venere, mergentesque nauigia; et si in carinae ima
 40 deciderint, exurentes: geminae autem salutares et prosperi cursus praenuntiae, quarum aduentu fugari diram illam ac minacem, dictam Helenam, ferunt. Et ob id Polluci et Castori id numen assignant; eosque in mari deos iuocant: Σωτήρας nempe, ut supra obseruatum est. Hos inuocat Horatius pro Virgilio suo nauigante 1, 3, 2 Fratres Hele-

45 nae, lucida sidera.
 HELENIVM, i. n. [ἑλένιον] Fruticis, seu Herbae genus: Plin. 21, 10 Helenium e lacrimis Helenae dicitur natum, et ideo in Helena insula laudatissimum. Est autem frutex humi se spargens, dodrantalibus ramulis, folio simili feryllo.
 50 HELĒNVS, i. m. Vir Troianus, quem Virg. Aen. 3, 295 Priamidem vocat. Et vatem Ibid. Cic. de Diuin. 1, 89.

HEIEOSELINVM, i. n. Genus apii Pallad. 5 t. 3. Helioselinum appellatur Plin. 19, 8. et 20, 5.

HELEPŌLIS, is. f. [ἑλεπόλις] Machina est ab Euertendis vrribus dicta. ἑλω enim euerto significat. Aedificatur autem, ut tradit Am-
 55 mian. 23, 4 hoc modo: Testudo compaginatur immanis, axibus roborata longissimis, ferreisque clavis aptata, et contegitur coriis bubulis, virgarumque recenti textura: atque limo asperguntur eius summa, ut flammeos detractet et missiles casus. Conferuntur autem
 60 eius frontibus trifulcae cuspides praecutae, ponderibus ferreis graues, qualia nobis pictores ostendunt fulmina, vel fictores, ut quidquid petierit exsertis aculeis abrumpat. Hanc ita validam molem rotis et funibus regens numerosus intrinsecus miles, languidiori murorum parti viribus admouet concitis, et nisi desuper propugnantium
 65 valuerint vires, collisis parietibus aditus patefacit ingentes. Hanc Helepolim fufius describunt Plutarchus in vita Demetrii, et Vitruu. 10, 22. Lips. Polioret. 3, 1 extr.

HELERNVS, i. m. Lucus Tiberino adiacens. Ouid. Fast. 6, 105. Vid. Heinf. ibid. et ad 2, 67.

70 HELETES, seu Heles Fluuus circa Veliam. Cic. Fam. 7, 20. et Att. 10, 13. Meminit et Strab. et Steph.

HELIACVS, a, um. Adi. Solaris. Vt, Heliacus ortus, apud Astronomos. Trochiscus Heliacus, Chamaemelum Apul. de Herb. c. 23.

HELIĀDES, um. [Ἡλιάδες] Patronymicum femininum ab Helios, qui
 75 est Sol. Nam sorores dicuntur Phaethontis. Ouid. Met. 2, 340. Nemus Heliadum, i. Populi arbores Idem ibid. 10, 91. Heliadum crustae Iuuenal. 5, 38 sunt trullae aut alia vasa, in quibus bibitur e succino, quod de arborum corticibus fluere, iam tum putabatur. Caue enim de electro metallo facticio, cum Grangaeo capias, cui nihil commune
 80 cum Heliasin.

HELIANTHE, es. f. Herba, quae et Heliocallis. Plin. 24, 17.

HELICĀON, ōnis. m. Filius Antenoris, qui Patauium condidit. Mart. 10, 193 Euganeas Helicaonis oras vocat Patauinum agrum. Hinc
 85 HELICAŌNIVS, a, um. Adi. i. Patauinus. Mart. 14, 152

Nos Helicaonia de regione sumus.

HELICE, es. f. [Ἑλίκη] Vrbs Achaiae, quam mare absorbit. Plin. 2, 92. ¶ 2 Stella vel sidus iuxta polum arcticum ἀπὸ τῆς ἑλίσεως, quia circa illam voluitur caelum, vel potius ipsa voluitur circa polum. Est enim Arctos f. Vrsa maior. Cic. Acad. 4, 66 c. 20 Ego vero ipse
 90 et magnus quidem sum opinator (non enim sum sapiens) et meas cogitationes sic dirigo non ad illam paruulam cynosuram, Qua fidunt duce nocturna Phoenices in alto, ut ait Aratus, eoque directius gubernant, quod eam tenent, Quae cursu interiore breui conuertitur orbe, sed ad Helicen et clarissimos Septentriones, id est rationes has
 95 latiore specie, non ad tenue climatas: eo fit, ut errem, et vager latius. Est igitur Helice eadem quae Callisto. Lucan. 2, 237 Parthasis obliquos Helice quum verteret axes. Ouid. Fast. 3, 108. Effe-
 100 duas Arctos quarum Cynosura notetur Sidoniis, Helicen Graia carina notet. Hinc pro plaga septentrionali ponitur. Grat. Cyneg. 55 Illa vel ad flatus Helices oppande serena: quos flatus Auienus 639 Flatus vrsae sereniferac appellat. Tellus Helices niuosae Sen. Herc. Oet. 1539. ¶ 3 Helice etiam est species Salicis Plin. 16, 37.

HELICŌN, ōnis. m. [Ἑλικὼν] Mons Boeotiae iuxta Thebas, Phocidi vicinus, non procul a Parnaso, eique aemulus et altitudine et circui-
 105 tu, qui et ipse Apollini quoque sacer, et Musis est. unde Heliconiades
 5 T Musae

Musae sunt appellatae. Amoenus Lucret. 1, 118. Virgineus Ouid. Met. 2, 219. a Musis, quae Heliconis alumnae Idem Fast. 4, 193. Sed ex Ponto 4, 2, 11 Heliconia colentes vocat Poetas.

HELICONIADES, um. f. [Ἑλικονιάδες] Musae Heliconem habitantes. Perf. in proem. 4 Heliconiadasque pallidamque Pyrenem. Comites Heliconiadam Lucret. 5, 1050.

HELICŌNIVS, a, um. Adi. Vt Heliconia mella Claud. de Laud. Seren. v. 10. Collis Heliconii cultor Catul. 62, 1.

HELIOCALLIS, vid. HELIANTHE.

HELIOCAMINVS, i. m. [ἡλιόκαμνος] Ad verbum Solaris fornax dici potest. Est autem Solare vaporarium in aprico loco situm, ad calorem solis excipiendum, quo antiqui utebantur. Vlpian. in l. si arborem D. de feruit. urban. praed. Si arbor in heliocamino vel solarario solem adimat, dicendum erit, quia umbram facit in locum, cui sol fuit necessarius, contra feruitutem impositam fieri. Plin. Epist. 2, 17 In hac Diaeta heliocaminus quidem, alia xystum, alia mare, utraque solem, cubiculum autem valuis, cryptoporticum fenestra prospicit. Qua mare, contra parietem medium, diaeta perquam eleganter recedit.

HELIOCHRYŒSOS, i. m. Herba aureum florem producat. Plin. 21, 11. 20

HELIOGABALVS, i. m. M. Aurelius Antoninus Imperator vocari solet, Antonini Caracallae filius, de quo Aur. Victor. 23 Accitusque M. Antoninus Bassiano (Caracalla) genitus, qui patre mortuo in Solis sacerdotium, quem Helioabalum Syri vocant, tanquam asylum insidiarum metu confugerat, hincque Helioabalus dictus, etc. Seruius ad Aen. 7, 180 Gabalus (al. Eliogaballus vel Aliogabalus) Romanus imperator Solem se dici voluit: nam Helioabalus dictus est. Aliquid veri huic obseruationi inesse putarunt certe, qui Graeco ἡλιογάβαλον vocarunt: cum Elagabalus verum nomen sit. Vid. Cellar. et Hearn. ad illud Eutrop. 8, 22 Sacerdos Heliogabali templi erat. Add. Seld. de Diis Syris 2, 11. Spanhem. Vaillant.

HELIOPOLIS, is. f. [Ἡλιόπολις] Ciuitas est Aegypti, quae a Graecis, teste Diodoro Siculo, Thebe dicitur, huius ciues, teste Herodoto 2 apud Aegyptios omnium sapientissimi habentur. Altera est eiusdem nominis in Cilicia patria Chryssippi Stoici. Solinus. Vid. Steph. de Urb. et eruditissimum Holstenium. Cic. de N. D. 3, 54.

HELIOPOLITES, ae. m. Adi. Nomos Heliopolites Plin. 5, 9. Praefectura Aegyptiaca. Heliopolitarum cerimoniae Idem 36, 26.

HELIOPON, (ni sit corruptum) apud Apul. de Herb. c. 49. Idem atque Heliotropium.

HELIOSCOPIVM, i. n. Genus Heliotropii et Tithymali. Diosc. 4, 165. Plin. 22, 21 et 26, 8. Apuleio de Herb. c. 108 est Helioscopus.

HELIOSTRŒPHON, i. n. Malua erraticca. Apul. de Herb. c. 40. et Heliotropium c. 49.

HELIOPTROPIVM, i. n. [ἡλιοτρόπιον] Herba. Varro R. R. 1, 45 46 Nec minus admirandum, quod fit in floribus, quos vocant heliotropia ab eo, quod ad Solis ortum mane spectant, et eius iter ita sequuntur ad occasum, vt ad eum semper spectent. Plin. 2, 41 Mirretur hoc, qui non obseruet quotidiano experimento herbam vnam, quae vocatur heliotropium, abeuntem solem intueri semper, omnibusque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante. Idem 22, 21 de ea copiose disputat et 18, 27. Quidam putant eam esse herbam, quae etiam Calendula dicitur. Vid. Apul. de Herb. c. 63. ¶ 2 Est et Heliotropium, Gemma, de qua Plin. 37, 10 l. 60.

HELIS, vid. ELIS.

HELIX, icis. f. Genus hederæ celsæ, folia multo minora habentis quam reliquæ, neque vnquam fructum ferentis, vt inquit Theophrastus. dicta Helix, quod multas habeat circumuolutiones. de qua Plin. 16, 34. Add. Ibid. c. 38.

HELLADICVS, a, um. Adi. Graecus. Plin. 35, 10 Picturæ duo genera fuere, Helladicum et Asiaticum.

HELLAS, adis. f. [Ἑλλάς] nomen Regionis Achaiae, a nostris Graecia appellata a Graeco, qui primus in ea regnavit: a cuius filia vocata est Attis: deinde ab Hellene, Deucalionis filio, dicta fuit Hellas. Vid. Melam 2, 3. Plin. 4, 7. Vid. Prideauxius ad Marm. Oxon. qui erudite causam assignat, quare Graecia Latinis semper, ipsis Graecis Ἑλλάς.

HELLE, es. f. [Ἑλλη] Filia Athamantis, regis Thebarum, quae cum Phryxo fratre suo nouercales insidias fugiens, ariete vectore delapsa in mare iuxta Byzantium demersa est, quod inde Helles pontus vocatur. Sidus Arietis ita describit Ouid. Fast. 4, 715 E duce lanigeri pecoris, qui prodidit Hellen, Sol abit etc. Colum. 10, 155 Mox vbi nubigenae Phryxi (portitor) nec portitor Helles, etc.

HELLEBORVM, f. ELLEBORVM, (variatur enim scriptura) i. n. [Ἑλλεβορος] Herba vomitoria. Plin. 25, 5 hellebori duo facit genera, sicut et Diosc. 4. Candidum, quod Italia Veratrum album appellat, et Nigrum. Quod Melampodion vocant, ab inuentore Melampode vate, vel pastore, quod is animaduertisset, eo purgari capras. deinde dato earum lacte, sanauit Proetidas furentes. Sed Gellius 17, 15 Plinium sequutus, ait coloris discerniculum, non in semine, neque in virgultis, sed in radice apparere. Candido vomitiones ciuntur, eoque stomachum et ventrem superiorem purgat. Nigro alius inferior diluitur. vtriusque periculosa sumtio. Carneades Academicus, scripturus aduersum Stoici Zenonis libros, candido helleboro superiora corporis purgare solitus legitur, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilia usque animi redundaret, et instantiam, vigoremque mentis labefaceret. Ex Plinio igitur videre licet vtrumque genus tum candidum, tum nigrum, cum ad alia complura mala, tum aduersus melancholiam, remedium efficax habere. Conf. Plin. 25, 11. Intt. Petron. c. 88. et ad Perf. 1, 64. Plaut. Men. 5, 5, 15 de infano curando medicus, Non potest haec res iugere hellebori obtinerier. i. eo modo hellebori, qui in toto iugere vno anno prouenit. Hor. Epist. 2, 2, 137 Expulit helleboro morbum, bilemque meraco. Ouid. ex Pont. 4, 3, 53 I, bibe dixissem, purgantes pectora succos, Quidquid et in tota nascitur Anticyra. Helleborus etiam in m. gen. dicitur. Columel. 10, 17 Sed negat helleboros, et noxia galbana succo. Virg. Georg. 3, 451 Helleborosque graues, nigrumque bitumen. Helleborum his hominibus opus est Plaut. Pseud. 4, 8, 89. Danda est hellebori multo pars maxima auaris Hor. Serm. 2, 3, 82. Triste helleborum Catul. 94.

HELLEBORINE, es. f. Herba similis Helleboro. Plin. 27, 9.

HELLEBORITES, ae. m. Vinum ex Helleboro confectum. Plin. 14, 16 f. 19 Sic et Elleboriten fieri ex veratro nigro Cato docet. Respicit c. 115.

HELLEBORANDVS, a, um. Veratro seu Helleboro purgandus. Cael. Aurel. Tard. 4, 3.

HELLEBORŒVS, a, um. Adi. [Ἑλλεβορώδης] Qui plus helle-

bori sumsit, quam par fuit. Plaut. Rud. 4, 3, 67 Quaesō sanus es? T. helleborosus sum. Forte etiam voluit eum, qui elleboro valde opus habet.

HELLEN, ōnis. m. [Ἑλλήν] Deucalionis et Pyrrhae filius, a qua Hellenes, nonnulli credunt fuisse nominatos.

HELLENISTAE, arum. m. Iudaei religione, gente Graeci. Vid. Aēt. Apost. c. 6, 1. 9, 29. 11, 10. De iis plurimum inter se digladiati sunt Dan. Heinsf. et Salmasius. Vid. huius Comment. de Lingua Hellenistica, Funus Linguae Hellenisticae, etc. Plurimorum in diuersas partes abeuntium sententias refert Fabric. in Bibl. Graec. Vol. 3 p. 226.

HELLESPONTVS, i. m. [Ἑλλήσποντος] Fretum angustum ab Aegeo in Propontida, ubi sunt illae angustiae, septem tantum stadiis Aſiam ab Europa diuidentes. Ibi Helle in Pontum decidit. Vnde qui prius Pontus dicebatur, postea Hellepontus vocatus est. Cic. in Orat. 163 Qua Pontus Helles superat modum. Iunxit Hellepontum Xerxes Id. de Fin. 2, 112.

¶ 2 Sumitur etiam pro Regione Aſiae iuxta istud fretum pertinente. Sext. Ruf. de Prouinc. Rom. c. 10 Caria, Hellepontus ac Phrygia in potestatem P. R. iuncta deditione peruenerunt.

HELLESPONTIVS, et HELLESPONTIACVS, a, um. Adi. [Ἑλλήσποντιος] Virg. Georg. 4, 111 Hellepontiaci seruet tutela Priapi. Aqua Hellepontiacā Ouid. Epist. 19, 32. Mare Hellepontiacum Idem ibid. 18, 108. Si quid habebit cum aliquo Hellepontio controuersiae Cic. Fam. 13, 53. Ora Hellepontia Catul. 18.

Hellepontii Plin. 5, 30. Hellepontius, Nomen venti Plin. 4, 47. HELOPS, ōpis. m. Est Genus piscis. Quinctil. 5, 10 Et piscium quoque genera alia planis gaudent, alia saxosis, regionibus etiam litoribusque discreta sunt, nec helopem nostro mari, nec scarum ducas. Vid. Columel. 8, 16. Ouid. in Halieut. 96. Plin. 9, 17. et 32, 7.

Geil. 7, 6. Pithoeus ad Petron. p. 173 Goldast. Scribitur et Elops. HELORVS, i. m. [Ἑλωπος] Siciliae fluius. Praepingue solum stagnantis Helori Virg. Aen. 3, 698.

HELŌTAE, vel HELOTES s. ILOTAE. Nepos 4, 3, 6 Est genus quoddam hominum, qui Helotae vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit, seruatorumque munere fungitur. Helotas Lacedaemonii seruos, quos bello cepissent, appellabant. ἀπὸ τῆς ἑλῶν, quod est capere. Suidas ab Helo ciuitate, qua capta, Spartani omnes in seruitutem redegerunt, dictos asserit. Sunt autem serui publici. Vid. Crag. de Rep. Lacedaem. 1, 11. Meurf. Misc. Lacon. 6. Liu.

34, 27 Ilotarum deinde quidam, hi sunt iam inde antiquitus castellani, agreste genus, etc.

HELVACEVM, i. n. Heluacea, Genus ornamenti Lydii dictūma colore boum, qui est inter rufum et album medius, appellaturque Helvus Festus: qui, quodnam ornamentum Lydium intelligat, non assequer.

HELVCVS, vid. ELVCVS. HELVELLAE, arum. f. [λαχανόρια] Minuta olera, Festo. Generale est vocabulum minutiorum herbarum, seu olusculorum. Cic. Fam. 7, 27 Fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, vt nihil possit esse suauius.

HELVENACIVS et HELVENACVS, et HELVINACIVS. Adi. Ex Heluo colore. Vitis heluenača Plin. 14, 9. Columel. 5, 5. et 3, 2.

HELVEOLVM, vid. HELVOLVS. HELVETII, orum. m. Populi hoc nomen seruantes hodie. De bis vid. Cic. de Prou. Conf. 33. et Caes. B. G. 1.

HELVIDIVS, i. m. Nomen Romanum, vt Heluidius Priscus Tacit. Ann. 12 seq. Heluidius Rufus Cic. pro Cluent.

HELVII, orum. m. Galliae Narbonensis populi. Plin. 3, 4.

HELVICVS, a Populo, Adi. vt, Vinum Heluicum Plin. 14, 1.

HELVINVS, a Calore. Plin. 14, 4. Vid. HELVVS. Add. ELVINVS.

HELVO, et HELLVO, ōnis. m. [ἄσωτος, καταφαγῆς Gloss. Lat. Gr.] Vorax dicitur. Festus: Heluo dictus immoderate bona sua consumens: ab eluendo. quod nomen ideo adspiratur, vt rei auiditas magis exprobratur: fit enim (adspiratione) vox incitator. Ter. Haut. 5, 4, 10 Si Scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, heluo, ganeo, damnosus. Conf. Eugraph. in b. l. Cic. pro P. Sextio 26 c. 11 Me ipsum vt contemfit heluo patriae? nam quid ego patrimonii dicam, quod ille, cum quasi quaestum faceret, amisit? Gurges

atque heluo: natus abdomini suo Idem in Pison. 41. Concinnus, vid. CONCINNVS. Impurus Cic. de L. Agr. 1, 2. Inmanis, spurcissimus, item nequissimus Idem pro Domo sua 24. et Post red. in Senatu 13. et Fam. 16, 18. Heluo librorum, a Cicerone

per translationem dictus, de Fin. 3, 8 c. 2 pro Eo, qui legendo satiari nequit, Quo quum venissem, M. Catonem, quem ibi esse nescieram, vidi in bibliotheca sedentem, multis circumfusum Stoicorum libris. erat enim in eo, vt scis, inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat, etc. quo magis tūm in summo otio, maximaque copia, quasi heluo librorum (si hoc verbo tam in clara re vtendum est) videbatur.

HELWOR, ari. Dep. [λαιμῶζω, λαιμῶω, λαιμῶσω] Vorare, consumere. Cic. pro Domo 124 c. 47 extr. Id. pro Sextio 111 Quid? tu meo periculo gurges ac vorago patrimonii heluabere: vt si ego Consul Rempubl. contra te, et gregales tuos defendissem, in ciuitate esse me nolles? Id. de Prouinc. Consul. 14 c. 6. An parum heluatus est? Catul. 29, 17. Passiue. Et heluato sera patrimonio In fratre parsimonia Virg. in Catal. p. 142 Burm.

HELVATIO, ōnis. f. [λαιμασία] Cic. post red. in Senat. 12 c. 6 Cur in iustis et heluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tam diu cessauit? Vacare heluationi Treb. Poll. in Gallieno c. 4.

HELVATOR, Idem ac Heluo, apud Tertull.

HELVOLVS, siue HELVEOLVS, a, um. Adi. Vt, Heluolum vinum Cato de R. R. c. 63. Item Columel. 3, 2 Sunt et heluolae, quas nonnulli varias appellant, neque purpureae, neque nigrae, ab heluo (ni fallor) colore vocitatae. Add. Cat. c. 24. Plin. 14, 2.

HELVS Color, Qui medius est inter rubrum et nigrum colorem. Varro de R. R. 2, 5 de corio boum, Corium tactu non asperum ac durum, colore potissimum nigro, deinde rubeo, tertio heluo, quarto albo. Conf. Isidor. 19, 28. it. Voss. Etymol. etc.

HELXINE, es. f. [ἑλξίνη] Herba, quae Latine Parietaria et Muralis et Muralium dicitur. Plin. 22, 17. Alia ibid. 21, 5 et 16.

HEM. [ἤμ] Interiectio omnium commotionum animi index. 105 Irascentis, inquit Donat. Ter. Andr. 1, 2, 23. Ibid. 2, 6, 3 Quid Dauus

Dauus narrat? D. aequè quidquam nunc quidem. S. nihilne? hem. *Vbi Donatus: Interiectio est aduersus eum, qui se neger aliquid locutum esse. Exclamantis. Ter. Andr. 2, 5, 6 D. Quasi de improviso respice ad eum. P. hem pater. Vbi Donatus: Interiectione magis, quam verbo exclamauit. Add. Ibid. v. 9. Exhortantis Ter. Andr. 2, 5, 5. Nouas res, et optime audientis: Ter. Heaut. 2, 3, 70 Adducimus tuam Bacchidem. CLI. hem, quid Bacchidem? Coni. Adolph. 4, 5, 62. Ecce, demonstratio facti. Ter. Andr. 2, 2, 15 Obsecro te quamprimum hoc me libera miserum metu. D. hem, libero. Idem ibid. 5, 2, 1 Hem Dauoni tibi. Ibidem 2, 2, 23 Hem, paullulum opsoni, etc. Commiserationis: Ter. Andr. 4, 6, 8 Saluus sis Crito. C. itane Chrysis? hem. M. nos quidem pol miseris perdidit. Vbi Donatus: Non nunc interrogat, sed commiseratur: et ita sequebatur, vt diceret, periit. sed magis gemitus significat, quod minus dixerat. Ibidem 4, 5, 46 Hem scelera, hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi. *Insuperatum aliquid videntis aut audientis. Ter. Andr. 1, 2, 13 S. Daue? D. hem, quid est? s. eodum ad me. Vbi Donatus: Quasi correptio totius corporis. Perturbati animi. Ter. Andr. 5, 2, 5 S. O salue bone vir. D. hem Simo. ô noster Chreme. Idem Eun. 5, 1, 11 Hem misera occidi infelix, si quidem tu isthaec vera praedicas. Interiectio, qua mulieres in suis exclamationibus uti solent. Ter. Hecyr. 3, 2, 12 Hem istoc verbo animus mihi rediit, et cura ex corde excessit. Laetitiae Ter. Heaut. 4, 5, 9. Ibid. 4, 8, 25 Postremo etiam si voles, desponsam quoque esse dicito. M. hem istuc volueram. Laborantis animi. Ter. Eun. 4, 2, 8 Occoepe mecum cogitare, hem, biduum hic manendum est soli sine illa? Idem Andr. 3, 3, 24. Principium iracundiae. Ter. Andr. 5, 4, 16 S. Syrophanta. CR. hem. CH. sic Crito, est hic: mitte. Ironica interiectio. Id. Phorm. 4, 4, 7 Hem, si quid velis, huic mandes quod quidem recte curatum velis. Singultientis fetu et gaudio dictum. Ter. Adel. 4, 5, 62 Bono animo es, duces vxorem hanc. AE. hem. M. bono animo es inquam. Quasi incipientis, demonstrantisque aliquid noui se inuenisse. Ter. Andr. 4, 1, 59 At iam hoc opus est. D. hem. sed mane, concrepuit a Glycerio ostium. Respondentis. Idem Adolph. 2, 4, 17 Heus heus Syre. s. hem quid est?**

HEMERESIOS, Latine Diurnus. Vnde Tabula hemeresios, quod Vna die absoluta fuerit, apud Plin. 35, 11.

HEMERIS, idis. f. [*ἡμερίς*] Genus arboris glandem ferentis. Vid. Plin. 16, 6.

HEMEROBIVM, i. n. Vnum diem viuens. Bestiola iuxta Hypani fluiuium. Plin. 11, 36 Hypanis fluiuius in Ponto circa solstitium desert acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpit volucre quadrupes (*pyraustae simile*). nec vltra vnum diem viuunt, vnde Hemerobion vocatur. Hoc idem Cic. Tusc. 1, 94 c. 39 Aristotelis fide ubi narravit, adiicit, Ex his igitur hora octaua, quae mortua est, pro vecta aetate mortua est; quae vero occidente sole, decrepita: eo magis, si etiam Solstitiali die. Confer. nostram longissimam aetatem cum aeternitate, in eadem prope modum breuitate, quae illae bestiolae reperiemur.

HEMEROCALLIS, is. f. Liliu siluestre. Vid. Plin. 21, 10. Diosc. 3, 128.

HEMERODROMVS, i. m. [*ἡμεροδρόμος*] Cursor, qui die vno ingens spatium cursu emetitur. Liu. 31, 24 Ni speculator (hemerodromos vocant Graeci, ingens die vno cursu emetientes spatium) contemplatus regium agmen e specula quadam, praegressus nocte media Athenas peruenisset. Add. Nep. 1, 4, 3.

HEMEROTON, i. n. Centauria maior. Apul. de Herb. c. 34.

HEMI in compositis Graecis dimidiam partem notat. ἡμι ex ἡμισι Lat. SEMIS v. v.

HEMICILLVS, i. m. Dimidius asinus. Cic. Att. 13, 51 sec. Gronou.

HEMICRANIVM, i. n. Dimidia capitis pars. Apul. de Herb. c. 53, 2. Ser. Sammonic. c. 2.

HEMICRANIA, ae. f. [*ἡμικρανία*] Morbus, quo dimidium capitis infestatur, velut etiam ipsum nomen indicat a voce ἡμιον et κρανιον compositione facta. Eadem etiam ερεπονρανία appellatur, ob alterius tantum partis affectionem.

HEMICRANICVS, i. m. Hemicrania laborans. Oct. Horat. 2, 21 Hemicranicis adiutorio adhibere.

HEMICYCLVS, i. m. [*ἡμικύκλος*] Dimidius circulus. Vitruu. 5, 1 Item tribunal est in ea aede, hemicycli Schematis, minore curuatura formatum. Eius autem hemicycli in fronte est intervallum pedum XLVI, introrsus curuatura pedum XV. Geometra aliquis diceret segmentum circuli, cuius chorda pedum XLVI, sagitta vero pedum XV. Videtur autem Genitiuus Adiectiuu, a Nominatiuo hemicyclum schema. Potest etiam prima positio esse Hemicyclum Substant. vel Hemicycli est Genitiuus contractus ex Hemicyclium. Nempe

HEMICYCLIVM, i. n. vel HEMICYCLION [*ἡμικύκλιον*] corpus semicirculare significat Vitruu. 9, 9 pr. Hemicyclium excautum ex quadrato. Plin. Epist. 5, 6, 33 Rectus hit Hippodromi limes in extrema parte hemicyclio (al. hemicyclo) frangitur, i. in semicirculum, uti circus, theatraque, desinit. Aliquoties etiam pro linea semicirculari ponit Vitruu. 9, 8 in horologii descriptione v. g. Ab iisdem centris diducto circino ad extremas diametros describantur hemicyclia duo, quorum vnum erit aestiuum, alterum hibernum. Ad balneum pertinet Sidon. Apollin. Epist. 2, 2 Excepto solii capacis hemicyclio, i. alueo, vel descensione siue lacu semicirculari. Cicero Lael. 2 c. 1 Scaeuolam memorat domi in Hemicyclio sedentem, cum ego, inquit, essem vna, et pauci admodum familiares; et in eum sermonem incidere. Falluntur, puto, qui hoc ad sellam auguralem referunt, et indicari arbitror lectum, sedem certe puluinatum, semicirculari forma, maiorem, confabulationibus aliquot familiarium rem aptissimam. Certe Polux 6, 9 εφ' ὧν δ' ἔστι κατακείμεαι, inquit, καλοῖς ἀν κλίνας — ἡμικύκλια, ἄλυστρας. Manifeste ergo inter genera lectorum refertur et sedilium.

HEMICYLINDRVS, i. m. Dimidiatus secundum longitudinem cylindrus. Euclid. in Perspectiua theor. 28 Cylindro utunquae inspecto ab oculo vno, minus hemicylindro spectabitur. Add. Vitruu. 9, 3. et Bald. Lex.

HEMINA, ae. f. [*ἡμίνα, κοτύλη*] Dimidia pars est sextarii. At cotylas, quas, si placeat, dixisse licebit Heminas, recipit geminas sextarius vnus Fannius v. 67. Vid. reliqua voce CONGIVS. Hemina calda Scribon. 118. Cato c. 57 Vinum familiae, vbi vindemia facta erit, loram bibant menses tres. Mense quarto heminam in dies vnam, etc. Plaut. Mil. 3, 2, 18 Neque equidem heminas octo expromsi in vrceum. Gell. 3, 14 ex Varrone, Si de sextario hemina

fusa est, non dimidiatum sextarium fufum dicendum est (*sed dimidium*). Hemina (*inquit Festus*) ex Graeco ἡμισιον, quod est dimidia pars sextarii. *Conf.* Plin. 21, 34. *et* Pers. 1, 130.

HEMINARIUS, a, um. Adi. [ἡμινάριος] Quinctil. 6, 3, 52
5 Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum, quae amicis dabantur, exiguitatem, heminaria esse dixit. *Nempe Hemina est congiars pars duodecima.*

HEMIOLIVS, i. m. [ἡμιόλιος] est (*inquit Gell.* 18, 14) Qui numerum aliquem totum in se habet, dimidiumque habet eius, ut
10 tres ad duo, quindecim ad decem, triginta ad viginti. Vitruv. 3, 1
Supra sex — disidia (*ternario*) adiecta, cum facta sunt nouem, sesquialterum dicunt, qui ἡμιόλιος appellatur. *Frequens haec proportio apud Musicos. Sunt etiam Hemioliae naues: sed res Graeca est.*

HEMIÓNION, i. n. [ἡμιόνιον] Herba. Apul. de Herb. c. 56.
15 *et* Plin. 27, 5 qui Asplenon dici alias, obseruat.

HEMIPLEXIA, vid. PARALYSIS.

HEMISPHERIVM, i. n. Dimidia sphaera, hoc est, caeli dimidium. Varro de R. R. 3, 5 Intrinsecus sub tholo stella Lucifer interdiu, noctu Hesperus ita circumeunt ad infimum hemisphaerium, ac mouentur,
20 ut indicent quot sint horae. *Conf.* Hygin. Astron. 4, 13. Macrobr. Somn. Sc. 2, 5.

HEMISTICHION, i. n. Dimidius versus.

HEMITHEOS, i. m. [ἡμίθεος] Semideus. Mart. Capell. 2, 40
Hemithei heroësque.

HEMITONIVM, i. n. Vox Musicorum, qua dimidium tonum significant. V. g. Vitruv. 5, 4 p. 84 Diesis et toni pars quarta. Ita in hemitonio
25 duae dieses sunt collocatae. *Add.* Macrobr. Sat. 2, 1. Martian. Cap. 9 p. 322 sq.

¶ 2 Si audimus Turn. Adu. 3, 4 Hemitonium etiam antiquis dicebatur Neruus, quo intendebantur instrumenta missilia.
30 Nervos enim, ait, non solum τόνους, sed etiam hemitonia appellabant: laudatque Vitruv. 1, 1 In capitulis enim dextra ac sinistra sunt foramina hemitoniorum. i. ut interpretor, Neruorum. *Addit auctoritatem Heronis, ἐνάλην δὲ τὰ μὲν συνέχοντα τὰς ἀγκῶνας νευρά τόνον. ἔνιοι δὲ ἐνάτονον, ἔνιοι δὲ ἡμιτόνιον. Sed apud Vitruvium editur homotonorum, quod pulchre cum re ipsa, et eiusdem scriptoris 10, 18 extr. conuenit. De Herone videre modo non licet.*

HEMITRIGLYPHVS, i. m. Vitruv. 4, 3.

HEMITRITAEVS, intell. morbus. Semitertiana febris: non ideo sic vocatur, quia dimidio minor, quam tertiana sit, sed quod parte
40 qua tertianam repraesentet, tertio die, ut illa, repstens: non tamen, ut illa diem unum praestat integrum, sed inter horas XXXVI plus minus porrigitur. *Haec Hermolaus. Martial. 12, 92 Cui grauis et feruens hemitritaeos erat.*

Mortiferum magis est, quod Graecis hemitritaeon

Vulgatur verbis: hoc nostra dicere lingua

45 Non docuere vlli, puto, nec voluere parentes Seren. c. 53. Qui maiore hemitritaeo laborant Cael. Aurel. Acut. 2, 22, 133. *Add.* Apul. de Herb. c. 123 n. 2. Cels. 3, 3 et 8. Hier. Mercur. Var. Lect. 1, 24.

50 HEMONA, Humana; et Hemonem, Hominem; dicebant arttici, Festus.

H E N et H E P

HENDECASYLLABVS, i. m. [ἑνδεκάσλλαβος] Versus undecim
55 syllabarum, qualis ille Catullianus 2, 1 Passer deliciae meae puellae. Catull. 42, 1 Adeste, hendecasyllabi, quot estis, Omnes undique, quotquot estis omnes. *Add.* Plin. Epist. 4, 14. Auson. Epist. 4, 81.

HENDIADYS, vid. ENDIADYS.

HENETIA, [Ἐνετία] olim dicta est, quae nunc Venetia appellatur, teste Seruio ad Aen. 1, 247, atque enim Heneti, qui nunc Veneti. *Vid.* Plin. 4, 19. et 6, 2. et Liu. 1, 1.

HENIOCHVS, i. m. Sidus caeleste, Auriga. Plin. 18, 31. Hygin. Poët. Astron. 3, 13.

¶ 2 Heniochi, [Ἠνιοχοί] Quasi tu Aurigas dicas, nomen populi Pontici Melae 1, 21. Truces Heniochi Valer. Argon. 6, 43. *conf.* Vell. 2, 40, 1. Sen. Thyest. v. 1094.

65 HENIPPE, es. f. Amazonis nomen. Flacc. 6, 577 Illabentis equitendentem frena et Henippen. *Sed variat lectio.*

HENNA, HENNAEVS, vid. ENNA.

70 HENOSIS, is. f. [ἠνοσίς] Motus, concussio. Aeon haereticorum. Tertull. adu. Valent. c. 8.

HENOTES, is. f. [ἠνότης] Vnitas. *idem* Aeon. *Idem* c. 37.

HENOTICON, i. n. [ἠνωτικόν] Zenonis Imp. promulgatum ad Eurychianos conciliandos cum orthodoxis. *Vid.* Euagr. 3, 17.

HENVI, Gemma Indica. Plin. 37, 10. Al. Menui.

75 HEPAR, ätis. n. [ἥπαρ] Latine Iecur dicitur. Certe apud Celsum, Plinium, Caelium, Apicium nondum reperi. Hepatis suppurationes sunt ap. Marcell. Empir. c. 32. ¶ 2 Hepar, Piscis genus Plin. 32, 11.

80 HEPATÄRIVS, a, um. Adi. [ἥπατικός] Quod ad hepar pertinet. Plaut. Curc. 2, 1, 24 p. Tum te morbus igitur agitatur hepatarius. *Dixerat alter, Cruciatur iecur.*

HEPATĪCVS, a, um. Aliud Adi. [ἥπατικός] Qui hepatis morbo laborat. Plin. 26, 7 Datur hepaticis in farre cocta. Apud Cels. 4, 9 Hepaticus morbus. *Conf.* Plin. 20, 14.

85 HEPATĪTES, ac. m. Gemma, quae a iecinoris figura nomen habet. Plin. 37, 11.

HEPATIVM, i. n. Dimin. Apul. Apol. p. 164. Hepatia in catillis Petron. c. 66. Est etiam Lucil. apud Non. 2, 390.

90 HEPATIZON, ontis. Partic. Iecinoris colorem referens. Plin. 34, 2 Aes suo colore pretiosum ad iecinoris imaginem vergens, quod ideo Hepatizon appellant.

HEPHAESTION, ōnis. m. Dux Alex. Magn. carissimus. Vulcanium Latine dicas. Ἡφαιστος enim Vulcanus est. *Vid.* Curt. 3, 12, 16. et 10, 4, 11. *Conf.* Aelian. Var. Hist. 7, 8.

95 HEPHAESTION, Herba scelerata. Apul. de Herb. c. 8.

HEPHAESTĪTES, ac. m. Genus lapidis, quae naturam habet speculi in reddendis imaginibus, quamquam rutila Plin. 37, 10.

HEPSEMA, ätis. n. [ἠψήμα] Vini cocti genus. Plin. 14, 9. *Vid.* DEFRTVM et SAPA.

100 HEPTA. [ἑπτὰ] Septem, composita quaedam ingreditur.

HEPTAGONIAE, arum. f. Nomen loci, quasi tu septem angulos dicas. Liu. 34, 38 Quod roboris in exercitu erat, trifariam diuisum: parte vna a Phoebeo, altera a Dictynneo: tertia ab eo loco, quem Heptagonias appellant, aggredi iubet.

105 HEPTANEVROS, i. m. [ἑπτάνευρος] et

HEPTAPLEVROS, i. m. [*ἑπτάπλευρος*] *Herba Plantago, septem foliis laterum modo inclusa.* Plin. 25, 8. Apul. de Herb. c. 61.

HEPTAPHONOS, i. m. *Nomen portus.* Plin. 36, 15 *Olympiae autem arte mirabili modo in porticu, quam oppidanī Heptaphonon appellant: quoniam septies eadem vox redditur.*

HEPTAPHYLLON, i. n. *Septifolium.* Apul. de Herb. 116.

HEPTAPYLOS, vel **HEPTAPYLON**, *Septem portas habens.* Apul. Met. 4 p. 146, 25 *Vix Thebas heptapylos accessimus.*

HEPTAS, adis. f. *Numerus septenarius heptas nunc vocatur, apud veteres septas* Macrob. Somn. Sc. 1, 6. *Add. Mart. Capella 7 p. 241.*

HEPTASTADIVM, i. n. *Agger, per spatium septem stadiorum in mare iactus, quo Pharos insula continenti adiecta est.* Vid. Ammian. Marcell. 22, 16 p. 372 sq. *Gron. et quae ibi copiose Valesius.*

HEPTASEMVS, i. m. *Septenarius.* Mart. Capell. 9.

HEPHTHEMIMERES, is. f. *ἑφθήμερης, i. Semiseptenaria* 15 *Caesura apud Diomedem 3 p. 496 vocatur, quae septem (pedes in versu hexametro aequaliter) diuidit: non quo septem pedes habeat hexameter, sed placuit Graecis ita exprimere numerum pedum trium cum dimidio, quae est dimidia pars ex septem. Est igitur Hephthemimeres v. g. Italiam fato profugus. Tum demum mouet arma leo. Excutiens ceruice* 20 *toros, etc. Conf. PENTHEMIMERES.*

HEPTĒRES, um. f. *Naues, quae septem ordinibus remorum aguntur.* Hepteris regia Liu. 27, 24. *Add. Ibid. c. 23 et 30.*

H E R

HERA, vid. **HERVS**.

HERACLEVS, a, um. [*Ἡράκλειος*] *Herculeus.* *Heraclea, Pocula habentur* Cic. Verr. 4, 38 c. 18 *Heraclea autem vasa ab Hercule nomen habuerunt, fuereque magna et capacia, qui tanti herois sitim extinguere et satiare possent. Nam Hercules in pоторibus numerabatur maximis. Fororum poculorum etiam apud Athenaeum mentio est. Thericlea probauit tamen post alios Graeuus. Vid. sub THERICLES.*

HERACLĒA, ae. f. *Vrbium aliquot nomen, quae ad Herculem sic referrent origines suas. Nobilis praeter caeteras Bithyniae vrbs, clarissima ob celeberrimas quas emisit colonias.* Iustinus 16, 3 *Heracleam* 35 *a Boeotiis iterum oraculo monitis, in Herculis honorem conditam esse, ait. Est et Heraclea in Italia ad Crotonem, de qua Mela 2, 4.*

HERACLIENSIS, e. Adi. Cic. pro Arch. 8 *Adfunt Heraclienses legati. Idem pro Balbo c. 21.*

HERACLEŌTES, ae. m. [*Ἡρακλέωτης*] *Heraclea oriundus,* 40 *unde Dionysius philosophus Zenonis discipulus, Heracleotes a Cic. Tusc. 2, 60 appellatus est: Vid. et Tusc. 3, 9. et de Fin. 5, 94. Zeuxis item sic dictus. Vid. Aelian. Var. Hist. 4, 12. et Iustin. 16, 3, 11.*

HERACLIVS, i. m. *unde Heraclius lapis, qui et Lydius. Plin. 33, 8* 45 *Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Timolo, vt auctor est Theophrastus. nunc vero passim, quem alii Heraclium, alii Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis, binasque latitudinis non excedentes. His coticulis periti, quum e vena vt lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri* 50 *sit in ea, quantum argenti vel aeris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente.* ¶ *2 Heraclius lapis etiam Magnes dicitur. Vid. Plin. 36, 16. et Voss. Inst. Orat. 1 p. 188.*

HERACLEOS, **HERACLEA**, **HERACLIA**, *Herculis herba.* Plin. 20, 17 et 19, 25, 4 et 7. 26, 4, 18. Apul. de Herb. 18. 47 etc. 55 49. 72. 81.

HERACLIDES, *Herculis progeniem significat. Sic*

HERACLIDAE, arum. m. *Posterii Herculis, qui Peloponnesi imperium habuerunt. Vid. Pausan. et Paterc. 1, 2, 1.* ¶ *2 Heraclides etiam multorum nomen, in quibus in primis celebratur Ponticus* 60 *philosophus, qui Athenas concessit, ibique Platonem, deinde Aristotelem audiuit. Vir fuit mollioris habitus, vt pro Pontico Pompicus vocaretur. Auctor Diogenes Laërtius 5, 86. Huius etiam meminit Cic. Tusc. 5. Sunt et alii multi huius nominis apud Laërtium.*

HERACLIDIVS, a, um. Adi. *Vt, Heraclidium scribendi* 65 *genus, cuius mentio est in epistolis Cic. Att. 15, 13 et 27. et 16, 2 obscure et aenigmatice significat Librum Heraclidis Pontici aemulatione scribendum, cuius hodie quaedam eclogae de rebuspublicis reperciuntur, et in Homerum allegoriae.*

HERACLĪTVS, i. m. [*Ἡράκλειτος*] *Ephesus philosophus physicus,* 70 *qui ab Aristotele saepe testis citatur. De quo Cicero tum Tusc. 5, 105 tum alias saepius. Obscuritatem eius passim accusat. Vid. de N. D. 1 c. 26. et 3 c. 14. it. de Diuin. 2 c. 64. Hinc σκοτεινόν, i. tenebricosum vocat de Fin. 2 c. 5. Antisophista Democriti non in eo modo, quod fieret illo vidente, sed etiam in physicis. Vnde Lucret. 1, 640 in illum, nescio* 75 *an dignum versus fudit pulcherrimos:*

Heraclitus inquit quorum dux praelia primus,
 Clarus ob obscuram linguam magis inter inanes,
 Quamde graucs inter Graios, qui vera requirunt.
 Omnia enim stolidi magis admirantur amantque
 Inuersis quae sub verbis latitantia cernunt:
 Veraque constituunt, quae belle tangere possunt
 Aures, et lepido quae sunt fucata sonorae.

HERAS DACRYON, *ad verbum Iunonis lacrima, herba, alias* 85 *Peristereos. Vid. Apul. de Herb. c. 65.*

HERBA, ae. f. [*ἁρά, βοτάνη*] *Commune nomen omnium humi-*
lium virentium in agris, pratis, etc. Virg. Georg. 1, 134. Et sulcis
frumenti quaereret herbam. Festus: Herbam do, cum ait Plautus,
significat, victum me fateor; quod est antiquae et pastoralis vitae
indicium. Nam qui in prato cursu aut viribus contendebant, cum 90 *superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam herbam*
aduersario tradebant. Conf. Scalig. ad Fest. Seru. ad Aen. 8, 128.
Iuret. ad Symmach. Epist. 3, 44. Plin. 22, 4 de corona obsidionali
graminea, Dabatur viridi e gramine, decerpto inde vbi obsessos ser-
vasset aliquis, Namque summum apud antiquos signum victoriae erat, 95 *i*
Herbanū porrigere victos, hoc est terra, et altrice ipsa humo, et hu-
matione etiam cedere: quem morem etiam nunc durare apud Germa-
nos scio. Idem 8, 5 de elephante, Mirus namque pudor est, victus
vocem fugit victoris, terram ac verbenas porrigit. Nonius 4, 225
Herbanū veteres Palmam vel Victoriā dici voluerunt. Virg. Georg. 100
3, 498. Atque immemor herbae Victor equus. Altae Id. ibid. 4,
459. Comantes, vid. sub COMA. Coronariae, vid. CORONA.
Fertiles Ouid. Amor. 2, 16, 6. Florentes Virg. Ecl. 9, 19. Fe-
cundae pecori Ouid. Met. 1, 682. Graminis Id. ibidem 10, 87.
Immortales Claud. de Nupt. Honor. 158. Impiae, vid. IMPIVS. 105

- Invalida Medica, *vid.* INVALIDVS. Laetae Virg. Georg. 1, 339.
 Largaе Hor. Carm. 4, 2, 55. Medicae Claud. Conf. Hon. 3, 62.
 Miliaria, *vid.* MILIVM. Molles Virg. Ecl. 3, 55. Morientes
 Idem Georg. 1, 107. Murales, *vid.* MVRVS. Nocentes Hor.
 5 Serm. 1, 8, 22. Operosae, *i.* Efficaces, et magnarum virium Ouid.
 Met. 14, 22. Pallentes Virg. Ecl. 6, 55. Pollentes Ouid. Met.
 7, 196. Potentes Virg. Aen. 7, 19. Pubentes Id. ibid. 4, 514.
Jucci venenati pleni, vt jucci vitalis pleni sunt circa pubertatem homines.
 Salaces Ouid. de Arte Am. 2, 422. *quae salaces faciunt.* Salutiferae
 10 Idem de Rem. Amor. 45. Spinosae Id. Met. 2, 810. Suaues
 Virg. Ecl. 2, 49. Surdae et ignobiles, *vid.* IGNOBILIS. Sur-
 gentes Virg. Georg. 4, 12. Tenerae Ouid. Met. 2, 851. Viri-
 des Id. ibid. 2, 864. Adoptare herbam, *vid.* ADOPTO. Arent
 herbae Virg. Georg. 4, 427. Carpere herbam, *vid.* CARPO.
 15 Sitiunt herbae Virg. Georg. 4, 402. In herba esse dicuntur fru-
 menta, *Cum germen coeperunt mittere.* Caes. B. C. 1, 48 Neque
 frumenta in herbis erant, neque multum a maturitate aberant. Plin.
 22, 25 Eadem efficit et dum in herba est. *Conf.* Ouid. Epist. 17, 263
 Sed nimium properas, et adhuc tua messis in herba est.
 20 HERBVLA, ae. f. Dimin. [βορῶλιον] Cic. de N. D. 2, 127 c. 50
 Ceruaeque paullo ante partum perpurgant se quadam herbula, quae se-
 felis dicitur. Apul. Miles. 3 p. 139.
 HERBVSCVLA, ae. f. *Idem.* Mart. Capell. 2 Herbusculas
 praelegere.
 25 HERBACEVS, a, um. Adi. [βορῶδης] *Quod in herbam cre-
 scit et assurgit, et de iis rebus dicitur, quae deinde caulem emittunt.*
 Plin. 12, 13 Herbaceum amomum peius. Idem 27, 12. 23, 4 et 33, 5.
 HERBATICVS, a, um. Adi. Herbatica animalia, *Quae her-
 bis pascuntur* Solin. c. 40. Vopisc. in Prob. 19. Gloss. Vet. Herbaticus
 30 βοτανικός.
 HERBEVS, a, um. *Aliud* Adi. [βορῶειδης] *Quod herbae colo-
 rem habet.* Plaut. Curc. 2, 1, 17 *Quid hic est homo cum collatiuo ven-
 tre: atque oculis herbeis?*
 HERBIDVS, a, um. *Aliud* Adi. [βορῶδης] *Quod plenum est*
 35 *herbis.* Plin. Epist. 173 *Nulla in hoc nauis (sacer enim est) sed in-
 natant insulae herbidae, omnes arundine et iuncto tectae.* Color
 Plin. 12, 14. Epirus herbida Ouid. Met. 8, 282. Locus *vel*
 Campus herbidus, *Herbis refertus et plenus* Liu. 1, 7 et 9, 2. Mons
 Idem 29, 31. Potus Plin. 24, 6. Ripa Amnian. 14, 9. Sege-
 40 tes Columel. 1, 6.
 HERBIFER, era, erum. Adi. [βορῶνοφόρος] *Quod herbas producit.*
Vt, Herbifer mons Plin. 25, 8. Ouid. Fast. 4, 468.
 HERBILIS, e. Adi. *Vt, Herbilis anser, Herba pastus, qui*
gracilior est quam frumento altus. *Haec Festus.*
 45 HERBOSVS, a, um. Adi. [πῶδης] *Herbis abundans.* Plin.
 33, 4 *Vlex siccatus vritur, et cinis eius lauatus substrato caespite her-
 boso, vt fidat aurum.* *Sic Cato c. 54 Herbosissima strumenta sale*
spargito, deinde ea pro foeno dato. Agger Ouid. Met. 14, 445.
 50 *Ad solum colorem refert* Mart. Capell. 1 p. 17 *vbi de Ioue, Calceos*
autem Smaragdinae fluctu viriditatis herbosos vestigiis eius tellus
annexuit.
 HERBASCO, *sive* HERBESCO, herbasce. [βοτανῶσαι, Vet.
 Gloss.] *In herbam formari.* Cic. de Senect. 51 c. 15 *Terra semen*
tepefactum complexu suo diffundit, et elicit herbescentem ex eo vi-
 55 *riditatem.* Herbasce, *pro Herbas generare.* Plin. 19, 8 *Quin*
et ouillo fimo nominatim vti, quoniam aliud herbasceret. Vide
Harduinum.
 HERBARIVS, a, um. Adi. [βοτανικός] *Ars herbaria, Qua*
cognoscitur vis et natura herbarum. Plin. 7, 56 *Herbariam et medica-*
 60 *mentariam a Chirone Saturni et Phyllirae filio. subaudi, Repertam*
fuisse tradunt. ¶ 2 *Herbarius, [βοτανολόγος] Qui peri-*
tus herbarum eas colligit, venditque, et ex eis medicamenta conficit. Plin.
 26, 5. Idem 20, 17 *Dalio herbarius parturientibus ex eo cataplasma*
imposuit cum opio.
 65 HERBEO, ere. *Verbum, ex quo Partic. superest apud Apul. 7 p. 194*
Elmenh. Prata herbentia. ita quoque legit Pricaeus p. 142.
 HERBIDO, are. Mart. Capell. 1 *Herbidare terras.*
 HERBIGRADVS, a, um. Adi. Herbigrada cochlea Cic. de
 Diuin. 2 c. 64.
 70 HERBESVS, *vel* HERBESSVS, i. f. *Duorum in Sicilia oppi-*
dorum nomen. Vid. Drakenb. ad Sil. 14, 264.
 HERBVM, i. n. *Videtur esse Eruum.* [ἔρῶσος.] Pallad. 1, 24, 3 *de*
columbis, Si ordeum torrefactum, vel fabam, vel herbum saepe con-
sument. et postea, Herbium fetus gratia mensibus praebemus hiber-
 75 *nis. Add. 1, 34, 5. Videtur librariis deberi totum.*
 HERCAEVS, i. m. [Ἡρκαῖος] *dicitur esse Iupiter, quem etiam Penetra-*
lem vocabant, qui intra conseptum domus cuiusque colebatur. Graece enim
Ἡρκος septum claustrumque nominatur. Ouid. in Ibin 284 *Cui nihil*
Hercaei profuit ara Iouis, i. Priamus ad aram Iouis Hercaei occijus.
 80 *Vid. Seru. in Aen. 2, 506 et 468. it. Hygin. Fab. 91.*
 HERCINIA, *vid.* HERCYNIA.
 HERCISCEOR, eri, *vid.* ERCISCOR.
 HERCVLES, is. m. [Ἡρακλῆς] *Nomen non tam vnus Herois,*
Iouis et Alcmenae filii, quam multorum virorum fortium, qui in vnum
 85 *illud nomen velut confunduntur. Audianus specimenis causa, (nam to-*
tum Herculem non recipit hic liber) Cic de Natur. Deor. 3, 41 c. 16.
Quomodo nunc quidem est, ego non video, quomodo ille (Hercules)
cui in monte Oeteo illatae lampades fuerint, vt ait Accius, in domum
aeternam patris ex illo ardore peruenerit, (vid. Senecae Hercules Oe-
 90 *teus) quem tamen Homerus conueniri apud inferos facit ab Vlysse,*
sicut caeteros, qui excesserant vita. Quamquam, quem potissimum
Herculem colamus, scire sane velim. Plures enim tradunt nobis ii,
qui interiores scrutantur et occultas literas: antiquissimum, Ioue
natum, sed antiquissimo item Ioue. — Ex eo igitur et Lisyto est
 95 *is Hercules, quem concertauisse cum Appolline de tripode accepimus.*
Alter traditur Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygias literas con-
scripsisse. Tertius est ex Idaeis Digitis, cui inferias afferunt (f. of-
ferunt). Quartus Iouis et Asteriae, qui Tyri maxime colitur, cuius
Karthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Beius dicitur.
 100 *Sextus hic ex Alcumena, quem Iupiter genuit, sed tertius Iupiter,*
etc. Sed historiam eorum persequi velle, qui Hercules dicitur, nostri
instituti non est. Etiam mythologiam parce attingimus. Igitur Macro-
Saturn. 1, 20 tum alia pluscula de Hercule habet, tum hoc ait, Hercu-
lem esse Solem, quasi Heraclen: idque ex nomine clarescere. Her-
 105 *cules enim nihil aliud est, quam Heras, id est Iunonis, hoc est aëris,*
Clea.

Cleos, id est gloria vel laus. Quae porro alia est aëris gloria, quam Solis illuminatio? Item dictus est duodecim labores confecisse, quia Sol annuo cursu, duodecim signa Zodiaci lustrat et conficit. ¶ 2
Iam Epitheta quaedam damus, quibus ex Inscriptionibus antiquis addi multa possunt, quibus otium est. Hercules Bibax et multibibus: vid. 5
 Macrobi. Saturn. 5, 21 fin. Clauiger Ouid. in Ibin 255. *Claua enim utebatur.* Diues amico Hercule Horat. Serm. 2, 6, 13. Vet. Schol. Ideo, quia thesauris praest. Et sunt, qui eundem Incubonem quoque esse velint. Vnde putant, et quod res rustica in tutela eius sit: nam illi sacrificia reddunt rustici, quum iuuenos domuerint. Sic Perf. 2, 12 — ó si Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule. Impiger Hor. Carm. 4, 8, 30. Laborifer Ouid. Met. 9, 285. Magnus Hor. Carm. 4, 5, 36. Oeteus, nomen Tragoediae, quae ultimam veluti scenam Herculis in Oeta monte se cremantis habet. Vagus Hor. Carm. 3, 3, 9. Ab Hercules, Hercubibus dici monet Varro de L. L. 15
 9 p. 136, 17.

HERCLE, siue HERCVLE. [*μαὶ τὸν Ἡρακλῆα*] Iurandi Adverbium, quasi dicas Per Herculem. Ter. Eun. 2, 3, 19 Hercle hoc factum est. Hercle, ornatiua aliquando particula, teste Donato. Ter. Andr. 4, 5, 3 Sed quid hoc? puer hercle est. Hercle sine dubio erit 20
 ignominia Cic. Fam. 2, 17. Bene hercle faciunt Cic. de Legib. 3, 1. Mehercle. Cic. in Catil. 2, 7 Vno mehercle Catilina exhausto, relevata mihi, etc. Hercle certe. Ter. Andr. 2, 2, 10 Mea quidem hercle certe in dubio est vita. Vbi Donatus: Ideo et iuravit Hercle, et affirmans iusiurandum, Certe addidit. Quaeso hercle Ter. Eun. 25
 2, 3, 70. Obsecro hercle, vt audias Idem Eun. 3, 5, 14. Ter. Andr. 3, 4, 18 Faciam hercle sedulo. Vbi Donatus, hercle sedulo, productiones sunt Comici styli ad fucum orationis positae. Hercle vero. Ter. Adelph. 2, 4, 4 Omitte vero tristitiam tuam. C. ego illam hercle vero omitto, qui quidem te habeam fratrem. Vbi Donatus, 30
 Apparet non nunc primum dici Ctesiphoni ab Aeschino, Omitte tristitiam tuam: nec nunc primum responsum, Omitto. Et ideo additum est, hercle vero: quia nunc dentum data est plena securitas. Idem 5, 9, 18 Hodie primam mammam dedit haec. D. hercle vero serio. Vbi Donatus: Hercle vero, Aduerbia sunt confirmatiua. 35

¶ 2 Hercule, idem, quod Hercle et certe. Cic. pro Quint. 13 Itaque hercule haud mediocriter de communi quidquid poterat, ad se in privatam domum seuocabat. Et hercule confecta omnia Caes. ad Cic. Fam. 8, 6. Sed hercule facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum Cic. Attic. 16, 18. Mehercule etiam aduentu 40
 nostro reuiuiscunt iustitia, abstinentia, etc. Idem Att. 5, 16. Et in Orat. 157 Libentius dixerim mehercule, quam mehercules. ¶ 3

Etiam simpliciter Hercules, pro Hercle, vel Hercule. [*μαὶ τὸν Ἡρακλῆα*] Cic. pro Rosc. Amer. 31 Quoniam quidem semel suscepi, licet Hercules vndique omnes terrores, minae, periculaque impendeant omnia: 45
 succurram, atque subibo. Paterc. 2, 52, 1 Neque hercules quidquam salubrius fuit. Cic. de Clar. Orat. 61 Et hercules hae quidem exstant. Libentius dixerim Mehercule, quam Mehercules Cic. in Or. c. 47. Tamen Idem pro Planc. 64 c. 26 Vere me hercules hoc dicam. Obseruat Gellius 11, 6 apud auctores idoneos nusquam legi, aut Mehercules mulierem dicere, aut Mecastor virum. Apuleius tamen Met. 5 p. 163, 1 Sororem Psyche iurantem facit, Sic est Hercules. Christianis hac iurandi formula uti non licet. Tertull. de Idolol. c. 20. Hier. ad Damasum in Parab. de Filio prod. Perhercle, Idem. Gell. 3, 6
 Perhercle res miranda. 55

HERCVLEVS, a, um. Adi. [*Ἡρακλεῖος*] Audacia Herculea Iustin praef. Columnae, fretum, et labores Herculei, passim. Lavacrum Auson. in Clar. Urb. 5, 7. Manus, pro Forti Martial. de Spectac. 15. Claua Propert. 4, 10, 39.

HERCVLEE. Adu. [*Ἡρακλεῖος*] Ab Hercules: pro Fortiter. 60
 Adfertur ex Cic. Att. 8, 6 Spero etiam, quoniam adhuc nihil nobis obfuit, nihil mutasse: nec tegentia hoc, quod cum fortiter et diligenter, nunc fert etiam Herculee. Sed editur Hercules, vel Mehercule. Locus totus est corruptus.

HERCVLANVS, a, um. Adi. [*Ἡρακλεῖος*] Gell. 1, 1 Comprehen- 65
 ssa mensura Herculani pedis. Herculeanae herbae meminit Plin. 21, 15. Herculeanae formicae Idem 30, 4. Ficus Cato de R. R. cap. 8.

HERCVLANA, et HERCVLANEA, ae. f. Herbam non unam significat: vt, Helxinen Apul. de Herb. 81. Peristerion Idem 65. 70
 Nymphacum Id. 67. Sideritidem Id. 72. Vrticam Plin. 21, 15.

HERCVLANVM, i. n. Campaniae oppidum. Plin. 3, 5. Paterc. 2, 16. Mela 2, 4, 64.

HERCVLANENSIS, e. Adiect. Fundus Herculanensis Cic. Fam. 9, 25.

HERCVLIVS, vt etiam Iouius, Cognomen Imp. Rom. Vid. Spanh. de Vsu Num. diff. 12 p. 495.

HERCYNIA, vel HERCYNNA, ae. f. Virgo quaedam Proserpinae comes, a qua et fluuius Hercyna nomen consequutus est. In templo consecratum virginis illius simulacrum anserem manibus gerebat. Meminit Liu. 45, 27, ubi illam ex Graecis viri docti illustrant, Pausania praesertim 9, 39. et Philostr. Apollon. 8, 19.

HERCYNIA, ae. f. Maxima Germaniae silua. [*Ἐρκύνιος δρυμὸς*] quam Caes. Bell. G. 6, 24 Eratostheni Orciniam dictam putat, et c. 25 ita describit, Huius Hercyniae siluae, quae supra demonstrata est, latitudo nouem dierum iter expedito patet: non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum, et Nemetum, et Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium. Hinc se flectit sinistrorsus, diuersis a fluuio regionibus, multarumque gentium fines propter 9
 magnitudinem attingit: neque quisquam est huius Germaniae, qui se adisse ad initium eius siluae dicat, quum dierum iter LX processerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit; deinde animalia eius commemorat, bouem cerui figura, alces, vros. De variis eius nominibus vid. Dalechamp. ad Plin. 16, 2 p. 694. Lucis Sueui nobiles Hercyniis Senec. 9
 Med. f. 9.

HERCYNIVS, a, um. Adi. Saltus Hercynius Tacit. German. 30, 1. Prominet Hercyniae confinis Rhetia siluae Claudian. de Bell. Get. 330.

HERE, et HERI. [*χῆρς*] dicebatur a veteribus. Est autem Ad- 10
 verb. temporis. Donatus: Propter cognationem E et I literarum, non dubitauerunt antiqui et here et heri dicere, et mane et mani, et vesperere et vesperi. Conf. Quinctil. 1, 7. Ter. Heaut. 3, 2, 8 Recte equidem te demirror Chreme, tam mane qui here tantum biberis. Idem Eun. 2, 3, 66 Inhonestum hominem, quem mercatus est here, 10
 VOL. II.

senem, mulierem? Plaut. Perf. 1, 3, 36 Hoc iam here narraui tibi. Propert. 2, 22 pr. Scis here mi multas pariter placuisse puellas. Cur, here quod dederas, hodie, puer Hyle, negasti Martial. 4, 7. Ter. Eun. 1, 2, 80 Heri minas viginti pro ambobus dedi. Cic. Att. 13, 47 Lepidus ad me heri vesperi literas misit Antio. Ab Heri est HESTERNVS, de quo deinde s. l.

HERILIS, *vid.* HERVS.

HERILVS, i. m. Rex Praenestinarum. Virgil. Aen. 8, 583 Et regem hac Herilum dextra sub Tartara misi.

HERILLVS, i. m. [*Ἡράλλος*] Chalcedonius philosophus, Zenonis discipulus fuit, qui in cognitione et scientia summum bonum posuit Cic. Acad. 4, 129 c. 42 etc.

HERINACEVS, i. m. [*Ἡρίνος*] qui et Herix et Hericius. Quisdam adspirationem plane omittunt. Animal spinis horridum, sese in globum interdum componens, et hieme condens sese: de quo Plin. 8, 37 Praeparant hiemi et herinacei cibos, ac volutati supra iacentia poma, affixa spinis, vnum non amplius tenentes ore, portant in cauas arbores. Idem mutationem aquilonis in austrum, condensentes se in cubile praesagiunt. Vbi vero sensere venantem, contracto ore pedibusque ac parte omni inferiore, quae raram et innocuam habet lanuginem, confluunt in formam pilae, ne quid comprehendere possit praeter aculeos, etc. *Add. Salm. Exerc.* Plin. p. 220 et 277. Herix est Plin. 13, 20.

HERMA, siue rectius HERMES, ae. m. [*Ἑρμῆς*] Mercurii nomen apud Graecos. Latinis fere statua et sigillum Mercurii formam habens. Hermes commune omnium gymnasiarum insigne est Cic. Att. 1, 4. Idem Att. 1, 8 Hermae tui Pentelici cum capitibus aeneis, de quibus ad me scripsisti, iam nunc me admodum delectant, i. Mercurii statuam ex marmore Pentelico. Et de Legib. 2, 65 c. 26 Neque id opere tectorio exornari, nec hermas eos, quos vocant, licebat imponi,

nec de mortui laude, etc. De sepulcro loquitur. Mercuriales autem statuam videntur sepulcris additae primum, quatenus ille *ψυχοπομπὸς*, dux quidam et comes animarum est descendendum ad inferos. Athenis Hermas ex quadrato lapide (*τετραγώνον ἑρμαίων* appellat Thucyd. 6, 27) ritu patrio statuebant in templorum et priuatorum aedium vestibulis. Hi Hermae vna nocte deieci omnes crimen Alcibiadis apud Thucyd. l. c. et Nep. 7, 3, 2. Ad hos alludit, et descriptionem illorum absoluit Iuuenal. 8, 53 At tu Nil nisi Cecropides (nobilitatem crepans) truncoque similinus Hermae. Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quod Illi marmoreum caput est, tua viuit imago. Non male Grangaeus conicit,

simul ad hoc respici, quod Hermae illi solerent effingi, Priapi instar, improbe mentulati: quales passim videre licet, v. g. apud Spon. Misc. 1, 4. Vid. plura apud Otton. de tutela viar. 1, 9 p. 164 sqq. Iuuen. Sat. 8, 53 Truncus Hermas.

HERMA, atis. n. pro Firmamento a Graecis ponitur: vnde etiam Mercurii nomen, inventoris, vt putabant, firmam orationis, dictum. Interdum etiam Saburram significat. Haec Festus. De significatione nominis *Ἑρμα* recte: nescio, an de etymo Hermae, s. Hermetis, i. Mercurii.

HERMVLA, ae. f. [*Ἑρμύδιον*] Dinnin. ab Hermis illis, statuam quadratis, quas modo descripsimus. Calliod. Varr. 3, 51 p. 118 cum memorauit bislena ostia circi, Haec ab Hermulis funibus demissis subita aequalitate panduntur, docentes, totum illic, vt putabatur, consilio geri, vbi imago capitis cognoscitur operari. Meminerimus, Hermas fuisse pilas quadratas, quibus impositum esset caput humanum, etc. *Add. Salm. in Solin. p. 648.* Hermulae igitur sunt pro columellis, vnde extensae, et praetensae ostiis carenae aequant frontes equorum, et impediunt, ne vnus altero celerius prorumpere possit.

HERMAEVM, i. n. Diaeta, seu Coenatio in Palatio, a Mercurio. Suet. Claud. c. 10, 2 In Diaetam, cui nomen est Hermaeum recesserat.

HERMAPHRÖDITVS, i. m. [*Ἑρμαφρόδιτος*] Mercurii et Venus, quorum nomina gerit, filius, Mercurio genitore satus, genitrice Cythere, Nominis vt mixti sic corporis Hermaphroditus. Hic fuit Androgynus, vir et mulier. Quum adolescens se lauaret in quodam fonte Cariae, cui inerat Salmacis nympha. illa eum amans amplexa, deos orauit, vt ex ambobus vnus fieret: idque factum est. Hinc omnes Androgyni, vocantur Hermaphroditi. Plin. 11, 49 Sunt Hermaphroditi vtriusque sexus. Vid. ANDROGYNVS. Martial. 6, 68. Ouid. Met. 4, 383. De Hermaphrodito exstat elegantissimum Pulicis Poetae carmen, apud Aufonium. Exstat in Veteribus Epigrammatis Pitboei p. 8 Pulicis cuiusdam Acutum Epigramma in Hermaphroditum, quod

Quum mea me genitrix grauida gestaret in aluo,
 Quid pareret, fertur consuluisse deos.
 Mas est, Phoebus ait; Mars, femina; Iunoque neutrum.
 Quumque forem natus, Hermaphroditus eram.
 Quaerenti letum Dea sic ait, Occidet armis;
 Mars, cruce; Phoebus, aquis. Sors rata quaeque fuit.
 Arbor obumbrat aquas: adscendo, decidit ensis,
 Quem tuleram, casu labor et ipse super.
 Pes haesit ramis, caput incidit anne: tulique
 Femina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.

Vid. Menagiana Tom. 4 p. 432. 439. ¶ 2 Hermaphroditae equae Plin. 11, 49. Conf. Non. 3, 89. Martial. 10, 4.

HERMÄTHĒNA, ae. f. [*Ἑρμαθήνη*] Mercurii ac Mineruae statuam coniunctae, quas Gymnasiis dicere consueuerant. Cic. Att. 1, 1 Hermathena tua valde me delectat; et posita ita belle est, vt totum Gymnasium *ἡδὲ ἀνάθημα* esse videatur, i. Soli dicatus, illustris. vid. Spon. 1, 4. Turn. Adu. 8, 24. Manutius ad Cic. Att. 1, 4. Casaub. ad Cic. Att. 1, 1 p. 23.

HERMĒDÖNE, es. f. [*Ἑρμηδόνη*] Sidus. Nodus seu vinculum Piscium. Sic enim Vitruu. 9, 7 post Ceti mentionem, a cuius crista ordinate vtrisque Piscibus disposita est tenuis fusio stellarum (stellae sparsim positae aliquot) quae Graece vocatur *Ἑρμηδόνη*. Si vera esset scriptio, posset esse Mercurii voluptas. Sed hoc nihil ad rem. Scaliger *Ἑρμηδόνη* ab *ἑρμῶδον* suspicabatur, i. laqueus. Sed melius Baldus Lex. Vitruu. *Ἑρμηδόνη* ex *ἑρμῶδον* (vnde et *ἑρμῶδον*) id est vinculum. Nam

95 Graeci alias *ὀνύδεσμον* vocant, Latini Nodum.

HERMĒLION, i. n. [*Ἑρμῆλιον*] Gemma igneo colore radians. Plin. 37, 10.

HERMENEVMA, atis. n. [*Ἑρμηνευμα*] Expositio, interpretatio. Sen. Controu. 26. et Excerpt. Controu. 9, 3 Nunquam magnas mercedes accipere eos, qui hermeneumata docerent.

100 HERMENEVTICVS, a, um. Adi. Ad interpretem spectans.

HERMERAELAE, arum. f. Sunt Mercurii et Herculis coniuncta signa, seu statuam. Cic. Attic. 1, 8 (10) Signa nostra et Hermeraclas quum commodissime poteris, velim imponas. Certe Athenienses Mercurio et Herculi statuam in gymnasiis ponebant. testis Athenaeus 13. Sed

105 et Romani aram Herculi communem cum Musis esse voluerunt. Auctor Plu-

Plutarch. Probl. 59. Conf. Spon. 1, 4. et Lex. Pitisc. item Interpret. Cicer. loc. c.

HERMERŌTES, um. m. *Signa composita ex Herme, i. Mercurio et Cupidine, qui "Ἑρως Graecis dicitur, quibus prisca exprimebant amori coniunctam esse eloquentiam debere. Plin. 36, 5. Spon. 1, 4. Gyrald. 5 Synt. Deor. 9.*

HERMES Trismegistus, [*Ἑρμῆς τριμέγιστος*] *i. ter maximus Philosophus Aegyptius celebratur, cuius etiam liber circumfertur, suppositicius sine dubio et ficticius. Vid. Fabric. Bibl. Gr. 1, 7.* ¶ 2 *Alias Hermes, is et ētis. m. [*Ἑρμῆς*] dicitur est Mercurius deorum interpret, a cuius nomine est ἑρμηνεύειν, interpretari, q. d. Mercuriari, et ἑρμηνεία, i. sermo et enuntiatio, siue eloquentia. Virgil. Aen. 4, 356 Nunc etiam interpret diuūm Ioue missus ab ipso. Vbi Seruius: Interpret diuūm Hermes. expressit verbum de verbo.*

HERMESIAS, ae. m. *inter Medicinas magicas refert Plin. 24, 17. Res sane pretiosa et digna, quae cognoscatur certe ad ridendum, Hermesias ab eodem (Democrito) vocatur ad liberos generandos pulchros bonosque, non herba, sed compositio e nucleis pineae nucis tritis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo, postea admisso theombratio et lacte: bibere generaturos iubet, et a conceptu puerperas partum nutrientes: ita fieri excellentes animo et forma, atque bonos.*

HERMIŌNA, ae. f. *Graeciae oppidum, Iunonis fano inclytum, ut notat apud Pomponium Vadianus. Virgil. in Ciri 472 Hinc finus, hinc statio contra patet Hermiona. Versus est spondaicus. Conf. Plin. 4, 5.*

HERMIŌNE, es. f. [*Ἑρμιόνη*] *fuit Menelai filia, ex Helena coniuge, quae Orestis Agamemnonis filio desponsata fuit: sed quum Pyrrhus Achillis filius eam duxisset, Orestes illum occidit, et sponsam recepit. Vid. Virg. Aen. 3, 328. et Ouid. Epist. 8, 1. Martial. 3, 11 Dic mihi, quid simile est Thais et Hermione? Spartana Hermione Propert. 1, 4, 6.* ¶ 2 *Altera antiquior Hermione, filia Martis et Veneris, uxor Cadmi, de qua vid. HARMONIA.*

HERMOPOLIVM, i. n. *Legitur a quibusdam apud Plaut. Curc. 2, 3, 13. Sed al. rectius Thermopolium, v. v.*

HERMOSORINOS, i. m. *Lupinus montanus. Apul. de Herb. c. 110.*

HERMOTIMVS, i. m. *Clazomenius, de quo Plin. 7, 52 Reperimus inter exempla, Hermotimi Clazomenii animam relicto corpore errare solitam, vagamque e longinquo multa annuntiare, quae nisi a praesente nosci non possent, corpore interim semianimi: donec cremato eo inimici remeanti animae velut vaginam ademerint. De hoc Hermotimo Lucian. Musica p. 376 Graeu. Tertull. de Anima 2, 28. et Orig. contra Cels. 3 p. 129 Spenc.*

HERMV B A S I L I O N, Apul. de Herb. c. 82.

HERMV B O T A N E, es. f. Apul. l. c.

HERMV L A E, vid. sub HERMA.

HERMVNDVRI, orum. m. Pl. [*Ἑρμόνδοροι*] *Sueuorum, potentissimae in Germania gentis, magna natio. Vid. Tacit. German. cap. 41.*

HERMV P O A, ae. f. *Totum Graecum est ἑρμῆς πῶα, Mercurii herba, s. Mercurialis. Plin. 25, 5 Linozostis, siue Parthenion Mercurii inuentum est, ideo apud Graecos Hermupooan multi vocant, apud nos omnes Mercurialem. Duo eius genera, masculus et femina, quae deinde describit.*

HERMVS, i. m. [*Ἑρμος*] *Fluuius Lydiae, qui Smyrnae campos interfecat delapsus a monte Dorilao, Phrygiam scindit a Caria. Hic superfusus campis gignit fertilitatem, unde arenas aureas fertur trahere. Strabo 13. Virg. Georg. 2, 137 Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus. Conf. Drakenb. ad Sil. 1, 159. et Plin. 5, 29.*

HERNIA, ae. f. [*κῆλη*] *Ponamus descriptionem disertam Celsi 7, 18 Interdum ex morbo primum inflammatur, deinde postea pondere abrupitur, vel ex ictu aliquo protinus rumpitur tunica, quae diducere ab inferioribus partibus intestina debuit. Tum pondere eo deuoluitur aut omentum, aut etiam intestinum: atque ibi reperta via paulatim ab inguinibus in inferiores quoque partes nisum, subinde neruofas tunicas — diducit, ἐντερονκῆλην, vel ἐπισπλοκῆλην Graeci vocant: apud nos indecorum, sed commune his herniae nomen est. Deinde si descendit omentum — At si intestinum quoque descendit — Estque fere sine dolore, cum quiescit aliquis aut iacet, interdum ex toto desidit, interdum sic minuitur, vt in scroto exiguae reliquiae maneant: at sub clamore et satietate, et si sub aliquo pondere is homo nixus est, crescit: frigore omni contrahitur, calore diffunditur, etc. Sunt enim plurima de diuersis, et generibus, et curandi rationibus. Martial. 3, 24 Ingens iratis apparuit hernia sacris.*

HERNIOVSVS, a, um. Adi. *Qui herniam patitur. Lamprid. in Heliog. c. 25.*

HERNICI, orum. m. Pl. [*Ἑρνικες*] *Populi Italiae in Campania, colonia Pelasgorum. Vid. Macrob. 5, 18.*

HERNICVS, a, um. Adi. *Iuuen. Sat. 14, 180 O Pueri Marfus dicebat et Hernicus olim Vestinusque senex. Terra Ouid. Fast. 3, 90. Saxa Sil. 4, 228. Frondosa Hernica Stat. Silu. 4, 5, 56.*

HERO, ōnis vel ūs: f. *puella Sesta, ad quam ex opposita Abydo transnare solitus Leander, tandem in undis periit. Celebrati sunt illi amores a Musaeo Poeta Graeco, et Ouidii Heroidibus 18 et 19. Idem Amor. 2, 16, 31 Saepe petens Hero (al. Heron) iuuenis tranauerat undas.*

HEROVS, a, um. Adi. *ab hac Hero ductum. Lucan. 9, 955 Amore natatum Aequer, et Heroas lacrimoso litore turres, nempe unde signum face dare solebat Leandro natanti Hero.*

HERŌDES, is. m. [*Ἡρώδης*] *Antipatri Idumaei filius, Augusti beneficio rex Iudaeorum. Herodis palmata pinguis in prouerbio diuitiarum Horat. Epist. 2, 2, 184. De hoc et aliis Herodibus vid. Harduin. de numis Herod. et Spanhem. Diff. 8 p. 520 etc. Item Reland. in Palaestina.* ¶ 2 *Herodes Atticus, qui Graeca oratione (vt ait Gell. 1, 2) fere vniuersos grauitate atque copia, elegantiaque vocum longe antecessit. Idem 9, 2. et 19, 12.*

HERŌDIVS, i. m. [*Ἡρώδιος*] *Auis ex iis, quas Romani Diomedas vocant. Theodorus ardeolam vertit, Augustinus fulicam. Ciconiam putat esse Suidas, aut Ciconiae similem, dictamque quod in paludibus versetur, quasi ἑλώδιον. Vulg. Int. Leu. 11, 19. Deut. 14, 13. Iob. 39, 16.*

HERŌDŌTVS, i. m. [*Ἡρόδοτος*] *Halicarnassus, antiquissimus historiae, inter Graecos quidem, scriptor, quorum libri ad nos peruenerunt. Cic. de Legg. 1, 5 appellat historiae parentem. Vid. Bibl. Gr. Fabric.*

HERŌION, i. n. *Herba eadem, quae Asphodelus Plin. 22, 22.*

HERONES, um. Pl. *Heronibus clusum frumentum l. 31 Dig. locat. conduct. vide AERO.*

HERŌPHYLE, es. f. *Sacerdos Sminthei Apollinis, quam pro Si-*

bylla Erythraea Suidas habet, sed Eusebius pro Samia. Tibull. 2, 5, 67 Herophile Phoebō grata quod admonuit. Vid. Pausan. Phoc. p. 327 Wech.

HERŌPHĪLVS, i. m. Medicus celebris, qui Phalaridem sanitati restituit. Vid. Plin. II, 37: 20, 2: 25, 2: et 26, 2. Conf. Tertull. de Anima c. 10.

HEROS, ōis. m. [ἥρως] Heroēs dicuntur ii, qui quum sint homines, rebus tamen gestis eam opinionem apud vulgus emeruerunt, ut inter diuos relati credantur. Arnob. adu. gent. 3 p. 124 de Laribus, Varro haesitans nunc esse illas Manes — nunc aërios rursus deos, et] Heros pronunciat appellari, nunc antiquorum sententiam sequens laruas esse dicit Lares, etc. Mart. Capell. 2 p. 40 A medietate aëris vsque in montium terraeque confinia, hemithei heroēsque versantur, qui ex eo, quod Heram terram veteres dixerunt, Heroēs nuncupati.

Sic etiam Seru. ad Ecl. 4, 35. Heros Virgil. Aen. 6, 672 vocatur anima Musaei. Virg. Aen. 1, 200 — Dederatque abeuntibus heros. Hic Seruius: Vir fortis, Semideus, plus ab homine habens. Idem ad Aen. 8, 464 ubi Euander Heros vocatur, Hoc nomen non tantum praesentis est virtutis, sed et praeteritae; vnde est, quod Euandrum

heroem dicit, cum sit virtutis emeritae. Quam veteres illi Graeci (nam tota res Graeca est) notionem Herois habuerint, accurate disputauit Ez. Spanhemius ad Iuliani Caesares et aliis in locis, quae laudauit, et ipse hoc argumentum profecutus sum in Opusc. Vol. 1 p. 201 sqq. Laudatur hic versus, tanquam Virgil. Aen. 7 Quin et auis Mauros Heroa potentibus addet. Sed nihil eius reperio. Simile quiddam habet Aen. 6, 778

Quin et auo comitem sese Mauortius addet Romulus: quod putat Seruius accipi etiam posse de receptione in caelum; auum autem esse Aeneam. Cic. Attic. 14, 11 Illi non heroēs, sed dii futuri quidem in gloria sempiterna sint. de intersectoribus Caesaris. Idem Att. 1, 14 Heros ille

nofter Cato. Delecti Virg. Ecl. 4, 35. Magnanimi Id. Aen. 6, 649. Maximus Virg. Aen. 6, 192. Semidei Stat. Theb. 5, 373.

HERŌIS, ōdis. f. [ἥρως] Femina communem humanitatis sortem forma vel moribus supergressa. Ouid. Trist. 5, 5, 43 Edidit haec mores illis Heroisin aequos. Laudatur, sed falso, versus Martialis,

Mutatas formas heroidas, insuper iisdem Addidit. Graias heroidas aequas Stat. Silu. 3, 5, 45. conf. Sueton. Neron. c. 21. et Ouid. Amor. 2, 4, 33 Tu quia tam longa es veteres Heroidas aequas.

HERŌINA, ae. f. [ἥρωϊνή] Idem. Propert. 1, 13, 31 Illa sit Inachiis et blandior heroinis. Idem 1, 19, 13.

HERŌICVS, a, um. Adi. [ἥρωϊκος] Aetas heroica, in qua heroēs floruerunt. Cic. Tusc. 5, 7 c. 3 Etiam heroicis aetatibus Vlysem et Nestorem accepimus et fuisse et habitos esse sapientes. Cic. de Natur. Deor. 2, 71 c. 29 pr. Medea modo et Atreus commemorabantur a nobis heroicae personae. Tempora Cic. de Diuin. 1, 1.

Versus heroicus dictus, quod eo genere carminis heroum gesta describantur. Cic. de Legib. 2, 68 Ne plus quattuor heroicis versibus, quos longos appellat Ennius. Versus Quinctil. 1, 5. Carmen Auctor Dial. de Oratorib. 10, 5.

HEROICE. Adu. Macrob. Sat. 5, 14 Versus heroice incommutis.

HERŌVS, a, um. Adi. [ἥρως] Heroi pedes, quibus in carmine heroico utimur. Cic. de Orat. 3, 280 c. 47 Quare primum ad heroum nos, dactyli, et anapaesti, et spondaei, pedem inuitat. Heroi carminis opus Propert. 3, 3, 16. Versus Ammian. 21, 4. ¶ 2 Herous ab Herone puella, vid. sub HERO.

HERŌVM, i. n. Monumentum, quod solet erigi viro insigni, propter eximiam virtutem. Sic est in usu Graecorum. Proferebatur etiam Cic. de Legib. 2, 61 c. 24 Quod autem ἥρῶν, id est vestibulum sepulcri, bustumue vsucapi vetat, tuetur ius sepulcrorum. Verum Gruter. et Turneb. leg. Forum.

HEROSTRĀTVS, i. m. [Ἡρόστρατος] Vir sceleratus et ignavus, qui, ut nomen memoria sceleris propagaret, incendium nobilis fabricae templi Ephesiae Dianae manu sua struxit, sicut ipse falsus est, voto adipiscendae famae latioris Solin. 53.

HERPES, ētis. m. [ἕρπης] Morbus, ignis sacri species, a serpendo dicta Graecis, quorsum alludit iam Lucret. 6, 660. Existit sacer ignis, et vrit corpora serpens, Quamcunque arripuit partem. Scrib. Comp. 63 Zonam, quam Graeci ἕρπητα dicunt. ¶ 2 Est et Herpes, Depascens vlcus, quod serpendo corpus ad ossa vorat Cels. 5, 28, 3. Vid. Macer. 1, 12, 33. Apul. de Herb. 2, 10. ¶ 3

Herpes item Animal, quo praecipue sanantur quaecunque serpunt Plin. 30, 13.

HERPESTICVS, a, um. Adi. ab Herpete morbo, vel adeo ab ipso Graeco ἕρπην ductum. Lucil. apud Non. 2, 375 Serpere vti gangraena malo (f. mala) atque herpestica posset.

HERPICO, āre. Seru. ad Virg. Georg. 1, 95 laudatur. Et est ibi de Iripice vel Vrpice aliquid, i. viminea crate, quam per agros exaequandi causa trahunt rustici. Si quis igitur antiquus Herpicare, Iripicare, vel Vrpicare dixit, hoc intellexit, quod occare vocant alii. Vid. IRPEX.

HERPYLLVM, i. n. Idem, quod Sisybrium. Apul. de Herb. 105. Diosc. 2, 117. et 3, 41.

HERPYLLVS, i. m. Serpillus. Apul. de Herb. 99. Isid. 17, 9.

HERSILIA, ae. f. [Ἡρσιλία] Vxor Romuli, quae post apotheosin mariti ipsa quoque in caelum relata fuit. et quemadmodum mutato nomine Quirinus ille dicebatur, sic ipsa etiam Ora dicta fuit. Ouid. Met. 14 extr. De hac Liu. 1, 11.

HERTHVS, i. m. Terra tanquam Dea olim culta a Germanis. Tacit. 40, 3 In commune Herthum, id est Terram matrem colunt, eamque interuenire rebus hominum, inuehi populis arbitrantur, etc. Est Germanicum Erde.

HERVLI, orum. m. Pl. Germanica natio, Vistulae quondam ostia accolens. Sidon. Carm. 7, 236 Cursu Herulus, Chumus iaculis, Francusque natatu. Vid. Idem Epist. 8, 9, 31.

HERVS, i. m. [Ἡρόστρατος] Dominus. Ter. Andr. 5, 2, 5 Herus est: quid agam? Herus, pro Herili filio, qui herus minor alias. Ter. Andr. 1, 3, 3 Me aut herum pessundabunt. Cic. Offic. 2, 24 c. 7 Sed ii, qui vī oppressos imperio coercent, sit sane adhibenda saeuitia, vt heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Virg. Aen. 3, 324 Nec victoris heri tetigit captiua cubile. Diues Hor. Carm. 2, 18, 32.

Herus maior, Paterfamilias Plaut. Capt. 3, 5, 50. Idem Trin. 2, 2, 53. Herus minor, Filiusfamilias Idem Afin. 2, 2, 62. Heros vocat Deos omnes Catull. 69, 76 Hostia caelestes conciliafset heros.

HERA, ae. f. [Ἥρα] Domina. Ter. Andr. 4, 2, 4. Idem Andr. 4, 3, 2 Summum bonum esse herae putabam hunc Pamphilum.

lum. Ennius apud Cic. Off. 1, 38 c. 12 Vosne velit, an me regnare Hera, quidue ferat Fors, Virtute experiamur. Hera Fors, i. fortuna rerum domina: de qua etiam Plaut. Merc. 5, 2, 1 Diuum atque hominum, quae Spectatrix atque Hera eadem es hominibus. Formosa Ouid. Epist. 9, 78.

HERFLIS, e. Adi. [δεσφορικός] Quod ad herum pertinet. Plaut. Amph. 2, 1, 75 Non soleo ego somniculose herilia imperia persequi. Idem Aul. 4, 1, 13. Herilis filius, i. Filius heri: Ter. Eun. 2, 2, 58 Sed video herilem filium minorem huic aduenire. Arbitrium Valer. Argon. 4, 388. Verna ministeriis ad nutus aptus heriles 10 Hor. Epist. 2, 2, 6. Mi herilis! sic appellat feminam ancilla apud Apul. Met. 9 p. 187, 17 Pric.

HERIFUGA, ae. m. [Φυγοδεσφορής] Qui herum fugit. Famuli herifugae, i. Fugitiui Catull. 62, 51.

HERITUDO, inis. f. Gloss. Gr. Lat. δεσφορία, Dominatus, do- 15 minatio, heritudo.

H E S

HESIÖDVS, i. m. [Ἡσίοδος] Poëta Ascraeus, cuius ἔργα καὶ ἡμέ- 20 γας, opera et dies, imitatus est Virgilius, Primus agriculturae praecepta tradidit, ut Plin. 14, . . . scribit. Fabularum item auctor, ut ait Quinct. 5, 11. Vid. Gell. 3, 11. et 17, 21.

HESIODIVS, a, um. Adi. [Ἡσίοδιος] Possessiuum, quod est Hesiodi, vel, quod ab Hesiodo compositum est. Cic. in Brut. 15 Illud Hesiodium lau- datur a doctis, quod eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, 25 aut etiam cumulatiore, si possis. Conf. Sidon. Carm. 9, 213. Alii Hesiodaeus.

HESIÖNE, es. f. [Ἡσιόνη] Filia Laomedontis regis Troiae, et Priami soror, quam Hercules expugnata Troia uxorem dedit Telamoni. Vid. Ouid. Met. 11, 217.

HESPERVS, i. m. [Ἑσπερος] Atlantis frater. Scribit Diodo- 30 rus hunc Hesperum conscendisse cacumen montis Atlantis ad cursus astro- rum obseruandos, et nunquam deinde comparuisse: cui vulgus honores di- uinos exhibuit, astrumque lucidissimum eius nomine appellauit. Virg. Ecl. 10, 77 Ite domum saturae, venit Hesperus, ite capellae. Haec etiam 35 serotina stella Vesper dicitur, et Vesperugo: mane autem, Lucifer, et Venus. Vid. Varro de R. R. 3, 5. Cic. de Natur. Deor. 2, 54 c. 20 Infima est quinque errantium, terraeque proxima, stella Veneris, quae Φωσφόρος, Latine Lucifer dicitur, quum antegraditur solem: quum subsequitur autem, Hesperus. Dicitur et HESPERVGO. Senec. 40 Med. v. 877 Mergit diem timendum Dux noctis Hesperugo. Conf. Sen. Hippol. 749 c. not. Delr.

HESPERIS, idis. f. [Ἑσπερίς] Herba, quae noctu magis olet, inde nomine inuento. Plin. 21, 7.

HESPERIDES, um. f. [Ἑσπερίδες] Mulieres fabulosae in Africa, 45 Atlantis, siue Hesperii filiae, Nymphae, quae hortum habuerunt, in quo erant aurea mala Veneri consecrata, quae Hercules missus ab Eurytheo, occiso peruigili Dracone, sustulit. Reuera autem nobiles fuerunt puellae, quarum greges, rufam lanam habentes, abegit Her- cules — Hesiodus has Hesperides Aeglen, Arethusam, et Hesperu- 50 rufam, Noctis filias, ultra Oceanum mala aurea habuisse dicit — Haec ex Seruio ad Aen. 4, 484 quem locum ponemus:

Vltimus Aethiopum locus est, vbi maximus Atlas

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Hinc mihi Massylae gentis monstrata sacerdos,

Hesperidum templi custos, epulasque draconi

Quae dabat, et sacros seruabat in arbore ramos. etc.

Cic. de Natur. Deor. 3, 44 Eorumque fratres et sorores, qui a genea- 55 logiis antiquis sic nominantur, amor, dolus, metus, etc. Parcae, Hesperides, somnia, quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt. De 60 hortis Hesperidum, vid. etiam Barth. Aduers. 36, 5. Vagari de illis Graeciae fabulas, monet Plin. 5, 5. vbi vid. Harduin. Hesperidum insulae Solin. c. vlt. Mala Hesperidum Virgil. Ecl. 6, 61. Varro R. R. 2, 1, 6. Vid. Spanb. Diff. 6 p. 330 sq. Poma Hesperidum Stat. Silu. 3, 1, 158. ¶ 2 Est etiam Adiectiuum. Virg. Aen. 65 8, 77 Hesperidum regnator Aquarum vocatur Tiberis, i. princeps flu- uiius Italiae.

HESPERIVS, a, um. Adi. [Ἑσπερίος] Occidentalis; ut Ouid. 11, 258 Fretum Hesperium, mare, in quod vespere sol descendere vi- detur.

¶ 2 Regiones Hesperiae duae sunt, vna, quae Hi- 70 spania dicitur, altera Italia: quae sic discernuntur. Aut enim Hesperia simpliciter dicitur, et significat Italiam. Virgil. Aen. 1, 530 Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt. Aut additur Vltimam, et tunc significat Hispaniam, quae in Occidentis est fine. Horat. Carm. 1, 36, 4 Qui nunc Hesperia sospes ab vltima. Vid. Seru. ad Aen. 2, 530. 75 it. 780 etc. Add. Macrob. 1, 4 extr. Etiam Magna Hesperia Virg. Aen. 1, 573 de Italia, ut Magna Graecia. ¶ 3 Hesperium promontorium in Africa Plin. 5, 1.

HESPERIONCERAS, [Ἑσπερίων κέρα] Apud Solinum c. vlt. Est Extremum Africae continentis promontorium, vbi scilicet veluti 80 in fronte circumaguntur naues in occasum ac mare Atlanticum. Hesperuceras Plin. 6, 30 et 31. Sonat haec vox, Occidentale cornu.

HESSENI, orum. m. [Ἑσσηνοί] Palaestinae populi, apud quos lege columbis parsum olim, et tanta earum copia facta, ut aduenarum ora cicures petierint: vnde sunt illa Tibulli verba 1, 7, 17 Quid re- 85 feram, vt volitet crebras intacta per vrbes, Alba Palaestino sancta columba viro? Plin. 5, 17 Hessei, gens sola, et in toto orbe praeter caeteras mira, sine vlla femina, omni Venere abdicata, sine pecunia, focia palmarum, etc.

HESTERNVS, a, um. Adi. [Ἑστέρνος] Quod heri factum est, 90 significans. Plaut. Perf. 1, 2, 25 Visam hesternas reliquias. Ter. Eun. 5, 4, 17 Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent. Plin. in Paneg. 107 c. 63 Coena hesterna redundare. Dies Cic. de Natur. Deor. 2, 73. Sic in Catil. 2, 7. Disputatio Cic. Tusc. 2 c. 4. Liu. 27, 14 pr. Pugnatum vtrinque aliquanto quam pridie acrius est, Poe- 95 nis ad obtinendum hesternum Decus adnitentibus, Romanis ad demendam ignominiam. Hesterno die lusimus Catull. 48, 1. Luce hesterna vidi Ouid. Amor. 2, 2, 3. Nocte hesterna lenior aura fuit Idem Epist. 18, 73. Sermo Cic. Acad. 4, 10.

HESTIATORIS, idis. f. Herba magica a conuictu in Perside 100 nominata, quoniam illa hilaretur. Vid. Plin. 24, 17. Al. Siffestoris, vocatur alias Gelotophyllis.

HESVS, i. m. Sub hoc nomine Martem antiqui colebant. Eum Galli humano cruore placabant. Vid. Lactant. 1, 21. Lucan. 1, 440 Teu- tates horrendaeque feris altaribus Hesus. 105

HESYCHIA, ae. f. [ἡσυχία] *Quies*. Sen. Epist. 92 Quietem hesychiā vocant Graeci, vacat enim animus molestia, etc.

H E T

5 HETAERIA, ae. f. [ἑταίρια] *Sodalitas, societas*. Plin. Epist. 10, 97 Secundum mandata tua haeterias esse vetueram. Conf. Id. Epist. 10, 43.

HETAERICE, es. f. *Ita vocabatur Ala equitum apud Macedonas ab amicitia, et veluti sodalitate regia*. Vid. C. Nep. 18, 1, 6, et 10 ibi Lambin.

HETEROCLITON, i. n. [ἑτερόκλητον] *interpretari licet Alienae et insolitae declinationis*. Vid. Grammaticos, v. g. Charif. 1 p. 23 pr.

15 HETROCRANEA, ae. f. [ἑτεροκρανία] *vocant Graeci Morbum capitis, quum caput inaequaliter dolet, tumetque, et inter pilos rotunda et humida ulcuscula assurgunt, et pus mali odoris*. Plin. 31, 9 Ad heterocraneas capitisque ulcera, et pustulas, papulasue. Apud Marc. Empir. 2 Heterocranium.

HETROGENEVS, a, um. Adi. *Diuersi generis et naturae apud Grammaticos, et Physicos*.

20 HETRURIA, ae. f. [Τυρρηνία, Ἑτρορία] *Italiae regio, ad Macram fluium usque protenditur, ubi Liguriae principium est*. Porro Hetruria dicta est, quod eius fines tenebantur olim vsque ad ripam Tiberis: et quasi ἑτρορία, et per syncopen Ἑτρορία. Nam ἕτερος, est alter: et ὅρος, finis. Roma enim antea vnam tantum Tiberis ripam tenebat. Iuuen. (Sat. 8, 265) — et quae Imperii fines 25 Tiberinum virgo natauit. Haec Seruius apud Virg. Aen. 2, 533. Vid. et Plin. 3, 5. Solers Hetruria Claud. in Eutrop. 1, 12.

HETRUSCVS, a, um. Adi. [Τυρρηνός] *Mare Hetruscum* Hor. Carm. 3, 29, 35. *Disciplina* Cic. Fam. 6, 6 *diuinandi ars*. al. Tusca. 30 Obesus Catul. 37, 11. Aurum Iuuen. Sat. 5, 164.

HETTA, ae. f. *res minimi pretii, quasi hieta, id est hiatus hominis atque oscitatio*. Alii pusulam dixerunt esse, quae in coquendo pane solet assurgere: a qua accipimus rem nullius pretii, cum dicimus, non hette te facio. Haec Festus. Vet. Gl. Ἑκτα φλοκτῆς (f. φλοκτῆς) 35 ἀρτίς (f. ἀρτίς) Eaed. Hitta, hieta, ἡμὴν ῥοιῶς, qui est Ciccus.

HETTEMATICVS, a, um. Adi. [ἡττηματικός] *Firmic. 3, 9 Ipsos tamen faciet hettematicos, et prima semper aetate vitiosos. Hettematicus dicitur, Qui deterior et posterior est, neque praestantiam sui generis consequitur*.

H E V

HEV. [ἦ] *Interiectio dolentis*. Scalig. de L. L. 27 a Φεῦ ducit. Virgil. Aen. 6, 878 Heu pietas, heu prisca fides. Plaut. 45 Mil. 4, 8, 32 Heu mihi, nequeo quin fleam. Ter. Andr. 4, 1, 22 Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectauī meo. Cic. Philipp. 7, 13 Heu me miserum, cur cogor, etc. Plaut. Pseud. 1, 3, 27 Heu, heu, quam ego malis perdidī modis, quod tibi detuli. Vid. Drakenb. ad Sil. 11, 212.

50 HEVRESIS, is. f. *Menſe Nouembri in Calendario rustico Farnesiano, forſan dies designatur is, quo Ceres Proſerpinam filiam a Plutone raptam omnibus terris perquisitam inuenit*. Vid. Apul. Met. 11.

HEVRETES, ae. m. [ἑυρετῆς] *Inuentor*. Plaut. Pseud. 2, 4, 9 Heuretes mihi es.

55 HEVS. [ἦ] *Adu. vocantis*. Ter. Andr. 3, 3, 47 Heus euocate huc Dauum. Idem Eun. 4, 1, 10 Heus, inquit, puer, Pamphilam accerſe. Cic. pro Milon. 61 Heus, vbi Ruscio, vbi Caſca? Heus ſignificationem habet nominis ad intentionem, considerationemque reuocandi, ut ait Donatus. Ter. Andr. 4, 1, 11 Heus, proximus sum egomet mihi. Sed heus tu, reuocantis particula: Cic. Q. Frat. 2, 15 Sed heus tu, celari videor a te: quonam modo mi frater de nostris verbis Caesar? Ter. Eun. 3, 1, 43 Sed heus tu, purgon' ego me de istac Thaidi, etc. Conf. Cic. Fam. 2, 6. et 16, 17. it. Att. 1, 13. Dolentis. Virgil. Aen. 7, 116 Heus etiam menſas consumimus, inquit Iulius. Heus, heus: Ter. Adelph. 2, 4, 17 Heus, heus Syre. s. hem, quid est? Idem Eun. 3, 3, 23 Heus a Graeco aī venit, auctore Festo.

H E X

70 HEXACHORDOS, Adi. *de Canone Musico*. Vitruu. 10, 13.

HEXACLINON, i. n. [ἑξάκλινον] *Stibadium, siue triclinium significat, sex capiens conuiuias, vel potius Locum, in quo duo triclinia stare poterant: hoc est sex lecti coenatorii: id enim Graeca dictio sonare videtur*. Martial. 9, 60 Et testudineum mensus quater hexaclinon, Ingemuit citro non satis esse suo.

HEXAEMERON, i. n. *Sic appellant SS. Patres Creationem sex diebus perfectam, in quod multi Commentarios ediderunt, v. g. Basilii, Anastasii, etc. Dracontius*.

80 HEXAGONVS, a, um. Adi. [ἑξάγωνον] *Quod habet sex angulos*. Columel. 5, 2 Si fuerit sex angulorum in quadratos pedes, sic redigitur, Esto hexagonum quoquouersus lineis pedum triginta, etc. Eucl. 4 Elem. Problem. 15 In dato circulo hexagonum, et aequilaterum, et aequiangulum inscribere.

85 HEXAMETER, tri. m. [ἑξάμετρος] *Sex pedum*. Martial. 6, 65 Hexametris epigramma facis, scio dicere Tuccam. Cic. de Orat. 3, 222 Quod si antipater ille Sidonius, ille, quem tu probe Catule meministi, solitus est versus hexametros, aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore.

90 HEXAPHORI, orum. Pl. *Seni baiuli*. Phalangarii hexaphori Vitruu. 10, 8.

HEXAPHORVM, i. n. [ἑξάφορον] *Lectica, quae a sex seruis ferri solet*. Martial. 2, 81, 1. Id. 4, 51 Ingenti late vectus es hexaphoro. Id. 6, 67 Non debes ferri mortuus hexaphoro. Vid. Pignor. de Seru. p. 274.

95 HEXAPTOTON, i. n. Isidor. 1, 6. Priscian. 5 p. 673 pr. *Nempe sic vocatur nomen, quod sex diuersos casus habet, ut Nomina secundae Declinationis in VS numero Singulari*.

HEXAS, ädis. f. *Numerus senarius*. Mart. Capell. 7, 240 Bis terni hexas fit.

100 HEXASTICHVM, i. n. [ἑξάστιχον] *Hordeum dicitur, cuius spicae sex ordines habent: sicut Distichum, quod duos*. Columel. 2, 9 Proximus est his frumentis vsus hordei, quod rustici hexastichum, quidam etiam cantherinum appellant: quoniam et alia animalia, quae ruri sunt melius, quam malum triticum pascit.

105 HEXASTYLOS, Adi. i. *Sex columnas habens*. Vitr. 3, 2. v. Bald. p. 56.

HEXECONTALITHOS, i. m. Lapis tam diuersis notis sparsus, vt sexaginta gemmarum colores in paruo eius orbiculo deprehendantur. *Vid. Plin. 37, 10. et Solin. c. 44.*

HEXERES, um. f. [*ἑξήρης*] *Naues, quae sex remorum ordines habent.* Liu. 27, 23 Regia classis septem et triginta maioris formae nauium erat, in quibus tres hepteres et quatuor hexeres habebat, praeter has decem triremes erant. *Conf. Idem 30.*

H I A

HIAGNIS, is. m. Fuit vt fando accepimus, Marsyae tibicinis pater, rudibus adhuc musicae faeculis, solus ante alios catus canere, etc. *Apul. Flor. pr.*

HIARBAS, ae. m. [*Ἱάρβας*] Rex Libyae, qui Didonem re vera voluit ducere. Et, vt habet historia, quum haec negaret, Carthagini bellum intulit: cuius timore quum cogeretur a ciuibus, petit, vt ante placaret manes mariti, et exaedificata pyra se in ignem praecipitauit. Seruius explicans illud Virg. Aen. 4, 36 Non Libyae, non ante Tyro despectus Hiarbas. *Scribitur nonnullis sine adspiratione. Conf. Iustin. 18, 6.* ¶ 2 Fuit et alius huius nominis in Africa nobilis Rex, auspiciis Sullae, ductu Pompeii, victus et interfectus. *Vid. Plutarch. in Pomp. et Epit. Liu. 89. et Eutrop. 5, 6.*

HIASCO, HIATVS, *vid. HIO, as.*

H I B

HIBERIA, HIBERVS, *vid. IBERIA.*

HIBERNIA, ae. f. [*Ἰβερνία*] *Insula in mari Atlantico.* Caes. B. G. 5, 13 Hibernia dimidio minor, vt aestimatur, quam Britannia. *Olim appellata Ierna.* Iuuen. Sat. 2, 160. et Mela 3, 6 Iubernam s. Iuuernam dixerunt.

HIBERNVS, *vid. HYBERNVS.*

HIBISCVS, i. m. vel HIBISCVM, i. n. [*ἰβίσκος*] et quibusdam IBISCVS et EBISCVS: *Herba non dissimilis maluae, vt inquit Theophrastus, folio maiori quam maluae, pilosiorique caule. Vfus eius est ad rupta et tusses.* Plin. 19, 5 Hibiscum a pastinaca gracilitate distat: damnatum in cibis, sed medicinae vtile. *Virg. Ecl. 2, 30 pro Iunci siue Viminis genere accipit, Haedorumque gregem viridi compellere hibisco. Conf. Idem 10, 71. Calpurn. Ecl. 4, 32.*

HIBLÀ, *vid. HYBLA.*

HIBRIS, vel IBRIS, ìdis. it. IBRIDA, vel HIBRIDA, ae. c. Hibridas siues vocabant antiqui Semiferas, ex placido et fero natas. Plin. 8, 53 cum de apris egisset, addit, In nullo genere aeque facilis mistura cum fero, qualiter natos antiqui Hibridas vocabant, ceu semiferos: ad homines quoque, vt in C. Antonium Ciceronis in Consulatu Collegam, appellatione translata. *Sunt qui scribant per y Graecum Hybris quos refeluit Scal. in Varron. de R. R. 1, 18, 6 Vmber apud veteres significabat spurium. Vnde apud Plinium insititium quoddam genus ouium Vmbri dicuntur. — Sed Ibrumne an Imbrum, an Vmbrum dicas, nihil refert. In Vet. Gloss. Imbrum, ἰμβρονον, πρῖβατον. Idem Iber ἰμβρονος. Ab eo certe Ibridas spurios vocarunt. Haec Scaliger. De homine ex Romano et Graeca nato, vt videtur, Hor. Serm. 1, 7, 2 Proscripti Regis Rupilius atque venenum Ibrida quo pacto sit Ecclusus vltus. Eugen. Tolet. Car. 22 Apris atque siue fœdus natiua dicitur. Vid. supra AMBIGENA.*

H I C

HIC, haec, hoc. Pronom. demonstr. [*ἵς, ἡ, ὅδε*] quo proprie ea signantur, quae dicenti s. loquenti proxima sunt, vel ipse adeo, qui loquitur: vt contra iste, qui remotior est. Itaque clientem suum Pronomine Hic, aduersarium autem Iste, solet notare Tullius. Ter. Eun. 3, 1, 33 Vna in comiuiuo erat hic quem dico, Rhodius adolescentulus. Ad

quantitatem huius Pronominis quod attinet, interdum producebant et Hic et Hoc veteres, et tum fere duplex C scribebant Hicc et Hoc abiecto E: corripiebant cum per C simplex scripsere. *Vid. Voss. Art. Gramm. 2, 29. Aliter tamen sensit Terentianus p. 63 qui τὸ Hic quippe quod ex Hicce esset, perpetuo longum existimauit, eamque ob causam in illo Virg. Aen. 4, 22 Solus hic inflexit sensus animumque labantem, Creticum statuit. Ita tamen et Virg. Aen. 6, 791 Hic vir hic est. Et Lucret. 6, 9 Nam cum vidit hic ad victum quod flagitat vsus. Ter. Andr. 2, 1, 12 Tu si hic sis, aliter sentias. Hic pro Aduerbio sumitur plerumque, i. hoc loco, hac conditione. Sed Donatus: Hic, seipsum ostendens dicit, et est Hic Pronomen. Conf. Priscian. 17 p. 1103. Ter. Eun. 3, 1, 52*

Si laudabit haec illius formam, tu huius contra. *Ibid. 4, 4, 14. Ter. Andr. 1, 1, 76 Hic nuptiis dictus est dies. Sic Mensis hic Ter. Adel. 3, 4, 29. Puer hic vnde est? Ter. Andr. 4, 5, 3. Quid hic vult? Idem Andr. 1, 2, 13. Hic ipse est, de quo agebam Ter. Adel. 1, 1, 53. Vid. IPSE. Ter. Adel. 4, 5, 17 Hic meus amicus illi genere est proximus. Idem Eun. 2, 3, 50 In hanc nostram plateam, commodum huc se aduorterat. Hanc tuam, pro Istam. Ter. Andr. 3, 2, 30 Prorsus a me opinionem hanc tuam ego esse amotam volo. Nimirum hic ego sum Hor. Epist. 1, 15, 42. Ne fueris hic tu Id. ibid. 1, 6, 40. Hunc istum otii et pacis hostem Cic. pro Domo 12. Huic illi legato, etc. Idem pro Flacc. 51. Hic somnus est mihi: b. e. Ita dormire soleo Plaut. Cure. 1, 3, 28. Additur aliquando Pronomen Hic, vel ad Honorem vel Contemptum. Comperisse, Pamphilum Pro vxore habere hanc peregrinam Ter. Andr. 1, 1, 118 vbi conf. Donat. Virg. Aen. 11, 16 Manibusque meis Mezentius hic est. Vbi Seruius Hic est, pro Talis est, Et vtrum per contemptum, an commendationem hoc pronuntiandum? Idem Aen. 6, 791 Hic vir, hic est tibi quem promitti saepius audis. ¶ 2 Graeco more aliquando praeter necessitatem additur, vt Ter. Andr. 5, 6 pr. Vbinam Pamphilus hic est? Vid. Rutgers. Var. Lect. 5, 19. Add. Ter. Andr. 1, 1, 77. Hic saepe pro Relatiuis Ille, ipse: vt, Captae vrbes et in his Byzantium, pro In illis C. Nep. 5, 6. Idem 7, 4, 3. Caeterum in talibus notum est non semper ad proximum respicere hoc Pronomen, sed nonnunquam ad remotius. Vid. Perizon. ad Sanct. Mineru. 2, 9. et Quinctil. 2, 5. Burm. p. 152. Virg. Ecl. 4, 55 sq.*

Non me carminibus vincet, non Thracius Orpheus
Non Linus, huic mater quamuis atque huic pater adsit;
Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo.

Vbi Huic, ad Orpheum remotum respicit, et rursus ad Linum proxime antecedentem. ¶ 3 Haec, in Fem. Sing. Plurali Numero in genere Neutro dicitur Haec fere de moribus Cic. Acad. 1, 38. Ter. Andr. 1, 1, 99 Hinc illae lacrimae, haec illa est misericordia. Haec ea est, quam miles a me vi nunc creptum venit Ter. Eun. 4, 6, 13. Haec pictura Ter. Eun. 3, 5, 36. Vna haec spes est, vbi vbi est, diu

100

90

85

80

75

70

65

60

55

celari non potest Ter. Eun. 2, 3, 3. Idem Adel. 4, 2, 37 Est ad hanc manum facellum : ibi angiportum propter est. Hac re ; pro Sic, vel Hoc modo : Ter. Eun. 4, 4, 55 Hac re et omni te turba euolves, et illi gratum feceris. ¶ 4 Hoc n. Ter. Eun. 4, 4, 27 Agedum hoc mihi expedi : primum, etc. Ibid. 1, 2, 50 Hoc agite amabo, mater mea, etc. Ab hoc perfanatus Scribon. 40. sc. medicamento praedicto. Hoc, Ablatiuus, pro Propter hoc. Plin. Epist. 2, 19 Tamen hoc quod sedent, quasi debilitantur. Hoc, pro Tanto, sequente Quo. Cic. Tusc. 2, 57 Vt enim balistae lapidum et reliqua tormenta telorum, eo grauiore emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius : sic vox, sic cursus, sic plaga hoc grauior, quo est missa contentius. Perdiccae hoc indignior caedes videbatur Iustin. 7, 5, 8. Hoc mihi abs te caueo cautius Plaut. Men. 1, 2, 42. ex emendatione Acidalii. Cic. de Orat. 3, 141 Sin eos disiungent, hoc erunt inferiores, quod, etc. Idem Att. 1, 13 Atque etiam hoc magis, quod, etc. Ter. Eun. 5, 4, 6 Eam confeci sine molestia, sine sumtu, sine dispendio : tum hoc alterum id vero est, quod mihi puto palmarium. Hoc aliud est quod gaudeamus Ter. Eun. 5, 9, 11. Idem Andr. 1, 1, 4 Quid est quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius ? Ter. Eun. 1, 2, 102 Rus ibo : ibi hoc me macerabo biduum. Hoc confiteor iure obligasse Ter. Andr. 3, 5, 2. Idem Eun. 5, 2, 47 Crede hoc meae fidei. Ter. Eun. 4, 6, 28 Hoc dic modo, sororem illam tuam esse, etc. Ibid. 2, 2, 45 Hoc nunc dices, eiectos hinc nos. Hoc ego scio vnum, neminem peperisse hic Ter. Andr. 3, 2, 26. ¶ 5 Hoc erat, Formula succensentium et exoptulantium elegans. Virg. Aen. 5, 564 Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes, Eripis, vt mediis hostem in penetralibus, etc. Propert. 2, 24, 17 Hoc erat imprimis quod me gaudere iubebas ? Conf. Hor. Serm. 1, 10, 46. Virg. Aen. 4, 30 675. Stat. Silu. 1, 4, 33. Petron. c. 93. Hoc est patrem esse ? Ter. Adel. 4, 5, 73. Hoc est signi, vbi primum poterit, se illinc subducet scio Ter. Eun. 4, 1, 14. Hoc verum est, tota te ferri, Cynthia, Roma — Haec merui sperare Propert. 2, 4 pr. Cic. pro Caecin. 19 Istius ille fundus est, quem quadriennium, hoc est, ex 35 quo tempore fundus venit, possedi. Hor. Serm. 2, 7, 2

— Dausne ? ita Daus amicum Mancipium domino, et frugi, quod sit satis, hoc est, Vt vitale putes.

40 Dicens Hoc est, exponit illud Quod sit satis, per haec verba sequentia, Vt vitale putes. quasi ita dixerit, Hoc est, sic frugi vt ipsum putes esse vitale. Cic. Verr. 4, 45 Hoc est enim dicere, non est dignus tu qui habeas quae tam, etc. Idem est ac si dicas. Hoc facito. S. recte sane. D. hoc fugito. S. callide. D. hoc laudi est. S. isthaec res est. D. hoc vitio datur. S. probissime Ter. Adel. 3, 3, 66. ¶ 6 Frequenter cum Genitiuis ponitur. Plaut. Bacch. 2, 3, 109 Ne navigarem hoc aetatis senex, i. huius aetatis, vel hac aetate. Plin. 2, 31 Plures Soles, simul quam tres visi ad hoc aevi nunquam produntur. i. ad hoc vsque aeuum nostrum. Add. 6, 4. Cic. pro Rosc. Amer. 91 50 Hoc commodi est : quod ita vixerunt, vt testes omnes, si cuperent, interficere non possent. Ter. Eun. 3, 4, 8 Quid hoc hominis ? qui hic ornatus est ? Cic. Att. 15, 14 Magnaque cura et solitudine Atticum et me liberaris, si hoc honoris mei causa susceperis, vt eos semper a te defensos velis. Cic. Att. 12, 1 Hoc literularum exarauit egrediens e villa ante lucem. Hoc mentis habere Quintil. 4, 2. Ter. Eun. 2, 1, 18 Di boni, quid hoc morbi est. Hoc noctis, et hoc lucis Plaut. Amph. 1, 1, 10. Cic. Att. 1, 13 Noui, est in lege hoc, vt qui numos in tribu pronuntiarit, si non dederit, impune sit. Hoc sceleris Ter. Eun. 2, 3, 34. Idem Adel. 5, 2, 11 Interea in angulum aliquo abeam, atque edormiscam hoc villi. Hoc nisi fit puerum vt tu videas, nihil mouentur nuptiae Ter. Andr. 3, 2, 36. Hoc nouum est aucupium Ter. Eun. 2, 2, 16. Hoc opus est Idem Andr. 4, 2, 21. Hoc patrium est, potius consuescere filium sua sponte recte facere Ter. Adel. 1, 1, 5. Idem ibid. 4, 7, 7 Hoc peccatum est in virginem ciuem. Hoc plus facies Ter. Eun. 2, 1, 15. Hoc primum in hac re praedico tibi Ter. Andr. 1, 1, 19. Hoc primum est Idem Adel. 4, 4, 22. Responde mihi hoc Ter. Eun. 4, 7, 22. Hoc est quod : Plaut. Afin. 5, 2, 14 Hoc ecastor est, quod ille it ad coenam quotidie. b. e. Ea est causa cur, etc. Idem Pseud. 5, 1, 70 10 Quid opus, me multas agere ambages ? hoc homini est quamobrem vitam amet. Hoc quid sit : Ter. Andr. 1, 2, 19 Dehinc postulo, siue aequum est, te oro Daue, vt redeat iam in viam. D. hoc quid sit. In hoc me recondidi Sen. Ep. 8. i. ideo. Ter. Eun. 5, 9, 54 Vnum etiam hoc vos oro, vt me in vestrum gregem recipiatis. Idem Adel. 1, 1, 3 Profecto hoc vere dicunt, si absis vspiam, aut vbi si, etc. Ter. Eun. 1, 2, 41 Vtrumque hoc falsum est, effluet. Idem Phorm. 1, 4, 32 Hoc nihil est Phaedria : illicit, quid conterimus operam frustra ? Vbi Donatus : Vtrum Hoc relatiuum ? an Hoc cum contentu, pro Hic Antipho nihil est ? Sic 80 Cic. Diu. in Verr. 11 Etsi hoc nescio quid nugatorem sciebam, pro Hunc. In MSS. permutari solent Hoc et O, vid. Drakenb. ad Sil. 5, 167. ¶ 7 Casuum reliquorum exempla. Mortem huius tam fert familiariter Ter. Andr. 1, 1, 84. Huius in aduentu Virg. Aen. 6, 798. Huius non faciam, pro Flocci faciam, et minimum aestimabo. Ter. Adel. 2, 1, 8 Hanc iniuriam mihi nolle factam esse, huius non faciam, crede hoc, ego meum ius persequar. Huius ostendit motum digiti. Hac re, pro Eam ob rem. Sen. Epist. 9 Hac re, florentes anucorum turbas circumfedit. Huic supplicabo, amorem huic narrabo Ter. Andr. 2, 1, 14. Datiuus Huic, 90 Monosyllabum est. Virg. Aen. 1, 347 Huic coniunx Sichaeus erat. Id. Ecl. 2, 53. Huic, per Diaeresim Dissyllabum efficitur. Stat. Silu. 1, 1 extr. Laetus huic dono videas dare tura nepotes. Hoc pro Huc. Nunc hoc animum aduertito Plaut. Capt. 2, 2, 79. Nonne idem hoc loci me mittere potuit Idem Amph. 1, 1, 11. Cancer et hoc et 95 illoc quadrat Petron. c. 39. Hae rei, peculiare est, pro Huic rei apud Catonem de R. R. c. 14. quod defendit Victorius. Haec Plur. Fem. Ter. Eun. 3, 5, 34 Haec adornant vt lauet. Idem Hec. 5, 2, 24 Haec amicae erunt, vbi quam ob rem adueneris resciscant. Sic optimi quique libri hic et alias monente Faerno et Bentl. Hi motus 100 animorum atque haec certamina tanta Virg. Georg. 4, 86. Hos bella, hos aequora poscunt, His amor exitio, furor his Stat. Silu. 2, 1, 213. Hibus pro His antique Plaut. Curc. 4, 2, 20. His lacrimis vitam damus Virg. Aen. 2, 45. i. talibus ac tantis. His legibus, pro Hac conditione. Plaut. Aulul. 2, 1, 35 His legibus quum tu dare 105 vis, cedo, nuptias adorna. Ter. Andr. 2, 3, 21 Vxorem his moribus

ribus dabit nemo: *i. ita male morato.* His parentibus Hor. Od. 3, 6, 33. *i. tam corruptis.*

HICCE, haecce, hocce. [*ἥκοι*] Idem est quod Hic, haec, hoc. Ter. Eun. 2, 2, 44 Hicce hoc munere arbitratur suam Thaidem esse. Hocce haud dubium est Ter. Andr. 2, 3, 17. Idem Adel. 3, 1, 16 Hicce oculis egomet vidi, Softrata. Idem Andr. 3, 5, 18 Namque hocce tempus praecauere mihi me, haud te vlscisci finit. Cic. Verr. 2, 117 Sic Pop. Rom. iucunda suburbanitas huiusce prouinciae. Ab hifce rebus animum auoca Seru. Sulp. Cic. Fam. 4, 5.

HICQVE. Huiusque diei fortuna Plin. 34 f. 19. *ut legit Hard. qui sic quoque restitui iubet ap. Cic. de Legg. 2 c. 11.* Et Huiusce et Huiusque recte scribuntur, sed suo loco vtraque. Nam ab hocce et ab hacce fit huiusce: huiusque autem aliud significat, i. e. vniuscuiusque Mar. Victor. de Orthograph. p. 2462 post med.

HICCINE, haecine, hocine. *i. Talis: semper cum interrogatione.* Ter. Hec. 1, 1, 13 Hicine tu amabo non contra insidiabere? Vbi Donatus, *ἐπιρρησισ* interrogatio. *i. Talibus.* Idem Adel. 4, 7, 40 ô Iuppiter, Hancinne vitam? hocine mores? hanc dementiam? Quidam vnico C scribunt Hicine. Hicine est Simo? Ter. Andr. 5, 4, 4. Cic. Tusc. 3, 39 Hicine est Telamon ille, modo quem gloria ad caelum extulit? Haecine parua meum funus arena teget? Propert. 1, 17, 8. Hocine credibile est, aut memorabile, etc. Ter. Andr. 4, 1, 1. Vbi Donatus, Totum hoc in pronuntiatione, hoc enim genus interrogationis, vim negandi exprimit. Hicine, Dubitatie. Liu. 1, 3 pr. Haud nihil ambigam hicine fuerit Ascanius, an maior, etc. Haecine erant itiones crebrae, haecine erat vilitas Ter. Phorm. 5, 8, 23.

HACCETENS et HOCCE DIE scribebant antiqui pro Hactenus et Hodie. Mar. Victor. Ant. Gr. p. 2457 med.

HIC. [*ἥδε, ἔνθα, ἐνθα, ἔνθα, ἔνθα*] Adu. in loco. Ter. Eun. 5, 2, 59 Iam frater ipse hic aderit virginis. Ibid. 4, 6, 41 Thais ego iamdudum hic adsum. Ibid. 5, 5, 21 Quem praestolare Parmeno hic ante ostium? Idem Adel. 2, 1, 15 Hic propter hunc assiste. Ter. Andr. 4, 1, 4 Vbi fides est si roges, nihil pudet, hic, vbi opus est, non verentur: illic, vbi nihil opus est, ibi verentur. Hic, pro Tum. Adu. temporis. Ter. Hec. 1, 2, 93 Hic animus partim vxoris misericordia deuictus, etc. Donatus. Virg. Aen. 9, 246 Hic annis grauis, atque animi maturus Alethes. Et ita saepe Virg. Ter. Andr. 2, 3, 15 Hic reddes omnia, quae nunc sunt certa ei consilia, incerta vt sient. Vbi Donatus: Hic, Aduerbiium loci non est, sed Aduerbiium temporis. Cic. Verr. 3, 3 Hic illi flentes rogare atque orare coeperunt, vt, etc. Hic, pro In hac re et negotio. Plaut. Bacch. 1, 2, 3 Lycurgus, vt mihi quidem videtur, posset hic ad nequitiam adducier. Hic iacet, Hic situs est: inter sollempnia verba in sepulcrorum inscriptionibus recenset S. Pitisc. V. Lex. Ant. Rom. in voce Nic.

HINC. [*ἔνθεν, ἐνθένδε, ἐνθαῦθεν*] Adu. de loco. Plaut. Amph. 2, 2, 9 Atque is repente abiit a me hinc ante lucem. Ter. Adel. 4, 4, 9 Nam vt hinc forte ea ad obstetricem erat missa, vbi eam vidi, illico accedo. Vid. ABEO et ABSVM. Plaut. Mil. 3, 1, 13 Sed speculabor, ne quis aut hinc ab laeua, aut ab dextera, etc. Ter. Andr. 4, 4, 14 Ego quoque hinc ab dextera venire me assumulabo. Hinc ab ianua aliquid tollere Ter. Andr. 4, 5, 10. Hinc a porta Collina Liu. 2, 11. Ter. Andr. 5, 1, 14 Illam hinc ciuem esse aiunt. Hinc a nobis profecti in caelum reperientur Cic. Tusc. 1, 60. Hinc abest de, vid. ABSVM. Cic. de Fin. 3, 45 Via quae est hinc in Indiam. Hinc emta Ter. Adel. 2, 2, 22. Sic apud Cic. in Catil. 4, 16 Quidam hinc nati. Ter. Eun. 3, 2, 12 Cur non imus hinc? Cic. de Orat. 2, 13 Dixit se Scaeuolam hinc euntem esse conuentum. Hinc euoca aliquem foras Ter. Eun. 2, 2, 52. Hinc ex Attica abrepta Ter. Eun. 1, 2, 76. Cic. pro L. Agr. 2, 93 Nos autem hinc Roma qui veneramus. Hinc ex proximo oritur clamor Plaut. Aulul. 5, 3, 27. Hinc ex ara Ter. Andr. 4, 4, 5. Hinc intro concedam Idem Eun. 1, 2, 126. Hinc et hinc: Martial. 10, 83 Raros colligis hinc et hinc capillos. Hinc atque hinc merantur Virg. Aen. 1, 504. Hinc illuc: Ter. Adel. 2, 2, 17 Coemisse hinc quae illuc veheret multa. Hinc, illinc Liu. 2, 11. Ter. Adel. 4, 5, 39 Dum cognatus hinc illinc veniret expectantem. Hinc atque illinc totus septentrio eremigatus Plin. 2, 67. Hinc et illinc exhibent mihi negotium Plaut. Most. 3, 1, 38. Cic. de Vniuers. 42 c. 14 Id fit cum speculorum laeuitas hinc illincque altitudinem assumsit, etc. Hinc, pro Inde Scribon. 149. 154. Hinc inde, Vndecunque, circumquaque. Plin. Epist. 9, 13 Longum est omnia, quae tunc hinc inde iacta sunt, recensere. Martial. 1, 118 Cubitis trudit hinc et inde conuiuas. Ne inde odium, hinc contemptus oriatur Quinctil. 2, 2. Ter. Eun. 2, 2, 3 Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atque ordinis. Hinc, Ex hac causa. Ter. Andr. 1, 1, 99 Hinc illae lacrimae, haec illa est misericordia. Hor. Epist. 1, 19, 41. Cic. pro Flacc. 54 Hinc totum odium, hinc omnis offensio. Add. Cic. pro Cael. c. 25. Hinc, Ex hoc vel illo. Ter. Adel. 3, 3, 7 Sed ecum Syrum ire video hinc scibo, iam vbi fiet. Hinc, Ex hac parte. Cic. in Catil. 2, 25 Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum. Hinc volucrum naturae dicentur Plin. 9, 62.

HAC. Adu. per locum: *i. Per eum locum in quo sum.* Ter. Eun. 5, 9, 64. Ite hac omnes vos: valete, et plaudite. Hac iter est Virg. Aen. 9, 321. Hac, pro Illac. Ter. Adel. 4, 2, 34 In porticum rursum redi: sane hac multo propius ibis; et minor est erratio. Plaut. Rud. 1, 3, 31 Ita nunc hac, an illac eam, sunt incerta consilii. Hac illac circumcurfa Ter. Heaut. 3, 2 pr. Idem Andr. 4, 1, 47 Hac non successit, alia aggrediamur via. *i. Hoc modo quem tentauimus.* Conf. Nep. 23, 3, 4.

HACPROPTER. Varro. Hacpropter omnes qui laborant invocant.

HACTENS, vid. suo loco.

HUC. Adu. ad locum. [*ἔνθα, ἔνθα, ἔνθα*] Virg. Ecl. 2, 45 Huc ades. Ter. Eun. 1, 2, 40 Ego cum illo, quocum vno rem habebam tum hospite, abii huc. Ter. Eun. 4, 7, 4 In medium huc agmen cum vecti Donax. Huc in urbem raro com meat Ter. Hec. 1, 2, 100. Huc te accersi iussi Idem Eun. 1, 2, 20. Huc coram illum adducam Ter. Andr. 5, 3, 29. Idem Eun. 2, 3, 58 Huc deducta est ad Thaidem meretricem: ei dono data est. Cic. Tusc. 2, . . . Huc arripe ad me manibus abstractam piis. Huc euocate Ter. Andr. 3, 3, 47. Plaut. Aulul. 2, 1, 14 Eo nunc te secreto huc foras seduxi, vt, etc. Ter. Eun. 5, 6, 26 Cessio huc intro irrumpere?

- Ter. Adel. 5, 1, 3 Sed postquam intus sum omnium rerum satur, prodeambulare huc libitum est. Ter. Eun. 3, 1, 4 Huc prouiso, vt vbi tempus fiet, deducam. Huc secede procul Plaut. Capt. 2, 2, 13. Huc renumeret dotem Ter. Hec. 3, 5-52. Idem Eun. 4, 7, 26 Pamphilam ergo huc redde. Huc redeunt haec verba Ter. Eun. 1, 2, 78. *i. Eam ob causam dicuntur.* Rem huc deduxi, vt, etc. Cic. in Catil. 2, 4 c. 2. Huc et huc ora vertere Hor. Epod. 4, 9. Huc illuc: Tacit. Ann. 1, 56, 7 Sed exterruit Caecina huc illuc ferens arma. Huc et illuc, *Incertum iter ostendunt.*
- 10 Cic. Att. 9, 11 (9) Ne forte aut absum quum veniet, aut cursem huc et illuc deterrima via. Sic de Orat. 1, 184 c. 40 Huc atque illuc intueri. Idem Off. 1, 101 Pars quae hominem huc et illuc rapit. Hor. Carm. 4, 11, 10 Huc et illuc curfitare. Nunc huc, nunc illuc Virg. Aen. 5, 701. Conf. Idem Georg. 2, 297. Id. Aen. 4, 285 et 363. 5, 408. 8, 20 et 229. 9, 755. 10, 680. 12, 764. Huc-cine tandem omnia reciderunt? Cic. Verr. 5, 162 c. 63. Hucusque, *pro Vsque huc.* Plin. 6, 29 Hucusque Sesostris exercitum duxit. Paulus in l. 3 D. Quae res pig. dat. vel hypoth. oblig. non possunt, Videamus an dici possit hucusque ad eum transire ius prioris, vt distrahere pignus ei liceat.
- 20 HVC-ITIO, onis. f. *Clandestina vt celetur huc-itio* Plaut. Amph. 1, 2, 8. *vt quidam legunt, vid. Taubm.*

H I E

- 25 HIEMS, *vid. HYEMS.*
- HIERA, ae. f. [*Ἱερά*] *Sancta vel Sacra, mere Graecum, sed varie etiam in Latinis libris usurpatum. Sic Hieria est Insula maris Siculi, vna ex Aeoliis. Dicta autem Ἱερά, id est sacra, quod Vulcano sacrata est, et plurimum colle eminentissimo nocte ardet, vt scribit Solin. c. 11. Vid. Plin. 2, 89 et 109. Isidor. 14, 6. ¶ 2 Sen. Epist. 83 Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit, quaeritis? quod raro curforibus euenit, Hieran facimus. Muretus interpretatur de Media in stadio linea, ad quam ambo fessi peruenerint. ¶ 3 Hieria. Virg. Aen. 9, 673 dubia est. Verba sunt, Pandarus et Bilius, Idaeo Alcanore creti, Quos Iouis eduxit Iu- co siluestris Hieria. Non esse hic Ἱερά cogitandam, modulus Syllabae ostendit. Itaque aut quaecumque mater Hieria intelligi debet, aut amplectanda Turnebi coniectura Hyaena. Quia tamen media, alioqui breuis, produ- citur, Turnebus Hyaenam ibi legendum esse monet. Vid. eius Aduers. 22, 7. ¶ 4 Medicis frequens appellatio. V. g. Hieria bot- tane Scribon. 163. Vid. BOTANE, et mox HIEROBOTANE. Deinde compositiones sic commendant vt Hieria antidotos Pacchii Scribon. 156. Add. 99.*
- HIERAPOLIS, is. f. *Vrbium aliquot nomen. V. g. nobilis illius in Syria* Plin. 5, 26.
- HIERATICVS, a, um. Adj. *Sacerdotalis.* Plin. 13, 12 Hieratica charta appellabatur antiquitus, (*ex mediis philuris parata*) religi- osis tantum voluminibus dicata, quae ab adulatione Augusti nomen accepit, sicut secunda Liuiae a coniuge eius: ita descendit Hieratica in tertium nomen.
- HIERAX, acis. m. [*Ἱεραξ*] *Accipiter.* Iustin. 17, 2, 8 Antio- chus Hierax est cognominatus, etc. Hieracis collyrium, *quasi acci- pitris eo visus paretur,* Cels. 6, 6, 28. *Vid. mox HIERACIA.*
- HIERACIA, ae. f. *Lactuae genus, cuius succo accipitres ob- scuritatem sentientes oculos tingunt* Plin. 20, 7.
- HIERACTES, ae. m. *Gemma, a colore accipitris sic vocata* Plin. 37, 10.
- HIERACIVM, i. n. *Collyrium.* Plin. 34, 11. Apul. de Herb. c. 30. Diosc. 3, 7.
- HIERICHO, vel IERICHO, vel HIERICHVS, untis. f. *Iu- daeae oppidum inter Hierosolymam et Iordanem.* Plin. 5, 14. Prudent. Psychom. 536. Idem Hamart. 480.
- HIEROCHONTICVS, a, um. Adj. *Vulg. Int. Ier. 39, 5.*
- HIERO, onis. m. [*Ἱέρων*] *Syracusanus, quum esset ex duce rex factus, Populi Romani perpetuus amicus fuit. Quum omnis expertis disci- plinae in morbum incidisset, erudiri coepit. Vid. Aelian. Varr. Hist. 9, 1. Liui. 24, 4 sq. Iustinus 23 extr. De numis illius Spanh. diss. 8 p. 548.*
- HIEROBOTANE, es. f. [*Ἱεροβοτάνη*] *Herba: cuius meminit* Plin. 25, 9. *Verbena dicitur alio nomine.*
- HIEROBVLBVS, i. m. Apul. Herb. c. 21.
- 75 HIERODVLI, orum. m. [*Ἱεροδῦλοι*] *Sacrorum ministri.* Firmicus 8, 19 scribit Futuros aedituos, aut hierodulos, qui habuerint horosco- pum in vicesima sexta parte Geminorum.
- HIEROGLYPHICAE, arum. f. [*Ἱερογλυφικαί*] *Litterae sacrae. Quo nomine dictae sunt, Aegyptiae, quae notis volucrum, ferarum, alia- rumque rerum praenotatae erant. De quibus sic Tacit. Ann. 11, 14 Pri- mi per figuras animalium Aegyptii sensus mentis effingebant, et anti- quissima monumenta memoriae humanae impressa saxis cernuntur, et literarum inuentores perhibentur.*
- 80 HIEROMNEMON, onis. m. [*Ἱερομνήμων*] *Sacrorum praesul apud Graecos. Gemma etiam laudata in diuinationibus* Plin. 37, 10 f. 58.
- HIERONICAE, arum. m. Pl. Qui in sacris certaminibus vice- rant Plin. 18, 8. Suet. Neron. c. 24 Ac ne cuius alterius hieronica- rum memoria aut vestigium exstaret. Idem 25. *Vid. Casaub.*
- 90 HIERONYMVS, i. m. [*Ἱερώνυμος*] *Siciliae tyrannus, Hieronis filius dissimilis, a suis ciuibus interfectus. Vid. Liui. 24, 4 seq. De Hieronymo Rhodio Philosopho Cic. Fin. 2, 3. Id. Tusc. 2, 6 etc. Hieronymum Stridonensem saepe laudamus.*
- HIEROPHANTA, et HIEROPHANTES, ae. m. *Sacrarum caerimoniarum magister et interpres. Vid. Arnob. 1, 5 cum notis Elmenh. Interpp. Nep. 16, 3, 2. Meurs. Elusin. c. 13. et I. Gothofr. ad l. 14. Cod. Th. de Pagan. Sacrif. etc.*
- HIEROPHYLAX, acis. m. [*Ἱεροφυλαξ*] *i. Sacrorum custos.* Scaeuola in l. Annua his verbis D. de annuis leg.
- 100 HIEROSOLYMA, ae. f. et HIEROSOLYMA, orum. n. *tantum Pl. [*Ἱεροσόλυμα*] Vrbs capitalis Iudaeae seu Palaestinae, quae et Hie- rusalem vocabatur. Cic. pro Flacc. 67 Quum aurum Iudaeorum no- mine quotannis ex Italia et ex omnibus vestris prouinciis, Hierosoly- mam exportari soleret. Ibid. C. Pompeius captis Hierosolymis vi- ctor ex illo fano nihil attigit. Tacit. Hist. 5, 2 Solymos carmini- bus*

bus Homeri celebratam gentem, conditae vrbi Hierosolymam nomen e suo fecisse. Suet. in Neron. c. 40 Regnum Hierosolymorum. Idem Tit. c. 5.

HIEROSOLYMARIUS, i. m. [*Ἱεροσολυμαῖος*] *Dicitur est Pompeius, forte quod subinde gloriaretur captis a se Hierosolymis.* Cic. Att. 2, 9 Vt sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis, etc.

H I G et H I L

HIGYNVS, i. m. *Piscis.* Priscian. de Diaeta c. 8.

HILAIRA, ae. f. *Polluci amata.* Vid. Propert. 1, 2, 16 Non sic Leucippis succendit castora Phoebe, Pollucem cultu non Hilaira foror. Vid. Hygin. Fab. 80. et Meurf. Misc. Lac. c. 11.

HILARIS, e. Adj. [*ἡλάρος, Φαιδρός*] *Laetus et iucundus.* Hor. Epist. 1, 18, 89 Oderunt hilarem tristes, tristisque iocosi. Cic. Q. 15 Frat. 2, 12 Risi niuem atram, teque hilari animo esse et prompto ad iocandum valde me iuvat. Plin. Epist. 2, 17, 5 Est contra medias caevaedium hilare. b. e. *Iucundum et delectabile, lucidum praesertim, ut* Lucianus in Domo princ. *vocat οἶκον Φωρι Φαιδρότατον.* Diem hilarem sumere Ter. Adel. 2, 4, 23. Ingenium hilare et lepidum Plaut. Mof. 1, 4, 6. Modum in hilarem epulati sumus Cic. Att. 5, 9. *Legendum ex vetusto codice* Saliarem. Martial. 3, 64 Sirenas hilarem nauigantium poenam. Populus Ouid. de Arte Am. 3, 518. Probitas Stat. Silu. 5, 2, 72. Vultu hilari atque laeto Cic. Tusc. 1, 100.

HILARIS et Tristis opponuntur Quintil. 8, 3. Idem 6, 3, 27 In convitiis et quotidiano sermone lasciuia humilibus, hilaria omnibus conveniunt. ¶ 2 **Hilaria.** Antiqui Diem aequinoctii verni colentes appellarunt, ut ait Macrob. Saturn. 1, 21 nempe octauum Calend. Aprilis, quo fit aequinoctium vernum, quo primum tempore sol diem longiorem nocte protendit. *De his meminit Vopiscus in Aureliano 1 pr. Hilaribus, quibus omnia festa et fieri scimus et dici.* Vid. b. 1. *Salmas.* Hilaria Matris Deum Lamprid. in Seuero: *vbi conf. Casaub.* Hilaria Turnebus Adu. 24, 45 *fuisse existimat Matris deum ferias, quae principio veris celebrabantur maxima Populi laetitia, et nobilissima pompa, quouis e Populo insignia cuiusque dignitatis mentiente atque simulante libere et impune, ut internosci, magistratus a simulatore plerumque non posset, ut ab Herodiano in Commodo describitur.*

HILARVS, a, um. Adj. [*ἡλάρος*] *pro eodem.* Vid. Macrob. Sat. 1, 9. Ter. Adel. 4, 7, 37. Ibid. 5, 3, 56 Hodie modo hilarum fac te. Vita Cic. de Fin. 5, 92 c. 30. Idem Att. 16, 3 Hunc tu tralatum in Macrocollum lege in arcano conuiuis tuis: sed si me amas, hilaris, et bene acceptis, ne in me stomachum erumpant, quum sint tibi irati. Eidem 5, 20 Hilara sane Saturnalia. Compar. Cic. de Clar. Orat. c. 5 Animaduerti te paullo hilariorem. Idem Pison. c. 5 Oculis hilarioribus. Superl. Plaut. Mil. 3, 1, 71 Hilarissimus conuiuia. Conf. Men. 1, 2, 40.

HILARVLVS, a, um. Dimin. [*ἡφίλαρος*] Cic. Att. 16, 11 extr. Atticae, quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis verbis suauium des. *Alii non Optimum legunt, sed Primum.*

HILARICVLVS, a, um. Adj. Sen. Epist. 23 Soluta vultu, et vt isti delicati loquuntur, hilariculo mortem contemnere. Al. Hilaro oculo.

HILARITAS, ātis. f. [*ἡλαρότης*] *Festiuitas, iucunditas.* Cic. de Fin. 2, 65 Non enim hilaritate, nec lasciuia, nec risu aut ioco comite leuitatis, sed saepe etiam tristes, firmitate et constantia sunt beati. Cic. de Orat. 1, 242 Itaque hilaritatis plenum iudicium ac laetitiae fuit. Hilaritas, et Tristitia, contraria Cic. in Orat. 60. Idem Off. 1, 108 c. 30 Erat in C. Laelio multa hilaritas. Hilaritatem afferre, vid. AFFERO. Cic. Att. 12, 39 Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi. 60 Hilaritate aliquem conspergere Cic. Acad. 1, 8. vid. CONSPERGO. Cic. Fam. 9, 11 Sed tamen hilaritas illa nostra et suauitas, quae te praeter caeteros delectabat, erepta mihi omnis est. Hilaritas dici Columel. 9, 14. Plur. Sen. Epist. 23 Caeterae hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt.

HILARITVDO, ōnis. f. Plaut. Mil. 3, 1, 83 Onera te hilaritudine. Idem Rud. 2, 4, 8 Hilaritudo oculorum. Apul. 11 Tanta hilaritudine gestire mihi cuncta videbantur.

HILARE. Adu. [*ἡλάρως*] *quod et Hilariter dicitur.* Cic. de Fin. 5, 92 c. 30 Dicimus aliquem hilare viuere. Idem de Orat. 2, 290 c. 72 Ego vero atque hilare quidem a te acceptus. Item Tusc. 3, 27 Hilarius loquuti. Hilare et libenter ei cupienti audire nostra, dixi sine te omnia muta esse Cic. Fam. 16, 12. Hilare prosequi aliquem Suet. Ner. c. 34. Epulatus hilare Tacit. Ann. 11, 3. Hilarius loqui Cic. Tusc. 3 c. 27. Hilarius et quasi exultantius scribere Plin. Epist. 3, 18. Plaut. Men. 1, 2, 40 Ecquid audes de tuo istuc addere? p. atque hilarissime.

HILARITER. Adu. Auēt. ad Heren. 3 c. 14 Modo acriter tum clementer, moeste, hilariter, in omnes partes commutabimus, vt verba, ita pronunciationem.

HILARITVS. Adu. [*ἡλάρως*] *pro Hilariter dixit* Plaut. Mil. 3, 1, 83 Es, bibe animo obsequere mecum, atque onerato hilaritus me. Vid. HILARITVDO.

HILARO, āre. [*ἡλαρόνω*] *Laetitiam, iucunditatemque afferre.* Cic. de Fin. 2, 8 c. 3 Omnes enim iucundum modum quo sensus hilaritur, Graece ἡδονήν, Latine Voluptatem vocant. Idem de Clar. Orat. 44 Huius suauitate maxime hilaratae sunt Athenae. Quantis gaudiis totam domum nostram hilarabis Apul. Met. 5. Animum hilarare Catul. 61, 18. Hos vbi facundo tua, vox hilarauerit ore Ouid. ex Pont. 4, 4, 37. Conf. Non. 2, 407.

HILAROR, āri. Pass. Plin. 19, 42 Constat emori victas difficultate verbi, ac nisi subinde eadem audiant, memoria falli: quaerentes mirum in modum hilarari, si interim audierint id verbum. De pfitacis.

HILARATVS, a, um. Partic. Cic. de N. D. 2 c. 40 Terra cum caelo hilarata.

HILARATIO, ōnis. f. Tertull. . . .

HILARATOR, ōris. m. Apud Firmic. . . .

HILARESCO, ēre. [*ἡλαρόνομαι*] *Hilarem fieri.* Varro Epist. Lat. l. 1 In votum amicorum domus fumat, hilaresco. Vid. Non. 2, 10404. Hilarescit anima August. Confess. 10, 31. Sermo hilarescens Ibid. 5, 13.

HILARIVS, i. m. *Nomen proprium.* V. g. Vitellii libertus Tacit. Hist. 2, 65. *sunt etiam inter eos, quos Patres vocamus Pictauiensis et Arelatensis Hilarii.*

HILARŌDVS, i. m. Lasciui et delicati carminis cantor Festus. *Inter histrionum appellationes refert Athenaeus 14, 8. Conf. Scalig. Poët. 1, 52.*

HILAROTRAGOEDIA, ae. f. *Eadem videtur esse, quae tragico-comoedia. vid. Spanhem. praef. ad Iuliani Caes. VII et VIII.*

HILLA, ae. f. [*νήσις ἑγκοιλιον*] vel HILLA, orum. n. Hor. Serm. 2, 4, 60 Perna magis, ac magis hillis Flagitat immorsus refici. *Quo loco Acron, Hilla, dicuntur Salsa intestina hirci: positum est diminutivae haec Hilla: quidam in diminutione Neutri generis esse dicunt: alii dicunt Farta falsitia. Haec ille. Vid. Varro de L. L. 4, 2. quem locum statim damus voce HILVM. Plaut. . . . Atque hillas infumatas et fumen. Non. 2, 410 habet Hilas. Vid. infra HIRAM.*

HILVM, i. n. Nigrum illud putatur, quod in summitate fabae adhaeret, *inquit Festus. Varro tamen de L. L. 8, 37 Hilum; significare censuit Medullam eius ferulae, quae Asphodelus vocatur: ac sic apud Latinos Nihilum dici putavit, quomodo Graecis familiare est dicere, εἰδὲ γού.* Varro de L. L. 4, 22 p. 29, 1 A fartura farcinina in extis appellata, a quo, quod in eo tenuissimum intestinum fartum, Hila ab hilo dicta, id est minimo: quod ait Ennius, Neque dispensei facit hilum. *Et mox c. 23 v. 18 Filum, quod minimum est hilum. id enim minimum est in vestimento. Lucret. 3, 843 Mors igitur nihil est, ad nos neque pertinet hilum. Hilum, pro Breui exiguoque ponitur, auctore Non. 2, 402. Cic. Tusc. 1, 10 — Num illud quod Sisyphus versat Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum? Ex Poëta.*

H I M

HIM, pro Hinc introductum voluit Lambinus in Plaut. Amph. Prolog. v. 125.

HIMANTOPODES, vid. IMANTOPODES.

HIMERA, ae. f. [*Ἱμέρα*] Fluvius Siciliae, qui in duas partes diuiditur: et in altera, dulcem saporem, in altera falsum retinet Plin. 3, 8.

H I N

HINC, vid. HIC.

HINNIO, iui, itum, ire. [*χρημερίζω*] Equorum proprium, ut ait Festus. Fortiter hinnire Quinctil. 1, 5, 72 Iam ne balare quidem aut hinnire fortiter diceremus, nisi iudicio vetustatis niterentur. *Conf. Spartian. in Get. c. 5.*

HINNIENS, entis. Part. Substantivae pro Equus. Laevius in Apul. Apol. p. 294 Radiculae, herbae, furculi — hinnientium dulcedines, i. Hippomanes. v. v.

HINNIENTER. Adu. Apud Non. 2, 411.

HINNILITO, are. Frequentativum antiquum, idem quod Hinnio. Lucil. . . . Haec inquam rudet ex rostris, atque hinnilitabit. *Vid. Varro de L. L. 6, 5. aliter habet Non. 1, 78.*

HINNITO, are. Frequent. Gloss. Gr. Lat. *χρημερίζω*, hinnitat.

HINNITVS, us. m. [*χρημετισμός*] Liu. 2, 64 Fremitus hinnitusque equorum. *vox ipsa quam equi emittere solent. Cic. de Divin. 1, 73 Quum autem aliquantum progressus esset, subito exaudiuit hinnitum, respexitque, et equum alacrem aspexit. Acutus Virg. Georg. 3, 94. Edere hinnitus Ovid. Met. 2, 669. Iustin. 1, 10, 8. Fremuisse hinnitibus Alpes Sil. 5, 66. Hinnitus litui Sil. 12, 182. Heinsius. al. Tinnitus. Pecoris specie hinnitibus euoluisse Saturnum Arnob. 4 p. 145.*

HINNIBILIS, e. Adi. Cael. Aurel. 1, 10 Excreatus hinnibilis.

HINNIBVNDE. Adu. pro Hinnienter, ab eo, quod est Hinnio. Claud. Annal. 16 Equi hinnibundi inter se spargentes terram calcibus. Non. 2, 411.

HINNVS, i. m. [*νεβρός*] Varro de R. R. 2, 8 Hinnus qui appellatur, ex equo et asina, minor est, quam mulus corpore, plerumque rubicundior, auribus ut equi, iubam et caudam similem asini. Item in ventre est, ut equus, menses duodecim. hosce item ut equulos et educant et alunt, et aetatem eorum ex dentibus cognoscunt. Columel. 6, 37 Qui ex equo et asina concepti generantur, quamvis a patre nomen traxerint, quod hinni vocantur, matri per omnia magis similes sunt. *Conf. Plin. 8, 44. et Lex. Pitisc. Legitur et*

HINNA, ae. f. Non. 2, 409.

HINNVLVS, i. m. Dimin. [*νεβρίδιον, κερμός*] est Fetura capreolorum, caprarum, damarum, leporum, similitumque. Hinnuli coagulum Scribon. 188. Plin. 28, 9 Summis autem remediis praefertur hinnuli coagulum in matris utero execti. *Ex antiquo codice legitur, Hinnulei coagulum. Hinnuli, νεβροί Vet. Gloss. Item, Mares ex equo et asino geniti. Plin. l. c. Vet. Gloss. Hinnulus, ὁ ἐξ ἵππου καὶ ὄνου. Vid. Varr. R. R. 2, 8. Recentioribus est Burdo. Vid. Lex. Pitisc.*

HINNVLA, ae. f. Ut, Pellicula hinnulae Arnob. 5 p. 185.

HINNVLĒVS, i. m. Idem ac Hinnulus. Hor. Carm. 1, 23, 1 Vitat hinnuleo me similis Chloe. *Carmen est Asclepiadeum.*

HINNICVLVS, i. m. Idem apud Vitruvium. . . .

H I O

HIO, are. [*χαίω*] Proprie est Ore aperto spiritum emittere, a χαίω oritur, ut a χαίω, hisco. Martin. Plin. 8, 15 Inuisat ad hiandum pabuli sui gratia. Hiare, Sponte, vel aliqua vi externa, aperiri siue scindi: ut, Ligna hiant ariditate, et tellus aestu. Sallust. 4

Atque hiauit humus multa, vasta et profunda. *Vid. Non. 4, 228. Columel. 5, 9 Quum terra aestibus hiat. Hiare flores dicuntur, Quum aperiuntur. Propert. 4, 2, 45 Nec flos vllus hiat pratis quin, etc. Hinc Manifestum esse significat Apul. Apol. p. 533 Patent artes tuae, Ruffine, fraudes hiant, detectum est mendacium. Hiare est vitiose patere, et ad cupiditates malas refertur. Cic. in Verr. 3, 8 c. 4 Huic homini si cuius domus patet, vtrum ea patere, an hiare ac postere aliquid videtur? Sen. Epist. 72 Quidquid accepit, integrum deuorat, et semper ad spem futuri hiat. Huc forte referas Cic. de Fin. 2, 8 Omnes enim iucundum motum quo sensus hiaerent, Graece ἠδονήν, Latine voluptatem vocant. Sic v. c. Vrsini. Al. Hilaretur. Hiare*

Vocalibus fermo dicitur, Quum propter multarum Vocalium concursum hiulco ore proferendus est. Quinctil. 9, 4 Neque enim aut hiare semper Vocalibus, aut destitui temporibus volunt fermo et epistola. Cic. in Orat. 152 Indicant orationes illae ipsae horridulae Catonis, indicant omnes Poëtae, praeter eos, qui ut versum facerent, saepe hiabant: ut

Naeuius, Vos qui accolitis, etc. Hiabant, i. Vocales non elidebant, sed

sed omnes pronuntiabant, et in metiendo carmine vim suam omnes habere sinebant, quale est illud Virg. Ecl. 3, 6 Et succus pecori, et lac subducitur agnis. Et illud Ecl. 7, 53 Stant et iuniperi, et castaneae hirsutae.

HIANS, *antis. Partic. [χαίνων]* Clamor frustratur hiantes Virg. 5
Aen. 6, 493 Emtorem inducere hiantem, *i. cupidum* Hor. Serm. 1, 2, 88.
Sic Sat. 2, 5, 56 Coruum deludet hiantem. Cic. Verr. 2, 13 Nam
ipsum Verrem tantum semper avaritia hiantem atque imminenti fuisse,
ingenio et cogitatione nulla. Tacit. Hist. 1, 12 Quippe hiantes in
magna fortuna amicorum cupiditates ipsa Galbae facilitas intendebat. 10
Oratio Quinctil. 8, 6. *b. e. Male coniuncta et concatenata..* Mutila
et hiantia loqui Cic. in Orat. 32 c. 9. Mutila vocat, quae aures non
impleant. Debet enim verborum ambitus talis esse, ut et compleat verbis
quod proposuit, nec quidquam redundet, ut in Partitionibus docet. Quae
vero mutila sunt, et brevia, nequaquam aures complere possunt. Hiantia, 15
quae ex aspero Vocalium concursu vaste pronuntiantur. Nam (ut Auctor
ad Heren. 4, 19 c. 12 ait) crebrae Vocalium concursiones vastam atque
hiantem orationem reddunt: ut hoc est, Baccae aeneae amoenissimae
impendebant. Cic. de Orat. 3, 169 Collocationis est componere et
struere verba sic, ut neue asper eorum concursus, neue hiulus sit, 20
sed quodam modo coagmentatus et laevis. Disiuncti atque hiantes
concurfus literarum Cic. in Partic. 21 e. 6. Hians, de aegro
Scribon. 9. Conf. Rhod. in Lex. Scrib. Pati fluere salivam hiantem 9.
Hiantem pati salivam decurrere 55.

HIANTIA, *ae. f.* Tertull. de Anima c. 10 Tubam pariter et hi- 25
antiam oris illius ostendo.

HIATUS, *ûs. m.* *Oris apertio.* Cic. de N. D. 2, 122 c. 47 Quae-
dam animalia cibum oris hiatu et dentibus ipsis capessunt. Extremus
expirantis hiatus Quinctil. 6, 2. Immani fauces diducit hiatu Sil.
9, 194. Cic. in Orat. 77 c. 23 Habet enim ille tanquam hiatus con- 30
curfu Vocalium molle quiddam. Cic. de N. D. 2, 14 Repentinis
terrarum hiatibus. Plin. 36, 15 Hauriri vrbes terrae hiatibus, pu-
blicus mortalium dolor est. Conf. Sen. ad Helu. c. 6. Deurari
subito telluris hiatu Ouid. Epist. 3, 63. Patuli hiatus fontis Idem
Met. 3, 162. Profundus Plin. 2, 80. Praemiorum hiatum vocat 35
Tacit. Hist. 4, 42, 6 Nimiam eorum cupiditatem. Quid dignum
tanto feret hic promissor hiatu? Hor. A. P. 138.

HIETO, *âre. Frequent. ab Hio apud veteres.* Plaut. Men. 3, 1.
it. Lucil. et Laber. 19. et alii apud Diomed. 1 p. 336.

HISCO, *êre. [χαίρω, διαίρω]* Inchoatium verbum, Proprie est 40
Oris humani: Quum videlicet prae somno aut taedio os aperiunt homines.
Submisse loqui, siue Os ad loquendum aperire. Plaut. . . . Ne hi-
scere quidem audet. Liu. 6, 16 Ne attollere oculos aut hiscere
audebant. Virg. Aen. 3, 314 — Vix pauca furenti Subiicio,
et raris turbatus vocibus hisco. Cic. Philipp. 2, III c. 43 Respon- 45
debisne ad haec? aut omnino hiscere audebis? Hiscere aduer-
sus veritatem Scribon. 84. Hiscere, Stupere, mirari, dubitare:
Naeuius: Hiscit, Dubius est quid agat. Nonius 2, 400 ex Ac-
cio, Vereor plus quam satis est captivum hiscere. Aperiri. Plaut.
Pseud. 4, 1, 42 Tace, aedes hiscunt. Ouid. Epist. 6, 144 Hisce- 50
re nempe tibi terra roganda foret. Magnae nunc hiscite terrae
Poeta ap. Quinctil. 9, 2, 26. ¶ 2 Prop. 3, 2, 4

Vifus eram molli recubans Heliconis in umbra
Bellerophontei qua fluit humor equi,
Reges, Alba, tuos, et regum facta tuorum, 55
(Tantum operis) neruis hiscere posse meis:
Paruaque tam magnis admoram fontibus ora etc.

Hisce hic, ut hiare, videtur appetere. Poeta est prope Castaliam, in-
cedit illum cupiditas hauriendi facultatem, qua caneret reges etc.

HIASCO, *êre. [ἀνοίγωμαι]* Cato de R. R. c. 17 de nucibus, Vbi 60
primum incipiunt hiascere, tum legi oportet.

H I P

HIPPACE, *es. f. [ἵππᾶκη]* Caseus ex lacte equino coagulatus. 65
Plin. 28, 9 Sestius eosdem effectus equino, quos bubulo tradit: hunc
vocant hippacen. de caseis. Idem 11, 54. Vbi Hermolaus, Hip-
pocrates, inquit, inuentum scribit Scytharum hippacen ex equino lacte.
Vid. Idem 11, 14.

HIPPACO, *âre.* est Celeriter animam ducere: ab Equi halitu, 70
qui est supra modum acutus. Festus. In Gloss. Isidor. est Hippitare.
Vid. Barth. ad Stat. Silu. p. 22.

HIPPAGIVM, *i. n.* Equorum vectio.

HIPPAGO, *inis. f.* Festus, Hippagine naues, quibus equi ve-
huntur, quas Graeci ἵππᾶγωγὰς dicunt. Recte, nam et Liu. 44, 28 75
Quinque et XXX naues quas hippagogos vocant ab Elea profectae, etc.
Gell. 10, 25 Hippagine inter alia navium nomina.

HIPPAGVS, *i. m. [ἵππᾶγος]* Nauigii idem genus. Plin. 7, 56.

HIPPARCHIA, *ae. f. [ἵππᾶρχία]* Praefectura equorum. Lau- 80
datur, nescio quam bene, Plin. 1, . . .

HIPPEVS, *i. m.* Cometae nomen, qui iubas equinas imitatur, ce-
lerrimi motus, atque in orbem circa se euntes Plin. 2, 25. Ab equi-
ergo qualicumque similitudine.

HIPPI, *orum. m. Pl. [ἵππῆς]* Piscium genus a celeritate sic di- 85
cti Plin. 9, 31. al. Hippeis, Hippees, Hippae.

HIPPAS, *ae. m. [ἵππῆας]* Eleus Philosophus, de quo Quinctil.
12, 11, 21 Non liberalium modo artium prae se scientiam tulit, sed
vestem, et annulum, crepidasque, quae omnia manu sua fecerat, in
vfu habuit, atque ita se praeparavit, ne cuius alterius ope egeret.
Vid. Cic. de Orat. 3, 127 c. 32. Apul. Florid. p. 346. ¶ 2 90

Fuit item Hippas, Pifistrati filius. Cic. Att. 9, 11 Nefarius Hippas
Pifistrati filius, qui in Marathoniam pugna cecidit, arma contra patriam
ferens. Conf. Meurf. Pifistr. c. 17.

HIPPICE, *es. f. [ἵππική]* Herba, de qua Plin. 25, 8 Scythicam
herbam in ore habentes, famem sitimque non sentiunt. Idem prae- 95
stat et hippice, dicta quod in equis quoque eundem effectum habeat.

HIPPIVM, *i. n.* Pars hippodromi, quae equorum cursu tereba-
tur Diacon. 8.

HIPPIVS, *i. m. [ἵππῆος]* Equester. Neptunus ita dictus, cuius
nominis causas adducit Festus, vel quod Pegafus ex eo et Pegafide na- 100
tus sit; vel quod equuleus, ut putant, loco eius suppositus Saturno fu-
erit, quem pro Neptuno deoraret; vel quod tridentis icu terra
equum excierit, cui ob hoc in Illyrico quaternos equos iaciebant nono
quoque anno in mare.

HIPPIATRVS, *i. m.* Medicus equorum curam gerens, veterina- 105

rius. Varr. R. R. 2, 7 *extr.* Vel plurima sunt in equis et signa morborum et genera curationum, — ob hoc in Graecia potissimum medici pecorum *ἵππιων* appellati.

HIPPO, *ōnis.* m. et f. [*ἵππων*] *Africae urbes hoc nomine duae.* Hippo regius, *episcopatu insignis est diui Augustini.* Alteram Diarrhyton Graecis dictum Plinius scribit, Quod palustri solo madet. *Vtramque* Sil. 3, 259 Tum Vaga, et antiquis dilectus regibus Hippo, v. 259. Plin. 6, 34 *Vtraque, inquit, Hippo, etc.* Vtramque Hipponem Graecos equites condidisse, *auctor est Solinus c. 40.*

10 HIPPONENSIS, e. *Adi.* *Vt, Hipponensis colonia Plin. Epist. 9, 33.*

HIPPŌCĀMĒLVS, i. m. *Ex equo et camelo compositus, vel, cum tale monstrum inauditum sit, Hippo tantum auget significationem, ut magnus intelligatur.* Non taurus non mulus erit, non Hippocamelus. 15 *Vid. Aufon. Epigr. 70, 9. Forte fictum a Poëta ludibrii causa vocabulum.*

HIPPOCAMPĀE, arum. f. *sive HIPPOCAMPĪ, orum.* m. Pl. [*ἵπποκάμποι*] Equi marini in piscium caudas desinentes, a flexu caudarum, quae piscosae sunt, *ut ait Nonius, dicti, 2, 397. Conf. Plin. 32, 5 et 9 et II. it. 36, 5. Diosc. 2, 3. et Spanhem. diff. 4 p. 175.*

HIPPOCAMPĪNVS, a, um. *Adi.* Plin. 32, 7 Alopecias replet hippocampinus cinis, nitro et adipe suillo mistus.

HIPPOCENTAVRVS, i. m. [*ἵπποκένταυρος*] *Equi stimulator. Quidam volunt Hippocentauros filios fuisse Centaurorum, quod Diodorus ait: fabula ex eo nata, quod primi equitare ausi sunt, veluti hippos, i. Equus, et homo copulati essent.* Plin. 7, 3 *extr.* Claudius Caesar scribit Hippocentaurum in Thessalia natum, eodem die interiisse. Et nos principatu eius allatum illi ex Aegypto in melle vidimus. *Circum-*

30 *specte satis Hieronymus in Vita Pauli Eremitae narrat Antonium ad illum pergentem conspexisse hominem ex equo mistum, cui opinio Poëtarum Hippocentauri nomen indidit. Verum haec vtrum diabolus ad terrendum simulauerit, an, ut solet, eremus monstruosorum animalium ferax istam quoque bestiam gignat, incertum habemus. Cic. Diuin. 2, 48 Hippocentaurum negat vnquam fuisse. Et de N. D. 2, 35 109 Quis enim (inquit) Hippocentaurum fuisse, aut Chimaeram putat? *Vid. omnino Spanh. de Vsu Num. diff. 5 p. 278 sq. Conf. CENTAVRVS.**

HIPPOCŌMI, orum. m. Pl. [*ἵπποκόμοι*] *Curatores equorum, ad cursus publicos qui parant eos, adducunt, reducunt. Vid. Gotbofr. ad I. 37 C. Theod. de cursu publ. Hippocomorum sagum.*

HIPPOCOON, ontis. m. *Notus ex venatione apri Calydonii. Hygin. Fab. 173. et in ludis Aeneae, Fab. 273. Ouid. Met. 8, 314 Et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis.*

HIPPOCOVM, i. n. *Vinum ex insula Coo, dictum ab agro generoso, cui nomen est Hippo. Festus.*

HIPPŌCRĀTES, is. m. [*ἵπποκράτης*] *Cous artis medicae princeps. Hippocrates conditor nostrae professionis Scribon. Ep. Quinctil. 3, 6 Hippocrates clarus arte medicinae. Vid. Cels. Praef. et passim.*

50 HIPPOCRĀTĪCVS, a, um. *Adi.* Prudent. Rom. 496 *Nam mitiores sunt manus medentium Laniena quando saeuit Hippocratica? Hieron. adu. Vigilant. Hominem moti capitis, atque Hippocraticis vinculis alligandum dixit, verbo furiosum, a medicis alligandum.*

HIPPOCRĒNE, es. f. [*ἵπποκρήνη*] *Fons Boeotiae. Hunc fingunt ungulae equi Pegasi percussione ortum, et hinc denominatum. Ouid. Fast. 5, 7 ad Musas, Dicite, quae fontes Aganippidos Hippocrenes Grata Medusaei signa tenetis equi.*

HIPPOCRĒNAEVS, a, um. *Adi.* Anon. de Laud. Herc. 5 Hippocrenaeos victorem insistere fontes.

60 HIPPOCRENISATVS, a, um. *Adi.* *Ita quidam, etiam Sauaro, legunt in Sidon. Carm. 22, 81. Sed Sirmend. et Wower. sic habent, Hic et crinifatas iungebat Pegasus alas, quasi ex Pegasi crinibus s. iuba natas.*

HIPPODAMANTIVS, a, um. *Adi.* *Vinum Hippodamantium, 65 inter transmarina Plin. 14, 7.*

HIPPODĀME, es. f. HIPPODAMĪA, ae. f. [*ἵπποδάμη, ἵπποδάμεια*] *Filia Oenomai regis Elidis et Pisarum, v. v. Virg. Georg. 2, 7 Hippodameque humeroque Pelops insignis eburno. Propert. 1, 2, 20 Auecta externis Hippodamia rotis. Vid. Hygin. Fab. 84.*

70 ¶ 2 *Fuit et alia hoc nomine puella, quam Achilles expugnato Lyrnesso oppido secum abduxit, quae Poëtis appellatur Briseis, a patre Brisei.* ¶ 3 *Alia item Piritboi uxor Ouid. Met. 12, 210.*

HIPPŌDĀMVVS, i. m. [*ἵπποδάμος*] *Milesius, natura studiosus, primus eorum, qui in Republica versati non essent, coepit aliquid dicere de 75 optimo ciuitatis statu. Constituit enim ciuitatem ex numero X millium, diuisam in partes tres, artifices, agricolas et milites. Regiones in totidem partes, sacram, publicam, et priuatam. Erat ob ambitionem vita morosior, criminum prolixitate, ac sumtuoso ornatu. Aristot. Polit. 2, 7. Conf. 7, 11. et in eum Piccart. ¶ 2 Alius Asper Hippodamus Stat. Theb. 6, 436. it. Martius Stat. Theb. 6, 477. ¶ 3 Alius est, de quo Martial. 4, 31 Non semper belle dicitur Hippodamus.*

HIPPODRŌMVVS, i. m. [*ἵπποδρόμος*] *Spatiosior locus, viis latioribus, longioribus, semicircularem anfractum habentibus, distinctus, 85 umbrosus item, verbo, ita institutus, ut in eo non molli modo gestatione uti, sed in equo etiam moueri fortius, vel iunctis equis raptare per ea spatia currum possis. Hoc et nomen indicat, quo Graeci etiam circum reddunt, cursum equorum enim significat: et descriptio Plin. Epist. 5, 6, 19 et 32. Plaut. Bacch. 3, 3, 27 Inde de hippodromo et palaestra, 90 vbi reuenisses domum. Martial. 12, 50 Puluereumque fugax Hippodromon vngula plaudit.*

HIPPOGLOSSVM, i. n. *vel rectius HIPPOGLOSSA, ae. f.* *Herba a figura equinae linguae appellata: habet autem folia siluestris myrti concava, et spinosa, et in his ceu linguas folio paruo exeunte 95 de foliis Plin. 27, 11.*

HIPPOGLOTTION, i. n. *Lauri genus Plin. 15, 30.*

HIPPOLAPĀTHVM, i. n. [*ἵππολάπαθον*] *Herba lapathum fatuo maior, candidiorque ac spissior, ut ait Plin. 20, 21.*

HIPPOLŪTE, es. f. *Vxor Acasti, regis Magnesia, quae Peleum 100 falsi criminis accusauit apud virum suum, dum ille sibi consentire nollet. ¶ 2 Alia Amazonum regina, Martis et Otrerae filia, quam Hercules praelio victam Theseo dedit uxorem. Vid. Hygin. Fab. 30 et 163. et Virg. Aen. 11, 661.*

HIPPOLŪTVS, i. m. [*ἵππόλυτος*] *Thesei et Hippolytae Amazonis filius, Virbius dictus. Qui, dum caelibem ducens vitam sese venatu 105 exerce-*

exerceret, et constanti animo sperneret mulieres, a Phaedra nouerca, absente patre, amatus est. Cuius turpi desiderio quum obtemperare nolisset, redeunte patre, adulterii ei crimen nouerca obiecit. Quamobrem Theseus in furorem versus, de filii nece cogitauit: quod metuens Hippolytus, conscenso curru fugam arripuit. Theseus Neptunum patrem rogat, uti se ulcisceretur. Hic phocam immittit, qua exterriti equi, per scopulos ac saxa traxere Hippolytum tanto impetu, ut compagibus dissolutis infelicem iuuenem loris implicitum discerperent. Hunc postea Aesculapius reuocauit ab inferis, et pristinae incolumitati restituit. Hippolytus vero relicta terra Attica in Italiam venit, ne patris iram rursus experiretur, et se Virbium appellari iussit, quod bis vir fuisset. Non longe a Roma oppidum aedificauit, quod a nomine acceptae coniugis, Ariciam appellauit. Sic fere Seru. ad Aen. 7, 761. Aliter Diodorus Siculus 5, 5, quem vide. Conf. Lactant. 1, 17. Direptus equorum furii Hippolytus Ouid. Fast. 3, 265. Add. Ouid. Met. 15, 500. Hygin. f. 47 et praesertim fabula Senecae hoc nomen praefertens.

HIPPOMANES, n. [*ἵππομανῆς*] Indecl. compositum ab ἵππος, equus, et μάνα, furia vel infania. Seruius scribit, esse virus ex equarum inguinibus desluens, quo tempore feruntur in amoris furorem; quod in humana viscera descendens, furorem facit. Et ita sane. Virg. Georg. 3, 281 Hic demum hippomanes vero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine virus. Tib. 2, 4, 58 Et quod, ubi indomitis gregibus Venus afflat amores, Hippomanes cupidae stillat ab inguine equae. Sed Plin. 8, 42 Et sane equis amoris innascentis veneficium, hippomanes appellatum, in fronte, caricae magnitudine, colore nigro, quod statim edito partu deuorat foeta, aut partum ad hubera non admittit, si quis praereptum habeat, olfactu in rabiem id genus agitur. Virg. Aen. 4, 515 Quaeritur et nascentis equi de fronte reuulsus, Et matri praereptus amor. Huc etiam pertinet Plin. 28, 11 f. 49 Equarum virus a coitu etc. Nam Hippomanes tantas in veneficio vires habet, ut affusum aeris mixturae in effigiem equae Olympiae, admotos mares equos ad rabiem coitus agat. Hoc igitur primum genus eorum, quae Hippomanes dicuntur, pars animalis. Sed etiam medicamenta quaedam amatoria s. philtrea, sic appellata esse docet Colum. 6, 27, 3 Id praecipue armentum (equae) si prohibeas, libidinis extimulatur furii, unde etiam veneno inditum est nomen ἵππομανῆς, quod equinae cupidini similem mortalibus amorem accendat. Illud porro venenum est ipsa caruncula cum pullis nascens, si credimus Aeliano de Hist. Anim. 3, 17. et 14, 22. Sed Theocritus Pharmaceut. f. 2, 48 plantam Arcadiae esse ait Hippomanes. Exstat de Hippomane dissertatio Pet. Baelii, subiecta Dictionario, qui nihil fere inditum praetermisit. Multa habet Rendtorf. ad Democritum de Sympathiis in Fabricii Bibl. Gr. 4, 26 p. 346 sq.

HIPPOMARATHRUM, i. n. [*ἵππομάραθρον*] Herba. Plin. 20, 23 Est et in hoc genere filuestre, quod alii hippomarathrum, alii myrsineum vocant: foliis maioribus, gustu acriore, procerius, brachiali crassitudine, radice candida. Nascitur in calidis, sed saxosis. Diocles et aliud hippomarathi genus tradit, longo et angusto folio, semine coriandri. Haecenus Plin. Foeniculum maius hippomarathrum appellant recentiores: mos enim est Graecis in compositione, ut quum magnum aliquid significare volunt, equum aut bouem ponant.

HIPPOMEDON, ontis. m. Viri nomen, quem vocat Stat. Theb. 6, 654 Arduum. Acer Stat. Theb. 5, 664.

HIPPOMENES, is. m. Neptuni nepos, ex patre Macareo, Atalantam puellam Scyriam cursu potentem vicit, et in luco matris deum amoris impatientia cum victa concubuit, ut scribit Seruius. Vid. ATALANTA. Conf. Ouid. Met. 10. Fab. 14. et Aelian. 13, 1.

¶ 2 Alius Atheniensium princeps, qui Limonem filiam in adulterio deprehensam equo famelico et feroci tradidit absumentam. Vid. Ouid. Ibis 459.

HIPPONA, vid. EPONA.

HIPPONAX, actis. m. [*ἵππωνάξ*] Poeta. Plin. 36, 5 de Bupallo et Anthermo sculptoribus, Hipponacti notabilis foeditas vultus erat: quamobrem imaginem eius lasciuia iocorum ii proposuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse: quod falsum est etc. Ab hoc Iambicum HIPPONACTICVM, sive HIPPONACTEVM, quod et Scazon dicitur, nomen sumfisse videtur. Cic. in Orat. 189 c. 56 Senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus, magnam enim partem ex Iambis nostra constat oratio. Praeconium Hipponactium Cic. Fam. 7, 23 pro Carmine maledico.

HIPPONOMVS, i. m. Pastor equorum. Plinio tribuitur.

HIPPÖPE, es. f. Herba. Plin. 22, 12.

HIPPOPĒRA, ae. f. [*ἵπποπήρα*] Sen. Epist. 87 vocat Sacculos scorteos ad ferendos numos; sive caetera ad iter necessaria accommodos. Bulgae Pompeius vocat: Hor. Serm. 1, 6, 105 Manticam.

HIPPOPHAES, sive HIPPOPHYES, is. f. Frutex, quo fullones utuntur ad interpolandas vestes. Vid. Marc. Emp. c. 30. Plin. 21, 15. et 22, 12.

HIPPOPHAESTVM, i. n. Spina fullonia. Diosc. 4, 16. Plin. 16,

HIPPOPHEON, i. n. Herba. al. Epithymum. Plin. 26, 8.

HIPPOPHOBAS, adis. f. Herba magica, quam equae praecipue cauent et auersantur. Plin. 24, 17. al. Hippophouas.

HIPPOPÖDES, um. m. Pl. Populi in Oceano Scythico, qui (teste Solino . . .) humanam vsque ad vestigium formam tenent, sed in equinos pedes desinunt Plin. 4, 13.

HIPPOTĀMVS, i. m. [*ἵπποπόταμος*] Plin. 8, 25 Maior altitudine in eodem Nilo belua hippopotamus editur: vngulis bifidis, quales bubus, dorso equi et iuba, et hinnitu, rostro resimo, cauda et dentibus aprorum, aduncis, sed minus noxiis: tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis, praeterquam si humore madeat. Vid. Id. ib. c. 5 et 32, 10 et 11. Mela 1, 5. Bochart. Hieroz. 2, 5, 15. Amnian. 22, 15.

HIPPOSELĪNVM, i. n. [*ἵπποσέλινον*] Apii herbae species, in ficcis nascens: quasi Selinum sive apium magnum dicas, ea ratione compositionis Graecorum, quae prius dicta est in HIPPOMARATHRVM, eadem etiam herba Olusatrum alias dicitur. Plin. 20, 11. conf. Matthiol.

HIPPÖTĀDES, ae. m. ita dicitur Aeolus, quia erat Hippotae Troiani ex Segesta filia nepos. Ouid. Met. 4, 663 Clauferat Hippotades aeterno carcere ventos. Conf. 11, 431. et Virg. Aen. 11, 674.

HIPPOTOXÖTAE, arum. m. [*ἵπποτοξόται*] Dicti sunt Equestres sagittarii, vel sagittarii, qui equis insidentes tela mittunt. Vid. Hirt. B. Afr. 19. Caes. B. C. 3, 4.

HIPPVRIS, is. f. [*ἵππυρις*] *Herba a Latinis Equisetum dicta.* Plin. 26, 13 Equisetum, hippuris a Graecis dicta, et in pratis nascens, vituperata a nobis. Est autem Pilus terrae, equinae setae similis, etc. Vid. Diosc. 4, 4, 8.

5 HIPPVRVS, i. m. *Inter Pisces, quasi tu equi caudam dicas, a quacunq̄ similitudine.* Plin. 32, 11. et 9, 16. Ouid. Hal. 95.

HIPPVS, i. m. *quod alias Graecum equi nomen est, ἵππος, Pisces.* Plin. 32, 11.

H I R

10 HIR, *Vola manus, ex graeco χείρ.* Cic. Fin. 2 c. 8 Quibus vinum defusum e pleno sit; Hir, Siphon; vt ait Lucilius, cui nihil demsit. Hir, inquit Scalig. Coniectan. in Varr. p. 182 est Vola manus, et qui vinum furtim deplent, vt gustent, solent id vola manus haurire etc. Neque
15 melius quidquam allatum a posterioribus.

HIRA, ae. f. [*ἕρως*]. Quae diminutiue (inquit Festus) dicitur Hilla: Intestinum est, quod Ieiunum vocant. Macrobi. Somn. Scip. 1, 6 enarrans intestina principalia tria, tertium, inquit, quod veteres hiram vocarunt, habeturque praecipuum intestinorum omnium, (*an ἀρχὸς Graecorum?*) et cibi retributa deducit. Vid. Taubm. ad Plaut. Curc. 2, 1, 23.

HIRCANIA, vid. HYRCANIA.

25 HIRQVVS, i. m. per c et q. [*κύνθος*] *Angulus oculi.* Virg. Ecl. 3, 8 Transuersa tuentibus hircuis. i. Oculis in hircuos, h. e. In angulum utrumque retortis. Tractum est autem ab Oculis hircorum, qui ob libidinis ardorem, transuersum semper adspiciunt. Vid. Seru. in d. 1.

HIRCVS, i. m. per c vel q. [*τράγος*] *Caper, caprarum admiffarius.* Plaut. Most. 1, 1, 38 Te Iuppiter diique omnes perdant, oboluiisti allium, germana illuuius, rusticus, hircus, hara suis. Ad hominem transfudit immundum et libidinosum. Idem Casin. 3, 2, 20 Propter operam illius improbi hirci edentuli. Laeus Hor. Epod. 16, 34. Mulgere hircos, vid. MVLGEO. Olere hircum Hor. Sat. 1, 2, 27. et Sat. 1, 4, 92.

30 Foetor ille, qui fit sub alis. Grauis hircutis cubat hircus in alis Hor. Epod. 12, 5. Conf. Ouid. Art. Am. 1, 522.

35 HIRCINVS, a, um. Adi. [*τράγος*] *sive HIRQVINVS, antiquis, quod ad hircum pertinet.* Plaut. Pseud. 4, 2, 12 Heus tu, qui cum hircuina stas barba, etc. Apuleius . . . Homo sordidus et hircina libidine foetens. Plin. 12, 17 In pellibus hircinis.

40 Hircinum barbitium Apul. Met. 11 p. 260, 40. Follibus hircinis conclusae aurae Hor. Serm. 1, 4, 19.

HIRCOSVS, a, um. Adi. [*τραγομαχάλος*] *Quod hircinum odorem olet.* Plaut. Merc. 3, 3, 14 Quum sis iam aetatis plenus, anima foetida, senex hircosus, tu osculere mulierem, etc. Pers. 3, 77

45 Hic aliquis de gente hircosa centurionum. Idem 5, 189 Dixeris haec inter hircosos centuriones. Nonnulli legunt Varicosos. Osculum hircosum, Putidum, olidum Martial. 12, 59. Hircosus Deus, Pan Apul. Met. 5 p. 168, 38.

HIRCIPES, edis. o. *Hircinos pedes habens.* Mart. Capell. 9.

50 HIRCIPIVLVS, i. m. *Durorum pilorum homo.* Festus.

HIRCOCERVVS, i. m. *ex Hirco et Ceruo compositus.* Vid. Sarrisb. 2, 18.

HIRQVITALLO, ire. *Hircuitallire dicuntur, Qui ex alarum sudore male olent* Censorin. de Die natali c. 14.

55 HIRQVITALLI, orum. m. *Pueri primum ad virilitatem accedentes, a libidine hircorum ita dicti.* Festus. Vid. Gronou. Obseru. in Eccl. 8 p. 84.

60 HIRCVLVS, i. m. *Herbae nomen.* Plin. 12, 12 Cum Gallico nardo semper nascitur herba, quae hirculus vocatur, a grauitate odoris et similitudine, qua maxime adulteratur. Distat quod sine cauliculo est, et quod minoribus foliis, quodque radice neque amarae neque odoratae.

65 HIRNEA, ae. f. *Vasis genus, de quo Cato R. R. 81 Erneum (al. Herneum) tanquam placentam (facito) Eadem omnia indito, quae in placentam. Id permisceto in alueo. Indito in hirneam (al. Irneam) fictilem, eam dimittito in aulam aeneam aquae calidae plenam. Ita coquito ad ignem. Vbi coctum erit, hirneam confringito, ita ponito. Si recte ea habent, Hirnea fuerit vas vile, tam angusti colli, unde Erneum sive Hirneum eximi integrum non possit. Sed quid si recte editum ab Heruagio confringito? et ita legendum. Hirneum s. Erneum exemtum nempe hirnea, confringito: ut iubeat hoc genus placentae primum coqui in hirnea, deinde in oleo frigi? De Hirnea Plauti et Nonii, vid. CYRNEA. Cognata Festi Irnella, vasis genus in sacris.*

75 HIRNVLA, ae. f. Dimin. Cic. Parad. 1. al. Vrnulas fictiles, ut nunc editur. Vid. Turneb. 20, 20.

HIRPIAE, arum. f. [*ἱρπίαι*] *Familiae sunt, ait Plin. 7, 2 paucae haud procul vrbe Roma in Faliscorum agro. Hae sacrificio annuo, quod fit ad montem Soracten Apollini, supra ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur. Hirpi Solino vocantur c. 8. Etiam apud Plin.*

80 *Hirpi Hard. De his Hirpis (quae vox Sabinorum lingua lupum significare dicitur) pluscula Seruius ad Aen. 11, 785 ubi Hirpinus Aruns Apollinem inuocat*

Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Pascitur; et medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna.

85 *De Seruio illud modo ponimus, Varro vbique expugnator religionis ait, cum quoddam medicamentum describeret, eo vti solent Hirpini, cum ambulaturi per ignem medicamento plantas tingunt. Add. Sil. 5, 174.*

90 HIRPINVS, a, um. Adi. *Vt Pubes Hirpina Sil. 8, 570. Est etiam Equi circensis nomen apud Iuuen. Sat. 8, 63. et Martial. 3, 63. Vid. Lips. Epist. Centur. 3, 26.*

HIRRIO, ire. inquit Festus, Garrire, ringere, genus vocis est Canis rabiosae. Nonius, Irritare tractum a canibus, qui, cum prouocantur, hirriunt. Sidon. Epist. 7, 3 Veluti est canibus innatum, vt etsi non latrant, hirriant tamen. Vid. Voss. Etym. p. 250.

95 HIRRITVS, us. m. Sidon. Epist. 9 vlt.

HIRSVTVS, a, um. Adi. [*λίσσιος, δαύρις*] *ab Horreo et Seta; quasi Horrens setis, setosus, horridus.* Martial. 10, 65 Hircutis ego cruribus, genisque, etc. Animantes quaedam hircutae spinis Cic. de N. D. 2, 121. Barba Ouid. Met. 13, 766. Virg. Ecl. 7, 53 Stant et iuniperi, et castaneae hircutae. Vbi Seruius, Hircutae, adhuc inter suos echinos locatae. Comae Ouid. Fast. 3, 332. Curt. 9, 10, 9. Ferae Ouid. Fast. 5, 176. Frondes Virg. Georg. 3, 231. Genae Martial. 6, 52. Herba petrea Plin. 20, 9.

100 Hircutior ramis ac foliis Plin. 21 c. vlt. Supercilium Virg. Ecl. 8, 34.

8, 34. **H** 2 *Hirfutum, metaphorice, pro Austero et inamoeno.* Ouid. Trist. 2, 259 Sumserit annales, nihil est hirsutius illis.

HIRSVTIA, ae. f. Solinus c. 38 - Durissimum dorso tergo est, ventri mollius. Setarum hirsutiae nullae Idem 42.

HIRTIVS, i. m. [*ἱρτιος*] Consul cum Panfa Collega in praelio ab Antonio caesus, cui parentat Cic. Philipp. 14 extr. Scripsit librum 8 de Bello Caesaris Gallico etc.

HIRTVS, a, um. Adi. [*ἱρτιος*] Idem quod *Hirfutus*: ut *Hirtus* fetis musculus marinus Plin. 11, 37. Spinigeris stirpibus *hirtus* 10 Ager Prudent. Hippol. v. 120. Canities rigidis stetit *hirta* capillis

Ouid. Met. 10, 425. Virg. Georg. 3, 55 — *Hirtasque* capellas. Corde *hirto* gigni quosdam homines proditur Plin. 11, 37. Corpora Id. 7, 2.

Crinis Ouid. Met. 8, 801. Femora plumis *hirta* Columel. 8, 2, 10. Ingenium non incultum est, non turpiter *hirtum* Hor. Epist. 1, 3, 22. 15

i. rusticum sec. Scholiast. Ora Curt. 4, 13, 5. Oves *hirtae tectis f. pellitis opponuntur* Varro de R. R. 2, 2, 1. Pecus *hirtum, oves* Cbl. i Pr. 26. Saxa *hirta* dumis Stat. Silu. 3, 1, 13. Sepes, *b. e.*

Rubis et spinis asperae Columel. 10, 27. Toga Sil. 1, 610. Vid. *Drakenb.* Barba viros *hirtaeque* decent in corpore *Setae* Ouid. 20 Met. 13, 851. Tunica Nep. 14, 3, 2. Compar. Foliis *hirtioribus* Apul. de Herb. c. 71.

HIRTICVLVS, a, um. Adi. Dimin. Gloss. Gr. Lat. *δαίριον* *hirticulus*.

HIRTVOVSVS, a, um. Adi. *Vt Hirtuosus deus, i. Pan* Apul. 25 Met. 5 p. 613. Sed *Elmenh.* p. 168, 38 *Hircosus*.

HIRVDO, inis. f. [*βδέλλα*] *Sanguisuga.* Plin. 32, 10 *Diuerfus* hirudinum quas sanguifugas vocant, ad extrahendum sanguinem vsus est. Plaut. Epid. 2, 2, 4 Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exfugebo sanguinem. Hor. de Arte Poët. vlt. Non

missura cutem nisi plena cruoris *hirudo.* Columel. 6, 18, 1 *Hirudini* haustae remedium. Vid. Plin. 8, 10. *Hirudo* aerarii, per translationem, Cic. Att. 1, 16 Accedit illud, quod illa concionalis *hirudo* aerarii, misera et ieiuna plebecula, me ab hoc magno vnice diligenti putat. *Popellus, quem irritant tribuni spe largitionum.* 35

HIRVDO, inis. f. [*χελιδών*] *Auis.* Plin. 10, 24 *Abeunt* et *hirundines* hibernis mensibus, sola carne vescens *avis* ex his, quae aduncos unguis non habent, sed in vicina *abeunt*, apricos sequuntur montium recessus: inuenta^{ae}que iam sunt ibi *nudae* atque *deplumes.* Plaut. Asin. 3, 3, 104 Dic igitur me *anaticulam*, *columbam* vel *catelum*, *hirundinem*, etc. *Hirundinum* pulli. Scribon. c. 70. *Arguta* Virg. Georg. 1, 377. *Garrula* Idem ibid. 4, 307. *Veris* praenuntia Ouid. Fast. 2, 853. Conf. Hor. Epist. 1, 7, 12. *Cantum illius contemni solitum, ostendit illud* Lucret. 3, 6 *Quid enim contendat hirundo Cygnis?* *Hirundines in ludos afferebant veteres, solitasque domum redire, alligato filo victoriae indicio, ad suos dimittebant.* Idem olim factum in Romano Circo testatur Plin. 10, 24.

HIRVNDININVS, a, um. Adi. [*χελιδόνιος*] *Hirundininus* nidus Plaut. Rud. 3, 1, 6. *Sanguis* Plin. 30, 14. Martial. 11, 19.

HIRVNDINEVS, a, um. Adi. Idem. *Vt Aduentus* *hirundineus* Sidon. Epist. 2, 14.

HIRVNDININA, ae. f. *Herba, apud Graecos Chelidonia.* Vid. Apul. de Herb. c. 73.

H I S

HISCO, vid. **HIO**, as.

HISPALIS, is. f. [*ἱσπαλῖς*] *Ciuitas Hispaniae: Ab Hispalo Herculis filio.* *Quidam declinant, Hispal, alis. n.* Plin. 2, 97. Vid. **ISPALIS**.

HISPANIA, ae. f. [*ἱσπανία, ἱσπανία*] *Europae regio prima, vel ad occidentem extrema: quae viros Romae etiam principes peperit, Quinctilianum, Senecam, Martialem, Silium, Lucanum, aliosque innumeros.* *Ea in vltiorem aliquando et citeriorem diuisa est: Vltior in Mauritaniam et Atlanticum inclinans, prouincias habet, Baeticam fertilissimam, a Baeti, quo irrigatur, amne dictam. Alteram Lusitaniam, Tarraconensem tertiam, a Tarracone, a Scipionibus condita urbe dictam. Amnes Hispaniae clarissimi sunt, Iberus, Baetis, Tagus, Anas, et Durius.* Vid. Plin. 3, 1. *Cassius Plurali vsus est, scribens ad Cic. Fam. 15, 19 Quid in Hispaniis geratur scribe, ob diuersas partes, quas diximus, ut Galliae, etc.* *Duris Hispania bellis* Lucan. 5, 26. 70

HISPANVS, a, um. Adi. [*ἱσπανός, ἱσπανός*] *Qui in Hispania natus est.* *Hispanorum inquieta ingenia* Liu. 22, 21. *Aurum* Martial. 7, 87. Idem 10, 65 *Tu flexa nitidus coma vagaris, Hispanis ego contumax capillis.* *Nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Poenos, nec artibus Graecos, etc. superauimus* 75

Cic. de Arusp. Resp. c. 19. *Equi Hispani* Veg. Mul. 4, 6, 4. *Iugum* Ouid. de Arte Am. 3, 646. *Sal* Colum. 6, 17, 2. *Oleum* Pall. Inl. 9.

HISPANE. Adu. Ennius apud Charisium 2 p. 180 *Hispane, non Romane, memoretis loqui me.*

HISPANICVS, a, um. Adi. Suet. Aug. c. 82 *Hispanicum verbum.*

HISPANIENSIS, e. Adi. [*ἱσπανικός, ἱσπανήσιος*] *Qui alibi ortus, in Hispania aut habitat, aut versatur.* Sosp. Charif. i p. 82 85

pr. Cum dicimus *Hispanus*, nomen nationis ostendimus, cum autem *Hispaniensis* cognomen eorum, qui prouinciam *Hispaniam* colunt, et si non *Hispani.* Conf. **CORINTHIENSIS**. *Aestus Hispaniensis maritimus, vel Britannicus* Cic. de N. D. 3, 124. *Bellum, a Pompeio confectum* Id. pro L. Manil. 28. *Exercitus, b. e. Romanorum, qui erant in Hispania cum Praetoribus* Tacit. Ann. 1, 3.

Quid enim te de Hispaniensibus flagitiis tuis, sordidissimisque furtis interrogem? Cic. in Vatin. c. 13. *Iter* Id. ibid. 12. *Legatus, e Roma in Hispaniam missus* Id. ibid. 35. *Martial. in praef. 12 Non Hispaniensem librum mittamus, sed Hispanum. Hispaniensis liber est, Qui Romana lingua in Hispania est compositus: Hispanus, Qui in Hispania lingua Hispana est compositus. Hispanum ergo, i. Ruditate et lingua Hispana, non Romana elegantia compositum.* *Molae Hispaniensis, quales ita habent* Cato 10, 4. *Oceanus* Plin. 37, 10. *Spuma* Idem 33, 6. 100

HISPIDVS, a, um. Adi. [*πραιός*] *Setosus, horridus, ut ait Seruius ad Virg. Aen. 10, 210 Cui laterum tenuis hispida nanti, Frons hominem praefert.* Plin. 16, 6 *Continentur hispido calyce. Adspetu hispidus* Idem 22, 6. *Agri* Hor. Carm. 2, 9, 1. *Facies* Hor. Carm. 4, 10, 5. *Frons* Virg. Aen. 10, 210. 105

HISPIDŌSVS, a, um. Adl. [*ῥοεχῳδης*] Catul. 16, 10 Non dico pueris, sed hispidofis.

HISPIDO, āre. Folium aculeatum spinosis fastigiis hispidatur Solin. c. 59.

HISPO, ōnis. m. Romanum nomen. Vid. Burm. ad Quintil. 6, 3 p. 563.

HISTER, tri. m. [*ἱστροπυρῆς*] Liu. 7, 2 Quia hister Tusco verbo, Ludio vocabatur. Vid. HISTRIO. ¶ 2 Idem qui Ister fluvius, i. Danubius. Gell. 10, 7. Drakenb. ad Sil. 1, 326.

HISTON, ōnis. m. [*ἱστών*] Texturinum. Varr. R. R. 1, 2, 21 Si habeas plures in fundo textores, atque institutos histonas. Ut alia multa huius formae Graeca, ita hoc multitudinem significat, ἱσῆς, telas plures eodem loco institutas.

HISTORIA, ae. f. [*ἱστορία*] Latine Narratio dicitur, et rerum gestarum expositio. Proprie tamen est Earum rerum, quibus gerendis interfuerit is, qui eas narrat. Unde nomen habet ἀπὸ τῆς ἱστορίας, quod est videre; quia in ea res gestae coram quasi inspiciantur. Vid. Voff. de Art. Hist. Cic. Acad. 4, 137 Doctum sane hominem, ut indicat ipsius historia scripta Graece. Idem de Orat. 2, 62 multa dicit de historia. Quid differat ab oratione, vid. ap. Plin. Epist. 5, 8.

Testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis, Historia Cic. de Orat. 2, 36 c. 9. Erat Historia nihil aliud, nisi Annalium confectio Id. ibid. 2, 52. Quantum Historia differt ab Annalibus, vid. apud Gell. 5, 18. Prima lex historiae, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua similitatis Cic. de Orat. 2, 62.

Id. Att. 2, 8 de ea loquens Attici ad Ciceronem epistola, quae pueris exciderat in via: Nunc si quid in ea epistola fuerit historia dignum, (dignum, quod tu narres, nos cognoscamus) scribe quamprimum, ne ignoremus: sin nihil praeter iocacionem, redde id ipsum. In historia pura et illustri nihil est breuitate dulcius Cic. de Clar. Orat. 292.

Enarratio historiarum Quintil. 1, 8. Satis historiarum est? Plaut. Bacch. 1, 2, 49. i. Fabularum. Amarae Hor. Serin. 1, 3, 89. Arguta, vid. Argutus in ARGVO. Infans, vid. INFANS.

Lubrica Quintil. 9 c. vlt. ad fin. Vid. ORBIS. Maior Idem 1, 5. Mendosior, vid. MENDA. Muta, vid. MVTVS. Vana Quintil. 1, 8. Iustin. in exordio, ad Antoninum Imperatorem, Quum multi ex Romanis etiam Consularis dignitatis viri, res Romanas Graeco peregrinoque sermone in historiam contulissent. Con-

quirere regionum historiam, vid. CONQUIRO. Plin. 7, 16 Sed mox plura de hoc, quum membratim decurret historia. b. e. Quum hominem per singula membra describam. Quintil. 9, 4, 18 Historiae, quae currere debet ac ferri, minus conuenissent interstitentes clausulae, et debita actionibus respiratio, et claudendi inchoandique sententias ratio. Commendat igitur unitatem, transitiones faciles et latentes, ipsam rerum naturam imitantes. Distinguere historiam varietate locorum Cic. de Orat. 2, 51. Dare historias poéticas alicui Quintil. 2, 4. Loquuntur historiae, vid. LOQVOR. Scribere historiam Cic. de Orat. 2, 51.

HISTORIOLA, ae. f. Dimin. Historia parua. Cathol.

HISTORICVS, i. m. [*ἱστοριογράφος, ἱστορικός*] Historiarum scriptor. Cic. pro Muraen. 78. Idem in Topic. 78 c. 20 extr. Philosophi, Poetae, et historici. Vires historicorum Quintil. 2, 1. Historicus, dicitur a Cicerone de Orat. 2, 31 Rerum pronuntiator, et rerum explicator.

HISTORICVS, a, um. Adl. [*ἱστορικός*] Cic. de Clar. Orat. c. 83 Non tam historico, quam oratorio genere perscripsit. Fides Ouid. Amor. 3, 12, 42.

HISTORICE, es. f. [*ἱστορικῆ*] Pars Grammatices, quae in enarratione et declaratione veterum scriptorum versatur. Quintil. 1, 9 Ratio loquendi et enarratio auctorum: quarum illam methodicam, hanc historice vocant.

HISTORICE. Adu. Vitruu. 6, 10 Atlas historice formatur sustinens mundum.

HISTORIALIS, e. Adl. Quod ad historiam spectat. Plin. 16, 33 Trahitur etiam in picturas opere historiali: etc. De cupressu.

HISTORIALITER. Adu. Ambros. in Apocalypf. c. 21.

HISTORIARIVM, i. n. Rustici Elpidii historiarium noui Testamenti. Vid. Barth. Aduersf. 26, 9.

HISTORIOGRAPHVS, i. m. Ambros. Epist. 42 pr. Iosephus Historiographus. Capitolini, Hieronymi, Orosii, Fulgentii exempla proposita sunt a Cellario Curis posterioribus p. 175.

HISTRIO, ōnis. c. [*ἱστροπυρῆς, μίμος*] Qui personatus in scena, tragoedias vel comoedias agit. Festus: Histriones dicti, quod primum ex Histria venerunt. Liu. 7, 2. et Valerius Max. 2, 4, 4 nomen histrionibus fuisse inditum scribunt, quia Hister Tusco verbo Ludio vocabatur. Cic. Tusc. 4 Aguntur ista praeclare, et ab Oratore quidem melius, si modo est Orator, quam ab vlllo histrione. Actio histrioni, saltatori motus non quiuis, sed certus quidam datus est Idem de Fin. 24. Exhibilatur et exploditur histrio, si paululum se mouit extra numerum, aut si versus pronuntiatu est syllaba vna breuior aut longior Id. in Parad. 3. Curare histriones, vid. CVRO. Leuis ars et scena histrionum Cic. de Orat. 1, 18. Roscius et Aesopus histriones clari Id. ibid. 1, 258 c. 61. Plin. 7, 53 Operosissima tamen securitas mortis in M. Ofilio Hilario ab antiquis traditur, comoediarum histrione. De Histrionibus diligenter et accurate egit Carpzou. de Aristonis Chii dicto Sect. 1. docetque, interdum generalius id nomen esse, ut omnes comprehendat, qui in scena sunt spectaculo, interdum autem illos proprie, qui gestu et motu corporis, quae voce actor aut cantor protulisset, imitaretur et exprimeret.

HISTRIONIA, vel **HISTRIONICA**, ae. f. [*ἱστροπυρῆς*] Ars Histrionis. Histrionicam facere Lamprid. Elagab. c. 12. Plaut. Amph. prol. 90 Quasi vero nouum nunc proferatur, Iouem facere histrioniam. Petron. Fragm. p. 673 Totus mundus exercet histrioniam. Idem c. 5 Histrioniae addictus. Add. Sen. Decl. 9, 2.

HISTRIONICVS, a, um. Adl. [*ἱστροπυρῆς*] Ut, Histrionicus gestus, Histrionicae vestes, Histrionica verba. Bellum Capitol. in Vero 8 extr.

HISTRIONALIS, e. Adl. Ab Auctore Dial. de Orat. c. 29 Histrionalis fauor et gladiatorum, equorumque studia coniunguntur. Studium histrionale Tacit. Ann. 1, 16. Idem Dial. de Orat. 26 Ut lasciuia verborum, grauitate sententiarum, licentia compositionis, histrionales modos expriment.

HISTRICVS, a, um. Adl. [*ἱστροπυρῆς*] Quod pertinet ad histrum vel histrionem: ut, Imperator histicus, Qui imperat histrionibus, praefectus

fectus histrionici chori Plaut. Poen. prol. 4 Audire iubet vos Imperator histricus, etc. Decor histricus apud Apuleium . .

HISTRIX, vid. HYSTRIX.

H I T et H I V

5

HITTIO, ire. *Proprie Canum uestigia indagantium cum aliqua vocis nictatione, ut exponit Scalig. ad Fest.* V. HETTA. Vet. Gloss. hittio, ἵχνηα. Factum ab Hittus, quod in Gloss. exponitur φωνή νυός.

HIVLCVS, a, um. Adi. [χιδαίς, κελχνός] Fissus, et fatiscens, 10
habet cognationem cum Hio, formaturque ut Petulcus a Peto. Virg. Georg. 2, 353 Hoc, vbi hiulca fiti findit canis aestifer arua. Vbi

Seruius: Hiulca, Nimis caloribus fissā. Fulmen Stat. Theb. 1, 26. Gens hiulca, Auida, inhians rei alienae, vel bilinguis et fallax Plaut. Trin. 2, 2, 9. Nubes Claud. Conf. Prob. c. 206. Vul-

nera Sidon. Epist. 6, 7. Cic. de Orat. 3, 169 c. 43 Collocatio-

nis, est componere et struere verba sic, vt neue asper eorum concursus, neue hiulcus sit. Idem in Orat. 130 c. 44 Extremorum ver-

borum cum insequentibus primis concursus, aut hiulcas voces efficit, aut asperas. Vid. HIO. Vt compositio suavis sit, aduertere debet 20

orator, primo ne multae Vocales concurrant, quae res hiulcam efficit orationem: vt si quis diceret, Ego omnia habeo aperta amicis. Deinde,

ne asperae Consonantes inter se concurrant. vt si quis diceret, Rex Xerxes strauit montes. Asperitatem ergo referimus ad Consonantes, hiatum ad Vocalium concursum. 25

HIVLCE. Adu. [κεχηνότως] Cic. de Orat. 3, 42 c. 12 Ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores, non aspere, vt ille quem dixit, non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse, et aequaliter, et leniter.

HIVLCO, are. [χιζω] Findere, hiulcum facere. Vnde Catull. 30 ad Manlium, siue 67, 62 Aestus hiulcat agros.

HIVLCATVS, a, um. Adi. Fortun. Carm. 5 Et per hiulcos feruor anhelat agros.

H O

35

HODIE. Adu. temporis [σήμερον, τήμερον] quasi Hoc die. Qui non est hodie, cras minus aptus erit Ouid. Rem. Amor. 94. Pro Nuna, siue Hoc tempore. Plaut. Afin. 5, 2, 37 Censen' tu illum hodie primum ire affuctum in ganeum? Ter. Eun. 5, 9, 1 O populares, equis me viuit hodie fortunatior? Cic. pro Cael. 3. 40

Ter. Andr. 1, 2, 29 Si sensero hodie quidquam in his nuptiis fallaciae conari. Cic. Att. 13, 9 Venit paulo post Curtius hic salutandi causa, sed mansit inuitatus. Trebaciū nobiscum habemus. hodie mane Dolabella. multus sermo ad multum diem. Vid. MANE.

Hodie nate salue, Salutationis formula de feliciter peracto puerperio 45 Gell. 12, 1. Plaut. Pseud. 1, 3, 15 Hodie nate heus! hodie nate tibi ego dico, heus hodie nate. Vid. Bartholin. de Puerper. p. 61. Ter. Adel. 4, 2, 31 Scio vbi sit: verum hodie nunquam monstrabo. Vbi Donatus: Hodie, aut abundat: vt Virg. Aen. 2, 670 Nunquam omnes hodie moriemur inulti. Aut Nunquam hodie, pro Nullo 50

tempore huius diei: quia Nunquam, per se generale est. Nunquam hodie effugies Virg. Ecl. 3, 49. Non facies hodie? Non dices hodie? et similia, instandi et urgendi causa dicuntur. Hor. Serm. 2, 7, 21 Non dices hodie quorsum haec tam putida tandem Furcifer? Hodieque, eleganter connectitur: Liu. 1, 17 Hodie-55

que vsurpatur idem ius. Conf. 5, 4. et 42, 34. Patere. 1, 4 et alibi. Cic. Verr. 3 c. 25. Vitruu. 10, 7. Plin. 8, 45. et 30.

HODIERNVS, a, um. Adi. [σημερινός] Hodiernus dies Cic. pro Caecin. 32. Liu. 34, 22 Hodierna consultatio tota ex vobis pendet. Hodierno die, pro Praesenti tempore. Cic. de Orat. 1, 13 60

Nam et si Seruio Tullo regnante vigerent, tamen multo diutius Athenae iam erant, quam est Roma ad hodiernum diem. Budaeus. Cic. in Catil. 3, 20 c. 8 Neque a nobis ante hodiernum diem collocaretur. Lux Liu. 1, 16. Hor. Carm. 4, 7, 17. Cic. in Catil. 3, 20 c. 9 Vt quum hodierno mane per forum meo iussu et coniurati, 65

et eorum Iudices in aedem Concordiae ducerentur. Hodierno die mane Ibid. c. 9. Vid. MANE. Sermo Cic. de Legib. 1. Quis scit, an adiciant hodiernae crastina Summae Tempora DI superi Hor. Od. 4, 7, 17.

HODOCVS, vel HODOEDOCVS, aut HODIDO- 70
CVS, i. m. [ὁδοκόος] Latro atque obsessor viarum. Festus. Hesych. ὁδοκόος, κλώψ, ἐνεδρευτής, κικῆργος, ἐνοδος, ληστής. Omnia conueniunt, vt ὁδοκόος, hodoedocus sit, qui in via exspectat, dum praedae aliquid, vel sceleris sibi mandati occasionem nanciscatur.

HODOEPORICVM, i. n. [ὁδοπορικόν] Liber aliquod iter de- 75
scribens: quod et Itinerarium Latine dicitur. Sic Rutilii librum passim laudari videas.

HOEDVS, vid. HAEDVS.

HOI. [ὄϊμος] Interiectio lacrimantis. Ter. Eun. 4, 4, 48 Obsecro te vero Phaedria. PH. i intro. DO. hoi hei. Idem Phorm. 4, 80

3, 50. Scribitur et Oi.

H O L

HOLCE, es. f. [ὄλη] Pondus. Fannius de Ponderibus 19.

HOLCVS, i. m. [ὄλος] Herba, quae Aristida etiam dicitur. 85
Plin. 27, 10 f. 63 Holcus in saxis nascitur ficcis, aristas habet in cacumine tenui culmo, quale hordeum restibile. Haec circa caput alligata, vel circa lacertum, educit e corpore aristas. Quidam ob id Aristidam vocant.

HOLOBERVS, s. potius HOLOVERVS, a, um. Adi. Hybri- 90
da vox ex ὄλος et verus, quasi tu totam et vndique s. omnino veram dicas, purpuram nimirum. Sunt igitur Vestes Holouerae s. vt scribitur interdum Olouerae s. Holoberae denique, de quibus agit titulus Cod. Theod. 10, 21. et Iustin. 11, 8 merae purpurae, puri muricis: appellatione inde orta, quod non modo vera et veri luminis purpura, sed simpliciter etiam Verum dici sequiori aetate consuevit. Isid. Orig. 19, 22

Olouera, tota ex purpura. De Alethina, et Pseudo-Alethina veste eadem Iac. Gothofr. ad l. 3 C. Th. de Oloueris, etc. qui dabit omnia. Conf. cui debere hic se profitetur Salmas. ad Pollion. Claud. 17 p. 404 sq. Hack. 95

HOLOCAVSTVM, i. n. [ὄλοκαυστόν] Hostia, quae detractis ex-
tis integra arae imponebatur, quasi ὄλον καυστόν, hoc est totum combustum, aut totum igne absumtum. Vid. Bernegg. ad Suet. Aug. c. 1. et Gruter. Inscript. p. 125. Tertull. adu. Marc. 2, 42. et cont. Iud. c. 8. At

tua congestae cumulant holocausta ruinae Prudent. Apoth. v. 536. 100

HOLOCAVSTŌMA, ātis. n. [ὀλοκαύσωμα] *Idem. Vid. Tertull. adu. Iud. c. 5. et adu. Marc. 5, 5.*

HOLOCHRYŌSOS, i. m. *Totus aureus: inter Flores apud Plin. 21, 8.*

HOLOCHRYŌSOS, *Inter tria genera Basilifci, apud Apul. de Herb. c. 128.*

HOLOCYRON, i. n. [ὀλοκύρον] *Herba Chamaepitys. Diosc. 3, 166. Apul. de Herb. c. 26.*

HOLŌGRĀPHVS, a, um. / Adi. [ὀλόγραφος] *Integre perscriptus. Vt, Holographae membranae Sidon. Epist. 9, 11. Icti Holographum vocant Testamentum, quod testatoris manu perscriptum est, nec sola subscriptione firmatum. Vid. Ibid. 5, 24 Holographum testamentum manu auctoris totum conscriptum atque subscriptum: vnde et nomen accepit. Vid. Hilar. Fragm. de Synod. Valef. A. E. p. 125.*

HOLOPHANTA, *vid. HALOPHANTA.*

HOLOPORPHYRVS, a, um. Adi. [ὀλοπόρφυρος] *Totus purpureus. Vt Vestis holoporphyra Isidor. 19, 22.*

HOLOR, *vid. OLOR.*

HOLOSCHOENVS, i. m. [ὀλόχωνος] *Iunci quoddam genus crassum et carnosum. Plin. 21, 18.*

HOLOSERICVS, a, um. Adi. *Vestis holoserica, i. Tota ex serico Lamprid. c. 26. et Vopisc. in Aureliano c. 45.*

HOLOSIDERVVS, a, um. Adi. *Plane ferreus. Theod. Prisc. 1, 28.*

HOLOSPHERATVS, a, um. Adi. *Totus malleo ductus, solidus. Statua holosphyrata Plin. 33, 4.*

HOLOSTEON, i. n. *Herba, de qua Plin. 27, 10. Holosteon, sine duritia est herba ex aduerso (per antiphrasin) appellata a Graecis, sicut sel dulce, tenuis vsque in capillamenti speciem, longitudine quatuor digitorum, etc. Rationem appellationis non ab Antiphrafi repetendam putamus, quae, puto, nulla est: sed quod vim habere creditur consolidandi ossa rupta, apud Diosc. 4, 11 v. v.*

HOLOTHVRIA, orum. n. Pl. *Pisces marini. Plin. 8, 47.*

HOLOVERVS, *vid. HOLOBERVS.*

HOLVS, *vid. OLVS.*

H O M

HOMAGIVM, et **HOMINIVM**, i. n. *Vulgo Idem, quod Sacramentum aut Clientela. Nonnulli deducunt ab ὁμῶν iuro. Alii ab ὁμῶν unio. Alii ab ὁμῶν simul et ἁγίων sacrum. Vid. Barth. Aduersf. 149, 21. et ad Stat. Silu. p. 234. et Voss. de Vit. L. L. 3, 14 p. 464.*

HOMELIVM, i. n. *Pilei genus. Festus.*

HOMERVVS, i. m. [Ὅμηρος] *Graecorum Poëtarum primus idemque excellentissimus, vixit ante Romam conditam annis CLX, ut Cornelius Nepos scribit. De Homero non hic quaerendum, sed apud Io. Alb. Fabric. Bibl. Gr. 2. Hic satis erit indicasse elogium Vell. 1, 5, 1 Clarissimum deinde Homeri eluxit ingenium, sine comparatione maximum: qui magnitudine operum et fulgore carminum solus appellari Poëta meruit, etc. Add. Quinctil. 10, 1 p. 892. Magniloquus Stat. Silu. 5, 3, 62. Magnus Hor. Serm. 1, 10, 52. Maconius Idem Carm. 4, 9, 6. Quid. Amor. 3, 9, 25 Adspice Moeoniden, a quo ceu fonte perenni, Vatum Pieriis ora rigantur aquis.*

HOMERICVS, a, um. Adi. [Ὅμηρικὸς] *Vt Phoenix Homericus Quinctil. 2, 3. Iuuen. Sat. 13, 113 Tu miser exclamas, vt vincere Stentora possis, Vel potius quantum Gradivus Homericus. Versus Homericus Petron. c. 2.*

HOMERISTAE, arum. m. Pl. *Versus Homeri recitare soliti in conuiuio. Vid. Petron. c. 59. Diomed. Gramm. p. 481. et Athen. 14, 3.*

HOMEROCENTONES, um. m. *Carmina ex Homericis versibus confuta. Vid. Fabric. Bibl. Graec. 2, 7, 3 etc.*

HOMEROMASTIX, igis. m. [ὁμηρομαστιξ] *dicitur Homeri flagellum: cognomentum, quo Zoilus quidam Homeri oblocutor cognominatus est, qui scripta sua contra Iliadem et Odyssëam Homeri comparata, in Alexandriam veniens, Ptolemaeo regi obtulit. Plin. in praefat. 11 Vt obiter caueam istos Homeromastigas. Ita enim carptores suos nominat. Et omnes obtretractores mastigas dicuntur, addito nomine eius, cui obloquuntur, vt Ciceromastix.*

HOMERONIDES, ae. m. *Homeri imitator. Plaut. Truc. 2, 6, 4.*

HOMICIDA, *vid. HOMO.*

HOMILIA, ae. f. *Pro concione sacra. Vid. Isidor. 6, 8.*

HOMO, inis. c. *antique Gen. homōnis. [ἄνθρωπος, βροτὸς, Φῶς, ἀνὴρ] Ennius apud Priscian. 6 p. 683 med. Vulturis in siluis miserum mandebat homonem. Definitionem hominis nemo hic expectat. Audiamus tamen descriptionem Sophistae acuti Apul. de Deo Socr. p. 43 extr. Homines ratione pollentes, oratione plaudentes, immortalibus animis, moribundis membris, leuibus et anxiiis mentibus, brutis et obnoxiiis corporibus, dissimillimis moribus, simillimis erroribus, pervicaci audacia, pertinaci spe, casto labore, fortuna caduca, singillatim: mortales, cuncti tamen vniuerso genere perpetui, vicissim sufficiens prole mutabiles, volucris tempore, tarda sapientia, cita morte, querula vita terras incolunt. Gaius l. 152 de V. S. Hominis appellatione tam feminam, quam masculum contineri, non dubitatur. Spartian. in Caracalla c. 7 Quamuis Graeci vel Aegyptii eo genere quo feminam hominem, etiam Lunam deam dicant, mystice tamen deum dicunt. Sic etiam vsus fert Latine loquentium. V. g. Plaut. Amphit. 2, 2, 137 Quid hoc sit hominis! cum relatione ad Alcmenam.*

Et Truc. 5, 40 Meretricula de se et suo genere, Omnes homines ad suum quaestum callent et fastidiunt. Priscian. 6 p. 683 vt ostendat, Homo esse commune, prouocat ad Ciceron. pro Cluentio (199 c. 70) Cuius ea stultitia est, vt eam nemo hominem; ea vis, vt nemo feminam, ea crudelitas, vt nemo matrem appellare possit. Et Lucan. 5, 168 de Phemonoë, Atque hominem toto sibi cedere pectore iussit. Apollo. Et Virg. Aen. 1, 328 de femina, Nec vox hominem sonat. Ter. Eun. 2, 3, 64 Illumne obsecro inhonestum hominem, quem mercatus est here, senem, mulierem? Vbi Donatus, Opportune hominem dixit, tanquam incerti sexus. Plaut. Cist. 4, 2, 21 Illo sunt homines misere miseri. Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5 Quae si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis post annis tamen ei moriendum: quoniam homo nata fuerat. i. Humana sorte, et conditione: quasi dicat, Mortalis. Et tamen interdum Homo ita de maribus dicitur, quasi feminas excluderet. Mi homo et mea mulier, vos saluto Plaut. Cist. 4, 2, 57. Quum ergo marem ad similitudinem suam primum finxisset, tum et feminam configurauit ad ipsius hominis effigiem Lactant. 2, 12, 1. Add. Ibid. f. 18. Soli per se homines in quolibet monasterio degant, — solae item per se mulieres l. 44 C. de Episcop. Conf. l. 38 §. 5 D. de poenis. Homo non recte dicitur partus nondum editus argumento l. 14 C. de fid. libert. Seruo, qui

50 **55** **60** **65** **70** **75** **80** **85** **90** **95** **100** **105**

qui adhuc in ventre portaretur et homo fieri speraretur. *Aliter*
 Martial. 9, 42 *ad masturbatorem*, Ipsam crede tibi naturam dicere
 rerum, Istud quod digitis, Pontice, perdis, homo est. ¶ 2
Jam Formulas videamus et Epitheta, in quibus ipsa multitudo suadet par-
simoniam. Quid enim de homine non potest dici? aut quid opus, ut
commemorantur Conuentus hominum Lucret. 4, 785. *aut illud* Virg. Ecl.
 10, 61 *Aut Deus ille Malis hominum mitescere discat: aut Sator ho-*
minum atque deorum Idem Aen. 1, 258. *Nec opus videtur Epitheta*
congerere. Si cui tamen libeat illi indulgere labori, euoluat suis locis
ista: Absonus voce homo, Abstinens homo mirifice, Abstrusus, 10
 Abundans, Acer, Acerbus, Acutus, Adolescens, Aduersus,
 Aeratus, Afflictus et iacens, Alienus, Asini homines, Allegatus,
 Ambitiosus, Ansatus, Antiquus, Apertus et simplex, Apparatus,
 Arcanus, Aridus, Armatus, Bellus Catul. 22, 7. *Vid. Bellus in*
 BONVS. Bonus homo et nobis amicus Cic. Fam. 16, 18. Ho- 15
 mines opinor, valde exercitati et Boni Id. ad Q. Frat. 3, 3. O ce-
 leres Bonorum hominum dies Apul. in Flor. *Conf. Inscr. Grut. p. 349*
n. 2. Calculosus, *vid. CALCVLVS.* Callidi Sallust. Iugurth.
 42. Capitalis, Castissimus et integer, Certi, Cibarius, Cir- 20
 cumretitus, Comitiales, Commodus, Conspicuus, Consumma-
 tus, Contaminatus multis flagitiis, *vid. ff. ll.* Contentus et ab-
 iectus Cic. de L. Agr. 2, 93. Copiosus, Crassus, Crudus, *vid.*
hb. vv. Demissus multum Hor. Serm. 1, 3, 57. Desertus atque
 abiectus Cic. Fam. 1, 5. Diligentissimus verborum homo Cicero Gell.
 13, 23. Plaut. Epid. 3, 3, 46 Ego si allegassem aliquem ad hoc nego- 25
 tium Minus hominem doctum, minusque ad hanc rem callidum.
 Durus Hor. Serm. 1, 7, 6. Egregius Sallust. Catil. 24. Non
 facetus, *vid. FACETVS.* Facilis Cic. Fam. 9, 20. Flagitio-
 sissimus Sallust. 6, 62. Idonei et integri, *vid. IDONEVS.* Igna-
 vissimi homines fortissimi viri Sallust. Catil. c. 12. Illustris honore 30
 ac nomine, Inmundus, *vid. hb. vv.* Inpiger Sallust. Iugurth. 18.
 Impotentissimus, Indifferens, *vid. ff. ll.* Inertissimi Sallust. 6, 48.
 Infames omnibus vitiis, atque omni dedecore, Infans atque impo-
 tens, Infantes et insipientes, Infini, Ingeniosus et peracutus, *vid.*
hb. ll. Inhonestus Ter. Eun. 2, 3, 63. Inquietus, *Insignis omnis* 35
notis turpitudinis, Instabilis, Integer et sanctus, Intonsi et inculti,
 Ipse homo, Lenissimus et natura, *etc.* Leuis, Locuples domi suae
 cum primis, Luculentus, Luteus, Maculosus, *vid. hb. ll.* Pau-
 fanius Lacedaemonius, Magnus homo fuit Nep. 4 *pr.* Thyus,
 homo Maximi corporis terribilique facie Nep. 14, 3, 1. Malus, 40
vid. MALVS. Maritimi, *vid. MARE.* Militaris Sallust. Catil. 69.
 Miseri Lucret. 3, 51. Mobilis, Municipales, Nauus et industrius,
 Nobilissimus omnium, *vid. hb. vv.* Nequam homo es Plaut. Epid. 1,
 2, 87. Nocentissimi Sall. Iug. 34. Noui, Operarius, Opiniosissimi,
vid. hb. ll. Optimus homo Scribon. 146. *i. vir. Add. Cic. pro* 45
Deiot. c. 2. Ordinarius, Ornatissimus, *vid. hb. ll.* Parcus
 Iuuenal. 14, 112. Pereruditus, *vid. b. v.* Ter. Eun. 3, 1, 19
 Regem elegantem narras. THRASO. Immo sic homo est, Perpauco-
 rum hominum. GNATHO, *seorsum*, Immo nullorum arbitror, si te-
 cum viuit. Praeposteri Sallust. Iugurth. 88. Priuatus Idem 50
 118. Repentinus Cic. in Brut. 242. *Vid. Repentinus, in RE-*
PENS, priore correpta. Scitus, *vid. SCIO.* Sericarum vestium
 homo Hieron. *vid. Barth. Adu. 26, 26.* Strenuus Sallust. 6, 52.
 Submissus et abiectus, *cui contrarium est* Elatus Cic. Off. 1, 124.
 Tectissimus, *vid. sub TEGO.* Venustus, dicax, et vrbanus Catull. 55
 20, 2. ¶ 3 *Eadem Verborum ratio.* Accedere ad hominem,
 Admirari hominem in re aliqua, Aduertere hominem, Conuertere
 hominem a consuetudine, Conuertere homines in admirationem,
 Conuertere se in hominem, *vid. hb. vv.* Exuere hominem ex ho-
 mine Cic. de Fin. 5, 35. Fingere homines Quinctil. 1, 6. Immolare 60
 homines, Iugulare hominem suis verbis, Mollire hominem, Sum:
ut, Inter homines esse, Homines a latere, Trium literarum homo,
vid. hb. vv. ¶ 4 *Saepe subit locum Pronominis relatiui, ut sit*
Ille, de quo agitur. Hor. Serm. 2, 7, 117 *Aut insanit homo, aut*
versus facit. Cic. Fam. 4, 4 *Repente Caesar praeter spem dixit,*
se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum
ipsum Marcelli. Sic Homines pro Aegris *ap. Scribon. 21.* Hunc
 sibi Perdiccas adiunxerat, quod in homine fidem et industriam ma-
 gnam videbat Nep. 18, 2, 3. *Add. Ibid. 14, 10, 3.* Ter. Eun. 2,
 2, 30 *Ille vbi miser famelicus videt me, etc. ibi homo coepit me* 70
obsecrare, vt sibi liceret dicere id de me. ¶ 5 *Alias abun-*
dare videtur, ita tamen, vt aliquam vehementia orationi conciliet, vt
moratam magis, et verae vitae similem, faciat. Ter. Adel. 1, 2, 31
 Proh Iuppiter, tu homo adiges me ad insaniam. *Et 63* Ita est homo.
 Ter. Phorm. 1, 2, 73 *Est parasitus quidam Phormio, homo confidens,* 75
qui (illum di omnes perduunt.) Vbi Donatus: Homo comice di-
ctum: nam quis ignoret hominem parasitum esse? Ibid. 2, 1, 21.
Ita est homo Ter. Adel. 1, 2, 63. *Vbi Donatus: Homo dixit mora-*
liter: sic enim dicimus de iis, quos parce reprehendimus, vt ibid.
3, 3, 77 *Vt homo est, ita morem geras.* *Conf. Heaut. 5, 3 pr.* Ha- 80
 bemus hominem Ter. Eun. 5, 1, 19. *Vbi Donatus, Mire Hominem*
dixit, vt Reum. Quid hominis es, *Elegans in eos correptio, qui*
nobis videntur absurda narrare Ter. Heaut. 4, 8, 5. Quid illuc
 hominis Ter. Eun. 5, 1, 17 *contentim: vid. Donat. ad Hec. 4, 4.*
 Nemo homo Ter. Eun. 3, 5, 13. Idem Adel. 2, 3, 6 *Itaque hanc* 85
vnam rem me habere praeter alios praecipuan. arbitror, fratrem ho-
mini neminem esse primarum artium magis principem. *Vbi Donatus:*
Quamuis per Nemo, Homo intelligatur, tamen addidit Homo, vt
veteres solent τῷ ἀρχαϊσμῷ. Cic. pro P. Sulla 25 *Nisi forte regium*
tibi videtur ita viuere, vt non modo homini nemini, sed ne cupidi- 90
tati quidem vlli seruias. Idem de N. D. 2, 79 *Est enim vis tanta*
naturae, vt homo nemo velit nisi hominis similis esse. ¶ 6
Obseruatt. aliae. Homo sum, *i. Qui errare et facile falli possim.* Ter.
 Adel. 4, 2, 40 *Vah! censen' hominem me esse? erravi.* Plin. Epist.
 5, 3 *Aliquando praeterea rideo, iocor, ludo: atque omnia innoxiae* 95
remissionis genera complector, homo sum. Petron. c. 75 *ex persona*
Habinnae plebei hominis, Nemo non nostrum peccat: homines sumus
non Dei. *Sed plane aliter* Ter. Heaut. 1, 1, 25 *Homo sum, humani*
nihil a me alienum puto: propter illam societatem generis ad me perti-
nere puto, quidquid homini euenit. *Conf. Cic. Off. 1, 30 c. 9.* Homo 100
 homini deus est, si suum officium sciat, Caecilius comicus *apud Sym-*
 mach. Epist. 9, 108 *pr. (Pare. 114)* Homo fuit Scribon. Ep. med.
 Indignitas maxima, *aliquem hominem non putare.* Sic Ter. Hec. 4, 1,
 9 MYRRHINA. Mi vir! PHIDIPPVS. Vir ego tuus? tu virum me,
 aut hominem adeo (*crefcit indignatio*) esse deputas? Nam si vtrum- 105

- vis horum, mulier, vaquam tibi visus forem, Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. Cic. Fam. 11, 29 Quod tuum iudicium nisi mea summa benevolentia erga te, omnibusque meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo. Si Sallustii Empedoclea legeris, te hominem non putabo Cic. ad Q. Fratr. 2, 11 extr. Idem ad Brut. 1 Nihil enim mihi minus hominis videtur, quam non respondere in amore iis, a quibus prouocere. Hinc in vituperatione, dicere solent, Non homo, sed etc. Non homo, sed litus atque aër et solitudo mera Cic. Att. 1, 18. Non homo, sed scopae dissolutae Id. ibid. 7, 13. Sic Capella non homo, Belua non homo, Phantasia non homo, Piper non homo, de quibus Burm. ad Petron. c. 38 p. 168. Si homo esses, i. Si sciperes ut homo Ter. Adelph. 1, 2, 27. Cic. Att. 10, 11 extr. Quoniam est homo et nos diligit. Homo, de Pueris. Quinctil. 1, 3 Fugiendo turbam hominum eius aetatis, quae fit ad vitia maxime prona. Homines, pro Famulis, ancillis, seruis, et tota familia. Scaeuola in l. pater D. de doli mal. except. Pater pro filia dotem promiserat, et pactus erat, ut ipse aleret filiam suam, eiusque homines. Cic. pro Quint. c. 19 Hominem P. Quintii deprehendis, etc. Catull. 10, 15 Comparasti ad lecticam homines. Stat. Silu. 2, 6, 14 De Vrse seruo, Hominem gemis, etc. hominem, Vrse, tuum. Varr. R. R. 2, 2 extr. Illud vero omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in centenas oues hirtas singulos homines, in pellitas binos. Nepos 4, 2, 4 His de rebus etc. certum hominem ad cum mittas, face. Idem 7, 10, 1. Sic Auson. Epist. 22 homines vocat eos, qui pertinent ad domum. Vid. Scalig. ad Auson. p. 80.
- HOMUNCIO**, ònis. m. Dimin. [*ὁμῦνκιον*] Ter. Eun. 3, 5, 43 Ego homuncio hoc non facerem. Cic. Acad. 4, 134 c. 43 Homuncio hic, qui multa putat, etc. Iuuen. Sat. 5, 133 Quadringenta tibi si quis Deus, aut similis Dis, Et melior fatis donaret homuncio. Add. Sen. Epist. 116.
- HOMUNCULVS**, i. m. Aliud Dimin. [*ὁμῦνκιδιον*] Cic. Tusc. 1, 17 c. 9 Sed ut homunculus vnus e multis probabilia coniectura sequens. Sic Tusc. 5, 64 c. 23. Idem Fam. 4, 5. Et de N. D. 1 c. 44. Conf. Plaut. Trin. 2, 4, 9.
- HOMVLVS**, i. m. Aliud Dimin. [*ὁμῦνκισκος*] Cic. in L. Pison. 59 c. 25 Sed quoniam praeterita mutare non possumus, quid cessat hic homulus ex argilla et luto fictus, Epicureus, dare haec praecleara praeccepta sapientiae clarissimo et summo Imperatori genero suo? 2 Homulus, cognomen Valeriorum fuit. Inscript. IVL. D. M. C. I. HOMVL. SAL. LAC. VX. PIENISS. Homullus oratoris mentio apud Plin. Epist. 4, 9, 15. et alias.
- HOMVLLVS**, i. m. Idem. Lucret. 9, 28 Breuis est hic fructus homullis.
- HOMICIDA**, ae. c. [*μικιδος*] Qui hominem occidit. Quinct. 7, 3, 7 An qui se interficit, homicida sit. Id. 7, 3, 34 In quibus omnia sunt homicidae, praeter manum Plin. 10, 23. De femina: Sen. Contro. 2 Quid si tantum homicida? Quid si tantum rea fuisset. Conf. Iuuenal. 2, 26 Si fur displiceat Verri, homicida Miloni.
- HOMICIDIVM**, i. n. [*μικιδον*] Plin. 18, 3 Suspensumque Cereri necari iuebant grauius, quam in homicidio conuictum. Imprudens homicidium, b. e. Fortuitum, non voluntarium Valer. 1, 7. De Croeso, in fine. Facere homicidium Quinctil. 5, 9. Petron. c. 137. Reus homicidii Cic. Philipp. 2 c. 12. Suspicio homicidii Suet. Claud. c. 26.
- HOMICIDIARIVS**, a, um. Adi. Ut, Sanguis homicidarius Auct. Paneg. ad Constantin. c. 4. Al. Homicidarius.
- HVMANVS**, HVMANITAS, etc. Vid. infra f. l.
- HOMOEOMERIA**, ae. f. [*ὁμομερία*] Partium vel membrorum similitudo. Lucret. 1, 829 Hinc et Anaxagorae scrutemur homoeomeriam.
- HOMOEOPROPHERON**, i. n. [*ὁμοπρόφρον*] Mart. Capell. 5 p. 167 est cum dicitur, O Titi tute Tati tibi tanta tyranne tulisti. Ad verbum, quod simili sono profertur. Forte in penultima non secunda, sed quarta Vocalis poni debebat.
- HOMEOPTOTON**, i. n. [*ὁμοπτρον*] est (inquit Aquila Romanus p. 19) Simile in casibus, Hoc ex eo nomen accepit: quod membra illa, id est cola, in eisdem casibus cadunt; ad hunc modum, Huic igitur socios vestros criminanti, et ad bellum vos cohortanti, et omnibus modis ut in tumultu essetis, molienti. Haec enim tria, in eundem casum determinata sunt. Verum casus illi dissimili sono esse possunt, et sine harmonia. Ita Homoeoptoton est in illo, Pleni sunt omnes libri, plenae sapientum voces, plena exemplorum vetustas. Sunt enim iidem casus, quod non aure, sed Grammatica scientia metimur. Contra Homoeoteleuton etiam sola auris intelligit, ut si dicas, Quid sentis de inuentis mentis ista scribentis. Etiam imperitus linguae sonos similes intelligit. Tales sunt versus, quos Leoninos vocant. Exemplo Aquilae utitur etiam Mart. Cap. 5 p. 174.
- HOMOEOSIS**, eos. f. [*ὁμοσις*] est figura sententiae, cum per similitudinem res praestantur. Cuius species sunt primae duae, Paradigma et Parabole. Harum distantia est; quod Paradigma facit vera exempla, Parabole ficta ostendit.
- HOMOEOTELETON**, i. n. [*ὁμοτέλετον*] Simile determinatione. differt a superiore (Homoeoptoto): quod illud quidem et casu et sono similia verba membrorum determinat: hoc vero, non solum casuum similitudine, sed cuiuscunque verbi atque enuntiationis contentum est. In muros statim curritur, exercitus a sociis arcessitur, delectus iuuentuti denuntiatur. Haec Aquila Romanus. Vid. Mart. Capell. l. c. qui posteriora definitionis melius ita videtur efferre, Hoc vero soni tantum similitudine sub quacunque verbi enuntiatione componitur. Vid. HOMEOPTOTON.
- HOMOGENEVS**, a, um. Adi. [*ὁμογενής*] Eiusdem generis: frequens apud Philosophos. Contrarium Heterogeneus.
- HOMOLE**, es. f. Mons est Magnesia, siue Thraciae. Strab. 12. Virg. Aen. 7, 675.
- HOMOLOIDES**, um. f. Nomen portarum Thebanarum vnus Stat. Theb. 7, 252 Per ingentes Homoloidas exeat Haemon.
- HOMONYMIA**, ae. f. [*ὁμωνυμία*] Vna voce multum significat, Synonymia vero Multis vocibus idem testatur, ut explicat Fronto vetus Grammaticus. Quinctil. 7, 9, 2 Cum pluribus rebus aut hominibus eadem appellatio est, ὁμωνυμία dicitur, ut Gallus. Add. 8, 2, 13.
- HOMOPLATAE**, vid. OMOPLATAE.
- HOMOTONVS**, a, um. Adi. [*ὁμότονος*] Aequalis tensionis, de neruis aequaliter tensis Vitruu. 1, 1. et 5, 4.
- HOMOVSIVS**, a, um. Adi. [*ὁμοῦσιος*] Consubstantialis. Hier. Epist. 1, 25. l. 6 C. de Summa Trin.

HONESTVS, a, um. Adi. [*καλός, σεμνός, κόσμιος*] *Honestus ab Honore dicitur, ut ab onere onustus, et modestus a modo. Ludit more suo Varro in vicinia soni, et consueta coniunctione honoris et oneris s. laboris et molestiae, cum ait de L. L. 4, 10 p. 20, 21 Honos ab honesto honore (onere) Itaque honestus dicitur, quod honoratus (oneratus) et dictum honus (onus) est honos, qui sustinet remp. Verius est, ut Honor existimationem de praestantia et pulchritudine, ipsamque adeo illam praestantiam et pulchritudinem significat; ita honestum esse quiddam vel oculorum vel mentis iudicio pulchrum et aestimabile arbitramur. Respondet Graecorum καλῶ, quo illi designant quiddam placet ob quamcunque praestantiam, speciatim autem illam virtutis amabilitatem (honorabilitatem enim Latinae aures respuunt) dignitatemque, quae etiam Romanis honestum et honestas velut κατ' ἐξοχήν et praeter caetera dicitur. Nihil praeter id, quod honestum fit, propter se est expectandum Cic. Off. 3 c. 7. Iuven. Sat. 3, 52 Participem qui te secreti fecit honesti. Sallust. Catil. c. 30 Calumnia paucorum, quibus omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat. Cic. in Brut. 280 c. 81 Qui honorem sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi et honestus et honoratus videtur. Sententiis, senatus: suffragiis, populi. Honestiorem honore facere Plaut. Capt. 2, 3, 32. Sallust. in Catil. c. 35 Sed quod non dignos homines honore honestos (vel, ut alii legunt, honestatos) videbam. Honestas dicta factis Plaut. Stich. 2, 1, 7. Honestissimus dies alicui Cic. Fam. 1, 2. quo ei Habitus magnus honor est. Quod utrique honestissimum est Plin. Paneg. c. 85. Honestus pro Diuite, ut auctor est Asconius in Verr. 1, 123. Pro Pulchro Ter. Eun. 3, 2, 21 Ita me di ament, honestus est. Vid. Donat. Caput Virg. Aen. 10, 133. et Georg. 2, 392. Honesti Equi Spadices glaucique Id. ibid. 3, 82. Omnibus partibus honesti Asini Varro R. R. 2, 6, 2. De Nobilitate et loco honorato in ciuitate: Cic. Att. 4, 1 Inde a Brundusinis honestissimis ornatus, iter ita feci, ut vndique ad me cum gratulatione legati conuenerint. Intelligit Cicero Brundusinae coloniae principes. Ita §. 4 Instit. de publ. iudic. Honesti stupratores opponuntur humilibus. Facie honesta virgo Ter. Eun. 2, 1, 24. Facie honesta et liberali Id. ibid. 4, 4, 15. Conf. Suet. Tiber. 68. Forma honesta et liberali, b. e. Decora et egregia Ter. Andr. 1, 1, 95. Idem Eun. 1, 2, 52 Is vbi hanc forma videt honesta virginem, etc. Loco honesto natus, i. Nobili Plin. Epist. 8, 6, 16. Cic. Tusc. 5, 35 Qui quum esset bonis parentibus, atque honesto loco natus, etc. Honesti homines, i. Honore digni, vel Honoribus insignes. Cic. Verr. 1, 128 Quid est aliud omnibus omnia peccata et maleficia concedere, nisi hoc, hominum honestissimorum testimoniis, et virorum bonorum tabulis non credere? Non eadem omnibus honesta Nep. praef. n. 3. i. decora. Arma Ouid. Amor. 3, 15, 9. Cic. Verr. 3, 69 Agyrinensis est in primis honesta ciuitas Siciliae, hominum ante hunc Praetorem locupletum summorumque aratorum. Id. ibid. 3, 67 Practerea conuentus honestus Syracusis, multi equites Romani viri primarii. Tacit. Ann. 16, 16 Quamuis honestos ciuium exitus, tristes tamen, et continuos aspernantium. Euriae Stat. Silu. 4, 6, 83. i. furiosa et in se saeuens laudis cupiditas Saguntinorum ciuium. Familia ampla et honesta Cic. pro Muraen. 15. 50 Ignis Stat. Silu. 3, 1, 6. qui Herculi viam in caelum dedit. Mors Tacit. in Vita Agric. 33. Hor. Serm. 1, 3, 42 Vellem in amicitia sic erraremus, et isti Errori nomen virtus posuisset honestum. De amatore vitia amatae non deprehendente. Officium Hor. Epist. 1, 18, 34. Oratio honesta Ter. Andr. 1, 1, 114. b. e. Quae honestum iuuenem decet, opponitur Plebeiae. Vid. Burm. ad Petron. c. 55. et Quinct. 1, 8. Testamentum honestissimum Plin. Epist. 144.*

HONESTVM, i. n. *Vt, Nixa honesto virtus. Vid. NITOR. Respectus honesti Lucan. 8, 490. Complecti aliquid honesto Quinctil. 2, 4.*

HONESTAS, ātis. f. [*τὸ καλόν, καλοκαγαθία*] *Dignitas, decus, laus: cui contrarium est Turpitude. Nihil est in vita magnopere expetendum, nisi laus et honestas Cic. pro Arch. c. 6. Id. Off. 1, 4 In officio colendo sita est honestas omnis, et in negligendo turpitude. Quinctil. 3, 4 Nam et in laude iustitia, vtilitasque tractantur, et in consiliis honestas. Cic. Att. 8, 11 Vbi est autem dignitas, nisi vbi honestas? Amittere honestatem, vid. AMITTO. Conservare honestatem et decus Cic. Off. 1, 17. Continetur honestas ex quatuor virtutibus, vid. CONTINEO. Copulare honestatem cum voluptate, vid. COPULO. Metiri honestate summum bonum, vid. METIOR. Praeditus honestate Suet. de Illustr. Gramm. c. 13. Ab honestate Remotum Nep. praef. n. 5. Spoliatus honestate Cic. pro Rabir. Post. 44. Honestatibus partis et omni dignitate priuare Id. pro Muraen. 87. Id. pro Sext. 109 c. 51 Ultra igitur causa popularis debet videri, in qua omnes Honestates ciuitatis, omnes aetates, omnes ordines vna consentiunt, i. quiddam in ciuitate honestum est.*

HONESTITVDO, ōnis. f. *Idem quod Honestas, Antiquae dictum. Accius Oenomaos, Horrida honestitudo Europae principium primo ex loco. Idem Myrmidonibus, Tua honestitudo Danaos decepit diu. Ex Non. 2, 401.*

HONESTE. Adu. [*καλῶς*] *dicitur Id honeste fieri, quod cum decoro et honesto fit. Ter. Andr. 4, 6, 3 Quae se inhoneste optauit parare hic diuitias potius, quam in patria honeste pauper viuere. Cic. de Fin. 1, 43 Nisi sapienter, honeste iusteque viuatur. Idem Att. 6, 1. Compar. Suet. Caes. c. 82 Sinum ad ima crura deduxit, ut honestius caderet. Add. Columel. praef. 1. Plin. 4, 13. et 6, 18. Superl. Cic. de Amicit. c. 16 Quae nostris in rebus non satis honeste, in amicorum sunt honestissime.*

HONESTO, āre. [*σεμνῶν, κόσμῶν*] *Honestum facere, honorem conciliare. Cic. Off. 1, 139 c. 39 Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Id. ibid. 2, 21 Quaecunque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum, etc. Rationes honestandae Elocutionis Aucr. ad Heren. 4 sub fin. i. ornandae. Summi viri et clarissimi Saturnini et Gracchorum et Flacci ex sanguine non modo se non contaminarunt, sed et honestarunt Cic. Catil. 1 c. 12. Honore honestare Plaut. Capt. 2, 1, 50. Cic. pro Muraen. 70 A quibus si in forum deducimur, si vno spatio basilicae honestamur, diligenter obseruari videmur et coli. De candidatis. Vultus honestat illum Claud. in pr. Conf. Stil. 1, 26. Conf. Curt. 3, 6, 19. Numero liberorum honestare ciuitatem Stat. praef. 100 l. 4 Silu.*

HONESTAMENTVM, i. n. [*κόσμημα*] *Sen. Epist. 66 Nullo enim honestamento eget virtus ipsa, et magnum sui decus est, et corpus suum consecrat. Sallust. de Rep. Ord. 2, 21 Omnia honestamenta pacis et praemia belli. Vid. Apul. Apol. p. 276. et Arnob. 2, . . . 105*

HONESTATVS, a, um. Partic. Sallust. Catil. 35 Non dignos homines honore honestatos videbam. *Vid. ibi cl. Wasse.*

HONESTATIO, onis. f. *Apud Augustinum esse dicitur.*

HONESTATOR, ōris. m. *Apud eundem . . .*

5 **HONOR**, vel **HONOS**, ōris. m. [*τιμή*] *Generali significatione idem fere est, quod pulchritudo, virtutis in primis, in quantum ea agnoscitur, et iudiciis hominum, vel signis illorum et effectibus illustratur: tum ipsa illa signa, et quidquid est, quo illa iudicia declarantur, honoris appellatione continentur.* Plaut. Poen. 3, 3, 25 Nos honoris tui causa huc ad te venimus. Cic. de Clar. Orat. 280 c. 81 Honor est praemium virtutis, iudicio, studioque civium delatum ad aliquem.

10 **Honos** alit artes Id. Tusc. 1 c. 2. Exilii honor Tacit. H. 1, 21, 2.

i. Prouincia remota sub specie honoris illa quidem, sed ideo mandata, ut aliquis longe remotus sit. Conf. Grut. ad Tac. Disc. 15. Part. 2. Tu,

15 *quum ea, quae es a Senatu summo cum honore tuo consequutus Cic. ad Caesar. apud Non. 4, 331. Iudiciorum caelestium honor Quinct.*

4 proem. 2. quo affectit Quinctilianum Domitianus. Horat. A. P. 69 Mortalia facta peribunt, Ne dum Sermonum stet honos et gratia viuax, i. ut pulchra videantur semper eadem verba, adhibeanturque.

20 *Sic Stat. Theb. 10, 327 ultimam noctis partem sic describit, Cum vacuae nubes (rore iam delapso) et honos non omnibus astris, cum proxima orienti paulatim pallefcunt, et splendorem suum amittunt. Verborum honor Quinctil. 3, 7. Cic. Fam. 15, 7 Incredibili sum laetitia affectus, quum id mihi nuntiatum est, eumque honorem tibi*

25 *deos Fortunare volo: a teque ex tua, maiorumque tuorum dignitate Administrari. Idem pro Rosc. Amer. 6 Quae de viro fortissimo et clarissimo, L. Sulla, quem honoris causa nomino. Id. Philipp. 2, 31. Sallust. in Iugurth. c. 113 extr. Deinde, vbi dies aduenit, et ei nuntiatum est, Iugurtham haud procul abesse cum paucis et Quaestore nostro,*

30 *quasi obuius honoris Causa procedit. Certamen honoris, vid. Certamen, in CERTO. Cupido caeca honorum Lucret. 3, 59. Curfus honorum Cic. Fam. 3, 11. ad munera publica, Aedilitatem, Praeturam, Consulatum ordine adipiscenda pertinet. Gradus honorum pares summis et infimis Cic. pro Planc. 60. Inania honoris Tac.*

35 *Agric. 6. Umbra honoris Id. Hist. 3, 73. ¶ 2 Epitheta: Contumeliosus, vid. CONTUMELIA. Crudus honor, trunca arma, cruorque virorum, dedicata Phoebō Stat. Theb. 10, 342. Divini Quinctil. 3, 7. Virg. Aen. 5, 534 Nam te voluit rex magnus Olympi Talibus auspiciis Exsortem ducere honorem. i. extra*

40 *sortem, quod excellens meritum indicat. Exquirere honorem Cic. Philipp. 4, 5. Falsus honor inuiat Hor. Epist. 1, 16, 39. Iusti, vid. b. v. Gell. 12, 9 Honorem quoque mediam vocem fuisse, et ita appellatum, ut etiam Malus honos diceretur, et significaret iniuriam, id profecto rarissimum est. Deinde affert locum ex Oratione*

45 *Metelli Numidici, et in eo, Quanto probi iniuriam facilius accipiunt quam alteri tradunt; tanto ille vobis quam mihi peiorem honorem habuit. Nam me iniuriam ferre, vos facere vult, Quirites — id est maiore vos affectit iniuria et contumelia quam me, etc. Meriti, Nonnullus, Otiosus et vacans, vid. hb. II. Pauper Stat. Theb. 5,*

50 *513. Sublimis Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 325. Temerarius Quinctil. in proem. 1. ¶ 3 Verba: Abundare honoribus, vid. ABVNDO. Accipere honorem Cic. Brut. 4. Accumulare honorem alicui, vid. ACCVMVLO. Addunt etiam Diis honorem parentes Quinctil. 3, 7, 8. Hor. Od. 2, 19, 13 Fas et beatae coniugis Additum stellis honorem canere, i. coronam Ariadnae, stellis a Baccho insertam. Adducere aliquid in honorem Cic. Fam. 7, 27. Adeptus suamos honores, vid. ADIPISCOR. Cic. de N. D. 1, 3 Sin autem Di neque possunt nos iuuare, neque volunt — quid est quod vltos Diis immortalibus cultus, Honores, preces, Adhibeamus.*

60 *Administrare Idem Fam. 15, 7. i. magistratum. Adolere honores aris Ouid. Met. 8, 740. Vid. ADOLEO. Afferre honorem, vid. AFFERO. Cic. pro Deiot. 14 Quae quidem a te in eam partem accepta sunt C. Caesar, ut eum amplissimo regis honore et nomine Afficeres. Conf. Id. pro S. Rosc. c. 50. Aggredi magnos honores Virg. Ecl. 4, 48. Amplificatus honoribus, vid. AMPLIFICO. Callistr. in l. eos D. de Decurionib. Sed ne quidem Arcentur honoribus, qui ab Aedilibus flagellis caesi sunt. Ascendere ab honores Cic. de Clar. Orat. 241 c. 58. Ascendere in honorem Id. in Orat. 125. Assequi honorem, vid. ASSEQVOR. Augeri honore*

70 *Cic. Att. 7, 2. Auctus amplis honoribus Hor. Serm. 1, 6, 11. Capere honorem, vid. CAPIO. Tacit. Ann. 13, 25 Iulius quidem Montanus Senatorii ordinis, sed qui honorem nondum Capessisset. Cedere honori et honore, vid. b. v. Compellare aliquem multo honore Virg. Aen. 3, 474. Comprobare honorem, vid. COMPROBO. Confluit laus, honos, Dignitas ad eloquentes Cic. de Inu. 1, 3. Congesti, vid. CONGERO. Constituire honorem Cic. ad Qu. Fr. 1, 1. Contigit ex merito, qui tibi nuper honor Ouid. ex Pont. 4, 7, 16. Vlpian. l. 2 D. de excus. et vacat. muner. De minoribus quoque annis vigintiquinque ad munera siue honores*

80 *Creandis iusta aetas seruanda est. Custodire honorem, vid. b. v. Cic. Att. 5, 21 Ob haec beneficia quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi, nisi verborum, Decerni sino. Decorare honoribus, vid. DECORO. Decorari honoribus amplissimis et praemiis Cic. de Orat. 2, 232. Defendere honorem suum, vid. DEFENDO.*

85 *Cic. Fam. 10, 10 Is enim denique honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magna merita claris viris defertur et datur. Denigrare honorem alicuius, vid. DENIGRO. Cic. Verr. 4, 79 c. 36 ad Scipionem, Cur pro isto, qui laudem honoremque familiae vestrae depouulatus est, pugnas? i. statuam, quae honori fuerat genti vestrae, sustulit e publico, et sibi habuit. Dicto honore aliquid referre Plin. 28, 8. Dignari aliquem honore Ouid. Met. 1, 194. Virg. Aen. 1, 339. Cic. Philipp. 9, 8 Nulla dubitatio relinquatur, quin honorem mortuo, cui iniuriam viuo fecimus, faciamus. Factus honos aris Sacrificia Virg. Aen. 5, 763. Facere missos honores, vid. sub MITTO. Fauorem honori tuo Cic. Att. 8, 3. Idem pro Sext. 136 Ad eam rationem, in qua multi homines noui et honore et gloria Floruerunt, cohortabor. Fulget intaminatis honoribus Hor. Carm. 3, 2, 18. Vlpian. in l. 3 D. de Decurion. Completo tempore nihilominus Fungi honore vel officio*

100 *possit. Habere honorem alicui, pro Honore afficere et honorare. Cic. pro Flacc. 45 Cui nullus honos in sua ciuitate Habitus est. Add. Curt. 4, 8, 14. Cic. Att. 7, 2 Chrysippum libenter vidi, et in honore Habui. Add. Curt. 9, 10, 21. Habere honori Consulatum suum Sallust. in Iugurth. 31, 10. Impertire aliquem honoribus, Incipere honorem, vid. hb. vv. Indicere honores Diis Virg. Aen. 3, 264.*

3, 264. Inire honorem, *vid.* IN EO. Inferuire honori Hor. de Arte Poët. 167. Inferuire honoribus, *vid.* IN SERVIO. Instituere alicui Sall. Iug. 79 *extr.* Largitur honores sacros templis Valer. Argon. 2, 651. Libat Lenaeium honorem Virg. Aen. 4, 207. *i. vinum.* Maestauit honores meritos aris Virg. Aen. 3, 118. Tac. 5 Ann. 11, 22 Mansitque Consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret, *i. magistratum.* Mandare honores hominibus nouis Cic. Verr. 4, 81. Merebuntur minus honoris Lacedaemone studia literarum, quam Athenis Quinctil. 3, 7, 24. Minuere honorem Cic. Q. Frat. 1, 1. Obrepere ad honores Idem 10 pro Planc. 17. Ornare honoribus Id. Fam. 10, 10. Cic.
 Omni honore ac dignitate priuentur, *etc.* Parere alicui aeternos honores Hor. Carm. 2, 1, 15. Perfunctus honoribus amplissimis Cic. Fam. 1, 8. Perhibere honorem, *vid.* PERHIBEO. Tacit. Ann. 4, 34 Et vterque opibus, atque honoribus peruigere. Petere 15 honores Quinctil. 7, 5. Si dicimus, ille patrem strangulauit, honorem non praefamur. Sin de Aurelia aliquid aut Lollia, honos praefandus est. *Vid. mox* Honos Sit auribus. Cic. Fam. 9, 22. Idem de Fin. 2, 9 Caetera addit Epicurus: quae si appelles, honos praefandus est. Quas inter castas aures sine venia nefas est ac sine 20 honoribus appellare Prae fatis Arnob. 5 p. 176. Praestare Plin. Paneg. c. 88. Recipere honorem Cic. Att. 9, 1. Idem pro Rosc. Amer. 136 Suum cuique honorem et gradum redditum gaudeo. Conf. Curt. 8, 9, 32. Sacrare honorem alicui Virg. Aen. 12, 140. Succedere ad summum honorem Lucret. 5, 1274. Sum: Cic. de Ami- 25 cit. 70 Honori et dignitati Esse propinquus. Id. Off. 2, 58 Honori summo nuper nostro Miloni Fuit, quod, *etc.* Add. Curt. 5, 7, 12. In honore Esse apud aliquem Cic. pro Rosc. Amer. 6. Id. de Orat. 2, 235 Haec ars summo in honore semper Fuit. Conf. Curt. 8, 8, 10. In honore mensarum Esse, *vid.* IN. Curt. 5, 1, 38 Feminarum 30 conuiuia ineuntium in principio modestus est habitus: dein summa quaeque amicula exiunt, paullatimque pudorem profanant, ad vltimum (honos auribus Sit) ima corporum velamenta proiciunt. Tuis honor Sit habitus sanctissimis auribus Quinctil. Decl. 3 *pr.* Sufnenti honorem munus imponi non potest: munus sufnenti, ho- 35 nor deferri potest Modestinus in l. honorem D. de munerib. et honorib. *Nempe, ut docet* Callistratus l. 14 eod. Honor est administratio reip. cum dignitatis gradu, siue cum sumtu, siue sine erogatione contingens. Munus — quod in administranda rep. cum sumtu sine titulo dignitatis subimus. Tollere aliquem honoribus Hor. Carm. 40 1, 1, 8. Tribuere honorem Cic. de Fin. 3, 73. Velificari honori Idem contra Rull. 1, 27. Sallust. in Catil. c. 49 Catulus ex petitione Pontificatus odio incensus, quod extrema aetate maximis honoribus Vfus, ab adolescente Caesare victus discesserat. Cic. Philipp. 8, 12 Quamquam hoc honore vfi togati esse solent, quum est in sagis 45 ciuitas. ¶ 4 *Obseruat.* Honores, officiosae allocutiones, Complimenta fere vocat Europa. Vt alter Alterius sermone meros audiret honores Hor. Epist. 2, 2, 88. Pulchritudo: Virg. Aen. 1, 591 Laetos oculis afflarat honores. Hor. Epod. 17, 18 Tunc mens et sonus Relapsus, atque notus in vultus honor. *de restitutione* 50 *sociorum Vlyssis in formam humanam.* Virg. Georg. 2, 404 Frigidus et filius Aquilo decussit honorem. Frontis honores Stat. Silu. 2, 113. Plin. Paneg. 8 Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, et dignitas oris, nonne longe lateque principem ostentant. Capitis honor *hic dicitur, ut* Virg. Aen. 10, 133 Dardanius ca- 55 put ecce puer detectus honestum. Et Georg. 2, 392 Et quocumque deus circum caput egit honestum, quem versum ad patrem familias pulchre transfert Colum. 3, 21, 4. Aestatis honores pro frugibus. *Vid.* Sil. 3, 487. *Bentlei. ad* Hor. Od. 1, 17, 14 *vbi* Ruris honores sunt fructus. Terrae honores, *vid.* *Burm. ad* Grat. 376. Sic Lenae- 60 um honorem Ioui libare, *i. vinum* Virg. Aen. 4, 207. *De hostia et sacrificio* Virg. Aen. 3, 118 Meritos aris maestauit honores. Sic Ouid. Met. 8, 740 Qui numina diuim Sperneret, et nullos aris adoleret honores. Id. Fast. 5, 551 Vltor (Mars) ad ipse suos caelo descendit honores, *i. sacrum.* Virg. Aen. 3, 178 Perfecto laetus ho- 65 nore, postquam litatum esset. Et 264 Numina magna vocat, meritosque indicit honores, iubet sacra fieri. Et 547 Rite Iunoni Argivae iussos adolemus honores. Grat. 458 Suos vbi contigit ignis honores, *i. victimam in ara impositam.* *Vid. Viri docti ad b. l. et* Brouckh. ad Tibull. 4, 6, 1. *it. Erb. ad* Petron. 133. et Drakenb. ad 70 Sil. 7, 90. Add. Ouid. Met. 8, 740. Sepultura: Virg. Aen. 6, 333 Cernit ibi moestos, et mortis honore carentes. Id. ibid. 12, 57 Si quis Amatae Tangit honos animum. *i. amor mutuus.* Pro praemio Virg. Aen. 5, 249 Iphis praecipuos cultoribus addit honores. Hic pietatis honos Idem ibid. 1, 253. Hereditates quoque et legata hono- 75 rum nomine veniunt: *vid.* *Burm. ad* Quinct. Decl. 261 p. 489. Cic. pro Rosc. Amer. 108 Quam ob causam a Chryfogono tantis praemiis donabantur, si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne satis fuit his gratias agi? denique, vt perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? Idem Fam. 16, 9. Caes. B. C. 2, 21. *Vid.* Honorem 80 habere, in HABEO. Pro Magistratu poni, iam superiora docent. Honor Praeturae, Quaesturae Suet. Claud. c. 1. et Tit. c. 4. Honores petere, capere, gerere Nepos 24, 1, 1. Plin. Epist. 6, 31. Honoribus operam dare Nepos 24, 1, 1. Honore abire Suet. Aug. 26. De nundinatione honorum ap. Romanos. *Vid.* Bernegg. ad Suet. Caes. 85 c. 19. Sall. Iug. 8, 15 et 35. ¶ 5 Honor Deus, cuius mentio apud Augustin. de Ciu. Dei 4, 21 et 24. *it.* 5, 12. *it.* Vitruui. 3, 1 et 7 Pr. Val. Max. 1, 1, 8 Honori et Virtuti Romae aedes gemellas iunctim locauit M. Marcellus Syracusarum victor. *Vid.* Cic. pro Sext. c. 54 *vbi* Templum Honoris — Virtutis vocatur. Sed Verr. 4, 121 90 c. 54 Honoris atque Virtutis. Symmach. Epist. 1, 21 *pr.* Bene ac sapienter maiores nostri aedes Honori atque Virtuti gemella facie iunctim locarunt, commenti, quod in re videmus, ibi esse praemia honoris, vbi sunt merita virtutis. Quod autem ingressum in templum Honoris alium patuisse negant, nisi per Virtutis templum; id sane bel- 95 lum est ad significandum, quatenam esset vera ad verum honorem via. Caeterum nusquam hoc apud veteres inuenire poteram cum vellem: nisi quod vidisse tale quidpiam videtur Augustin. de C. D. 5, 12. Non absurde hoc putari, suadet Liuii narratio, quam huc usque distulimus, 27, 25 Marcellum — religiones tenebant, in quibus, quod quum bello 100 Gallico — aedem Honori et Virtuti vouisset, Dedicatio eius a Pontificibus impediabatur, quod negabant, vnam cellam duobus recte dedicari — ita addita Virtutis aedes adproperato opere. Potuit spatium commodius non fuisse, quam vt ipsum vestibulum templi Virtutis in Honoris aedem commutaretur. 105

HONORINVS, i. m. *Idem qui Honor Deus.* Aug. de Ciu. Dei 4, 21 Deo Honorino commendare, vt honorarentur.

HONORARIVS, a, um. Adi. [τιμωρίας] *Quod ad honorem pertinet.* Cic. de Opt. Gen. Or. 3 Docere debitum est, delectare honorarium, permouere necessarium. Arbitrator honorarius, *Quem honoris causa, utraque pars summum facit suae causae et controuersiae iudicem.* Cic. Tusc. 5, 120 c. 41 Quorum controuersiam solebat tanquam honorarius arbitrator iudicare Carneades. De Honorariis Codicillis est Titulus Cod. Theod. 6, 21. *de quibus omnia docuit Iac. Gothofredus in Paratitlo et Comment. Breuiter, sunt alii quidem plane imaginarii illustrium dignitatum, quos quis emendicatus est officii publici et muneris expers: alii quos adipiscebantur, qui in actu aliquo positi antea fuerant, iam sibi Vacantes. Illi a muneribus non liberabant curiales: sed hi. etc. Nec enim proprie ad nostrum institutum pertinent* Pompon. l. 2 de Or. Iur. §. 10 Edicta praetorum Ius honorarium constituerunt. Honorarium dicitur, quod ab honore praetoris venerat. Nempe Honoratus praetor est Ouid. Fast. 1, 52. *Hinc apud Ictos Honorariae vocantur actiones, obligationes, poenae, successores, tutores passim in Digestis, cum indicatur, ex edicto praetoris ea deriuari. Caeterum non solum Ius Praetorium sic vocari, sed illa iura omnia, quae ex Honoratorum, i. magistratum quorumcunque edictis orta sunt, post alios ostendit Heinecc. Hist. Edictor. 1, 1 p. 13 sq. V. g. Modest. l. 52 §. 6 D. de oblig. et act. Iure honorario obligamur ex his, quae edicto perpetuo vel a magistratu fieri praecipuntur, vel fieri prohibentur, etc. Et ipse Iustin. §. 7 Inst. de iure nat. gent. et ciu. Hoc etiam solemus Ius honorarium appellare, quod qui honores gerunt, id est, magistratus, auctoritatem huic iuri dederunt. Tumulus honorarius, *Qui honoris causa erigitur sine sepulcro, ut ea, quae Castra doloris vocant hodie.* Suet. in Claud. Caes. c. 1 Caeterum exercitus honorarium ei tumulum excitauit, etc. Ludi honorarii, antiquis Liberalia dicebantur, ut ait Festus. *Disti Honorarii, ab Honore eorum, qui munera populo edebant.* Vid. Casaub. ad Suet. Aug. c. 31. Honorarium Vinum Isid. 20, 3. *Locum damus in VINVM.**

HONORARIUM, i. n. *Donum, quod rectoribus provinciae olim in provincias aduenientibus honoris causa dabatur, non tanquam debitum exigebatur.* Cic. in Pison. 86 *Qui modus tibi fuit frumenti aestimandi? qui honorarii?* Honorarium Decurionatus, *Id quod a Decurionibus pro curiae introitu dari solitum est.* Plin. Epist. 10, 116 *Superest ergo, ut ipse dispicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes, qui deinde buleutae leguntur, debeant pro introitu dare. Ad quam epistolam rescribens Traianus, Honorarium, inquit, Decurionatus omnes, qui in quaque ciuitate Decuriones sunt, inferre debeant, necne, a me non potest statui.* Honorarium, *pro Salario quod datur magistratibus, arbitris, et aliis huiusmodi* Vlpian. in l. 1 §. 1 D. si men. fal. mod. dixit. Honorarium, *Quod etiam aduocatis datur.* Paul. in l. qui operas D. locati et conduct. *Aduocati quoque, si per eos non steterit, quo minus causam agant, honoraria reddere non debent.* Cic. pro Caecin. 6 *Ideo quod omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum malefactorum causa reperta sunt: quorum alterum leuius est, etc. alterum est vehementissimum: quod et ad grauiore res pertinet, et non honorariam operam amici, sed seueritatem iudicis, ac vim requirit.*

HONORO, are. [τιμῶν, τῶ] *Honoribus afficere.* Cic. de Diuin. 1, 88 c. 40 *Amphiarum sic honorauit fama Graeciae, deus ut haberetur, atque ut ab eius solo, in quo est huuiatus, oracula peterentur.* Idem Philipp. 2, 25 c. 11 *Qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam honoraret alienis.* Honorarit eos an deceperit Quinctil. 5, 10, 118. *i. praemio vero afficere voluerit, an iudificari.* Vid. Burm. p. 432. Paterc. 2, 112, 2 *Ob id ornamentis triumphalibus honoratus est.* Idem 2, 109, 3 *Populum congiariis honorauit.* Curt. 7, 1, 23 *Cum donis honoramur.* Honorari, *Deponens apud Ampelium c. de 12 signis, Iuno Leonem caelesti dignitate, est honorata.*

HONORANDVS, a, um. Partic. *Mors non monumentis, sed luctu publico honoranda* Cic. Philipp. 9 c. 3. Honorande in Christo Hieron. Epist. 1, 17.

HONORATVS, a, um. Adi. [τιμώμενος, ἔντιμος, τιμῆχος, γεραρός] *Qui in honore et pretio est apud aliquos.* Cic. Off. 1, 138 *Dicendum est etiam, qualem hominis honorati et principis domum placeat esse.* Idem de Senect. 22 *Clari et honorati viri.* Corpus humanis honoribus, nomen diuinis honoratum Vell. 2, 124, 3. *Equestri statua honoratus* Id. 2, 61, 3. *Vetus et honorata familia* Suet. in Othon. c. 1. et Tib. c. 3. *Vir honoratus* Ouid. ex Pont. 4, 5, 2. Cic. Tusc. 1, 85 *Metellus ille honoratus quatuor filiis, et quinquaginta Priamus.* Achilles, vid. ACHILLES. *Custodia* Tacit. Hist. 3, 12. *Canis* Ouid. Met. 8, 9. *Diem semper honoratum habere* Virg. Aen. 5, 50. *Dies* Claud. Conf. Prob. et Olyb. 261. *Verbaque honoratus libera Praetor habet* Ouid. Fast. 1, 52. *Sed falluntur, qui hoc velut proprium Praetoris epitheton arbitrantur.* Liu. 25, 5 *Senes honoratique ad Consulares et Censorios pertinet.* Ouid. ex Ponto 4, 5, 2 *Honoratum virum Pompeium COS. vocat.* Plura Heinecc. Hist. Edictor. p. 12 sq. *Compar.* Liu. 32, . . . *Pars navales focii relictis nuper classibus ad spem honoratioris militiae transgressi.* Honoratior apud plebem Idem 4, 35. *M. Cato honoratiori parere maluit* Paterc. 2, 54. *Otium honoratius imperio* Idem 85 2, 99 extr. *Superl.* *Vir honoratissimae imaginis* Liu. 3, 58. *Sedem alicui inter aliquos honoratissimo loco dare* Val. Max. 4, 5 extr.

HONORATE. Adu. [τιμωμένους] *Quod cum honore et dignitate factum est.* Cic. Philipp. 11, 33 *Quae de illo viro Sulla, quae Muraena, quae Seruilius, quae Lucullus, quam honorate, quam honorifice, quam grauius saepe in Senatu praedicauerunt? Ex vetusto codice legimus nunc Ornate.* Tacit. Hist. 4, 63 *Quod filium eius primo rerum motu in colonia Agrippinensi deprehensum, honorate custodierunt.* Compar. Iustin. 5, 4, 13 *Certa. ut secum ipsi, vtrum contumeliosius eum pepulerint, an reuocauerint honoratius.* Cremari honoratius Val. Max. 5, 1, 11. *Superl.* *Honoratissime quem excipere* Val. Max. 2, 10, 2.

HONORABILIS, e. Adi. [γεραρός] *Quod est honore dignum.* Liu. 4, 10 *Quinque Consulatus eodem tenore gesti, vitaeque omnis Consulariter acta, verendum paene ipsum magis quam honorabilem faciebant.* Haec ipsa sunt honorabilia (al. honorabiliora) quae videntur leuia atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, (in forum) reduci (domum) consuli; quae et apud nos, et in aliis ciuitatibus, ut quaeque optime morata, ita diligentissime observantur Cic. de Sen. 63 c. 18. *Comparat.* Vulg. Dan. 13, 4.

HONORABILITER. Adu. *Honorabiliter sepelire* Capitol. Macrin.

Macrin. c. 5. Cassiodor. 2, 9 Cedere honorabiliter. Ammian. 29, 13 Honorabiliter colebatur.

HONORATIO, ōnis. f. Fest. in Gradius, Corona graminea in re militari maximae est honorationis. Arnob. 7 Honorationis officium. Mart. Capel. 1 p. 4 Honorationis celsae affectatio. 5

HONORATOR, oris. m. Apud Augustin. . .
HONOROSVS, a, um. Adi. Plus quam Honoratus Isidor. Orig. 10 lit. H. ut gloriosus, etc.

HONORIFICVS, a, um. Adi. [τιμῖος] Quod honorem confert. Cic. ad Brut. 15 Decreui etiam imperium, quod quamquam videbatur illi aetati honorificum, tamen erat exercitum habenti necessarium. Honorifica mentio alicuius Cic. Q. Frat. 2, 10. Add. Id. Philipp. 2 c. 15. Id. Tusc. 2, 61 Quem ut vidisset, et salutauisset, honorificisque verbis prosecutus esset, etc. Senatusconsultum Id. Verr. 2, 19. Compar. Cic. Att. 1, 10 (16) Quae mihi res multo honorificentior visa est, quam aut illa quum, etc. Superl. Idem Fam. 15, 10 Honorificentissimum Senatusconsultum. Conf. Paterc. 2, 45, 4. Et Martial. 10, 45.

HONORIFICE. Adu. [τιμῖος] Cic. Verr. 3, 166 Publicani tractati honorifice sunt. Idem Fam. 16, 1 Non solum enim visitatum, sed etiam quotidianum est aliquid audire de te, quod pro nostra dignitate fideliter atque honorifice dixeris aut feceris. Honorifice dici in aliquem Cic. Fam. 5, 2. Caes. B. G. 8, 49 Itaque honorifice ciuitates appellando, principes maximis praemiis afficiendo, etc. Large et honorifice promittere aliquid Cic. de Petit. Consul. 34. Honorate et honorifice multa de aliquo praedicare Idem Philipp. 11, 13. Honorificentius nemini triumphus, quam mihi salus restitutioque est praescripta Id. in Pison. c. 15. Cic. Fam. 6, 6 Nunquam, nisi honorificentissime, Pompeium appellat.

HONORIFICENTIA, ae. f. Vopisc. Aurel. 25 extr. Templum Soli posuit maiore honorificentia consecratum. Conf. Symmach. Epist. 6, 35 et 36.

HONORIFICO, are. Lactant. 2, 5 Suspiciet et honorificet communem parentem. Idem de Ira Dei c. vlt. et Instit. 7, 24. Gloss. Cyrill. Honorifico, δοξάζω, τιμῶ. Etiam in Cypriano obseruatum. 35

HONORIFICANS, antis. Part. August. Epist. 119, 3.
HONORIFICATVS, a, um. Part. Vulg. Interp. Sirac. 15, 2. et 1 Pet. 2, 4.

HONORIGER, a, um. Adi. Tertull. de Virg. Veland. c. 10.
HONORIPĒTA, ae. c. Qui honores captat, ambitiosus. Apul. Dogm. Plat. 2 p. 20 Culpabilium virorum quatuor formae sunt, quarum prima honoripetarum est, sequens abstemiorum, tertia popularis, tyrannicae dominationis vltima.

HONORVS, a, um. Adi. [τιμῖος] Ut, Decorus, canorus. Laudis honora effigies Sil. 11, 301. Fama Stat. Theb. 2, 629. Ouid. de Rem. Amor. 393 Studium famae mihi crescit honorae. Oratio Tac. Ann. 10, 10. Idem Ann. 3, 5, 1 Fuere qui publici funeris pompam requirerent, compararentque, quae in Drusum patrem Germanici honora, et magnifica Augustus fecisset. Vid. INHONORVS.

HONORIVS, i. m. Viri proprium, apud Catullum: metuo, ut vere. Item, Imperator Rom. quem celebrat Claudianus.

HONORIÁDES, ae. m. [Ὠνιοπιάδης] Patronym. ab Honorio fecit Claudianus in eiusdem Epithalamio 341 Sic natus in ostro Paruus Honoriiades genibus confidat auitis. Sorores Honoriiades Claud. de Laud. Seren. 131. 55

H O P

HOPLĪTES, ae. et idis. m. Plin. 35, 10 Picturae hoplitides armatae.

HOPLOMÁCHVS, i. m. [ὀπλομαχὸς] Qui militaribus armis et scuto depugnat. Martial. 8, 74 Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante: Fecisti medicus, quod facis hoplomachus. Ophthalmicus dicitur, Qui oculis medetur. Quum oculis olim mederetur, homines sua necabat imperitia: nunc factus hoplomachus idem facit. 65

H O R

HORA, ae. f. [ὥρα] Tempus significat, h. e. quamcunque aeternitatis partem, qua aliquid maturum aut faciendum esse, aut solere fieri, indicamus. Duobus tamen partium temporis generibus peculiariter attributum hoc nomen est: quatuor illis, in quas annus diuiditur; tum XII quibus diem, noctemue metiri omnes paene populi consueuerunt. De his, ut multo frequentioris usus, prius, ubi posuerimus locum Macrob. Sat. 1, 21 Apud Aegyptios Apollo qui est Sol, Horus vocatur, ex quo horae XXIII, quibus dies noxque conficitur, nomen acceperunt: et quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur, horae vocantur. Iam de horis, quae sunt XII in die, et noctis totidem. Plin. 12, 8 Horis matutinis duabus. Hora amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur Cic. Verr. 4, 95. Hora ante praesidium meum Pollentiam venit, quam Trebellius cum equitibus Idem Fam. 11, 13. Horae veteribus duplices in usu fuerunt: Aequinoctiales siue aequidiales, quae Graecis ἰσημεριναί: ex quarum vigintiquatuor numero dies naturalis constituitur, duodecim a Solis exortu vsque in occasum, et ab occasu rursus totidem vsque ad exortum matutinum, aequo spatio distantibus, connumeratis, ita ut vigesima quarta diei pars, hora sit una: atque hoc ex Aequinoctiali vel Solis vel Telluris motu, in quo singulis signis binae horae assignantur, ut quindecim gradus per unam horam conficiantur. Verum hae horae tantum per Aequinoctium utrumque durabant. Et hoc modo accipiendae sunt Aequinoctiales horae tum apud Graecos, tum apud Latinos scriptores. Extra vero tempus Aequinoctii, inaequales horae distinguebant tum noctem tum diem, ita ut utraque in duodecim horas diuideretur, sed omnino inaequaliter, iuxta dierum ac noctium incrementum. Nam siue dies prolongaretur, siue nox, omnino tamen duodecim horae singulis assignabantur, necessario ob temporis rationem inaequales, sic, ut quantum brumalibus diurnis demeretur, tantum nocturnis accederet: et quantum solstitialibus aestiuis diurnis adderetur, tantum iisdem nocturnis demeretur. Hae autem horae χρονικαί et καιρικαί, hoc est temporales appellabantur, atque hoc modo etiam solariis atque horologiis distinctae proponebantur. Caeterum quoties sine determinatione de horis apud auctores fit mentio, inaequales et temporales intelligendae sunt, ut sexta quidem semper meridiem, vel mediam noctem signet, reliquae, ex modo totius diei vel noctis, aestimandae sint. Vnde v. g. apud Plinium vndecima, diei penultima accipienda est, 2, 25 ubi ait de sidere crinito, Id oriebatur circa vndecimam horam diei, clarumque et omnibus terris conspicuum fuit. Hoc totum de horis, et ratione illarum per 105

umbras metiendarum, diligenter persecutus est Aldus Manutius praefatione ad Palladium, qui singulis mensibus, in quos suum de re rustica opus diuisit, horarum rationem ex umbrae modo collectam, subiicit: quae res forte amplius declarari queat, si quis cum Palladio conferat Bedae Compositionem horologii, quae habetur in Pitthoeana Vett. Epigrammatum et Poëmatum collectione loco ultimo. Nos hic ponamus primo loco

Prima salutantes atque altera conterit hora,
Exercet raucos tertia caufidicos.

In quintam varios extendit Roma labores,
Sexta quies lassis, septima finis erit.

Sufficit in nonam nitidis octaua palaestris,
Imperat exstructos frangere nona toros.

Hora libellorum decima est, Eupheme, meorum etc.

Nempe hic seuera non amplius tractant viri magni, Domitianus praesertim.

¶ 2 *Epitbeta et Verba, ubi aut simpliciter XXIII pars diei naturalis, aut certe minuta pars aliqua et velut articulus temporis intelligitur. Aestiu*

Martial. 12, 1. *i. longa, de diurnis enim sermo est. Bona, vid. BONVS.*

Craftina, *vid. CRAFTINVS.* Diurnae Virg. Georg. 3, 400. Exhortiu, *vid. TETARTEMORION.* Virg. Ecl. 8, 20

Et diuos (quanquam nil testibus illis Profeci) Extrema moriens tamen alloquor hora. Fatalis, *vid. Barth. ad Stat. Silu. p. 122.* Funesta Lucan. 6, . . . Grata Hor. Epist. 1, 4, 14. Legitimae, *quas*

concedit lex ad dicendum Patrono Cic. Verr. 1, 25 c. 9. *Conf. quae dicemus n. 4. et mox Vti horis.* Lunares Lucan. 1, 414 *sunt vices aestus marini, fluxus et refluxus. Conferre debebant interpretes Lucani Varr.*

de L. L. 8, 19 p. 105, 32 *At in mari — motus — in viginti quatuor horis lunaribus cottidie quater se mutant.* Matutina, meri-

diana, vespera Plin. 19, 12. Hor. Epist. 2, 2, 172 *Puncto quod Mobilis horae permutet dominos.* Natalicia, *vid. TETARTEMORION.*

Nouissima Ouid. Met. 4, 156. Septembres Hor. Epist. 1, 16, 16. Sinistra Ouid. Epist. 21, 68. *i. Infausta.* Solida Iuuen. Sat. 11, 205.

Tempestiu, *narrantibus Ouid. Met. 5, 500.* Veloces horae Idem Met. 2, 118. *Certe Deas Horas ideo Veloces facit, quia tempora velocia.*

Abiit hora, *b. e. Tempus elapsum est Ter. Eun. 2, 3, 47.* Admouere mortis horam, *vid. ADMOVEO.* Collocare horas, *vid. COLLOCO.*

Consumere horas suauissimo sermone, *vid. CONSUMO.* Ducimus horas flendo Virg. Aen. 6, 539. Eximere horam, *vid.*

Diem dicendo eximere, *in EXIMO.* Virg. Georg. 1, 208 *Libra die somnique Pares vbi fecerit horas, i. aequales, nam semper XII diei horae, totidemque noctis.* Conf. Lucan. 8, 467. Hor. Epist. 1, 11, 22

Tu quamcunque deus tibi Fortunauerit horam, Grata sume manu: nec dulcia differ in annum. Aliqua Fretus hora Cic. pro S. Rosc.

c. 38. *i. opportunitate.* Partiri horas curis Quintil. 1, 12. Perit Martial. 12, 1. Horaque non vlli similis Perducitur horae Manil. 3, 528.

Horaque Semper praeterita deterior subit Sen. Hippol. v. 773. Sapit omnibus horis nemo mortalium Plin. 7, 42. Superueniet grata quae non sperabitur hora Hor. Epist. 1, 4, 14. Cic. Verr. 1, 31

Credo si meis horis in accusando Vti voluissem, vererer, ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vox viresque deficerent. Vid. p. a. Legitimae horae. Cic. Philipp. 2, 104 *Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.*

Ad hanc horam, *vid. AD Praepositionem.* Ad horam vnam expectare Caes. B. G. 4, 32. In hora vna, *vid. IN.*

In horas, *i. Singulis horis.* Virg. Ecl. 10, 73 *Cuius amor tantum mihi crescit in horas, Quantum, etc.* Sic In horas commutare, *vid. COMMUTO.*

In horas expectare, *it.* In horam viuere, *vid. IN.* Omnium horarum hominem, *veteres appellabant Eum, qui seriis pariter ac iocis esset accommodatus, et quicum assidue libeat conuiuere.*

Atque ita vocatum Asinium Pollionem, *auctor est Quintil. 6, 3, 110.* Iucundissimos et omnium horarum amicos professus Suet. Tiber. c. 42.

Horam peculiariter pro hora, *qua quis natus est, a qua Horoscopus dicitur, posuit Sen. Ludo in Claud. c. 2* Et tamen non est mirum, si errant (*matematici*) Horam eius nemo nouit.

¶ 3 *Ad plagam s. regionem caeli designandam pertinet Horae definitio.* Plin. 17, 11 f. 16 *Meridianam caeli partem signare in cortice, vt translata in iisdem et assuetis statueretur horis. — Id quidem in horam diei quintam vel octauam spectare maluerim, i. in eam regionem, vnde Sol quintam vel octauam horam gnomone et umbra signat. Sic 6, 32 f. 37*

pr. Fortunatae Insulae contra lacum Mauritaniae in VIII horam solis. ¶ 4 *An etiam diem significet hora, videndum. Laudatur Cic. Verr. 1, 30 c. 11* Menses mihi tres quum eripuissetis, ad agendum maxime appositos, reliquum omne tempus huius anni me vobis remissurum putastis, vt quum horis nostris nos essemus vsi, tu binis

ludis interpositis, quadragesimo post die responderes. Horas suas vocat (*inquit Asconius*) Viginti dies, qui accusatori dabantur ad accusandum legitimi: totidemque defensori. *Non horas tamen pro diebus; sed ita loquitur, quia singulis diebus certae horae ad dicendum dabantur, quas metiretur clepsidra. Vt mox n. 31* Si meis horis in accusando vti voluissem, *Laudatur Virg. Georg. 1, 426* Nunquam te craftina fallat Hora: *sed hoc intelligam de tempestate potius hoc modo, iudicare poteris, utrum vernus an aestiuus dies futurus sit: vt pertineat ad n. 5. Nec pro nocte simpliciter posuit Ouid. Art. 1, 250* Horaque formosam quamlibet illa facit, *i. tempus illud, vnaquaeque hora noctis.*

¶ 5 *De quatuor anni temporibus, pendentibusque inde tempestatibus.* Hor. Carm. 1, 12, 15 *de Ioue, Qui mare et terras, variisque mundum temperat horis.* Plin. 9, 35 *Has vbi genitilis anni stimulauerit hora, pudentes sese quadam oratione impleri roscido conceptu tradunt. Et 12, 31 f. 7* Omnibus horis pomifera est malus Assyria, aliis cadentibus, aliis maturefcentibus, aliis vero subnascentibus. Sic Horat. Carm. 3, 13, 9 *ad fontem, Te flagrantis atrox hora caniculae nescit tangere: frigus illud tuum non amittis diebus aestiuis. Etiam hic possit aliquis dicere, intelligi horas v. g. pomeridianas dierum canicularium. Sed non ad horas, verum ad ipsam totam auctumni tempestatem retulerim*

illud Horat. 1, 16, 16 *Hae latebrae dulces, etiam, si credis amoenae Incolumem tibi me praestant septembribus horis, ad auctumnos plurium annorum respicit.* ¶ 6 *Horas etiam, uti alia, personas s. deas fecerunt Poetae Graeci. Chrysippus apud Sen. de Benef. 1, 3 p. 595* Gratias ait Iouis et Eurynomes filias esse, aetate autem minores, quam

Horas, sed meliuscula facie. *Fons Homerus ad E, 749. it. Hesiod. Theog. 902 etc.* Ouid. Met. 2, 118 *Iungere equos Titan velocibus imperat Horis: Iussa deae celeres peragunt. Idem Fast. 1, 125 ex Iani persona, Praefideo foribus caeli cum mitibus Horis. Ad quatuor Anni tempora speciatim illas refert Ouid. Met. 2, 25 vbi aulam*

Phoebi et ministeria ita describit,

A dextra laeuaque Dies, et Mensis, et Annus,
 Saeculaque, et positae spatiis aequalibus Horae:
 Verque nouum stabat, cinctum florente corona:
 Stabat nuda Aestas, et spicea ferta gerebat:
 Stabat et Autumnus calcatis sordidus vuis:
 Et glacialis hiems, canos hirsuta capillos.

¶ 7 Sed alia est Hōra Quirini, quae ante consecrationem dicta fuit
 Herfilia Romuli: quam consecrationem s. receptionem in sidera describit
 Ouid. Met. 14 extr.

Hanc manibus notis Romanae conditor arcis

Excipit, et priscum pariter cum corpore nomen

Mutat, Horamque vocat, quae nunc dea iuncta Quirino est.

Horam (al. enim Oram) ex MSS. probat Heinsius, et versum de ea Ennii
 apud Non. 2, 394 sic legendum iudicat, Teque, Quirine pater, vener-
 rabor, Horamque Quirini: pro vulg. veneror. Nam apud Ouidium
 priorem syllabam corripit, manifestum est. Corripitur etiam in eodem no-
 mine, sed nymphae alterius, Val. Flac. 6, 58 Matris Horae specimen.
 Assentiar autem G. Vossio, qui ad b. l. putat, nihil mutandum in versu
 Ennii: Hōram τὴν ὥραν esse: de quo Non. l. c. Hora iuuentutis Dea:
 corripit autem ab Ouidio et Valerio priorem syllabam eadem licentia, qua
 primam in Orion quidam breuem fecere. Quod autem Scal. ad Festum
 voce Iuuentutis sacra, Merula ad Enn. p. 110. et Voss. l. c. huc referunt
 Vet. Gloss. Iolinta ἥρα, et legi volunt Iouentus ὥρα, illud non omnes forte
 admiserint. Summa haec est Hora, ὥρα est Graecis plena aetatis maturitas:
 ut Hebe (ἡβη pubertas) Herculi adiuncta uxor est, ita Romulo Hora.

HORARIUS, a, um. Adi. Quod est unius horae. Suet. in Do-
 mit. c. 3 Inter initia principatus, quotidie secretum sibi horarium su-
 mere solebat, etc.

HORARIUM, i. n. Horologium. Censor. de Die natali c. 23
 P. Corn. Nasica Censor ex aqua fecit horarium, quod et ipsum ex con-
 suetudine noscendi a sole horas, Solarium coeptum vocari.

HORĀLIS, e. Adi. Idem quod Horarius. Fortun. Mart. 4, . . .

HORAEVM, i. n. [ὥραιον] Mel aestiuum, ab Hora, nam Graeci
 omnes fructus aestiuos nominant ὥραια: quoniam id tempus per excellen-
 tiam ὥραν vocant. Horaeum, Salsamentum ex pisce. Athenaeus, Sal-
 samentum autem horaeum est, aut thunnium. In horaeo macra pingui-
 bus, in thunnio macris pingua praeferimus. Horaea autem vocantur
 non a tempestiuitate, ut quibusdam placet, sed a veris tempore, quod tum
 salsamentum istud fieret, cuius et mentio est apud Plautum in Capt. 4, 2,
 71. Hinc quod in Plinio 32 extr. scribitur, Triton pelamidum generis
 magni, ex eo vrca cybia fiunt: Legendum arbitror ex Athenaeo Horaea
 cybia fiunt. Turneb. Adu. 1, 23. sed Hard. in Plin. c. 1. tletur vraca.
 Laudatur etiam Apic. 10, 5. Sed in Listeriana quidem nihil inueniebam.

HORARIUS, vid. HORA.

HORĀTIUS, i. m. [Ὅρατιος] Gentis Romanae nomen, quam Horatius
 ille Cocles Liu. 2, 10 nobilitauit, et fratres Horatii Cyriatorum victo-
 res Liu. 1, 25. In primis autem hic breuiter memorandus est. Quintus
 Horatius Flaccus, Poeta Venusinus, Lyricorum scriptor facile princeps.
 De sua secta in philosophia ipse Epist. 1, 1, 13

Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter;

Nullius addictus iurare in verba magistri,

Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes.

Elogium eius habemus apud Quintil. 10, 1. Ouid. Trist. 4, 10, 49
 Detinuit nostras numerosus Horatius aures. Conf. Iuuen. Sat. 7, 62.

¶ 2 Adi. Ut, Horatia lex Liu. 3, 55. Propert. 3, 2, 7 Et cecinit Cu-
 rios fratres, et Horatia pila.

HORCINVS, vid. Orcinus, in ORCVS.

HORCONIA, ae. f. Vitis in Campania. Plin. 14, 2.

HORCTVS, a, um. Adi. Horctum et Forctum pro Bono dice-
 bant veteres. Festus. Vid. et Voss. Etym.

HORDA, ae. f. [ὄρνυος βῆς] Vacca praegnans, vid. FORDA.
 Varro de R. R. 2, 5 Quae sterilis est vacca, taura appellatur: quae
 praegnans, horda. Ab eo

HORDICALIA, orum. n. Dies in Fastis, nominantur: quod tunc
 hordae boues immolantur. Idem habet Festus.

HORDICIDIA, orum. n. Dies, quo grauidae hostiae immolaban-
 tur, Festus.

HORDEVM, s. ut saepe inuenies, ORDEVM, i. n. [κριθή]
 Frugis genus notum. Plin. 18, 7 Hordeum, frugum mollissimum est:
 feri non valet, nisi in sicca et soluta terra, ac nisi laeta: palea ex opti-
 mis. Stramento vero nullum comparatur. Hordeum ex omni frum-
 ento minime calamitosum, quia tollitur ante quam triticum occupet
 rubigo. Hordeum, ab Horrore quidam dici volunt: quoniam licet
 calamus altior frumento, quam hordeo sit, arista tamen est mordacior
 hordeo. Vel dicitur Hordeum, ab Oriendi celeritate, quod ante omnia
 frumenta sit aridum. Si quid omnino ponendum sit, quod nihil necesse
 est, dicam esse a Fordus, a, um. ut loco F fuerit H aspiratio posita.
 Tamen scribitur et Ordeum. Cantherinum hordeum Colum. 2, 9.
 Vid. mox Hordeum hexastichum. Grandia Virg. Ecl. 5, 36. Vbi

Seruius: Hordea, vsurpatiuē metri causa dixit; nam triticum, vinum,
 hordeum, mel, Numeri tantum Singularis fuit, vnde Plurali in ora-
 tione soluta uti non licet: Vina tamen dicere possumus Ciceronis ex-
 emplo. Vid. Quintil. 1, 5. et Burman. ad loc. Murinum, vid.

MVS. Distichum, a Duobus granorum versibus seu ordinibus nomen
 habet. Columel. 2, 9 Alterum quoque genus hordei est, quod alii

Distichum, Galaticum nonnulli vocant, ponderis et candoris eximii,
 adeo, ut tritico mistum egregia cibaria familiae praebet. Seritur
 quam pinguis, sed frigidis locis circa Martium mensē. Melius
 tamen respondet, si clementia hiemis permittit, quum seminatur cir-
 ca Idus Ianuarias. Hexastichum, a Sex versibus seu ordinibus gra-
 norum nomen habet. Columel. 2, 9 Proximus est his frumentis vsus
 hordei, quod rustici hexastichum, quidam etiam cantherinum appel-
 lant: quoniam et alia animalia quae ruri sunt, melius quam triticum,
 et hominem salubrius quam malum triticum pascit. Nec aliud in
 egenis rebus magis inopiam defendit. Et quae ibi sequuntur multa.

Hordeum equorum cibus. Vid. Colum. 6, 30, 1. Plaut. Afin. 3, 3,
 116 Demam hercle iam tibi de ordeo, tolutim ni badizas. Sed est et-
 iam militaris poena. Liu. 27, 13 Marcellus, Cohortibus, quae signa
 amiserant, hordeum dari iussit. Frontin. Strat. 4, 1, 25 Eis legio-
 nibus, quae Punico bello militiam detrectauerant — per VII annos
 hordeum ex SC. datum est. Add. 4, 1, 37. Sic Sueton. Aug. c. 24 Coh-
 ortes, si quae cessissent loco, decimatas hordeo paut. Vid. Veget.
 1, 13 et ibi Steweck.

¶ 2 Hordeum, item Tuberculum pal-
 pebrarum Cels. 5, 7, 7.

HORDEOLVS, i. m. Apostema, nascens in extremitate palpebrae.

Priscian. 1, 12 Hordeoli in palpebris. Add. Marcell. Emp. 8.

- HORDEACEVS**, a, um. Adi. [*χορδαίος*] *Quod ex hordeo factum est*, ut, Farina Pallad. 1, 29. Scribon. 179. 225. 252. Spicae Apul. Met. 7. Panis hordeaceus Plin. 18, 11. Varro R. R. 2, 6. Pira hordeacea Colum. 5, 10, 18. Hordearia Plin. 15, 15 *quodcum hordeo maturefcant*.
- HORDEARIVS**, a, um. *Aliud* Adi. *Quod hordeo viuít*. Plin. 18, 7 Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu Menandro auctore apparet, et gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur. Hordearium aes veteres dicebant, Quod pro hordeo equiti dabatur Festus. *Vt Salarium, Caligarium et similia*. Hordearia pruna Plin. 15, 13. Hordearia appellata a comitatu frugis eius. Vid. Hordeacea pira. Suet. Rhet. 2 de L. Plotio, M. Caelius — cum hordearium rhetorem appellat, deridens, ut inflatum ac leuem et sordidum: *quasi hordeo, non tritico, pastum pascendumque*.
- HORDEIVS**, a, um. Adi. Plaut. Caf. 2, 8, 57 Lolligunculae hordeae, i. Pulchrae et bonae.
- HORDICIDIA**, vid. HORDA.
- HORESTION**, s. ORESTION, i. n. *Vini genus facticii*. Plin. 14, 16.
- HORIA**, ae. f. Naucula piscatoria Non. 13, 3 et Festus. Plaut. Rud. 4, 2, 5 Plurima praeda onustum salute horiae, quae in mari fluctuoso piscatu nouo me vberi compotuiuit. Et 4, 3, 81 Mea opera, labore, et rete, et horia. *Scribitur et Oria, apud Fulgent. Exp. ferm. ant. 15 qui laudat Plautum in Cacisto, Malo hunc alligari ad Oriam, ut semper piscetur, et si sit tempesta maxima. Etiam Gell. 10, 25 in nauium nominibus est Oria*.
- HORIOLA**, ae. f. eiusd. Dimin. Plaut. Trin. 4, 2, 100 Iammo horiola aduecti sumus.
- HORIOR**, iri. pro Hortor, ari. dixit Ennius. Et
- HORITOR**, oris. m. pro Hortator, oris. Idem Ennius apud Diomed. p. 378.
- HORIZON**, ontis. m. [*ὄριζων*] *Circulus est, vel caeli terminus quodam circo designatus, qui e terra videtur, quem sibi vnus cuiusque circumscribit aspectus: fitque adeo maior vel minor, prout aliquis in excelso, plano, depressoue loco est constitutus. Hunc ὀριζὸν vocant Horizonta s. sensu perceptum: ὀριζὸν autem s. intelligibilem, qui hemisphaerium superius ab inferiore diuidit*. Cic. de Diuin. 2, 92 c. 44 Quum enim illi orbis, qui caelum quasi medium diuidunt, et aspectum nostrum definiunt, qui a Graecis ὀριζῶνες nominantur, a nobis Finientes rectissime nominari possunt, varietatem maximam habeant, aliique in aliis locis sint, necesse est ortus occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnes. Hygin. Poët. Astron. 4, 10 Horizon diuidens ea quae videntur, et quae non apparent, ita definit sphaeram, ut semper sex signa de duodecim in hemisphaerio videantur supra terram, sex autem signa sint infra sub terra, etc. *An veterum aliquis etiam Horizontem dixerit orbem, ad quem pertingit visus noster in tellure, qui et ipse singulis punctis mutatur, et nunc montibus, siluis, aliisque interiectis impeditur, nunc ut in planitie, in mari, latius protenditur, non dixerim. Finitorem vocat Martian. Capella 8 p. 281 Horizonta quem ante descripsimus*.
- HORMESION**, i. n. Gemma ex igneo colore radians auro, portante secum in extremitatibus candidam lucem Plin. 37, 10.
- HORMINVM**, i. n. [*ὄρμινον*] Semine cumino simile est, cactero porro, dodrantali altitudine. Plin. 22, 25. *Alii Orminum scribunt. Dicitur autem putant, quod Venerem exstimulet. Conf. Plin. 18, 10. et 20, 10. Apul. de Herb. c. 101.*
- HORMINODES**, ae. m. Gemma. Plin. 37, 10. *Forte a similitudine Hormini.*
- HORNVS**, a, um. Adi. *Quod ipsius anni esset, Veteres dicebant*. Lucil. 28 Vtrum anno, an horno te abstuleris a viro. Varro Eumenidibus, Quum in eo essem occupatus, atque in schola curarem, inscribit Scantius horno per Dionysia. Haec Nonius 2, 403. Hor. Epod. 2, 47 Et horna dulci vina promens dolio. Propert. 4, 3, 61 Illa dies agnis caedem denuntiat hornis. i. Anniculis. Fruge horna placare lares Hor. Carm. 3, 23, 3. Plaut. Most. 1, 3, 3 Hornomesis magna fuit, i. hoc anno, ut verum simpliciter significat tempus veris etc. Vid. Gron. Obseru. 3, 24. Palea horna Hor. Serm. 2, 6, 88.
- HORNOTINVS**, a, um. Adi. [*ἔνος*] i. Huius, vel vnus anni. Cic. Verr. 3, 45 c. 18 Hae literae Iudices, Metelli, quas audistis, hoc quantum est, ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt. Cato R. R. c. 17 de nucibus loquens, Postea vsque adeo sunt plus menses octo hornotinae nuces virides sunt. *Locus obscurus vel plane corruptus*. Hornotinae plantae Col. Arb. 30, 1. Virgae Colum. 5, 6, 33.
- HOROLOGIVM**, i. n. [*ὠρολογεῖον*] *Quasi Horarum ratio. Quidquid enim quodammodo horas indicat, horologium dicitur*. Cic. Fam. 16, 18 Horologium mittam et libros, si erit sudum. Varro R. 3, 5, 17 In eodem hemisphaerio medio circum cardinem est orbis ventorum octo, ut Athenis in Horologio, quod fecit Cyrrethes. Plin. 2, 76 Umbrarum rationem, et quam vocant Gnomonicen, inuenit Anaximenes Milesius — primusque horologium, quod appellatur sciatericon Lacedaemone ostendit. Idem 7, 60 Romanorum horologiorum quendam historiam texit. Princeps Romanis solarium horologium statuisse — L. Papius Curfor — proditur. — M. Varro primum statutum in publico secundum rostra in columna tradit bello Punico primo a M. Valerio Messala COS. — Q. Marcius Philippus — Censor, diligentius ordinatum iuxta posuit, idque munus inter censoria opera gratissime acceptum est — Scipio Nasica (Censor) primus aqua diuisit horas, aequae noctium ac dierum. Idque horologium sub tecto dicauit anno urbis DXCV. Tam diu Populo Rom. indiscreta lux fuit. *Tale horologium, quod aqua diuideret horas, in triclinio et buccinatorem habebat subornatum Trimalchio* Petron. c. 26 p. 93 ut subinde sciret, quantum de vita perdidisset.
- HOROLOGICVS**, a, um. Adi. Vasa Mart. Capella 6 p. 194.
- HOROSCOPIVM**, i. n. Sidon. Ep. 4, 3.
- HOROSCOPVS**, a, um. Adi. [*ὠροσκοπος*] *Dicitur Omne id, in quo horae notantur*. Plin. 2, 72 Vasaque horoscopa non vbique eidem sunt vsui, in trecenis stadiis, aut ut longissime in quingenis, mutantibus semet umbris. ¶ 2 Horoscopus significat, eam caeli partem, quae hora qualibet ab inferiore hemisphaerio surgit ab Oriente. Astrologi Ascendens appellant. Item Id temporis momentum, quo quisque nascitur, quasi Horae inspectionem et notationem. Perf. 6, 18 Geminos horoscope varo Producis genio. Varo genio, i. diuerso, tendente in contraria studia, ingenio: uno Horoscopo, sub constellatione vna, nascuntur Gemini, diuersis studiis. Vid. Manil. 3, 190. 203. 504. etc. Vid. TETARTEMORIVM.
- HOROSCŌPO**, aere. Manil. 3, 478 (Bentl. 296) Iam facile est, si quod quandoque horoscopet astrum Noscere.

HOROSCOPANS, *antis*. Part. Firmic. 5, 1 Is erit ariete horoscopante semper in Cancro. *Et alibi saepius.*

HORREA, **HORREARIUS**, **HORREATICUS**, *vid.* **HORREVM.**

HORREO, *ui, ĕre.* [*Φόβρω, Φόβω*] *Horrore perfundi et concuti. proprie quum pili setaeque in animante eriguntur, quod in subito frigore, et qui eandem vim habet, pauore solet fieri.* Horrens leo Virg. Aen. 9, 306. Dies horruit imbre Valer. Argon. 2, 52. Iuven. Sat. 1, 93 Et horrenti tunicam non reddere seruo. ¶ 2 Hinc

Horrore est Timere: Virg. Georg. 3, 79 Nec varios horret strepitus. Horrore arma, conspectumque alicuius, et similia Liu. 2. Cic. Att. 11, 14 Etsi omnium conspectum horreo. Eiusmodi dominatio nunc repente tanto in odio est omnibus, vt quorsum eruptura sit, horreamus Cic. Att. 2, 21. *Simile est illud in epistola proxima superiore: Haec quo sint eruptura, timeo. De potentia Pompeii et Caesaris loquitur.* Horrore alicui, quemadmodum Timere alicui. Plin. in Paneg. 15 c. 27 pr. Nemo iam parens filio nisi fragilitatis humanae vices horret. Mare iratum horrore Hor. Epod. 2, 6. Minas alicuius Cic. Att. 8, 25. Pauperiem Hor. Serm. 2, 5, 9. ¶ 3 Ter. Eun. 1, 2, 4

Totus Parmeno tremo, horreoque, postquam aspexi hanç. Capilli horrent Tibull. 2, 3, 23. Comae horruerant Ouid. Fast. 2, 502. In corpore Pili, vt arista in spica hordei, horrent Varro L. L. 5, 6 p. 53, 14. Huic horret thorax Samnitis pellibus vrsae Sil. 4, 560. Tergis ferarum horrore Prosper Aquit. de Prouid. Dei v. 47. Locus horret egenis Coetibus Stat. Theb. 12, 595. Conf. b. l. Barth. n. 1508. Virg. Aen. 11, 754 Tum late ferreus hastis Horret ager. Sic passim Poetae de armis erectis, quam rem ita comparare videntur cum pilis animalium in subito terrore, item in ira vehementi horrentibus: ita Aen. 10, 178 Mille rapit densas acie, atque horrentibus hastis. Sen. Agam. 221 Classibus horrens fretum. Sil. 1, 527 Stant loricae squamis horrentia tela. *Vid. mox HORRENS.* Fons est Ennius, cuius ex

Macrobii 6, 4 exempla damus voce HORRESCO. *Ibidem etiam refertur ex Ennii Scipione hic versus Sparfus hastis longis campus splendet et horret. Quem versum risisse videtur Lucilius apud Seruium ad l. c.* Aen. 11, 602. *Nam ita Seruius, Horret, terribilis est: est autem versus Ennianus vituperatus a Lucilio, dicente per irrisionem, debuisse eum dicere, Horret et alget. Sed non reueritos esse posteriores nasum Lucilii, res ipsa loquitur.* Verba horrent saeuus minis Ouid. de Rem. Am. 664. Sunt quaedam Loca, quae solstitiis minus concalescunt, sed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent Columel. 1, 4 extr. *Stupere, mirari:* Virg. Aen. 3, 26 Horrendum, ac dictu video mirabile monstrum. Horrore diuinum numen Cic. Acad. 4, 117 c. 38. Animus horret adhuc Stat. Theb. 8, 108. Quaquam animus meminisse horret luctuque refugit Virg. Aen.

HORRENS, *entis*. Partic. [*Φοικτός*] Horrens leo: *b. e.* Formidabilis vel iubis horridus Virg. Aen. 9, 306. Plin. 8, 40 Horrentibus quippe per totum corpus villis, ingenti primum latratu intonuit. Agmina horrentia pilis Hor. Serm. 2, 1, 13. Arma Virg. Aen. 1, 638. Hastae Idem Aen. 10, 178. Horrentes Marte Latini Id. Aen. 10, 237. *ĭ. bellicosi.* Rubi Virg. Georg. 3, 315. Umbra Idem Aen. 1, 169.

HORRENDUS, *a, um*. Part. [*Φοικτώδης, Φοικτός, ἐκπλαγος*] Vox horrenda Virg. Aen. 9, 112. Auiā Valer. Argon. 5, 475. Clamores Virg. Aen. 2, 222. Enses Tibul. 1, 11 pr. Monstrum Virg. Aen. 3, 26. Conf. Non. 5, 7. Nox Ouid. Fast. 6, 140. Rabiēs Hor. Serm. 2, 3, 323. Sonus Ouid. Fast. 4, 190. Species Stat. Theb. 6, 286. Stridens horrendum Virg. Aen. 6, 288. Sibyllae horrendae Idem Aen. 6, 10. *In quod Scholiafies ait: Horrendae, i. e. Venerandae, vt, Horrendum filius et religione parentum.* Visu horrendus Virg. Aen. 9, 521. Dictu horrendum Idem Aen. 4, 454. Horrendum aduerbialiter dixit Id. Aen. 6, 288 Ac belua Lerna Horrendum stridens.

HORRENDE. Adu. Vulgata Sapient. 6, 5. et 17, 3.

HORRENTIA, *ae. f.* Tertull.

HORRESCO, *ĕre.* [*Φόβρω*] *Horridum fieri, et vehementer timere, veluti quum quis intrinsecus algorem seu tremorem in se citari et crescere sentit pauore, stupore, aut febre inualescente, et huiusmodi.* Virg. Aen. 6, 710 Horrescit visu subito, causasque requirit. Ter. Adel. 4, 4, 24 Perii, horresco semper vbi pultare haec occipio fores. Virg. Aen. 3, 394 Nec tu mensarum morsus horresce futuros. *ĭ. Expauescere.* Pectora horrescentia mortem Stat. Theb. 3, 70. Virg. Georg. 3, 199 Tum segetes altae, campique natantes Lenibus horrescunt flabris. *ĭ. eriguntur.* Ennius apud Macrob. 6, 4 Horrescit telis exercitus asper vtrinque. *Et Arma arrigunt: horrescunt tela.* *Vid.* **HORREO.** Tempestat horrescit nimbis Sil. 1, 133.

HORROR, *ōris. m.* [*Φόβος, Φόβω*] Tremor proprie, quum totum corpus vel frigore, vel pauore, vel subita etiam laetitia, intremiscit, et succussatur. Cels. 3, 3 Febres aliae protinus incipiunt a calore, aliae ab horrore. Horrores febrem praecedentes tollit Scrib. 95. Virg. Aen. 3, 29 Mihi frigidus horror Membra quatit. Plaut. Quis hic horror est? quid pauitas? Apul. . . . Quem quum aspexisset, horrore hominis deterritus, statim retrocessit. *Abominationem indicat Varro . . . Ira, odium, horror, eos ab incepto retrahit.*

Ad Venerationem refertur horror, vt ait Seruius ad Virg. Aen. 1, 169 Horrentique atrum nemus imminet umbra: et firmat e Lucan. 3, 411 Arboribus suis horror inest. Classicus Idem ad Pison. 129. Exsanguis Claud. in Ruff. 2, 130. Lactusque per artus Horror iit Stat. Theb. 1, 493. Sacer Idem Theb. 5, 505. Virg. Aen. 2, 559 At me tum primum saeuus circumstetit horror. Arrectae horrore comae Idem Aen. 4, 280. Ciet aura horrorem membris Lucret. 3, 292. Ingruit armorum horror Virg. Aen. 2, 301. Mihi horror membra misero Percipit dictis tuis Plaut. Amph. 5, 1, 66. Moueri tremulo horrore Ouid. Met. 9, 345. Cic. Att. 8, 6 Deinde supposuit exemplum epistolae Domitii, quod ego ad te pridie miseram. Dii immortales qui me horror perfudit, quam sum sollicitus quidnam futurum sit! Horror ingens spectantes Perstringit Liu. 1, 25. Horror animum Subit Tacit. Hist. 1, 37.

HORRIBILIS, *e. Adi.* [*Φοικτός*] Formidabile et timendum. Cic. . . . Et quod dictu quoque horribile videtur, viuentis sanguine hausto. *Add. Id. pro Quint. c. 31. Horribilis Diligentia quam hostes metuant Cic. Att. 8, 9. Idem de Fin. 1, 63 c. 19 Formidines. Et pro Font. 26 Impetus. Fera Virg. Georg. 4, 442. Teter, deformis. Varro . . . Foeda atque horribili. Mars rutilus et horribilis terris Cic. in Somn. Scip. c. 4. Metus Claud. in Conf. Prob. et Olyb. 78. Cic. pro Muraen. 74 Horribilis oratio: sed eam vsus, vita, mores, ciuitas ipsa respuit.*

HORRIBILITER. Adu. August.

HORRIDUS, *a, um. Adi.* [*Φοικτώδης*] Hispidus, asper, cum ri-

gent, quae mollia esse debebant: vel qui horrorem efficit, terribilis. Cic. de Orat. 3, 48 Ita de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de per- vulgatis noua quaedam est oratio tua. Virg. Aen. 4, 251 Et glacie riget horrida barba. *Timendus:* Idem Aen. 5, 37 Horridus in iaculis. h. e. Terribilis, Seruius. Irâ horridus Ouid. Met. 6, 685. *de Borea.* Acies horrida Tacit. Ann. 6, 34. *vid. ACIES.* Aequora Hor. Carm. 3, 24, 40. Arma Ouid. Met. 1, 126. Barba horrida glacie riget Virg. Aen. 4, 251. Bella Idem Aen. 6, 86. Bruma horrida gelu Id. Georg. 3, 442. Caesaries Ouid. Met. 10, 139. Corpus Cic. pro L. Agr. 2, 13. December, quod frigore squalidos et horrentes aut horrore rigentes artus efficiat Martial. 7, 94. Facinus Sen. Hippol. f. 2. Fluctus Hor. Epod. 10, 3. Grandio Virg. Georg. 1, 449. Hiems Ouid. ex Pont. 4, 10, 38. Locus horridior Idem ex Ponto 1, 3, 44. *Conf. Parei Lex. Crit. p. 533.* Macies Virg. Georg. 4, 254. Pili horridi apes Columel. 9, 3 pr. Praelia Virg. Georg. 2, 282. Sapor Plin. 34, 13. Scripta inculta et horrida Cic. de Fin. 1, 8. Sus horridus Virg. Georg. 4, 407. Silvestris horrida ruta ad effectum, et ad omnia acrior Plin. 20, 13. Tempestas Hor. Epod. 13, 1. Verba Tibull. 1, 5, 6. Verba horridiora Cic. de Orat. 1 c. 17. Sil. 11, 205 Horrida virtus, Armatumque fide pectus, rectique cupido. Vita horrida et inculta Cic. pro Rosc. Amer. 93. *Add. Id. pro Quint. c. 30.* Horridus, asper, durus oratione et moribus Cic. de Fin. 4, 78. Horridus, et ieiunus Quinctil. 2, 14. Deformis atque horridus homo Cic. Verr. 3, 47. Idem de Orat. 3 c. 25 In antiquis tabulis illo ipso horrido obsoletoque tenemur. Rusco horridior Virg. Ecl. 7, 42. Non valde nitens, nec plane horrida oratio Cic. de Clar. Orat. 20.

HORRIDE. Adu. [*ἀνόσμως*] h. e. *Aspere et inculte.* Cic. in Orat. 28 c. 9 Putant enim qui horride, inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere. Horride, h. e. *Sine figuris et numeris: quae maxime solent orationem illustrare, sine quibus horrida est et inculta.* Mitius aut horridius loqui Tacit. Hist. 1, 82, 5.

HORRIDITAS, âtis. f. [*φρίκη*] *Ipsè horror.* Naeuius, Omnia mihi horriditati erant maximae.

HORRIDVLVS, a, um. Adi. Dimin. [*ὀρόργουος*] Perf. 1, 54 Scis comitem horridulum, trita donare lacerna, i. frigentem aliquantum. Horridulae Catonis orationes Cic. in Orat. 152 c. 45. i. *Aliquantum asperae.* Papillae Plaut. Pseud. 1, 1, 66. in laude, flaccidis opponuntur. Cic. Att. 2, 1 *Quantum tua illa (legi enim libenter) horridula mihi atque incomta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant.*

HORRIDIVSCVLE. Adu. Augustin. . . .

HORRICOMIS, e. Adi. *Qui pilis aut coma horridus est* Canes horricomes Apul. 4 p. 151. *Add. ib. 7 p. 192.*

HORRIFER, a, um. Adi. [*φριφοφόρος*] Cic. Tusc. 1, 68 Horri- fer Aquilonis stridor gelidas molitur niues. *Ex Poëta quodam.* Aquilones Auien. Phaenom. Arat. v. 96. Prodigia Cic. in Orat. c. 46. *ex Poëta.* Idem de N. D. 2, 111 Et magis horriferis Aquilonis tangitur auris. *Ex Arat.* Virg. Aen. 8, 435 Aegis. Boreas Ouid. Met. 1, 65. Voces Lucret. 5, 994.

HORRIFICVS, a, um. Adi. [*φριφόριξ*] *Quod horrorem incutit.* Horrificum bellum Cic. pro Domo 60 c. 23. Bustum Lucret. 3, 919. Caesaries Lucan. 3, 372. *Conf. Virg. Aen. 8, 435.* Ruinae Virg. Aen. 3, 571.

HORRIFICE. Adu. *Religiose.* Lucret. 2, 609. et 4, 40.

HORRIFICO, âre. [*φριφοποικω*] *Vox Poëtica: Horrorem incu- tere, ut ait Seruius.* Virg. Aen. 4, 465 Terribili monitu horrificant. Carcer, catena, fuga, exilium horrificauerunt dignitatem Flor. 3, 21, 10. Horrificare galeas ore, et ricu ferarum Sil. 3, 389.

HORRIDAS FACERE, ut hinc horror incutiatur hostibus.

HORRIFICANS, antis. Partic. Catull. 62, 270 Horrificans Ze- phyrus proclius incidat vndas.

HORRIFICALIS, e. Adi. Acc. apud Non. 3, 231.

HORRIPILO, âre. *Horridiore, asperioreque pilo frutificare.* Apul. Met. 3 p. 140 Aures immodicis horripilant auctibus. *Al. Nares.* *ὀρροριχίαι* Gloss. Lat. Gr. *vbi refertur ad horrorem pilorum in frigore vel terrore.*

HORRIPILATIO, ònis. f. Vulg. Ecclesiast. 27, 15.

HORRISONVS, a, um. Adi. *Quod cum horrore sonat, siue Quod horridum sonum emittit.* Horrifonus fremitus Virg. Aen. 9, 55. Cic. Tusc. 2, 23 c. 10 Fretum. Flagellum Valer. Argon. 7, 149. Fragar Lucret. 5, 110. Stridor Sil. 4, 614.

HORREVM, i. n. [*ἀποθήκη*] *Locus s. aedificium frugibus asser- vandis destinatum.* Varro de L. L. 4, 22 p. 27, 30 ab Horrendo di- ctum ait. *Melius, puto, Festus, Horreum antiqui dicebant Farreum,*

a Farre. Horreum ab Hordeo quidam deducunt. Columel. 2, 10 Ita rursus in sole siccata, et mox refrigerata condatur, si maior modus, in horreo: si minor, in vasis oleariis salsamentariisque. Virg. Georg. 1, 49 Illius immensae ruperunt horrea messes. Cic. Verr. 3, 20 Hor- rea ultra priuata fuerunt publica. *Illis utebantur non tantum ad reponenda frumenta, verum etiam ad alia commoda.* Horrea regia et arma- mentarium Liu. 31, 23. *Sic Apul. Miles. 3 p. 141 Horreum gazis refertum; et sub init. 5 Horrea magnis congesta gazis.* Apul. Met. 4 p. 150

Demonstrat horreum vbi vespera sagaciter argentum copiosum recon- di viderat. Ac Plin. Epist. 8, 18 Horreum operum (viz. Statuarum et imaginum) appellat. Horreum frumenti Plin. 15, 8. *De Cella vinaria* Hor. Carm. 3, 28, 7. Sen. Epist. 115 Plena multorum saeculo- rum vindemiis horrea. Cic. de L. Agr. 2, 88 Illi Capuam recepta- culum aratorum, nundinas rusticorum, cellam atque horreum Cam- pani agri esse voluerunt. *Constituere horrea certis locis, vid. CON-*

STITVO. Distentet spicis horrea plena Ceres Tibul. 2, 5 (6) 84.

HORREA, ae. f. *Apud antiquos.* Claud. Orat. in Quintium Gal- lum, Quorum iacent muri, villa, horrea, curiaque et tabulariae pu- blicae. Eiusdem generis tabularias, quo et horreas dixit. *Ex No-*

nio 3, 110.

HORREOLVM, i. n. Dimin. Paruum horreum Valer. Max. 7, 1 de Gyge.

HORREARIVS, i. m. *Cui commissa est cura ac custodia horrei.* Vlpian. in l. Celf. D. ad exhibend. Sed si nemo haeres sit, cum hor- reario agendum. *et alibi.* *Ἀποθήκιστος* Gloss. Gr. Lat.

HORREATICVS, a, um. Adi. Species L. 3 C. Theod. de Con- ditis in horr. publ.

HORSVM. Adu. *loci, Versus hunc locum.* Ter. Hec. 3, 4, 36 Atat ecum Phidippum, et patrem video, horsum pergunt. Idem Eun. 2, 1, 13 Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te adigent horsum in- somnia. *Vbi Donatus: Horsum, h. e. Ad urbem agent.*

HOR-

HORTA, ae. f. *Dea, qua iuuenum animi ad praeclaras actiones incitantur.* Plaut. *Quaest. Rom.* p. 275 extr. ex Antistio Labeone refert causam, cur illius templum semper apertum fuerit? et ab hortando ad virtutem deriuatum illius nomen: ipse addit suspicionem, esse forte eandem Horam de qua supra s. l.

¶ 2 Hortia urbs in agro Romano, cuius antiquitates peculiari opere persecutus est Fontaninus. Hinc orta

HORTENSIA gens Romana, vid. Fontaninus l. c. 1, 1, 5. e qua nobilis praeter caeteros

HORTENSIVS, i. m. [*Ἠρτένσιος*] Romanus orator, de quo Cic. de Clar. Orat. 301. Item Hortensius Poeta. Ouid. Trist. 2, 441 Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Serui Carmina.

HORTENSIANVS, a, um. Adi. Hortensiana eloquentia Valer. Max. 8, 8. ¶ 2 Idem quod Hortensius. Plin. 21, 15 Batin marinam, batin hortensianam. i. Satiuam, et hortensem: nam de eadem sub nomine Crethmi sic ait 26, 8 Speciesque est batis hortensis. De bati satiuam meminuit Columel. 12, 7 et 13. Haec tenus ergo a nomine Hortus deriuabitur.

HORTOR, ari. Dep. [*παρακαλέω, παρακαλέομαι, ἐγκλειώ*] Verbis et oratione, ac suadendo ad agendum impellere. Ab Ore deduci quidam volunt: et ideo aspirari, ne Frequentatiuum ab Orior putetur. Cognatum certe verbum est Graecis ὄρω, ὄρώω, ὄρώω, quae et ipsa impellere significant. Donatus: Hortamur impulsu, monemus consilio, ad illud

Ter. Hec. 1, 1, 7 Ergo propterea te sedulo et moneo et hortor, ne cuiusquam misereat quin spolies. Cic. Fam. 1, 1 Pompeium et hortari et orare, et iam liberius accusare et monere, vt magnam infamiam fugiat, non desistimus. Idem Att. 8, 14 Magnopere te hortor, pro tuo singulari perpetuoque studio in Rempublicam, vt, etc. Hortari ad dicendum, etc. Cic. pro Arch. . . . Idem Att. 7, 14 Ad pacem quidem hortari non desino. Hortari de re aliqua Id. Fam. 4, 9. Caes. de B. C. 1, 26 Hortari aliquem de pace reconcilianda. Cic. in Catil. 1, 12 c. 5 Sin (quod te iamdiu hortor) exieris, exhaurietur, etc. Vias Stat. Silu. 3, 5, 20. Conf. Gronou. ad

Sen. Epist. 71. Hortari, alias a Cicerone dicitur Adhortari, suadere, auctorem esse, cohortari, excitare, impellere, auctoritatem alicui ad aliquid faciendum dare, acuerere. ¶ 2 Horto, aetive ap. Plaut. Amph. 3, 4, 10. et in Lex. Crit. p. 554 vult legi Pareus: al. Hortor. Passiue autem usurpatum Tacit. Ann. 12, 9, 1 Memmium Pollium Consulem designatum ingentibus promissis inducunt, sententiam expromere, qua hortaretur Claudius Octauiam despondere Domitio. Sed alii leg. oraretur. Passiue tamen usurpatur Varr. ap. Pri-

scian. l. 8 p. 793. Conf. Gell. 15, 13. Armatas hominum est praefens hortata cateruas Catul. 62, 396. Aciem hortari Ouid. de Arte Am. 1, 207. Canes hortari Idem Met. 10, 537. Milites hortari; i. Allocutione ante praelium incitare C. Nepos 1, 6. Terribiles hortatus equos, in gurgitis etc. Ouid. Met. 5, 421.

HORTATIO, onis. f. [*παρακλήσις*] Cic. Q. Frat. 1, 1, 14 Ac iam hoc loco non hortatione, neque praeceptis, sed precibus tecum fraternis ago, etc.

HORTATVS, us. m. [*παρακλήσις*] Idem quod Hortatio et monitio. Cic. pro Arch. 1 Quod si haec vox huius hortatu, praeceptisque confirmata, etc. Multos laude et hortatu accendere Tac. Hist. 3, 24, 1. Blandis hortatibus implere aliquem Sil. 8, 29. Conf. Ouid. Met. 7, 339. Hortatu ignifero mentes furiabat in iram Sil. 17, 327. i. Ardenti et concitato. Hortatui tot impellentium procerum succubuit Macrob. Sat. 7, 5. i. resistere non potuit, concessit.

HORTAMEN, inis. n. et **HORTAMENTVM**, i. n. [*ἐγκλεισμός*] Idem. Liu. 10, 29 Ibi auditur P. Decii euentus, ingens hortamen ad omnia pro Repub. audenda. Hortamen verberis Pallad. 4, 11. Cibos et hortamina pugnantibus gestant Tac. Germ. 7, 4. Longo hortamine vti Ouid. Met. 1, 277. Magna hortamenta animi Liu. 7, 11. Aspera quisque Hortamenta sibi referat Sil. 5, 153. Conf. Borrich. Cogit. p. 116. et Anal. p. 38.

HORTATOR, oris. m. [*παρακλήτωρ*] Qui hortatur et suadet, vt aliquid fiat. Cic. Att. 1, 11 pr. Eo accedebat hortator assiduus. Plaut. Mercat. 4, 2, 4 Solitus est hortator remiges hortarier, ita hortabatur. ¶ Qui hic Hortator a Plauto dicitur, Graece Celeustes dicitur, qui remiges hortatur, quasi navigationis moderator. quod ea hortamenta faciat: quae verbo Graeco Celeusmata dicuntur etiam a Latinis. Ouid. Met. 3, 619 Et qui requiemque modumque Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus. Bonus hortator Ouid. ex Pont. 4, 12, 23. Hortatore te fecimus Cic. de Fin. 1, . . . Idem pro Rosc. Amer. 110 Postremo isto hortatore, auctore, intercessore, ad Sullam legati non adierunt. Hortatores caedis permulti Id. Att. 10, 4. Pugnae hortator Ouid. Trist. 4, 2, 42. Scelerum hortator Virg. Aen. 6, 529. Hortator et magister eius studii tibi fuit domi Cic. de Orat. 1, 234 c. 55. Hortator non faciendi aliquid, et auctor Idem pro Rosc. Amer. 110. Adiutor, auctor, hortator ad aliquid agendum Id. post reidit. ad Quir. 9 c. 4. Add. Ouid. Met. 3, 619.

HORTATRIX, icis. f. [*παρακλήτις*] Gloria hortatrix animosi lethi Stat. Theb. 9, 717.

HORTATIVVS, a, um. Adi. [*παρακλητικός*] Quinctil. 5, 10 Haec ad hortatiuum genus maxime pertinent.

HORTVS, quod saepe **ORTVS** scribitur, i. m. [*κῆπος, παρὰδεισος*] Hortus est siue in vrribus atque oppidis, siue in villis, rurique locus, in quo arbores et olera oriuntur. Ea autem ratione primo aspiratum putatur, vt differat ab Ortus, quando natum siue natiuitatem significat. Hortorum cultus diligenter traditus a Columella 11, 3 et eleganti carmine descriptus toto libro 10. Procuratio hortorum est Veneris Varro R. R. 1, 1, 6. Ponamus huc etiam Plinii quaedam 19, 4 Antiquitas nihil prius mirata est, quam Hesperidum hortos, ac regum Adonis et Alcinoi, itemque pensiles, siue illos Semiramis, siue Assyriae rex Cyrus fecit

— Romani quidem reges ipsi coluere — In XII tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus, in horti vero heredium (al. praedium) — Hortorum nomine in ipsa vrbe delicias, agros, villasque possident. Primus hoc instituit Athenis Epicurus otii magister. — Romae per se hortus ager pauperis erat: ex horto plebei macellum. — Hinc primum agricolae aestimabantur prisci, et sic statim faciebant iudicium, ne quam esse in domo matrem familias (etenim haec cura feminae dicabatur) vbi indiligens esset hortus: quippe e carnario aut macello viuendum esse.

— Horti maxime placebant, quia non egerent igni — Iam in fenestris suis plebs vrba in imagine hortorum quotidiana oculis rura praebant — Hortos villae iungendos, non est dubium, rignosque maxime habendos. Deinde culturam pluribus persequitur. Caeterum Hortus et plural. Horti pro parte agri oloribus, arboribus, herbis culto

ponuntur: *Loca voluptatum rusticarum cum villa urbana, i. cultiore et delictiore, Horti vocantur, non Hortus. Exempla rem declarabunt.* Amoenitas hortorum Cic. Q. Frat. 3, 1. Cultissimus Ouid. Fast. 2, 702. Epicuri horti Cic. de Fin. 5, 3. Exhaustus lectis floribus Ouid. ex Pont. 3, 4, 63. Halantes floribus Virg. Georg. 4, 109. Indiligens, *vid.* INDILIGENS. Irriguus Hor. Serm. 2, 4, 16. Varro R. R. 1, 7, 9. Cic. Philipp. 13, 34 Nam paucis diebus et in domum, et in hortos paternos immigravit. Pauperis horti custos Virg. Ecl. 7, 34. Pensilis Plin. 36, 14. et *Plur.* Pensiles 19, 4. *ut modo ostendimus.* Pingues Virg. Georg. 4, 118. Calpurn. Ecl. 2. Nos quoque Pomiferi Laribus consuevimus horti Mittere primitias. Pomofus, *vid.* Pomofus in POMVM. Riguus Ouid. Met. 8, 646. Rusticus hortus, *i. Rerum rusticarum refertus, non ad umbram et voluptatem factus.* Plin. Epist. 2, 17 Quorum fenestris subiacet hortus alius pinguior et rusticus. Suburbani Stat. Silu. 4, 4, 7. Appellant hortum ipsi agricolae succidiam alteram Cic. de Senect. 57. Conducere hortum Idem Fam. 16, 18. Conferere hortos Varro de R. R. 1, . . . Fodere hortos Pallad. tit. 34. Inserere hortos, Inspicere hortos, Instruere hortos, *vid.* hb. II. Inuitare aliquem ad coenam in hortos Cic. Off. 3, 58. Oblectare in hortis se sine interpellatoribus Idem Off. 3, 58. Parare hortos Id. Att. 12, 20. Cic. pro Cael. 36 Habes hortos ad Tiberim: ac diligenter eo loco praeparasti, quo omnis iuuentus natandi causa venit. Vestit hortum morus, et ficus frequens Plin. Epist. 2, 17. ¶ 2 *Obseruatt.*

Horti, *pro Villa.* Plin. 19, 4 In XII. Tab. legum nostrarum, nusquam nominatur villa: semper in significatione ea Hortus, in horti vero Heredium. Fest. Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi, qui arma capere possent, orirentur. Conf. Isidor. 17, 10. Vineae in hortos distinguuntur Colum. 4, 18, 1. *Hoc enim vult, cum ait,*

Centenae stirpes per singulos hortos semitis distinguuntur. Horti Gymnasium et schola Epicuri. nam ut Lyceum, Peripateticorum: Porticus, Stoicorum: Academia; Platoniarum: sic Horti, Epicureorum. Cic. Att. 12, 24 Qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis, qui praefuerit Hortis. Habuimus ex Plin. 19, 4. Add. Stat. Silu. 1, 3, 94.

Horti appellatio in obscenis etiam est v. g. Priap. 4 ubi sunt collectanea ex Graecis Scaligeri. Priapus Hortorum custos etc.

HORTVLVS, i. m. Dimin. Cic. de N. D. 1, 121 c. 43 Cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit. Plin. 35, 10 Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo suo. Platonis hortuli Cic. de Fin. 5, 2. Varius diuitis domini hortulus Catull. 60, 91.

HORTVLANVS, i. m. Macrob. Saturn. 7, 3 Tharsius Amphias, quum ex hortulano potens esset, et in amicum quasi degenerem nonnulla dixisset, mox subiecit: Sed et nos de eisdem seminibus sumus. et omnes pariter laetos fecit. Nempse ¶ 2 Hortulanus, *Adiectiuum est.* Porcellus Apic. 8, 7. Hortulanus maritimusue secessus Tertull. de Poenit. c. 11.

HORTILIO, ðnis. m. Custos horti. Isidor. in Gloss. HORTENSIS, e. Adi. [κρηταϊος] Quod ex horto est, siue in eo crescit. Plin. 19, 10 Morbos hortensia quoque sentiunt, sicut reliqua terrae fata. Idem 19, 5. Lira hortensis Colum. 9, 4, 4.

HORTENSIVS, a, um. Aliud Adi. [κρηταϊος] Plin. 22, 24. Idem 19, 8 Beta hortensiorum leuissima est. Et ibid. Nam quod in Neside — nascitur longe optimum existimatur hortensiorum. Add. Id. 19, 6 pr. *Vid. etiam sub HORTA.*

HORTENSIANVS, a, um. Adi. *i. hortensis.* Batis hortensiana Plin. 21, 15.

HORTVALIS, e. Adi. Apul. de Herb. c. 74 et 80 et 99. HORVS, i. m. [Ωρος] Isis filius, quem quum Isis amisisset, veritate illi obueneret, quod Osiri patri acciderat, multum fleuit: sed eo inuenito moerorem in laetitiam conuertit. Hunc Solem esse, contendit Macrob. Sat. 1, 21. ¶ 2 Horus item Assyriorum rex Plin. 30, 15.

H O S

HOSPES, itis. e. [ξῆνος] Hospites sunt tam qui in priuato alicuius hospitio sunt, quam qui in publico, quod diuersorium, stabulum, vel tabernam meritoriam appellamus, tam qui recipit, quam qui recipitur. Ouid. Met. 1, 144 Non hospes ab hospite tutus. Ter. Adel. 4, 1, 13

Cliens, amicus hospes, nemo est vobis? Cic. pro Deiot. 8 c. 3 Per dextram te istam oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti. Idem Fam. 13, 37 Hippiam Philoxeni filium Calactinum, hospitem, et necessarium meum tibi commendo in maiorem modum. Non grauis hospes Cic. Fam. 9, 20. Idem contra Rull. 2, 94 Nos autem hinc Roma qui veneramus, iam non hospites, sed peregrini atque advenae nominabamur. Multum apparatus interest inter inuitatum hospitem et oblatum Plin. praef. Turpius eiicitur quam non admittitur hospes Ouid. Trist. 5, 6, 13. Amabilis Hor. Epist. 2, 2, 132. Vespertinus Idem Serm. 2, 4, 17. Accipere hospitem non multi cibi Cic. Fam. 9, 26. Deducere hospitem domum Auct. ad

Heren. 4, 65. Diuertere ad hospitem Cic. de Diuin. 1, 57. et de fin. 5 c. 2. Habere hospites domi Auct. ad Heren. 4, 65. Multorum hospitem copo quidam Binnius Cic. pro Cluent. 163 c. 59. ¶ 2 Pro Peregrino: Cic. Acad. 1, 9 Nam nos in nostra vrbe peregrinantes errantesque, tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt, vt possemus aliquando qui, et ubi essemus, agnoscere. Virg. Aen. 4, 10 Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes? Ter. Andr. 4, 5, 15 Nunc me hospitem lites sequi. Hinc ponitur pro homine ignaro eorum, quae aguntur Ter. Phorm. 4, 2, 15 Is si dat, sat est. si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hospitem. Vbi Donatus: Astute hospitem, de eo qui superuenit: nomen aptum imprudenti rerum, atque alieno ab earum scientia. Cic. pro Rabir. 28 c. 10 Adeone hospes huiusce vrbe, adeone ignarus es disciplinae, consuetudinisque nostrae, vt haec nescias? Conf. Borrich. Cogit. p. 118. Hospes in re aliqua Cic. de Orat. 1, 218. Idem de Orat. 159 Si erit idem in consuetudine ciuitatis, in moribus atque institutis, in voluntatibus suorum ciuium hospes. b. e. Ignorans voluntates, etc. Cic. Philipp. 12, 27 Quem Cato quum salutasset, Quem te appellem, inquit? at ille, Voluntate hospitem, necessitate hostem. Hospes Aurora colebat Isidem, *i. regio orientalis, nominatim Aegyptus, quae illam hospitio exceperat* Stat. Theb. 6, 279. Est ergo etiam generis feminini. Lucan. 5, 11 Hospes in externis audiuit curia tectis.

HOSPITA, fem. sing. et neutr. plur. Adiectiue, Hospita auis Stat. Achill. 1, 357. Aequora hospita, Vicina interpretatur Seruius Virg. Aen. 3, 377. Flumina hospita, Per quae transiri aut nauigari potest Stat. Theb. 4, 843. Manus Lucan. 8, 748. Nauis Ouid. Fast. 1, 105

6 A 340.

340. *Sacra hospita a Graecis traducta in Latium* Manil. 1, 6. *Tecta* Valer. Argon. 2, 651. *Tellus* Lucan. 3, 43. *Terra* Virg. Aen. 3, 539. *Turba* Val. Flacc. 3, 272. *Vina* Flacc. Argon. 1, 44. *Viscera* Prudent. Hyinn. 10, 31.

HOSPITA, ac. f. [*καταλύσις*] Cic. *Diu. Verr.* 24 *Quod eum* 5 multo magis figura et lineamenta hospitae delectabant. Ter. Andr. 2, 6, 8 *Propter huiusce hospitae consuetudinem?* Cic. *Att.* 5, 1 *Pomponia Quinti Ciceronis iussa inuitare mulieres*, Ego sum, inquit, hic hospita: id autem ex eo, quod antecesserat Statius, ut prandium videret. *Nempe iura matris familias sibi eripi, ita exprobrat. Nimis ergo* 10 *Grammaticus est* Seru. ad Aen. 3, 539 *cum Vsurpativae, inquit Terra hospita dixit: quae enim in Es exeunt, communia esse possunt; nam femininum in A non mittunt.*

HOSPITIVM, i. n. [*καταγωγίον, ξενικόν*] *Domus, quae gratis liberaliterque venienti hospiti patet. Et ipsa illa necessitudo, quae inter hospitem, qui excipit, et qui excipitur, intercedit.* Liu. 2, 14 *extr.* Ibi benigne excepti, diuisique in hospitia, curatis vulneribus. *Antiqui autem, instituti fuit, ut hospitii necessitudo, non modo inter priuatos, sed etiam inter populos contraheretur: priuati hospitii nota pignusque tessera hospitalis, ut ille apud Plaut. ait in Poenulo* 5, 1, 22 *Deum hospitem et tesseram mecum fero.* Liu. 5, 28 *Hospitium cum eo, Senatusconsulto est factum.* Cic. *Verr.* 4, 145 c. 65 *Decernunt statim, primum ut L. fratri hospitium publice fieret.* Caesar B. G. 1, 31 *de Heduis loquens*, Quibus praeliis calamitatibusque fractos, qui et sua virtute et Pop. Rom. hospitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuissent, 25 *coactos esse Sequanis obsides dare.* Clientelae hospitiaque provincialia Cic. in *Catil.* 4, 22. Idem *Att.* 2, 16 *Te in Arpinati videbimus, et te hospitio agresti accipiemus.* Antiquum Virg. Aen. 3, 83. *Commune* Sil. 13, 259. Cic. *de Orat.* 2, 234 *Atqui non nimium liberale hospitium meum dices: nam te simul ac, etc. extrudam et eiciam.* Idem *de Diuin.* 2, 79 *Quumque ab eo magnificentissimo hospicio acceptus esset, etc.* *Pauperis hospitii pretium* Sil. 7, 249. *Coniungi hospitio* Cic. *Q. Frat.* 1, 1. *Discedere ex hac vita tanquam ex hospitio* Idem *de Senect.* 84 c. vlt. *Hospes nullus tam in amici hospitium Diuorti potest, Quin vbi triduum continuum fuerit, iam odiosus fiet* Plaut. *Mil.* 3, 1, 146. *Excipere aliquem hospitio* Ouid. *Epist.* 16, 127. *Indulgere hospitio* Virg. Aen. 4, 51. *Vid. INDVLGEO.* *Inuitare hospitio aliquem propter familiaritatem notissimam* Cic. *Philipp.* 12, 23. *Iungimus hospitio dextras* Virg. Aen. 3, 83. *Hospitio, septimus casus est, i. e. iure hospitalitatis.* Seruius. 40 *Nancisci hospitium, vid. NANCISCOR.* *Prohibemur arenae hospicio* Virg. Aen. 1, 544. *Recipere aliquem hospitio* Ouid. *Met.* 5, 658. *Renuntiare hospitium alicui, et domo emigrare* Cic. *Verr.* 2, 89. *Hospitium calamitatis* Plaut. *Trin.* 2, 4, 152. *Hospitium confidentiae* Idem *Capt.* 3, 3, 8. *Ius ac necessitudo hospitii, vel familiaritas interdum, quae ex hospitali consuetudine contrahitur* Cic. *Fam.* 13, 19 *pr.* *Add. ib. Ep.* 34. Cic. *Q. Frat.* 1, 2 *Optimum quemque hospicio amicitiaque coniungi dico oportere.* Idem *pro Rosc. Amer.* 115 *Gratia atque hospitiiis florens hominum nobilissimorum: nam cum Metellis, Seruiliis; Scipionibus, erat ei non modo hospitium, sed etiam domesticus vsus et consuetudo.* *Amicitiam, hospitium, et foedus amicitiae cum aliqua gente facere* Papin. in l. *Postliminii. D. de Captiuis et postliminio reuersis.* *Pro hospitio quod mihi cum eo est* Cic. *Verr.* 2, 89. Idem *pro Corn. Balb.* 41 *Hospitium multis annis ante hoc tempus cum L. Cornelio Gaditanos fecisse publice* 55 *dico.* *Paternum hospitium huic cum Pompeio intercedebat, vid. INTERCEDO.* *Iunctus hospitio* Quintio, *vid. IVNGO.* *Renovare vetus hospitium* Cic. *pro Deiot.* 8.

HOSPITIOLVM, i. n. Dimin. Vlpian. in l. *Si vero §. 1 D. de iis, qui deiecer. vel effud.* 60

HOSPITALE, is. n. [*ξενών*] *Domus accipiendis hospibus destinata.* Vitruv. 6, 10 *Praeterea dextra ac sinistra domunculae constituuntur, habentes proprias ianuas, triclinia et cubicula commoda, uti hospites aduenientes non in peristylia, sed in ea hospitalia recipiantur.* *Add. Id. 5, 7. Nempe* 65

HOSPITALIS, e. Adj. [*ξένιος, φιλόξενος, πρόξενος*] *Quod est hospitis, siue Quod ad hospitem pertinet.* Liu. 1 c. 58 *Vbi exceptus benigne ab ignaris consilii, quum post coenam in hospitale cubiculum deductus esset.* Plaut. *Poen.* 5, 2, 92 *Haec mihi hospitalis olim tessera cum illo fuit. Liberalis, facilis ad suscipiendos hospites, aptusque ad inferuendum illis.* Cic. *Verr.* 1, 65 c. 26 *Homo, qui semper hospitalissimus, amicissimusque nostrorum hominum existimatus esset. Hospitalis deus, Iupiter dictus est antiquis, sub cuius tutela et veluti hospitio salus hominum constituta esset. Ne impleret fidem Iouis Hospitalis* Cic. *ad Q. Frat.* 2, 11. Plaut. *Poen.* 5, 1, 22 *Deum hospitem ac tesseram mecum fero.* Cic. *de Fin.* 3, 66. Sen. *Epist.* 103 *Quidquid circa te est rerum, tanquam hospitalis loci, sarcinas specta.* *Hospitalis in suos* Cic. *Off.* 2, 64. *Coena* Plin. 33, 4. *Domus apertissima maximeque hospitalis* Cic. *Verr.* 4 c. 2. *Sedes* Cic. *pro L. Agr.* 45. *Hospitalis regis clementia* Plin. 6, 22. *Hospitale aduenis solum* 80 *Idem* 17, 10. *Nihil hospitalius* Flor. 1, 16, 3.

HOSPITALITAS, atis. f. [*φιλοξενία, ξενία*] *Amicitia hospitio contracta, vel Animi propensio in hospibus recipiendis.* Cic. *Off.* 2, 64 c. 18 *Recte etiam a Theophrasto est laudata hospitalitas.* *Martial.* 4, 64 *Tam comi pater hospitalitate.* *Macrob. in Somn. Scip.* 85 1, 21 *sub finem*, *Animorum origo caelestis est, sed lege temporalis hospitalitatis hic exulant.*

HOSPITALITER, Adu. [*ξένιος*] Liu. 1, 9 *Inuitati hospitaliter per domos.* Idem 6, 26 *Moti extemplo Patres, vocari eos iam tum hospitaliter magis, quam hostiliter iussere.* 90

HOSPITATOR, oris. m. Apul. *Met.* 4 p. 145.

HOSPITACVLVM, i. n. Vlpian. l. 5 §. 1 *D. de his, qui effud.*

HOSPITIVVS, a, um. Adj. Spartian. in *Adriano* c. 12. *ubi tamen Salmasius hanc vocem eliminat.*

HOSPITICIDA, ac. m. *ξενοκτόνος* Gloss. Gr. Lat. 95

HOSPITOR, ari. Dep. [*ξενίζω, ξενοδοκέω, ξενώω*] *Hospitio uti: Quid aliud voces animum quam Deum in humano corpore hospitantem* Sen. *Epist.* 31. *Seneca de Vita beata* c. 23 *Quid enim est, cur illis bonum locum inuideat? veniant, hospitentur. i. e. Tanquam in alieno habitent.* *Vid. Idem Epist.* 119 et 108. *Pro In alieno solo cre-* 100 *scere.* Plin. 17, 20 *Sed translata nescit hospitari, pauetque nouitatem. de castanea.* *Hospitatur aqua in eo loco, pro Interquiescit* Plin. 6, 18 *de Gange fluuio.*

HOSTIA, ac. f. [*θυσία, ιεγών*] *Sacrificium animale, ipsumque adeo animal, quod sacrificii causa occiditur. Ab Hoste deriuare solent* 105

- Grammatici, quod ab iis fit, qui in hostem pergunt ob victoriam, id est pro victis hostibus.* Festus: Hostia, sacrificium quod laribus immolabant, quod ab illis hostes arceri putabant. Ouid. Fast. 1, 335 Victimam, quae cecidit dextra victrix, vocatur. Hostibus a domitis hostia nomen habet. Sic Seru. ad Aen. 1, 338. Hostiam ab Hostio, i. e. ferio, Festus deriuat. Seru. ad Aen. 2, 156 Vittaeque decum, quas hostia gessi: Hostia victima est, dicta, quod DI per illam hostientur, i. e. aequi et propitii reddantur, unde hostimentum, aequationem. Plaut. Epid. 2, 1, 8 Cuius quoties vides sepulcrum, sacrificas orco illico hostias. Macrob. Sat. 3, 5 Trebatius — docet, hostiarum genera esse duo, vnum, in quo voluntas Dei per exta disquiritur, alterum, in quo sola anima deo sacrat, unde etiam haruspices animales has hostias vocant: — Alterum illud, in quo hostia animalis dicitur, quod eius tantum anima sacrat, ostendit Virgilius etc.
- 15 *Eadem* Seru. ad Aen. 4, 56. Add. ad 2, 140. Arnob. 7 p. 212 Aut animalis est hostia, et ab canibus abliguntur sanguis. Seru. ad Aen. 3, 231 Hostia animalis, quae tantum immolatur, et caro sacerdotibus proficit. Add. ad 5, 483. Consultoria, in qua voluntas dei per exta disquiritur Trebatius apud Macrob. Sat. 3, 4. Decorae, et
- 20 quae quoque diuo gratiae sint hostiae Cic. de Legib. 2, 20. Effugia quae casu effugit Seru. ad Aen. 1, 140. Felix Virg. Georg. 1, 345. Forda Seru. l. c. Maetata Hor. Carm. 1, 19, 16. Petulans Iuuen. Sat. 12, 5. Pinguis Virg. Aen. 11, 740. Pulla Tibul. 1, 2, 64. Sumtuosa Hor. Carm. 3, 23, 18. Taurea, i. sterilis Seru. ad
- 25 Aen. 1, 140. Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra Virg. Aen. 1, 338. Humanis hostiis aras deorum ac templa funestare Cic. pro Font. 21 c. 10. Immolabantur omnibus locis hostiae Caes. B. G. 8, 51. Immolabant studiosius et crebrius hostias Etrusci Cic. de Diu. 1, 93 c. 42. Seru. ad Aen. 4, 57. Olim hostiae immolatae dicebantur mola falsa tactae: cum vero ictae, et aliquid ex his in aram datum, maetatae dicebantur per boni omnis significationem, ut adoleo. Maiores hostiae in foro constitutae ad praekonem et ad tibicinem immolabantur Cic. de L. Agr. 2, 82. Hostiarum more occidi Suet. Aug. c. 15. i. sec. Casaub. securi. Caesis hostiis ad scelus perficiendum deos placari non posse Idem pro Cluent. 194. Conf. Nep.
- 35 23, . . Praebere hostias ad sacrificium Cic. de Inuent. 2, 97.
- HOSTIO, are. Propitiare. Seru. ad Aen. 2, 156 Hostia victima est, dicta, quod DI per illam hostientur, i. aequi et propitii reddantur. Videndum, an aliunde hoc firmari queat. Vereor, ne verbum
- 40 Hostiare ab hostiis ductum sit, ut de nomine Hostiatus mox videbimus.
- HOSTIATVS, a, um. Adi. [ἑσπρωτός] Hostiis, siue sacrificiis onustus. Plaut. Rud. 1, 5, 12 Ergo vos aequius erat candidatas venire, hostiatisque, etc.
- HOSTICVS, HOSTILIS, vid. HOSTIS.
- 45 HOSTIMENTVM, vid. in HOSTIO.
- HOSTIO, ire. [ἰσάζω] Aequare, aequum reddere. Gloss. Isid. Hostit, aequat, adplanat. Plaut. Afin. 2, 2, 110 Quin promitto, inquam, hostire contra ut merueris. Hostire, ferire Fest. in Hostia. Augustin. de C. D. 4, 8 Cum segetes nouis aristis aequantur, quia veteres aequare hostire dixerunt, deam Hostilinam praefecerunt. Non.
- 50 2, 405 Hostire, Comprimere, retundere, (Merc. recedere) ab Hostia dictum: Pacuuius Teucro Nisi coercuero proteruitatem, atque hostiero ferociam. Hostire, Offendere, caedere. Pacuuius Erotopaegnon 2 Nunc quod meum admissum nocens hostit voluntatem tuam.
- 55 HOSTIMENTVM, i. n. [ἰσαμοιβή] Aequamentum interpretatur Non. 1, 11. Aequationem Seru. in Aen. 2. Ut Quum quis pro beneficio compensationem accipit. Festus: Hostimentum, Beneficii pensatio. Plaut. Afin. 1, 3, 20 Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia.
- 60 HISTORIUM, i. n. [ἰσαστήριον] Lignum aequatorium, baculus, quo modius et caeterae mensurae aequantur, et alio nomine Radius dicitur. Priscian. l. 6. Salmaf. Exerc. Plin. c. 10.
- HOSTILINA, ae. f. Dea. Vid. HOSTIO, ire.
- 65 HOSTIS, is. c. [πρόξιμος] Is, quicum nobis bellum est, perduellis. Itaque potest hostis esse, qui amicus est. Sallust. Catil. extr. Multi qui de castris visundi aut spoliandi gratia processerant, volentes hostilia cadauera, amicum alii, pars hospitem reperiabant: fuere item, qui inimicos suos cognoscerent. Sic Cic. pro L. Manil. 28 c. 10 Saepius cum hoste conflixit, quam quisquam cum inimico concertavit.
- 70 Curt. 7, 10, 8 Tum rex, quaero itaque, inquit, an viuere velitis non inimici mihi, cuius beneficio victuri estis? Illi, nunquam se inimicos ei; sed bello lacessitos hostes fuisse, respondent. Dicitur volunt ab Hostio, hostis, quod est aequo, quum in hostium conflictu soleat fieri quaedam aequatio ordinum, seu quod (ut ait Nonius 1, 3) ex aequa
- 75 causa pugnam adeant. Sed praestat, credo, ignorare. Si verum est, quod statim audiemus a Cicerone dici, Hostem antiquis esse peregrinum, eo etiam in etymo respiciendum fuerit. Itaque Vossius cognatum putat ostio (quod hostium scribebant quidam) ut sit hostis ἑσπρωτός, qui foris est. Scaligero placebat ἑσπρωτός, quicumque. Fostim pro Hoste antiqui dicebant apud Festum. voce Fedum. Hostes in vrbe sunt Liu. 3, 15.
- 80 Ter. Hec. 5, 2, 23 Nam nupta, meretrici hostis est, a viro ubi feregata est. Cic. Off. 1, 37 c. 12 Equidem illud etiam animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante: hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Sic Fest. it. Varro de L. L. 4 pr. Ambros. Off. 1, 29. Cic. de Fin. 5, 29 Quotiescunque dicitur male de se quis mereri, sibi que esse inimicus atque hostis. Iste non hominibus, sed virtutibus hostis semper fuit Cic. pro Domo c. 25. Conf. Nep. 1, 4, 1. et 7, 4, 6. Curt. 7, 10, 8. Turmae hostium Hor. Carm. 4, 14, 23. Victor hostium Idem Carm. 1, 6, 1.
- 90 ¶ 2 Epitheta: Acer Hor. Epod. 6, 14. Atra Prudent. Psychom. v. 504. Capitalis Cic. in Catil. 2, 3. Conferti Claud. de Conf. Mal. Theod. 195. Ferus Ouid. Met. 1, 185. Ferus nimis et immanis Cic. Verr. 2, 51. Glomerati Virg. Aen. 9, 440. Imbelles, Immanis, Importunissimus, vid. bh. vv. Infesti Ouid. Amor. 1, 9, 36. Inordinati et effusi, Infolens hostis, Instabilis ad cominus conferendas manus, vid. bh. vv. Spoliatus Sil. 15, 702. Validus Ouid. Met. 12, 511. Facere hostem aliquem alteri Lucan. 1, 203. Fertur densos moriturus in hostes Virg. Aen. 2, 511. Incessere hostes iaculis et pilis, aut saxis, vid. INCESSO. Tacit. Ann. 16, 28 Nisi contra instituta, et caerimonias maiorum, proditorem palam et hostem Thrasea Induisset. Iniicere se in meliores hostes, vid. INIICIO. Intercludere hostes ab oppido et ponte et comiteatu omni, Inuadere in hostem, Iudicare aliquem hostem, Laborare hostibus
- 95 domesticis, vid. ff. ll. Obsidere hostem Lucan. 6, 117. Obterere hostem

hostem Lucan. 7, 276. Penetrare in medios hostes Sil. 5, 199. Propulsare hostem Stat. Theb. 11, 261. Rapti ex hoste penates Virg. Aen. 1, 382. Reprimere impetus hostium, ac retardare Cic. pro L. Manil. 13 c. 5. Perniciosissima studiorum hostis Quint. 2, 2.

HOSTILIS, e. Adi. [*πολεμικός*] *Quod pertinet ad hostem*. Virg. Aen. 11, 83 Indutosque iubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces, *i. tropaea*. Plaut. Pseud. 5, 1, 24 Occasionem reperisti verbero, ubi perconteris me insidiis hostilibus? Acies Tacit. Hist. 3, 21. Agmen Ouid. Met. 8, 39. Animus Senec. Octau. f. 1. Animus in Rempublicam Cic. ad Brut. 4. Condiciones pacionesque bellicas et hostiles perturbare Idem Off. 3, 108. Dextra Cic. Tusc. 2, . . . Exercitus Tacit. Hist. 3, 82. Expugnatio hostilis Cic. pro L. Manil. 13. Hostilem in modum cruciati Idem Verr. 5, 73. Odium Tacit. Ann. 15, 28. Hostile odium et crudelitas Cic. pro Cluent. 12. Rapinae Lucan. 1, 162. Tacit. Hist. 4, 57 Galbam, et infracta tributa hostiles Spiritus induisse. Terra Cic. de Inuent. 1, 108 c. 55. Facere hostilia Tacit. Ann. 15, 13. Idem Hist. 3, 70 Etiam aduersus nos hostilia Induerat. *Add.* Idem Hist. 3, 42, 4. et c. 46, 2. Liu. 21, 16 Legati Retulerunt omnia hostilia esse: et Saguntii excidium nuntiatum est. Resumere hostilia Tac. Ann. 12, 15.

HOSTILITER, Adu. [*πολεμικῶς*] *i. hostilem in modum*. Cic. Philipp. 5, 25 Quid ille fecit hostiliter. Liu. 2, 14 *pr.* Bona hostiliter vendendi. Idem 1, 11 Hostiliter in fines Romanos incursionem facit. *Add.* Id. 9, 38. Nimium hostiliter Ouid. Met. 14, 68. Sternit hostiliter omnes Idem Met. 11, 372.

HOSTILITAS, atis. f. [*ἔχθροδοσία*] Seneca de Vita beata c. 32 Aduersus hostes inhumana crudelitas, aduersus suos etiam hostilitas est.

HOSTILIVS, a, um. Adi. *Vt, Lares hostilii apud Festum, quibus immolabant, quod ab his hostes arceri putabant.* ¶ 2 30 *Est gentis Romanae nomen, a Tullo, inde Hostilio.*

HOSTICVS, a, um. Adi. [*πολέμιος*] *Idem, quod Hostilis*. Plaut. Capt. 2, 1, 49 Perque conseruitium commune, quod hostica euenit manu. Hor. Serm. 1, 9, 31 Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet ensis. Columel. in praef. 1 Quamquam inter ferrum et ignes hosticis incursionibus vastatae fruges. Ager Varro de L. L. 4, 4. Fama Ouid. Trist. 3, 10, 66.

HOSTICVM, i. n. *Terra hostilis*. Liu. 8, 34 Sine comiteu vagi milites in pacato, in hostico errent. *Add.* Idem 6, 31. et 8, 38. Plin. Paneg. c. 29.

HOSTICOLVS, a, um. Adi. *Idem, quod Hosticus. Vox apud Ictos l. vn. ff. de bon. poss. ex test. mil. Qui in hosticolo suprema iudicia sua quoquo modo ordinassent. Et mox, Si in hosticolo deprehendantur. Sed non improbabilis est coniectura virorum doctorum in hostico lo. hoc est loco.* ¶ 45

HOSTICAPAX, acis. Adi. Festus, Hostium captor.

HOSTIFER, era, erum. Adi. *Hostilis*. Manil. 1, 419 Hostiferum necdum sibi quemquam numina norunt.

HOSTIFICVS, a, um. Adi. Accius apud Non. 8, 15.

HOSTIFICE. Adu. Idem apud Non. 3, 303.

HOSTITOR, **HOSTIVM**, *vid. OSTIVM.* ¶ 50

HOSTORIVM, *vid. sub HOSTIO, ire.*

HOSTVS, i. m. *Mensura quaedam in re olearia, ab Hostio, quod ad aequales mensuras fieret.* Varro R. R. 1, 24, 2 Hostum vocant, quod ex vno facto olei reficitur. Factum dicunt, quod vno tempore conficiunt: quem alii CLX aiunt esse modiorum, alii ita minus magnum, vt ad CXX descendat. Cato de R. R. c. 6 Sin in loco crasso aut caldo feueris, hostus nequam erat, et ferundo arbor peribit. ¶ 2

Hostus Praenomen fuit in eo, qui peregrine apud hospitem natus erat, idque habuit Lucretius Tricipitinus, collega L. Sergii. Haec Epit. de 60 nom. ratione sub Valer. Max. p. 879 Torren.

H V B et H V I

HVBER, **HVBERO**, **HVBERTAS**, *vid. VBER, etc.* ¶ 65

HVC, *vid. HIC.*

HVDVM, *vid. SVDVM, et VDVS.*

HVI. [*βαβαι*] *Interiectio admirantis.* Ter. Adelph. 3, 3, 8 Salvos sit, spero est similis maiorum suum. s. hui. Cic. Att. 5, 11 Hui, totiesne me literas dedisse Romam, quum ad te nullas darem? 70

Idem Fam. 8, 15 Hui vereor, ne, etc. Hui, Hem, et caetera huiusmodi, Sannaë sunt aduersus eos, quibus irascimur, interprete Donato ad Ter. Eun. 4, 7, 35 Scibus, principio eam esse, dico liberam. THR. hem! CH. ciuem Atticam. THR. hui. Plaut. Truc. 1, 1, 8 Hui, vt hic agrestis est adolescens, qui hic habet? 75

HVIC, **HVIVS**, **HVIVSCE**, *vid. HIC.*

HVIVSMODI. [*κοίσιτος*] *Nomen compositum ex duobus obliquis, Huius et Modi, omni. gen. quasi Simile et eo modo fieri vel esse aliquid dicamus.* Haec et huiusmodi quae sunt Scribon. 104. Huiusmodi casus 175. Huiusmodi 118 *sc.* vitium. Ter. Heaut. 2, 3, 98 Mane, habeo aliud, si istuc metuis, quod ambo confiteamini, sine periculo esse. CLIT. huiusmodi obsecro aliquid repperi. Ibid. Eun. 5, 2, 34 Saepe ex huiusmodi re quapiam, etc. Cic. Fam. 14, 2 Nec miror, sed moereo casum huiusmodi. *Legitur et Eiusmodi.* Id huiusmodi erat Nep. 10, 7, 2. Pro Huiusmodi, Cicero aliquando Gen- 8

neris eiusdem, *aliquando* Id genus dixit: vt, Att. 15, 13 Scis me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere. Idem de Fin. 4, 4 Et caetera generis eiusdem.

HVIVSCEMODI, *Idem.* Ex huiusce modi principio Cic. Verr. 3 c. 82. Fecerat alia huiusce modi Sallust. Catil. c. 15. Oratio- 90 nem huiusce modi habuit Ibid. c. 20 *sub init.*

H V L et H V M

HVLCVS, *vid. VLCVS.* ¶ 95

HVLVLA, ae, *vid. VLVLA.*

HVLVLARE, *vid. VLVLO, as.*

HVMANVS, a, um. Adi. [*ἄνθρωπος, ἀνθρώπων, Φιλάνθρωπος*] *Denominatiuum ab Homo, mutata licet quantitate, cum prior in Homo brevis sit, prima in Humanus longa. Est nempe Humanum quidquid, vel pars, vel attributum, vel opus hominis est, vel ad hominem quocumque modo refertur.* Ter. Heaut. 1, 1, 25 cum Menedemus a vicino suo Chremete, vt sibi parceret, admonitus, dixisset, Chreme tantumne ab re tua est otii tibi, Aliena, vt cures, eaque, nihil ad te quae attinent? hic humanissime respondet, Homo sum: humani nihil a me alienum puto, *i. 10*

quidquid homini, vicino praesertim et noto, boni vel mali accidit, illud ad meum etiam sensum pertinet, quasi mihi accidisset. Haec est ipsius Ciceronis interpretatio Offic. 1, 30 c. 9. Vulgo detorquent in eum sensum, ut errores, peccataque intelligant, ut in illo Ter. Adelph. 3, 4, 25

5 Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia: humanum est. Vbi Donatus: Hoc dicere solemus, vbi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus. Cic. Verr. 5, 59 Metum virgarum Nauarchus nobilissimae ciuitatis pretio redemit: humanum. Id. Tuscul. 3 c. 6 Humanum id quidem: non enim e sitice nati sumus. Sic

10 euphemismus est de morte apud Paullum Ictum in L. Publica Maevia 26 ff. Depositi, Si aliquid mihi humanum contigerit, i. si moriar. ¶ 2 Sed ponamus Substantiua ordine elementorum. Animus humanus Horat. Serm. 1, 8, 20. Animi aduersio humanissima Cic. pro Arch. c. 7. i. homine dignissima. Calculus, qui in homine generatur. Plin. 13, 49

15 Sunt iis etiam Calculo humano remedia praecipua. Caput Hor. de Arte Poët. 1. Cibi humani Flor. 3, 5, 10. i. esus humanae carnis. Fecit et humano Corde volare Deum Propert. 2, 12 (Brouekh. 9) 6. i. leuitate hominibus propria. Cultus Cic. pro Arch. c. 7. Dapes Plin. i. faeces alui. Vid. Voss. Instit. Orat. 4 p. 117. Facies Ouid. 20 Met. 2, 661. Fragilitas Solin. c. 66. Gens humana, pro Humano genere. Cic. de Fin. 5, 4 Deinde totius complexu gentis humanae. Genti humanae, contraria est Immanis et barbara Idem de Diuin. 1, 33. Cic. Verr. 2, 168 c. 69 Quod est aliud in illa Prouincia Genus humanum? i. hominum. Nominat negotiatores, aratores, commune Siciliae. Humaniore cogitatione seposita rebus auditu asperis vacare Valer. Maxim. 6, 3 pr. Deus sub Imagine humana Ouid. Met. 1, 213. Tac. Ann. 4, 38 Quietam et intelligentem humani, diuini-que Iuris mentem dunt. Liu. 39. Labores Virgil. Aen. 5, 689. Mentis Ouid. Met. 1, 53. Natura Horat. de Arte Poët. 353. In-

30 quiruntque sacras humano Pectore causas Manil. 1, 716. Potius humani excrementum Plin. 9, 39 l. 64. Ratio humana et vsitata Cic. Verr. 3 c. 97. Rationes Lucret. 2, 169. Res humanae, quae hominibus accidunt, eosque in utramque partem mouere solent, quas contemnere, i. non admirari, philosophia docet. Cic. Offic. 1, 13 c. 5 Ex quo animi magnitudo existit, humanarumque Rerum contentio. Sic

35 Tuscul. 1, 95 c. 40 Totam vim bene viuendi in animi robore et magnitudine, et in omnium Rerum humanarum contentione ac despicientia, et in omni virtute ponamus. Rerum externarum despicientiam vocat Offic. 1, 66 c. 20. Idem Tuscul. 3, 58 c. 24 Hi enim omnes diu cogitantes de Rebus humanis intelligebant, eas nequaquam

40 pro opinione vulgi esse extimescendas. Sic Virg. Aen. 10, 152 Humanis quae sit fiducia Rebus Edocet, i. quam parum iis fidendum sit. Totam viuendi conditionem notat in illo Perf. 3, 71. Quem te Deus esse Iussit, et humana qua parte locatus es in Re, disce. Sic In Rebus humanis; i. in rerum natura. Vlpianus in l. Si quis cum §. De fructibus D. de except. iud. De fruct. Eadem quaestio est, et de partu: haec enim nondum erant in Rebus humanis. Sortis humanae memor Ouid. Trist. 3, 11, 67. Cic. Orat. 209 c. 62 de oratione numeris et periodis conclusa, Detrahit actionis dolorem, aufert humanum Sensum actoris, tollit funditus veritatem et fidem, i. impedit, quo minus afficiatur, ut

50 solent homines. Sed Fam. 10, 24 Moderatissimi atque humanissimi Sensus fuit, ad misericordiam et aequitatem. Cic. pro Rosc. Amer. 63 Portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana Specie et figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, etc. Voluptate humanissima completur animus, i. homine dignissima Cic. Acad. 4 c. 41. Vultus humani Horat. de Arte Poët. 102. ¶ 3 Cum ad mores refertur, significat eum, qui communis naturae memor, ita tractat

60 alios, ut ipse ab his tractari optet, commodus, mitis, aequus, affabilis, blandus adeo, indulgens, misericors, etc. plus adeo quam iustus, cui potest etiam seuera quaedam durities adiuncta esse. Ter. Andr. 1, 5, 1 Hoccine est humanum factum aut inceptum? hoccine officium patris? Et 1, 1, 86 Haec ego putabam omnia esse humani ingenii, mansuetique animi officia. Homo facillimus atque humanissimus Cic. Att. 16, 18. Idem de Orat. 1, 33 Quae vis alia potuit aut dispersos homines vnum in locum congregare, aut a fera agrestique vita ad hunc humanum cultum ciuilemque deducere, etc. Humanius nihil fieri potest Cic. Fam. 16, 1. ¶ 4 Humanus, Eruditus, et non rudis literarum. Homo humanissimus, Aculeo Cic. de Orat. 1, 3. Id. Verr. 4 c. 44 Haec Scipio non intelligebat, homo doctissimus atque humanissimus. Varro apud Non. 1, 260 Praxiteles propter artificium egregium, nemini est paullo humaniori ignotus. Laudat etiam Gell. 13, 16 et addit, Humaniori, inquit, non ita, ut vulgo dicitur facili et tractabili, et beneuolo, tamen rudis literarum sit — sed eruditiori doctiorique. Huc etiam, certe ad sciendi cupiditatem, s. curiositatem refero illud Cic. Verr. 5, 71 c. 28 Syracusani homines periti et humani, qui non modo ea, quae perspicua essent, videre, verum etiam occulta suspicari possent, etc. ¶ 5 Humanus, Subst. pro Homine. Possum falli, ut humanus Cic. Attic. 13, 20, ubi conf. Graeu. p. 438. Et saepe vsque adeo mortis formidine vitae Percipit humanos odium Lucret. 3, 79. Natura humanis omnia sunt paria Varro apud Non. 2, 98. Conf. Drakenb. ad Sil. 7, 5. Gronou. ad Liu. 8, 9. ¶ 6 Humanum, sacrificium, pro mortuo factum. Festus.

HUMANITAS, aetatis. f. [ἀνθρωπότης] Proprie humanam naturam significat. Homines quidem pereunt: ipsa humanitas, ad quam homo effingitur, permanet Senec. Epist. 65. Cic. pro Rosc. Amer. 63 Magna est enim vis humanitatis: multum valet communitio sanguinis, natura ipsa. Idem pro Flacc. 24 Et pro Sulla, Peterem errato veniam L. Caellii ex intimis vestris cogitationibus, atque ex humanitate communi. Cic. de Orat. 1, 53 c. 12 Nisi qui naturas hominum, vique omnem humanitatis, causasque eas, quibus mentes aut incitantur, aut reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo quod volet perficere non poterit. Add. n. 6. ¶ 2 Latissime ergo patet hoc nomen, et comprehendit, interdumque adeo ad designandum specialiter adhibetur, quidquid homini, quatenus homo est, proprium est, quid — attributum est, quidquid homo homini, quatenus utriusque homines sunt, debet, quidquid hominem homini conciliat, quidquid facit, ut aliquis magis homo sit, id est magis excellat iis rebus, quae hominem ab aliis animalibus distinguunt. Sic Cic. pro Sext. c. 42 Vita humanitate per-

80 polita, i. culta, quo separentur a bestiis. Et de Orat. 3 c. 15 Ut puerorum mentes ad humanitatem et virtutem fingerentur. Plin. 19, 11 Quum chartae vsu maxime humanitas vitae constet, et memoria. Frequentius virtutis nomen est. Humanitatis praecipua pars est, honestissimum quemque complecti, atque ita a minoribus amari, ut simul

105 a principibus diligaris Plin. Ep. 9, 5. Cic. Fam. 5, 2 Cognosce nunc humani-

humanitatem meam, si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi ac dissolutio. Miserationis affectus, qui plane vocatur humanitas, qua nosmet inuicem tueremur Lactant. 3, 17. Humanitas et modestia Cic. Attic. 7, 5. Singularis humanitas, suavissimi mores Idem Att. 16, 16. Lepor et humanitas in omni vitae tempore versetur Cic. de Orat. 2, 171. In Miltiade cum summa humanitas, tum mira comitas Nep. 1, 8. Mansuetudo atque humanitas Cic. pro Sulla 92. Conf. Idem pro L. Man. c. 14. Immemor humanitatis, vel ab humanitate derelictus Cic. Philip. 11, . . . Et ad Her. 4, . . . Facilitas atque humanitas tua Cic. Fam. 13, 24. Hominem summa probitate, humanitate, obseruantiaque cognoscas Cic. Fam. 13, 23. Memor humanitatis tuae Scribon. Ep. m. Plenus humanitatis animus Idem Ep. in. Expers humanitatis Cic. de Diuin. 2, 81. Abiicere humanitatem Idem pro Ligar. 14. Accipere humanitatem, vid. ACCIPIO. Cic. pro Sulla 81 Tamen humanitate Adductus aduocationem hominis improbissimi sella curuli, atque ornamentis, et suis, et Consulatus honestauit: *Catilinam, non quatenus improbus erat, sed quatenus homo, inter aduocatos illius comparans honestauit consul.* Cic. pro Rosc. Amer. extr. Domestica crudelitas (*Sullae et proscriptionum*) — non modo id habet in se mali, quod tot ciues atrocissime sustulit, verum etiam hominibus lenissimis ademit misericordiam consuetudine incommodorum. Nam cum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus aut audimus; etiam qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus: *ut non amplius ad nos pertinere videatur, quod aliis hominibus accidit, etc.* Humanitatis negotium gerere l. 14 §. 7 ff. de relig. et sumt. funer. dicitur, qui curam sepulturae alterius nulla alia necessitudine ductus, suscipit: *de quo loco multa Salmaf. ad ius Atticum p. 556 sqq. Faber Semestr. 2, 1. Bynkersh. Obseruatt. 4, 22. Interpretes Petron. c. 114. Breuiter humanitatis negotium ille videtur gerere, qui, quod alterius erga defunctum officium postulat, illo absente interim humanitate ductus suscipit, quamquam non simpliciter gratuito, sed ut in alia negotiorum gestione cum spe restituendorum sibi sumtuum. Est igitur hoc, de quo Vlpianus agit, si totum locum inspicias, diuersum ab illa Tralaticia humanitate Petronii l. c. mortuum lapidantis, i. sepulturam eius lapide, globa, iniecta adiuantis. Caeterum de hac re Lactant. 6, 12, 30* Quamuis in homine ignoto necessariorum munus implebimus, in quorum locum, quia desunt, succedat humanitas, et vbicunque homo desiderabatur, ibi exigi officium nostrum putabimus. Comprehendere aliquem humanitate, Constat humanitati suae, Deducere ab humanitate, vid. ff. l. Cic. Attic. 5, 11 Quid quaeris? vel ipsi hoc dicas licet, humanitatem ei meo iudicio illo die Desuisse. Exuere humanitatem Idem pro Lig. 14. Add. Idem ad Attic. 13, 2 pr. Habere humanitatem Cic. pro Rosc. Amer. 46. Idem Fam. 4, 13 Obtinemus ipsius Caesaris summam erga nos humanitatem. Legatos inuitatione aliaque humanitate Prosecutus Senec. de Benef. 1, 13. Tribuere humanitatem alicui Cic. Q. Fratr. 1, 1. ¶ 3 *Contraria.* Cic. de Legib. 3, 1 Quid enim est elegantia tua dignius, cuius et vita et oratio consecuta mihi videtur difficillimam illam societatem grauitatis cum humanitate? Sic Idem Offic. 1, 62 Non enim modo id virtutis non est, sed potius Immanitatis omnem humanitatem repellentis. *Haec vitia contraria humanitati. Sed est etiam vicina vitis Humanitas. V. g. Illa vitiosissima, quae iam humanitas vocatur, inuicem qualiacunque laudandi, tum est indecora, tum studiorum perniciosissima hostis* Quinctil. 2, 2, 10. *Huic affinis est illa ratio, quod Humanitas delicias quasdam et elegantiam a mollitie non abhorrentem significat* Varro de L. L. 7, 16 p. 90. *Est locus dignus, qui plenius paullo huc referatur. Monuit rationem haberi vtilitatis et elegantiae: quod non solum vestiti esse volumus, ut vitemus frigus, sed etiam, ut videamur vestiti esse honeste: non domum habere — non solum vasa ad victum habilia, sed et figura bella atque ab artifice: quod aliud homini, aliud Humanitati fatis est. Quoduis sitienti poculum homini idoneum; humanitati, nisi bellum, purum, etc. Huc respexisse videri potest* Tacit. Agr. 21, 3 Paulatim discessum ad delinimenta vitiorum, porticus, balnea, et conuiuiorum elegantiam; idque apud imperitos humanitas vocabatur, quum pars seruitutis esset Tacit. Agr. 21, 3. ¶ 4 *Cum proprium hominis sit discere, et facultates suas omnes ita amplificare, Humanitas saepe ponitur pro Eruditione.* Artes, quae ad humanitatem pertinent Cic. pro Arch. c. 1. *Locus velut classicus est* Gell. 13, 15 Qui verba Latina fecerunt, quique iis probe vsi sunt, humanitatem non id solum esse voluerunt, quod vulgus existimat, quodque a Graecis *φιλανθρωπία* dicitur, et significat dexteritatem quandam benevolentiamque erga omnes homines promiscuam: sed humanitatem appellauerunt id propemodum, quod Graeci *παιδείαν* vocant, nos eruditionem, institutionemque in bonas artes dicimus: quas qui sinceriter cupiunt appetuntque, ii sunt vel maxime humanissimi. Huius enim scientiae cura, et disciplina ex vniuersis animantibus, vni homini data est, idcircoque humanitas appellata est. Eadem fere Non. 1, 260. *Complectitur haec appellatio non linguarum modo studia, quatenus inepte illa ab ipsis rebus vulgus seiungit; sed omnem doctrinam philosophiae, historiarum, matheos, etc. Vid. Io. Aug. Ernesti profusio de finibus humaniorum studiorum regundis, et Clau. Ciceron. h. v. Nempe docent hoc laudandi iam Ciceronis loci, si quis totos illos, ut cohaerent cum reliqua oratione, velit inspicere.* Cic. Verr. 4, 98 c. 44 Tu sine vlla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis intelligis et iudicas? Idem de Orat. 2, 71 c. 17 Omnium caeterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est. Homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium literarum et politioris humanitatis experti. Cic. pro Arch. c. 3 Atque ab his artibus, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet. Idem de Orat. 1, 71 c. 16 In omni genere sermonis, in omni parte humanitatis oratorem perfectum esse debere. — Neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus, quae sunt libero dignae perpolitus. *Res ipsa, et tota disputatio docet intelligi Philosophiam omnem, historiam, et quidquid disci solet ab ingenuis.* Cic. de Orat. 2, 72 c. 17 Communium literarum et politioris humanitatis expers. Idem de Orat. 1, 256 c. 60 In omni recto studio atque humanitate Versentur. Cic. pro Muraen. 51 c. 29 Et quoniam non est nobis haec oratio habenda, aut cum imperita multitudine, aut cum aliquo conuentu agrestium, audacius paullo de studiis humanitatis, quae et mihi et vobis nota et iudicanda sunt, disputabo. *de Philosophia disputare ingreditur.* ¶ 5 *Vt videre hominis proprium est, ita humanitas non nunquam ad facilitatem et venustatem videndi et iocandi refertur.* Cic. Att. 1, 13 pr. Literae humanitatis sale sparsae. *Forte sic etiam accipiendum illud*

- Fam. II, 27 *med.* Lepos, humanitas, literae: *itemque* Verr. 5, 8 c. 4 Verrem amatis — at sermone, at literis, at humanitate eius delectamini: *his* singularem stultitiam et inhumanitatem opponit. *Certius est* de Orat. 2 c. 67 Socratem in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestitisse. *Illi de Verre simile eiusdem Tullii* pro Rosc. Am. 120 c. 41 Literis eorum et humanitate Chrysgonus ducitur. — Non est verisimile, ut Chrysgonus horum literas adamarit aut humanitatem. ¶ 6 Humanitas, *i. genus humanum.* Timorem omnem, quo humanitas regitur, penitus sustulerunt Minuc. Felix. in Octau. Genitale feminium humanitatis Apul. de Dogm. Plat. p. 11, 12. *Sed potest uterque locus ad primam illam significationem, qua humanam naturam notat, referri.*
- HVMANE. Adu. [*φιλανθρωπῶς*] Benigne, mansuete, facile, leniter. Ter. Adelp. 1, 2, 65 Tamen vix humane patitur. Cic. Tusc. 2, 43 Toleranter et humane ferre morbum. Plin. 16, 19 f. 32 Arbores mites, quae fructu aut aliqua dote, umbrarumue officio humanius iuuant, non improbe dicantur urbanae. Cic. Fam. 16, 21 de Cratippo, Sublata seueritate Philosophiae humanissime nobiscum iocatur. *Vid.* HVMANITAS n. 5. Sic Humane fecit? Cic. Att. 12, 44 pr. Si qui forte, quum se in lucru esse vellent, aliquid fecerunt humanius aut hilarius locuti sunt, reuocant se rursus ad moestitiam Cic. Tusc. 3 c. 27. Quod de sua voluntate erga Caesarem diligentissime humanissimeque locutus esses Cic. ad Q. Fratr. 3, 1, 6. *Add.* 2, 4. Ducem se itineris humanissime promisit Petron. c. 8.
- HVMANITER. Adu. [*ἀνθρωποπιδως*] Cic. Fam. 7, 1 Docebo profecto, quid sit humaniter viuere, *i. hilariter, iucunde, quod monet humanae conditionis cogitatio.* *Vid.* HVMANITAS n. 5. *it.* HVMANE. Idem Att. 1, 2 Sin aliter acciderit, humaniter feremus, *i. aequo animo.* Humaniter fecit Cic. ad Q. Fratr. 2, 1.
- HVMANITVS. Adu. [*ἀνθρωπίνως*] Humano more. Plin. 10, 63 Vrsi autem (ut dictum est) humanitus strati, *i. ut solent homines.* Ter. Heaut. 1, 1, 47 Vbi rem rescui, coepi non humanitus, neque ut animum decuit aegrotum adolescentuli tractare. Cic. Philipp. 1, 10 c. 4 Ut si quid mihi humanitus accidisset (multa autem impendere videbantur praeter naturam etiam, praeterque fatum) huius diei vocem testem Reipublicae relinquerem meae perpetuae erga se voluntatis, *i. si fortasse morerer.* Conf. Non. 11, 1. Apul. Apol. p. 337, 12 Mihi tenue quid honoris causa legatum, ne si quid illam humanitus attigisset, nomen maritus in vxoris tabulis non haberem.
- HVMATIO, HVMATVS, *vid.* HVMVS.
- HVMEO, ēre. [*υρόω*] Ab Humore; Madidum esse. Columel. 3, 11 Verum est in opere difficilior, quod neque humentem fodere possis, quod sit glutinosissima, etc. Plin. 22, 24. Ouid. Met. 10, 509 Arbor dat gemitus lacrimisque cadentibus humet. Caelo humenti Flor. 2, 4, 2. Capillus humens Ouid. Met. 11, 691. Genae humentes Tibull. 1, 9, 38. Lacrimisque cadentibus humet Ouid. Met. 10, 509. *Add.* Idem Ep. Heroid. 5, 56. Oculi humentes Ouid. Met. 11, 464. Naribus humentibus Sueton. Claud. c. 30. De nocte, *it. de oculis frequenter dicitur: vid.* Drakenb. ad Sil. 2, 469. et 9, 30. Terrae humentes Plin. Paneg. c. 30. Umbra humens Virg. Aen. 3, 589.
- HVMESCO, ēre. [*υρόωμαι*] Humidum fieri. Virgil. Georg. 3, 111 Humescunt spumis, flatuque sequentum. *de equis.* Poculis humescere Horat. Serm. 2, 6, 70. Ager humescit Pallad. 10, 10.
- HVMESCENS, entis. Partic. Plin. in Paneg. 73 Vidimus humescentes oculos tuos, demissumque gaudio vultum: tantumque sanguinis in ore, quantum in alieno pudoris.
- HVMECTO, āre. [*ιρμάω, υρόω*] Humidum et madidum reddere, aut humore adspargere. Virgil. Georg. 4, 126 Qua niger humectat flauentia culta Galeus. Colum. 7, 3. Humectat lacrimarum gramina riuo Ouid. Met. 9, 655. Humectans ora genasque lacrimis falsis Lucret. 1, 918. Conf. Drakenb. ad Sil. 5, 5. Vultum humectat largo flumine Virgil. Aen. 1, 465. Ocula humectans adfectis labris Lucret. 4, 1187. *Sed* Oculi humectant Plin. 10, 3. et 11, 37 f. 54. *i. humescunt.*
- HVMECTĀTVS, a, um. Partic. [*υρόωδεις*] Sil. 8, 438 Statque humectata Voimano Adria. Desiccare humectata Veget. 1, 28.
- HVMECTVS, a, um. Adi. [*υρόωδεις*] Humectatus, humidus. Humectus locus Varro de R. R. 1, 24. Et Cato c. 6. Stomachi humectus tenor Lucret. 4, 633. Solum humectae positionis Pallad. 11, 12. Humectiores nubes humiliter meant Apul. de Deo Socr. p. 47, 25. Comp. Macrobi. Saturn. 7, 15 Qui sensim trahunt potum, ventres habent humectiores. *Superl.* Idem Saturn. 7, 6 Mulier humectissimo est corpore. *Add.* *ibid.* c. 10.
- HVMIDVS, a, um. Adi. [*υγρός*] Quod humorem inducit, vel humorem habet. Cic. Verr. 1, 45 Ignem ex lignis viridibus atque humidis, in loco angusto fieri iussit. Auster et reliqui, (*venti*) qui a solis cursu impetum faciunt, sunt humidissimi Vitruu. 8, 2. Digito humido tangere medicamentum Scribon. 71. Dies humida Ouid. ex Pont. 4, 4, 1. Humus Idem Met. 5, 290. Lectus humidus a lacrimis Cic. Tusc. 2, 33 c. 14. Lumina Ouid. Met. 9, 535. Medicamentum humidum Scribon. 257. *i. liquidum, ut* 37, 38. Nox Virgil. Aen. 3, 198. Nubila Ouid. Met. 8, 2. Plin. 10, 60 Sunt autem Oua sterilia, et magis humida. Spiritus humidior Manil. 1, 85 816. Vapor humidus Ouid. Met. 1, 432. *Substant.* Tacit. Ann. 1, 61 Praemissio Caecinna, ut occulta saltuum scrutaretur, pontesque, et aggeres humido paludum, et fallacibus campis imponeret. Si in humidis omne vitium est Cels. praef. 1. Humida, *pro mari* Auien. in Arat. v. 792. Gustatus sensus Humidioribus et aquosis commo-
- 90 datus Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 9.
- HVMIDE. Adu. Plaut. Most. 1, 2, 67 Haec tigna humide putent.
- HVMIDO, āre. Cels. 1, 3, 7 lemma est, De his, quae humidant et siccant: tum, Humidant autem corpus labor. *At reliquae Edit.* Humidum autem corpus efficit labor, etc. Morgagn. Ep. 3 in Cels.
- 95 HVMIDV̄LV̄S, a, um. Adiect. Dimin. [*υπονότιος*] Linum humidulum Ouid. de Arte Am. 3, 629. Comae Aufon. Epigr. 106.
- HVMIFER, a, um. Adi. [*γνιῶς, χροῖος*] Cic. de Diuin. 1, 15 c. 9 Naribus humiferum duxere ex aere succum. *ex antiquo Poeta.*
- HVMIFICVS, a, um. Adi. Idem, quod Humectans, humidum faciens. Plin. 2, 101 Glaciem refundat, cunctaque humifico spiritu laxet. *de Luna.*
- HVMIFICO, āre. Aufon. Eidyll. 8, 12 Sementem notus humificet.
- HVMEFACIO, ēre. Nebula maris dispersa humefacit, quidquid texerit Lactant. de Ira D. c. 20.
- 100 HVMEFACTVS, a, um. Partic. Vitruu. . . .

HVMIGO, Ære. *Idem, quod Humectare.* Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem, Ad balnea mittitur, ut lauacro eius siccitas humigetur.

HVMIGATVS, a, um. Partic. Apul. Florid. pr. Cespes libamine humigatus.

HVMIGATIO, ònis. f. In Fragm. Poët.

HVMERVS, i. m. [*ἄμωσ*] Pars illa corporis humani, ubi brachia, collo, pectori, tergo iunguntur: proprie Armi quadrupedum sunt, Humeri hominum. *vid.* Isidor. II, 1. Ter. Eun. 2, 3, 22 Quas matres student demissis humeris esse. Ouid. Art. 3, 307 Pars humeri tamen ima tui, pars summa lacerti Nuda sit. *vid.* LACERTA, f. LACERTVS n. 4. Candentes Horat. Carm. 1, 2, 33. Candidi Idem Carm. 1, 13, 9. Fortes Virgil. Aen. 9, 364. Incuruus humeris, *vid.* INCURVVS. Insignes Stat. Theb. 6, 572. Lati Virgil. Aen. 2, 721. Languentes Idem Aen. 11, 874. Superbi Val. Arg. 2, 492. Os humerosque deo similis Virgil. Aen. 1, 589. Attollere humeros, *vid.* ATTOLLO. Demissa ex humeris laena Virgil. Aen. 4, 262. Exferere humerum Ouid. Fast. 1, 409. Exstans altis humeris Virg. Aen. 6, 668. Cic. de Orat. 1, 228 Quod is C. Sulpitii Galli propinqui sui Q. pupillum filium ipse senem in humeros suos Extulisset. Ferre aliquid humero onusto Horat. Serm. 1, 1, 48. Innixus in humeris, *vid.* INNITOR. Cic. de Arusp. Resp. c. 27 *extr.* Portare aliquid humeris Hor. Serm. 1, 5, 90. Recedere ab humero Cels. 8, 11. Sallust. in Cic. . . Italia exulem humeris suis reportauit. Sparfus capillis Hor. Carm. 3, 20, 14. Sustinere viuum boveum humeris Cic. de Sen. 33. Velare humeros ostro Stat. Theb. 8, 564. Sustinere Rempublic. humeris, *per translationem*: Cic. pro Flacc. 94 c. 37. Idem pro Milon. 25 Totam ut petitionem solus etiam inuitis illis gubernaret: ut comitia, suis ut dicitabat, humeris Sustineret. ¶ 2 *Observatt.* Humeri, *pro armis de bobus.* Cic. de Natur. Deor. 2, 159 Quid de bobus loquar? quorum ipsa terra vires humerorum et latitudines ad aratra extrahenda, etc. Humeri in gallinaceis: Columel. 8, 2 Iubae deinde variae, vel ex auro flavae per colla, ceruicesque in humeros diffusae. Quin Humeri de montium anfractibus, ut Dorsum: Plin. 2, 44 Montium flexus, crebrique vertices, et conflexa cubito, aut contracta in humeros iuga, concaui vallium sinus. Vtrum sunt Humeri, inter quos medius, f. interceptus eminet Vertex, a quo velut franguntur. Humeri etiam in vilibus et arboribus proportione humani corporis intelliguntur. Columel. de Arb. 3, 1 de seminibus, i. surculis vitium, Optima habentur a lumbis, secunda ab humeris, tertia summa in vite lecta. Est igitur locus velut melius quidam. Conf. ibid. 20, 1 Observabis autem ab humeris — ut eosdem decerpas. Illam cum humano corpore comparationem persequitur 3, 10, 11. Plin. 17, 14 Virgilius ex cacumine inferi vetat: certumque est ab humeris arborum — surculos petendos.

HVMERVLVS, i. m. Dimin. Vulgat. 1 Reg. 7, 30.

HVMERALE, is. n. [*ἄμωσ*] Paullus in l. Qui comiteatus D. de re milit. Nam si tibiale vel humerale miles alienauit, castigari verberibus debet.

HVMEROSVS, a, um. Adi. [*ἐμώμωσ*] Humerosus locus Colum. 3, 10, 5. *vid.* HVMERVS, n. 2.

HVMESCO, HVMIDVS, HVMIFER, HVMIFICVS, *vid.* HVMEO.

HVMILIS, e. Adi. [*ταπεινός*] proprie significat terrae propinquum; dicitur enim ab humo. Plin. 2, 9 de Luna, iam humilis et excelsa, et ne id quidem vno modo, sed alias admota caelo, alias contigua montibus; nunc in aquilonem elata, nunc in austros deiecta. Ita Virgil. Ecl. 4, 2 Humiles myricas dixit, qui et Aen. 3, 522 Italiam appellat humilem, quatenus e longinquo nauigantibus etiam, qua montana est, vix eminere aliquantum videtur. Ad situm pertinet etiam, cum Hor. Od. 3, 4, 16 Humile Ferentum dixit. Virgil. Ecl. 2, 29 Atque humiles habitare casas. Petron. c. 135 Humilis casa. Hor. Carm. 3, 1, 22 Somnus agrestium lenis virorum non humiles Domos Fastidit. Senec. Epist. 66 Humile corpusculum opponitur corpori magno. Et Mel. 3, 7 Humiles paruique proceris et corpore ingentibus. Add. Curt. 7, 4, 6 Neminem tam humilem esse, ut humeri eius non possint Macedonis militis verticem aequare. Cic. Tusc. 5, 37 Vites, et ea, quae sunt humiliora, neque se tollere a terra altius possunt. Colum. 4, 1 Humili statu vitis plerumque iuxta terram coeretur. Volatus humilis Valer. Flacc. 4, 515. ¶ 2 Cum Altum interdum idem sit, quod profundum; etiam hoc respectu Humile ei opponitur. Virgil. Aen. 7, 157 Ipse humili designat moenia fossa. Col. 4, 1, 6 Humilis positio vitis, cum fossae non sunt profundae, quam eandem suspensam vocat. Sic Plin. Epist. 8, 20, 5 Humilis radix est, quae non profunde mergitur. ¶ 3 Ad corporis inclinationem refertur Propert. 3, 15, 1 Nunc ô Bacche, tuis humiles aduoluimur aris. Ouid. Epist. 4, 149 Non ego dedignor supplex humilisque precari. Virgil. Aen. 12, 930 Ille humilis supplexque oculos dextramque precantem Protendens. Hinc etiam Preces et Verba, quae hoc gestu, et submisso vultu ac voce proferuntur, Humilia vocantur. Cic. de Inu. 1, 22 c. 16 pr. Obscratione humili ac supplice uti. Et in fine libri, Orantur illi, qui audiunt, humili et supplici oratione. Sen. Octau. 487 Voces humiles exprimit nostri metus. Observemus, etiam supplicem proprie esse gestum. Concurrat interdum etiam Animus humilis, de quo n. 6. Iam ¶ 4 Humile apud Rhetoras sublimi et magifico dicendi generi opponitur. Cic. de Orat. 196 c. 58 pr. Iambus frequentissimus est in iis, quae demisso, atque humili sermone dicuntur. *vid.* Voss. Inst. Or. 6, 1, 1. Ita Petron. c. 83 Humillimi Poëta spiritus, quem opponas diuini spiritus Poëtae, quo titulo Euripidem ornauit Vell. 1, 16. Cic. Partit. 23 Augent etiam relata verba, iterata, duplicata, et ea, quae ascendunt gradatim ab humilioribus verbis ad superiora. Idem Orat. 192 c. 57 Ita neque humilem et abiectam orationem, nec nimis altam et exaggeratam probat. ¶ 5 Ad fortunam et conditionem pertinet: Petron. c. 126 Humilem te fateris et feruum. Cic. pro Mil. c. 7 Humilem hominem opponit consulari; et de Diuin. 1, 88 claro et praestanti; et Attic. 9, 10 Homines humiles viris amplissimis; Curtius autem 7, 6, 11 Humiliores principibus. Add. 3, 13, 7. et 6, 11, 1. Potentibus autem Liu. 3, 36. Phaedr. 1, 28, 1. Vellei. 2, 126, 3. Sen. Hippol. 610 Phaedra ad Priuignum, Matris superbum est nomen et nimium potens, Nostros humilium nomen affectus decet. Id. Thyest. 211. Sic Quinctil. 4, 1 Nam et potentes sequitur inuidia, et humiles abiectosque contentus. Iterum Cic. pro Arch. c. 5 Humiles artes liberalibus et ingenuis opponit. Nep. praef. 5 Haec apud nos humilia ponuntur, h. e. principum personis indigna. Cic. pro Arch. 10 c. 5 Etenim cum mediocribus multis, et aut nulla, aut humili ali-

qua Arte praeditis, etc. Nep. Milt. 8, 4 Nemo tam humilis erat, cui non ad eum aditus pateret; et Attic. 19, 2 Fortuna humilior; et Agef. 8, 2 Humilis vestitus. Iustin. 21, 5, 3 de Dionysio exule, Humillima quaeque tutissima existimans in sordidissimum vitae genus descendit. Phaedr. 1, 27, 2 Qui humiles nati sunt. Eisdem Cic. de Amic. c. 19 Humilibus natos parentibus vocat. Idem Verr. 5, 181 Pompeius humili atque obscuro loco natus, nonne — amplissimos honores est adeptus? Idem de Amicit. 29 Ortus humilis et minime generosus. Ouid. Met. 14, 699 Humili de stirpe creatus. 10 Liu. 3, 19 Humillimus homo de vestra plebe. Idem 1, 19 Videntu puerum hunc, quem tam humili cultu educamus. Cic. de Amic. 31 Nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamque contentam. Cic. Philipp. 14, 34 Nec dispersis bustis humili sepultura crematos. Idem pro Quint. 95 Indignum est vinci ab inferiore atque humiliore. Idem de Inu. 1, 5 c. 4 Ac mihi quidem videntur homines cum multis rebus humiliiores et infirmiores sint, hac re maxime bestiis praestare, quod loqui possunt. Cic. Attic. 8, 4 Nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam 20 alieno, tam praecise negaui. Plin. 7, 36 Humilis in plebe, et ideo ignobilis puerpera. Liu. 3, 19 Sciticeet, si quis vobis humillimus homo de vestra plebe, etc. Tacit. Hist. 1, 81 Et vt cuique humillimus cliens. Et 2, 23 Humillimo cuique credulus. ¶ 6 Ad animum refertur, et excelsio magnoque opponitur, vt paruum, ex- 25 lem, ieiunum denotet. Cic. de Fin. 1, 49 c. 15 Succumbere doloribus, eosque humili animo imbecilloque ferre, miserum est. Et 5, 57 Omnium caeterorum oblitum nihil humile, nihil abiectum cogitant. Add. Att. 7, 3. Cic. Off. 3 c. 32 Quae timido animo, humili, demisso fractoque fiant. Lucret. 6, 51 Efficiunt animos humiles formidine Diuum. Vellei. 2, 83, 1 Humillimus assentator. Tacit. 30 Hist. 1, 53, 3 Humilem multis visum esse Vitellium refert. Id. Agr. 16, 5 Trebellius fuga ac latebris vitata exercitus ira, indecorus atque humilis precario mox praefuit. Mens angusta et humilis Cic. post red. in Sen. 9. Metus humilis Claudian. de Bell. Get. 53. Pauor 35 Virg. Georg. 1, 331. Cic. Act. in Verr. 1, 17 c. 6 Cum iste repente ex alacri atque laeto, sic erat humilis atque demissus, vt non modo Pop. Rom. sed etiam sibi ipse condemnatus videretur. ¶ 7 Neque tamen semper ignauium et abiectum notat; sed mediae cuiusdam 40 significationis est. Cic. pro Font. 23 c. 11 Sic existimatis eos — hic versari animo demisso atque humili, vt solent ii, qui affectu iniuriis ad opem iudicum supplices, inferioresque confugiunt. Huc pertinent etiam quaedam illorum, quae supra dedimus n. 3. Nempe gestum illum vocemque humilem animi sui Symbolum esse volunt supplices. Ter. Hec. 3, 3, 20 Vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus. At 45 Senec. de Ira 2, 6 Quid si dicatur, virtutem et humilem, et magnam esse debere? hoc referre non ausim. Vt enim ille locus est obscurus et anceps, a corruptione, puto, et interpolatione: ita possunt laudata verba continere deductionem ad absurdum. Magis hoc pertinet Propert. 1, 10, 27 At quo sis humilis magis, et subiectus Amori, Hoc magis effectu 50 saepe fruire bono. Et 3, 7, 29 in laude Maecenatis, post illa,

Quum tibi Romano dominas in honore secures,
Et liceat medio ponere iura foro, etc. addit
Parcis, et in tenues humilem te colligis umbras,
Velorum plenos subtrahis ipse sinus.

55 Itaque mirum non est, in laude poni a sequioris aetatis, Christianis praesertim scriptoribus. Spartian. Iulian. c. 9 Obiecta ei est superbia, cum ille etiam in imperio fuerit humillimus. Eo minus mirum est, humiles ab Interpr. Vulg. in laude dici Christum, Matth. 11, 29, et eius 60 discipulos. Multa de hoc nomine primus in medium protulit Heuman. Poeciles T. 1 P. 3 p. 427 sq.

HVMILITER. Adu. [ταπεινός] h. e. Demisse. Plin. Epist. 6, 24 Eadem enim facta claritate vel obscuritate facientium, aut tolluntur altissime, aut humillime deprimuntur. Liu. 24, 25 Haec natura 65 multitudine est, aut seruit humiliter, aut superbe dominatur. Humiliter, et demisse sentire: cui contrarium Elate et ample Cic. Tull. 5, 24 c. 8 extr. Humilius et altius opponuntur Pallad. 3, 13.

HVMILITAS, ātis. f. [ταπεινότης] Contrarium est Altitudini. Cic. de Diuin. 2, 91 c. 43 Docet ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur, terram paene contingens. Idem Tuscul. 5, 69 70 c. 24 Sidera inter se altitudine et humilitate distantia. Aliorum ea est humilitas, vt cibum terrestrem rostris facile contingant Cic. de N. Deor. 2 c. 47 extr. Arborum Sallust. Iugurth. c. 49. Nauium Caes. Bell. G. 5 c. 1. ¶ 2 Ignobilitas, paupertas, vt ait

75 Cic. Tuscul. 5, 29 c. 10. Idem Offic. 2, 45 Quorum autem prima aetas propter humilitatem et obscuritatem in hominum ignoratione versatur. Idem Philipp. 13, 23. Humilitas inopiaque Curt. 4, 1, 24. Lucillianae schedium humilitatis Petron. c. 4 de Stilo: alii improbitatis. Humilitas, Dignitati opponitur. Cic. pro Rosc. Am.

80 156 c. 47 Quis enim erat, qui non videret humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere? Sallust. Iugurth. c. 73 Imperatori nobilitas, quae antea decori fuerat, inuidiae esse; at illi alteri generis humilitas fauorem addiderat. Sic Humilitatem generis alicui obicere Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 15. Ultra humilitatis no- 85 strae terminos euagatur Min. Felix 5, 6. ¶ 3 Ad animum

85 8, 6 Humilitas Senatus reprehenditur, qui seruili adulatione ductus liberto Pallanti immodicos honores decreuisset. Conf. Cic. de Orat. 1 c. 53. Numerare inter monstra, quod ancilla haberet matronae superbi- 90 am, et matrona ancillae humilitatem Petron. c. 126. Humilitatem habet metus Cic. Tusc. 3, 27 c. 13 pr. ¶ 4 Media est quaedam Humilitas. Saepe virtus et magnificentia, in qua grauitas et auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commouendam, quam humilitas et obsecratio Cic. de Inu. 1 c. extr. Conf. Caes. B. C.

95 1, 85, 5. Sed apud Christianos quiddam laudabile sonat, Virtusque est iis propria, Humilitas animi Lactant. 5, 15. August. tom. 9 p. 221 Humilitas tota est, vt quis se cognoscat. Add. Sulp. Seuer. in Vita Martini 2, 7. Vulg. Coloss. 3, 13 etc.

HVMILIO, āre. Vox apud Scriptores Ecclesiasticos. Tertullian. 100 Cyprian. Saluian. it. Ammian. 30, 10. Vid. Cellar. Cur. Post.

HVMILIATVS, a, um. Partic. Vulg. 1 Reg. 21, 29.

HVMILIFICO, āre. Tertull. de Poenit. c. 9.

HVMILIATIO, ōnis. f. Tertullian. adu. Hermog. c. 7. et de Pat. c. 13.

105 HVMO, vid. HVMVS.

HVMOR, ōris. m. [*χυμὸς, voris, ἰμῶς*] *Liquor, fluidum omne, in primis aqua.* Cic. de Diuin. 2, 58 Et humor allapsus extrinsecus, vt in tectoriis videmus Austro, sudorem videtur imitari. Idem de Natur. Deor. 2, 43 Et terrenis marinisque humoribus longo intervallo extenuatis alantur. *de astris.* Aquae humor Lucret. 1, 308. Stomachi humor Scribon. 105. Collectus vesicae l. 14 ff. de Aedil. Ed. Humores, pro Excrementis Scrib. 229. *Aliorum loca contulit Rhod. in Lex. Scrib. Vid. mox Praefandus, Saccatus, Spurcissimus.* Aduenticus, vid. **ADVENIO**. Aquatilis, vid. **AQVA**. Corruptus Quinctil. 2, 10. Candens lacteus humor, i. candens humor lactis Lucret. 1, 259. Crassus Perf. 3, 12. Deciduus, vid. **DECIDO**. Dulcis Lucret. 2, 473. Exiguus Virgil. Georg. 1, 70. Gelidus canis in montibus Idem Georg. 1, 43. Massicus Bacchi Virg. Georg. 2, 143. Praefandus Plin. 7, 51. i. *urina.* Ruber, i. sanguis Lucret. 4, 1045. Saccatus corporis Idem 4, 1022. i. *urina.* Spurcissimus Apul. Met. 1. Splendidus Lucret. 6, 1185. Tener Virgil. Georg. 2, 331. Bibit humorem tellus Idem Georg. 2, 218. Defecerat humor linguae Ouid. Met. 9, 566. Euocare corruptum humorem Cels. 2, 17. Excedit humor Idem 8, 10. Exsiccat humorem omnem stomachi Scribon. 105. Hausto auide humore Curt. 7, 205, 8. Virgil. Georg. 1, 43 Vere nouo gelidus canis quum montibus humor Liquitur. Madescimus humore Quinct. 6, 2. Humore radices Subeunte Curt. 5, 4, 8. *De lacrimis* Peto Albin. 3, 13 Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor. Cic. Tusc. 3 c. 12 *ex Poëta, Lacrimae peredere humore exsanguis genas. De Nebulis et Nubibus* Seuer. Aetna 310 Hinc cernere ventos Haud humore etiam nebulas effundere largo, etc. Et 314 Eminus adspirat fortis et verberat humor. Humor etiam illud liquidum, quod coquendo absimitur. Virgil. Georg. 1, 295 Aut dulcis multi Vulcano decoquit humorem. Humoris aliquantum habeo in corpore, et nondum exarui ex amoenis rebus et voluptariis Plaut. Mil. 3, 1, 45.

HVMORŌSVS, a, um. Adi. *Humidus.* Apul. de Herb. c. 51. Add. Th. Prisc. de Diaeta c. 12. C. Aurel. Acut. 2, 10, 66.

HVMVS, i. f. [*γῆ, χῆς, γῆ, χθών*] *Terra dicitur.* Cic. de Senect. 59 Humum subactam atque puram. Idem de Legib. 2, 57 Quos humus iniecta contegeret. Arenosa Ouid. de Rem. Amor. 596. Arenosa Idem Amor. 3, 6, 96. Diues Ouid. Met. 1, 137. *Fecundam intelligit.* Graminea Idem Epist. 4, 44. Immunda Ouid. de Art. Am. 1, 154. Limosa Idem de Rem. Amor. 142. Macerrima, vid. **MACER**. Mollis viridi caespite Ouid. de Arte Am. 3, 688. Paludosa Idem Met. 15, 268. Pinguis Virgil. Georg. 2, 184. Tonfa Ouid. de Rem. Amor. 192. Vda Hor. Carm. 3, 2, 24. Accersita, vid. **ACCERSO**. Attollere aliquem ab humo Virgil. Aen. 5, 452. Exercere humum Idem Georg. 1, 220. Mandare aliquem humo, vid. **MANDO**. Ponere corpus in humo Ouid. Her. 4, 44. Quiescere humo Idem Fast. 1, 424. Propert. 4, 11, 10 Dum pretium vitae (pure apud superos transactae) grata Rependit humus, i. inferi, manes. Sic Brouckhustius, firmatque sententiam suam loco Cic. Tusc. 1 c. 6 quem primum damus in **HVMO**. Sedit humo nuda Ouid. Met. 4, 261. Spargere humum foliis Virgil. Ecl. 5, 40. Stratus humo gelida Stat. Theb. 10, 312. Tollere se humo Virgil. Georg. 3, 9.

¶ 2 **Humu**, *Ablatiuus antiquus, pro Humo.* Varro Pranso parato Contra coactus ceruus latratu canum Fertur bifulcis vngulis nitens humu. Varro *Ἐπιθετικῶς*, In pauimento non audes facere lacunam, at in humu calceas facis elixos. Haec Non. 8, 36.

¶ 3 **Humi**, [*χῆμαί*] *Genitiuus vice Aduerbii positus: aliquando construitur cum verbo quietis, aut motus non exterioris, et significat In humo, vel Super humum, vel Intra humum.* Plin. 9, 13 Humi quoque vice pedum serpunt. Columel. 8, 14 Ineunt autem non, vt priores aues, de quibus diximus, insistentes humi. Idem . . . Vt latius sese frutex humi diffundat, i. *intra humum.* Fufus humi Virg. Aen. 6, 423. Iacere humi, vid. **IACEO**. *Construitur etiam cum verbo motus ad locum.* Virgil. Aen. 1, 193 Nec prius absistit, quam septem ingentia victor Corpora fundat humi. Iuuen. Sat. 8, 78 Stratus humi palmes viduas desiderat vltimos. Proffernit humi iuuenem Ouid. Met. 5, 197. Serpit humi Horat. de Arte Poët. 28. Spargere aliquid humi Ouid. Met. 3, 105. Sallust. Iugurth. 48, 3 Vestitus collis — generibus arborum, quae humi arido atque arenoso gignuntur. Sic bonis auctoribus Cortius, praesertim Prisciano 18 p. 1214. Nempe aridum humi, arenosum humi ea ratione dicitur, vt ardua montium, plana camporum, lubricum viae.

HVMO, āre. [*θάπτω*] *Humo contegere, sepelire.* Cic. Tusc. 1, 108 c. 16 In terram enim cadentibus corporibus, hisque humo tectis, ex quo dictum est humari, sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum. Plin. 7, 54 Sepultus intelligitur quoquomodo conditus: Humatus vero, Humo contectus. Cic. de Legg. 2 c. 22. Corpora suorum non humare, nisi a feris sint antea laniata, Magorum mos est Cic. Tusc. 1, 108. Conf. Idem de Diu. 1 c. 27. Non ille Antiochi vidisset corpus humati Propert. 2, 10, 49. Quisque suum pro re consortem inuestus humabat Lucret. 6, 1279. Corpus humandum Virg. Aen. 6, 161. Hic populus semper consuevit humari Lucret. 6, 1279. Humare taleas, i. *terra obruere* Colum. 5, 9, 4.

HVMATVS, a, um. Partic. Martial. 6, 28 Hoc sub marmore Glaucias humatus.

HVMATIO, ōnis. f. [*ταφῆ*] *Sepulturae genus antiquissimum.* Cic. Tusc. 1, 102 c. 43 Cuius hoc dicto admoneor, vt aliquid etiam de humatione et sepultura dicendum, existimem.

HVMATOR, ōris. m. [*θάπτῆς*] Lucan. 7, 799 Non illum Poenus humator Consulis, etc.

H V N

HVNNI, orum. m. [*Ὀύνοι*] *Genus Scythica, et ferocissima prope Gothos.* Vid. Amm. Marcell. 31 pr et Zonar. 16, 12.

H Y A

HYACINTHVS, i. m. [*Ἰακινθός*] *Puer dilectus Apollini: quem quum Apollo imprudens disco necasset, vertit in florem illius nominis: in quo duae literae inscriptae cernuntur ai: quae vox lugubris, hoc est dolentis interiectio est.* Vid. Ouid. Met. 10, 185. Ponemus modo a v. 210 Tyrioque nitentior ostro Flos oritur, formamque capit, quam lilia; si non Purpureus color huic, argenteus esset in illis, etc. *De flore Hyacintho:* Plin. 21, 11 Post hanc gladiolus comitatus hyacinthis. Nouissima rosa, eademque prima deficit, excepta satiua: e caeteris hyacinthus maxime durat, et viola alba et oenanthe, — Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum praesertim eius, quem Appollo dilexerat, aut ex Aiactis cruore editi, ita discurrentibus venis, vt

Graccarum literarum AI figura legatur inscripta. Virgil. Ecl. 3, 63 — et suaue rubens hyacinthus. Caelestis numinis hyacinthus Columel. 9, 4, 4. Numinis hic locum non habere, planum est. Nominis suspicabatur Salmasius, cum Iris etiam vocetur. Sed nihil planius, quam luminis, i. coloris, quod etiam Morgagno placet. Casterum Pallad. 1, 37, 2 de Hyacintho, Qui iris vel gladiolus dicitur, similitudine foliorum. Caeruleos et niueos memorat Columella 10, 100. Ferruginei Virgil. Georg. 4, 183. Colum. 10, 305. Languens Virg. Aen. 11, 69. Mollis Idem Ecl. 6, 53. 9 2 Lapis pretiosus. Plin. 37, 9
10 Hyacinthos Aethiopia mittit, et chrysolithos aureo colore translucetes, etc. vid. VACINIVM.

HYACINTHINVS, a, um. Adj. [ὕακινθινος] Quod est coloris hyacinthi. Perf. 1, 32 Hic aliquis cui circum humeros hyacinthina laena, coenatoria vestis pretiosi coloris. Flos Catul. 59 (62) 93.

15 HYACINTHIA, orum. n. Pl. [ὑακινθία] Festa. Ouid. Met. 10, 219 Celebrandaque more priorum Annua praelata redeunt Hyacinthia pompa.

HYACINTHIZONTES, um. m. Pl. Smaragdi, hyacinthi colorem imitantes. Plin. 37, 5. Solin. c. 55.

20 HYADES, vid. HYAS.

HYAENA, ae. f. [ὑαίνα] Animal in Africa natum. Plin. 8,

30 Hyaeis utramque esse naturam, et alternis annis mares, alternis feminas fieri. Parere sine mare vulgus credit, Aristoteles negat. Collum et iuba continuitate spinae porrigitur, flectique nisi circum-

25 actu totius corporis nequit. Multa praeterea mira traduntur: sed maxime, sermonem humanum inter pastorum stabula assimilare, nomenque alicuius addiscere, quem euocatum foras laceret: item vomitionem hominis imitari, ad sollicitandos canes, quos inuadat. Ab vno animali sepulcra erui, inquisitione corporum. Feminam raro capi.

30 Oculis esse mille varietates colorumque mutationes. Praeterea vmbrae eius contactu canes obmutescere. Et quibusdam magicis artibus omne animal, quod ter lustrauerit, in vestigio haerere. Add. Solin. c. 30 quem locum, cum varietate non nulla repetit. Vet. Sch. ad Lucan.

6, 672. it. Aelian. 2, 35. Ouid. Met. 15, 409 Alternare vices, et

35 quae modo femina tergo Passa marem est, nunc esse marem miramur Hyaeenam. Hyaeae corium Scribon. 172. — fel 38. — pel- lis 172. Lucan. 6, 672 Dirae nodus hyaenae inter medicamenta magica: intelligit autem spinam illam dorfi rigidam.

HYAENIA, ae. f. et HYAENIVM, i. n. Gemma in oculis

40 hyaenae nascens. Vid. Plin. 37, 10. et Solin. c. 30.

HYALE, es. f. Nympha, una ex comitibus Dianae. Ouid. Met. 3, 172.

HYALOIDES, is. n. Vitreus humor oculi. Celf. 7, 7, 13.

HYALVS, i. m. [ὑάλος, ἕλος] Vitrum: sumitur pro Viridi colore. Virg. Georg. 4, 334 Milesia vellera nymphae Carpebant hyali

45 saturo fucata calore, i. Vitri, quod fit naturaliter coloris viridis.

Auson. Mos. 418 Caeruleos nunc Rhene sinus, hyaloque virentem Pande peplum.

HYALINVS, a, um. Adj. Vitreus, pellucidus, viridis: ut vel materiam notet, vel qualitatem. Fulgent. Mythol. 1 pr. p. 26 Sphaera

50 hyalina. Mart. Capell. 8 p. 273 fin. Astronomiae sunt Alae cum pennis hyalinis, i. pellucidis. Et 1 p. 17 extr. Iupiter vesti admodum candidae obducit amictus hyalinos. Et 6 p. 189 pr. Decentem quandam atque hyalini pulveris resperione coloratam, velut mensu-

55 lam, tribuit Geometriae, quem deinde p. 190 pr. abacum vocat. Videtur autem Hyalinus pulvis fuisse etiam materia vitreus, ob grauitatem, ne ab omni aura periculum sit figuris in eo designatis.

HYAMPÖLIS, is. f. Vrbs Phocidis prope Boeotiam Plin. 4, 7. Stat. Theb. 7, 345 Et valles, Lebadea, tuas et Hyampolin, etc.

HYAS, ädis. f. [Ἵάς] Hyades, septem filiae Atlantidis, et Pleiones

60 f. Aethrae Oceanitidis, h. e. filiae Oceani: quae fratrem suum (qui Hyas dictus est) a leone vel apro necatum ita fleuerunt, ut a lactu consumtae sint, et ob pietatem in caelum translatae. Sunt septem stellae in capite Tauri, quae et Haedi, et Suculae dicuntur, et Atlantides. Haec et multa Hygin. f. 192. Plin. 2, 29 Qualiter in Succulis sentimus

65 accidere, quas Graeci ob id pluuio nomine Hyadas appellant. Nempe vnu pluere est. Idem 18, 26 f. 66 Nimborum argumento Hyadas appellantibus Graecis has stellas. Quod nostri a similitudine cognominis Graeci propter sues impositum arbitantes, imperitia appella-

70 vere succulas. Copiose ea de re disputatur apud Gell. 13, 9. Cic. de Natur. Deor. 2, 110 de Tauro, Eius caput stellis conspersum est frequen-

tibus, Has Graeci stellas Hyadas vocitare fuerunt. Ouid. Fast. 5, 163 sqq. At simul inducent obscura crepuscula noctem: Pars Hyadum toto de grege nulla latet. Pluuiae Hyades Virg. Aen. 3, 516.

Inferena Hyas Stat. Silu. 1, 6, 21. Nimbofa Claud. de B. Gild. v.

75 499. Tristes Hor. Carm. 1, 3, 14.

HYAS, antis. m. [Ἵας] dictus est, qui Boeotiam gubernabat: a

quo Hyantes, Boeotii dicti sunt, ut ait Strabo. 7 et 10. conf. Plin. 4, 7.

HYANTIVS, f. HYANTEVS, a, um. Adj. [Ἵάντιος] Boco-

80 tius: ut, de Actaeone Ouid. Met. 3, 146 Participes operum compellat Hyantius ore. Sed Idem Met. 5, 312 Fonte Medusaeo, et Hyantea Aganippe. Stat. Theb. 1, 184 de Cadmo, Exul Hyanteos inuenit

regna per agros.

HYANTIDES, um. f. Pl. Musae, quae in Boeotiae monte

85 Helicone habitasse finguntur.

H Y B

HYBERNIA, melius HIBERNIA, ae. f. [Ἰεργία] Insula inter Septentrionem et Occidentem solem, dimidio minor quam Britannia,

90 cui propinqua est. Vid. Caes. Bell. Gall. 5, 13 Ab Hiberno tempore, ut quidam putant, sic appellata, propter hiemis magnitudinem. Dicitur et Ierne a Claud. de Conf. Hon. 4, 33 Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne. vid. HIBERNIA.

HYBERNICVS, melius HIBERNICVS, a, um. Adj. [Ἰεργικός] Mare Hibernicum: vid. Plin. 4, 16.

HYBERNVS, rectius HIBERNVS, a, um. Adj. [Ἰεργερινός] ab Hieme deductum, quod ipsum nomen damus in HYEMS. Hibernac tunicae Plaut. Mil. 3, 1, 93. Plin. 8, 47 Multi hibernos Agnos praef-

100 erunt vernis. Alpes Tac. H. 1, 70. Annus Hör. Epod. 2, 29. Cubiculum Cic. Q. Fr. 3, 1. i. aptum ad usum hiemis. Tac. Agr. 22 Quia solitum plerumque damna aestatis, hibernis Euentibus pensare. Flatus hiberni Virgil. Georg. 2, 339. Grandio Ouid. Met. 5, 158. vid. mox Sol.

12, 19 Praeterea hibernum Mare exigunt circa brumam, Euris tum

105 maxime flantibus. Horat. Epod. 15, 7 Nautis infestus Orion Turbaret

baret hibernum Mare. *Menses Cic. Verr. 5, 26 c. 10. Navigatio Cic. Attic. 15, 25. Nix Horat. Carm. 4, 12, 3. Noctes Virgil. Aen. 6, 355. Sol aut ignis hibernus, et refrigeratio aestate Cic. de Sen. 46. Soles Virgil. Georg. 2, 482. Tempus Cic. Verr. 5, 26. Tempus anni hibernum Hirt. de B. Alex. c. 43.* ¶ 2 *Hiberna, intellig. castra, vel certe loca, in quibus milites hieme stationem faciunt. Tacit. Ann. 15, 10 Et nunc relicti hibernis. Cic. in Pis. 86 Tradere hiberna. Mittere in hiberna cohortes Idem de Prou. Conf. 5. Dimittere in hiberna exercitum Pollio ad Cic. Fam. 15, 4. In hibernis legiones collocare Idem Fam. 10, 33. Sumere hiberna Nep. 18, 8, 4. Iisdem hibernis tendere Tacit. Hist. 1, 55. Hiberna etiam sunt, ubi pecora hibernant. Marcell. in l. qui saltum D. de legat. 3 Qui saltum aestiuum legauit, et hoc amplius etiam eas res, quae ibi esse solent: non videtur de illis pecoribus sensitisse, quae hieme in hibernis, aut aestate in aestiuis esse solent: sed de illis, quae perpetuo ibi sunt. Denique Hiberna, Villae pars ad hibernum tempus aedificata. Cic. Attic. 13, 29 In villa video nihil, aut pauca mutata, balnearia tamen laudat: maiora de minoribus ait hiberna effici posse. De his vid. Lexic. Pitisc. Varro de R. R. 1, 1 extr. Plin. Ep. 9 vlt.*

HYBERNACVLVM, melius HIBERNACVLVM, i. n. [*χυμαδιον*] *Idem, quod Hiberna, orum. Liu. 22, 32 COSS. M. Atrilius Regul. Cn. Seruilius Gemi, exercitu accepto, hibernaculis mature communitis, etc. Idem 30, 3 extr. Hibernacula Carthaginiensium, congesta temere ex agris materia, exaedificata, lignea ferme tota erant. Conf. Claudian. Conf. Honor. 4, 322.* ¶ 2 *Pars aedificii ad habitandum hierno tempore idonea. Plin. Epist. 2, 17 Huius cubiculi, et triclinii illius obiectu includitur angulus, qui purissimum solem continet, et accendit: hoc hibernaculum, hoc etiam gymnasium meorum est.*

Vitruu. 1, 2 *Item naturae decor erit, si cubiculis et bibliothecis, ab oriente lumina capientur: balneis et hibernaculis, ab occidente hierno. Meminit et 6, 3. Rursus 7, 4 extr.*

HYBERNO, f. HIBERNO potius, ãre. [*ἕρχεμαι*] *Stationem hieme facere. Cic. pro L. Manil. 39 c. 13 Iam vero quemadmodum milites hibernant, quotidie sermones ac literae perferuntur. Hibernant etiam pisces: Plin. 9, 15 Bruma non vagantur: ubicunque deprehensi vsque ad aequinoctium, ibi hibernant. de thymis. Persius 6, 7 Hibernare mare dixit (quemadmodum Horat. Hiemare) i. Saeuire.*

HYBLE, es; vel HYBLA, ae. f. [*Ἴβλα*] *Mons et regio Siciliae, in qua thymi et salicum copia. Ouid. in Ibin 199 Nam neque quot flores Sicula nascantur in Hybla, dicam. Thymus Hyblae Virgil. Ecl. 7, 37. Martial. 2, 40 Florida per varios vt pingitur Hybla colores. Tres eius nominis Vrbes Siculae fuerunt. Vid. Drakenb. ad Sil. 14, 200.*

HYBLAEVS, a, um. Adi. [*Ἴβλαῖος*] *Vt, Apes Hyblaeae, et Mel Hyblaeum. Virgil. Ecl. 1, 55 Hyblaeis apibus florem depasta salicis. Martial. 11, 43 Quum dederis Siculis mediae de collibus Hyblae, Cecropios dicas tu licet esse fauos. Claud. Fescen. Nupt. Honor. 105.*

HYBRIS, idis; vel HYBRIDA, ae. f. *Sed al. IBRIS, vel IBRIDA: videtur generale nomen omnium Ambigenarum, i. ex diuersi generis parentibus ortorum. Sic Hybridae sunt Canes imparibus parentibus nati, inquit Porphyrio in Schol. ad Hor. Sat. 1, 7, 2 hoc est ex venatico et gregario. De hoc genere vid. Barth. et Vlit. ad Grat. 253 Semiferam Thoum de sanguine prolem. Hybridae, Sues ex fero et domestico sue progeniti. Sic in carmine de Ambigenis, Apris atque sue fetosus nascitur Ibris. Sic enim ibi scribitur. Plin. 8, 5 In nullo genere aequae facilis mixtura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant, ceu semiferos, ad homines quoque, vt in C. Antonium Ciceronis in Consulatu Collegam, appellatione translata. Sueton. in Augusto c. 19 Asinii Epicadi ex gente Parthyna hybridae. Notabile est, quod obseruat Burmann. Epicadam praefectum peditibus Parthynorum Liu. 44, 30. Tales Hybridae sunt Hirt. de Bell. Afr. 19 Quos — equites Germanos Gallosque, ibique postea ex hybridis libertinis seruisque conscripserat. Talis erat, de quo Horat. Serm. 1, 7 pr. Hybrida quo pacto sit Persius, vltus opinor: Patre Asiatico Graeco Clazomenius, matre Romana, vt monet Acron, qui etiam monet, Hybridam vocari aquilam eam, quae ex aquila et vulture nascitur: item, qui mixto genere sermonis loquatur, Graece Latineque. Tales sunt omnes, quos enarrat Martial. 6, 39. nempe ex una matre, sed diuersis gentibus et generibus seruatorum nati, quem Hybridarum gregem appellat. Cum respectu ad humilitatem et contemptum talium hominum, Mart. 8, 22 Inuitas ad aprum, ponis mihi Gallice, porcum: Hybrida sum, si das, Gallice, verba mihi. De significatione ergo et usu verbi satis constat. De Orthographia et origine non item. Hybrida habent libri, credo, plerique omnes. Seruauit certe apud Horatium Bentleyus, et in aliis editores doctissimi. Sunt etiam, qui ortum dicant ex Gr. ὕβρις, quasi per contumeliam naturae illatam nascantur. Sed hoc nihil est. Scalig. ad Varron. R. R. 1, 18, 6 Ea vox (Vimber) apud veteres significabat spurium. Vnde apud Plinium (8, 49 f. 75) insititium quoddam genus ouium Vmbri dicuntur, (vid. MVSIMON) vt apud Graecos ὀμβρίκαλοι. Sed Ibrumne, an Imbrum, an Vmbrum dicas, nihil refert. In Vet. Gloss. Imbrum, ἡμίονον, πρόβατον. item, Iber, ἡμίονος. Ab eo certe Ibridas spurios vocarunt. Fauet Scaligero illud Ibris ex vet. carmine de Ambigenis modo prolatum. Et Isid. Or. 12, 1 extr. Hibride ex apris et porcis, vt habet editio prima, al. Hybridae. Cum praesertim ab ὕβρις commode deriuari non possit. Caeterum non male viri docti Hybridas voces vocarunt e duabus linguis constatas, quarum exempla qui desiderat, adire potest Voss. Rhet. 3, 2, 1. Popmam ad Cic. Att. 2, 1 p. 171 sq. Graeu. et de usu antiquae locut. 1, 15.*

H Y D

HYDASPES, is. m. [*Ἰδάσπης*] *Fluuius Indiae, dictus ab Hydaspes, antiquissimo Medorum regis. Lucan. 8, 227 Nissaeus Hydaspes. Eous Stat. Theb. 9, 441. Fabulosus Hor. Carm. 1, 22, 7. Fuscus Idem Serm. 2, 8, 14. Odoratus Claudian. de Rapt. Proserp. 2, 82. Est et Hydaspes Persiae fluuius, si fides habenda Curtio 4, 5, 4 qui Euphratem, Tigrim, Araxem et Hydaspem Munimenta regni Persarum vocat: idem forte, qui Virgilio Georg. 4, 211 — Medus Hydaspes. Cum Medica et Persica saepe misceantur. Sed nihil eius Geographi. Confunduntur alias etiam Choaspes Persiae, et Indiae Hydaspes. Vid. Freinsb. ad Curt. 5, 2, 9.*

HYDASPÉVS, a, um. Adi. Claudian. de Conf. Honor. 3, 4 105

Dives Hydaspis aufecat purpura gemmis. Sidon. Paneg. Anthem. 446
Non Pori modo regna precor, nec ut hisce lacertis Frangat Hyda-
speas aries impactus Erythras. Vid. *Sirmond. in loc.*

HYDÁTIS, idis. f. Apud Medicos vesicula, seu pustula aquam
5 continens. ¶ 2 Gemma apud Mart. Capell. 1 p. 20 Posterior
pars coronae hydatide, adamante et crystallo lapidibus alligabatur.

HYDRA, vid. HYDRVS.

HYDRAGOGIA, ae. f. *Aquarum deductio.* Varro apud No-
nium 3, 114.

10 HYDRAGŌGVVS, a, um. Adi. *Aquam euacuans.* Cael. Aurel.
Tard. 3, 8, 119 Aquiduca medicamenta Graeci hydragoga vocauerunt.
Apul. de Herb. 27 Chamaedaphne a Graecis hydragogos dicitur.

HYDRAGŌNOS, i. m. *Ex aqua genitus.* Ita dicitur nymphaea
Apul. Herb. c. 67.

15 HYDRARGYRVM, i. n. [ὕδραργυρον] *Argentum viuum fa-
cticum.* Plin. 33, 8 f. 41 Ex secundoario minio inuenit vita et hydrar-
gyrum inuicem argenti viui. Fit autem duobus modis. Illos deinde
modos explicat. Vid. ARGENTVM viuum. Plin. 33, 3 Aes inaurari
argento viuo, aut certe hydrargyro legitimum erat.

20 HYDRAVLAE, arum. f. *adferuntur ex Vitruu. 10, 10, ubi post
rotas aquam haurientes addit, Eadem ratione etiam versantur hydrav-
lae. Tota descriptio autem indicat agi de mola aquaria. Itaque probant
viri docti emendationem Turnebi et Salmastii Hydromylae. Totum locum
damus voce MOLA.*

25 HYDRAVLLOS, i. m. [ὕδραυλλος] *Machina, in qua aquae pon-
dere impulsus in tibias aer sonos edit.* Plin. 9, 8 Delphinus non ho-
mini tantum amicum animal, verum et musicae arti, mulcetur sym-
phoniae cantu, et praecipue hydraulii sono. Eiusmodi hydraulium, vel
organum adeo hydraulicum describit Claud. de Mallii Conf. 315

30 Et qui magna leui detrudens murmura tactu
Innumeras voces segetis moderatus aënae
Intonat erranti digito, penitusque trabat
Veste laborantes in carmina concitet vndas.

Seuerus in Aetna 292 *cauernas Aetnae comparat cum hydrauliq̄ ebea-*

35 *trorum, h. m.*

Nam veluti resonante diu Tritone canoro,
Pellit opes collectus aquae, victusque mouetur
Spiritus, et longas emugit buccina voces;
Carmineque irriguo magni cortina theatri
40 Imparibus numerosa modis canit arte regentis
Quae tenuem impellens animam subremigat vndam:
Haud aliter, etc.

Tertullian. de Anima c. 14 Specta portentosissimam Archimedis muni-
ficientiam, organum hydraulicum dico, tot membra, tot partes, tot
45 compagine, tot itinera vocum, tot compendia sonorum, tot com-
mercium modorum, tot acies tibiaram, et vna moles erant omnia. Sic
et spiritus, qui illic de tormento aquae anhelat, non ideo separabitur
in partes, quia per partes administratur, substantia quidem solidus,
opera vero diuisus. Haec et plura olim dedimus Chrestom. Plin. p. 404 sq.

50 HYDRAVLES, vel HYDRAVLA, ae. m. *Qui hydraulio canit.*
Vet. Gloss. Organarius. Coniungit cum Choraula Suet. Ner. c. 54.

HYDRAVLICVS, a, um. Adiect. [ὕδραυλικός] Plin. 7, 37
Laudatus est Ctesibius pneumatica ratione, et hydraulicis organis
reperitis. Hydraulicae machinae Vitruu. 9 c. vlt. Idem 10, 13
55 longam habet organi hydraulici descriptionem. Mentio organorum hy-
draulicorum noui et ignoti generis est Suet. Ner. c. 41. Vid. *Turne-
neb. Aduers. 1, 22.*

HYDREVS, a, um. Adi. *Aquatilis.* Mart. Capell. 7 p. 237 Hy-
dreo germine pullulare.

60 HYDREVM, i. n. *Aquatio, puteus.* Solin. 67. Vid. *Salm. in loc.*

HYDREVMA, atis. n. *Idem.* Plin. 6, 23.

HYDRIA, ae. f. [ὕδρια] *Vrta ad capiendam aquam.* Cic. Verr.
2, 47 c. 19 Hydriae argenteae. Idem Verr. 4, 97 In hoc fano lori-
cas, galeasque aeneas, caelatas opere Corinthio, hydriasque grandes,
65 simili in genere, atque eadem arte perfectas. Idem Verr. 2, 127 Tot
in hydriam sortes conicerentur.

HYDRIVS, i. m. *Aquarius.* Puer hydrius, i. Sidus Aquarii,
sive Ganymedes Prudent. Apoth. 622.

70 12, 84 Tumidas in hydrocelas.
HYDROCELICVS, a, um. Adi. [ὕδροκελικός] *Qui hydrocele
laborat.* Plin. 30, 8 Hydrocelicis stelliones mire prodesse tradunt.

HYDROCEPHALOS, i. m. *Tumor capitis ex collecto nimio
humore.* Cels. 4, 1, 2 Vbi humor cutem inflat, eaque intumescit, et
75 prementi digito cedit, ὑδροκεφαλον Graeci appellant.

HYDROCHOVS, i. m. *Aquarius.* Catul. 65 extr. Proximus
Hydrochoi fulgeret Oarion.

HYDROGARVM, i. n. *Liquaminis genus inter veterum cupedias
apud Lamprid. in Hellog. c. 29. Garum eliquatum aqua affusa.* Vid.
80 *Salmast. in loc.*

HYDROGARĀTVS, a, um. Adi. *Cum hydrogaro factus.* Apic. 2, 2.

HYDROGERON, ontis. m. *Alias Senecio, herba Apul. Herb. 75.*

HYDROLAPĀTHVM, i. n. [ὕδρολάπαθον] *Genus lapathi, quod
in aqua nascitur.* Plin. 20, 21.

85 HYDROMANTIA, ae. f. *Diuinationis genus per aquam.* Plin.
37, 11. Isidor. 8, 9. Conf. *Salmast. in Solin. p. 768.*

HYDROMELI, n. indecl. [ὕδρομέλι] *Aqua mulsca, quae etiam
Graecis Melicaton dicitur.* Plin. 31, 6 Hydromeli quoque ex imbre
puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus
90 vinum aegris.

HYDROMĒLVM, i. n. *Potio ex aqua et malis.* Isidor. 20, 3.

HYDROMYLA, ae. f. *Mola aquaria, pro vitioso Hydraula, le-
gunt apud Vitruuium 10, 10. Turneb. Aduers. 3, 7. et Salmast. ad
Solin. p. 416.*

95 HYDROPHOBIA, ae. f. *Morbus miserrimus, metus aquae, de
quo Cels. 5, 27, 2 de morsu rabiosi canis, Solet ex eo vulnere, ubi pa-
rum occursum est, aquae timor nasci, ὑδροφοβία Graeci appellant:
miserrimum genus morbi, in quo simul aeger, et siti, et aquae metu
cruciat, quo oppressis in angusto spes est. Sed vnicum tamen re-
medium est, nec opinantem in piscinam non ante ei prouisam pro-
100 icere, etc. Plutarch. Sympos. problem. 8, 9. et Hier. Mercurial.
Varr. Lect. 1, 2.*

HYDROPHOBICVS, a, um. Adi. *Hydrophobica passio* Cael.
Aurel. Acut. 3, 8.

105 HYDROPHŌBVS, i. m. [ὕδροφόβος] *Qui aquam expauescit.*
Plin.

Plin. 29, 5 Est limus salivae sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur.

HYDROPHYLAX, acir. m. *Aquarum custos*. l. 10 Cod. De Aquaeductu.

HYDROPS, opis. m. [ὕδρωψ] *Morbus, qui Latine Aqua intercus dicitur: quoniam sub cute aqua fit, qua venter turgescit*. Horat. Carm. 2, 2, 13 Crescit indulgens sibi dirus hydrops, etc. Plin. 24, 11. Celsus multa de Hydrope 3, 21. Conf. Colum. 7, 7.

HYDROPICVS, a, um. Adi. [ὕδρονικος] *Qui hydrope laborat*. Plin. 20, 6. Horat. Epist. 1, 2, 34 Si noles sanus, cures hydropticus. 100 Add. Plin. 21, 20. Hydroplici Scrib. 79. 105. 126. Hydroplici distenti propter aquae multitudinem 133.

HYDROPSIS, is. f. [ὕδρωσις] *Idem, quod hydrops*. Plin. 20, 1 Sic et contra phthiriasim bibitur, et hydropifes.

HYDROPSISMVS, i. m. *quomodo fiat, vid.* Cael. Aurel. Acut. 15 1, 14, 108 *Hydropsimum fieri sensit Aesclepiades perforatione carnis in parvam formulam viarum, quae possit solita corporis nutrimenta inaquare, i. in aquam vertere. Est ergo ipsa Hydropsis generatio.*

HYDROSELINVM, i. n. *Infructuosa rosmarini species, siue Apium silvestre* Apul. de Herb. 79.

HYDRVS, i. m. et HYDRA, ae. f. [ὕδρος] *Genus anguium in aqua degentium*. Plin. 29, 4 f. 22 *In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est, quod in aqua viuit, hydri vocantur, nullis serpentium inferiores veneno*. Immanis hydrus Virgil. Georg. 4, 458. Idem ibid. 3, 545. Stridentes Stat. Theb. 11, 494. Torui Claud. 25

in prim. Conf. Stil. 2, 137. Conf. Lucan. 9, 673. ¶ 2 *Hydrum finxerunt Poetae esse multorum (intra septem et centum variatur) capitum serpentem in Lerna palude: quorum aliquot excisis, totidem continuo renascebantur, quae quidem tandem ab Hercule, et sagittis, et igne interfecta est, cuius veneno sagittas suas tinxit. Latini Excetram dicunt, v. v. Vno reciso capite tria excreuisse, est apud Seru. ad Aen. 6, 287. Conf. Hygin. fab. 30 et 34. Plato Hydram acutissimam sopsistriam scribit fuisse: cuius mos erat cauillari, et quaestiones ita proponere, ut uno soluto dubio, multa renascerentur. Dira Horat. Epist. 2, 2, 10. In vestibulo inferorum, Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra Virgil. Aen. 6, 571. vid. Lucret. 5, 26. Ovid. Met. 9, 69. Hor. Carm. 4, 4, 61. ¶ 3 Hydra, sidus pingitur erecto uno capite, porrecto reliquo corpore, Hygin. Poët. Astron. 3, 39. De Hydra in numis, vid. Spanh. diff. 5 p. 267. et Drakenb. ad Sil. 2, 158. Pro Veneno ipso posuit Sil. 1, 322. Aut hydra imbutas, bis noxia tela, 40 sagittas.*

HYDRINVS, a, um. Adi. *Vulnera Prudent. Perist. 10, 885 quae vetus serpens fecit*.

HYDRVS, untis. f. [ὕδρος] *Vrbs in litore Adriatici maris, quae et Hydruntum dicitur in Calabria*. Cic. Att. 15, 21. Lucan. 5, 375. 45

H Y E

HYEMS, vel potius HIEMS, emis. f. [χειμών] *Tempus illud pluuosum et frigidum, quod inter autumnum et ver intercedit. Hyems qui Grammatici scribunt, ἀπὸ τῆς ὑετός, quod est pluu, deriuant, quorsum respicere putatur Varro de L. L. 4, 10 p. 17, 36. cum ab hembre videtur deriuare, s. imbre. In illo loco scribitur etiam hiemps. Sed Scaurus in Orthogr. p. 2256 carere illud nomen debere P littera contendit, quia in casibus nunquam P, aut B propinqua eius respondet, — ut Princeps, Caelebs. Sed si vel ab ὑετός deriuat, tamen antiquum est nomen, et ea tempestate receptum, qua Graecam literam nondum assumebant Romani. Virgilius Carpensius quoque Manutio teste, et alia monumenta firmiter. Taceo, quod alii non ab ὑετός, sed a χειμῶν, s. χειμῶν deriuant. Interim hic reliquimus, ubi propter inueteratam scribendi consuetudinem multi videntur quaesituri. Virgil. Georg. 1, 100 Atque hiemes orate serenas Agricola. Cic. pro Planc. 96 Nam maritimos cursus praecludebat hiemis Magnitudo. Modestia hiemis Tacit. Ann. 12, 43, 3. Cic. Philipp. 9, 2 Non illum vis hiemis, etc. retardauit, quo minus, etc.*

Idem pro Rabir. Post. 42 Hanc vim frigorum hiemenque, quam nos vix huius vrbs tectis sustinemus, excipere. ¶ 2 *Epitheta. Adulta Tacit. Ann. 1, 46. Affecta, i. Prope finita Sil. 15, . . . Aquilonia Plin. 17, 2. Ob flatum Aquilonis serena.*

Aquosa Virg. Ecl. 10, 66. Atra Idem Aen. 7, 214. Caeca Valer. Argon. 3, 151. Dura Virg. Georg. 4, 239. Extremae sub 70

casum hiemis Idem ibid. 1, 340. Fera Ouid. Trist. 1, 1, 42. Gelida ac niuosa hieme insignis annus Liu. 5, 15. Genialis Virg. Ge-

org. 1, 302. Glacialis hiems canos hirsuta capillos Ouid. Met. 2, 30.

Ignaua colono Virg. Georg. 1, 299. Seruius: Quae ignauum reddit colonum.

Imbrifera Sil. 3, . . . Informes Hor. Carm. 2, 10, 15. Iniquae Idem ibid. 3, 1, 32. Intrepida Tacit. Agric. 22.

Letalis, Mortiferum frigus Ouid. Met. 2, 827. Matura, cui opponitur Tarda Caes. B. G. 4, 20. Mollis Stat. Silu. 3, 5, 83.

Niuosa, vid. NIX. Noua, adulta, praiceps: vid. Seruii locum in AESTAS.

Perfrigida, vid. PERFRIGIDVS. Pi-gra Ouid. Amor. 3, 6, 94. Praematura Tacit. Ann. 1, 30. Senilis Ouid. Met. 15, 212.

Serenae Plin. 17, 2. Serotinae Idem 17, 2. it. 22, 2. Sicca Ouid. Amor. 3, 6, 106. Cic. Verr. 4, 86

Erat hiems summa: tempestat (ut ipsum Sopatrum dicere audistis) perfrigida: imber maximus. Tristis Virg. Georg. 4, 135. Ad-

operta gelu Ouid. Fast. 3, 235. Discedens Idem ibid. 2, 152. Mi-tescente iam hieme, vid. MITIS. Praecipitauerat iam hiems, et ver iam appetebat Caes. B. C. 3, 25. Soluitur acris hiems Hor. Carm. 1, 4, 1.

¶ 3 *Formulae aliae. Pro Anno Martial. 5, 38 Sextam peregit hiemem, nec tamen totam. Hor. Carm. 1, 15, 35 Post certas hiemes. i. post numerum satis longum annorum. Amo-*

ris mutati pessima hiems Ouid. Her. 5, 34. Cic. de Diuin. 1, 94 Campos et montes hieme et aestate peragrantes. Hieme omnia

bella iure gentium conualescunt Cic. pro Rab. Post. c. 15 Plin. 8, 38 Ergo in hiemes aliis prouisum pabulum, aliis pro cibo somnus.

Caes. B. G. 4, 20 Exigua parte aestatis reliqua, Caesar, etsi in his locis, quod omnis Gallia ad Septentrionem vergit, maturae sunt hiemes, tamen in Britanniam proficisci contendit. Post certas hiemes Hor. Carm. 1, 15, 35.

¶ 4 *Hiems, ut Graecum χειμών, saepe ponitur pro tumultu aëris, ventis, procellis, imbribus, quocumque tem-*

po-re accidant. Virg. Aen. 1, 125 Emissamque hiemem sensit Neptunus. Et 122 Iam validam Ilionei nauem — vicit hiems. Et 2, 111 Saepe illos aspera Ponti Interclustit hiems, et terruit auster euntes.

Nep. 25, 10 Quemadmodum gubernator praecipua laude fertur, qui nauem ex hieme marique scopuloso seruat. Stat. Silu. 3, 5, 73 105

- Non adeo Vesuvius apex, et flammae diri Montis hiems, trepidas exhaustit civibus vrbes. *De eadem re* Val. Fl. 4, 509 Vix dum ignea montem torfit hiems. Hor. Epod. 2, 52 Eois intonata fluctibus hiems vertit rhombos aut scaros ad hoc mare. Claudian.
- 5 de B. Get. 408 Sic armenta boum, quae vastis turbida siluis spargit hiems. Idem de IV Consul. Hon. 97 O nimium dilecte deo, cui fundit ab antris Aeolus armatas hiemes. Iterum Virg. Aen. 3, 195 Imber Noctem hiememque ferens. *Hinc distinctionis causa* Hiems anni non nunquam dicitur, quod monet Seru. Aen. 1, 125. Sic Sueton. Iul. c. 35. Apul. Apol. p. 320, 8. ¶ 5 Personam et quasi Deum facit Virg. Aen. 3, 120 ubi Aeneas meritos aris mactavit honores, Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.
- HYEMO, f. HIEMO, Ære. [χεμαζω] i. Hiemem siue frigus facere: eo modo dictum, quo Pluere legimus. Aquae hiemantes Sallust. 15 ap. Sen. Ep. 116. Columel. 11, 2, 4. it. 20 et 78 et 84 Hiemat ponitur impersonaliter, ut pluit, tonat, etc. Sic Plin. 18 c. vlt. Pluuiæ erunt et tonitrua, et hiemabit. Sed Plin. 18, 26 Delphini vespertino occasu continui dies hiemant Italiae. Idem 2, 47 Reliquum tempus hiemat. Mare hiemat Hor. Serm. 2, 2, 17. Aufon. praef. ad Theodof. Imp. Plin. 19, 4 Decoquant alii aquas, mox et illas hiemant. i. per hiemem seruant. Hiemare dicuntur milites cum per hiemem in hospitiiis paullo mitius et lautius habentur. Legiones, quae longius hiemabant Caes. B. C. 1, 37. Hiemandi causa Id. ibid. Ephesum exercitum hiematum reduxit Nep. 17, 3, 2. Add. Idem 18, 25 8, 1. it. Inscr. ap. Manut. in Orthogr. Pro Stationem hieme facere: quod et Hibernare dicitur. Cic. pro Font. 6 c. 3 Cn. Pompeius maximus atque ornatissimus hiemauit in Gallia M. Fonteio imperante. Mediis hiemet mercator in vndis Hor. Epist. 1, 17, 71.
- HYEMĀTVS, vel HIEMATVS, a, um. Part. [χεμαδεις] 30 Plin. 9, 22 Autumnali sidere, ut palam est, hiemato lacu, (turbato, procellis) fluctibus glomeratae voluuntur multitudine. de anguillarum captura.
- HYEMATĪO, (HIEMATĪO) ōnis. f. [χεμααία] Duratio, conseruatioque per hiemem est. Varr. de R. R. 3, 16, 34 Vt ne plus tertia 35 pars eximatur mellis, reliquum hiemationi relinquatur.
- HYEMĀLIS, f. HIEMALIS, c. Adi. [χεμαερος] Hibernus. Hiemalis dies Columel. 11, 1, 21. Locus Plin. 18, 7. Loca Pallad. 1, 9, 4. Nauigatio hiemalis, et minime portuosa Cic. Fam. 6, 20. Nimbi Ouid. Met. 9, 105. Tempus Nep. 14, 6, 1. Cic. 40 Tusc. 5, 77 Hiemalemque vim perferunt sine dolore.
- HYEMALIA, orum. n. Subi. castra. Illic hiemalia et aestiua disponere, vbi nihil tibi deerit Vopisc. Aurel. c. 11.
- HYBERNVS, f. HIBERNVS, q. d. Hiernus, separatim, vid. HĪBERNVS.

H Y G

- HÿGĒA, vel HYGIA, ae. f. [Ἑγεία] Aesculapii filia, Dea sanitatis Plin. 35, 11. De eius simulacro Idem 34, 8. Martial. 11, 50 61 Quod sanare Criton, non quod Hygea potest.
- HÿGĪNVS, i. m. Libertus Augusti a quo Romam aduectus praefuit Bibliothecae Palatinae. Vid. Gell. 1, 7 et 10. Suet. Ill. Gramm. c. 20. Qui hodie hoc nomine exstant libri, sunt recentiores etc.
- HYGRA, ae. f. Scribon. 37-38 Collyrii genus, liquidum, ut ipsa 55 vox docet, cuius ibi compositio traditur.
- HYGREPLASTRVM, i. n. Emplastrum liquidum, non sicum: ὑγρὸς, humidus, flexibilis, mollis, madidus. Plin. 34, 15 Praecipua tamen commendatio eius in hygremplastro ad purganda vulnera fistulasque.

H Y L

- HYLA, siue HYLAS, ae. m. [Ἥλας] Comes Hercules, quem perdidit in finibus Ioniis iuxta Mysiam, nec vsquam potuit reperiri. Postea quum esset cognitum, quod perisset in fonte, ei instituta sunt sacra, in quibus mos fuerat, ut eius nomen clamaretur in fontibus: ad 65 quam imitationem dixit Virg. Ecl. 6, 44 — Vt litus Hyla Hyla omne sonaret. Seruius. Pulcher Valer. Argon. 1, 218. Tener Stat. Theb. 5, 443. Vid. fabulam in Propert. 1, 20. Vid. mox HYLAS.
- HYLAX, actis. m. Canis nomen apud Virg. Ecl. 6, 44. Graecum est, et latratorem significat, ut et 70 HYLACTOR, oris. m. [Ἥλακτωρ] Canis nomen. Ouid. Met. 3, 224 — Et acutae vocis Hylaetor.
- HYLAEVS, i. m. [Ἥλαϊός] Centaurus a Pirithoo inuitatus ad nuptias, visa puella permotus est: et dum violentus ei esse conaretur, a 75 Lapithis, qui simul nuptiis intererant, prohibitus est. Hinc in certamen itum est, et usque ad pericula dimicatum: ab Hercule sunt postea occisi. Hor. Carm. 2, 12, 5 Nec faeuos Lapithas, et nimium mero Hylaeum. i. e. Intolerabilem ebrietate, ait Acron. Conf. Virg. Georg. 80 2, 457. et Stat. Theb. 6, 530. Sed Ouid. Met. 12, 220 Eurytum nominat. ¶ 2 Hylaeus, Nomen canis Aethaeonis: Ouid. Met. 3, 213 Hylaeusque ferox nuper percussus ab apro.
- HYLAS, ae. m. Lacus Bithyniae, in quem Hylam Hercules delicias cecidisse credunt Solinus c. 54 pr. Vid. HYLA. Theodamantes Hylas, vid. THEODAMAS. ¶ 2 Hylas Pantomimus apud Suet. Aug. c. 54. Conf. Macrobian. Saturn. 2, 7. ¶ 3 Hylas Pugil, de quo Aufon. Epigr. 91 Doctus Hylas caestu, etc.
- HYLE, es. f. [ἕλη] Silva. Hyles autem nomine Atteius Philologus quendam variae eruditionis librum inscripsit, ut auctor est Suet. 90 Gramm. c. 10. Ita Latine alii opera sua, in quibus res variae et diuersae tractatae essent, Siluas vocarunt. ¶ 2 Urbis Graecae nomen Stat. Theb. 7, 267.
- HYLES, ae. m. Nomen virile est apud Ouid. Met. 12, 378.
- HYLERNA, ae. f. Locus Tiberi vicinus cum luco. Ouid. 95 Fast. 6, 105.
- HYLLVS, i. m. Hercules ex Deianira filius: de quo Seneca in Herc. 984 Si vera pietas Hylle est quaerenda tibi, iam perime matrem.
- HYLŌNŌME, es. f. Femina Centaura et biformis, quae mortuo marito Cyllaro; gladio suo incubuit. Ouid. Met. 12, 405 etc.

H Y M

- HYMANTOPŌDES, potius HIMANTOPŌDES, um. m. Populi loripedes in Aethiopia sunt, quibus serpendo ingredi natura est Plin. 5, 8. 100 *μαίς,*

ἡμῶς, ἡμᾶντος Iorum est.

¶ 2 Himantopus etiam auis no-

men Plin. 10, 47 pr.

HYMELLA, melius **HIMELLA**, ae. f. *Fluuius apud Virg. Aen. 7, 714.*

HYMEN, ἦνις. n. [*ἡμῆν, ἔνος*] *Latinis idem est qui Hymenaeus, de quo statim, nuptiale numen, quod in sacris nuptialibus cum clamore inuocarent. Catullus in carmine nuptiali 62 pr.*

Vesper adest, iuuenes confurgite. Vesper Olympo
Exspectata diu vix tandem lumina tollit.

Surgere iam tempus, iam pingues linquere mensas. 10

Iam veniet virgo: iam dicetur Hymenaeus.

Hymen, o Hymenae, Hymen ades, o Hymenae.

Hic ultimus deinde versus velut intercalaris aliquoties repetitur. Sumtus a Graecis, ut apparet etiam ex fine auium, itemque Pacis, fabularum Aristophanis. Ouid. Her. 6, 44

Non ego sum furto tibi cognita. Pronuba Iuno

Aduit, et fertis tempora vincetus Hymen.

At mihi nec Iuno, nec Hymen, sed tristis Erinny

Praetulit infaustas sanguinolenta faces.

Idem Met. 1, 480 Nec quid Hymen, quid Amor, quid sint connubia curat. Et Epist. 9, 134 Turpia famosus corpora iunget Hymen.

Stat. Theb. 5, 71 Protinus a Lemno teneri fugistis amores. Motus

(Barth. conicit Mutus) Hymen, versaeque faces, et frigida iusti Cura tori. Stat. Silu. 1, 2, 238 Iam dudum poste reclinis Quaerit

Hymen thalamis intactum dicere carmen. Hic Hymen ipse carmen dicit. Sed Claudian. Epist. ad Seren. 2 Orpheia cum primae socia-

rent lumina tetae, Ruraque compleret Thracia festus Hymen, cantum nuptiale potest esse aut ipsae adeo nuptiae. Sic certe Stat. Silu. 1,

2, 25 Ergo dies aderat Parcarum conditus albo Vellere, quo Stellae Violantillaeque professus Clamaretur Hymen. ¶ 2 Hymen hodie

Anatomicis est pellicula ingressum vaginae uteri muniens in virginibus. Ac Graecis quidem ἡμῆν generatim est membrana: pro illa virgin-

tatis tutela qui posuerit, antiquiorem nondum obseruavi Scholiaste minore, et Eustathio ad Il. Σ, 493 p. 1213, 49 ubi τὸν παρθένων ἡμῆνα hic nomi-

nat inter Hymenaei etyma, ille autem ἡμῆν ἔστιν, αἶψα, ὁ ἡγνόμενος ἐν τῇ τῶν παρθένων διακοπήσιν. Similia dici etiam a Seruio ad Aen. 1, 655 Donato-

que ad Ter. Ad. 5, 7, 7 mox videbimus. Add. Isidor. 9, 8. Praeterea nihil apud Graecos, nihil apud Latinos antiquos adhuc reperi. Nam

quod laudatur Non. 2, 255 ex Caecilio, Hymenem virginis, nisi mirum est, deintegrait, legitur in omnibus, certe optimis quibusque Nomen

virginis. Mercerius suspicatur, Nouem virgines. Caeterum priorem in hoc nomine licentiose produxit Catullus: breuem fere ab Homero inde

fecerunt reliqui. Sed tamen Ouid. Ep. 12, 137 Vt subito nostras Hymen cantatus ad aures Venit. At mox 143 Turba ruunt, et Hy-

men clamant, Hymenaeae frequentant. ¶ 45

HYMENAEVS, i. m. [*Ἰμηναιῶς*] *Aliquis nuptiarum praefes, siue homo siue Deus, de quo infinitae fere Grammaticorum narrationes. Brevior caeteris Donatus ad illud Ter. Ad. 5, 7, 7 Verum hoc mihi*

mora est, tibicina, et Hymenaeum qui cantent. Hymenaeum quidam Liberi et Veneris filium dicunt esse, qui primus certas nuptias

instituerit. Ideo per laudem cantatur in virginalibus nuptiis ob huiusmodi meritum. Alii virum fortem Atticum dicunt fuisse, qui

raptas praedonibus virgines oppressis latronibus, intactas patriae restituerit. Alii, quod ἡμῆν dicatur membrana quaedam, qua est munita

virginitas, quae primo dirumpitur coitu, Hymenaeum putant veluti hymnum vocari virginalium nuptiarum. Ergo sic accipe Hymenaeum

in nuptiis, quemadmodum Ἰππύριον in funere, vel in sacris Hymnum. Seruius ad Aen. 1, 655 Pergame cum peteret Helena, inconcessosque

Hymenaeos. Hymenaeus, ut alii dicunt, Deus est nuptiarum: ut alii, quidam iuuenis fuit, qui die nuptiarum oppressis ruina est, unde

de expiationis causa nominatur in nuptiis. Sed falsum. Nam vitari potius debuit nomen extincti. Sed hoc habet veritas. Hyme-

naeus quidam apud Athenas inter bella saeuissima virgines liberauit: quam ob causam nubentes eius inuocant numen, quasi liberatoris vir-

ginitatis. Hinc etiam apud Romanos Thalassio inuocatur — quae porro de Hymenaeo sequuntur, ea dicemus potius Lutatii verbis paullo

concinuoribus. Iam alias narrationes Seruii persequamur. Absoluta, quam omittimus relatione dicit, Est autem et alia ratio vocabuli. Nam

Hymen quaedam membrana quasi virginalis esse dicitur puellae, qua rupta Hymenaei nuptiae dicuntur. Ad Aen. 4, 127 Alii hunc Veneris

et Liberi filium dicunt, primum nuptiis prospere usum; ob quod in nuptiis vocatur: unde nuptiale carmen Hymenaeus. Alii nuptiarum

inuentorem tradunt, et ideo carminibus decorari, quod exemplum ab eo proditum vbique seruatur. Cornelius Balbus Hymenaeum ait

Magnetis filium, musicae artis peritum, dum nuptias Liberi patris et Alteae (an Ariadnae?) religiosis cantibus celebrat, exspirasse: pro-

pter quod ei talis honor nuptiis attributus est, ut celebratio nominis eius nuptiarum iungendarum perpetuum omen esset. Idem ad Ecl. 8, 30 Tibi deserit Hesperus Oetam. Hesperus Hymenaeum speciosum

puerum amasse dicitur: qui Hymenaeus fertur in nuptiis Ariadnes et Liberi Patris vocem perdidisse cantando, ex cuius nomine nuptiae dicuntur sunt. Lactantius s. Lutatius in illud Stat. Theb. 3, 283 Quid

me Tyrio sociare marito Progeniem caram, infaustisque dabis hymenaeis? Hymenaeus puer Atheniensis fuit. Is quum annos puerilis

aetatis excederet, neque adhuc virum posset implere, ea pulchritudine praeditus fuisse creditur, ut feminam mentiretur. Hunc quum vna

— ex ciuibus suis virgo nobilis (Al. Is cum vnam — virginem nobilem) adamasset, ipse mediocribus ortus parentibus, quia nuptias

desperabat, quod poterat tamen, puellam extrema amoris linea diligens, satis animo solo faciebat adpectu. Quumque nobiles feminae cum virginibus sacra Cereris Eleusinae celebrarent: subito aduentu

piratarum raptae sunt: inter quas etiam Hymenaeus, qui illo et amatam fuerat subsecutus, quod puella crederetur. Quum igitur per

longinqua maria praedam piratae vexissent, ad quandam regionem tandem deuoluti perueniunt, ibique somno oppressi, ab insequentibus sunt intereunti. (ab ipso Hymenaeo hoc factum ait probabiliter Ser-

uius ad Aen. 1, 655.) Hymenaeus, relicto ibi virginibus, reuersus Athenas, pactus est a ciuibus dilectae nuptias, si eis filias suas restituisset. Quas ubi pro voto restituit, exoptatam accepit vxorem.

Quod coniugium, quia felix fuerat, placuit Atheniensibus nomen Hymenaei nuptiis miscere. Haec Lactantius. Est ergo Hymenaeus

nuptiarum arbiter Deus, ut, Ouid. Met. 9, 761 Pronuba quid Iuno, quid ad haec Hymenaeae venitis Sacra; quibus qui ducat abest, ubi

nubimus ambae. Idem Fast. 2, 561 Conde tuas Hymenaeae faces. Es Met. 4, 756 Taedae Hymenaeus amorque Praecutiunt. Et Met. 105

VOL. II.

12, 215 Ecce cantunt Hymenaeon, et ignibus atria fumant. Et ex Ponto 1, 2, 133 Ille ego qui duxi vestros Hymenaeon ad ignes. Duxi, cantando inuitaui. ¶ 2 Pro ipso cantico accipitur v. g. cum Claro comitari Hymenaeo Lucret. 1, 98 dicitur sponsa. Sic Aen. 7, 398 Amata Lauinae mater per furorem Bacchicum Natae Turnique Hymenaeos canit. ¶ 3 Denique pro nuptiis etiam utuntur Poëtae. Virg. Aen. 4, 127 Hic Hymenaeus erit, i. haec sollempnia nuptiarum. Lascivus Hymenaeus Sil. 5, 22. i. nuptias nymphae cum raptu a se iuvene. Pactos Hymenaeos exercere, i. Nuptias Virg. Aen. 4, 99. Vetitos Hymenaeos inuadere, i. Nuptias, vel Coitus legē prohibitos Virg. Aen. 6, 623. Iustos pati Hymenaeos Idem Georg. 3, 60. Inconcessos Hymenaeos petere, i. Nuptias illicitas Virg. Aen. 1, 655. Infaustos vidimus ex Stat. Theb. 3, 283. Promissus socios Hymenaeus in annos Ouid. Epist. 2, 33. Fabrett. 15 Inscript. p. 329 QVAE LAETOS HYMENAEOS MORTE PRAEVERTIT. ¶ 4 An etiam Hymenaeum Neutro generi dicatur, dubium faciunt libri, et Critici. Forma enim nominis facile admittat Hymenaeum, intell. Carmen. Eiusmodi loca sunt Ouid. Art. Am. 1, 563 Pars Hymenaea canunt, pars clamant, Euic, 20 Euoe. Hymenaea, inquam, multi habent codices. Sed Heins. et Burmannus praeferunt Hymenae. Sic Epist. 12, 143 Turba ruunt, et Hymen clamant, Hymenaea frequentant, non sine auctoritate est: Hymenaeae etiam hic laudati modo duumviri. Et ibid. 14, 27 Vulgus, Hymen, Hymenaea vocat scripti fere omnes teste ipso Heinsio, 25 qui tamen putat vitiosum esse, et Hymenaeae, restituit: et vel errasse putat Martianum Capellam ipsum l. 9 pr. Instaurare iubet tunc Hymenaea Venus, vel librarios, restituendumque Te Hymenaeae. Antiquum esse oportet errorem, si error est, quoniam Guntherus, diligens imitator antiquorum, Ligurin. 5, 358 Sed adhuc Hymenaea, sacroque Carmina 30 digna toro sollempni curia plausu, Et felix omen, votiuoque festa canebat.

HYMERA, melius HIMERA, ae. f. Fluius, de quo Sil. 14, 233 Armare suos, quo mergitur Hymera ponto.

HYMETTVS, i. m. [Ἵμεττός] Mons Atticae clarissimus, semper florens, cuius mel Plin. 11, 13 scribit esse pretiosum. Martial. 7, 87 Pascat et Hybla meas, pascat Hymettos apes. Ex hoc monte marmora pulcherrima fodiebantur. Dulcis Hymettus Iuven. Sat. 13, 185.

HYMETTVS, a, um. Adi. [Ἵμεττιός] Plin. 36, 3 de L. Crasso oratore, Qui primus peregrini marmoris columnas habuit — 40 Hymettias tamen nec plures sex etc. Idem 36, 15 Scena ei triplex in altitudinem CCCLX columnarum in ea ciuitate, quae sex Hymettias non tulerat sine probro ciuis amplissimi. i. Columnas Hymettias. Adde Val. Max. 9, 1, 4. et Horat. Carm. 2, 18, 3. Cera Ouid. Met. 10, 284. Mella Hor. Serm. 2, 2, 15.

HYMVVS, i. m. [ὕμνος] Latine Canticum siue Laus dicitur. Res Graeca, ad Latinos a Christianis demum traducta. Vid. v. g. Prudent. Cath. praef. v. 37 Saltem voce deum concelebret, — Hymnis 45 continet dies. Et 4, 75 Grates reddimus, et sacramus hymnos. Et Hymnorum nomine vocat, tum dei laudes in Cathemerinon opere: tum Martyrum in libro Peristephanon s. de coronis Martyrum. Vtrumque enim opus Hymnis constat. Beda de Metris p. 2367 Putsch. Hymnos, quos choris alternantibus canere oportet, necesse singulis versibus ad purum esse distinctos, ut sunt omnes Ambrosiani. ¶ 2 50 Proprium pueri nomen Martial. 12, 76.

HYMNÖLÖGVVS, i. m. [ὕμνολόγος] Firmicus 3, 6, 9 In nono loco sol ab horoscopo constitutus, templorum conditores facit, aut hymnologos, et qui deorum laudes decantent.

HYMNODICVVS, a, um. Adi. Firmic. Astr. 8, 25.

HYMNIDICVVS, a, um. Adi. Alcim. Carm. 178. Mar. Victor. 60 adu. Arium 2. et Cassiodor. Prol. super Psalm.

HYMNIFICO, are. Hymnos canere. Apud Commodian. Instruct. 23.

HYMNISÖNVVS, a, um. Adi. Paullin. Nolan. Carm. 22, 199 Praecinat hymnisonis cantica sancta choris.

HYMNIFER, a, um. Adi. [ὕμνοφόρος] Vultus Orphei hymniferi Ouid. Met. 11, 58. qui versus tamen mendosus Heinsio videtur.

HYMNIÖ, ire. Canere. Prudent. Perist. 1. s. Pass. Calagurr. v. 118 State nunc, hymnite, matres, pro receptis paruulis. quod Gl. Isid. interpretatur, Canite. Quidam MSS. Hymnistaе.

HYMNARIVS, i. m. Hoc nomine inscribitur liber hymnorum Prudent. ap. Barth. Adu. 35, 12. Hymnarium adscribitur Paullino a Genadio de Script. Eccl.

H Y O

75 HYOPHTHALMVS, i. m. Oculus porci, Nomen herbae. Apul. c. 60.

HYOSCYAMVS, i. m. [ὕοσκύαμος] Herba, quae Faba porcina alias dicitur, Latinis Altercum, ut ait Scribonius Largus Compos. 181. Plin. 20, 17 Colligitur succus eius ut hyoscyami. Adde. Idem 25, 4.

80 HYOSCYAMINVS, a, um. Adi. [ὕοσκύαμινος] Hyoscyaminum oleum, quod ex hyoscyamo decoquitur Plin. 23, 4.

HYOSIRIS, is. f. Herba intubo similis, sed minor, et tactu asperior: vulneribus contusa praeclare medetur Plin. 27, 10. sed scrib. Hyoseris.

H Y P

HYPAEPA, orum. n. [Ἵπαιπα] Vrbs, ut ait Strabo, quae occurrit a Tmolus monte ad Caystri campestria. Ea est, ut ait Stephanus de Urbibus, sub Aepe monte sita. Veneri sacra est, eo quod pulchrae feminae ibi visantur. Ouid. Met. 6, 13 Orta domo parua, paruus habitabat Hypaepis. Adde 11, 153. et Petron. c. 133.

HYPAETHRVVS, a, um. Adi. [Ἵπαίθερος] et HYPAETHRVM, i. n. Dicitur quasi Sub aethere positum. quo nomine vocamus Aedificia quaedam aperta et sub dio: quorum meminit Vitruu. 1, 2 Is perficitur 95 statione qui Graece θεματισμός dicitur, seu consuetudine, aut natura. Statione quum Ioui, fulguri, et caelo, et soli, et lunae aedificia sub dino, hypaethraque constituuntur. Hypaethrae ambulationes Vitruu. 5, 9 extr. Aperta hypaethraque loca Idem ibid.

HYPAGVM, i. n. Nauale quoddam instrumentum. Plin. 7, 56 100 Hypagon Samii inuenerunt, aut Pericles Atheniensis. Alia exemplaria habent Hippagum. Immo omnes, si credendum est Harduino, qui eam lectionem praefert, ut sit Nauigii genus equis vehendis idoneum. Vid. Fest. Hippagine.

HYPALLAGE, es. f. [Ἵπαλλαγῆ] Figura, qua verba vel certe 105 constructio verborum, immutatur. De verbis mutatis Cic. Orat. 93 c. 27 Hor.

Horridam Africam terribili tremere tumultu cum dicit Ennius, pro Afris immutat Africam. Hanc Hypallagen rhetores, quia quasi submutantur verba pro verbis; metonymiam Grammatici vocant, quod nomina transferuntur. *Repetit* Quinct. 8, 6, 23. *Fluctuasse Fabii aetate circa hanc appellationem rhetoras, apparet ex 9, 3, 92 et 97.* *Constructionis inuersionem Hypallagen vocat v. g. Seruius in illo Aen. 2, 387 O focii, qua prima, inquit, fortuna salutis Monstrat iter, pro qua primum.* Et 6, 268 *Ibant obscuro sola sub nocte per umbras, pro obscura nocte soli etc.*

HYPAMPĒLVS, i. f. *Pergula ex vitibus.* Inscr. apud Gruter. 10711, 3.

HYPĀNIS, is. m. [*Ἰπῶνις*] *Sarmatiae fluius.* Vitruu. 3, 8 In Ponto est flumen Hypanis, qui a capite profluit circiter millia XL sapore dulcissimo: deinde quum peruenit ad locum, qui est ab ostio ad millia CLX, admiscetur ei fonticulus oppido quam paruulus. Is quum in eum influit, tunc tantam magnitudinem fluminis facit amarum. *Meminerunt Cic. Tusc. 1, 94. Solin. c. 24 pr. et Propert. 1, 12, 4. Flautus Stat. Theb. 8, 491.* Scythicis de montibus ortus Ouid. Met. 15, 285. Saxosum sonans Virg. Georg. 4, 370.

HYPĀTE, es. f. *Summa chorda in fidibus,* Vitruu. 5, 4.

HYPATOIDES, is. f. *Modulationis species tragicae.* Mart. Capell. 9 p. 326.

HYPECOVM, i. n. *Herba in fegetibus nascens.* Plin. 27, 11.

HYPĒLĀTE, es. f. *Lauri genus.* Idem 15, 30.

HYPENEMIVM OVIUM. [*ὑπηνέμιον ὀν*] *Irritum dicitur, ad verbum Subuentaneum.* Plin. 10, 58 Et ipsae autem inter se (si mas non sit) feminae aequae saliant, pariuntque oua irrita, ex quibus nihil gignitur, quae hypenemia Graeci vocant. Et 10, 60 Irrita oua, quae hypenemia diximus, aut mutua feminae inter se libidinis imaginatione concipiunt, aut puluere: nec columbae tantum, sed et gallinae, perdices, pauones, anseres, chenalopeces. Sunt autem sterilia, et minora, et minus iucundi saporis, et magis humida. Quidam et vento putant ea generari: qua de causa etiam Zephyra appellantur. Haec autem vere tantum. Varro de R. R. 2, 1, 19 Quaedam e vento concipiunt — equae: ut hic gallinae quoque solent, quarum oua *ὑπηνέμια* appellant. Est locus obscurus Cic. Att. 14, 10 qui vulgo ita legitur, *Tua tamen ὑπηνέμιος nauzea iamne plane abiit? i. irrita, quae turbat ventriculum, nihil emolitur. Sed Ernestus in clauo h. v. cum superioribus iungit, γῆν πρὸ γῆς cogito, i. mutare locum volo, tua tamen etiam terra, totaque Graecia, ὑπηνέμιος, ventis, procellis*

sempestatibus obnoxia etc.

HYPĒR. [*ὑπερ*] *Praepositio Graeca: Latine Super.*

HYPĒRASPISTES, ae. m. [*ὑπερασπιστής*] *Latine Protector, propugnator, qui clipeo suo protegit aliquem, satellites,* Hieron. . .

HYPĒRBĀSIS, is. f. *sive HYPĒRBĀTON, i. n.* [*ὑπερβάσις, ὑπερβάτων*] *Figura, de qua sic Quinctil. 8, 6 Hyperbaton quoque, id est verbi transgressionem, quam frequenter ratio comparationis et decor poscit, non immerito inter virtutes habemus: ut, Animaduerti Iudices omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. Nam in duas partes diuisam esse, rectum erat, sed durum et incommum.* Poetae quidem etiam verborum diuisionem faciunt, et transgressionem, *Hyperboreo Septem subiecta triont, quod oratio nequaquam recipiet. Non potui longius hyperbaton facere* Plin. Ep. 8, 7. *Quasi turbate per hyperbaton struxit* Tertull. de Resurr. Chr. c. 43. *Add. Afcon. de Praet. Sicil. p. 114. Hyperbaton Longino est, Sententiae, non Voculae transgressio.*

HYPĒRBOLE, es. f. HYPĒRBOLA, ae. f. [*ὑπερβολή*] *Julius Ruffinianus, Hyperbole aliis schema, aliis tropus videtur: caeterum fit, quum excedit veritatem sententia.* Apud Virg. Aen. 12, 84 *Qui candore niues anteirent, cursibus auras.* *Hactenus Iulius*

Nunquam tantum sperat hyperbole, quantum audet Sen. de Benef. 7, 23. *Add. Isidor. 1, 36. Vid. Cic. in Topic. 45 c. 10. et Quinctil. 8, 6.*

HYPĒRBOĒLĪCVS, a, um. Adj. [*ὑπερβολικός*] *Hyperbolica instrumenta* Sidon. Epist. 7, 2.

HYPĒRBOLĪCE. Adu. *Vid. Cic. ad Att. 5 vlt. 6, 2.*

HYPĒRBOREI, orum. m. [*ὑπερβόρειοι*] *Montes et Populi Scythiae: sic dicti, quod supra, id est ultra eos flat Boreas: ut ait Seruius ad Virg. Ecl. 8, 27. Festus vero, Hyperborei, inquit, supra Aquilonis flatum habitantes, dicti quod humanae vitae modum excedant viuendo ultra centesimum annum: quasi ὑπερβαίνοντες ἄρον saeculi humani.* Cic. de N. D. 3, 57 Apollinem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. *Vid. Seru. ad Aen. 4, 146. Multa de his apud Strabonem. Vid. Mela 3, 5. Solin. c. 26. Locus classicus Plin. 4, 12 f. 26* *Pone eos montes (Riphaeos) ultraque Aquilonem (ὑπὲρ τὸν βορρῶν)* gens felix (si credimus) quos Hyperboreos appellauerunt, anno so degit aeuo, fabulosis celebrata miraculis. — Semel in anno Solstitio, oriuntur iis Soles, brumaque semel occidunt. Regio aprica, felici temperie, omni afflatu noxio carens. Domus iis nemora lucique, et deorum cultus viritim gregatimque; discordiae ignota et aegritudo omnis. Mors non nisi satietate vitae, epulatis delibutisque senibus luxu ex quadam rupe in mare salientibus. Hoc genus sepulturae beatissimum. Quidam eos in prima parte Asiae litorum posuere, non in Europa: quia sunt ibi simili consuetudine et situ etc. — Nec licet dubitare de gente ea, cum tot auctores prodant, frugum primitias solitas Delon mittere Apollini, quem praecipue colunt. Virgines ferrebat eas, hospitibus gentium per annos aliquot venerabiles, donec violata fide in proximis accolarum finibus deponere sacra ea instituire, hique ad conterminos deferre, atque ita Delon vsque: mox et hoc ipsum exoleuit. *Add. 6, 17 f. 20. Claudian. de sext. Conf. Hon. 26*

Cum pulcher Apollo Lustrat Hyperboreas Delphis cessantibus aras. Et sec. Conf. Stilich. 256 Hyperboreis Delos praelata pruinis. Sunt etiam Gryphes Hyperborei curru Apollinis iuncti apud Claudian. de sext. Conf. Hon. 30. itemque Apul. Met. 11 p. 269, 13 Hinc dracones Indici, inde Gryphes Hyperborei. Virg. Georg. 4, 517 de Orpheo, Solus Hyperboreas glacies: Tanaimque niuaem, Aruaque Riphacis nunquam viduata pruinis, Lustrabat.

HYPĒRCATALECTVM, i. n. [*ὑπερκατάληκτον*] *vel*

HYPĒRCATALECTĪCVM, i. n. [*ὑπερκατάληκτικόν*] *Metrum dicitur, cui una syllaba, vel duae superant.* Sic Priscian. super XII Vir. Aen. p. 1216. *Virg. Aen. 1, 233 Alloquitur Venus, O qui res hominum quae deorumque. Et Hor. Carm. 1, 9, 3 Siluae laborantes, geluque. Illud Dactylicum hypercatalecticum est: hoc vero Iambicum hypercatalecticum. Hypercatalecta est Diomed. 3 p. 501 et definitur, Super praecipuum versum Syllabarum plus habens.*

HYPERICON, i. n. [*ὑπερίκον*] *Herba.* Plin. 26, 8 et 12.

HYPERIDES, ae. m. [*ὑπερίδης*] *Atheniensis, unus e decem oratoribus primis, ab Archia captus, et ad Antipatrum missus, necatusque lingua excisa.* Quintil. 10, 1, 77 *Dulcis in primis et acutus Hyperides, sed minoribus causis, ut non dixerim utilior, magis par.* Vid. Cic. de Orat. 3, 25. et 1, 58. et Brut. 36.

HYPERION, ōnis. m. [*ὑπερίων*] *Aliis Solis pater; ut Cic. de N. D. 3, 54. Ouid. Met. 4, 192. ibique Burm. aliis Sol ipse, quod eat super terras, dicitur. Poetae pro Sole ipso usurpant.* Ouid. Fast. 1, 385 *Placat equo Persis, radiis Hyperiona cinctum.* Diodorus 5, 67 *scribit Hyperiona Saturni fratrem fuisse, Caeli filium, qui Solis ac Lunae, aliorumque astrorum motus, horasque primum summa cura observationeque a se percepta caeteris noscenda tradidit. Ideo eorum parens nominatur, veluti ipsorum naturae contemplator.* *Frequens est Solis epitheton apud Homerum.*

HYPERIONIVS, a, um. *Adi. Currus Hyperionius Valer. Argon. 2, 34. Sil. 15, 214 Iamque Hyperionia lux septima lampade surgens.* Add. Auien. Phaenom. 396.

HYPERMETER, siue HYPERMETRVS, a, um. [*ὑπερμετρος*] *Versus epitheton abundantis Syllaba.* Virg. Georg. 1, 295 *Aut dulcis multo Vulcano decoquit humorem. Debet autem versus sequens a Vocali incipere, nisi fiat synaeresis. Ut l. c. sequitur Et foliis vndam, etc.*

HYPERMNESTRA, ae. f. [*ὑπερμνήστρη*] *Filia Danaï, quae viro suo Lino, aut Lynceo pepercit. Qui postea interfecit Danaum.* Vid. Ouid. Epist. 14, 1. *Fabulam totam dedimus in Aegyptus.*

HYPERTHYRVM, i. n. vel HYPERTHYRIS, ōdis. f. *Posis ex Plinio dicere Superliminare. Est membrum vel ornamentum columnarum, ianuarum et fenestrarum liminibus superioribus conveniens, unde nomen est. Nam Graeci θύραν ianuam siue ostium vocant. Mentio utriusque est Vitruv. 4, 6.*

HYPHEAR, aëris. n. *Viscum, lingua Arcadum.* Plin. 16, 30 et 44.

HYPHEN. n. *Indecl. [*ὑφήν*] Figura, cum duae partes orationis velut una, aut coniunctim efferuntur. V. g. Virg. Aen. 1, 202 — Neque enim ignari fumus ante-malorum. Vbi Servius: Ante-malorum ὑφήν est. Ter. Andr. 1, 2, 4 Et heri semper-lenitas. Vbi Donatus: Semper-lenitas, hyphen.*

HYPNALIS, ōdis. f. HYPNALE. n. *Aspidis genus est: Aegypti indigenum, homines somno altissimo enecans, de quo illud Ouid. Met. 9, 693 intelligendum, quum scribit, Plenaque somniferis serpens peregrina venenis.* Solin. c. 30 al. 27 *Hypnale quod somno necat, emittitur ad mortem, teste etiam Cleopatra.*

HYPNŌTICVS, a, um. *Adi. Somnum concilians.* Th. Prisc. 2, 31 *Hypnotica sufficienter conveniunt.*

HYPNŌTICE, es. f. *Herba soporifera.* Apul. de Herb. c. 74.

HYPOBRYCHIVM, i. n. *Submersum, vel submersio potius. Tertull. de Idolol. c. 24 Irrespirabile deuoratis hypobrychium in Idololatria.*

HYPOCAVSIS, is. f. vel HYPOCAVSTVM, i. n. [*ὑποκαυσον*] *Locus in balneis ad sudandum, quod κατὰ τὸ ὑποκαίειν, hoc est a succendendo dicitur. Habet enim sub pavimento locum concameratum, in quo succensus ignis calidos vapores emittit, excitatque sudorem. Habet etiam ab uno latere praefurnium, hoc est parvam fornacem, in qua inclusus ignis partim hypocaustum calefacit, partim aquas temperat ad lauandum.* Etenim super eam tria aëna componuntur, vnum caldarium, ex quo aqua calida hauritur: alterum tepidarium, ex quo tepida: tertium frigidarium, ex quo frigida, quantumque aquae ex caldario exit, tantum ex tepidario in caldarium, et ex frigidario influit in tepidarium. Vid. Vitruv. 5, 10. Plin. Epist. 2, 17 *Applicatum est cubiculo hypocaustum perexigium, quod angusta fenestra suppositum calorem, ut ratio exigit, aut fundit, aut retinet. Tenuem voluunt hypocausta vaporem Stat. Silu. 1, 5, 59. Latine Vaporarium dicitur.*

HYPOCHOERIS, ōdis. f. *Genus oleris.* Plin. 21, 15.

HYPOCHONDRIA, orum. n. *Pl. Partes, quae sub cartilaginibus pectoris iacent. Vtitur Th. Prisc. de Diaeta c. 10.*

HYPOCHYSIS, is. f. *Suffusio oculorum.* Cels. 6, 6, 35. Plin. 25, 12. *Veget. Mulom. 2, 17.*

HYPOCISTIS, ōdis. f. *Herba, quae ex cisti fruticis ramosi radicibus profilit. Nascitur in Hetruria.* Vid. Plin. 24, 10. et 26, 8. Diosc. 1, 127. *Hypocistidis Scribon. 113. 1110. Hypocistidos 112. Hypocistidis succi 170.*

HYPOCORIASIS, is. f. *Morbus iumentorum sub core, i. pupilla oculi.* Veget. 2, 16.

HYPOCRISIS, is. f. [*ὑπόκρισις*] *Simulatio Latine dicitur. Alienaë personae simulatio.*

HYPOCRITA, ae. m. *Alienae personae simulator. Item Histrio.* Vid. Torrent. ad Hor. Epist. 18, 44. *Suet. in Ner. c. 24. Hypocrita est, ut videtur, doctor quidam actionis foemicae.*

HYPOCYSTIS, ōdis. f. *Scribon. Larg. Compos. 85 Hypocystis est succus rosae filuaticae, quam caninam quidam vocant.*

HYPODIACONVS, i. m. *Hieron. Ep. 1, 18 et 22. Gradu vno inferior Diacono, ut Hypodidascalus.*

HYPODIDASCALVS, i. m. [*ὑποδιδάσκαλος*] *Quasi tu Submagistrum dicas, s. doctoris vicarium.* Cic. Fam. 9, 18 *Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidascalo proxima.*

HYPODRŌMVS, i. m. *Clausum undique deambulacrum, sub quo inceditur.* Sidon. Epist. 2, 2 *Longitudo tecta intrinsecus si non hypodromus saltem cryptoporticus vocabitur.*

HYPOGAESON, melius HYPOGEISSON, i. n. [*ὑπόγεισσον*] *Herba sic dicta, quoniam suggrundiis fere nascitur.* Plin. 25, 13.

HYPOGĒVM, i. n. [*ὑπόγειον*] *Locus subterraneus. Hypogeorum appellatio complectitur Cellas vinarias, carnarias, olearias, penuarias, promtuarias. Occurrit Petron. c. 111 p. 510. Burm. Vitruv. 6, 11.*

HYPOGLOSSA, ae. f. *Herba.* Plin. 27, 11. *Dioscor. est ὑπόγλωσσον.*

HYPOGLOSSION, i. n. *Herba.* Apul. de Herb. c. 58.

HYPOLYSOS, i. m. *Herba, aliis Artemisia.* Apul. de Herb. c. 10.

HYPŌMĒLIS, ōdis. f. *Pomum, cuius dulcedo cum sapore acuto permixta est apud Pallad. R. R. 13, 4, 1. Sed obseruauimus ad eum locum, et in Lexico rustico, videri Epimelides esse, quae ibi describuntur, quod est genus Mespili.*

HYPOMNĒMA, aëtis. et HYPOMNEMATVM, i. n. [*ὑπόμνημα*] *Interpretatio siue commentarius.* Cic. Fam. 16, 21 *Multum*

torum libris est: De Menerua, Leber, Magester Quinct. 1, 4, 17. O et I: ut, Olli subridens Virg. pro Illi, Aen. 1, 258. 5, 10 etc. ita Ollis. Obseruarunt viri docti, Ollorum reperiri nusquam, sed Illorum perpetuo. ¶ 6 I, sed maxime ductu eminentiori, antiqui pro duplici II, id quod in Deriuatiuis ex Iacio fieri solet ut plurimum. Sic Delcito pro Deicito: hodieque obtinet praesertim in patrio casu Nominum quae in IVS desinunt, ut Valeri pro Valerii etc. Vid. Nor. Cenotaph. p. 473. Pro I longo etiam est EI in numis, ut, Eidus Mart. in numo Bruti. Preimus et in Inscriptionibus: Vid. Spanh. diff. 3, 122. et Gruter. Et hoc quoque obtinet pro longo isto I Accusatiuum Pluralium, quorum Genitiuus Pl. in IVM, Ablat. vero Singularis in I exit, ut Omneis, Forteis, quod in antiquis Codd. hodie reperitur. Plures tamen istum Casum per I solum efferunt Omnis vel accuratius Omnis, Fortis, etc. Porro pro I visitur etiam EI aliquando in aliis Casibus praeter istum Accusatiuum, ut Salentinei, Rheginci, potissimum in Ablat. Casu Pl. ut De Bruttieis, De Lucaneis. Varroni haec ratio placuisse in primis videtur. Ponamus exempla ex solo de L. L. 6 p. 72 In siluestribus locis — a versibus viendeis — in poemateis — in heis vnum Tartarum — Paluda a Paludamenteis — dicitur fecisse equum Troianum Argiueis — duobus modeis — a Libyceis — a Lucaneis — in Lucaneis. Quinctil. 1, 7, 15 Diutius duravit, ut E I iungendis, eadem ratione, qua Graeci vterentur. Ea casibus numerisque discreta sunt, ut Lucilius praecipit, iam puere venere, E postremum facito atque I, Ut puere plures fiant. Ac deinceps idem, Mendaci furique addes E, cum dare furei iufferis. Quod quidem superuacuum est, quia I tam longae quam brevis naturam habet, tum incommodum aliquando. Nam in iis, quae proximam ab vltima literam E habebunt, et I longa terminabuntur, illam rationem sequentes, utemur E gemina, qualia sunt haec aurei, argentei, et similia. ¶ 7 I apud Vett. interdum insertum, ut Calix pro Calx. Vid. Fest. in Calicatus. Hinc Adducituram legunt quidam apud Plaut. Truc. 1, 2, 31 pro Adducituram. Libertas in numo Brut. pro Libertas. Interdum extrusum, ut Calda pro Calida. Hor. Serm. 1, 2, 113 Inane abscindere Soldo. pro Soldo. ¶ 8 I in numeris ponitur pro Vnitate, Asses semel, Graecanico fortasse more, apud quos itidem eadem figura monadem exprimebat, ex re sc. quod pro vna dicebant: ut in Marm. Arund. et alibi. I, 1. II, 5. Δ, 10 etc. I subuersum vel transversum, nota vnciae Scribon. 145. 253. ¶ 9 In Notis I. Ibi, Immortali, Imperator, In, Incomparabilis, Inferis, Inter, Intra, Inuenit, Inuictus, Ipse, Iudex, Iulius, Iupiter, Iussit. IA. Intra. I. AG. In Agro. IAN. Ianus, Ianuarius. IAN. CLV. Ianum Clausit, Ianus Clausus. I. A. P. In Agro Pedes. I. A. S. F. Itus Ambitus Sine Fraude. IA. T. C. Intra Tempus Constitutum. I. C. Intra Circulum, Iudex Cognitionum, Iulius Caesar, Iuris Consultus. I. C. E. V. Iusta Causa Esse Videtur. I. D. Inferis Diis, Ioui Dedicatum, Isidi Deae, Iussu Dei, Iuri Dicundo, Iuris Dictio. IDus. I. D. C. Iuris Dicendi Causa. I. D. M. Inferis Diis Maledictis, Ioui Deo Magno. I. D. N. CIV. Iudex Delegatus Nomine Civium. I. D. NM. In Dei Nomine. I. D. P. IDemque Probavit, Iure Dicundo Praecat. I. D. T. S. P. In Diem Tertium Siue Perendinum. I. E. Id Est, In Edictis, Iudex Esto. I. F. In Foro, In Fronte, Interfuit, Iussu Fecit. I. F. B. In Foro Boario. I. F. C. A. In Foro Caesaris Augusti. I. F. FL. In Foro FLaminii. I. F. H. In Foro Hadriani. I. F. P. In Fronte Pedes. I. F. P. R. E. A. D. P. In Foro Pro Rostris, Et ante Diem Pridie. I. H. Iacet Hic, Iustus Homo. I. H. D. D. In Honorem Deorum Dearum, In Honorem Domus Divinae. I. I. In Iure. II. VIR. I. D. QQ. Duumvir Iuri Dicundo Quinquennalis. I. L. Illius Liberta, vel Libertus, In Loco, Intra Limitem, Iure Legis, Iusta Lex. I. L. D. Ipsius Liberta Dedit, vel Libertus, In Loco Diuino, Ipse Libens Dedit. I. L. F. Illius Liberta Fecit, vel Libertus. I. L. H. Ius Libero- rum Habens. I. L. P. Ipse Libens Posuit, In Loco Publico, Illius Liberta Posuit, vel Libertus. I. L. R. In Loco Religioso. I. L. S. In Loco Sacro, Iussit Locum Sepulturae. I. M. Ioui Magno, Isidi Magnae, Iussit Monumentum. I. M. CT. In Media Ciuitate. IMM. II. HON. III. Immunis Iterum, Honoratus Quartum. I. M. S. Inferis Manibus Sacrum, Isidi Magnae Sacrum, Ioui Magno Sacrum, Iunoni Magnae Sacrum. I. M. T. In Medio Templi. IN MAG. M. E. I. E. L. F. E. In Magistratu Mortuus Est; In Eius Locum Factus Est. INF. AER. PP. R. HS. M. N. Inferat Aerario Populi Rom. Sestertios Mille Numos. IN M. (PR.) O. E. In Magistratu (Praelio) Occisus Est. IN R. P. S. FVNC. In Republica Sua Functus. I. O. M. C. Ioui Optimo Maximo Conseruatori. I. O. M. D. Ioui Optimo Maximo Dedicatum. I. O. M. D. I. Iouis Optimi Maximi Diuino Iussu. I. O. M. I. R. Ioui Optimo Maximo Iunoni Reginae. I. O. M. S. Ioui Optimo Maximo Sacrum. Ioui Optimo Maximo Senatus Populusque Romanus Votis susceptis PR. o Salute IMP. eratoris CAES. aris QVOD PER EV. m R. es P. ublica IN AMP. liore ATQ. ue TRAN. quilliore S. tatu E. st. I. P. Indulgentissimo Patrono, Innocentissimo Puero, In Pace, In Possessione, Iussit Poni, Iustus Possessor. I. P. N. M. Iulia Paterna Narbonensis Martia. h. e. Colonia. I. P. S. In Pace Sepultus. I. Q. Iure Quiritium. I. Q. P. Idemque Probavit. I. R. Ioui Regi, Iunoni Reginae, Iure Rogavit. I. S. In Senatu, In Suis, In Suos, Ioui Sacrum, Iudicatum Solui, Iudicio Senatus, Iudicium Soluit. I. S. C. In Senatus Consulto, Iudex Sacrarum Cognitionum. I. S. D. Inferis Sacrum Diis. I. S. F. Ipse Sibi Fecit. I. S. L. M. Ipse Soluit Lubens Merito. I. S. M. R. Iuno Sospita. Magna Regina. I. S. S. Inferius Scripta Sunt. I. S. V. P. Impensa Sua Viuus Posuit, vel Viui Posuere, vel Ipsi Sibi Viui Posuere. I. T. C. Intra Tempus Constitutum. I. V. Iustus Vir. IVD. ex, Iudicium. IVD. aea CAP. ta. Ita V. t E. is E ReP. ublica. F. ideue S. ua V. idebatur Censuere. I, [19.] Imperatiuus ab Eo, is. Ter. Andr. 1, 1, 144 I prae, sequar.

I A C

IACCHVS, i. m. ["Ἰακχος"] Bacchus dicitur ἀπὸ τῆς ἰακχῆ, clamo, canto, nam qui Baccho sacrificabant, clamare solebant. Et duplici CC scribi debet, quamquam in Verbo ἰακχῆ sit simplex C: quod ideo fit, ut in Iaccho secunda producat. Nonnunquam ponitur pro Vino. Virg. Ecl. 6, 15 Inflatum hesternis venas, ut semper, Iaccho. Florens 105

Catull. 62, 151. Laetus Claud. de Rapt. Proserp. 1, 16. Ictus ab Iaccho Lucret. 4, 1162.

- 1 IACEO, iii, ēre. [*κῆραι, παράκειμαι*] *Cubare, decumbere, et prostratum esse: deinde cum hic situs sit mortuorum, deuictorum, aegrotantium, supplicantium; etiam ista, et omnem adeo conditionem infirmam, miseram, afflictam denotat.* Plaut. Amph. 1, 1, 86 Quisque vt steterat, iacet, obtinetque ordinem, *de praelio.* Ad quartam iaceo Hor. Serm. 1, 6, 122. *non simpliciter somni causa, sed in lecto tamen.* Etiam de accubitu mensae Sen. de Ira 2, 33 Eo die, quo filium extulerat, immo non extulerat (*interfectum a Caesare*) iacebat conuiuia centesimus, *intererat coenae centum conuiuuarum.* Iacere alteri ad pedes, *Prouolui ad pedes, procumbere ad pedes et genua.* Cic. Verr. 5, 128 Mihi ad pedes misera iacuit. Iacere etiam dicuntur ii, *Qui prorsus nihil agunt, et ab omni rerum curatione vacant.* Cic. Off. 3, 79
- 15 Quum C. Marius septimum annum post Praeturam iaceret. Idem Att. 12, 4 Scias me ita dolere, vt non iaceam. *i. Vt aliquid tamen agam, vt inertiae prorsus me non dederim.* Cic. Att. 7, 23 Tota Capua, et omnis hic delectus iacet. Et Claud. de Rapt. Proserp. 1, 96 — An forte iacentes, Ignauosque putas? Cic. Att. 7, 20 Responſa Pompeii grata Populo, et probata concioni esse dicuntur, quae quidem si ille repudiarit, iacebit, *hoc est, Populum alienabit, qui probat responſa Pompeii.* De Caesare loquitur. Et 10, 7 Curio iacere Caesarem putat offensione populari. *i. Odiosum esse plebi, qui pecuniam aerarii abstulisset.*
- 25 Quis est hic senex, qui ante aedes nostras sic iacet? Supplex ante pedes iacuit Ouid. Met. 11, 13. In aqua iaceant carnes Plaut. Pseud. 1, 2, 33. Cic. Verr. 5, 118 Patres hi, quos videris, iacebant in limine. In lacertis alicuius Ouid. Amor. 1, 13, 5. In lustra Plaut. Casin. 2, 2, 53. In luto Idem Aulul. 2, 3, 26. Cic. Verr.
- 30 1, 52 Religiones vero, caerimoniaeque omnium sacrorum sanorumque violatae, simulacraque deorum, quae non modo ex suis templis ablata sunt, sed etiam iacent in tenebris, ab ipso abstrusa atque abdita. In toro iacui Ouid. Epist. 16, 316. Sub arbore iacent poma Virg. Ecl. 7, 54. Sub vna iacuere umbra Ouid. Fast. 2, 87. al.
- 35 Cubuere. 3 *Formulae aliae: Aures iacent comitiati morbo laborantium — i. flaccidae sunt: a nono die subriguntur* Scribon. 13. Cic. in Catil. 1, 26 c. 10 Ad huius vitae studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui: iacere Humi non modo ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obeundum. Humi iacet nudus infans Lucret. 5, 224. Humo iacuit resupinus Ouid. Met. 4, 121. Truncus Iners iacui Idem Amor. 3, 7, 15. Graues vino, somnoque iacebant Ouid. Epist. 14, 33.
- 40 4 *Iacere significat Ignobilem esse: cui opponitur Vigere, florere.* Cic. Philipp. 11, 14 c. 7 Ab hoc igitur quisquam bellum timet, qui antequam nos id coacti suscepimus, in pace iacere, quam in bello vigere maluit? quamquam ille quidem nunquam iacuit: nec hoc cadere verbum in tantam virtutis praestantiam potest. Non. 4, 248 Iacere, *interpretatur Sordere, nec lectum esse: Laudatque Lucil. 30 Et sua praecipue retro relicta iacere: Et Lucret. 1, 63 Humana ante oculos foede quum vita*
- 50 *iaceret* In terris, oppressa graui sub religione. Iacere in oblivione, *vel in silentio* Cic. Verr. 1, 101. Idem de Orat. 2, 64 In eodem silentio multa alia officia Oratorum iacuerunt. *Despectum, et sine dignitate esse.* Cic. Att. 11, 6 Brundisii iacere, in omnes partes est molestum. *Negligi.* Cic. Fam. 1, 5 Nempe iacere regem pateremur. Ouid. Fast. 1, 218 Censu amicitias, pauper vbique iacet. Iacere in occulto, *Non esse alicuius nominis, neque famae:* Plaut. Trin. 3, 2, 28 Nisi me auscultas, atque hoc, vt dico, facis, tute pone te latebis facile, ne inueniat te honor: in occulto iacebis, quum te maxime clarum voles.
- 60 5 *Mortuum esse, quod iacent cadauera, nec amplius mouentur.* Ipsum te iacentis corpus admonere debet, vt viuas Petron. c. 111. Rupto iacuit corpore Phaed. 1, 25. *ubi Scheffer. ostendit, imprimis de violenta peremptis morte usurpari.* Lucan. 9, 229 Ille iacet, laetae paci quem praetulit orbis. Telo iacet Virg. Aen. 1, 103. Morte iacent merita Ouid. Fast. 3, 707.
- 65 Iacere dicuntur cineres alicuius, *Sepultum esse.* Martial. 1, 89 Non aliter cineres mando iacere meos. 6 *Ab interfectis, certe aegrotis et infirmis, ista sumta sunt:* Liu. 25, 37 Ne inultos imperatores suos iacere sinerent. Cic. in Catil. 2, 2 Iacet ille nunc prostratus Quirites, et se percussum, atque abiectum esse sentit. Iacere, *aegrotare.* Sed non mors lenta iacentis Exedit puerile decus Stat. Silu. 2, 1, 155. Et de infirmis aut languidis. Quam iacet, infirmae venire vbi fata senectae, Qui prior Elaeo carcere missus equus Tibull. 4, 4, 31. Cic. Att. 12, 40 pr. Ego quid homines — postulent, nescio — Ne iaceam? Quis minus? Iacet grauiſer:
- 75 *i. Grauiſer dolet* Plin. Epist. 2, 20 pr. Sic, iacere in lecto Cic. Philipp. 2, 45. Idem Fam. 14, 2 Te nunc mea Terentia sic vexari et iacere in lacrimis, et fordibus. Sic, iacere in moerore Idem Att. 10, 4. Iacet oratio, *Quae languet, et quasi exanimis est:* Quinctil. 9, 2 pr. de figuris sententiarum loquens; Motus est in his orationis, atque actus: quibus detractis, iacet, et velut agitante corpus spiritu caret. Pretia iacent praediorum: *pro Vili venduntur praedia.* Cic. pro Rosc. Com. 33 Accepit enim agrum temporibus iis, quum iacerent pretia praediorum. Rationes iacent: *h. e. Emortuae sunt et languidae ac sopitae.* Plaut. Amph. 5, 1, 1 Signo eodem apparet probe, vt primum coiuuit cicatrix rufula subflurida, rationes iacent, iudicium silet, quid agam, nescio. *i. Rationes ignoro.* Studia iacent: *i. Frigent, et sine vigore sunt.* Cic. Tusc. 1, 4 c. 2 Iacentque ea semper, quae apud quosque improbantur. Quam valde illi iaceant Cic. Catil. 2 c. vlt. *sub fin.* Idem de Divin. 2, 106 — Iacet igitur tota conclusio. Cic. de Fin. 2, 117 Maximas vero virtutes iacere necesse est voluptate dominante. Idem pro Milon. 47 Iacent suis testibus ii, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro auditum esset, rediturum fuisse.
- 80 7 *Ad situm locorum refertur a* Virg. Georg. 3, 354 Sed iacet aggeribus niueis informis et alto Terra gelu: *ubi simul ad pigritiam velut hiemis respicit; quae non mouentur plantae.* Iacere etiam de Mari tranquillo dicitur. Val. Flacc. Arg. 3, 732 Flumina conticuere, iacet sine fluctibus aequor. Lucan. 3, 518 Pacemque tenentibus Austris Seruatam bello iacuit mare. Add. Idem 5, 432. Vid. Drakenb. ad Sil. 5, 583. Virg.
- 100 Georg. 3, 343 Itque pecus longa in deserta, sine vllis Hospitiis tantum campi iacet. Cic. Fam. 11, 13 Quem locum volo tibi esse notum, iacet inter Apenninum et Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. Plin. 4, 16 Inter Septentrionem et Occidentem iacet. Add. Nep. 18, 3, 2. Sallust. . . . In medio campus iacet, aquis vndique scatens. Gens haec iacet super Caliciam Nep. 14, 4, 1. Tellus

Tellus iacet extra sidera Virg. Aen. 6, 795. ¶ 8 Iacere
 et Latere confundi in MSS. docet Drakenb. ad Sil. 2, 594. et 5, 583.
 et 12, 672.

IACENS, entis. Partic. [*κείμενος*] Cic. Philipp. 12, 4 Si iacens
 vobiscum aliquid ageret, audirem fortasse: Stanti resistendum est. 5
 Segnis, et iacens Quinctil. 1, 3. Somno iacens Virg. Ecl. 6, 14.
 Dira in regione iacens, i. *Aegrotans* Ouid. Trist. 3, 3, 5. In amore
 iacens Lucr. 3, 1005. Animus iacens i. *Sine spe, non alacer, non erectus.*
 Cic. de Amicit. 59 Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis
 ille in se est: sed potius niti et efficere, ut amici iacentem animum 10
 excitet, inducatque in spem, cogitationemque meliorem. Homo
 afflicto et iacens Cic. de Arusp. Resp. 50. Te iacente, pro Te
 aegrotante. Cic. Fam. 9, 29 Sed cura, si me amas, ut valeas, ne ego
 te iacente, bona tua comedim. Pro Comedam hic positum est Come-
 dium. Consolari iacentem Ouid. ex Pont. 2, 3, 77. Casa humi 15
 iacens Sen. Thyest. l. 5. Terrae iacentes ad Hesperum, b. e. *si-
 tae versus occidentem* Plin. 18, 25.

IACIO, ieci, iactum, ēre. [*ῥίπτω, βάλλω*] Mittere eminus, et
 vi impellere. Virg. Aen. 5, 643 Sublataque procul dextra connixa co-
 ruscet, Et iacit. Cic. Verr. 4, 54 In quem scyphum de manu 20
 iacere conatus est. Plin. 2, 73 Iuxta quem umbræ aestate in Au-
 strum, hieme in Septentrionem iaciuntur, cadunt. Iacere in
 sublime Plin. 11, 2. Iecissem ipse me potius in profundum, quam,
 etc. Cic. pro Sext. 45. Tacit. Ann. 4, 22 Aproniam coniugem in
 praeceps iecit. Praeceptum se iecit in agros, i. *Irruit aut fugit in 25*
 agros Lucan. 7, 166. de tauro. ¶ 2 Substantiua: Lucil.
 26. ap. Non. 4, 249 Aggere in iaciendo, si quo est vineis actis opus.
 Ut Fundamenta iacere, et Gradum. Ancoras iacere ante portum
 Liu. 29, 27. Caes. B. G. 4, 28 Quae tamen ancoris iactis, quum
 fluctibus complerentur, etc. Ancora de prora iacitur Virg. Aen. 30
 3, 277. Tacit. Hist. 3, 73 Quod edicta in Populum pro Vespasia-
 no magna, probrosa aduersus Vitellium iecerat, ut, sperferat, vul-
 garat. Tacit. Ann. 3, 66 Antiqua exempla iaciens. i. *commemo-
 rans.* Flores Virg. Aen. 5, 79. in sacris funeris. Cic. Philipp.
 1, 1 In quo templo quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. Hic 35
 per translationem. Sine translatione autem, Suet. Calig. c. 22 In area
 Capitolina nouae domus fundamenta iecit. Ratio loquendi inde, quod
 in fossam deiiciuntur lapides, et Moles. Quinctil. 1, 4, 5 de Gram-
 matica, Quae nisi Oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit, quid-
 quid superstruxeris corruet. Cic. Fam. 10, 29 Quod quidem nec 40
 destiti facere, nec desistam: et iam in maxima re feci, et funda-
 menta ieci salutis tuae. Fundamina iaciunt ciues Ouid. Fast. 4,
 835. de condenda Vrbe. Cic. de L. Agrar. 2, 38 c. 15 pr. Hunc
 quasi Gradum quendam atque aditum ad caetera iactum intelligatis, ut
 Aggerem. Hastam eminus iecit Virg. Aen. 10, 777. Moles ia- 45
 cere ab utroque portus cornu Cic. Att. 9, 17. Odorem iaciunt
 de corpore Lucret. 2, 845. Plin. 10, 38 Aliquae aues ante se pe-
 des iaciunt, ut ciconiae. Salutem in re aliqua, ut ponere, et ab
 ea aliquid sperare Virg. Georg. 4, 294. Scuta Plaut. Trin. 4, 3,
 27. Talos, pro Ludere talis Plaut. Afin. 4, 1, 35. Cic. de Di- 50
 uin. 2, 45. Talos in medium Quinctil. 6, 1. Tela manu ia-
 ciens Virg. Aen. 11, 264. Tela in falsum Tacit. Ann. 4, 50, 4. i.
 temere, in tenebris, ubi frustra consumantur. ¶ 3 Metaph.
 ad sermonem refertur, poniturque pro enuntiare, spargere in vulgus.
 Tacit. Ann. 1, 10 Quaedam de habitu, cultuque, et institutis eius iec- 55
 cerat. Illud quid sit, scire cupio, quod iacis obscure Cic. Att. 2,
 7. Apud aliquem quidpiam Tacit. Ann. 4, 7. Liu. 34, 5 pr.
 Rem defendam, non nos, in quos iecit magis hoc Consul verbo tenus,
 quam ut re insimularet. Contumeliam in aliquem Cic. pro Sull.
 23. Contumelias in alios Tac. Ann. 2, 55. Inter se, aut in- 60
 ter amicos iaciunt contumelias Tacit. Ann. 15, 50. Coniucia ac
 probra promiscue Idem H. 1, 47. Cic. Att. 15, 26 Reliqua pars
 epistolae, illa namque in utramque. Sed tamen nonnullos interdum
 iacit igniculos viriles, etc. Iniuriam iacere et immittere in ali-
 quem Cic. in Parad. 4. Per vaniloquentiam, et Minas iaciebat 65
 Tacit. Ann. 6, 31. Quas insidiarum sibi Minas per ambages iace-
 ret Liu. 2, 12. Tacit. Ann. 11, 13 Inque feminas illustres Probra
 iecerat. Probra in infontem Liu. 2, . . . Cic. de Diuin. 1,
 14 Vocibus instat, et assiduas iacit ore Querelas. Sen. . . .
 Et in negligentes nostri deos Querimoniam iaciunt, etc. Cic. in 70
 Orat. 87 Utetur utroque, sed altero in narrando aliquid venuste, al-
 tero in iaciendo, mittendoque Ridiculo. Sed etiam simpliciter iac-
 cere hoc dicitur In narrando Cicero facetias consistere putat, dicacita-
 tem in iaciendo Quinct. 6, 3, 42. de breuib. dictis. Tacit. Ann.
 4, 68 Igitur Latiaris iacere fortuitos primum Sermones. i. Spargere. 75
 Suet. in Neron. c. 37 Significationes multas nec dubias saepe iecit, ne
 reliquis quidem se parfurum. Cic. pro Flacc. 7 Quae est vnquam
 iacta non suspicio, quae tamen solet esse falsa, sed iracundiae vox,
 aut doloris? i. prolata, ostensa. Cic. Att. 2, 23 Sed *βοώντιδος*
 nostrae consanguineus non mediocres Terrores iacit atque denuntiat, etc. 80
 Propert. 2, 1 extr. Taliaque illacrimans mutae iace Verba fauillae.
 Et Ouid. Fast. 2, 590 Et iacit in medio talia Verba choro. Liu.
 6, 14 Ad hoc domi concionantis in modum, sermones pleni criminum
 in Patres: inter quos cum omisso discrimine Vera an Vana iaceret,
 thesauros Gallici auri occultari a Patribus iecit. Vocem Claudii, 85
 quam temulentus iecerat Tac. Ann. 12, 64. Add. Idem 6, 46.

IACIENS, entis. Partic. Virg. Aen. 10, 886 Tela manu iaciens,
 etc. Et Lucret. 6, 1171 — Nudum iacientes corpus in vndas.

IACTVS, a, um. Partic. [*βελημένος*] a Iacio. Cic. de L. Agr.
 2, 8 Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad caetera iactum in- 90
 telligetis. Lapidem Virg. Ecl. 6, 41. Mentio conditionum iacta
 Vellei. 2, 65, 1. Semen Virg. Georg. 1, 104. Quinctil. 9, 2
 Est et iactus sine persona sermo. Vid. Burm. ad loc.

IACTVS, ūs. m. [*βολή*] Ipse iaciendi actus. Ter. Adel. 4, 7,
 20 Si illud, quod est maxime opus, iactu, non cadit. Cic. Catil. 3 c. 8 95
 Iactus fulminum. Pulueris exigui iactu compressa quiescent apum
 certamina Virg. Georg. 4, 87. Pilarum iactus Ouid. Trist. 2, 485.
 Teli iactus Tacit. Ann. 13, 40. Curt. 3, 10 pr. et c. 11 pr. Iactu se
 dedit in aequor Virg. Georg. 4, 528. Iactus etiam retis dicitur ab-
 solute. Valer. Max. 4, 1 circa finem, A piscatoribus in Milesia regio- 100
 ne verriculum trahentibus, quidam iactum emerat.

IACTVOSE, et IACTVOSEVS, [*νομπεσικώς*] nusquam le-
 guntur. Quod autem quidam probant ea ex Cicerone, non iactuose, ne-
 que iactuosus in iis locis, quos adducunt, legi debet: sed Actuose et
 Actuosus. Vid. Non. 2, 473. ex Cic. Orat. 125 c. 36. 105

I A C T V R A, ae. f. [*ἀποβολή, ἐλάβη, ἐκβολή, ζημία* Gl. Lat. Gr.]
*Proprie Damnum dicitur, quod sit praecipue in mari: quum quis magnas
 merces, quas secum vehit, tempestate ingruente, cogitur in mare conuicere,
 ne nauis obruatur.* Sallust. ad Caes. 2, 14 Si quid aduersi coortum est,
 5 de illis potissimum iactura fit, quia pretii minimi sunt. Iacturarum
 Damnorumque corporis contemtor Gell. 2, 27. Decoris ablati iac-
 tura Ouid. Met. 9, 98. Humani generis iactura Idem Met. 1, 246.
 Rei familiaris iactura Caes. B. G. 7, 64. Si iacturae rei familiaris
 erunt faciundae Cic. Fin. 2 c. 24. Iacturae et detrimenta rei fami-
 10 liaris Hirt. Bell. Alex. c. 49. Iacturae saepe largitiones significant.
 Nunc qua cupiditate homines in prouincias, quibus iacturis, quibus
 conditionibus proficiscantur Cic. pro L. Manil. c. 23. Germanos at-
 que Ariouistum ad se magnis iacturis pollicitationibusque perduxerant
 Caes. B. G. 6, 12 pr. Conf. omnino Gronou. de Pec. Vet. 4, 4 p. 284 sq.
 15 Leuis Claud. in Eutrop. 2, 118. Mediocris Iuuen. Sat. 13, 7. Ac-
 cipere iacturam, vid. ACCIPIO. Afferre iacturam, vid. AFFERO,
 Colum. 1, 1. Facere iacturas rei familiaris Cic. de Fin. 2, 79 c. 24.
 vid. FACIO. In vnus muliercula animula si iactura facta est Seru.
 Sulp. ad Cic. Fam. 4, 5. Pati iacturam, vid. PATIOR. Tur-
 20 pissima est iactura, quae per negligentiam Venit Sen. Ep. 1.
 I A C T V R A L I S, e. Adi. Gloss. Lat. Gr. iacturale, *ἐπιζημίον*.
 I A C T V R A R I V S, i. m. Qui frequenter iacturam patitur. Isi-
 dor. Gloss.
 I A C T I O, ōnis. f. *Iactus*. Ex Celso 3, 11 Iactio et foetor oris
 25 affertur. Sed al. rectius, iactationem feruoremque corporis minuit
 remissio.
 I A C T O, āre. [*ἐπιτάζω, ἐλαζονεύομαι*] Verbum Frequentatiuum,
 aut saepe multumque, aut vehementer iacere, vel ita mouere, velut iacere
 velis etc. Caes. B. G. 1, 25 Diu iactato brachio. Virg. Georg. 1, 62
 30 Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem. Artus varie iactat in-
 certus dolor Sen. Hippol. l. 4. Brachia excussa iactare Ouid. Met.
 5, 596. Gestus est in aquis natantium. Basia Iuuenal. 4, 118. Phaedr.
 5, 7, 28. Brachium in latus Quintil. 4, 2. Brachia in aquis
 Ouid. ex Ponto 1, 6, 14. Caestus Cic. Tusc. 2, 40. Caput, i.
 35 Succutere, vehementer agitare Tibull. 2, 5, 66. Colla, de bacchante
 Ouid. Met. 3, 726. Corpus in toto cubili Lucan. 5, 812. Faces
 ardentes in vicinorum tecta Cic. de Arusp. Resp. c. 18. Iuuen. Sat. 3, 106
 — Melior qui semper et omni
 Nocte dieque potest alienum sumere vultum,
 40 A facie iactare manus, laudare paratus
 Si bene ructauit, si rectum minxit amicus.
 A facie iactare manus, i. in altum sublatas, e regione faciei, mouere
 admirationis causa. Oculos Lucret. 4, 1132. Odorem, pro Emit-
 tere Virg. Georg. 2, 132. Ouid. Trist. 3, 8, 5 Nunc ego iactandas
 45 optarem sumere Pennas. i. Agitandas alas ad volandum. Membra
 in iactando fatigat Lucret. 3, 1048. Numeros eburnos, i. tesseras
 Ouid. A. A. 2, 203. Pecunias suas l. 25 ff. de probat. et praef.
 Quadrantes in domum Liu. 3, 18 extr. Rete Cels. in l. Si iactum
 D. de actionib. emt. Semen Varro de R. R. 1, 42. Stipem Ter-
 50 tull. Apol. c. 14. Talos Cic. de Diuin. 2, 48. ¶ 2 Metaph.
 iactare curas pectore Virg. Aen. 1, 231. i. Saepe voluere. Cic. Off.
 3, 80 c. 20 Cumque collegium Praetorum Trib. pleb. adhibuissent, vt
 res numaria, etc. constitueretur: iactabatur enim illis temporibus
 Numus sic, vt nemo scire possset quid haberet. i. Fluctuabat aestima-
 55 tio numi. Iactare atque agitare aequitatem multis iniuriis Cic.
 pro Quint. 10. Iactare Dicta iocosa in aduersarios Liu. 40, 7 pr.
 Conuicia grauida lingua Propert. 3, 8, 11. Ibi haec Incondita solus
 Montibus et siluis studio iactabat inani Virg. Ecl. 2 pr. Dum haec
 taliaque iactamus Petron. c. 114. i. colloquimur. Dicta factaque
 60 quorundam calumniatus, quasi alii se puerum, alii ornandum tollen-
 dumque iactassent Suet. Aug. c. 12. Iurgia Virg. Aen. 10, 95.
 Cic. pro Quint. 47 c. 14 Minae iactentur, pericula intenduntur, for-
 midines opponantur, etc. Probra in aliquem Liu. 29, 9. Idem
 65 7, 9 pr. Ea vltima fuit causa, quum multae ante Querimoniae vltro
 citroque iactatae essent, cur per, etc. Rem sermonibus Id. 38, 28.
 Caes. B. G. 1, 18 Sed quod pluribus praesentibus eas res iactari vole-
 bat, celeriter concilium dimittit. Verba generosa Sen. Epist. 9.
 Voces ad sidera Virg. Ecl. 5, 62. Iactantur Voces, quae perueniunt
 ad aures meas Cic. Catil. 4 c. 7. Virg. Aen. 10, 638 Voces dum
 70 iactat inertes. ¶ 3 Iactari, vel iactare se, est etiam Mul-
 tum laborare in aliqua re. Nolo te iactari diutius Plaut. Trin. 3, 2, 59.
 Cic. Fam. 2, 15 Sed tamen Repub. mihi nihil est carius: in qua tu
 non valde te iactas. Cael. Fam. 8, 10 Curionem video se dupliciter
 iactaturum: primum vt aliquid Caesari adimat; deinde vt aliquid
 75 Pompeio tribuat. Conf. Cic. Catil. 4 c. 5. Iactari in opere decla-
 matorio Cic. de Orat. 1, 73 c. 16. i. Crebro versari. Ad corporis mo-
 tum simul respicit in illo Sicinii apud Cic. Orat. 217 c. 60 Nunquam,
 Octaui, collegae tuo gratiam referes, qui nisi se suo more iactasset
 (in agendo pro rostris) hodie te (medicamentis delibutum) istic muscae
 80 comedissent. Fama iactatur Sil. 4, 4. Cael. ad Cic. Fam. 8, 1
 Neque haec incerta, tamen vulgo iactantur. Caes. B. G. 1, 18 Sed
 quod pluribus praesentibus eas res iactari volebat, celeriter concilium
 dimittit. ¶ 4 Iactare se, pro Efferre a gestu illo inceden-
 tium superbe et huc illuc vultum et membra iactantium. Cic. pro Rosc.
 85 Amer. 89 Haec tu Eruci tot et tanta si nactus esses in reo, quamdiu
 diceres? quo te modo iactares? tempus hercule te citius, quam ora-
 tio deficeret. Se magnificentissime Cic. Att. 2, 21. Iactare se for-
 mosum Phaedr. 3, 9, 6. Hor. Carm. 1, 2, 18 Ilae dum se nimium
 querenti iactat vltorem. Iactare se scorto Liu. 39, 43. Conf. Sil.
 90 12, 247. Iactare se amicae Iuuenal. 1, 62. Sese iactare, et in alios
 caeco impetu incurrere Cic. de Fin. 1, 44. Se de re aliqua Idem
 Verr. 4, 46 c. 21 pr. Se in causis Centumuiralibus Id. de Orat. 1,
 173. Cic. Att. 2, 1 Iam quum se ille septimo die venisse a freto,
 neque sibi obuiam quemquam prodire potuisse, et noctu se introisse
 95 dixisset, in eoque se in concione iactasset, nihil ei noui dixi accidisse.
 Coloni, qui se insperatis repentinisque pecuniis sumtuosius insolent-
 tiusque iactarunt Cic. Catil. 2 c. 9. Se intolerantius Idem de Orat.
 2, 209. Fiduciam partis suae Quintil. 4, 13. Genus, et proauos,
 et regia nomina Ouid. Epist. 17, 51. Ingenium Quintil. 3, 1 (2).
 100 Virtutem Ouid. Epist. 16, 81. ¶ 5 Obseru. Iactare, pro Ex-
 ponere, seu proicere, iacturae faciendae animo. Sen. de Clement. 1, 3
 Non hic est sine ratione populis vrbibusque consensus, sic protegendi
 amandique reges, et se suaque iactandi, quocunq; desiderauerit im-
 perantis salus. Inaniter loqui est Virg. Aen. 1, 106 Talia iactanti,
 105 stridens Aquilone procella Velum aduersa ferit. Est etiam Fati-
 gare,

gare, vexare, concutere. Iactat orator aduersarium suum Cic. Diu. in Caecil. c. 14. Virg. Aen. 1, 33 Iactatos aequore toto Troas relliquias Danaum. Idem Aen. 1, 336 Iactetur odiis Iunonis iniquae. Aestu febrique iactari Cic. in Catil. 1, 31. Idem Fam. 1, 5 Postea quam Pompeius apud populum ad VIII Idus Februarii, quum pro Milone diceret, clamore conuittioque iactatus esset. Fluctibus iactari Cic. in Orat. 107. Huc illuc iactari Lucan. 8, 699. Morbo iactari Hor. Serm. 2, 3, 121. Ventis iactamur Propert. 3, 5, 11. In vndis iactari Virg. Aen. 1, 446. Cic. Verr. 1, 67 Iactatur domi suae vir optimus, etc.

I A C T A N S, antis. Partic. [*ἀλαζονεύμενος, ἀλαζών*] *sive Nomen ex Partic.* Plin. Epist. 3, 9 Iactantes et gloriosae epistolae. Virtutis expers, verbis iactans gloriam Phaedr. 1, 11. Iactans sui Quinct. 11, 1. Iactant basia Phaedr. 5, 7. *Honos Principi habitus.* Multum aliis iactantior Stat. Theb. 9, 559. Paulo iactantior Hor. Serm. 1, 15, 3, 50. Amator iactantissimus Spartian. Hadrian. c. 17. Iactantior gestus Quinctil. 11, 1. Via iactans Liu. 21, 48. *Vid. ibi Interpr.*

I A C T A N T E R. Adu. [*ἀλαζονευόμενος*] *Apud Tacit.* Ann. 2, 77 Periisse Germanicum nulli iactantius moerent, quam qui maxime iactantur. *i. Ambitiosius, vel maiori cum ostentatione.* Ammian. 27, 2 20 Minae iactanter sonantes. Tacit. Hist. 3, 53, 2 Literas ad Vespasianum composuit iactantius, quam ad principem. Prudent. Hamartig. v. 170 Ostentat iactantius.

I A C T A N T I A, ae. f. [*μεγαλαυχία, μεγαληγορία, νεανιευμα*] *Idem quod Iactatio.* Quinctil. 9, 2 Veritus opinionem iactantiae. 25 Friuola Idem 1, 6. Inanis Idem 1, 8. Minuere iactantiam Id. 6, 3.

I A C T A N T I C V L V S, i. m. *Iactator contemptibilis apud Vet. Schol.* Iuuen. 11, 34 *qui Buccas ibi interpretatur*, Iactanticuli, qui tantum buccas inflant, et nihil dicunt.

I A C T A B V N D V S, a, um. Adi. *Vt, Mare iactabundum Gell.* 30 19, 1. *i. Tempestuosum.* In Graecae facundiae gloria iactabundus Idem 15, 2.

I A C T A T V S, a, um. Partic. [*ἐξήυμμένος*] Virg. Aen. 1, 33 Iactatos aequore toto. Clamore, conuictis iactatus est Pompeius, *i. Exagitatus* Cic. Fam. 1, 5. Periclis iactatus Virg. Aen. 6, 35 693. Terris iactatus et alto Idem Aen. 1, 7. Turbine nautae iactati Catull. 66, 63. *Add. Virg. Aen. 1, 446.* Nix iactata sub Arcto Ouid. Trist. 3, 10, 13. Saepius iactata in senatu Re Liu. 22, 23. Terra iactata Virg. Georg. 2, 249.

I A C T A T V S, ūs. m. Plin. 14, 18 *de vini quibusdam generibus,* 40 Sic et mari nauigato, cuius iactatus his, quae durauerint, tantum vetustatis adiciere sentitur, quantum habuerint. Pennarum iactatus Ouid. Met. 6, 703.

I A C T A T I O, ōnis. f. [*ἀναρίπτης*] Cic. pro Muraen. 4 c. 2 Quo tandem animo me esse oportet, prope iam ex magna iactatione 45 terram videntem, in hunc cui video maximas Reip. tempestates esse obeundas? Iactatio corporis Cic. in Orat. 86 c. 25. Lapidum Hygin. Astron. 2 c. 28. Vulnerum Curt. 6, 1, 5. Iactatio est voluptas gestientis, et se efferentis insolentius Cic. Tusc. 4, 21 c. 9. Insolentiam et iactationem hominum ferre Cael. ad Cic. Fam. 8, 16 *extr.* 50 Circulatoria Quinctil. 2, 4. Eloquentia forensis iactationem habuit in populo Cic. in Orat. c. 3. *Conf. Id. de Arusp. Resp. c. 20. et de Prou. Conf. c. 16.* Popularis iactatio, *pro Gloriam et vanis sermonibus.* Cic. pro Cluent. 95 c. 35 Optimis hercle temporibus tum quum homines se non iactatione populari, sed dignitate, atque inno- 55 centia tuebantur. Eruditionis iactatio Quinctil. 1, 5. Temporum nostrorum iactatio Idem 4, 1, 9. *i. nunc vsitata.* Idem 11, 1, 15 Omnis sui vitiosa iactatio est, eloquentiae tamen in oratore praecipue: affertque audientibus non fastidium modo, sed plerumque etiam odium. Cic. Fam. 11, 20 Nam de tuo periculo, crede mihi, 60 iactatione verborum, et denuntiatione periculi, etc.

I A C T A T O R, ōris. m. [*καμπυσις, ἀλαζών*] *Gloriosus.* Quinctil. 11, 1 *de Cicerone,* Is quidem rerum a se gestarum maior quam eloquentiae fuit in orationibus utique iactator. Gell. 18, 4. Ciuitatis iactator Suet. Claud. c. 35. Acer in absentes linguae iactator 65 Idem in Eutrop. 2, 380. Immodicus proprii iactator honoris Idem in sec. Conf. Stil. 6.

I A C T A T R I X, icis. f. *Apud Sidon.* . . .

I A C T I T O, a Iacto, arc. [*ἐπιτάξομαι*] Liu. 7, 2 Iuventus, histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridi- 70 cula intexta versibus, iactitare coepit.

I A C T I T A B V N D V S, a, um. Adi. Sidon. Epist. 3, 13 Citra honestatis nitorem iactitabundi.

I A C V L V M, i. n. [*ἀκόντιον, βολίς, ἀγκύλη, σαυρία*] *Dicitur quidquid in longum iaci potest.* Plaut. Truc. 1, 1, 14 Tentant benignus- 75 ne, an bonae frugi fies: quasi in piscinam, rete qui iaculum parat, quando abiit rete pessum, abducit. Idem in Asin. 1, 1, 86 Iubeas vna opera me piscari in aere, venari reti iaculo apros in medio mari. *Quem locum alii aliter: sed corrupte legunt.* Iaculi Colum. 6, 2, 4 *subiunt.* funes, nisi forte leg. laquei. Rete, quo gladiatores seu retiarii 80 utebantur, dictum iaculum Isidor. 18, 54. Hi iaculo pisces, illi capiuntur ab hamis, Hos caua contento retia fune trahunt Ouid. A. A. 1, 763. *His locis ducti arbitrantur Adiectiuum esse,* iaculus, a, um. *et quodocumque iaculum absolute ponitur, Teli vox subaudienda est.* Iaculum (*inquit Varro de L. L. 4, 24*) dicitur, quod vt iaciatur, fit. 85 Audax iaculis Sil. 2, . . . Insignis iaculo Virg. Aen. 10, 754. Missa iaculorum turba Ouid. ex Ponto 3, 7, 35. Acutum Virg. Aen. 3, 46. *Vid. ACVO.* Letale Ouid. Met. 5, 182. Velocis iaculi certamina Virg. Georg. 2, 530. Dirigere iaculum totis viribus Sen. Hippol. 6. Ictus iaculis aut lapide, *vid. ICO.* Inuadere ali- 90 quem iaculis Sil. 4, 617. Intorquens iaculum Virg. Aen. 9, 52. Ouid. Met. 5, 90. Moliri iacula, *vid. MOLIOR.* Perlibrat iaculum ad ossa Sil. 15, 698. Torquere iaculum lacerto Ouid. ex Ponto 2, 9, 57.

I A C V L V S, i. m. [*ἀκοντίας*] *Serpentis genus, qui subit arbores,* 95 *e quibus se vi maxima vibrat, penetratque quodcumque animal obuium fecerit fortuna.* Plin. 8, 23 Iaculum ex arborum ramis vibrari, nec pedibus tantum cauendas serpentes, sed et missili volare tormento. Lucan. 9, 720 Et natrix violator aquae, iaculique volucres.

I A C V L O R, āri. Dep. [*ἀκοντίσω*] *Longe iacere.* Quinctil. 8, 2, 5 100 Qui iaculum emittit, iaculari dicitur. Iuuen. Sat. 1, 11 Quantas iaculetur Monychus ornos. Columel. 10, 330 Saepae ferus duos iaculatur Iuppiter imbres. Liu. 22, 50 Et quum in latus dextrum, quod petebat, Numidae iacularentur, etc. Hor. Carm. 1, 2, 3 Sa- 105 cras iaculatus arces Terruit urbem. Iupiter igne suo lucos iacu-

latur et Arces Ouid. Amor. 3, 3, 35, Ceruos Hor. Od. 3, 12, 11. Ferro iaculabor acuto Ouid. in Ibin 49. Fulmina Iuppiter iaculatur Idem Met. 2, 61. Saxa iaculans Giganteo lacerto Id. Met. 14, 184. Vel qui sese more animum iaculentur in auras Claud. Consul. Mall. 320. In confertissima se hostium tela iaculatus Flor. 1, 14, 4. Dictator Signum in hostes iaculatus est Idem 1, 11, 2. Pro Appetere, vel Moliri. Hor. Carm. 2, 16, 17 Quid breui fortes iaculamur aevo Multa? h. e. Appetimus: et quam breuis vita sit, maiora tentamus. Acron. Recte sane et melius omnibus commentis, quibus ab aliquo

10 inde tempore hic locus vexatus est. Sic et Bentleius. Iaculari est collineare, i. destinare, moliri. Fortes, frustra animosi. ¶ 2 Apud rhetoras iaculari de breuibus dictis et sentiis dicitur, quae sagittarum instar mittuntur. Vid. Iacere Ridiculum. Quinctil. 11, 3, 120 Iaculari sententias vibratis digitis, quasi illo digitorum motu excutentur minutae sagittae. Sed 9, 2, 79 Sententiis iaculari in vxorem. Et 2, 11, 6 Abrupta quaedam iaculari metaphora ab eo sumta, si quis arreptos et abruptos undecunq; lapides vel glebas iactet.

IACVLO, are. [ἀιχμαίω] Etiam dicitur. Claud. . . . Latis iaculabat in armis.

20 IACVLANS, antis. Partic. Mopsus iaculans Ouid. Met. 12, 457. Giganteo iaculans saxa lacerto ibid. 14, 184.

IACVLĀTVS, a, um. Part. [ἰκοντακῆς] Ignes iaculata e nubibus Virg. Aen. 1, 46. Conf. 2, 276. Auratam iaculata pilam Claud. Laude Serenae 144.

25 IACVLĀTVS, ūs. m. Actus iaculandi. Tertull. de Spectac. 18 Non probabis vanos cursus et iaculatus et saltus.

IACVLĀTIO, ōnis. f. Idem. Liber de iaculatione equestri Plin. Epist. 3, 5. Apul. Miles. 1 p. 106 Statutum est, vt in eam die altera feuerissime saxorum iaculationibus vindicaretur. Min. Felix c. 3 Testarum in mare iaculationibus ludere. Haec veluti iaculatio verborum et inclusa breuiter vrbantitas Quinct. 6, 3, 43.

IACVLĀMEN, īnis. n. Idem apud Apul.

IACVLĀMENTVM, ī. n. Non. 18, 30 Anſatae, iaculamenta cum anſis. Sunt ergo iacula.

35 IACVLĀTOR, ōris. m. [ἀκοντιστής] Qui iaculum emittit. Liu. 21, 21 extr. Pro eo supplementum, ipse ex Africa, maxime iaculatorum leuium armis petiit. Stat. Theb. 12, 562 Fulminis iaculator. Audax iaculator Enceladus Hor. Carm. 3, 4, 56. Conf. Ouid. Met. 12, 350. Iaculatores dicuntur Deerrare, vid. DEERRO. Iaculatorem, pro Piscatore posuisse Plautum in quadam comoedia refert Isidorus, e qua hoc affert, Probus quidem antea iaculator eras.

IACVLĀTRIX, icis. f. [σάμμυκσις] Diana iaculatrix Ouid. Met. 5, 375. Conf. Fast. 2, 155.

45 IACVLĀBĪLIS, e. Adi. [ἀκοντιστός] Quod iaculando emitti potest: vt, Telum iaculabile Ouid. Met. 7, 680. Pondus Stat. Theb. 6, 658. Conf. Claud. Eutrop. 2, 166.

IACVLĀTORĪVS, a, um. Adi. Quod ad iaculatores, iaculandiue artem pertinet. Vt Campus iaculatorius, in quo iaculatores exercentur, in quo iaculatores iaculantur ordinariē. Vlpianus D. ad leg. Aquil. 1. Item si obstetrix ſ. Sed etsi, Si a iaculantibus per lusum, feruus fuerit occisus, Aquiliae locus est. Sed si (inquit Iurisconsultus) quum alij in campo iacularentur, feruus per eum locum transierit, Aquilla cessat: quia non debuit per campum iaculatorium iter intempestiue facere. Qui tamen data opera in eum iaculatus est, utique Aquilia tenebitur. Preces iaculatoriae August. Epist. 120.

I A D et I A L

60 IADERA, ae. f. Illyrici oppidum, Apolloniae et Salonae vicinum, teste Pomponio 2, 3. Iaderac meminit et Plin. 3, 21 extr. in descriptione Liburniae.

IALDABAOTH, Aeon primarius, de quo multa fabulati sunt Haeretici. Vid. Tertull. de Praescript. c. 47.

65 IALĒMVVS, i. m. Calliopae filius, in poesi frigidus et ineptus. Vid. Hesych. et Luciani Apophr. p. 445 Ed. Graeu. Item Carmen lugubre: Apollon. 4, 1304. Athen. 14. Vid. Voss. Inst. Orat. 3 p. 413. Hinc et Prouerb. Ialemi cantilena: pro Miserabili. Erasmi. Adag. Burm. praef. ad Phileleuth. Lips. Obseru. in Menandr.

70 IALYSSOS, vel IALYSSVS, i. m. [Ἰάλυσος] Solis filius, a quo etiam nomen habet vna de tribus vrbibus, e quibus magna vrbis Rhodus in insula cognomine coaluit. Nobilissima pictura Ialyſi a Protogene elaborata, propter quam vrbis Poliorcetes Demetrius pepercit. Vid. Plin. 5, 31. Cic. in Orat. 2. Idem Att. 2, 21. Plin. 35, 10. Gell. 15 c. vlt. Aelian. Hist. Varr. 12, 41 Cic. de N. D. 3, 54. Qui Ialyſus fuerit, non satis, vt fit in fabulis, constat. Mosellanus venatorem fuisse suspicatur, a quo nomen vrbis acceperit, eique id indicio esse, quod cum cane pingatur Ialyſus. Sunt qui putent Satyrum hoc nomine fuisse: alij Bacchum, qui a Rhodiis ita vocaretur: Pindari interpretes aiunt Cercapeum Solis et Rhodi Nymphae filium, tres filios procreasse, Ialyſum, Lindum, et Camirum, qui tres ciuitates in Rhodo conditas suis nominibus appellarunt. Strabo 14.

80 IALYSIVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 7, 365 Phocbeamque Rhodon, et Ialyſios Telchinas.

I A M

85 IAM. [ἴαμ] Adu. temporis praesentis, quo vtuntur in variis affectibus. Properantis est, et se aliquid protinus facturum indicantis Ter. Adel. 2, 2, 1 Tace, egomet conueniam iam ipsum. Idem Andr. 5, 4, 51 Recte admones: Dauo istuc dedam iam negoti. Increpatio morae, Ter. Eun. 3, 2, 39 Iamne imus? In principio sententiae Cic. Verr. 1, 15 Iam quid id ad Praetorem, vter possessor sit? Renuntiatio perpetuitatis, inquit Donatus, ad Ter. Andr. 2, 2, 16 Vxorem tibi iam non dat Chremes. Varro de R. R. 2, 4 Quum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam delici appellantur: neque iam laetentes dicuntur. Iam eleganter dixit, pro eo quod nunc plerique dicunt Amplius. Connectit argumenta. v. g. Cic. de Senect. 57 Iam hortum ipsi agricolae succidiam alteram appellant. Idem de Orat. 2 c. 19 Iam vero narrationem quod iubent verisimilem etc. Idem . . . Iam quod ad illam causam attinet. Plaut. Epid. 1, 2, 8 Iam istoc pobior

90 es. Conf. Tibull. 4, 1, 82. Modo. Ter. Eun. 5, 2, 43 Te quoque iam Thais vt me dī bene ament, amo. Cic. de Amicit. 10 De me autem (vt iam cum vtroque loquar) sic habetote. Iam geminatum. Hor. Serm. 2, 7, 114 Iam vino quaerens, iam somno fallere noctem. Virg. Aen. 6, 647 Iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.

105 De incerto et non constituto tempore Tibull. 1, 1, 70 Iam veniet tenebris

bris mors adoperta caput, etc. *Posthac.* Cic. Fam. 14, 14 Vestrum iam consilium est, non solum meum, quid sit vobis faciendum. Idem Fam. 14, 4. *Sed ipsum articulum praesentis temporis notat* Ter. Andr. 3, 4, 2 Cur vxor non arcessitur? iam aduersperascit. Idem Eun. 4, 2, 5. Plaut. Merc. 3, 1, 35 Ecastor iam biennium est, quum mecum rem ille coepit. Idem Most. 4, 2, 38 Quin sex menses iam hic nemo habitat. Et Curc. 1, 1, 14 Hoc Aesculapii fanum est. PA. plus iam anno scio. *Statim, mox, confestim.* Ter. Eun. 1, 2, 5 Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. Plaut. Aul. 1, 2, 26 Ocllude sis fores ambobus pessulis, iam ego hic ero. Idem Truc. 1, 2, 18. Cic. pro Flacc. 52 Iam illud videro: sed primum illud tenebo. *Tarditatis signum, pro Tandem.* Ter. Andr. 1, 2, 19 Te oro Daue, vt redeat iam in viam. Idem Adel. 2, 1, 21 I nunc iam. *Vbi Donatus:* Nunc iam, duae partes sunt. Et bene iam: quia sero et post plagas. *Tunc.* Quinctil. 2, 6, 6 Quod si satis prudenter ea viderint, iam prope consummata fuerit praecipientis opera. *Aliquando redundare et explere tantum videtur, nec tamen sine quadam vehementia est.* Ter. Heaut. 4, 3, 1 Nulla mihi res posthac potest iam interuenire tanta. *Conf.* Tacit. de Germ. 45, 3 et c. vlt. extr. ¶ 2 *Iungitur aliis particulis.* Iam a pueris, *Statim ab infantia.* Ter. Heaut. 2, 1, 20 2 Qui nos putant iam a pueris illico nasci senes. Cic. Fam. 1, 9 Iam a prima adolescentia delectarunt. Sallust. Iugurth. c. 77 Ad hoc Pop. Rom. iam a principio inopi melius visum est, amicos quam seruos quaerere. Iam ab illo tempore, quum venisti in Italiam Cic. Fam. 2, 14 (16.) Iam ab illo tempore, quum in Cumanum mihi obviam venisti Idem Fam. 2, 15. Iam abhinc triginta diebus Comitii habitis Id. Verr. 2, 130. Cic. in Brut. c. 17 Multis iam ante saeculis. Idem Att. 7, 4 Id mihi iam ante erat notum. *Conf.* Fam. 3, 10. Iam antea diuersi audistis Sallust. Catill. 7 et 30. Idem Iugurth. 50 et 67. Iam antea petiui abs te Cic. Att. 16, 17. Plaut. Cist. 2, 1, 7 30 Quod lubet non lubet iam id continuo. Iamdiu, *Per longum tempus significat.* Plaut. Mil. 2, 1, 17 Ego iamdiu apud hunc seruitutem serui. Ter. Eun. 3, 3, 12 Huc euasit, quampridem pater mihi et mater mortui essent: dico iamdiu. Donatus, Iam olim interpretatur. Cic. de Senect. 18 Carthagini male iamdiu cogitanti. Idem de Diuin. 35 1, 39 c. 19 Idem iamdiu non facit. *Vid.* Non. 3, 447. Iamdiu expectans Cic. Acad. 1, 3. Iamdiu flagitat Idem Diu. Verr. 26 c. 8. Iamdiu haec tractantur a Graecis Id. Acad. 1, 2. Plaut. Amph. 1, 1, 146 Agite pugni, iamdiu est quod ventri victum non datis. Iamdiu factum est, quom abisti ad forum Plaut. Afin. 2, 1, 3. Iamdiu factum est postquam bibimus Idem Pers. 5, 2, 41. ¶ 3 *Iamdudum proprie significat iam diu. Sed nempe, vt de Dudum obseruauimus, potius impatientiam quandam morae et properationem notat in paruo etiam temporis interuallo, quam longum tractum temporis, ita vt fere ultra vnam alteramque horam non extendatur.* Virg. Aen. 4, 1 At regina graui iamdudum faucia cura. *Vix vna alteraque hora adfuerat Aeneas. Sed nempe longum ipsi videbatur etc.* Sic Ter. Adel. 4, 1, 1 Ain' patrem hinc abisse rus? s. iamdudum. Idem Eun. 4, 7, 46 Iamdudum est animus in patinis. Cic. Fam. 3, 12 Vides sudare me iamdudum laborantem quomodo ea tuear. Iamdudum est intus Plaut. Afin. 3, 3, 151. Iam non dudum ante lucem Idem Poen. 1, 2, 105. Cic. de Orat. 2, 26 c. 7 Antonium iamdudum Cotta atque Sulpicius expectant. Iamdudum tractabamus Idem de Amicit. c. 22. Iamdudum factum est, quom abisti domo Plaut. Trin. 4, 3, 3. Iamdudum vereor ne, etc. Cic. Verr. 4, 105. Iamdudum te illud hor- tor Idem in Catil. 1 c. 5, 21. Haec, quae iamdudum loquor Id. Verr. 3 c. 36. Ter. Eun. 3, 1, 57 Quando illud, quod tu das, expectat atque amat, iamdudum amat te, iamdudum illi facile fit quod doleat. *Eam fere vim habet, quam illicet, actum est! non est opus alio argumento.* Ter. Andr. 1, 4, 1 Audiui, Archillis iamdudum: Lesbiam adduci iubes. *Ita recte distinguit Bentl. Notemus etiam Praesens adiunctum.* Sic Hec. 2, 1, 1 Nescio quid iamdudum audio hic tumultuari. Et Phorm. 2, 1, 59 Iamdudum te omnes nos accusare audio. Iamdudum, aetatem: lites sunt inter eos factae maximae Ter. Eun. 4, 5, 8. *Vbi Donatus: Quia Iamdudum infinitae morae est, addit Aetatem, vt ostendat, multum abiisse temporis, vt factum est. Madidus et calens a vino Chremes auget, vt solent tales, omnia. Nam modo factum erat.* Virg. Aen. 2, 103 Si omnes vno ordine habetis Achiuos Idque audire sat est, iamdudum sumite poenas. Seruius interpretatur, Modo, quam primum. *Nempe hoc dicit, Iam diu debebatis sumere poenas, non ita diu audire narrantem.* Sic Ouid. Art. Am. 2, 457 Candida iamdudum cingantur colla lacertis, i. iam cincta esse debent. Et Met. 11, 482 Ardua iamdudum demittite cornua, rector clamat. Sen. Med. 191 Vade — monstrumque — iamdudum euehe. Ouid. Arte Am. 1, 317 Dixit et ingenti iamdudum de grege duci Iussit. Sil. 11, 374 75 Postera lux Phaethontis equos proferre parabat — Et iuuenis — Iamdudum exercet curas. Hor. Od. 3, 29, 5 Pressa tuis balanus capillis Iamdudum apud me est. Tibull. 3, 6, 63 Iamdudum Syrio madefactus tempora nardo Debueram etc. *Vid. Brouckb.* ¶ 4 *Reliqua connubia cum Aduerbiis.* Iam ferme moriens, me vocat, accessi Ter. Andr. 1, 5, 49. Iam iam, *Repente, mox.* Plaut. Curc. 5, 3, 29 Iam iam faciam vt iusseris. Ter. Adel. 5, 3, 67 Derides? fortunatus qui istoc animo fies: ego sentio. M. ah pergisne? D. iam iam desino. Iam iam intelligo Crasse quid dicas Cic. de Orat. 3 c. 24 pr. Iam iam sat est Plaut. Mil. 4, 2, 92. Virg. Aen. 4, 371 85 Iam iam nec maxima Iuno, Nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis. Cic. Verr. 1, 77 Iam iam Dolabella neque tui, neque tuorum liberorum miseret. Iam iamque, i. *Mox, celerrime.* Idem Att. 7, 21 Mihi dubium non erat, quin ille iam iamque foret in Apulia. Idem Fam. 12, 10 Vos expectaui, Brutum quidem iam iamque. Catull. de Aty 64, 73 Iam iam dolet quod egi iam iamque poenitet. Iam inde, *Ab hoc tempore. Videtur enim tempori metam constituere quo aliquid fit, vel fieri coeptum est.* Cic. in Vatin. 13 Ac tibi iam inde praescribo, ne tuas fordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas. *Add.* Liu. 21, 31. Ter. Adel. 1, 1, 16 Is adeo dissimili studio est iam inde ab adolescentia. Iam inde a patre atque maioribus, etc. Cic. pro Flacc. 52. Iam inde a teneris impende laborem Virg. Georg. 3, 74. Cic. in Orat. 127 Est enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Aristotele constituta. Liu. 35, 47 pr. Tentare gentem aduersam Romanis iam inde a Prachyllae morte, etc. Idem 100 1, 1 Iam inde ab initio minime laetus nouae origine vrbs. Cic. pro Corn. Balb. 31 O iura praeclara, atque diuinitus iam inde a principio Romani nominis a maioribus nostris comparata. Sallust. Iug. c. 77. Liu. 24, 48 Ita iam inde a principiis gentis maiores suos bella gessisse. Iam inde a cunabulis. *Laudatur Varro de R. R. . . .* 105

Sed videtur esse Columel. 1, 3, 5 locus ex memoria citatur. Liu. 2, 56
 Iam inde a paternis certaminibus inuisus. Iam inde a Consulatu
 meo testis Cic. Philipp. 14, 16. Sic Fam. 13, 39 Cuius cum patre
 magna mihi fuit amicitia iam inde a Quaestura mea Siciliensi. Iam
 5 inde a puero Plaut. Stich. 1, 3, 21. Ter. Adel. 3, 3, 86 Vah homo
 amicus nobis iam inde a puero. Iam inde antiquitus Plin. in Pa-
 neg. . . . Liu. 34, 27 extr. Hi sunt iam inde antiquitus cas-
 tellani agreste genus. Plaut. Merc. 3, 1, 23 Iam inde aetate quum
 scis facere officium tuum. Ter. Heaut. 1, 2, 9 Nam mihi magna
 10 cum eo iam inde vsque a pueritia semper fuit familiaritas. Iam ne:
 Cic. Att. 12, 48 Velim scire, quid tibi restet, aut iamne confeceris.
 Iam nunc, quod et Nunc iam dicitur, Certi temporis quod praefens est
 indicationem faciens. Cic. Diu. Verr. 42 c. 13 Quae quum cogito,
 iam nunc timeo. Virg. Georg. 1, 42 Et votis iam nunc assuesce vo-
 15 cari. Ouid. de Arte Am. 3, 59 Venturae memores iam nunc estote
 senectae, Sic nullum vobis tempus abibit iners. Conf. Propert. 4,
 12, 93. Ter. Andr. 1, 1, 144 Eamus nunc iam intro. Nunc iam:
 vid. NVNC. et Cic. Att. 1, 6. Iam olim, *i.* Iam a longo tempore.
 Cic. . . . Iam olim principio illud statueram. Quinctil. 8, . . .
 20 Iam olim, *Aliquando.* Ter. Eun. 3, 5, 38 Et quia consimilem luserat
 iam olim ille ludum. Conf. Virg. Georg. 2, 404. Pomponius in l.
 Sub conditione D. de Solutionibus, Sub conditione debitor, si acce-
 ptum feratur, postea conditione existente intelligitur iam olim libe-
 ratus: et hoc etiam si solutio re fiat, accidere Aristo dicebat. Iam
 25 porro: Cic. Verr. 3, 118 c. 50 Iam id porro vtrum libentes inuiti da-
 bant. Idem pro Rosc. Amer. c. 40. Iampridem, *eodem fere modo,*
vt iam dudum ponitur, vt potius affectum dicentis, quam definitum tem-
pus notet. Sic per impatientiam de paruo tempore dicitur Plaut. Bacch.
 5, 2, 38 Istud iampridem scio. Ter. Hec. 2, 1, 21 Iampridem equi-
 30 dem audiui cepisse odium tui Philumenam. *i.* Iam aliquanto ab hinc
 tempore audiui: Cic. Fam. 8, 17 Quod si timor vestrae crudelitatis
 non esset, eiecti iampridem hinc essemus. Idem Att. 2, 5. et 11, 13. *id.*
 Fam. 3, 11 et 12. Virg. Ecl. 2, 43. et Aen. 1, 726. Sed etiam de lon-
 giori tempore. Plin. . . . Quod maiores nostros iampridem fe-
 35 cisse manifestum est, *etc.* Iampridem, *Continuo.* Lucan. 1, 347 Tol-
 lite iampridem vitricia, tollite signa. Si iampridem ad verbum Tol-
 lite refertur, Continuo significat: si vero ad nomen Vitricia Iamdud
 significat. Ter. Adel. 3, 2, 40 Iam primum illum alieno animo a
 nobis esse res ipsa indicat: incipit enarrare causas consilii sui. Sic
 40 Sallust. in Catil. c. 15. Et Ter. Andr. 3, 2, 32 Iam primum haec se e
 Pamphilo grauidam dixit esse: inuentum est falsum. Sic post Exor-
 dium ita ad historiae initia transit Lilius 1, 1 Iam primum omnium
 fati constat, Troia capta, in caeteros saeuitum esse Troianos. Cic.
 Fam. 14, 23 Redditae mihi iam tandem sunt a Caesare literae. Conf.
 45 Liu. 22, 12. Iam tandem Italiae fugientis prendimus oras Virg.
 Aen. 6, 61. Ita se iam tum gessisse pro ciue iis temporibus, quae tu
 criminaris Cic. pro Arch. c. 12. Et Fam. 6, 2. 7, 12. et 13, 17. Liu.
 29, 1. Nep. 8, 24. Virg. Aen. 8, 349 Iam tum religio pauidos terre-
 bat agrestes. Iam tunc, *i.* Ex illo statim tempore Iustini. 13, 5, 5. et
 50 38, 5, 3. Conf. Plin. 16 c. vlt. Iam vero ipsa terra ita mihi parua
 visa est, vt me imperii nostri, quo quasi punctum eius attingimus,
 poeniteret Cic. in Somn. Scip. 8. quo loco legitur et sine Vero. Idem
 de Orat. 2, 83 Iam vero narrationem quod iubent verisimilem esse, *etc.*
 Iam vero, *secundo loco positum.* Cic. de Clar. Orat. 263 Probabilis
 55 orator, iam vero etiam probatus. Quasi dicat, Quid dico probabilis?
 immo iam probatus. Idem Verr. Act. 1 c. 48. et Off. 2 c. 3. Iam vs-
 que ab! Cic. de Diuin. 1, 1 Vetus opinio est iam vsque ab heroicis
 ducta temporibus, *etc.*

IAMBVS, *i.* m. [*ἰαμβος*] Pedis genus, constans ex breui et longa, vt
 60 docens. Inde est *ἰαμβίζων*, id est maledicere: est enim pes versibus ma-
 ledicis aptissimus. Varias appellationis rationes videre licet apud Dio-
 med. 3 p. 473. V. g. a Iambe Celei famula, *it.* Iambum esse quasi
 Triambum, a Triumphatore Libero, a forti viro Iambo *etc.* Nihil
 enim sani est. Notemus potius ex l. c. Iambum eundem appellari Dau-
 65 nium a duce Apulorum Daunio, itemque Gradalem, Gradiuo Marti
 sacrum. Syllaba longa breui subiecta vocatur Iambus Hor. Arte
 Poët. 251. Criminosi Idem Carm. 1, 16, 3. Ouid. de Rem. Amor.
 378 Liber in aduersos hostes stringatur Iambus, Seu celer, extre-
 mum seu trahat ille pedem, *i.* Scazon. Hor. Epist. 1, 19, 23 Parios
 70 primus Iambos Ostendi Latio, numeros animosque secutus Archilochi.
 Pugnax Ouid. in Ibin 521. Facere Iambum Quinctil. 1, 5. Vi-
 brare truces Iambos Catull. 34, 5. Iambus, *Ectoga aut Idylium aut*
carmen, aut poematum ex Iambis. Cic. Att. 16, 11 Mihi, vt Aristo-
 phani Archilochi Iambus, sic epistola longissima quaeque optima vi-
 75 detur. Festus: Iambi vocabantur, qui singuli ex profcenio loque-
 bantur, Triambi, qui terni.

IAMBĒVS, *a*, um. Adi. [*ἰαμβῆος*] Trimetri Iambei Hor. de
 Arte Poët. 252.

IAMBĪCVS, *a*, um. Adi. Versus Iambicus Diomed. 3, . . .

80 IAMBICĪNVS, *a*, um. Adi. Genus Iambicinum Martian. Ca-
 pella 9, 335.

IAMIDAE, arum. m. De quibus apud Cic. de Diuin. 1, 91 men-
 tio est, Familia quaedam fuit aruspicum, ab Iamo filio Apollinis sic nomi-
 nata, quorum vnus Thrasylbulus e canum extis vaticinabatur, vt scri-
 85 bit Pausanias 2 Eliacon. vid. Victor. V. L. 13, 15. Turneb. Aduers. 5,
 22. Add. Philostr. Apollon. 5, 25.

I A N

IANA, ae. f. [*Ἰάνημις*] Luna erat veteribus Romanis. Varro
 90 de R. R. 1, 37, 3 Nunquam rure audisti octauo (die ante) Ianam (*i.*
lunam nouam) et crescentem, et contra senescentem *etc.* Macrobr. Sat.
 1, 9 Pronuntiauit Nigidius, Apollinem Ianum esse Dianamque Ianam,
 apposita D litera, quae saepius I literae decoris causa apponitur, vt
 reditur, redhibetur, redintegratur, et similia. Add. Scalig. de Emend.
 95 Temp. 2 p. 174. et Voss. de Idol. 2, 16. et quae monemur in DIANA.
 Conf. mox IANVS.

IANALIS, e. vid. IANVS.

IANEVS Ianitor apud Festum.

IANICVLVM, *i.* n. [*Ἰάνικλον*] Oppidum prope Romam: di-
 100 ctum quod per eum (sic editur, pro id) Populus Rom. transierit in
 agrum Hetruscum, vt ait Festus: seu quod Ianus illud condiderit. So-
 lin. c. 8 Quis dubitat Ianiculum a Iano non fuisse nominatum? Virg.
 Aen. 8, 358 Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem: Iani-
 culum huic, illi fuerat Saturnia nomen. Add. Ouid. Fast. 1, 246.
 105 Plin. 3, 5. et 16, 11. Conf. Lili. 1, 33 extr.

IANITOR, IANITRIX, *vid.* IANVA.

IANTHE, *es. f.* *Virgo Cretenfis, laudatissima forma: apud Ouid. Met. 9, 714.*

IANTHVM, *i. n.* [*ἰάνθον*] *Herba vel flos coloris purpurei. Plin. 21, 6. et Marcell. Emp. c. 17. Hinc*

IANTHIVS, *a, um. Adi.* [*ἰάνθινος*] *Violaceus, siue coloris purpurei: ἀπὸ τῆ ἰόν, quod est viola, καὶ τὸ ἴνθος, eos, quod florem significat: hoc est quasi violaceus flos. Martial. 2, 39 Coccina formosae donas et ianthina moechae. Subaudi, Indumenta. Vid. Plin. 21, 6 et 8.*

IANVA, *ae. f.* [*Ἰάννα, πύλων*] *Ostium, aditus, fores. Valla 4 Porta murorum est, munitioque atque castrorum: Ianua parietis ac domorum. Est autem proprie illud e tabulis contextum, quo spatium illud cauum, illud perforatum, impletur et clauditur. Luculenter hoc apparet ex illo Catull. 66, 37 in Satirico sermone Ianuae,*

Dixerit hic aliquis, qui tu isthaec, ianua, nosti?

Quo nunquam domini limine abire licet,

Nec populum auscultare; sed huic suffixa tigillo

Tantum operire soles aut aperire domum.

Sic Ouid. *Fast. 1, 135* Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes, E quibus haec populum spectat, at illa larem. Cic. *Verr. 1, 66* Seruis suis Rubrius ut ianuam clauderent, et ipsi ad fores assisterent imperat. *Vid.* IANVS. Ianuam et Ostium pro eodem ponit Cic. de *Orat. 2, 276.* Idem de *Orat. 1, 200* Qu. Mucii ianua et vestibulum, quod etc. maxima quotidie frequentia ciuium ac summorum splendore hominum frequentatur. Animi ianua frons est Qu.

Cic. de *Pet. Conf. c. 11.* Adaperta Ouid. *Met. 14, 740.* Semiadaperta Idem *Amor. 1, 6, 4.* Clausa Id. *Amor. 2, 1, 20.* Plin. *Epist. 1, 18* Illa actio mihi aures hominum, illa ianuam Famae patefecit. Firma Ouid. *Amor. 2, 12, 3.* Laxa ferenti, suda oranti Idem *Amor. 1, 8, 77.* Et 3, 1, 46. Maxima Cato c. 14. Pulsata sepulcri Ouid. *Trist. 3, 2, 24.* Caedere ianuam saxi, *vid.* CAEDO.

Cic. pro *Muraen. 33* Eam urbem sibi Mithridates Asiae ianuam fore putauisset: qua effracta et reuulsa, tota pateret prouincia. Obserrare ianuam, *vid.* h. v. Panditur ad nullas ianua nigra preces *Propert. 4, 12, 2.* Patefacere ianuam, *vid.* PATEFACIO. Noctes atque dies Patet atrii ianua Ditis *Virg. Aen. 6, 127.* Quaerere aliquem a ianua Cic. de *Orat. 2, 276.* Per *metaph.* Idem pro *Planc. c. 3* Itaque quanquam qua nolui ianua sim ingressus in causam, sperare videor, tantum absfuturam esse orationem meam, etc. Ab hoc aditu, ianuaque patefacta peruenire ad ea, quae cupimus Cic. de *Orat. 1, 204.* Patet istic ianua leto *Virg. Aen. 2, 661.* Mortis ianua *Sil. 11, 187.*

IANITOR, *ōris. m.* [*πυλωρός, θυρωρός*] *Cui ianuae custodia commissa est. Ianus apud Ouid. Fast. 1, 138* Utque sedens vester primi prope limina tecti Ianitor egressus introitusque videt etc. Cic. *Verr. 3, 8* Hunc vestri ianitores, hunc cubicularii diligunt. Ianitores ex equestri loco ducenti, stipatores corporis Cic. pro *L. Agr. 2, 32.* Carceris ianitor Idem *Verr. 5, 117.* Catenatus, *vid.* CATENA.

INGENS *Virg. Aen. 6, 400.* Cerberum intelligit.

IANITRIX, *icis. f.* *Plaut. Cure. 1, 1, 76* Anus hic recubare solet custos ianatrix. *Plin. 15, 30* Laurus triumphis proprie dicitur, vel grauiissima domibus ianatrix. *Caesarum, Pontificumque. i. e.* Quae solet plantari ante domos Caesarum et Pontificum. *Conf. Petron. c. 39 et 55.* Romphaea Paradisi ianatrix *Tertull. de Anima c. 55.* Duorum fratrum Vxores Ianitricae dicuntur, *Modestino in l. Non facile. §. Adfines sunt. D. de Gradibus cognationum. (38, 10, 4)* In quibusdam exemplaribus non legitur dictio Ianitricae, sed unico contextu ita legitur, Duorum fratrum vxores dicuntur apud Graecos *ἐνώταρες.* Ianitricae, *δύο ἀδελφῶν γυναῖκες, σύννυμφοι* *Vet. Gloss. Conf. Scalig. in Catull. 67, 3.*

IANVARIVS, *i. m.* [*ἰανναῖος, θυρωαῖος*] *Primus mensium, quem Numa Pompilius a principe deo, hoc est Iano appellauit, qui primum anni esse voluit, tanquam bicipitis dei mensem, respicientem et prospicientem transacti anni finem, futurique principia. ut loquitur Macrobi. Sat. 1, 13 v. v. et Ouid. Fast. 1, 63 sqq. Mense Ianuario Cic. Att. 1, 2. Incunte Ianuario, vid. INEO. Qui calendas Ianuarias colit, peccat Ambros. Serm. 17.*

IANVS, *i. m.* [*Ἰάνος*] *Antiquissimus Italiae rex, Saturnum in regni societatem ascivit. Eum aiunt primum in Italia diis templa fecisse, ritusque sacrorum instituisse, ac ideo eum in sacrificiis praelationem meruisse perpetuam. Multa de illo Macrobi. Sat. 1, 7. it. 8 et 9. Ponemus tantum ex c. 9 pauca, Apud nos Ianum omnibus praecesse ianuis, nomen ostendit, quod simile θυρωαῖος. Nam et cum clauis ac virga figuratur, quasi omnium et portarum custos, et rector viarum. Pronuntiavit Nigidius, Apollinem Ianum esse, Dianamque Ianam — Ianum quidam solem demonstrari volunt, et ideo geminum, quasi vtriusque ianuae caelestis potentem, qui exoriens aperiat diem, occidens claudit. — Sed studiosi caetera ibi cognoscent. Cic. de *N. D. 2, 67 c. 27* Cum in omnibus rebus vim haberent maximam prima et extrema, principem in sacrificando Ianum esse voluerunt: quod ab eundo nomen est ductum, ex quo transitiones peruiuae Iani, foresque in luminibus profanarum aedium ianuae nominantur. Iani nomen Ouid. *Fast. 1, 124* deducit a Ianua, ex eo, quod Ianus caeli foribus praecesset,*

Praesideo foribus caeli, cum mitibus Horis

Et redit officio Iuppiter itque meo,

Inde vocor Ianus, etc.

Totus enim ille locus de Iano agit. Huius templum erat Romae, quod tempore belli patebat, tempore pacis claudebatur: unde *Patuleius et Clusinus cognominabatur. Vid. Liu. 1, 9.* Iani templum fuit Romae, quod belli tempore apertum, pacis clausum fuit, ut auctor est *Seruius: Constat, inquit, templum hoc ter esse clausum. Primum regnante Numa: item post bellum Punicum secundum: tertio post bella Aetiaica, quae confecit Augustus: quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exterius pertinet gentes, sed bella flagrante ciuilia. Huius autem claudendi, vel aperiendi templi ratio varia est. Alii dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum in eo esset, ut vinceretur, calidam aquam ex eodem loco erupisse, quae fugauit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, ut pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat constitutum, quasi ad spem pristini auxilii. Alii dicunt, Tatium et Romulum facto foedere hoc templum aedificasse. Vnde et Ianus ipse duas facies habet, quasi ut ostendat duorum regum coitionem: vel quod ad bellum ituri debent de pace cogitare. Est alia melior ratio, quod ad praelium ituri optent reuer-*

sionem. Haec *Seruius enarrans illud Aen. 1, 298*

Dirae ferro, et compagibus arctis
Claudentur belli portae, furor impius intus
Saeua sedens super arma, etc.

- Vnde Hor. Od. 4, 15, 8 Ianum Quirini duellis vacuum clausit. Et
5 Epist. 2, 1, 255 Claustraque custodem pacis cohibentia Ianum. Conf.
Lips. Elef. 1, 20. et Casaub. ad Suet. p. 61. Mensis Iani Ouid. Fast.
2, 48. De Epithetis Iani primo ponemus locum Macrobbi Sat. 1, 9 Ga-
vius Bassus Ianum Bifrontem fingi ait, quasi superum atque inferum
ianitorem, eundem Quadriformem quasi vniuersa climata maiestate
10 complexum. Saliorum quoque antiquissimis carminibus deorum deus
canitur — In sacris quoque inuocamus Ianum Geminum, I. Pa-
trem, I. Iunonium, I. Consiuium, I. Quirinum, I. Patulcium et
Clusiuium, quorum deinde omnium nominum rationem reddit. Anceps
Ianus Ouid. Met. 14, 334. Belliger Lucan. 1, 62. Biformis Ouid.
15 Fast. 1, 89. Biceps Idem Fast. 1, 65. Bifrons Virg. Aen. 12, 198.
Macrob. Sat. 1, 9 Quasi superum atque inferum Ianitor. Addit eun-
dem quadrifrontem quasi vniuersa climata maiestate complexum.
Paullo ante dixerat, Ideo et apud nos in quatuor partes spectat, vt
demonstrat simulacrum eius Faleris aduectum. Custos pacis Hor.
20 Epist. 2, 1, 255. Ancipiti mirandus imagine Ouid. Fast. 1, 95.
2 Transitiones peruiuae Iani, foresque in liminibus profanarum
aedium ianuae nominantur Cic. de N. D. 2, 67 c. 27. Tales sunt Liu.
41, 32 Fuluius locauit forum porticibus tabernisque claudendum, et
Ianos tres faciendos. De quacunque vrbe sermo sit, quod in loco mutilo
25 constituere non expeditum est, illud obseruemus, Forum claudi porticibus
ac tabernis circum aedificatis, vt cauum quiddam obtineatur, inter
alia, orantibus in foro, causasue agentibus, itemque spectaculis varii ge-
neris commodum. Itaque platearum aditus ex parte obsistantur per Ianos
illos, in quibus modo tantum aperti spatii instar portarum, ornatarum
30 splendide, relinquuntur, quantum transeuntibus necessarium est. Tales Iani
possunt tot ab vna parte forum respicere, quot plateae in illud competunt:
possunt quidam longi et laxi esse, vt conuentus negotiatorum varii generis
recipiant, etc. Talibus Ianis possunt plateae ex transuerso iungi, et ma-
gna compendia praestari negotiosis discurrentibus. Tales Iani exornari
35 instar arcuum triumphalium possunt. Sed testimonia ponere pergitur.
Sueton. Aug. c. 31 Pompeii statuam marmoreo Iano superposuit. Et
Domit. c. 13 Ianos arasque cum quadrigis et insignibus triumphorum
per regiones vrbis tantos ac tot extruxit, vt etc. Ammian. Mar-
cell. 28, 4 Potiores auctoritate longaeua per Ianos et fora clamitant
40 saepe, Remp. stare non posse. In hoc genere Ianorum vnus foro pro-
ximus in primis nobilis, in quo feneratorum consistere, praecipue media
illius parte, cum videatur fuisse transitus longior. Cic. Philipp. 6, 15
c. 5 cum mentionem fecisset statuam inscriptam L. Antonio a Iano medio
patrono, addit, Itane? Ianus medius in L. Antonii clientela sit? Quis
45 vnquam in illo Iano inuentus est, qui L. Antonio mille numum
ferret expensum? Horat. Serm. 2, 3, 18 Postquam omnis res mea
Ianum Ad medium fracta est, aliena negotia curo, Excussus propriis.
Quae hic de Iani tribus statuam Vet. Schol. habet, illa suspecta sunt me-
rito Bentleio ad Hor. Epist. 1, 1, 54 Haec Ianus summus ab imo Prodo-
50 cet, Ianus summus, medius, imus sunt partes summa, media, ima vnus
illius Iani negotiatoribus assignati. Mediam partem medium Ianum fre-
quentem in primis, locus prior Horatii docet, et illud Cic. Off. 2 extr.
Sed de — quaerenda, de collocanda pecunia, vellem etiam de
vtenda, commodius a quibusdam optimis viris ad medium Ianum se-
55 dentibus, quam ab vllis philosophis vlla in schola disputatur. Sim-
pliciter Ianum vocat Ouid. Rem. Amor. 561 Qui Puteal Ianumque ti-
met, celeresque Kalendas, Torqueat hunc aeris mutua summa sui.
Ad hunc Ianum aludere videtur Seneca in M. Claudii p. 852 Ianus ho-
mo vaser, qui semper videt ἀμα πρόσω καὶ ὀπίσω. Is multa diserte,
60 quod in foro viuat, dixit, quae notarius persequi non potuit. Vt
redeamus ad Ianos vniuersim, non omissendus locus P. Victoris in Deser.
Rom. p. 264 Labb. Iani per omnes regiones, incrustati et adornati si-
gnis: duo praecipui ad arcum Fabianum, superior inferiorque.
Denique etiam libros in Iano venales fuisse discimus ex illo Hor. Epist.
65 1, 20, 1 Vertumnum Ianumque liber spectare videris Scilicet, vt pro-
stes Sotiorum pumice mundus. Huc referas ministerium a Iano, de
quo sunt Inscript. Grut. p. 577, 1 TI. CLAUD. TI. AVG.
VER. (puto Verna) THRYPH. AIANO ABATR. Nempe
a Iano, ab atrio legendum: A IANO diserte vocatur Nicomachus
70 aliquis p. 576, 9. et p. 577, 2. Et in eadem tabella p. 577, 1 est etiam
talis inscriptio, CLAVDIAE HORAE TI. CLAVDIVS
OSTIAR. i. ostiarius CONIVGI.
IANALIS, e. Adi. [Ἰανάλιος] Virga Ianalis Ouid. Fast. 6,
165. Conf. Idem 6, 129 et 165.

- 75 IANVAL, alis. n. Libi genus, quod Iano tantummodo libaba-
tur. Festus. Meminit rei Ouid. Fast. 1, 127 Inde vocor Ianus, cui cum
cereale sacerdos Imponit libum mixtaque farras salis, etc.
- I A O et I A P
- 80 IAO, us. m. Vox haereticis vsitata. Vid. Tertull. adu. Valent. c. 14.
et de Praescript. c. 49. Ipsum nomen Ἰαρι hic delitescere, credibile est.
IAPETVS, i. m. [Ἰαπετός] Caeli et Terrae filius, secundum He-
siodum. Hunc quidam Promethei patrem fuisse asserunt. Sic Ouid.
85 Met. 1, 82 Satus Iapeto est Prometheus. Audax Iapeti genus Hor.
Carm. 1, 3, 27. Trux Iapetus Valer. Argon. 1, 564.
IAPIS, idis. m. [Ἰαπίς] Nomen proprium herois Aetoli, qui
quum ad regionem Venetiae venisset, oppidum de suo nomine condidit, a
quo ea pars vbi Timaeus fluuus est, Iapidis nomen sumsit. Virg.
90 Georg. 3, 475 Castella in tumulis, et Iapidis arua Timaei. Sic di-
ctus est ab Ἰαδαῖο curare, quia Aeneam sagitta ictum curauit apud Virg.
Aen. 12, 391 et 420. Conf. Auson. Epig. 19 cum Not. Vinet. Hinc
IAPIDIA, ae. f. Iapidis regio. Tibull. 4, 109 Fortis Iapidiae
miles. Vid. Scalig. ad l. c.
- 95 IAPYX, ygis. m. [Ἰάπυξ] Daedali filius, a quo Iapyges po-
puli Apuliae Solin. c. 8. Arua Iapygis Ouid. Met. 15, 52. 2
Adiectiue Equus Iapyx Virg. Aen. 11, 678. Garganus mons Idem Aen.
11, 247 Victor Gargani condebat Iapygis agris. Vnde Seruius Iapy-
giam partem Apuliae esse dixit, in qua est mons Garganus, qui vsque
100 in Adriaticum pelagus tenditur. Huius metropolis est Brundisium et
Tarentum. Hanc regionem Messapiam, et Iapygiam, et Calabriam,
et Salentinam multi nominant. Sic Iapyx, Ventus est ex Apulia profi-
ciscens, quem eundem Caurum Gell. 2, 22 esse iudicat. Est enim, Occi-
dentalis, et vtilis Graeciam petentibus ex Italia, vt testatur Hor. Carm.
105 1, 3, 4 Obstrictis aliis praeter Iapyga. Virg. Aen. 8, 709 Illam
inter

inter caedes pallentem morte futura. *Fecerat ignipotens, vndis, et Iapyge ferri. h. e. Vento qui de Apulia flans optime ad Tarentum ducit. Seruius. Conf. Apul. de Mundo p. 63, 20 Apuli Iapygium (appellant) ex Iapyge sinu, id est ex ipso Gargano venientem. Hunc Caurum esse manifestum est etc. Albus Iapyx Hor. Carm. 3, 27, 20. 5*
Idem 1, 3, 4.

IAPYGIUS, a, um. Adi. *Vt, Gell. 2, 22 Iapygiae ipsius orae proficentem quasi finibus Apuli eodem, quo ipsi nomine (intell. appellantur) Iapygem dicunt. Regio Iapygia Plin. 3, 11. Ventus Iapygius Apul. ut modo vidimus.*

I A R et I A S

IARBAS, vid. HIARBAS.

IASIONE, es. f. Herba, quae vnum folium habet, sed ita implicatum, ut plura videantur Plin. 21, 17. *Et Iasione, Olus filuestre in terra repens Idem 22, 22.*

IASIS, idis. f. [*Iasis*] *Dicta est Atalantis, ab Iasio patre. Vid. Schoenevs. Dura Iasis Propert. 1, 1, 10. Vid. Spanh. ad Callim. p. 275.*

IASIVS, i. m. [*Iaios*] *Dardani frater. Nam Dardanus, inquit Seruius, et Iasius fratres fuerunt, Electrae filii: sed Dardanus de Ioue, Iasius de Corito procreatus est. Seruius apud Virg. Aen. 3, 168 Hae nobis propriae sedes, hinc Dardanus ortus Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum.*

IASIDES, is. m. *Dux Iasides Stat. Theb. 6, 911. b. e. Adrastus, qui filius fuit Talaonis, nepos vero Iasii fratris Dardani. 2 Etiam Palinurus Iasides est, s. Iasi filius Seruio auctore ad Aen. 5, 843.*

IASON, onis. m. [*Iaon*] *Aesonis filius, fratris Peliae Thesalicae regis, qui Colchos profectus, vellus aureum abstulit. Totam fabulam enarrat Ouid. Met. 6 extr. et 7 pr. Breuiter Iustin. 42, 2. vid. Macrob. Saturn. 1, 12. Ouid. Met. 7, 26 Quem nisi crudelem, non tangit Iasonis actas? Asper Valer. Argon. 4, 222. Clarus Ouid. Met. 7, 5. Efferus Stat. Theb. 5, 472. Pegaseus Ouid. Met. 8, 349.*

2 *Iason Pherarum Tyrannus in Thessalia, sui temporis omnium potentissimus, ut Nepos in Timotheo . . . significat. Vir- tute[m] eius et rei militaris scientiam praedicant Xenophon de rebus Graec. 6. Diod. Sic. 15 et 16. Conf. Val. Max. 1, 8 ext. et 9, 10 ext. 2 et Plin. 7, 5.*

IASONIDAE Iuvenes, Iasone geniti Stat. Theb. 6, 340.

IASONIVS, a, um. Adi. *Argo Iasonia Auien. Arat. Phaen. 756 et 808 Puppis Iasoniae depictaque terga carinae. Conf. Stat. Achil. 1, 65.*

IASPIS, idis. m. et f. [*iaspis*] *Lapidis pretiosi genus. Plin. 37, 8 Viret, et saepe translucet iaspis, etiamsi victus a multis, antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimae ferunt eam gentes, smaragdo similem Indi: Cypros duram glaucoque pingui. Persae aeri similem: ob id vocatur aërizusa. Talis et Caspia est, caerulea circa Thermo- doontem amnem, in Phrygia purpurea, in Cappadocia ex purpura, caerulea, atque non resurgens. Versiculus vulgaris; Auro quid melius? Iaspis: quid iaspide? Virtus. Martial. 5, 11. Sardonychae, smaragdos, adamantes, iaspidas, vno Portat in articulo Stella Scuere meus. Fulua supellex fuluet iaspide Lucan. 10, 122. Fulua iaspi- de stellatus ensis Virg. Aen. 4, 261. Tereti nodantur iaspide vestes Claud. de Rapt. Proserp. 2, 40 de fibula: sic Viridi angustat iaspide pectus Idem Conf. Hon. 6, 526.*

IASPIDIVS, a, um. Adi. [*iaspidios*] *Iaspidea gemma, Quae iaspidis colorem refert Plin. 37, 10.*

IASPIDONYX, ychis. f. *Gemma, a colore dicta. Plin. 37, 9.*

IASTIVS, i. m. est Tropus principalis musicus Mart. Capell. 9 p. 317. *Idem, puto, quod Ionius.*

I A T

IATRALIPTES, ae. m. [*iατραλειπτης*] *Medicus vnctor s. vn- guendo curans, et*

IATRALIPTICE, es. f. *Medicina vnguentaria, s. vnguentis curans. Cels. 1, 1 Sanus homo qui et bene valet, et suae spontis est, nullis obligare se legibus debet: ac neque medico, neque iatralipta egere. Conf. de vnctionis et frictionis differentia 2, 14. Add. Plin. 29, 1. Prodicus — discipulus Hippocratis, instituens quam vocant Iatralipticen, reuictoribus quoque medicorum ac mediastinis vectigal inuenit. Iatraliptis suis ciuitatem rogat iunior Plin. Epist. 10, 4 et 22. Petron. c. 28.*

IATRICE, es. f. *Ars medendi. Mart. Capell. 3 p. 50.*

IATROMAEA, ae. f. *Mulier medica et obstetrix. Vet. Inscr. Rei- nes. Epist. p. 269 VALERIAE VERECVNDAE IATRO- MAEAE REGIONIS SVAE PRIMAE.*

IATRONICES, is. m. *Medicorum vnctor. Ita Thessalus cogno- minari voluit, qui rabie quadam in omnis aetui medicos perorans — monumento suo iatronicem se inscripsit. Ex Plin. 29, 1.*

IATROS, i. m. [*iατρος*] *Latine dicitur Medicus. Quod Iatraliptes et Iatronices etc. ostendunt. Quibusdam hoc nomine dignus minimo proximus appellatur.*

I A X

IAXAMATAE, arum. m. *Populi circa Maeotim, inquit Stephanus, quos Ephorus appellat Sauromatas. Valer. Flacc. 6, 148 Mellis honos Torinis: ditant sua mulctra Satarchen: Iaxanatas venatus alit. De his Annian. 4.*

IAXARTES, is. m. [*Iαξαρτης*] *Scythiae fluuius in Asia, amnium ab Oriente in Caspium influentium vel maximus: nam multum secum rapit, et immensi undarum copia extumescit: oritur in ultimis Sogdianorum finibus ex montibus, quos Sogdios Ptolemaeus vocat. Alexander militesque eius Tanaim putauerunt, quum sit alius. Plin. 6, 16. Strab. 2. et Curt. 6, 2, 14.*

IAXTES, is. m. [*Iαξτης*] *Fluuius, quem eodem cum superiore in tractu quidam locant: cuius meminit Claudian. Conf. Prob. et Olyb. 160 Sic nobis Scythicus famuletur Iaxtes, al. Araxes.*

I A Z

IAZYX, Pl. IAZYGES, um. m. [*Iαζυγες*] *Istri s. Danubii in Pontum properantis accolae. Ouid. Trist. 2, 191 de loco sui exilii, Iazyges et Colchi, Metereaque turba, Getaeque Danubii mediis vix prohibetur aquis. Hic Trisyllabum est Iazyges. Sed quadrisyllabum esse potest Graeco more eid. ex Ponto 1, 2, 79 Aut quid Sauromatae faciant, quid Iazyges acres. Sarmatas Iazygas vocat Tacit. Ann. 12, 29. Ouid. ex Pont. 4, 7, 6 Ipse vides, onerata ferox ut ducat Iazyx Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.*

IBER, Vet. Gloss. Iber ἰβηρος. Fuerit itaque mulus. Vid. HYBRIDA.

IBERNIA. [Ἰβηρία] Vid. HYBERNIA.

IBĒRVVS, vel HIBĒRVVS, i. m. [Ἰβήρ] Fluvius Hispaniae, qui apud Cantabros ortus in mare Balearicum exit. Dicitur, ut Eustath. ait, a rege eiusdem nominis. Lucan. 4, 23 Cingam fluvium alloquens, Qui praestat terris aufert tibi nomen Iberus, Iberiam ab Ibero dictam, ostendit. Diues Claud. Conf. Mall. Theod. 53. Torrens Lucan. 7, 15. ¶ 2 Adiect. Iberi, Accolae fluvii, Iberiae incolae. Virg. Georg. 3, 408 A tergo horrebis Iberos. Occidentales omnes populos Iberos vel Celtiberos dixere veteres. Vid. Drakenb. ad Sil. 3, 340. Conf. IBERIA n. 1 et 2.

IBERIA, ae. f. [Ἰβηρία] Dicta est Pars Hispaniae, quae intra Iberum continetur: quamvis generali vocabulo pro Hispania capiatur. Hanc regionem Celtae Gallorum populi, relictis sedibus suis, habitauerunt. Unde composito ex utraque gente nomine, Celtiberi appellati sunt, et regio eorum Celtiberia. Lucan. 4, 10 Celtae miscentes nomen Iberis. Durae tellus Iberiae Hor. Carm. 4, 14, 50. Fera Idem Carm. 4, 5, 28. ¶ 2 Est et alia regio hoc nomine iuxta Pontum inter Colchida et Armeniam, venenorum ferax, quae Caucasii montibus circumdatur, cuius similiter populi IBERI et IBERES dicti sunt, a quibus, ut Varro putabat apud Plin. 3, 3 venerunt, qui in Hispania habitauerunt, et a quibus Hispania, Iberia: et fluvius Hispaniae, Iberus: et IBERVVS, a, um. Contra ea Dionys. Perieg. v. 698 Asiaticos Iberos a Pyrenaeis inde montibus deducit. De his Val. Flacc. 5, 166 Armeniae praetentus Iber. Sed ad metalla Hispaniae trahit Lacerda illud Virg. Aen. 9, 582 Pictus acu chlamydem et ferrugine clarus Ibera. Vid. BOVES Iberae Aen. 7, 664 sunt ex Hispania. Armifer Iberus Sil. 13, 507. Durus Iber Lucan. 6, 258. Plin. 6, 10. et Eutrop. 6, 11, 5.

IBERIACVS, a, um. Adi. [Ἰβηριανός] Terrae Iberiacae Sil. 13, 510.

IBERICVS, a, um. Adi. Hispanicus. Sidon. Carm. 23, 164 Terrarum indigenas Ibericarum. Quintil. 8, 2, 2 Qui in actione Ibericas herbas, se solo nequidquam intelligentem dicebat: nisi irridens hanc vanitatem Cassius Severus Spartum eum dicere velle indicasset. Caeterum Iberici funes, pro Sparteis Hor. Epod. 4, 3 Ibericis peruste funibus latus. Conf. Plin. 19, 2.

IBERINVS, a, um. Adi. Iuuen. Sat. 6, 53 Unus Iberinae vir sufficit.

IBĒRIS, idis. f. Herba, quam Lepidium Latini dicunt. Apul. de Herb. c. 20. Plin. 25, 11. et 26, 8. Diosc. 1, 188. al. Hiberis.

IBEX, icis. m. vulgo Rupicapra. Plin. 8, 53 Sunt capreae, sunt rupicaprae, sunt ibices pernicitatis mirandae.

I B I

IBI. [ἰβί, ἴβι] Adu. in loco, sed quod non minus quam vbi ad tempus etiam et omnem conditionem vel circumstantiam refertur. Ter. Andr. 2, 2, 19 Vbi te non inuenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum. Idem Eun. 4, 1, 8. Cic. pro Caecin. 27 Et armatos ibi fuisse. Ibi Scribon. 75 de pila siue mortario. Ibi loci: Plin. 6, 11 Ibi loci terrarum orbe portis discluso. Cic. pro Domo 121 Ibi enim positus est, vbi templi aditus est. Add. Idem Fam. 3, 6. Liu. 1, 24 Ibi imperium fore, vnde victoria fuerit. Ter. Adel. 5, 4, 13 Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi? Vbi Donatus, Ibi, inquit, quasi vxor locus sit. Cic. Verr. 3, . . . Quid tu ibi tum, quid facis? Ter. Eun. 2, 2, 30 Ille vbi miser famelicus videt me esse in tantum honorem, et tam facile victum quaerere, ibi homo coepit me obsecrare. Ibi inquit Liu. 3, 71. Ibi sum, i. Illud cogito Ter. Haut. 5, 2, 30. et 3, 1, 62. A librariis permutari solent Ibi et Vbi, Ibi que et Vbi que: Cort. ad Sall. Jug. 89, 7 et alibi.

IBIDEM. [ἰβίδῃ] In eodem loco. Ter. Andr. 4, 5, 38 Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam prouoluam: teque ibidem peruoluam in luto. Virg. Aen. 1, 120 Illam ter fluctus ibidem Torquet, etc. Vid. Seru. in loc. conf. Id. Georg. 3, 500. Ibi pro Isthic. Caius. l. 1 ff. de O. I. Cum ibi venerimus. Sed Cic. de Inuent. 2, 14 Quare quum in quandam tabernam diuertissent, simul coenare, et in eodem loco somnum capere voluerunt; coenati discubuerunt ibidem. Cic. de Inuent. 2, 134 In naui ibidem. Idem Verr. 3, 22 Vt certo tempore anni, vt ibidem in Sicilia, deinde vt lege Hieronica venderent. Cic. pro Caecin. 23 Laesit in eo Caecinnam: subleuauit ibidem. i. In eodem. Ibidem mihi adnutat, i. Ex eo loco, vbi ipse erat. Plaut. Merc. 2, 3, 100. Idem Perf. 4, 4, 62 Do ego tibi operam. s. tibi ibidem das, vbi tu tuum amicum adiuuas. i. Tunc tibi ipsi prodes, quum amicum iuuas. Plaut. Cist. 2, 1, 53 Abit intro iratus, quid ego nunc agam? si redierit illa ad hunc, ibidem loci res erit (i. in eadem conditione) vbi odium occoeperit, illam extrudet, quom hanc uxorem Lemniam ducet domum.

IBIS, is. vel idis. f. [ἰβίς] Auis Aegypti, ciconiae similis. Pisce Venus latuit, Cyllenius ibidis alis Ouid. Met. 5, 330. Plin. 10, 48 Visam in Alpihus ab se peculiarem Aegypti ibin, M. Egnatius Caluinus praefectus earum prodidit. Idem 8, 27 Simile quiddam et volucris in eadem Aegypto monstrauit, quae vocatur Ibis, rostri aduncitate per eam partem se perluens, qua reddi ciborum onera maxime salubre est. Conf. Isidor. 12, 7. et Iuuen. Sat. 15, 2. Cic. de N. D. 1, 101 c. 36 Ipsi, qui irridentur, Aegyptii nullam beluam, nisi ob aliquam vtilitatem, quam ex ea caperent, consecrarunt. Velut ibes maximam vim serpentum conficiunt. quum sint aues excelsae, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro, auertunt pestem ab Aegypto, quum volucres angues ex vastitate Libyae vento Africo inuectas interficiunt, atque consumunt, ex quo fit, vt illae, nec morsu viucae noceant, nec odore mortuae. ¶ 2 Ibidis nomine Callimachus olim inimicum suum Apollonium Rhodium s. Alexandrinum traduxerat. Hunc imitatus Ouidius hoc titulo, Ibis, libellum edidit contra inimicum suum, quem Hyginum suspicatur Saluagnius, vt Philippicas appellauit. Cicero suas in Antonium orationes exemplo Philippicarum Demosthenis. Ipse Ouid. v. 53

Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,

Hoc ego deuoueo teque tuosque modo.

Illius ambages imitatus in Ibide dicar.

Ibidis interea tu quoque nomen habe.

Caeterum Ibidis nomen pertinere videtur ad indicandam patriam Aegyptum.

IBRIDA, vid. HIBRIDA.

IBRIS, vid. HIBRIS.

IBISCVS, vid. HIBISCVS. et Apul. de Herb. c. 38 et 114.

IBVS, pro Iis, *inquit Nonius minus Latinum putat consuetudo, quum veterum auctoritate plurimum valeat. Pomponius Pappo agricola: Nunc quando voluisti facere, fac voluptati fies ibus. Plaut. Mil. 1, 1, 74 Latrones ibus denumerem stipendium. Haec Non. 8, 21. Conf. Plaut. Mil. 3, 3, 21. et Truc. 1, 2, 14.*

IBYCVS, i. m. *Rheginus Poëta, quem maxime omnium amore flagrauisse ex ipsius scriptis constare scribit Cic. Tusc. 4, 71. De quo multa et suavissima apud Erasmmum in prouerbio Ibyci grues. Aufon. Eidyl. 5, 80 Ibycus vt periit, vindex fuit altiuolans Grus.*

I C A

ICADIVS, i. m. *Prædo, de cuius fato sic scribit Cic. de Fato 6 Hercule Icadii quidem prædonis video fatum vllum. Nihil enim scribit ei prædictum. Quid mirum igitur ex spelunca faxum in crura eius incidisse? Puto enim etiam si Icadus tum in spelunca non fuisset, faxum tamen illud casurum fuisse. Nam aut nihil omnino est fortuitum, aut hoc ipsum potuit euenire fortuna. Fest. Icadion nomen fauissimi piratae. ¶ 2 Apollinis et nymphæ Lyciæ filius, simile fere Arioni fatum expertus: de quo vid. Scru. ad Aen. 3, 332.*

ICARIA, ac. f. [*Ἰκαρία*] *Insula in Icario mari: ab Icaro Daedali filio dicta: ante Doliche vocata.*

ICARIVS, vel rectius **ICARVS**, i. m. [*Ἰκαριος*] *Pater Erigones, quum acceptum a Libero patre vinum mortalibus indicaret, occisus est a rusticis: qui, quum plus aequo potassent, inebritati venenum se bibisse crediderant. Copiose enarrat Hygin. f. 130. et Astron. Poët. 2, 4. Est enim Arcturus f. Arctophylax in caelo, item Bootes. Add. Ampel. de 12 Signis. al. Icarus. Icarus est Tibull. 4, 1, 8*

— Etiam Phoebo gratissima dona

Cres tulit, et cunctis Baccho iucundior hospes

Icarus, vt puro testantur sidera caelo,

Erigoneque, Canisque neget ne longior aetas.

Brouckhusius ad b. l. vult, hunc semper esse debere Icarum, Icarium vero Patrem Penelopes, errorisque postulat ipsum Statium, qui Silu. 5, 3, 77 Saeuorum crimine agrestum extinctum Icarium dixerit. Et in libris Hygini Icarium Erigones patrem dici apparet. ¶ 2 Icarus,

Daedali filius, qui vna cum patre e Creta fugiens, fretus alarum fiducia, quum ultra patris iussa altius euolasset, solisque ardore cera, qua pennae continebantur, liquefacta esset, ita vt ab alis destueret, decidit in mare, quod est inter Myconem et Cyarum, a quo postea Icarium mare dictum fingunt. Ouid. Trist. 1, 1, 90 Icarus, Icaris nomina fecit aquis. Conf. Idem Trist. 3, 4, 22 Icarus immensas nomine signat aquas.

ICARIVS, a, um. *Adi. Astrum Icarium Stat. Theb. 4, 777. Boues Icarii Propert. 2, 24, 24 septem triones, quos Icarus, Bootes idem, regit. Canis, i. Canicula stella Ouid. de Nuce 118. Add.*

ICARIVS sub **ICAROS**.

ICARIVS, i. m. *Pater Penelopes. Ouid. Epist. 1, 81 Me pater Icarus, etc.*

ICARIS, idis. f. *Patronym. Penelope, Icaris filia [*Ἰκαρίς*] Ouid. in Ibin 391 Et velut Icaridos famulae periere, procique etc.*

ICARIOTIS, idis. f. *Aliud Patronym. [*Ἰκαριότης*] Sic Propertius vocat Penelopen 3, 13, 10 Haec etiam clausas expugnant arma pudicas, Quaeque terunt factus Icarioti tuos. Ouid. ex Pont. 3, 1, 112 Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.*

ICAROS, f. **ICARVS**, i. f. *Insula. Plin. 4, 12 l. 23 inter Sporadas de hac ita: A Naxo XVII millia passuum Icaros, quae nomen mari dedit, tantundem ipsa in longitudinem patens, cum oppidis duobus, tertio amisso: ante vocata Doliche et Macris (longa) et Ichthyoëssa (pisculenta) etc. Notabilis ergo ob Icaris maris appellationem maxime, vt appareat poeticum commentum esse illud de filio Daedali, de quo statim. ¶ 2 Mons Atticae Plin. 4, 7.*

ICARIVS, a, um. *Adi. Ab Icaro Insula, maris epitheton. Ouid. Trist. 5, 2, 28 Tot premor aduersis, quae si comprehendere coner Icariae numerum dicere coner aquae. Pelagus Icarium est Claudian. in Eutrop. 2, 265.*

ICAS, adis. f. [*Ἰκάδος*] *Numerus vicenarius. Plin. 55, 2 de Epicureis, Epicuri vultus per cubicula gestant, ac circumferunt secum, Natali eius, vicesima luna, sacrificant, Feriasque omni mense custodiunt, quas icadas vocant, hi maxime, qui se ne viuentes quidem nosci volunt.*

I C H

ICHNEVMON, onis. m. [*ἰχθυόμων*] *Animal est magnitudine felis, specie muris, quod vulgo nunc Murem Indicum vocant. Plin. 8, 24 Aspidi internecinum bellum cum ichneumone. Notum est animal hac gloria maxime — Mergit se limo saepius, siccaturque sole: mox vbi pluribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit. — Et c. 25 Crocodilum somno pressum, faucibus hiantibus, conspicatus ichneumon, per easdem fauces vt telum aliquod immisus, erodit aluum. Vid. Lucan. 4, 724. Martial. 7, 87. Conf. Vitruu. 8, 2. Plin. 37, 9. et 29, 4. Est et genus Vespae: Plin. 11, 21.*

ICHNOBATES, ae. m. i. *Per vestigia vadens: Canis nomen. Ouid. Met. 3, 207.*

ICHTNOGRAPHIA, ae. f. [*ἰχθυογραφία*] *Dicitur quasi vestigii aedificationis cuiusque descriptio, in qua quasi vestigio totum opus insistit. Obscuriuscule Vitruu. 1, 2 Ichthographia est circini regulaeque modice continens vsus, in qua capiuntur formarum in solis arearum descriptiones.*

ICHNVSA, ae. f. *Sardiniae antiquum nomen. Sil. 12, 358 Inde Ichnusa prius Graiis memorata Colonis.*

ICHOR, oris. m. [*ἰχὼρ*] *Sanies, cruor. Celf. 5, 26, 20 Ichor tenuis, subalbidus ex malo ulcere exit.*

ICHTHYOCOLLA, ae. f. [*ἰχθυοκόλλα*] *Appellatur Piscis, cui glutinosum est corium, idemque nomen glutino eius. Haec Plin. 32, 6. et 7, 56.*

ICHTHYOPHAGI, orum. m. Pl. [*ἰχθυοφάγοι*] *Qui piscibus viuunt: quo nomine dicti sunt quidam populi in Aethiopia interiori, qui magnum signum Occidentalis Oceani tenent, teste Ptolemaeo 4, 9. De his Strab. 15. Conf. Plin. 15, 7. et 6, 23. item Mart. Capell. 6 p. 225.*

ICHTHYOTROPHIVM, i. n. [*ἰχθυοτροφίον*] *Locus, in quo aluntur pisces, qui et Piscina et Viuarium Latine dicitur. Colum. 8, 1 Est autem id fere vel in villa, vel circa villam: in villa est quod appellant Graeci ὄρνιθῶνας καὶ περιεργῶνας: atque etiam quum datur liquoris facultas, ἰχθυοτροφία sedula cura exercentur.*

- 1 C O, ici, ictum, icere. [*πλήγω, βάλλω*] Percutere, *inquit Festus.* Turpil. *apud* Non. 2, 424 Si iceris me. Plaut. Truc. 2, 7, 42 Hoc vide, dentibus frendit, icit femur. Caecil. *apud* Non. l. c. Si vnaquam quisquam vidit quem catapultā aut balista icerit.
- 5 Ibid. Pacuu. Nam canis, quando est percussa lapide, non tam illum appetit, qui se icit, quam illum eum ipsum lapidem, quo ipsa icta est, petit. Naevius, quae quondam fulmine icit Iupiter. Plautus Vidularia, Ibi ut piscabar, fuscina ici vidulum. *Haec Non.* Plin. 15, 30 Laurus — fulmine sola non icitur. Qui lapide ictus
- 10 fuerat, accepimus oblitum literarum Solin. c. 7. *Conf.* Plin. 7, 24. Telis icere caput Catull. 113, 4. Lucret. 4, 1043 Namque omnes plerumque cadunt in volnus, et illam Emicat in partem sanguis, vnde icimur ictu. Idem 3, 161 Corpus propellit et icit *anima*. Icere foedus, ut *Ferire, Percutere.* Cic. in Pison. 88 Tu scilicet homo
- 15 religiosus et sanctus, foedus, quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras, frangere noluisti. *Et pro* Corn. Balb. 31 L. Martius primipili Centurio cum Gaditanis foedus icisse dicitur. *De solis radiis hoc verbum crebro adhiberi, observat* Burm. ad Ouid. Met. 5, 389.
- 20 I C T V S, a, um. Partic. [*βεβλημένος*] Ictus caput Caef. B. C. 3, . . . Incidit ad terram ictus Turnus Virg. Aen. 12, 926. Grauitur ictus ex acie excessit Hirt. B. Afr. 19 *extr.* Elephantus vulnere ictus Ibid. 84. Ab latere ictus, *vid. A vel AB Praep.* Iouis ignibus ictus Ouid. Trist. 1, 3, 11. Hor. Serm. 2, 1, 24 Saltat Milonius, ut semel icto Accessit feror capiti, numerusque
- 25 lucernis. *i. Postquam inebriatus est.* Domus icta Ouid. Trist. 5, 4, 34. Foedus Virg. Aen. 12, 314. Genu dextrum ictus lapide Suet. Aug. c. 20. Nidore prandii ictus Suet. Claud. c. 35. Patria desiderii fidelibus icta Hor. Carm. 4, 5, 15. Pinus icta mordaci ferro Id. ibid. 4, 9, 9.
- 30 I C T V S, ūs. m. [*πλήγμα, πληγή*] ~ *Percussio ipsa.* Plaut. Most. 3, 1, 93 Perfacile ego ictus perpetior argenteos. Cic. Off. 3, 94 c. 25 Ictu fulminis deflagavit. Cic. Off. 2, 19 Haec igitur ipsa fortuna caeteros casus rariores habet, primum ab inanibus procellas, tempestates, naufragia, ruinas, incendia: a bestiis ictus, morsus,
- 35 impetus. Auct. ad Her. 3, 27 c. 15 Capitis ictus, *i. percussio.* Pedum ictus Ouid. Met. 5, 264. Pili ictus Scribon. 75. Simul iuncta turris ictibus saxorum cecidit Tacit. 3, 29, 3. Serpentum diri ictus Ouid. Met. 4, 498. Plin. 7, 2. Serpentis ictus Scribon. 169. — serpentium 173. Forabilis nullo ictu Ouid. Met. 12, 170.
- 40 Grauis ictu viator, qui *grauius percussit*, Virg. Aen. 5, 274. Cacus ictus, *Occultus* Ouid. Fast. 1, 623. *VID. CAECVS.* Clarus Idem Met. 2, 624. Contrarius, *vid. CONTRARIVS.* Creber aut languidus, *vid. CREBER.* Fulmineus Hor. Carm. 3, 16, 11. Futilis Sil. 15, 797. *i. Vanus.* Ingens Stat. Theb. 3, 89. Iniu-
- 45 riosus, *vid. INIVRIA.* Inualidus Sil. 10, 116. Languidus, *de pulsibus: vid. LANGVOR.* Languens Lucan. 3, 692. Lapidosus grandinis Claud. de B. Get. 240. Letiferi Ouid. Met. 8, 362. Obliquus Hor. Carm. 3, 22, 7. Surdis ictibus, et qui non exaudiuntur, arborem caedere Plin. 19, 1. ¶ 2 *Verba:*
- 50 Accipere ictum Lucret. 4, 1045. Accipit resonos latus ictus Valer. Argon. 1, 619. Affligit animantem grandior ictus Lucret. 2, 943. Contudit ictu hebeti pectus tantummodo Ouid. Met. 12, 85. Ad ictum ferui Dare ceruicem Vell. 2, 69. Declinare ictum, *vid. DECLINQ.* Tacit. Ann. 13, 39 Nec tamen proximo itinere
- 55 ductae legiones, quae si amnem Araxem, qui moenia alluit, ponte transgrederentur, sub ictum dabantur. *Adde quae ad* Sil. 8, 310 *notavit Cellarius.* Defendere ictum et repellere Caef. B. C. 2, 9. Quinctil. 5, 13, 54 Gladiatorum manus secundae fiunt et tertiae, si prima ad euocandum aduersarii ictum prolata erit. Exanimari ictu
- 60 Caef. B. G. 7, 25. Excipere ictus galea Ouid. Met. 12, 375. Excludere feruidos ictus Hor. Carm. 2, 15, 10. Ferire inflexo ictu, *vid. INFLECTO.* Ferire leui ictu Sen. Herc. fur. 12. Intentare ictus Tacit. Hist. 3, 31, 5. Labefacta arbor innumeris ictibus Ouid. Met. 8, 775. Leuare ictum serpentis, *vid. Leuo in LE-*
- 65 *VIS.* Patior ego perfacile ictus argenteos Plaut. Most. 3, 1, 93. Praeuidere venientem ictum Virg. Aen. 5, 444. Pulsat creber densis ictibus Id. ibid. 5, 459. Pulsarier crebro ictu Lucret. 4, 932. Ictibus crebris Quatere fenestras Horat. Od. 1, 25, 1. Repulit ictus validos cute Ouid. Met. 3, 64. Sonant aera vesanis ictibus Idem
- 70 de Arte Am. 2, 610. Tremuit vastis ictibus aerea puppis Virg. Aen. 5, 198. Tundi crebro ictu Lucret. 4, 932. Ouid. Met. 3, 325 Corpora serpentum baculi violauerat ictu. ¶ 3 *Obser-*
- 75 *vatt.* Ad potestatem magnam significandam Sen. de Benef. 2, 2 Cogita, quanta nobis tribuerit parens noster, etc. quam nihil fit mortale non sub ictu nostro positum. *Add. Idem* Epist. 72. *it. Consol. ad* Marc. c. 9 *extr. et* Sen. Phoen. 528. Ictu aliquo nouae calamitatis sublata fides de foro Cic. de L. Agr. 2, 8. Id. de Fin. 2, 32 Neque enim haec mouere potest appetitum animi: nec vllum habet ictum, quo pellat animum status hic non dolendi. Icti, *in Genitio:* Gell.
- 80 9, 13 ex historia Claudii Quadrigarii, Dein continuo humerum dextrum eodem concussu incidit: neque recessit vsquam donec subuertit, ne Gallus impetum icti haberet.
- I C O N, ōnis. f. [*εἰκών, ὄνος*] Latine Effigies, imago, et statua membrorum hominis a pictoribus seu statuariis ad viuum expressa.
- 85 Plin. 34, 4 Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium. Et primo sacrorum certaminum victoria, maximeque Olympiae: vbi omnium qui vicissent, statuas dicari mos erat. Eorum vero, qui ter ibi superauissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconas vocant. *Ex vetusto codice*
- 90 legitur Iconicas. ¶ 2 Est et figura orationis, Ciceroni Imago, alias etiam εἰκασμός. Talis est Virg. Aen. 1, 588 Quale manus addunt ebori decus, etc.
- I C O N I C V S, a, um. Adi. [*εἰκονικός*] Ita pictum, ut ex eius membris similitudo expressa sit. Plin. 35, 8 Adeo iam colorum vsus
- 95 percrebuerat, adeoque ars perfecta erat, ut in eo praelio iconicos duces pinxisse tradatur, Atheniensium Miltiadem, Callimachum, etc. Suet. Calig. c. 22 Simulacrum stabat in templo aureum iconicum etc. Statuae iconicae Plin. 34, 4.
- I C O N I S M V S, i. m. [*εἰκονισμός*] Iconismos Sen. Epist. 95 non ita procul a fine, p. 474 Gron. sic appellat Descriptiones, atque verbum esse publicanorum. Nempe hi videntur interdum homines, quibus pecuniam dari vellent, aut credi, descripsisse, ne alius temere literis et symbolis abuti possent.
- I C V N C V L A, ae. f. Dimin. Suet. Ner. c. 56 Icunculam puellarum, quum quasi remedium insidiarum a plebeio quodam et ignoto muneri

muneris accepisset, detecta confestim coniuratione, pro summo numine, trinisque in die sacrificiis colere perseveravit; volebatque credi, monitione eius futura praenosceret.

ICONIVM, i. n. [*Ἰκόνιον*] Oppidum Ciliciae, in quo Cic. se commemoratum esse scribit Fam. 3, 8 Quum enim Laodiceae, inquit, quum Apameae, quum Synadis, quum Philomeli, quum Iconii essem: quibus in oppidis omnibus commemoratus sum, etc.

ICOSIVM, i. n. Mauritaniae Caesariensis oppidum, ab Herculis comitibus conditum. Hercule enim illac transeunte, viginti, qui a comitatu eius defecerant, locum deligunt, iaciunt moenia: ac ne quis posito a se nomine gloriaretur, de condentium numero urbi nomen datum. Solinus c. 38 extr.

ICOSAPROTI, viginti primi dicti, ut Decaproti. Hinc

ICOSAPROTI, ae. f. Dignitas icosaprotorum. l. 18 §. 26 ff. de muner. et honor.

I C T

ICTERVS, i. m. [*ἰκτερός*] Morbus, quum per totum corpus bilis suffunditur, quae interdum nigra, interdum flava est. Hic etiam morbus, Regius appellatur, Molliter excelsa quoniam curetur in aula Samonic. 1034. Arquatium appellat Lucret. 4, 333 et al.

Plin. 30, 11 Auis icterus vocatur a colore: quae si spectetur, sanari id malum tradunt, et auem mori. Hanc puto Latine vocari Galgulum. de morbo regio loquitur. In quibusdam exemplaribus legitur Galbulus. v. v.

ICTERICVS, a, um. Adi. [*ἰκτερός*] Qui eo morbo laborat. Plin. 20, 9 Ictericis, nec non et phreneticis, radicis crudae succum gargarizandum bibendumque demonstrat. Idem 21, 20 vocat Felle suffusos. Iuven. Sat. 6, 564 Consultit ictericae lento de funere matris.

ICTIS, idis. f. [*ἰκτίς*] Mustelae genus. Plin. 29, 4 Mustelorum duo genera: alterum siluestre: distant magnitudine. Graeci vocant icidas. Vet. Interpr. ad Plaut. Capt. 1, 2, 81 ubi pro Cerim vel erem, icim substitui vult Biscola.

ICTVS, is. Vid. ICO, is.

ICVNCVLA, vid. ICON.

I D

ID, neutrum ab Is, eius. Vid. IS.

IDA, ae. f. [*Ἰδα*] Mons altissimus, Troadis, itemque alius Cretae insulae. Ouid. Fast. 4, 249 Dindymon et Cybelen, et amoenam fontibus Idam. Acrifona Valer. Argon. 1, 704. Aquosa Ouid. Fast. 6, 15. Celeberrima fontibus Idem Met. 2, 218. Clivosa Id. Amor. 1, 14, 11. Frondosa Virg. Aen. 5, 252. Magna Idem ibid. 5, 249. Phrygia Id. Georg. 4, 41. Pinifera Stat. Silu. 3, 4, 12. Viridis Catul. 61, 70.

IDAEVS, a, um. Adi. [*Ἰδαῖος*] Campi Idaei Virg. Aen. 7, 222. Cyparissi Idem Georg. 2, 84. Dactyli Idaei homines, et gemmae vid. DACTYLVS n. 1 et 4. Herba Plin. 27, 11. Iugum Ouid. Fast. 4, 264. Mater, Cybele Lucret. 2, 611. Sen. de Const. Sap. 18 fin. Antistheni mater barbara et Thressa obiiciebatur: respondit, et Deorum matrem Idaeam esse. Nempe Phryges, Troiani, maxime, et velut κατ' ἔξοχην barbari. Mons Virg. Aen. 3, 105. Nemus Id. ibid. 3, 112.

IDALIA, ae. f. Silva et urbecula, vel

IDALIVM, i. n. [*Ἰδαλίον*] Nemus et oppidum Cypri, Veneri sacrum. De quo Virg. Aen. 1, 685 Aut super Idalium sacra sede recondam. Et mox 692 Fotum gremio dea tollit in altos Idaliae lucos. Frondosum Catul. Argon. 62, 96. Sanctum Catull. 34, 12.

IDALIVS, a, um. Adi. [*Ἰδαλίος*] Idalia acus, vid. ACVS. Dea Ouid. de Arte Am. 3, 166. Lucan. 8, 716 Ab Idalio Cynraeae litore Cypri. Venus Virg. Aen. 5, 760. Vertice Idalio venans Adonis Propert. 2, 14, 54. Volucres, Columbae Stat. Achill. 1, 372.

IDALIS, idis. f. Lucan. 3, 204 male hic refertur. Et est ille locus vel corruptus, vel alias ignorabilis. Varia tentant viri docti.

I D C et I D E

IDCIRCO, quod quidam scribunt ICCIRCO. Coni. [*ἰδίω*] Idem quod Ideo significat. Ter. Andr. 4, 2, 7 Nam idcirco arcessor, nuptias quod mihi apparari sensit. Cic. Verr. 5, 24 Reperietis idcirco haec in vno homine pecunioso tot constituta, ut caeteris formidines, etc. Idem Att. 6, 1 Me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat. Id. ibid. 12, 21 Quae quia Cato extulerat in caelum, idcirco in eius sententiam est facta discessio. Cic. de Orat. 2 c. 40 Non si Opinium defendisti idcirco te isti bonum ciuem putabunt.

IDEA, ae. f. [*ἰδέα*] Forma, figura, species rerum prima et inchoata intelligentia. Cic. de Acad. 1, 30 de mente, Quia sola cerneret quid semper esset simplex et uniusmodi, et tale quale esset, hanc illi ideam appellabant, iam a Platone ita appellatam: nos recte speciem possumus dicere. Vid. eundem in Orat. 10 c. 3. Sen. Epist. 65 Causis quatuor quintam Plato adiicit, exemplar, quam ipse ideam vocat: hoc est enim, ad quod respiciens artifex, id quod destinabat efficit. Haec exemplaria omnium rerum Deus intra se habet, etc. Classicus velut locus est Sen. Epist. 58 med. Idea est eorum, quae natura fiunt, exemplar aeternum. Adiciam definitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere: exemplar picturae tuae habeo, ex quo capit aliquem habitum mens nostra, quem operi suo imponat. Ita illa, quae me docet et instruit facies, a qua petitur imitatio, Idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piscium, arborum: ad quae quodcumque fieri ab illa debet, exprimitur. Et p. p. Pictor quum reddere Virgilium coloribus vellet, ipsum intuebatur. Idea erat Virgilii facies, futuri operis exemplar. Ex hac, quod artifex trahit, et operi suo imposuit, idea est. Haec Sen. In animo nostro dicitur Idea, forma illa cuiusque rei, quae nobis quum volumus repraesentatur: ut hominis, equi, arboris. Talia vero exemplaria sunt infinita. Conf. Cic. Tim. c. 2 et 9. et Top. c. 7. Apul. de Dogm. Plat. 1.

IDEALIS, e. Adi. In idea consistens. Ideales formae Mart. Capel. 7. Idealis quaedam prudentia Idem 8 p. 275. quae polos, axem, circulos, in mundo fingit et concipit.

IDEM, eadem, idem. [*ὁ αὐτός, ἡ αὐτή, τὸ αὐτό*] Idem m. pro dicitur primam: Idem n. corripit. Per quod quis peccat, per idem punitur et idem. Hoc Pronomine indicatur unius personae, rei, conditionis etc. repetitio. Sic ad materiae similitudinem refertur illud Cuneis eam ferreis

aggreduuntur et eisdem malleis Plin. 33, 4 f. 21. *i. ferreis eisdem.*
Sic similitudinem conditionis notat, Scito, idem agrum quod hominem,
quamuis quaestuosus fiet, si sumtuosus erit, relinqui non multum
Cato R. R. 1, 6. *Sed videamus usum magis vulgarem, quatenus ad per-*
5 *sonas aut res refertur, quas repetere et denuo commemorare volumus.*
Plaut. Pseud. 1, 1, 14 Nam tu me antihac supremum habuisti comi-
tem consiliis tuis. C. idem animus nunc est. Cic. Att. 9, 11 Est
idem qui semper in Republ. fuit. *Add. Id. Verr. 5, 38. et 3 c. 1.*
Ter. Adel. 1, 1, 48 Studet par referre, praesens absensque idem erit.
10 *i. Idem aget absente patre, quod praesente solebat agere.* Plaut. Capt.
4, 2, 84 Idem ego sum salus, fortuna, lux, laetitia, gaudium. Cic.
pro Sext. 108 Cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem ad
verum populum in campo Martio concionem. Plaut. Mil. 3, 2, 25
Tu certe idem faceres, si tibi esset credita (*cella*) Quoniam aemu-
15 *lari non licet, nunc inuides.* Ter. Andr. 3, 4, 4 Ego dudum non-
nihil veritus sum Daue abs te ne faceres idem, quod vulgus seruorum
folet, dojis vt me deluderet. Idem hoc hominibus sat erat decem
Plaut. Mil. 3, 1, 160. Huic eidem Sapatro iidem inimici Cic. Verr.
2, 68. Idem pro Domo 70 Verum ea lege, quam idem iste de Ma-
20 *cedonia Syriaque tulerat.* Idem istud credo ego Plaut. Mil. 3, 1, 81.
In iisdem illis locis Cic. Verr. 1, 56. Eodem pacto quo huc accessi,
abscessero Plaut. Trin. 3, 1, 24. Ipse ille animus idem meus Cic.
post red. in Senat. 32. Plaut. Merc. prol. 71 Tibi aras, tibi oc-
cas, tibi seris, tibi eidem metis. Idem dicere semper: *i. In ea-*
25 *dem persistere opinione, neque sententiam mutare.* Cic. de Amicit. 13
Qui non tum hoc, tum illud (vt in plerisque) sed idem semper, ani-
mos hominum esse diuinos. Id. ibid. 88 Vna domus erat, idem
victus, isque communis. Vnum et idem videtur esse atque id, quod
de me ipso nominatim tulisti Id. pro Domo 51 c. 20. Vno et eo-
30 *dem statu* Cic. in Orat. 10 c. 3. *Et Verr. 4, 93 Vno eodem tempore.*
Praeclara est aequabilitas in omni vita, et idem semper vultus, eadem-
que frons, vt de Socrate et C. Laelio accepimus Id. Off. 1 c. 26.
¶ 2 Cic. de Amicit. 82 Est enim is, qui est tanquam Alter idem.
Idem Att. 12, 33 Quod idem video tibi placere. Eosdem esse orato-
35 *rios numeros, qui sunt poetici* Cic. in Orat. 188. Amor omnibus
idem Virg. Georg. 3, 244. Non idem iudicium comessatorum-
que conspectus Cic. pro Cael. 67. Imperii nostri, terrarumque
illarum idem esset extremum Idem de Prouinc. Conf. 33. Non ea-
40 *dem est fortuna et conditio earum rerum, quas gessi, et illorum qui,*
etc. Id. in Catil. 3, 27. Eadem est quaestio et iudicatio Id. de
Inuent. 1, 15. Eadem ratione Scribon. 71 *sc. agit.* Dianam et
Lunam eandem esse putant Cic. de N. D. 2, 68. Libera, quam
eandem Proserpinam vocant Id. Verr. 4, 106. Si quaeratur idemne
fit pertinacia et perseuerantia Id. in Partit. 65. Quum quaeritur
45 *idemne sit, an aliquid intersit* Cic. de Orat. 3, 115. Peripatetici
iidem olim qui Academici Idem Off. 3, 20. Non idem est seruus
quod familia Id. pro Caecin. 58. Cic. de Fin. 11 Vt scias me
intelligere, primum idem esse voluptatem, quod ille *ἡδονήν.* Idem
ego ille, etc. Idem inquam ego Cic. Att. 1, 13. ¶ 3 Idem,
50 *pro tantundem* Scribon. 32. 34. 153. *vulgo ana.* Idem pondus su-
mere 271. Idem ponderis 23. 155. Idem ponderis singulorum 88.
Idem opii 32. *sc. pondus.* — Cerae 225. Par et idem: Cic.
pro Quint. 10 c. 2 Quum adhuc ei propter vim aduersariorum non ius
par, non agendi potestas eadem, non magistratus et equus reperiri
55 *potuerit.* Id. pro Muraen. 21 Quam ego, si mihi per Seruium li-
ceat, pari atque in eadem laude ponam. Id. pro Sull. 5 Et de hoc
et de caeteris iudicium meum et horum par atque vnum fuit. Cic.
de Clar. Orat. 324 Ad causas simillimas inter se, vel potius easdem
noui veniebamur quotidie. Idem in Orat. 110 In iisdem causis per-
60 *petuum et eundem spiritum sine vlla commutatione obtinebis.* *Geminatur:*
Cic. in Orat. 22 Videmus quosdam, qui iidem ornate et gra-
viter, iidem versute et subtiliter dicerent. Id. de N. D. 3, 93 Sed
quomodo iidem dicitis non omnia deos persequi? iidem vultis, etc.
Id. Fam. 9, 2 Caninius idem tuus, et idem noster, quum ad me per-
65 *vesperi venisset, etc. Initium est epistolae.* Cic. de Diuin. 2, 77
Nam ex acuminibus quidem, quod totum auspicium militare est, iam
M. Marcellus ille quinquies Consul totum onisit, idem Imperator,
idem Augur optimus. Et idem, vel Idemque: *emphasis, hoc est*
vehementiae causa positum, quum aliquid augemus verbis. Satrapes
70 *idemque generis* Nep. 9, 2, 1. *Additur noua causa magnitudinis,*
et spei etc. quasi dicas, et insuper, et praeterea. Cic. pro Muraen.
20 Asiam istam refertam et eandem delicatam sic obiit, vt ea, etc.
Idem de N. D. 3, 80 Vir innocentissimus, idemque doctissimus. Vid.
Id. pro Domo 51. Cic. pro Sull. 20 Vt me, quem boni constantem
75 *semper, vt spero, existimassent, eundem ne improbi quidem crude-*
lem dicerent. Vid. Idem de Legib. 1, 2. Musici, qui iidem Poetae
Id. de Orat. 3, 172. Beneficentia quam eandem vel benignitatem,
vel liberalitatem appellare licet Cic. Off. 1, 20. Comparatio de
eodem et alio, vel, De eodem et altero Id. in Topic. 84. Varro
80 *de L. L. . . Idem ac si diceretur, vt hic lepus, et hic nemus.*
Ter. Heaut. 2, 3, 24 Et animus te erga idem ac fuit. Quintil. in
Aegro redemt. f. Decl. 5, 14 Quum propter duos venerim, quod in
altero mihi pirata concessit, idem est, ac si mihi neutrum reddidisset.
Idem valet, ac si pater iudicaret Cic. pro Sulla 19. Plaut. Most.
85 1, 3, 163 Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum, vt impe-
traui, atque olim. Idemque: Nep. 9, 2, 1 Satrapes idemque gener
regis. Cic. Att. 6, 2 Nunc ista habet iuris idem quod caeterae, ni-
hil praecipui. Idem in me! *formula iurandi.* Festus, Praeiura-
tiones facere dicuntur ii, qui ante alios conceptis verbis iurant, post
90 *quos in eadem verba iurantes tantum modo dicunt, Idem in me.*
Vid. Turn. Adu. 3, 10 et infra PRAEIVRATIO. ¶ 4
Idem cum, non bene dici obseruat Voss. de Arte Gram. c. 58. Borri-
chius quidem in Vindic. p. 93 adducit exemplum Gellii 18, 11 Non hercle
idem sentio cum Casellio: Et Curtii 5, 9, 2 Nabarzanes in eodem
95 *consilio erat cum Bessò.* Min. Fel. 21, 1 Eadem mecum recognosces.
Verum in his rō Cum, locum haberet etiam si Idem abesset. Idem vt,
pro Idem quod. Plaut. Merc. prol. 3 Non ego idem facio, vt alios in
comoediis amantes vidi facere. Tacit. Ann. 13, 16 Mos habeba-
tur, principum liberos cum caeteris idem aetatis nobilibus, etc. *i.*
100 *Eiusdem aetatis: vt Id genus pro eius generis.* Id. ibid. 14, 53 Nec
bonis artibus idem virium erat. *i. Eaedem vires.* Idem dignitatis
utilitatisque praestare Scribon. Epist. med. Cum Dativo. Hor.
in Arte Poet. 467 Inuitum, qui seruat, idem facit occidenti. *i. Si-*
mile, seu Idem quod occidens. Lucret. 3, 1051 Quoniam vnus Ho-
105 *merus Sceptra potitus, eadem aliis sopitus quiete est.* Lucret. 2,
6 E 2 917 Ani-

917 Animalia cum sint, Atque animalibus sint mortalibus vna eadem-
que. Ouid. Am. 1, 4, 1 Vir tuus est epulas nobis aditurus eadem.
Sic Heins. non nobiscum. Idem Met. 13, 50 Et nunc ille eadem no-
bis iuratus in arma. Calpurn. Ecl. 4, 17 Haec eadem nobis frater
meditatus Amyntas. Traian. ad Plin. 10, 84 pr. Interpretationi
tuae idem existimo. *¶ Graecis sumtum, qui τὰυτὸν ἐκεῖνω παρὶσιμ δι-
cunt. Vid. Victor. Var. Lect. 10, 22. Eadem int. opera. Plaut.*
Bacch. 1, 1, 15 Eadem biberis, eadem dederoti, vbi biberis suauium.
Sic Ibid. 3, 4, 26 et multis aliis locis, quae demonstrat Parei Lex. Crit.
Eadem int. via. Cic. de Diuin. 1 c. 54 Vt ventum est in triuium,
eadem, qua caeteri fugere noluit. Quibus quaerentibus, cur non ea-
dem via pergeret, etc. Liu. 3, 70 Inde cum eadem reuerti possent
ad suos. Et 4, 39 Interclusi equites, nec perrumpere eadem, qua
transierant, posse; ibi maxime confertis hostibus, qua viam fecerant,
Vid. Charif. 2 p. 229. *Burm. ad Quinctil. Decl. 17, 5 p. 336. Cic.* 15
in Orat. 157 Idem campus habet, inquit Ennius. et, In templis Isdem,
probauit: at Eisdem erat verius, nec tamen Eisdem optimus: male
sonabat Iisdem: impetratum est a consuetudine, vt peccare suauitatis
causa liceret. (Non puto recte sic legi: certe non plene intelligo.)
IDENTIDEM. [*ἐνδὲσσορε, ὠσαύτως*] Frequenter, cum quodam in-
teruallo, inquit Valla. Plaut. Mil. 4, 8, 54 Cogitato identidem,
tibi quam fidelis fuerim. Identidem dicere Cic. de Fin. 2, 75.
Identidem futurus videbatur in urbem impetus Liu. 5, 39. Identi-
dem belli auctor Liu. 1, 54 pr. Idem 26, 44. 35, 23 et 40, 56.
Identidem quaerere Cic. pro Rosc. Amer. 84 c. 30. Appellare no-
men alicuius identidem Idem de Inuent. 2, 78. Recitabatur identi-
dem Pompeii testimonium Id. pro Rabir. Post. 34 c. 12. In motu
identidem reciprocando Id. N. D. 3 c. 10 pr. Catull. 11, 19
Quos simul complexa tenet trecentos
Nullum amans bene: sed identidem omnium
Ilia rumpens. Plin. 6, 7 Inuicem
ego epistolas tuas lectito, atque identidem in manus quasi nouas sumo.
Idem 6, 20, 16 Tenebrae rursus, cinis rursus multus et grauis, hunc
identidem adurgentes excutiebamus, etc.

IDENTITAS, atis. f. [*ταυτότης*] Sarisb. 3, 6 Identitas voluntatum. 35
IDEO. [*ἰδέο*] Coni. collectiua, siue rationalis. Cic. pro Cael. 21
Sed vestrae sapientiae est Iudices, non si causa iusta est viris fortibus
oppugnandi M. Caelium, ideo vobis quoque vos causam putare esse
iustam alieno dolori potius, quam vestrae fidei consulendi. Plaut.
Merc. prol. 31 Hoc ideo fit, quia, quae nihil attingunt ad rem, nec,
etc. Cic. Fam. 1, 8 Re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio, quod,
etc. Idem Verr. 4, 7 c. 4 Ideo Claudius Pulcher retulit, vt C. Ver-
res auferre posset. Ideoque Scribon. 115.

I D I et I D M

IDIOPHAPHVS, i. m. Idem quod Autographus. vt, Idiogra-
phus liber Virgilii Gell. 9, 14. quem ipse sua manu scripsit.
IDIOMA, atis. n. [*ἰδιώμα*] Ad verbum Proprietas est. Quid in
Theologorum scholis significet, notum, nempe proprium quiddam, ex na-
tura et essentia deriuatum, etc. Apud Grammaticos idioma vocatur, quid-
quid est linguae alicui, v. g. Latinae, ita proprium, vt in cognata Graeca,
non eodem modo inueniatur. Ita Sospatri Charifii liber quintus agit
de Idiomatibus, quo complectitur formas constructionum Latinarum a
Graecorum usu abhorrentes: quae enim, ait ipse p. 256 fin. proprietate
linguae Latinae praeter consuetudinem Graecorum dicuntur, appel-
lantur idiomata, etc.

IDIOTA, ae. c. [*ἰδιώτης, τὸ*] Indoctus, et illiteratus. Lucil.
26 apud Non. 1, 177 Quidni et tu idem illiteratum me atque idiotam
diceres? Cic. in Pison. 62 Tu eruditior quam Piso, prudentior
quam Cotta, abundantior consilio, ingenio, sapientia quam Crastus:
ea contemnis, quae illi idiotae, vt tu appellas, praeclara duxerunt.
Et paullo post, Sed plane animi sui causa, ludos nobis idiotis relinquit.
Idiotae opponitur Ingeniosus atque intelligens Cic. Verr. 4, 4. Idio-
ta, dicitur etiam Priuatus et plebeius: conf. Gell. 1, 2

IDIOTICVS, a, um. Adi. Tertull. contra Gent. c. 1 Rudem,
impolitam et idioticam compellare.

IDIOTICE. Adu. Vet. Interpr. Iren. praef. 1 et 5, 25.

IDIOTISMVS, i. m. est figura, quae studiose vitur humilibus et
plebeis verbis, vt finem aliquem, fidem praefertim, consequatur. Docet
hoc Longinus de Subl. c. 31 et sic interpretatur Tollius illud Senecae Con-
trou. 3 praef. Idiotismus est inter oratorias virtutes res, quae raro pro-
cedit. Magno enim temperamento opus est et occasione quadam.
Saepè illi bene cessit, (de Albusio loquitur) saepe decidit. Nec ta-
men mirum est, si difficulter apprehenditur vitio tam vicina virtus.
Hoc nemo praestitit vnquam Gallione nostro decentius. Iam adole-
scentulus — hoc genere utebatur. Quod eo magis mirabar, quia
tenera aetas refugit omne non tantum quod sordidum, sed et quod
sordido simile est. Est ergo Idiotismus sordido et plebeio sermone simi-
lis. Haec est callidissima simplicitatis imitatio, quam admiratur Fabius
4, 2, 57 in illis Ciceronis pro Milon. c. 10 Milo autem, cum in Senatu
fuiisset eo die, quoad senatus est dimissus, domum venit, calceos et
vestimenta mutauit, paullisper dum se vxor, vt fit, comparat, com-
moratus est. Subiicit Quinctilianus, Quam nihil praeparato, nihil
festinato fecisse videtur Milo. Quod non solum rebus ipsis vir eloquen-
tissimus, quibus moras et lentum profectiois ordinem ducit, sed ver-
bis etiam vulgaribus et quotidianis (hic est Idiotismus) et arte occulta
consecutus est. Iul. Rufinianus de Fig. Sentent. p. 26 videtur Idio-
tismum eundem facere atque Anacoenonem s. communicationem. Sed pot-
est etiam ita intelligi, in verbis Ciceronis Diuin. in Caec. 37 c. 12 quae
ibi laudantur, non communicationem modo esse, sed etiam Idiotismum.

IDMON, onis. m. [*ἰδμων*] Vates inter Argonautas, Apollinis
et Aetheriae filius. Apollonius autem Poeta Idmonem Abantis filium esse
dicit. Argolicus Idmon Valer. Argon. 5, 2. Audax Ouid. in Ibin
504. Phoebeus Valer. Argon. 1, 228.

I D O

IDOLVM, i. n. [*ἰδωλον*] Simulacrum, et repraesentatio rei ali-
cuius, idem fere quod species. Cic. de Fin. 1, 21 c. 6 Imagines quae
idola nominant. de Epicureis. Plin. Epist. 7, 27 Mox apparebat
idolon, senex macie et squallore confectus, promissa barba. Cic.
Fam. 15, 16 Sed si in insulam Britannicam coepero cogitare, eius ido-
lum mihi aduolabit ad pectus. Prudentius secundam semper corripit,
deceptus ab Accentu Graeco, cum habet eam natura longam.

- IDOLEVM**, *sive* **IDOLIVM**, i. n. *Delubrum, seu locus ubi idolum statuitur.* Hieron. Epist. 22, 13 Si frater te viderit in idoleo recumbentem. *Conf.* Tertull. de Corona c. 10. *Idolum secunda correpta habet* Prudent. Perist. II, 52: Apoth. 186. et in Symm. 2, 79.
- IDOLICVS**, a, um. Adi. Tertull. de Idol. c. 13 Res idolicae. *Conf.* Paul. Petrocor. de Vita Martin. 2, 231 et 555.
- IDOLOLATRIA**, ae. f. [*ἰδωλολάτρηαι*] *Idolorum cultus.* Tertull. *passim.*
- IDOLOLATRA**, ae. c. [*ἰδωλολάτρης*] *Idolorum cultor. Idem.*
- IDOLOLATRICVS**, a, um. Adi. *Idem.*
- IDOLOLATRIS**, idis. f. Prudent. Hamartig. 404. *Vid. Gronou.*
- IDOLOTHYTVM**, i. n. [*ἰδωλοθύτων, τε*] *Quod immolatum est idolo.* Tertull. de Idol. c. 13 *Quod participas idolothyta sollemnia.* Idem de Spectac. c. 13 *adiectiue dixit* Oculos et aures ab idolothytis voluptatibus abstinere.
- IDOMENEVS**, i. m. Quadrifyll. [*Ἰδομενεὺς*] Deucalionis filius, nepos Minois, rex Cretensium, qui teste Homero, populos suos ad Troiam duxit, et quum post euersam Troiam reuertetur, in tempestate deuouit diis sacrificaturum se de re, quae ei primum occurrisset. Contigit vt filius eius primus occurreret: quem quum, vt alii dicunt, immolasset, aut immolare voluisset: a ciuibus pulsus regno, Salentinum Calabriae promontorium tenuit: iuxta quod condidit ciuitatem, *vt scribit* Virg. Aen. 3, 400 Et Salentinos obsedit milite campos Lyctius Idomeneus. *Haec* Seruius. *Ingens Idomeneus* Hor. Carn. 4, 9, 20.
- IDONEVS**, a, um. Adi. [*ἰπιθόδεος*] *Aptus ad omnia, et bona et mala, inquit* Donatus, *Conueniens, et alicui rei natus. Nempe nihil aliud quam relationem significat, quam res vel persona habet ad aliam, cui accommodata et apta esse dicitur. Estque adeo mediae significationis, vt exempla declarabunt.* Ter. Hec. 3, 3, 1 *Nequeo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum, vnde exordiar enarrare.* *Idoneus* Suet. Ner. 44 *de illo, qui honeste et ex legibus militiam profiteri potest.* Plin. Epist. 7, 30, 3 *Adeo rarum est inuenire idoneos conductores. a quibus sperare possis, quod debent.* Cic. de Legib. 2, 8 *Est enim ratio mensque sapientis ad iubendum et deterrendum idonea.* Cic. Diu. in Caec. c. 3 *Qui iudicia manere apud ordinem Senatorium volunt, queruntur accusatores se idoneos non habere: qui accusare possunt, iudiciorum seueritatem desiderant. Deinde de utrisque, Cum hoc vnum his tot incommodis remedium esse arbitrarer, vt homines idonei (qui possunt) atque integri (qui volunt) causam reip. legumque susciperent. Sed Cic. pro Caecim. c. 1 de testibus, Si enim sunt viri boni, me adiuuant — sin autem minus idonei, me non laedunt. Ergo idoneus tum ad facultatem aliquid recte faciendi refertur, tum ad voluntatem.* Liu. 8, 4 *Idoneos auctores habeo quaerentibus de nobis Sannitibus ita responsum ab Senatu, etc. Conf. Cic. de Orat. 1, 154. it. Att. 8, 13. Salmas. Exerc. Plin. proleg. p. 3. Causa Nep. 2, 6, 2. i. probabilis. Locus Cic. de Legib. 1, 23. Liu. 27, 24. Cic. Q. Frat. 2, 5 Tu mi frater simul ac ille venerit, primam nauigationem (dummodo idonea Tempestas sit) ne omiseris. Tempus, Accommodum Idem pro Rosc. Amer. 68. Et Off. 1, 142 Sic fit, vt modestia haec, quam ita interpretamur, vt dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Add. Nep. 25, 2, 2. Verbis idoneis consuescere Cic. de Orat. 1, 154. ¶ 2 Idoneus, cum Datio, Nullum habentibus statum quilibet duxerat idoneus Vell. 2, 72.*
- Habet isti populo idoneam mentem** Sen. Epist. 7. *Cic. Fam. 6, 19 Falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio, i. ubi diuertem.* Horat. Od. 3, 26, 1 *Vixi Puellis nuper idoneus. Et Epist. 2, 2, 7 Idoneus Arti Cuilibet, argilla quiduis imitaberis vda. Non ego sum laudi, non natus idoneus armis Propert. 1, 6, 29. Historiae magis idoneus erit alius Quinctil. 2, 8. Pugnae non fat idoneus Hor. Carm. 2, 19, 26. Rhetori idoneus puer Quinctil. 2, 3. Vitae idonea dicere Hor. A. P. 334. Ad hanc rem idoneus, Natus et aptus Plaut. Poen. 3, 2, 6. Cic. Att. 5, 6 Instruar etiam Consiliis idoneis ad hoc nostrum negotium. Commoditas ad faciendum idonea Idem de Inu. 2 c. 12. Ad scribendum demonstratiua idonea Quinctil. 3, 8. Cic. Acad. 4, 16 Et rem idoneam de qua quaeratur, et homines dignos quibuscum differatur, putant. Ter. Andr. 4, 5, 18 Adeone videmur vobis idonei, in quibus sic illudatis? Id. ibid. 3, 2, 12 Itane tandem idoneus tibi videor, quem tam aperte fallere incipias dolis? Vtrum Pompeius idoneus non est, qui impetret Cic. pro L. Man. c. 19. Id. Verr. 3, 41 c. 16 Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitare. At te videlicet inuentorem rerum optimarum ac principem imitabuntur omnes? Id. pro L. Manil. c. 19 Idoneus non est qui impetret. Et Att. 8, 22 Idonei sunt, qui a te probentur. Cum infinitiuo Hor. Epist. 1, 16, 12 Fons riuo dare nomen idoneus. ¶ 3 Idonei, Locupletes et diuites. Sen. de Benef. 4, 39 Zeno cum quingentos denarios mutuos cuidam promississet, et illum parum idoneum (cui fides haberetur, a quo recipere suam sperare possit) comperisset, amicis suadentibus ne daret, perseverauit credere, quia promiserat. Laetant. 6, 11, 11 adfert verba Ciceronis (Offic. 2, 54) Non nunquam tamen est largiendum — et saepe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum. Deinde addit, Quid est Idoneis? Nempe iis, qui restituere, et referre gratiam possint. Si nunc Cicero viueret, exclamarem profecto, Hic hic M. Tulli aberrasti a vera iustitia — Non enim idoneis hominibus largiendum est, sed, quantum potest, non idoneis. Id enim iuste, id pie, id humane fit, quod sine spe recipiendi feceris. Sed iniuriam Ciceroni facit Laetantius. Non locupletes hic sunt Ciceroni idonei, sed alioquin digni beneficio: quod etiam illud indigentibus indicat. Caeterum idonei appellationem etiam ad virtutem, et dignitatem ex virtute pertinere, tum alia exempla indicant, tum illud Varronis apud Non. 5, 17 Neque idonei ciues aliquid habent antiquius salute communi. Breuiter, verum est, quod initio diximus, Idoneus neque bonum neque malum per se significat, sed relationem ad aliam rem, conuenientiam, etc.*
- Idoneus auctor, ciuis, testis, est aliquis ob id ipsam, quod bonus vir est: sed non ita puellis vel pugnae idoneus, etc.** ¶ 4 Idonior et Idoneior, Compar. Vlpian. in l. Quod et lex D. de lib. hom. exhiben. Si plures sunt, qui experiri volent, eligendus est a Praetore ad quem maxime res pertinet, vel is qui idonior est. Callistratus in l. Semper D. de iure immunitatis, Coloni quoque Caesaris a muneribus municipalibus liberantur, vt idoneiores praediis fiscalibus habeantur. Paullus D. de popularibus actionibus l. 2 Si plures simul agant populari actione, Praetor eliget idoneiorem. Add. Tertull. de An. c. 18. et adu. Hermog. c. 18 ubi Idonior legitur. Vid. Salmas. ad Tertull. de Pall. 3 p. 223 ubi de egregior, industrior, necessarior idem obseruat. Add. Bynkersh. Obs. 1, 25.

IDONEA, orum. n. Tacit. Ann. 4, 5, 6 At apud idonea prouinciarum. h. e. Apud idoneos locos prouinciarum.

IDONEE. Adu. [*ἐπιτηδίων*] Apte et commode. Cic. de Inuent. 1, 20 c. 15 pr. Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem. Nondum ad innitendum idonee, sed quantum satis videatur Apul. Flor. 3. Cauere idonee l. 35 §. 3 D. de procur. et def. Conf. l. vlt. D. de appellat. §. 3. Tertull. de Pall. c. 3 *habet compar.* Idonius, sed non imitandum. Vid. Salmaf. in loc. p. 223.

IDOS. [*ἴδος*] Forma. Quid differt ab Idea docet Seneca Epist. 58. Conf. Epist. 65. et Tertull. de Idolol. c. 3.

IDROS, *Carias Mons*, de quo vid. Is. Voss. ad Catul. p. 236.

I D V et I D Y

IDVMAEA, ae. f. IDVME Poëtis, [*Ἰδυμαία*] Regio Syriae, vid. Plin. 5, 13. Sed Idumen de tota Palaestina, et Iudaico quondam regno dicunt Poëtae. Lucan. 3, 216 Et arbuſto palmarum diues Idume. Sil. 3, 600 Idume palmifera. Val. Fl. 1, 12 Versam proles tua pandat Idumen.

IDVMAEVS, a, um. Adi. Virg. Georg. 3, 12 Primus Idumaeas referam tibi Mantua palmas.

IDVS, uum. f. Plur. tantum, dicuntur Octo illi dies, qui in singulis mensibus Nonas sequuntur. Cic. Att. 14, 4 Sed omnia licet concurrant, Idus Martiae (quibus Caesar interfectus est) consolantur. Vid. Macrob. Saturn. 1, 15. Post plures etymologias prolatas, Nobis, inquit, illa ratio nominis vero propior aestimatur, ut Idus vocemus diem, qui diuidit mensem. Iduare enim Etrusca lingua diuidere est; inde vidua, quasi valde idua, id est, valde diuisa; aut vidua, id est a viro diuisa. Ut autem Idus omnes Ioui, ita omnes Kalendas Iunoni tributas, etc. Conf. ITIS. et vid. Plutarch. Quaest. Rom. 24. Octonae Idus Hor. Serm. 1, 6, 75. Agendae tibi sunt Idus Id. Carm. 4, 11, 14. Idibus alba Ioui grandior agna cadet Ouid. Fast. 1, 56. Hor. Epod. 2 extr. Omnem redegit Idibus pecuniam.

IDVLIS, e. Adi. Ut, Idulis ouis, Quae omnibus Idibus Ioui maclabatur. et Sacra Idulia. Festus. Conf. Macrob. Saturn. 1, 15 qui a flamine omnibus Idibus Ioui maclatam ait.

IDVARIA Collegia duo cum Kalendariorum collegio memorantur in Vet. Inscr. apud Grut. p. 478, 9. Sed difficile est aliquid certi de illis dicere. An habuere epulas illi Kalendis, bi Idibus sollempnes? ut suas Icadas Epicurei? Alias coniecturas, quae foenus respiciunt, relegendum Idibus, Kalendis ponendum, vid. in Pitisci Lex. h. v.

IDYLLION, i. n. vel EDYLLION. Dimin. *ἰδυλλίων* ab *ἴδος* forma, species. Theocritus et Ausonius ad carmina transtulerunt, forte quia in Pindaro quaeque oda *ἴδος* est praescripta, Idyllion ergo Parua poematis forma, et Idyllia, Diuersa poematiorum genera.

I E C et I E I

IECVR, iecoris, vel iecinoris, f. iocinoris. qui Genitiuus, ut ait Priscianus 6 p. 701 med. a Nominatiuo Iocinus videtur esse. n. [*ἥπαρ*] Hepar Graece dicitur, estque Viscus id, quod dextra parte ventriculo affidet, sanguinemque conjicit. Genit. Iecinoris est Scribon. 173. 265. Iocinoris 120. 258. 259. Iecoris officium voluit esse, ut cibos in aluo concoquat Laet. de Opif. D. c. 14. Admisit ei aquilam, quae aliduo noctu renascentia iecinora exesset Hygin. Astron. 2, 15. Plaut. Curc. 2, 1, 22 Lien necat, renes dolent, pulmones distrahuntur, cruciatur iecur, radices cordis pereunt. Plin. 11, 37 Iecur in dextra parte est, in eo quod caput extorum vocant, magnae varietatis. Cic. de N. D. 2, 137. Cels. 2, 8 pr. Si in iecinore vomica est. Legitur et Iocinore et in iocinoris dolore paullo post. Iecur etiam Iecinor appellari, velut Iter, Itiner, putauit Ios. Scalig. ad Fest. p. 65. 102. 197. Add. Liu. 8, 9. 27, 28. 41, 14 et 15. Iecur cum putata sit sanguinis officina, non mirum est, illi passim affectus, quin cogitationes, et prudentiam adeo assignari. Iecur, pro Prudentia et sapientia, sicut et Cor, Latinis dici indicat illud Bibaculi de Catone grammatico, Suet. Gramm. 11 En cor Zenodoti, en iecur Cratetis. Sedem superbiae iecur facit Perf. 1, 25 Quo didicisse? nisi hoc fermentum, et quae semel intus Innata est, rupto iecore exierit caprificus. Vid. Casaub. qui etiam Perf. 5, 29 Quod latet arcana non enarrabile fibra de iecore sapientiae sede explicat, licet ad ipsum locum cor intelligat. Libidinis sedem passim faciunt Poëtae. Vid. Barth. ad Claudian. Conf. Hon. 4, 248. Burm. ad Sueton. Gram. 11. Iecur anseris proceres gulae saporis bonitate commendant: fartilibus crescit mira amplitudine: et quod mirabilius est, exemtum quoque lacte mulso augetur. Ex Plin. 10, 22. Martial. 13, 58 Adspice quam tumeat magno iecur anseris maius. Perf. Sat. 5, 129 Sed si intus et in iecore aegro Nascantur domini, de affectu quouis uehementi. Aridum Hor. Epod. 5, 37. Arietinum, vid. ARIES. Durum iecur habentes Scribon. 110. Quorum iecur durum est 170. Ardet ira ficcum iecur Iuuen. Sat. 1, 45. Feruens difficili bile tumet iecur Hor. Carm. 1, 13, 4. Porriguntur pennae iecoris Vindic. ad Valentin. Imp. Vlcere iecur alicuius Hor. Epist. 1, 18, 72. Vlcerosum Idem Od. 1, 25, 15. Tumor, dolor, durities iocineris 123. Vrit iecur bilis Hor. Serm. 1, 9, 66.

IECINOROSVS, sive IOCINOROSVS, a, um. Adi. Qui iecoris sive iocinoris vitio laborat. Scrib. Largus 105 Iocinorosis duritiam habentibus diutinam, ex aqua mulsa satis conuenit. Add. 169.

IECOROSVS, a, um. Adi. Sidon. Epist. 5, 14.

IECORITICVS, a, um. Adi. Marcell. Emp. c. 20.

IECORALIS, e. Adi. Gloss. Gr. Lat. *ἥπατος*, Iecoralis.

IECVSCVLVM, i. n. Dimin. [*ἥπατιον*] Plin. 11, 37 Murium iecusculis fibrae ad numerum lunae in mense congruere dicuntur, totidemque inueniri quotum lumen eius sit. Sic Musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri Cic. de Diuin. 2, 33 c. 14. Conf. Macrob. Saturn. 7, 14.

IEIUNIVM, i. n. [*νηστεία, ἀστερία*] Tempus, quo a cibis abstinemus. Liu. 36, 37 Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex SC. Decemviri quum adissent, renuntiarunt, ieiunium instituendum Cereri esse, et id quinto quoque anno seruandum. Item, Abſtinentia ipsa vel Carentia cibi. Quod etiam ad Potum duriuscule tranſtulit Lucan. 4, 332 Quoque magis miseros vndae ieiunia soluant. Ieiunia animis Concipere, Ferre, Portare, Tenere Iuuen. 20, 364 sq. Celebrare annua ieiunia Claud. ad Christ. 45, 21. Domant longa illos inopi ieiunia victu Ouid. Met. 1, 312. Explere ieiunia Sen. Thyest. f. 1. Indicare ieiunia Hor. Serm. 2, 3, 291. Laborare

- ieiunio Columel. 3, 12. Paut ieiunia lacrimis expers vndae et cibi Ouid. Met. 4, 265. Conf. Virg. Georg. 3, 128. Placare ventris ieiunia Ouid. Met. 15, 95. Sedare ieiunia carne ferae Id. ibid. 15, 83. Soluit ieiunia tribus granis Idem Fast. 4, 607. Vexare ieiunio Celf. 3, 18.
- IEIŪNVS**, a, um. Adi. [ἰεῦνός] Qui a cibis abstinet. Plaut. Pseud. prol. 12 In scenam qui ieiunus venerit, etc. Ieiuno dantur Scribon. 79. 109. Ieiunis III. Arena ieiuna Virg. Georg. 3, 493. Auiditas ieiuna, b. e. Maxima et qualis ieiunis esse solet. Plin. 10, 3
- 10 Eadem ieiunae semper auiditatis et querulae murmurationis. De quodam genere aquilae. Cupido ieiuna expletur Lucret. 4, 874. Dentibus ieiunis acer lupus Hor. Epist. 2, 2, 29. Fames Ouid. Met. 8, 791. Fames, Dea. Glarea, Sicca et sterilis terra Virg. Georg. 2, 212. Conf. Columel. 2, 4. Intestinum, quod antiqui Hiram, et per
- 15 diminutionem Hiram dixerunt: Celf. 4, 1 de iunctura, quae pylorus dicitur, Ab ea ieiunum intestinum incipit: cui tale vocabulum est, quia nunquam quod accipit continet, sed protinus in inferiores partes transmittit. Vid. HIRA. Iugera Sen. Herc. Oet. 2. Macies Claud. de B. Gildon. 22. Plin. 7, 2 Quod si in fauces pernetrauerit, etiam
- 20 mori: idque maxime humani ieiuni oris. Columel. 6, 33 Cicatrices oculorum ieiuna salua et sale defricatae extenuantur, i. ieiuni hominis salua. Stomachus Hor. Serm. 2, 2, 38. Terra Colum. 3, 5.
- ¶ 2 Metaph. Vehementer cupidum rei paruae et contemptibilis significat. Cic. Fam. 3, 10 Nihil in me non modo perfidiosum, et insidiosum, et fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut ieiunum debes agnoscere. Idem Philipp. 14, 17 Haec interposui, P. C. non tam ut pro me dixerim (male enim mecum ageretur, si parum vobis essem sine defensione purgatus) quam ut quosdam nimis ieiuno animo et angusto monerem, etc. Animus auidus ac
- 30 ieiunus diuitiarum, pro Cupido Iustin. 38, 6, 10. Ars ieiuna Quinct. 1, 4, 5. minuta, tenuis. Calumnia frigida et ieiuna Cic. pro Caecin. 61. Eloquentia Quinct. 10, 5, 5. Historia Idem 2, 4, 3. Si non ieiunum hoc, nescio quid etc. Cic. Fam. 15, 4. i. parum, contemptibile. Homo, i. humilis et inanis Cic. Fam. 10, 21. et 2, 17.
- 35 Oratio, cui opponitur Copiosa et plena. Cic. de Orat. 3 c. 18 Quod si quis erit, qui ductus opinione vulgi aut Antonium ieiunio rem, aut Crassum fuisse pleniorum putet, etc. Add. Id. de Opt. gen. Orat. c. 3. Quinctil. 2, 5, 21. 10, 2, 17. 12, 10, 13. Plebecula misera ac ieiuna Cic. Att. 1, 16. Traditio ieiuna, atque arida ne auerteret animos,
- 40 et aures delicatas raderet Quinctil. 3, 1, 3. ¶ 3 Graueolens, foetidus: quia ieiunis anima grauius olet. Vid. Plaut. Merc. 3, 3, 13. et Petron. c. 128. Caecil. ap. Non. 4, 2 Quae mihi, ubi Domum adueni assedi, extemplo sauium dat ieiuna anima. Cum Genitiuo. Vid. Ieiunae alicuius rei aures, in AVRIS. Sed Nec fuit nox vna
- 45 vel quies aliqua visu Deae monitue ieiuna Apul. Met. 11 p. 266, 4. Compar. Sen. ad Helu. c. 6 Quid ieiunius? Conf. Cic. p. a. Oratio. It. Colum. 2, 4, 7 Ieiunior pars humi.
- IEIŪNE**, Adu. [ἰεῦνός] Defectum aliquem vigoris notat, fructus et iucunditatis, Frigide, languide. Cic. de Orat. 1, 49 c. 11
- 50 Etenim videmus iisdem de rebus ieiune quosdam et exiliter, ut eum quem acutissimum ferunt Chrysippum disputasse, etc. Idem in Orat. 123 c. 36 pr. et Att. 12, 21. Haec dicuntur fortasse ieiunius Idem Fin. 3 c. 5.
- IEIŪNITAS**, ātis. f. [ἰεῦνότης] Tenuitas, cui contraria est
- 55 vbertas et copia. Cic. Tusc. 2, 3 c. 1 Et quum obruerentur copia sententiarum atque verborum, ieiunitatem et famem se malle quam vbertatem et copiam dicerent. Ieiunitas bonarum artium Idem de Orat. 2, 3 et 10. Ieiunitas et ficitas, et inopia orationis Idem in Bruto 284. Ieiunitatis plenus anima foetida Plaut. Merc. 3, 3, 13.
- 60 Citat Non. 4, 2.
- IEIŪNIOSVS**, a, um. Adi. Ridiculum epitheton diei, quo parasitus esurire cogitur. Plaut. Capt. 3, 1, 6 Neque ieiuniosorem, nec magis effectum fame vidi.
- IEIŪNO**, āre. Cibo sponte abstinere, praesertim religionis causa. Hieron. Epist. 22 c. 13 Lecturus Tullium ieiunabam. Tertull. de Ieiun. c. 13 pr. Conuenio vos et praeter pascha ieiunantes.
- IEIŪNATIO**, ōnis. f. Tertull. l. c. Ieiunationibus operati. Idem ad Scap. c. 5 et adu. Psych. c. 10.
- IEIŪNATOR**, ōris. m. Augustin. Epist. 86 Qui ventricolas
- 70 tanquam magnus ieiunator accusat.

I E N et I E R

- IENTACVLVM**, i. n. [ἰεῦντακῦλον] Cibus, qui ante prandium
- 75 sumitur. Plaut. Curc. 1, 1, 72 Me inferre Veneri noui iam ientaculum. Nos ipsi ieiunia ientaculis leuibus polluimus Nigid. ap. Isidor. 20, 2. Suet. Vitell. c. 13 Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispartiebat: in ientacula, et prandia, et coenas, comestationesque. Martial. 14, 223 Surgite, iam vendit pueri ientacula pistor. Idem 13, 31 Si sine carne voles ientacula fumere frugi, Haec tibi Vestino de grege massa venit, i. Caseus Vestinus, ut est in
- 80 lemstate. Ientaculum ambulatorium affectat equus, inter procedendum gramen decerpens. Apul. Met. 1 pr.
- IENTO**, āre. [ἰεῦντακῦλον] Aliquid ante prandium gustare. Varro
- 85 Marcipore, Ut eat, ac Remp. administret, et quod pulli ientent. Afranius, Haec ieiunia ientauit. Non. 2, 440. De etymo Iul. Caes. Scalig. Poët. 1, 5 conicit dictum, quod statim ab illo oporteat iev, Dorice pro iev, ire.
- IENTATIO**, ōnis. f. Firmic. 2, 10 Venus significat etiam conuiuia, ientationes, dulciaque tragemata, siue bellaria.
- IENTATOR**, ōris. m. Eutropio tribuitur: non recte.
- IENS**, euntis. Partic. [ἰών] Ab Eo, is, verbo.
- IĒRĪCHO**, vel HIERICHO, vel HIERICHVS, untis. f. Iudaeae oppidum inter Hierosolymam et Iordanem. Plin. 5, 14. Prudent.
- 95 Psychom. 536. et Hamart. 480.
- IERNA**, ae. f. Hispaniae fluuius est, auctore Mela 3, 1. Strabo 3 Iernam his locis commemorat montem, a quo Iernam annem potuisse vocari verisimile est.
- IERSALEM**, [Ἱερουσαλήμ] Vrbs Iudaeae celeberrima: quam Hierosolyma Graeci et Latini fere malunt. Vid. Dictionarium nominum Hebraicorum in Hieron. Opp.

I E S et I G I

- IESVS**, u. m. [Ἰησῦς] dissyllabum apud Hebraeos, tamen si Graecis trisyllabum. Nomen est Redemptoris ac Salvatoris nostri Christi: Cuius
- 105 6 F signi-

significationis ratio est apud Matthæum: Hic enim (inquit) saluum faciet populum suum a peccatis suis. Prudent. Psychom. 764 Utque homini atque deo medius interuenit Iesus *dissyllabos, ut tamen I sit vocalis.*

IGITUR. [ἴγου, ἴπ' ἔν, γῆν, ἄκῆν, τοῖνυ, τοῖγαρῆν] *Collectiua* 5
vel rationalis Coniunctio est: colligit enim supra dicta, eaque ratione confirmat. Adhibetur, inquit Valla, brevioribus conclusionibus. Quint. 1, 5 Soloecismus fit transmutatione, qua ordo turbatur, Quoque ego, Enim hoc voluit, Autem hoc habuit. Ex quo genere an sit Igitur in initio sermonis positum, dubitari potest: quia maximos auctores in 10 diuersa opinione fuisse video, quum apud alios sit etiam frequens, apud alios nunquam reperiatur. *Incipit periodum, in Tacit. Agric. 7, 2. Nep. 25, 3, 3. et Plaut. infra cit.* Ter. Andr. 2, 3, 1 Quid igitur sibi vult pater? Cic. pro Ligar. 2 Habes igitur Tubero, etc. Ter. Eun. 1, 1, 1 Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem 15 quum accersor vltro. Plaut. Amph. 1, 1, 145 Clare aduersum fabulabor: hic auscultet quae loquar: igitur magis maiorem in modum in sese concipiet metum. *Vid. Non. 2, 456.* ¶ 2 *Igitur in continuatione orationis interruptae.* Dico, te priori nocte venisse inter Falcarios in domum Leccae — Fuisse igitur apud Leccam ea 20 nocte Cic. Catil. 1 c. 4. Tibicen quidam fuit Antigenides — Is igitur quum esset in tibicinio apprime nobilis Apul. Flor. Conf. Liu. 2, 12 pr. *ibique Gronou. itemque Victor. ad Cic. Fam. 1, 9. Add. Cic. Cat. 4 c. 11 Pro imperio, pro exercitu — pro his igitur omnibus rebus, etc. Idem Fin. 4 c. 20 Postea tuus ille Poenulus — homo* 25 *igitur acutus, etc. Pro Tum non semel usus esse videri potest Plautus Amphit. 1, 1, 54 Sin aliter sient animati, — se se igitur summa vi virisque eorum oppidum expugnassere. Nempe hic etiam illatio est siue conclusio. Consequentiam etiam in similibus obserues, ut Casin. 2, 2, 39 Mox magis cum otium mihi et tibi erit, igitur tecum loquar. 30 Et Mostell. 2, 1, 33 Miserum est opus igitur demum fodere puteum, vbi sitis fauces tenet. Et Epid. 3, 3, 4*

Non oris causa modo homines aequom fuit
 Sibi habere speculum, vbi os contemplarent suum:
 Sed qui perspicere possent cor sapientiae,
 Igitur perspicere vt possint cordis copiam. 35

Consequentiam et successionem naturae vel rationis semper significat. Simpliciter autem idem esse quod deinde, paullo forte intemperantius dictum a Sanctio Min. 3, 14 p. 521 qui caeteroquin obseruat, saepe dicere Apuleium, Ergo igitur: quemadmodum Itaque ergo Liu. 1, 25. et al. Plaut. 40 Stich. 1, 2, 29 Post id agam igitur deinde. Id. Most. 1, 2, 51 Vnum vbi meritum est stipendium, igitur tum specimen cernitur, etc. Et Amph. 1, 2, 11 Igitur tum demum omnes scient, quae facta. Pro Sanctio tamen est Festus, I G I T V R nunc quidem pro completionis (leg. complexionis) significatione valet, quae est ergo: sed apud antiquos ponebatur pro inde, et postea, et tum. Pro Enim habet Plaut. Most. 5, 1, 52 Surge dum huc. Est consulere igitur quiddam, quod tecum volo.

I G N

IGNARVS, [ἄγνοῶν] *vid. IGNORO.* 50
IGNAUVVS, a, um. *Adi. [ἀπρακτος, ἰαθύμωτος] Gnauo, forti, alacri, agili opponitur.* Cic. Tusc. 2, 54 c. 23 Ut enim sit in praelio, vt ignauus miles ac timidus simul ac viderit hostem, abiecto scuto fugiat. Liu. 5, 28 Fusos esse ab ignauissimo et fugacissimo hoste. 55 Ter. Andr. 1, 5, 42 Adeon' me ignauum putas? *i. minime generosum.* Ignauus et imbellis inter hostes Liu. 26, 2. Cic. de Inuent. 1, 24 Indignum esse ab homine ignauissimo virum fortissimum Aiace esse necatum. Conf. Sallust. Catil. 12. Aestus ignaui Ouid. Met. 7, 529. *Ab effectu, vt pallida mors. Vid. mox succus ignauus.* Amor 60 Stat. Silu. 3, 2, 99. Anni Ouid. Amor. 1, 15, 1. Contagia Claud. in Eutrop. 1, 419. Corpus Ouid. ex Pont. 1, 5, 5. Dolor, *Qui vires aufert, vt labori sufficere nequeat.* Plin. 11, 18 Rege apum a peste consumto moeret plebs ignauo dolore: non cibos conuehant, non procedunt. Frigus Ouid. Met. 2, 763. *Ab effectu.* Genus 65 *interrogationis ignauum et iners* Cic. de Fato 29. Grauitas Ouid. Met. 2, 821. Miles ignauus ac timidus Liu. 5, . . Mora Ouid. de Arte Am. 1, 180. Otia Idem Trist. 1, 6, 25. Pecus, *b. e. Inutile, et nullius artis:* Virg. Georg. 4, 168 Ignauum fucos pecus a praesepibus arcent. Ignaua Ratio apud Cic. de Fato c. 12 70 [ἀργός λόγος] cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita. Sic enim interrogant: si fatum tibi est, ex hoc morbo conualescere, siue medicum adhibueris, siue non adhibueris, conualesces — medicum ergo adhibere nihil attinet. *Vid. reliqua.* Somnus Ouid. Met. 11, 593. Plin. 20, 18 Quum capita ipsa et folia decoquantur, Succus 75 meconium vocatur, multum opio ignauior. *Compar.* Cic. Verr. Act. 1 c. 78 Homo inertior, ignauior. Sallust. Fragm. c. 7 Peior an ignauior sit deliberari non potest. *Superl.* Liu. 5, 28 Ignauissimus et fugacissimus hostis. Idem 9, 4. *In MSS. permutari solet cum Ignarus: quod vid.* 80

IGNAVIA, ae. f. [ἰαθύμια] *Vitium est contrarium Fortitudini, quo quis aggredienda praeformidine non aggreditur.* Cic. de Amicit. 23 Ut cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur atque oderit, vt bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo. *Add. Id. de Inuent. 2 c. 54. Ignauiam suam tenebrarum ac parietum, cu-* 85 *stodiis tegere Id. pro Rabir. c. 7. Cic. de Fin. 149 Quibus rebus intelligitur, nec timiditatem ignauiamque vituperari, nec fortitudinem patientiamque laudari suo nomine. Ignauia odoris, pro Odore remisso et laxo Plin. 12, 25.*

IGNAVITAS, atis. f. *Idem.* Iustin. 43, 3, 5 Phocaeenses ex 90 ignauitate ac macie terrae coacti. *Sed recte al. Exiguitate.*

IGNAUE. Adu. [ἰαθύμωτος] *b. e. Lente, et segniter.* Cic. Tusc. 2, 55 c. 23 Ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignaue, ne quid seruiliter muliebriterue faciamus. *Compar.* Virg. Georg. 3, 465 Carpentem ignauius herbas. 95

IGNAUITER. Adu. [βλακτικῶς] Hirt. ad Cic. Att. 15 sub 6 An ego, quum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam? Idem de B. Afric. c. 81 Castra non ignauiter munire. Lucil. Sat. 16 apud Non. 11, 29 Cur tam ignauiter, hoc praesertim tempore, quaeris? *Quadrigarius ap. eund.* Et qui ibi erant non ignauiter potando cum 100 diem pro meliore habuerunt.

IGNAUESCO, ere. Tertull. de Anima c. 43 Animus nec quiescit nec ignauescit.

IGNAUITO, onis. m. Gell. 16, 24 Isti ignauiiones, qui nihil perficere possunt. 105

- IGNAVIO, ïre. Ignauum facio. *Antiquum.* Ex Accii Aeneadis aut Decio, Fateor, sed saepe ignauit fortem in spe expectatio Nonius 2, 441.
- IGNIS, is. m. [*πῦρ*] A Gignendo dictus: quod in eo nihil nascatur, et omne quod nascitur, eum amittit et frigeſcit. Vel quod se ipsum pariat, et paruis ſcintillis crescat in immenſum. Et Voſſ. *Etym.* Multa doctè ludit Varro de L. L. 8, 10. v. g. p. 17, 20 Animalium ſemen ignis, qui anima et mens: qui calor e caelo, quod hic innumera- biles et immortales ignes. Itaque Epicharmus Enni de mente hu- mana dicit, Iſtic eſt de ſole ſumtus ignis. Pag. 18, 1 Cauſa naſcendi duplex, Ignis et aqua. Ideo ea in nuptiis in lumine adhibentur — mas ignis, quod ibi ſemen; aqua femina, quod fetus ab eius hu- more, etc. ſunt enim ibi plura iucunda. Inuiſti ignibus dentes, vid. INVICTVS. Acer ignis, vid. ACER. Arduus Stat. Silu. 3, 3, 178. Atri Virg. Aen. 4, 384. Auarus Propert. 2, 28, 56. Auidus Ouid. Met. 12, 280. Calidi Lucret. 2, 431. Celer Hor. Carm. 3, 4, 76. Confuſi Stat. Theb. 5, 316. Damnoſi Ouid. Faſt. 4, 708. Feruidus Sen. Oedip. 12. Feſtus Stat. Silu. 4, 8, 37. Ingens, vid. INGENS. Inimicus Virg. Georg. 4, 330. Inualidi, pro Languidis excubiis Tacit. Ann. 1, 65, 1. Lambens, vid. Virg. Aen. 2, 682. Liu. 1, 39. et Plin. 36, 27. Languidus, vid. LANGVOR. Lentus, vid. LENTVS. Magnus, vid. MAGNVS. Malignus, i. Parcus, tenuis, exiguus, cui opponitur Ingens. Martial. 10, 96 Paſcitur hic, ibi paſcit ager: tepet igne
- 25 maligno Hic focus, ingenti lumine lucet ibi. Nigri, Rogales Hor. Carm. 4, 12, 26. Odorati Ouid. Faſt. 1, 75. Pugnax aquae Idem Met. 1, 432. Rapax Id. ibid. 8, 837. Rapidus Virg. Georg. 4, 263. Roſeus Claud. Conf. Prob. et Olyb. 5. Rutilus Virg. Georg. 1, 454. Min. Fel. Oct. 35, 3 Illic ſapiens ignis membra reficit et vrit. Vid. Wower. Conf. Tertull. adu. Gnoſt. c. 3. Hieron. in Daniel. c. 3. et Paullin. ad Seuer. Epist. 28 n. 2. Paullin. Epist. ad Marcellam n. 7. Patere. 2, 88 extr. Seruilia Lepidi vxor viuo igni deuorato, praematuram mortem immortalis nominis ſui penſauit me- moria. ¶ 2 Verba: Abolitum corpus igni Tacit. Ann. 16, 6.
- 35 Abſtinere ignem ab aede Liu. 7, 27 extr. Vid. ABSTINEO. Ac- cendere ignem Virg. Aen. 5, 4. Vid. ACCENDO. Accendit le- tiferos Sirius ignes Sil. 16, 99. Adhibere ignem, vid. ADHI- BEO. Nulla materia, niſi Admoto igni, ignem concipere poteſt Cic. de Orat. 2 c. 45. Adiuuare ignem, vid. ADIVVO. Appo- nere ad ignem, vid. APPONO. Ardet largus ignis Hor. Serm. 1, 8, 44. Aſſeruare ignem e ſilice, vid. ASSERVO. Concipere ignem Ouid. Met. 9, 519. Cic. de Orat. 2 c. 45. Coercere ignes, vid. COERCEO. Compeſcere ignes Ouid. Met. 2, 313. Com- prendere ignem crinibus Virg. Aen. 7, 73. Concremare igni,
- 45 Coniicere ſe in ignem, vid. bb. vv. Conſidere in ignes, dicitur vrbs vel domus Virg. Aen. 2, 624. Corrupti igni, vid. CORR- VMPPO. Cumulare feſtos altaribus ignes Stat. Silu. 4, 8, 37. Debacchantur ignes Hor. Carm. 3, 3, 55. Depellere ignes ab aliquo Virg. Aen. 9, 78. Dare vltimos igni, i. Imponere foco Idem Georg. 3, 378. Elicere ignem lapidum conſictu atque tritu Cic. de N. D. 2, 25. Excudere ignem abſtruſum venis ſilicis Virg. Georg. 1, 135. Excudit auidum de crinibus ignem Ouid. Met. 12, 280. Caef. B. C. 3, 30 Suosque omnes caſtris continuit, ignesque fieri prohibuit, quo occultior eſſet eius aduentus. Ferat impius ignis templa Iouis Stat.
- 55 Theb. 5, 685. Tacit. Ann. 14, 33 Sed caedes, patibula ignes, cru- ces tanquam reddituri ſupplicium, ac praerepta interim vitioſe feſti- nabant. Flagrant ignes Sil. 1, 96. Fulſere ignes Virg. Aen. 4, 167. Tacit. Ann. 12, 58. Eodem oratore Bononiensi Coloniae igni hauſtae ſubuentum, centies ſeſtertii largitione. Inferre ignem ho- ſtibus Lucret. 5, 1245. Caef. B. C. 2, 14 Portis ſe foras erumpunt, ſecundo, magnoque vento operibus ignem inferunt. Iniicere ignes Capitolio, vid. INIICIO. Latet multo cinere obrutus ignis Lucret. 4, 924. Moliri ignem Virg. Aen. 10, 131. Occiſus igne Quinct. 6, 1. Opprimere ignem, vid. OPPRIMO. Palpitat arduus
- 65 ignis Stat. Theb. 12, 70. Peredit celer ignis Aetnam Hor. Carm. 3, 4, 76. Procludunt ignem ignes Lucret. 2, 1114. Alii legunt, Producunt. Prohibe infandos ignes a nauibus Virg. Aen. 1, 529. Stridunt ignes Iuuen. Sat. 10, 61. Lucan. 6, 179. Cic. Verr. 1, 69 c. 27 Caedere ianuam ſaxis, inſtare ferro, ligna et ſarmenta circum- dare, ignem ſubiicere coeperunt. Subſiliunt ignes ad tecta domo- rum Lucret. 2, 192. Suppoſiti ignes cineri Hor. Carm. 2, 1, 7. Suſcipere ignem foliis Virg. Aen. 1, 179. Suſcitare ſopitos ignes Id. ibid. 8, 410. Torrere igni fruges Idem Georg. 1, 267. Va- gatur late ignis, vid. LATVS. Vaſtare igne Salluſt. Iugurth. 1, 10.
- 75 Volant ignes ad tecta Virg. Aen. 12, 596. ¶ 3 Formulæ aliae: Liquidus, i. Purus, aethereus Virg. Ecl. 6, 33. Seruius. Liquidi color aureus ignis Lucret. 6, 204. Aſtorum ignes, Stellae Virg. Aen. 3, 585. Octei, pro Stellis, vid. Noctifer in NOX. Sanguineo igni cometes Claud. de Raptu Proſerp. 1, 231. Vagus
- 80 ignis Solis Lucan. 1, 50. Phoebei Ouid. Met. 5, 389. Tremuli Lucret. 4, 406. de ſolis ſplendore. Fulmineus Id. 2, 382. Saepè de fulmine ignis dicitur: vt; Abruptus nubibus, vid. ABRVMPPO. Crebris micat ignibus aether Virg. Aen. 1, 94. Eliſus nubibus Ouid. Met. 6, 696. Infeſto igne peti Idem Trift. 1, 1, 82. Rapi- dus ignis Iouis, Fulmen Virg. Aen. 1, 46. Triſulci, Fulmina Ouid. Met. 2, 849. Oculi micant igne Id. ibid. 3, 33. Truculento igne minaces ardent genae Sen. Oedip. f. 12. ¶ 4 De Amori- bus, et amatis vulgo dicitur. Ter. Eun. 1, 2, 5 Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Virg. Ecl. 3, 66 At mihi ſeſe offert vltro
- 90 meus ignis Amyntas. Ouid. Met. 6, 708 Arſerunt agitati fortius ignes. Carpitur igni caeco Virg. Aen. 4, 2. Carpi indomito igne Ouid. Met. 10, 369. Caſtiſſimi Val. Max. 4, 6, 5. Colligere blandos ignes paullatim Valer. Argon. 2, 354. Concipere validos ignes Ouid. Met. 7, 9. Edunt medullam ignes Catull. 33, 15.
- 95 Erumpit oculis ignis Sen. Hippol. f. 4. Exarſere ignes animo Virg. Aen. 2, 575. Ferre mutuos ignes Sen. Hippol. 4. Hauſerat in- ſolitos ignes virginis Claud. de Nupt. Honor. 1. Macerari lentis ignibus Hor. Carm. 1, 13, 8. Merſus viſceribus ignis Sen. Hippol. 5. Nutrire ſupis ignes Ouid. Met. 6, 493. Populante venas furtiuo
- 100 igne Sen. Hippol. 3. Senſit tepidos ignes ſub pectore Ouid. Met. 11, 225. ¶ 5 Subiicere ignem, i. Inuidiae materiam ſuggerere. Cic. pro Rabir. Poſt. 13 Et quanquam tum propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum tempus illud exarſerat, tamen quum odium non reſtingueretis, huic ordini ignem nouum ſubiici non ſui- ſtis. Ignis ſacer, Morbi genus. Vid. Scribon. 63. 106. 135. 244. 245. Plin.

Plin. 26, 11 Ignis sacri plura sunt genera: inter quae medium hominem ambiens, qui Zoster (ζώνη, cingulum) appellatur, et enecat si cinxerit. Ignis sacer est, quem Graeci ἱερὸν ὄστρον appellant Seruius ad Virg. Georg. 3, 566 Contactos artus sacer ignis eadebat. Seruium tamen refellit H. Mercurial. Var. Lect. 4, 9. Add. Viri docti ad Sammon. c. 41 v. 761 sq. De igne Exploratorio, Nuptiali, Sacrificiali, et Vestali, vid. Lex. Pitisc. Cerei ignes in iuramentis usurpati: Iustin. 22, 2, 8. Vid. Graeu. in loc. Al. Cereris. ¶ 6 Ignis ultimam interdum produxit. Vid. Brouckb. ad Tib. 1, 7, 72 qui laudat Hor. Od. 1, 15 extr. Post certas hiemes vret Achaicus Ignis Iliacas domos. Loco Ignis a librariis non nunquam scriptum inuenitur Imber: quod vid.

IGNICVLVS, i. m. Dimin. [κρυπίδιον] Iuuen. Sat. 3, 102 Igniculum brumae si tempore poscas. Metaphorice, pro Incitamento et veluti Stimulo quodam, qui nos quiescere non patitur. Cic. Tusc. 3 15 2 c. 1 Nunc parulos nobis dedit igniculos, quos, etc. Idem de Fin. 5, 18 c. 6 Quorum similia sunt prima in animis quasi virtutum igniculi et femina. Idem Fam. 15, 20 Quo tolerabilius feramus igniculum desiderii tui, crebris nos literis appellato. Ingenii igniculi Quinct. in prooem. 6. Cic. Att. 15, 26 Reliqua pars epistolae: illa namque in vtramque: sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos viriles: sententias, unde virtus eluceat.

IGNEVS, a, um. Adi. [πυρρός] Cic. de N. D. 2, 23 Nam omne quod est calidum et igneum, cietur et agitur motu suo. Aether Tibul. 4, 1, 22. Astra Virg. Aen. 4, 352. Plin. 8, 38 Arescitue in gemmas carbunculis similes, et igneo colore fulgentes. Idem 9, 60 Huic tam igneum feruorem esse tradunt, vt omnia in mari contacta adurat. Sitis Virg. Georg. 3, 482. Sol Claud. in Pr. Conf. Stil. 2, 60. Virtus Lucan. 9, 7. i. agilis, alacris.

IGNEOLVS, a, um. Adi. Dimin. Prudent. Cathem. 3, 186 Oris opus, vigor igneolus Non moritur.

IGNARIVS, a, um. Adi. Ignem continens. Vt Lapis ignarius Marcell. Emp. c. 33.

IGNIDVS, a, um. Adi. Theod. Priscian. 2, 9 Vti cucurbitis ignidioribus.

IGNIO, ire. Candefacere. Prudent. in Rom. 1077 Acus minutas ingerunt fornacibus His membra pergunt vrere, vt igniuerint.

IGNITVS, a, um. Adi. [πυρρός, διάπυρος, ἔκπυρος, πυρηνής] Candens et admodum calidus. Metaph. Ignitum Deus indidit ingenium Prudent. Hamart. v. 544. Igniti Dentis morsus Sidon. Ep. 1, 11. Gell. 17, 8 Tum ego respondi, coniectare me Vinum idcirco minus coalescere, quod femina quaedam caloris in sese haberet, essetque natura ignitius.

IGNITVLVS, a, um. Adi. Dimin. Tertull. ad Nat. 1, 10 extr. Mercurius in caluitio pennatulus, in caduceo ignitulus.

IGNITABVLVM, i. n. Ignis receptaculum, Festo. Solin. 18 Pyrrhoe etiam dicta Delos, quoniam et ignitabula ibi et ignis inuenta sunt. Macrobi. Sat. 2, 8 Plato aestimauit, fomitem esse quendam et ignitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagret. Est igitur ignitabulum omne excitandi ignis instrumentum.

IGNESCO, is, ere. [πυρρόμαι, πυρακτόμαι] Ignitum fieri, in ignem conuerti, et ardere. Cic. de N. D. 2, 118 c. 46 Vt ad extremum omnis mundus ignesceret. Columel. 10, 212 Ante amor ignescit menti, faeuitque medullis. Irae ignescunt, pro Accenduntur Virg. Aen. 9, 66. Vultus ignescunt sanguine Stat. Theb. 3, 78. Ignescitur, pro Ignescit. Laberius Colace, Figura humana inimici ardore ignescitur Nonius 7, 108.

IGNESCENS, entis. Part. Plin. 37, 2 Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremque, et tertium ex vtroque ignescentem. Caelum Apul. Trifmigist. p. 68. Odia Stat. Theb. 11, 525. Sil. 9, 461 de Pallade, Tum virgo ignescens penitus, etc.

IGNIA, n. Pl. Vitia fictilium vasorum Fest. Forte quae igni rupta sunt.

IGNIARIVM, i. n. [πυρσίον] Igniaria Plinio appellantur Ligna, ex quibus ignis statim accenditur 16, 40 Calidae, morus, laurus, edera, et omnes e quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc vsus in castris, pastorumque reperit, quoniam ad excutiendum ignem, non semper lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit atritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi, vel foliorum facillimo conceptu: sed nihil edera praestantius, quae teratur lauro, laurumque terat. Igniarium est (inquit Budaeus) Quo ignis elicitur: constat silice, e quo ignis atterendo elicitur, et ferro quo silex atteritur percussu: unde scintillae decussae, et in fomite, linteoque concepto exceptae, flammam excitant.

IGNEFACTVS, a, um. Adi. Plin. 20, 9 Flos bulborum tritus crurum maculas varietatesque ignefactas emendat. Vid. Theod. Prisc. 2, 28.

IGNICOLORVS, a, um. Adi. Ignis coloris. Iuuenus in Matth. c. 26, 64 Sub nubibus ignicoloris.

IGNICOMANS, antis. Adi. Igneam comam s. radios et fulgorem habens. Auienus Phaenon. Arat. v. 1112 Et Procyon, primique pedes Canis ignicomantis. Stellae ignicomantes Auien. in Prognost. Arat. v. 88.

IGNICOMVS, a, um. Adi. Idem. Sol ignicomus Aufon. 85 Epist. 7, 8. Add. Nemes. Cyneget. v. 214. Auien. Descr. Orb. v. 801.

IGNIFER, a, um. Adi. [πυρφόρος] Lampades igniferae Lucret. 2, 25. Aether Idem 5, 499. Cic. Arat. v. 88. Axis, Curvus Solis Ouid. Met. 2, 59.

IGNIFLVS, a, um. Aliud Adi. [πυρρήντος] Cauernae ignifluae Claud. Conf. Hon. 3, 196.

IGNIGENA, ae. m. Bacchi cognomen, fulmine Iouis utero Semites excussi. Ouid. Met. 4, 11 Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyaeumque Ignigenamque, Satumque iterum, etc.

IGNIGENVS, a, um. Adi. Apul. Met. 7 p. 197.

IGNIPES, edis. Adi. [πυρόπους] Martialis. 1, 27 Ignipedes possent sine Colchide vincere tauros. Equi ignipedes Solis Ouid. Met. 2, 392. Stat. Theb. 1, 27.

IGNIPOTENS, entis. Adi. [πυροδενής, Πυροδυνώτης Gl. Gr. Lat.] Dicitur est Vulcanus, quod ignis potestatem habeat. Virg. Aen. 8, 421 Hoc tunc ignipotens caelo descendit ab alto. Sic Deus ignipotens Idem ibid. 12, 90.

IGNISPICIUM, i. n. [πυροσκοπία] sicut Aruspicium, Diuinitio erat apud antiquos, quae ignis inspectione sumebatur. Plin. 7, 56 Aruspicium Delphus, ignispicia Amphiarus, auspicia auium Tiresias Thebanus inuenit.

IGNIVĀGVVS; a, um. Adi. *Vt Denunciatio igniuaga Mart. Capell. 9 p. 304.*

IGNIVŌMVS, a, um. Adi. *Carmen paschale, quod Lactantio, alii Venantio tribuunt, v. 3 Altius igniuomum Solem caeli orbita ducit.*

IGNOBĪLIS, e. Adi. [*ἄσματος, ἄγνωτος*] *Incognitus, ignotus, vilis, et abiectus in contemptum. Plaut. Pseud. 4, 2, 9 Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. Ignobilis maritus, Cupido quem non nosset Psyche Apul. Met. 5 p. 160, 21 Elm. Cic. Tusc. 1, 102*

10 *Quid Cyreneum Theodorum philosophum non ignobilem, nonne miramur? Idem ibid. 3, 57 c. 24 Nec filetur illud potentissimi regis Anapaestum, qui laudat senem, et fortunatum esse dicit, quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem peruenturus. Argentariam non ignobilem facere Cic. pro Caecin. 10. Carmen Virg. Ecl. 9, 38. Familia non ex ignobili mulier Cic. Verr. 5, 28.*

15 *Gramen ignobile, Vile, ubique nascens, ut ait Seruius: Virg. Georg. 4, 63 Cerinthae ignobile gramen. Plin. 22, 3 Interim fortius augetur auctoritas: quae quanta debeatur etiam furdis, hoc est ignobilibus herbis, perhibebitur. Letum Sil. 3, 123. Cic. pro Cluent. 112 Vbi si quis ignobili loco natus ita viuat, ut nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur. Magister dicendi non ignobilis Demetrius Syrus Idem de Clar. Orat. 325. Morte ignobili atque inhonesta occubuit Liu. 29, 18. Nomen Sil. 13, 33. Regnum Hor. Serm. 1, 6, 9. Virg. Aen. 1, 153 Sacuitque animis*

25 *ignobile vulgus. de Faecce populi, quam vocat Cicero. Compar. Gell. 14, 2 extr. Verbum ignobilium. h. e. Inusitatum. Et Plin. 23, 1 Innocentius iam est, quodcumque et ignobilium. Superl. Gell. 15, 4 Homines ignobilissimi et despiciatissimi. Et Plin. 35, 4 Ignobilissimos alioqui Senatus spectat.*

30 *IGNOBILITER. Adu. Solin. c. 70 Aedes ignobiliter fastigatae. Sepultum ignobiliter Eutrop. 7, 15.*

IGNOBILITAS, ātis. f. Genus ignobile, vel conditio hominis obscuri. Cic. Tusc. 5, 29 Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit? Paupertas, ignobilitas, humilitas, solitudo Id. ibid. 5, 29. Generis ignobilitas Id. pro Muraen. 17 c. 8 pr. Virorum ignobilitas Ouid. Met. 6, 319. De vino Colum. 3, 21, 10 Neque enim post annos quindecim — deprehendi potest ignobilitas in gustu.

IGNOMINIS, e. Adi. [ἄνομος] Qui laude et gloria caret: quasi Inglorius et illaudatus. A quo

40 *IGNOMINIA, ae. f. [ἀριμία, ἀδοξία] Nominis nota, infamia, dedecus, contumelia, macula, probrum. Cic. pro Quinct. 64 Dedecore, macula, turpissimaque ignominia notetur. Idem Fam. 2, 17. Ignominiae est, pro Summa ignominia et vitio habetur; Plin. 18, 2.*

45 *Labes ignominiaeque mortis Cic. pro Rabir. perd. reo 27. Cum ignominia et dedecore perire Idem de Diuin. 2, 22. Id. Att. 7, 3 Omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiaeque dignos, illac facere. Accipere ignominiam Id. Verr. 2, 58. Afficere ignominia, vid. AFFICIO. Cic. pro Rosc. Amer. 50 113 c. 39 Qui ignominia mortuum affecerit. Appetitus ignominiae omnibus Idem pro Quint. 28. Vid. APPETO. Cic. . . In illo communi incommodo, nulla in quenquam propria ignominia nominatim cadebat. Concisus ignominiae, vid. CONCIDO. Cic. pro Muraen. 88 Eandem deformatam ignominia, lugentemque videat.*

55 *Depellere ignominiam Quinctil. 1, 2. Gemens ignominiam plagasque superbi victoris Virg. Georg. 3, 226. Habere ignominiam Cic. Philipp. 6, 6. Imponere Injuriam alicui sine ignominia Id. pro Quint. 96. Inferre ignominiam, vid. INFERO. Inurere ignominiam alicui, vid. INVRO. Notare aliquem ignominia Quinct. 60 6, 3. Cic. Philipp. 7, 23 c. 9. Vid. NOTO. Perferre ignominiam, vid. PERFERO.*

IGNOMINIOSVS, a, um. Adi. [ἀριμος] Notatus infamia. Quinctil. 7, 2 Tibi inquit accusator, illos non licuit occidere, exul enim eras et ignominiosus. Appellatio ignominiosa ac barbara Plin. 3, 3. Dicta Hor. de Arte Poët. v. 247. Liu. 3, 23 Hos ignominiosa fuga domum se recipientes Romanos, Consul in Algido consequutus ad vnum omnes occidit. Ignominiosissimum caput Tertull. Apol. c. 15.

IGNOMINIOSE. Adu. Idem. Ignominiose turpare Eutrop. 70 4, 10, 4. Compar. Arnob. 4, . . . Tractari ignominiosius. Superl. Orosius 7, 7 extr. Fugere ignominiosissime.

IGNOMINIATVS, a, um. Adi. [ἀριμαδεις] Pro Ignominia affectus. Gell. 9 (8) c. vlt. (15) Quibus modis ignominiat, tractatusque fit a C. Caesare Laberius Poëta. Antiquum et obsoletum.

75 *IGNŌRO, āre. [ἀγνώω] Nescire. Ter. Heaut. 2, 3, 28 Hoc primum, ut ne quid huius rerum ignores. Ignoras me Id. ibid. 1, 1, 53. Cic. Acad. 4, 4 Maiore enim studio Lucullus, cum omni literarum generi, tum philosophiae deditus fuit, quam qui illum ignorabant, arbitrabantur. Se ignorare Aristidem Nep. 3, 1, 4. Ignorant me omnes Plaut. Amph. 4, 3, 13. Ter. Eun. 5, 9, 59 Isti te ignorabant. Ignorat nomen suum Idem Capt. 3, 4, 29. i. Non meminisse nominis sui. Ter. Phorm. 5, 6, 34 Somnium: utine haec ignoraret suum patrem? G. aliquid credito Phormio esse causae. Cic. Acad. 4, 23 Ipsa vero sapientia si se ignorabit, sapientia sit necne: 85 quomodo primum obtinebit nomen sapientiae? Optimus et grauissimus quisque confitetur, multa se ignorare, et multa sibi etiam atque etiam esse discenda Cic. Tusc. 3, . . . Ignoratur, passivum Ter. Phorm. 2, 2, 10. Ignoratur parens Plaut. Men. 2, 3, 14. Fides ista ignoratur Ouid. Trist. 1, 4, 18.*

90 *IGNŌRANS, antis. Part. [ἀγνοών] Cic. de Amicit. 24 Noua fabula quum ignorante rege vter eorum esset Orestes. Cic. ad Brut. 16 Iuuat enim magnifice loqui, et certe decet aduersus ignorantes, quid pro quoque timendum, aut a quoque petendum sit. Add. Virg. Aen. 12, 421.*

95 *IGNORANTER. Adu. Idem. Cyprianus Epist. 63.*

IGNORĀTVS, a, um. Part. [ἄγνοητός] Tacit. Hist. 4, 36 Eadem in Voculam parabantur, nisi seruili habitu per tenebras ignoratus euassisset. Add. Id. 3, 74, 1. Sall. Jug. c. 54. Ars ignorata Hor. de Arte Poët. 262. Non ignorata compositio Scribon. 97. Plin. Epist. 8, 11 Inde abortus, et ignorati vteri triste experimentum. Compar. Tacit. Ann. 12, 11 Clementiamque ac iustitiam quanto ignoratiora barbaris, tanto tolerantiora capefferet. Ignoratiora, i. Magis incognita. Tolerantiora, i. Tolerabiliora. Al. leg. ignara.

IGNORATIO, ōnis. f. [ἀγνοήσις] Inscitia, et Inscientia. Ad actum et rem pertinet, quae penitus nescitur, nec sciri potest, nisi prodatur.

datur. Cic. Off. 3, 72 Quotus enim quisque reperitur, qui impunitate et ignoratione omnium proposita, abstinere possit iniuria. Idem Fam. 2, 9 pr. Non negligentia mea, sed ignoratione rerum omnium. *Sed Gron.* Ignorantia. Curt. 3, 12, 17 Sifigambis aduoluta est pedibus eius, ignorationem nunquam antea visi regis excusans. Cic. pro A. Cluent. 109 c. 39 Quod erat odium dii immortalis, quae superbia, quanta ignoratio sui, quam grauis atque intolerabilis arrogantia? Idem de Amicit. 72 Propter ignorationem stirpis et generis, etc. *In quibusdam exemplaribus est Ignorantiam.* Abuti ignoratione alicuius, *vid.* ABVTOR.

IGNORATOR, ôris. m. *ICt. in Cod.*

IGNORANTIA, ae. f. [*ἀγνοια*] Et Ignorationem significat, et humani ingenii vitium, quando quis non satis intelligit, quid faciat vel dicat, aut contra. Per ignorantiam Scribon. 199. *Quincẽtil.* 7, 2 Ignorantia praetendi non potest. Cic. pro Flacc. 46 c. 20 Vbi adulescentes nihil possent discere, nisi ignorantiam literarum. Recti ignorantia Tacit. Agric. 1, 1. Stirpis ignorantia Cic. de Amicit. 70 c. 19. *Sed malunt Veri ignorantia* Ouid. Met. 7, 92. Miserabilis *Quincẽtil.* 6, 1. *Supina, vid.* SVPINVS.

IGNORABILIS, e. Adi. [*ἀγνωστος*] Quod non cognoscitur. *Plaut. Pseud.* 2, 1, 18. Cic. de Inuent. 2, 99 c. 32 Quod leuius, facilius, non ignorabile, non fortuitum, non necessarium fuerit. Gell. 9, 12 Alterum autem illud ignorabilius obscuriusque est.

IGNORABILITER. Adu. *Idem.* Apul. Met. 3 p. 137 Lamini ignorabiliter literatis.

IGNARVS, a, um. Adi. [*ἀμαθής*] Imprudens, infcius, rudis, imperitus, indoctus. *Plaut. Poen.* 3, 3, 43 Ait se peregrinum esse, huius ignarum oppidi. *Ter. Hec.* 4, 4, 60 Erras, tui animi si me esse ignarum putas. *Idem Heaut.* 2, 1, 14 Habet bene ac pudice educatam, ignarum artis meretriciae. *Causae ignarus* *Plin.* 17, 11. Fortunarum suarum ignarus *Cic. pro Quint.*

Futuri haud ignara *Virg. Aen.* 4, 508. Hominum et locorum ignarus *Id. ibid.* 1, 336. *Cic. Fam.* 7, 24 Tu autem ignarus instituti mei, quanti ego, etc. *Ter. Hec.* 4, 4, 53 Ignarum censes tuarum lacrimarum esse me? *Id. Adel.* 2, 1, 6 Ne te ignarum fuisse dicas meorum

morum. *Mundi ignarus* *Plin.* 2, 9. Officii ciuiliis ignarus *Cic. de Fin.* 3, . . Haud ignara Mali miseris succurrere disco *Virg. Aen.* 1, 630. *Patris ignara* *Plin. Epist.* 8, 23, 8. *Philosophiae ignarus* *Cic. Acad.* 1, 4. *Rationis ignarus* *Tacit. Ann.* 1, 28. Ignari Rerum temeraria iudicia suspendant *Sidon. Ep.* 3, 8. *Cic. Verr.* 4, 113 Hi denique illud, ignari totius negotii ac religionis, mercede accepta sustulerunt. *Viae ignarus* *Virgil. Georg.* 1, 41. *Vrbis ignarus* *Liui.* 1, 35. *Docendi ignarus* *Quincẽtil.* 1, 3. *Nocendi ignara mens* *Claud. Epist. ad Hadrian.* 1, 3. *Cic. Fam.* 15, 1 Nos quemadmodum instructos, et quibus praesidiis munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari. Ignarus sum, quid agatur: *Et, Ignarus* quid virtus valeret *Cic. pro Sext.* 60. *Id. in Topic.* 75 Pueri saepe indicarunt aliquid, ad quod pertineret ignari. *Idem de Orat.* 1, 207 Ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atque insolens.

Pro Ignoto: *Tacit. Ann.* 2, 13 Per occulta, et vigilibus ignara. Nihil tam ignarum barbaris *Idem ibid.* 12, 45, 4. *Conf. ibid. c. 11, 2.* *Passive usus est Sallustius Iugurth. c. 18 Mare magnum et ignara lingua commercia prohibebant.* *Idem Iugurth. c. 52 Plerosque velocitas et Regio hostibus ignara, tutata sunt.* *Tacit. Ann.* 15, 62

Cui enim ignaram fuisse Saeuitiam Neromis? *Ignarus delituit* *Id.* 55 *Hist.* 3, 74, 1. *Al. ignoratus.* *Superl. Nescio iuxta cum ignarissimis* *Plaut. Pseud.* 4, 7, 62. *Gell.* 14, 1 *Sidera aliis omnino ignarissima.* *Vid. Drakenb. ad Sil.* 2, 98. *Cort. ad Sallust. l. c. it. Iug.* c. 49, 5. et 104, 6. *Ignarus et Ignauus confundi in MSS. obseruat idem Drakenb. ad Sil.* 10, 86.

IGNARVS, e. Adiect. *Idem ac Ignarus.* *Plaut. Poen. prol.* v. 47 Aequae ut mecum fitis ignarures. *Gloss. Lat. Gr. Ignarures, ἀγνωυρες.*

IGNOSCO, ôui, ôtum, ëre. [*συγγινώσκω*] *Disimulare, quasi non noueris, et sic Condonare.* *Cic. ad Brut.* 15 *Sed sceleris poenam praetermittere, id enim est, quod vocatur ignoscere, etc. Est igitur* ignosco, non nosco, non animaduerto, tanquam iudex. *Vid. n. 2.* *Hinc etiam Accusatio iunxit* *Quincẽtil. Decl.* 2, 6 *Ignosce malorum periculorum metus, ignosce humana discrimina.* *Quin* *Plaut. Amph.* 1, 1, 3 *Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.* *Idem* 70 *Aulul.* 4, 10, 9 *Id adeo te oratum aduenio, vt animo aequo ignoscas mihi.* *Ter. Adelph.* 3, 4, 27 *Venit ipsus vltro lacrimans, orans, obsecrans, fidem dans, iurans se illam ducturum domum: ignotum est, tacitum est. Non hominis, nec ad hominem vox est, Caue ignoscas* *Cic. pro Lig.* c. 6. *Ignosce et Concedere quemadmodum inter se distant, aperit M. Tull. ad Caesarem iuniorem, libro primo, Quod mihi et Philippo vacationem das, bis gaudeo, nam et praeteritis ignoscis, et concedes futura. Haec Non.* 5, 56. *Falso ignoscit* *Ouid. Met.* 13, 189. *Sibi ignoscere* *Quincẽtil.* 10, 3, 29. *Ignosco egomet mihi* *Horat. Sat.* 1, 3, 23. *Patere.* 2, 30 *Adeo familiare est hominibus omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere.* *Vitio ignoscitur omni* *Ouid. de Arte Am.* 1, 249.

¶ 2 *Quod diximus Ignoscere prima origine sua videri idem esse, quod non noscere, ignorare, illud firmare forte aliquis conetur illo* *Propertii* 2, 2, 56 (*al.* 2, 2, 4) *Quur haec in terris facies humana moratur? Iupiter, ignosco pristina furta tua: i. non agnosco, non puto vera, alioqui fieri non poterat, quin* *hanc raperes. Sic Passeratius. Sed Brouck. ex MSS. Ignoro eadem sententia. Laudat Passeratius etiam illud* *Quincẽtil.* 8, 5, 3 *Princeps, qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere: certe hic ignoscere est disimulare, vt in illo* *Terentiano, Eun.* 4, 4, 53 *Tu pol, si sapias, quod scis nescis. Caeterum etiam Participium Ignotus, i. incognitus, suadet, ignoscere aliquando significasse non noscere.* ¶ 3 *Verbum hoc, vt alia ex In composita, ambiguum fuisse videtur. Certe Non.* 4, 243 *Ignosce est veniam date — ignosce, rursus noscite vel discite.* *Varro* *Gloriam* *περι Φόβου, Vosque in theatro, qui voluptatem auribus Huc aucupatum concurristis (f. concucurristis) domo, Adeste, et a me, quae feram ignoscite, Domum vt feratis e theatro literas. Senarioli sunt versus. Cumque labore ipse quoque, cuius causa totus locus allatus est, potest aliquis putare, deceptum Nonium, legendumque, cognoscite. Sed is nimiae forte oscitantiae virum accuset. Interim nolim temere Ignoscere sic ponere, pro Cognoscere.*

IGNOTVS, a, um. Partic. *Condonatus.* *Hirt. de B. Afric.* 31, 3 Saepa a se fugatis — et concessam vitam, et ignota peccata. ¶ 2 *Ignotus, i. incognitus, vid. p. p. separatim.*

IGNOTVS, a, um. Partic. [*συγγνωσόμενος*] *Cic. in Caton.* 105

apud Prisc. Ignoturum alteri, quod patrem: alteri, quod tutorem sequutus esset.

IGNOSCENDVS, a, um. Partic. Macrob. Saturn. 2, 13 Sed haec et alia ignoscenda Vergilio, qui studii circa Homerum nimietate excedit modum. Dementia ignoscenda Virg. Georg. 4, 489. Excusatio ignoscenda Symmach. Ep. 1, 19. Conf. ibid. ep. 26.

IGNOSCENS, entis. Partic. [συγγνωμονικός] Qui facile condonat et ignoscit. Ter. Heaut. 4, 1, 32 Quanto tuus est animus natu grauior, ignoscentior, etc.

IGNOSCENTIA, ae. f. [συγγνώμη] Condonatio peccati. Gell. 7, 3 Interdum autem quasi eos deliquisse concedat, ignosci postulat, et ignoscentias vtilis esse rebus humanis docet. Ianua ignoscentiae clausa Tertull. de Poenit. c. 7.

IGNOSCIBILIS, e. Adi. [ἀγνώστος] Gell. 13, 20 Hic vester huiuscemodi vestitus, de multo iam vsu ignoscibilis est, i. venia dignus. Vid. Tertull. de Vxor. 2, 1.

IGNOTVS, a, um. Adi. [ἀγνός, ἀγνώστος] Incognitus, non visus. Plaut. Men. 2, 2, 19 Qui mihi molestus homini ignoto, quisquis es. Populo ignotus Ouid. Trist. 1, 1, 60. Quod latet, ignotum est: ignoti nulla cupido Ouid. A. A. 3, 397. Cic. Attic. 9, 4

Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. Domos ignotas petere Virg. Aen. 4, 312. Liu. 5, 32 Id vt fit, propter auctoris humilitatem spreto: et quod longinqua, eoque ignotior, gens erat. Ius applicationis, obscurum sane et ignotum, patefactum

est Cic. de Orat. 1, 77. Locis ignotis errare Ouid. Met. 4, 294. Mortibus ignotis perierunt Horat. Serm. 1, 3, 108. Oris ignotis exulat Virgil. Georg. 3, 225. Pars ignotissima turbae Claudian. in Eutrop. 1, 153. Pondus auri ignotum Virgil. Aen. 2, 59: Aut quod ignorabat Dido, aut tantum, quantum nullus vnquam nouit. Terra

Idem Aen. 5, 795. Verba obscuriora et ignotiora Quinctil. 7, 4. Vias ignotas inire Ouid. Rem. Amor. 578. Viri ignoti noua forma Virg. Aen. 3, 591. Veste in ignota viri Id. Aen. 7, 167. Superl. Ab ignotissimo Phryge nobilissimum ciuem vindicare Cic. pro Flacco c. 17. Haud ignotissima inter nymphas Ouid. Met. 5, 550.

Qui ignorat, et est inscius rei alicuius. Quinctil. Declamat. 6, 2 Ne quis tamen erret ignotus, non est filii mei nouerca, sed mater. vid. b. l. Burmann. Cic. Fam. 12, 5 Neque enim Alexander ille gratiae causa ab Apelle potissimum pingi, et a Lysippo fingi volebat: sed quod illorum artem, cum ipsis, tum etiam sibi gloriae fore putabat. At-

que illi artifices, corporis simulacra ignotis nota faciebant. Sic Liu. 3, 44 ubi de Appii Claudii libidine loquitur: Notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat. Plaut. in Pseud. 4, 2, 39 Noui: notis praedicas. Cic. pro M. Cael. 3 De dignitate Caelius

notis ac maioribus natu, etiam sine mea oratione tacitus facile ipse respondet, quibus autem propter senectutem, quod iam diu minus in foro nobiscum versatur, non aequae est cognitio, hi sic habeant, etc. Q. Curtius 5, 12 extr. Ignoti iumenta agebant. Conf. Nep. 17, 8, 1. ubi vid. Lambin. Virtutis expers, verbis iactans gloriam, ignotos fallit, notis est derisui Phaedr. 1, 15. Virgil. Georg. 1, 50

At prius ignotum ferro quam scindimus aequor, i. ἀπειρον, quod nondum expertum est. In MSS. confunditur Ignotus cum Ignarus: vid. Burmann. l. c. Drakenb. ad Sil. 2, 98. De Partic. Ignotus statim sub

IGNOSCO.

IGNOTITIA, ae. f. Gell. 16, 13 Iura, quibus vti iam per ignotitiam non queunt. Sic legit ex MSS. Pareus Lex. Crit. p. 566. Vulg. Ignorantiam. Gronou. Innotitiam. Conf. Falster. Amoenit. 3 p. 321, qui hanc vocem etiam Vitruu. praef. 3. vult restitui.

I G V

IGVVIVM, i. n. Umbriae oppidum. Sil. 8, 460 Narnia, et infestum nebulis humentibus olim Iguuium, etc. Vid. ibi Drakenb. et Manut. ad Cic. Attic. 7, 13 p. 199.

I L B et I L E

ILBA, vel ILVA, ae. f. [Ἰλβα] Insula est in mari Tusco, de hac Plin. 34, 14. et 3, 6. Virgil. Aen. 10, 173 — aut Ilua trecentos Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis. Vbi Seruius

dicit: Quum in aliis regionibus effossis metallis terrae sunt vacuae apud Iluam hoc esse mirum, quod sublata renascuntur, et rursus de iisdem locis effodiuntur. Varro et aliud dicit, Nasci quidem illie ferrum, sed in structuram non posse cogi, nisi transuectum in Populoni- am Tusciae ciuitatem.

ILE, is. n. [Ἰλιόν] Pl. Ili- a, ium, ibus. Seruius ad Virgil. Ecl. 7, 26. et Aen. 7, 499 Hoc Ile, et haec Ili- a facit. Vnde etiam Iuuenalis ait (5, 136) Vis frater ab ipsis Ilibus. Nam quod Maru- lus mimographus dixit parasito, Tu Hectorem imitaris, ab Ilio nun- quam recedis: quum de guloso diceret, allusit ad ciuitatis nomen:

Nam ab ili debuit dicere. Haec Seruius. Plin. 11, 37 Ab hoc ven- triculo lactes in homine et oue, per quas labitur cibus, in caeteris ile: a quibus capaciora intestina ad aluum, hominique flexuosissimis orbibus. Plin. 27, 7 f. 28 de absinthio, Peculiariter Ilibus im- ponitur. Et 20, 5 f. 15 Staphylini radicem Dieuches contra —

ilium — vitia — dari iubet. Plin. 26, 8 f. 48 Praecordiis et ilibus vtilissimae radices acori. Sed Celsus 4, 1 Iliis feminae la- tera sua iniecit vulua. Ili- a ipsa inter coxas et pubem in imo ven- tre posita sunt. Plin. 11, 37 Inter vesicam et aluum arteriae, ad pubem tendentes, quae ilia appellantur. Cels. 7, 29 Oportet mu- lierem resupinam transuerso lecto sic collocare, vt feminibus eius, ipsius ilia comprimentur. Dura messorum ilia Horat. Epod. 3, 4. Substricta, laus canis Ouid. Met. 3, 216. Ducere ilia Horat. Epist. 1, 1, 9 virium equi anhelosi. vid. mox Tendere, it. Trahere ilia.

Religare ilia balteo Sen. Herc. fur. v. 543. Rumpere ilia alicuius dicitur libidinosa mulier, vt, Latus exhaurire Catull. 11, 20. Rum- pantur inuidia, vt ilia Codro Virgil. Ecl. 7, 26. Prouerbialis hyper- bole extremae indignationis. Vt aliquando ista ilia, quae sunt inflata, Rumpantur Cic. in Vatin. c. 4. Tendunt singultu ima ilia longo Virgil. Georg. 3, 507. Plin. 26, 6 Tanta huic vis est, vt iumentis etiam non tussientibus modo, sed ilia quoque trahentibus, auxilietur potu. de Verbasco. Ili- a etiam Venter siue cauitas vasorum. Iuuen. 2, 140 Sex illic fuerant faxis praepulcra cauatis Vascula, quae ter- nis aperirent ilia metris. Iuuenal. 5, 136 Vis, frater, ab ipsis ili- bus? interrogatio ad conuiuiam, unde velit sibi abscindi frustum carnis.

Festus, Ili- a dicta ab Ina, quae pars chartae est tenuissima. Etymolo- gica

gia parum sane probabilis. Et quid opus est alia quaerere, cum ἰλεὸν Graecorum praesto sit, quod eandem partem cibarii canalis, tertiam a ventriculo, a ieiuno proximam, significat.

ILEOS, i. m. [*ἰλεὸς*] Morbus gracilioris intestini. Plin. 30, 7 *de ventris malis*, Grauiissimum vitium ileos appellatur. Idem 20, 566. Cels. 4, 13, *ubi monet*, a plerisque tenuioris intestini morbum ἰλεὸν appellari, a Diocle Carystio autem plenioris, i. colicum.

ILIOSVS, i. m. *Qui morbo ilium laborat.* Plin. 20, 4 Praxagoras et iliotis dandos censet.

ILERDA, ae. f. [*Ἰλέρδα*] Hispaniae vrbs. Vinctus mitteris Iler-10 dam Hor. Epist. 1, 20, 13. *Vid.* Lucan. 4, 33.

ILEX, icis. f. [*ἰλίξ*] Arbor quercui proxima. Gell. 5, 6 Ea fit e fronde querna: quoniam cibus victusque antiquissimus, quercu capi solitus fit. Fit etiam ex ilice: quod genus superiori proximum est. *de corona ciuica loquitur.* Praedixit Ab ilice cornix Virg. Ecl. 1, 18. 15 Arguta ilex Idem Ecl. 7, 1. Coruscis ilicibus fremit Apenninus Virgil. Aen. 12, 703. Crebris ilicibus nigrum nemus Idem Georg. 3, 334. Curuata glandibus Ouid. Met. 10, 94. Frondens Virgil. Aen. 5, 129. Icta securibus Idem Aen. 6, 180. Litorea Virgil. Aen. 8, 43. Nigra Idem Aen. 9, 381. Opaca Virg. Aen. 6, 209. 20 Plena fauis Claud. de Rapt. Proserp. 2, 109. Procera Horat. Epod. 15, 5. Ramosa Ouid. Met. 8, 237. Inuenta Sub ilicibus fus Virg. Aen. 8, 43. Tonfa bipennibus Horat. Carm. 4, 4, 57. Trementes frangit Aquilo Idem Epod. 10, 8. Viridis Ouid. Met. 1, 112. Vitiosa Virgil. Georg. 2, 453. 25

ILICEVS, a, um. Adiect. [*ἰλίκευος*] *Quod factum est ex ilice.* Stat. Theb. 6, 101 Ornique iliceaeque trabes.

ILICETVM, i. n. [*ἰλίκετον*] *Locus ilicibus confitus.* Martial. 12, 18 — E cathedra Surgentem focus excipit superba Vicini strue cultus iliceti. *Add.* Idem 4, 55. 30

ILIGNEVS, a, um. Adi. [*ἰλίγνευος*] *Quod est ex ilice, vel etiam ad ilicem pertinet.* *Vt,* Frons ilignea Columel. 11, 2. Id. 6, 3 Modius viridis laureae, et ilignea frondis. Corona Plin. 16, 4.

ILIGNVS, a, um. Adiect. [*ἰλίγνευος*] Iligna glans Plin. 16, 5. Ter. Adelph. 4, 2, 46 Lectulos in sole ilignis pedibus faciundos dedit. 35

I L I

ILIA, ae. f. [*Ἰλία*] Vestae sacerdos, Romuli et Remi mater a Marte compressa, Amulii filia. Seruius *apud* Virg. Aen. 1, 278 Donec 40 regina sacerdos Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. *Vid.* Liu. 1, 4. *et Brouckh. ad* Tibul. 2, 5, 53.

ILIADES, ILIAS, ILIENSIS, *vid. sub* ILIVM.

ILICEVS, *vid.* ILEX.

ILICET, [*ἰλίκεται*] *per syncopen dictum, quasi* Ire licet. Do-45 natus *ad* Ter. Phorm. 1, 3, 31 Sic iudices de concilio dimittebantur, suprema dicta quum praeco pronuntiasset, *Ilicet, quod significat, Ire licet.* Ter. Eun. 1, 1, 10 Actum est, ilicet, peristi. Idem Phorm. 1, 4, 32 Hoc nihil est: ilicet, quid conterimus operam frustra? *Vbi* Donatus: *Ilicet, semper finem rei significat.* Erat et sollempnis in fun-50 neribus. *Vid.* Seru. *ad* Aen. 6, 216 et 231. *Hinc in re desperata* Plaut. Curc. 1, 3, 30. *et* Ter. Eun. 1, 1, 9. *Conf. Taubm. ad* Plaut. Epid. 5, 2, 19. *Nonnulli scribunt* Illicet, duplici ll. Id. Cistel. 4, 2, 17 Illicet, actum est. Illicet obruimur numero Virgil. Aen. 2, 424. *vid.* Seru. *b. l. it. ad* 2, 758. *et* 8, 223. *Conf. Tibull. 2, 5, 113.* Plaut. Epid. 55 5, 2, 19 Illicet: *vt vadimonium mihi hic vltro facit: quasi exclamet, Desperatae audaciae hominem!*

ILICO, *vid.* ILLICO.

ILIGNEVS, ILIGNVS, *vid.* ILEX.

ILIONE, es. f. [*Ἰλιόνη*] *Satis describitur* Virgil. Aen. 1, 657 60

Praeterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim, Maxima natarum Priami. **ILIONEVS**, i. m. *quadrisyll.* [*Ἰλιονεύος*] Troianus fuit, quem Virgilius non sine causa vbique inducit eloquentem. Nam vt Homer-65 us dicit, Phorbas, pater Ilionei, semper Mercurio deo eloquentiae fauente pugnavit. Seru. *apud* Virg. Aen. 1, 525 *etc.*

ILIOSVS, *vid.* ILE.

ILISSVS, i. m. [*Ἰλισσός*] *Amnis in Attica, Musis dicatus, quas* Ilissidas *vocant.* Stat. Theb. 12, 641 Celauit Geticos ripis Ilissus amores. Id. Theb. 4, 52 Lambit et anfractu riparum incuruus Ilissus.

ILITHYIA, ae. f. [*Ἰλίθυια*] *dicitur a Poëtis Diana, quae parientibus assistere putabatur.* *Vid.* *Interpr. ad* Hor. Carm. Saec. 14. Praepositam timidis parientibus Ilithyiam Ouid. Met. 9, 283.

ILION, ILIOS, ILIVM, i. n. [*Ἰλίον*] Virgilius neutro tantum genere declinat: Feminino etiam alii, Seru. *ad* Aen. 3, 3. *V. g.* Horat. Carm. 4, 9, 18 Non semel Ilios Vexata. Ilium eodem ob-75 seruante *ad* Aen. 1, 5 *etc.* proprie ciuitas est: nam regio, Troia est, quamuis interdum pro ciuitate, Troiam ponat Virgilius, *vt* Aen. 3, 11 Et campos vbi Troia fuit. Diuum domus Ilium Virgil. Aen. 2, 241. Altum Idem Aen. 5, 756. Crematum Hor. Carm. 4, 4, 53. Sacrum Idem Carm. 3, 19, 4. Superbum Virg. Aen. 3, 3. Cic. de 80 Diu. 1, 24 Achiui ita profecti sunt ab Ilio.

ILIVS, a, um. Adi. [*Ἰλίος*] Tellus Ilia Virgil. Aen. 9, 245. Hector Plaut. Bacch. 4, 9, 27. Turmae Iliae litus Etruscum tenuere Hor. Carm. Saecul. 37.

ILIACVS, a, um. Aliud Adi. [*Ἰλιακός*] Gens Iliaca Virgil. 85 Aen. 6, 875. Campi Idem Aen. 1, 101. Muri Hor. Epist. 1, 2, 16. Ruinae Virg. Aen. 1, 447.

ILIENSIS, e. Aliud Patronym. Iliensium legati Suet. Tib. c. 52. Iliensis Minerua hereditates capere potuit, *vt tradit* Vlpian. Reg. 22, 6. Nempe sic legendum, pro Miliensem, vidit Turneb. *Aduers.* 7, 21 quod 90 certatim probarunt Cuiac. Obsf. 10, 5. Pet. Faber Semestr. 3, 4, Schulting. *Iurisprud. ante Iust.* p. 633. Etiam Iliensibus plenissima immunitas tributa, propter coniunctionem originis Romanae, Callistr. l. 17 §. 1 de excusat. Sueton. Claud. 25 Iliensibus, quasi Romanae gentis auctoribus, tributa in perpetuum remisit. 95

ILIAS, adis. f. [*Ἰλιάς*] Homeri opus, in quo Ilii excidium describit. Prop. 2, 25, 66 *de Virgilii Aeneide*, Cedite Romani scriptores, cedite Graii: Nescio, quid maius nascitur Iliade. Ouid. de Arte Am. 3, 413 — Quis nosset Homerum, Ilias, aeternum si latuisset opus? Cic. Attic. 8, 11 Non multo, inquam secus possum vaticinari, tanta malorum impendet Ilias, i. tantum malorum, quod materiem 100 sufficere possit Iliadi. Ouid. Trist. 2, 371 Ilias ipsa quid est nisi turpis adultera, de qua Inter amatorem pugna virumque fuit. i. Argumentum Iliadis est Helena. ¶ 2 Est autem Ilias proprie mulier cuius Ilii. Pl. Iliades. Crinem de more solutae Virg. Aen. 3, 65. 105

ILLIADES, ae. m. *Ganymedis patronymicum*. Ouid. Met. 10, 166
Abripit Iliaden, qui nunc quoque pocula miscet, etc.

I L L

- 5 ILLA, vid. ILLE.
- ILLABEFACTVS, a, um. Adi. [*ἀλόμυτος*] Ouid. ex Pont. 4, 8, 10 Ius aliquod faciunt affinia vincula nobis; Quae semper maneat illabefacta precor. Affinia vincula, i. *Affinitatis coniunctiones*: Illabefacta, *Inuiolata, non contaminata*.
- 10 ILLĀBOR, ēris, illapsus sum, ābi. Dep. [*ἐάριω*] Intro labi, influere, demitti. Cic. de Natur. Deor. 2, 153 de stomacho, Quo primum illabuntur ea, quae accepta sunt. Horat. Carm. 3, 3, 7 Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinae. Cic. de Fin. 1, 39 c. 11 Nam si ea sola voluptas esset, quae quasi titillaret sensus, ut ita dicam: et ad eos cum suauitate afflueret et illaberetur, nec, etc. Cic. de Legib. 2, 39 c. 15 Longe prouidens, quam sensim pernicies illapsa ciuium animos, malis studiis, malisque doctrinis repente totas ciuitates euertaret. *al. animis*. Virgil. Aen. 2, 240 de equo Troiano, Mediaeque minans illabatur vrbi. Plin. 5, 29 Amni Tiberino illabatur Nar. Lucan. 1, 475.
- 20 ILLABENS, entis. Partic. Astris illabentibus tepet Pontus Stat. Achill. 1, 138.
- ILLAPSVS, a, um. Part. Truncus illapsus cerebro Hor. Carm. 2, 17, 27. Virg. Aen. 2, 377. *al. Delapsus*.
- 25 ILLAPSVS, ūs. m. [*ἄσπυς*] Colum. 2, 2 Ne pracludatur humoris illapsu atque exitu.
- ILLABŌRO, āre. Tac. German. 46 de Fennis verba faciens, qui solo venatu aluntur: Id beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus, i. *quam magno labore agros colere, aut in domibus laborare, siue domi aliquid operis laboriosi facere*. Sed
- 30 ILLABORĀTVS, a, um. Adi. [*ἀκατέργαστος*] Quod sine labore et diligentia factum est. Quinctil. de Cic. 10, 3 (1) Tum interim haec omnia, quae vix singula quisquam intentissima cura consequi posset, fluunt illaborata, etc. Sic, Terra illaborata, i. *non culta aratro* Sen. Epist. 90.
- ILLAC, vid. sub ILLE.
- ILLACERABILIS, e. Adi. [*ἀναμυκτός*] Spolium illacerabile Sil. 5, 137.
- ILLACESSĪTVS, a, um. Adi. [*ἀποκιδάκιστος*] Tac. in Vita Agric. c. 20 Tanta ratione, curaque, ut nulla ante Britanniae noua pars illacessita transferit. Idem de German. c. 36 Pacem illacessiti nutrierunt.
- 40 ILLACRĪMO, āre. [*ἀποδακρῶω*] Lacrimis prosequi. Liu. 25, 24 Illacrimasse dicitur partim gaudio. Conf. Horat. Serm. 2, 5, 103. Et Sueton. August. 66, 4. et Vesp. 15, 4. Illacrimare morti alicuius Cic. de Natur. Deor. 3, 82 c. 33. Sic ait illacrimans Virg. Aen. 9, 303. Malis illacrimare Ouid. Trist. 5, 8, 6. Illacrimare sortis humanae, *subaudi* Causa Liu. 45, 4 pr. *al. forti*. Illacrimare, de rebus etiam insensibilibus a Virgilio dictum est, pro Sudare, et liquidum
- 50 humorem emittere, Georgic. 1, 480 Illacrimat templis ebur, aeraque fudant.
- ILLACRIMABILIS, e. Adi. [*ἄδακτος*] Immisericors et inexorabilis. Pluto illacrimabilis Horat. Carm. 2, 14, 7. Ausonius Epigr. 8 in tumultum hominis felix, Perpetuum mihi ver agit illacrimabilis vrna. Illacrimabiles vrgentur omnes, pro quibus fundantur lacrimae. vid. Hor. Carm. 4, 9, 26.
- ILLACRIMANDVS, a, um. Adi. Augustin. . . .
- ILLACRIMATIO, ōnis. f. Gell. . . .
- ILLACTENVS, vid. ILLATENVS, sub ILLE.
- 60 ILLAEDO, si, sum, ēre. [*καταβλάπτω*] Apud Cic. legebatur, pro Infringere, et violare, in Vatin. 5 c. 2 Num Aeliam, num Fusiam legem illaeserit? pro neglexerit, quod ex MSS. repositum.
- ILLAESVS, a, um. Partic. [*ἀλώεπτος, ἀπήμων*] Plin. 15, 30 Gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gremium illaesam. Martial. 1, 7 Illaesum timidis vnguibus haesit onus. Cupressus illaesa bruma Stat. Theb. 6, 99. Conf. Sen. Ep. 9.
- ILLAESIBILIS, e. Adi. Ira in Deo esse non potest, quia illaesibilis est Lactant. de Ira Dei c. 17, 14. Sic omnes editiones. Sed Bunemann. ex MSS. quia ille stabilis est. Quod si sequaris, auctor erit
- 70 solus huius nominis Tertull. adu. Valent. c. 27.
- ILLAETABILIS, e. Adi. [*ἀνεύθερος*] Non laetum, et quod nullam laetitiam adfert. Virgil. Aen. 3, 707 Hinc Deprani me portus, et illaetabilis ora Accipit. Et Aen. 12, 619 Illaetabile murmur. Onus illaetabile Stat. Theb. 5, 633 vocat Puerum mortuum.
- 75 ILLAEVIGATVS, a, um. Adi. Illaeuigatus sonus et inconditus Diomed. Gramm.
- ILLAMENTATVS, a, um. Adi. Illamentatus et insepultus abii Vulg. Interpr. 2 Maccab. 5, 10.
- ILLAPSVS, vid. ILLABOR.
- 80 ILLAQVEO, āre. [*παριδένω*] Laqueo capere, ut irretire. Prudent. Hymn. Cathem. 3, 41 Callidus illaqueat volucres.
- ILLAQVEATVS, a, um. Part. Inlaqueatus, inquit Festus, alii pro Vincto vtuntur, alii pro Soluta. Cic. de Arusp. Resp. 7 c. 4 Sed si etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis, etc.
- 85 ILLARGIO, īre. Cato Lege Baebia apud Non. 7, 19 Pecuniam inlargibo tibi, i. largiar.
- ILLARIDO, āre. Apicio tribuitur. Non habet Index Listeri.
- ILLATĒBRO, āre. [*ἀποκρύπτω*] quasi Intus abscondere. Gell. 17, 2 ex Q. Claudii annalium primo, Arma plerique abiiciunt, atque inermi illatebrant sese. Ibi illatebrant, verbum Poeticum visum est, sed non absurdum, neque asperum. Sic et Non. 2, 466.
- ILLATEBRA, ae. f. Vbi celari nihil quit, a Non latendo dicta. Plaut. Frag. 1, 39 Cuius ego latus illatebras reddam meis dentibus et manibus, i. *efficiam dentibus et manibus meis, ne in eius latere quidquam celari possit, ita discerpendo aperiam*. *Al.* In latebras.
- 95 ILLATENVS, vid. sub ILLE.
- ILLATIO, ILLATVS, vid. INFERO.
- ILLĀTRO, āre. Lucan. 6, 729 Perque cauas terrae, quas egit carmine, rimas Manibus illatrat: regnique silentia rumpit. Sil. 13, 845 Illatrat ieiunis faucibus orcus.
- ILLATRATIO, ōnis. f. Tacito adscribitur.
- ILLATRATOR, ōris. m. Ict. in Dig. . . .
- ILLAVDĀTVS, a, um. Adi. [*ἀπάρτος*] non (modo) qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruit, hoc est Illaudabilis, ut ait
- 105 Seruius ad Virgil. Georg. 3, 4 Quis aut Eurysthea durum, Aut illaudati

dati nescit Busiridis aras? Gell. 2, 6 de isto loco Virgilii loquens, Sed enim, qui in omni re, atque omni tempore laude omni vacat, is illaudatus est, isque omnium pessimus deterrimusque habetur. Vid. etiam Macrob. Saturn. 6, 7. Facta non illaudata Stat. Theb. 11, 11. Plin. Epist. 9, 26, 4. Gubernator cum placido mari vehitur, tunc admirante nullo illaudatus, inglorius portum subit. Hic simpliciter pro non laudato ponitur.

ILLAUDABILIS, e. Adi. [ἐκ αὐτῶν] Gell. 2, 6 Illaudatus enim est, quasi illaudabilis, et innominabilis, qui neque mentione, aut memoria vlla dignus est, neque vnquam nominandus est. Stat. Silu. 5, 5, 33. Iuuat heu, iuuat illaudabile carmen Fundere et inconite miserum laudare dolorem.

ILLAUDANDVS, a, um. Tertullian. vel Cypr. aduers. Marc. Carm. 3, 6 Plebis facta illaudanda.

ILLAVTVS, a, um. Adi. Plaut. Poen. 1, 2, 23 Meo quidem animo quasi illauta est, i. immunda.

ILLE, a, ud. [ἐκ αὐτῶν, τῆς] Pronomen relatiuum et demonstratiuum. De certa persona dicitur, inquit Donatus Ter. Andr. 2, 1, 1. Quid ais Birria? daturne illa hodie Pamphilo nuptum? Vbi Donatus: Bene ILLA, velut amatorie, de certa loqueretur persona. Sic Virg. Aen. 4, 421 Solam nam perfidus ille Te colere. ¶ 2 In relationibus ad ea, quae praecesserunt, ille ad remotius refertur ordinari, hic ad propinquius. Cic. Fam. 7, 2 Postremo oderam multo peius hunc, (Bursam) quam illum ipsum Clodium. Illum enim (Clodium) oppugnaram, hunc (Bursam) defenderam. Et ille (Clodius) cum omnis Respublica in meo capite discrimen esset aditura, magnum quiddam spectauit, hic simiolus (Bursa) animi causa me delegerat. Sed non semper hoc obseruatur. Cic. pro Rosc. Com. 86 Quid est, quod negligenter scribamus aduersaria? quid est, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia haec sunt menstrua, illae sunt aeternae: 30 haec delentur statim, illae seruantur sancte. Cic. de Fin. 10 c. 4

Cumque duae sint artes, quibus perfecte ratio et oratio compleatur, vna inueniendi, altera differendi: hanc posteriorem (differendi) et Stoici et Peripatetici; priorem autem (inueniendi) illi (Peripatetici) egregie tradiderunt; hi (Stoici) ne attigerunt quidem. Hanc lectionem a se restitutam pulchre tuetur Victorius. vid. etiam Dauis. Valer. Maxim. 2, 7, 12 Scipio — grauius in Romanos, quam in Latinos transfugas animaduertit. Hos enim tanquam patriae fugitios crucibus affixit, illos tanquam perfidos socios securi percussit. Sic optimi quique libri et editt. hic et 3, 2, 1. itemque 3, 8 ext. 2. Plin. Ep. 1, 40 20, 21 Alius excessisse materiam, alius dicitur non impleisse: aequae vterque, sed ille imbecillitate, hic viribus peccat. vid. Idem 2, 14, 2. Tac. Hist. 2, 77 Acriore disciplina victi quam victores agunt. Hos (victos) ira et cupiditas vitiorum accendit, illi (victores) per fastidium hebescunt. Talem relationem quoque obseruant apud Senec. Epist. 14. 45 Vid. Gronou. Obs. 3, 16. Perizon. ad Sanct. 2, 9, 7 p. 212. ¶ 3

Ille, cum significantia aliqua prolatum, inquit Priscianus, i. Emphasi. Virgil. Aen. 7, 110 Sic Iuppiter ille monebat. Cic. Diu. Verr. 66 M. Catonem illum sapientem clarissimum virum, etc. In primis sic additur aliis Pronominibus. Ter. Adelph. 5, 4, 12 Ego ille agrestis, 50 faeuus, tristis. Vbi Donatus: Bene addit ILLE, quasi iam notus hoc ipso, quod parcus. Ego ille ipse vindex aeris alieni Cic. Attic. 2, 1. Conf. Non. 2, 424. et Cic. Fam. 2, 9. Brouckh. ad Tibull. 1, 4, 19. Cic. de Inuent. 1, 5 Quod nostrum illum non fugit Catonem. Idem ille populus Nep. 1, 6, 4. Ab illo eodem vita priuatus Id. 21, 55 3, 4. Illud idem erat confirmatius Cic. Attic. 10, 17. Idem de Orat. 1, 247 Nam ipsum quidem illud etiam sine cognitione iuris, quam sit bellum, cauere malum, scire possumus. Ipse ille animus idem meus, vobis non incognitus Cic. post redit. in Senat. 33 c. 13.

Ipsa illa rerum humanarum domina fortuna Idem pro Marcell. 7 c. 2. 60 Illi ipsi, eum in his maxime admirabantur Nep. 7, 11, 5. Illi ipsi custodes Idem 10, 9, 6. Cic. pro L. Manil. 30 Testis est Italia, quam ille ipse victor L. Sulla, etc. Ille is Pacuu. apud Non. 2, 424. Cic. in Catil. 1, 3 Fuit, fuit illa ista quondam in hac Republica virtus, vt, etc. In vetustioribus codicibus non legitur Illa. Cic. Fam. 12, 9 65 Nihil perfertur ad nos praeter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed, etc. Add. ibid. 12, 29. et 13, 70. item Att. 4, 3. et 10, 4. Drakenb. ad Sil. 3, 181. Ter. Eun. 1, 2, 81 Ne illum talem praeripiat tibi. Ille alter: Cic. Attic. . . . De illo altero, quem scribis tibi visum esse non alienum. Ter. Eun. 70 4, 4, 26 Venistine ad nos? negat. at ille alter venit, annos natus sedecim. Sic cum Nominibus propriis abundare videtur, quibus tamen vim addit. Antipater ille Sidonius, ille quem tu probe meministi Cic. de Orat. 3 c. 50. Nasica ille prudens Idem Tuscul. 1 c. 9. Pittacus ille Nep. 8, 4, 2. ¶ 4

Vsurpatur vt Graecorum ὁ δῆνα, 75 cum loco Nominis proprii ponitur, vbi hodie N. N. ponere solent. Suet. Caes. c. 41 formulam epistolae refert, s. libelli, quo edebat Candidatos suos, Caesar dictator illi (hic nempe nomen ponebatur) tribui. Commendo vobis illum (nomen) et illum (nomen) vt vestro suffragio suam dignitatem teneant. Saepo ita Cassiodorus in formulis. vid. v. g. 7, 26. 27. 29. 80 33. it. 12, 1 et 3. Aggen. in Frontin. de Limit. agror. p. 59 Goef. Inuenimus saepe in publicis instrumentis significanter inscripta territoria, vt, EX COLLEGIO QVOD APPELLATVR ILLO-

RVM, AD FLVMEN ILLVD, AD RIVVM ILLVM, AVT VIAM ILLAM, AD INFIMA MONTIS ILLIVS, QVI LOCVS APPELLATVR ILLE, etc. sunt enim plura. Sed etiam elegantiores ita, v. g. Ouid. Art. 1, 227 Ille vel ille duces: et erunt, quae nomina dicas: Si poteris, vere; si minus, apta tamen. Huc etiam referas illud Hor. Serm. 2, 7, 38 Fateor, me, dixerit ille, Duci ventre leuem. Idem est, ac si dixisset, hic aut 90 ille, aliquis, etc. ¶ 5

Observationes Grammaticae: Illae pro Gen. Illius posuit Lucret. 4, 1077 Rabies vnde illae germina surgunt, i. illius rabiei, s. furoris. Sic Dat. Illae rei, pro Illi, Cato R. R. 154. et Plaut. Pseud. 3, 1, 17. Illiusmodi, vt Eiusmodi vna voce scribunt, cum sint duae. Ter. Adelph. 3, 3, 87 Nae illiusmodi iam 95 nobis magna ciuium penuria est. Cic. Verr. 1, 68 Aut illiusmodi quadruplatores. Sed Ille hic, vid. ILLIC. Idem Diu. Verr. 36 s. Diuin. in Caec. c. 11 Cum omnis arrogancia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiae multo molestissima. Cic. Fam. 11, 5 Illud tamen breuiter significandum videtur, Populum Romanum omnia a te 100 expectare.

ILLECE, ace. Plaut. Amph. prol. 97 In illisce habitat aedibus. Conf. Most. 2, 2, 78 Illisce hodie hanc conturbabunt fabulam. Plaut. Stich. 1, 2, 74 Illisce absentibus. Cat. R. R. c. 132 Maeste hac illace dape. Idem c. 139 Illiusce sacri. 105

ILLEMET. Cic. de Legib. 1, 8 c. 3 Incurret etiam in illumet memorabilem annum suum.

ILLA. Adu. *per locum, idem quod Illac.* Tac. Germ. 34 Ipsum quinetiam Oceanum illa tentauimus. Idem Ann. 2, 17. Incubuerat 5 sagittariis, illa rupturus. Rursus Hist. 3, 8 Ac ne peruium illa Germanicis exercitibus foret, obseperat. Add. Idem Agric. 28, 3. Plaut. Most. 3, 3, 27 Ego me illa per posticum ad congerrones conferam.

ILLAC. Adu. *per locum.* Hac atque illac perfluo Ter. Eun. 1, 2, 25. Ibinus illac Ouid. Met. 8, 186. Illac, *pro A parte illius.* 10 Cic. Att. 7, 3 Veruntamen hac video cum homine audacissimo paratissimoque negotium esse: omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione, ignominiaque dignos illac facere, *i. ex illa parte Caesaris.*

ILLACTENVS, f. ILLATENVS, Eatenus, in tantum. Gell. 15 16, 19 Nautas precum eius commiseritum esse illatenus, ut ei necenti afferre per vim suis manibus temperarent. Sic Gronou. Al. Illatenus.

ILLI. Adu. *loci, pro Ibi.* Ter. Adelph. 1, 2, 36 Si quid peccat Demea, mihi peccat, ego illi maximam partem feram. Vbi Donatus: 20 Errant, qui putant Illi esse pronomen, quum sit Aduerbium loci: ut Virgil. Aen. 2, 549 — Illi mea tristitia facta, Degeneremque Neoptolenum narrare memento. Illi ergo, Ibi vbi ille peccat. Ter. Hec. 1, 2, 19 Nam illic haud licebat, nisi praesinito loqui. Vbi Do- 25 natus: Legimus et Illi circumflexo accentu, et significat Illic: ut, Illi mea tristitia facta, et absolute est. Idem Phorm. 1, 2, 41 Interea, dum sedebamus illi, interuenit adolescens quidam. Conf. Lucret. 1, 1063. Plaut. Amph. 1, 1, 96 etc. Vid. Parei Lexic. Plaut. p. 366. Pleraque redeunt ad Donati auctoritatem. Caeterum maior pars 30 exemplorum etiam per Datium explicari potest. In quibusdam non illi, sed illic legitur.

ILLIC. [ἐκ] Adu. *in loco.* Ter. Adelph. 4, 2, 38 Illic vbi etiam caprificus magna est. Plaut. Trin. 4, 4, 17 Illic sum, atquo hic sum. Idem Most. 3, 1, 76 Foenus illic, foenus hic. Lucret. 2, 575 Nunc hic, nunc illic. ¶ 2 Sed Illic, *pro Ille hic,* 35 ut, Illic homo superstitiosus est Plaut. Amph. 1, 1, 167. vid. ibid. 106, et 171. Ter. Andr. 3, 5, 1 Vbi illic scelus est, qui me perdidit? Id. Eun. 5, 9, 53 Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est. al. Illuc. Ter. Adelph. 3, 4, 63 Nimia illaec licentia euadet in aliquod magnum malum. Plaut. Amph. 3, 2, 9 Fieri, quod illaec postulat. Conf. 40 Heaut. 4, 5, 3.

ILLICO. Adu. [παρρησια] Continuo, confestim, statim. Bre- 45 vitatem temporis notat, inquit Donatus. Ter. Adelph. 4, 4, 8 Nam ut hinc forte ea ad obstericem erat missa, vbi eam vidi, illico accedo. Cic. Att. 2, 12 Ipsi Cerialibus quum in me incurrit Roma veniens Curio meus, ibidem illico puer abs te cum epistolis. Illico, 50 Proprie in loco, ut ait Festus. Ter. Adelph. 2, 1, 2 Otiose nunc iam illico hic consistite. Vbi Donatus: Illico, modo Locum, non Tempus significat. Ennius, Et quia quo irent nesciebant, illico manserunt, i. In eo loco. Vid. Non. 4, 242.

ILLIM, pro Illinc legi apud Lucret. 5, 573 vult Gifan. in Collecta- 55 neis, et conqueritur illim et istim antiqua Aduerbia passim contaminata, et in illinc et istinc, item illo, mutata: Victoriumque accusat, qui Ciceroni restituere non sit ausus. Similia sunt Parei Lex. Crit. b. v. Sed non potuerunt percellere editores, nisi quod video Att. 7, 13 p. 713 dedisse Graeuum, Ista magis expecto, quid illim afferatur. Gifanus laudat etiam Pomponium apud Non. 1, 66. Sed Mercer. p. 18, 21 Sarculum hinc illo profectus, illinc redisti rutrum. Conf. ILLINC.

ILLINC. [ἐκ] Adu. *de loco.* Ter. Andr. 4, 6, 19 Grandi- 60 scula iam profecta est illinc. Idem Adelph. 4, 7, 13 Illinc huc transferetur virgo. Cic. Attic. 13, 10 Illinc Spinterem expecto. Pro Ab illa parte. Idem Att. 9, 6 Sed quum eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non sit, rectius putem quiduis domi perpeti. Pro Ab illa. Cic. Philipp. 2, 77 c. 31 Omnem se amorem abiicisse illinc, atque in hanc transfudisse. Hinc illinc venire, Prouerbiale. Ter. 65 Adelph. 4, 5, 39 An sedere oportuit domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc illinc veniret, expectantem? vid. modo ILLIM.

ILLO. [ἐκεῖ] Adu. *ad locum.* Ter. Andr. 2, 2, 25 Quum illo aduenio solitudo ante ostium. Conf. Plaut. Amph. 1, 1, 48. 2, 1, 56. Id. Aulul. 4, 8, 5 etc. it. Nep. 17, 3, 5.

ILLOC legunt quidam Ter. Andr. 2, 2, 25. Sed meliores Illo.

ILLORSVM, Festus in Aliorsum Catonis esse dicit.

ILLVC. [ἐκεῖ] Adu. *ad locum.* Cic. de Orat. 1, 184 c. 40 Huc atque illuc intuentem, etc. Nepos 10, 4, 5 Sed illuc reuertor. Idem 17, 4, 3 Sed illuc redeamus. Huc illuc Sallust. Bell. Iugurth. c. 60. 75 Cic. Att. 9, 9. Tacit. Ann. 1, 56, 7. Et cum iunctione: Cic. de Orat. 1 c. 40 extr. Huc atque illuc intuentem vagari. vid. Virg. saepius in HVC. Pro illud: Plaut. Mil. 3, 1, 69 Illuc aetatis. Idem Amph. 1, 1, 114 Sed quid illuc est? Id. Asin. 2, 1, 17.

ILLECEBRA, ae. f. [ἐπαγωγὴ, ἀμύλια, ἰνυξ, δέλεαρ] Omne 80 blanditiarum genus, quibus aliquis allicitur, vel illicitur potius, ut in rete, in foueam, etc. Cic. de Senect. 40 Stupra vero et adulteria, et omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis. Iuuentutis illecebra Idem in Catil. 2, 8. Id. pro Milon. 44 c. 16 Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi, impunitatis spem? Stupri illecebra Plaut. Casin. 5, 2, 14. Argentariae illecebrae, vid. 85 ARGENTVM. Dolosae Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 137. Dedere se vitiorum illecebris et lenocinis cupiditatum Cic. pro Sext. 138 c. 66. Definiri illecebris voluptatis Idem Fam. 15, 16. Irretire adolescentulum illecebris corruptelarum Cic. in Catil. 1, 13. Morari aliquem illecebris Horat. de Arte Poët. 223. Sueton. Claud. c. 26 Illecebris Agrippinae plectus in amorem. Pertinent igitur illecebrae 90 proprie ad corruptionem, et malas libidines. Tamen etiam in bonam partem Cic. Somn. Scip. 18 c. 7 Suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus. Gell. 12, 5 Delectatus illecebra quaestionis. Et 13, 11 Sermones cum quadam illecebra et voluptate vtilis. ¶ 2 De magica incantatione Apul. Apol. p. 304, 26 Incredundas frugum Illecebras dixit. Vid. PELLICIO. ¶ 3 Illecebra, herbae nomen, Scribon. 153. Vid. Andrachne agraria.

ILLECEBRO, ae. Cathol. Ab eis animis, quos illecebrare mo- 95 liuntur Augustin. de catechif. rud. c. 4.

ILLECEBRATIO, onis. f. Gellio, . . .

ILLECEBRATOR, oris. m. Macrobio tribuuntur: non recte, 100 puto: vid. ILLECTATIO.

ILLECEBRŌSVS, a, um. Adi. Prudent. adu. Symmach. 2, 114 105 Illecebrofus sapor. Paulin. Nolan. Epist. 41 n. 2 Illecebrofa modula- lamina.

lamina. Ammian. 30, 4 Illecebrofus insidiis ambire. *Quin* Plaut. Bacchid. 1, 2, 55 Quia istoc illecebrofus fieri nihil potest.

ILLECEBRŌSE. Adu. [*ἐπαγωγικῶς*] Plaut. Mil. 3, 2, 36 Hui! illecebrose; *i. festiue, lepide.* Ammian. 30, 19 Haec ita illecebrofus atque inhumanus agi, loquebatur pertinax rumor. 5

ILLECTO, āre. *Valde illicere.* Tertull. adu. Marc. Carm. 2, 3 Patres quos illectauerat ante.

ILLECTATIO, ōnis. f. Gell. 18, 2 Demulcentes eum iucundis honestisque sermonum illectionibus. *Repetiit* Macrobius Saturn. 1, 5. 10

ILLECTAMENTVM, i. n. Apul. Apol. p. 315 Illectamentis captus. Claud. Mamert. de Stat. Anim. 2, 7 Illectamenta fallaciarum.

ILLECTVS, *vid.* ILLICIO.

ILLECTVS, a, um. *a* Lego, is. [*ἀναγνώδην*] *Non lectum significat.* Ouid. de Arte Am. 1, 465 Si non accipiet scriptum, illectumque remittet, etc. Stipula illecta l. 30 §. 5 ff. de V. S. *i. nondum collecta.* 15

ILLEGITIMVS, a, um. Adi. *Legibus aduersus vel vetitus. Laudatus est a Borrichiis auctor* Valer. Maxim. 2, 1, 3. *Ponemus locum totum, qui in optimis quibusque libris sic legitur:* Existimabant, eum praecipue matronae sincera fide incorruptum esse animum, qui post depositae virginitatis cubile in publicum egredi nesciret; multorum matrimoniorum experientiam quasi legitimae cuiusdam intemperantiae signum esse credentes. *Si omnes libri haberent illegitimae, facilius audirem criticum, qui mutare illud vellet in legitimae: tantum abest, ut mutari legitimae in illegitimae patiar, quod illi fecerunt, qui acumen non intelligerent, cuius simillimum est illud* Martial. 6, 7 Quae toties nubit, non nubit, adultera lege est. Offendar moecha simpliciore minus. *Legitima intemperantia est Valerio, quae lege matrimonii tegitur et defenditur.* 20

ILLEPIDVS, a, um. Adi. [*ἀχαρίτης*] *In quo nihil leporis est, et elegantiae, et tam de homine, quam de oratione dicitur.* Plaut. Bacch. 4, 3, 3 Inaniabilis, illepidus viuo. Cic. de Natur. Deor. 3, 72 c. 29 Parentem habere auarum, illepidum, in liberos Difficilem. *ex Poeta antiquo.* Plin. Epist. 3, 9 Inde dictum non illepidum ferebatur. Deliciae illepidae atque inelegantes Catul. 6, 2. Scortillum non illepidum, nec inuenustum Idem 10, 4. *Conf.* Gell. 13, 23. 25

ILLEPIDĒ. Adu. [*ἀχαρίτης*] *h. e. iniucunde et insicete.* Plin. in praef. Nec Plancus illepide, quum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quae ab ipso aut liberis post mortem Planci ederentur, ne respondere posset, Cum mortuis non nisi laruas luctari. Crasse et illepide compositum aliquid Horat. Epist. 2, 1, 77 Indignor, quidquam reprehendi, non quia crasse compositum illepideum putetur, sed quia nuper. Gell. 12, 14. Non illepide existimatur Plin. 8, 51. 30

ILLEX, *vid.* ILLICIO.

ILLITABILIS, e. Adi. Sapiencia Lactant. Inst. 2, 7.

ILLIBĀTVS, a, um. Adi. [*ἀμίωτος, ἀφαιτος*] *quasi dicas intactum, et incorruptum.* Liu. 3, 6 Illibatam imperium. Plin. 17, 17 Vt illibato cortice, atque vt sectura inferior ponatur. Flos illibatus populi Ennium *dedisse putat apud Cic.* Brut. 58 c. 15 *Hier. Columna pro vulg. delibatus, vel delibutus aliorum.* Foedera tori illibata Lucan. 2, 341. Libertas Iustin. 28, 4, 2. et 32, 1, 2. Magnitudo Patere. 2, 48, 2. Robur hominis illibatam Colum. 12, 1. Virginitas Val. Max. 6, 1, 4. Integrum et illibatam Col. 3, 10. 35

ILLIBĒRĀLIS, e. Adi. [*ἀναλεύθερος*] *Non munificus, qui contra agit, ac liberum hominem decet.* Cic. Fam. 13, 1 Non te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit. *Facinus, indignum homine libero* Ter. Adelph. 3, 4, 3. *Iocus, Inhonestus, non ingenuus* Cic. Offic. 1, 104 c. 29. *Labor, Sordidus* Idem de Fin. 1, 3. *Quaestus illiberales et fordidi* Cic. Off. 1, 150 c. 42. *Res ad cognoscendum non illiberalis, non indigna* Idem de Orat. 1, 146. Plin. 19, 5 §. 26, 1 *de raphanis,* Et vis mira colligendi spiritum, laxandique ructum: ob id cibus illiberalis. 40

ILLIBĒRĀLĪTAS, ātis. f. [*ἀνελευθερία*] Cic. Off. 2, 77 Sed ita, vt illiberalitatis auaritiaque absit suspicio. Id. Att. 8, 6 Malo Tironis verecundiam in culpa esse, quam illiberalitatem Curii. 65

ILLIBĒRĀLĪTER. Adu. [*ἀνελευθέτως*] *i. Minime generose, inclementer, haud recte.* Ter. Adel. 4, 5, 30 Factum a vobis duriter, immisericorditerque: atque etiam, si est pater dicendum inagis aperte, illiberaliter. Idem Phorm. 2, 3, 24 Quam is nunc adspernatur tam illiberaliter. *Vbi Donatus: Apud veteres Illiberaliter dicebant factum, si quis excessisset omne genus maleficii. At ipse videtur modum excedere, illiberaliter est fordide, humiliter, quod non exspectes ab homine liberaliter nato educatoque.* Cic. Att. 16, 3 De Xenone coram cognoscam: quanquam nihil ab eo arbitror, neque indiligenter, neque illiberaliter. *Conf.* Att. 4, 2. 70

ILLIBĒRIS, e. Adi. *Orbus, sine liberis.* Si frater illiberis decesserit Tertull. adu. Marc. 4, 34.

ILLIBĒRIS, is. f. [*Ἰλλίβερῆς*] Ciuitas est Narbonensis Provinciae, vt P. Mela 2, 5 scribit, et Plin. 3, 4 Magnae, inquit, quondam vrbs tenue vestigium Illiberis. Illiberis, Ptolem. 2, 10 etiam *Tectosagum ciuitas.* 80

ILLICET, *vid.* ILICET.

ILLICIO, exi, ectum, ēre. [*ἐπάγω, δολεύω*] *Plus est quam Allicere, idem fere, quod Pellicere, nempe in laqueos, aut decipulam blandiundo pertrahere.* Ter. Andr. 5, 4, 8 Tunc hic homines adolescentulos, imperitos rerum, educos libere, in fraudem illicis? *Donatus cum verbo Illigas comparat. Et sunt sane cognata licere, ligare, laquei, etc.* Plaut. Milit. 5, 42 Is me hac illexit fraude. Illicere ciuitates dubias Iustin. 31, 6, 4. Plaut. Afin. 1, 3, 54 Aliam atque olim quum illiciebas blande ad te, benedice. Caue, ne illiciaris Lucret. 4, 1138. Cic. de Amicit. 50 c. 14 Nihil esse, quod ad se rem vllam tam illiciat, tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo. *Al. alliciat.* Idem de Natur. Deor. 3, 68 c. 27 Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum. *De forensi notione huius verbi, vid. mox* 85

ILLICIVM *ex* Varron. L. L. 5, 9.

ILLECTVS, a, um. Partic. [*ἐπαχθής*] *Attractus.* Cic. Tusc. 4, 12 c. 6 Libido ad id, quod videtur bonum, illecta et inflammata rapiatur. *Al. iniecta.* 90

ILLECTVS, ūs. m. [*ἐπαγωγή*] *Blanditiae et illectamentum.* Plaut. Bacch. 1, 1, 21 Magis illectum tuum, quam lectum metuo. Illectos ad prodicionem Sall. Iug. 51. 100

ILLICĪBĪLIS, e. Adi. *Quod illicit.* Illicibiles voluptates Lact. 7, 27, 1. *Sed melius ex MSS. legitur Illices.*

ILLICIVM, i. n. [*δολασμός, δέληπρον*] *Incitamentum.* Varr. 105

de R. R. 3, 16, 22 Sed si transiturae sunt apes ea, apiastro perfricanda, quod illicium hoc illis. *Add. f. 31. it. 2, 7, 6. Cic. Att. II, 12 pr. Illum existimare Qu. fratrem illicium meae profectiois fuisse, etc. Ex vetusto exemplari legitur Lituum. vid. Graeu.* ¶ 2 Fuit
 5 in verbis sollempnibus. Varro de L. L. 5, 9 p. 62, 6 Omnes Quirites — voca illicium huc ad me. Et v. 14 Qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit hoc, Calpurni voca illicium omnes Quirites huc ad me. Accensus dicit sic, Omnes Quirites illicium visite huc ad iudices. — Circum aras mitti solitum, cum inliceret populum
 10 in eum locum, unde vocare posset ad conuentionem vocantis. — Illicium ergo videtur illa prima vocatio ad conueniendum in loco quodam, unde deinde voce praekonis unius ad audiendum vocari possent. Firmat hoc ipse Varro paullo post l. c. p. 63, 28 Quare non est dubium, cum (f. leg. quin) hoc illicium sit, cum circum muros itur, ut populus inliciat ad magistratus conspectum, quod consul vocare potest
 15 in eum locum, unde vox ad conuentionem vocantis exaudiri possit. Hinc sua hausit Festus, Inlicium dicitur, cum populus ad concionem elicitur, id est, vocatur. Inlicium vocare antiqui dicebant ad concionem vocare.

20 ILLEX, ēgis. Adj. *Vt Exlex, qui sine lege viuit. Certe sic Grammatici.* Non. 1, 33 Illex et Exlex est, qui sine lege viuit, Plautus Persa (3, 3, 4) Impure, inhoneste, iniure, illex, labes populi. Caecil. Harpazomene, Quid narras, barbare, cum indomitis moribus, illiteratae? illex es. Sed apud Plautum illex ab illiciendo et illecebris lenoniis melius deriuatur. In loco Caeciliū eadem ratio esse potuit. Non multum itaque tribuo differentiae, quam proponit Non. 5, 101 Illix et Illex hoc discernuntur, ab illiciendo illix; illex vero, a quo lex non feruetur. Festus, Inlex producta sequenti syllaba significat, qui legi non paret. Inlex correpta sequenti syllaba significat inductorum
 25 ab inliciendo. Vet. Gl. Inlex, *καρήμενος, ἀνομος.*

ILLEX, vel ILLIX, (ut quibusdam placet) īcis. qui illicit, qui facit, blanditiis praesertim, et voluptate ostendenda, ut homines in laqueos (a laciendo dictos) incidant. Vide modo dicta in ILLEX, egis. Est igitur Illex idem, quod Illicium, Illectamentum. Plaut. Poen. 3,
 35 4 extr. Qui illi malae rei tantae fuimus illices. Nempe Illex est idem, quod Illicium, vel Illectamentum. Illex animi Venus Apul. Apolog. p. 295, 7. Voluptates Lactant. 7, 27, 1. Iuuen. 1, 687 Fallax illexque malorum Planities. Tert. Apol. 41 Vos malorum illices. Idem de Poenit. 9 Conuersationem iniungens misericordiae illicem.
 40 Cyprian. de Zelo et liuore pr. Offert oculis formas illices. Illices oculi Apul. Apol. p. 323, 14. Paullin. Nolan. Epist. 41 Per gustum illicem gulae morbus irrepfit. Prudent. Psych. 329 Halitus illex Inspirat tenerum labefacta per ossa venenum. Et adu. Symm. 2, 6 Corda illice flecteret arte.

¶ 2 Illex, f. Illix species auis aucupum dicitur, quae alias illicit, et a Graecis vocatur *καλαύτρηα*. Huc refert Turneb. 24, 38. Plin. 10, 33 Contra aucupis illicem exeunte in praelium duce totius gregis. Sed magno consensu MSS. et editi, indicem. Plaut. Afin. 1, 3, 68 Aedis nobis area est: auceps sum ego: Esca est meretrix: lectus illix est: amatores aues.

¶ 3
 50 Illices, f. ut scribitur ibi, Inlices apud Festum sunt canales, in quos aqua confluit in viis lapide stratis, ab eliciendo dicti. Unde Colliciae tegulae, per quas aqua in vas desilluere potest. Pro vas legi vult Dacernius vias. Sed hoc potest fieri per omnes tegulas: vase ut excipiatur, opus est conuergentibus locis, et cauis tegulis.

55 ILLICITATOR, f. ut ibi scribitur, Illicitator apud Festum emitor est, a licitando dictus.

ILLICITVS, a, um. Adj. [*ἀθέμιτος, ἀθεμιτός*] Ex In, et Licitus compositum; Quod non licet, et indecens est. Cic. pro Cluent. 130 Incognita causa probatum illud erat, multitudinem illicitum est contradicere: nemo denique ut defenderet contrariam partem, laborabat. Tori Lucan. 10, 76. Ire per illicitum Stat. Theb. 1, 223. Venus Idem Theb. 8, 96. Vias tentare Valer. Argon. 1, 197. Superl. Augustin. Epist. 202 Rem illicitissimam atque indignissimam prohibere.

65 ILLICITE. Adu. Vlp. in l. fideicommissa §. si quis illicite D. de legatis et fideicommissis 3. Varr. L. L. 5, 9 extr. Illicite illexit. *Add. Tert. adu. Marc. 4, 34.*

ILLICITO. Idem. Ammian. 28, . . .

ILLICIENTIOSVS, a, um. Adj. Apul. Miles. 2 p. 123, 30 Inter haec per conuiuium illicentiosus cachinnus effunditur. Pric. p. 34, 8 Licentiosus conticit. Ego mallet in bono libro inuenire conuiuium in licentiosos cachinnos effunditur.

ILLIDO, si, sum, ēre. [*προσβάλλω, προσκράσσω*] Infringere. Cic. de Arusp. Resp. 55 c. 25 Iam ista serpens et compressa atque illisa moritur. Caput illideret foribus Suet. Iul. 23, 4. Caestus duros illisit in ossa Virgil. Aen. 5, 480. Hor. Serm. 2, 1, 77 — Et fragili quaerens illidere Dentem Offendit solido. Dentes illidere
 75 labellis Lucret. 4, 1073. Fluctus illiduntur litori Quintil. 10, 3. Funale densum illisit fronti Lapithae Ouid. Met. 12, 250. Cic.

80 Tusc. 3, 76 Siquidem qui tempestiuam medicinam admouens, Non aggrauescens vulnus, illidat Manus. Plin. 9, 6 Contra oreas occurrere laborant, seseque opponere, et cautium angustiis trucidare, in vada vrgere, Saxis illidere.

ILLISVS, a, um. Partic. Virgil. Aen. 6, 206 — illisaeque prora pependit. Aequora illisa scopulis Id. Georg. 3, 261. *vid. supra.* Plaut. Amph. . . . Concisus pugnīs, illisis dentibus.

ILLISVS, ūs. m. [*προσβολή, προσκράσις*] Plin. 27, 8 Illisu ipso repercussus. Sil. 17, 250 Aequora surgunt Spumea, et illisu scopulus tremit omnis aquarum.

90 ILLISIO, ōnis. f. Hier. Epist. 18 ad Marcellam, Nautis nostra scopulorum illisionibus perturbata est.

ILLIGO, āre. [*προσδῶ*] Idem fere, quod Alligare. Plin. 17, 14 Eamque illigari opertam stramentis iubet. Liu. 1, 28 In currus distentum illigat Metium. *Metaphorice,* Idem 36, 11 Inuitus illigat se
 95 grauioris fortunae conditioni. Illigari conditionibus Idem 33, 12. et 35, 46. Cic. Verr. 4, 54 de emblematis, Tum illa, ex patellis et turibus quae vellerat, ita scite in aureis poculis illigabat, ita apte in scyphis aureis includebat, ut, etc. Liu. 31, 25 extr. Id quaeri, ut obsidem Achaeorum iuuentutem educeret ex Peloponneso, ad illi-

100 gandam Romano bello gentem. Cic. Acad. 4, 6 c. 2 Restat, ut his respondeam, qui sermonibus eiusmodi nolint personas tam graues illigari. Genus dicendi, in quo omnes illigantur verborum et sententiarum lepores Cic. in Orat. 96 c. 27. Illigare se periculo depositi, i. obligare se, ad praestandum rei depositae periculum Vlpian. in l. 1 §. saepe D. depositi. Quo loco Haloander quidem legit Alligasse. *Pan-*

105 *delectae*

- deſtae vero Florent. Illigaſſe habent.* Cic. de Orat. 3, 173 Orator autem ſic illigat ſententiam verbis, vt eam numero quodam completatur, et adſtriſto, et ſoluto, etc. Tacit. Ann. 15, 21 Primores clariſſimorum Miſeneniſium labefacere, et conſcientia illigare connixa eſt hoc initio. Part. Illigaturus iuga tauris Hor. Epod. 3, 11. 5
- ILLIGATVS, a, um. Partic. Virgil. Aen. 10, 794 Ille pedem referens, et inutilis inque ligatus, i. impeditus. Horat. Carm. 1, 27, 24 Vix illigatum te triſormi Pegafus expediet Chimaera, i. conſtriſtum amoribus mulieris impudicae. Liu. 32, 22 extr. Priuatis etiam hoſpitiis familiariſque amicitia plerique illigati Philippo erant. 10
- Illigatus peſte interimor Cic. Tuſc. 2, 20 ex Sophocle. Proprie Linteolo illigatum Scribon. 53. Panno illigata 172. Illigatas habere herbas in cinſto 163. Aratra illigata iuuenſis Horat. Epod. 1, 25. Illigatae poſt tergum manus Liu. 5, 27. Illigatiſſimus Apul. Met. 3 p. 396. 15
- ILLIGATIO, ōnis. f. Apud Vitruu. . . . Arnob. 5, . . . et Mart. Capell. 2 p. 45.
- ILLIGAMENTVM, i. n. Saluian. de Gub. 7 p. 284 Feminēis tegminum illigamentis capita velare.
- ILLIMIS, e. Adi. [ἀδολωτος] Sine limo. Ouid. Met. 3, 407 20 Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis.
- ILLINIO, iui, itum, ire. [διαχρίω, ἐπιχρίω] Inungere, et leniter conſtricare. Colum. 6, 14 Tumor ceruicis madefactus ſubſiccatur, praediſtoque medicamento defricatur et illinitur, etc. Tum ceruix aqua frigida defricanda, et ſpuma argentea illinienda eſt. Quidam 25 legunt illinenda. Plin. 30, 11 Cornicis carnes eſſe, et nidum illinire in longiſſimis morbis vtiliſſimum putant. Id. 20, 17. vid. LINIO.
- ILLINO, ōni, itum, ĩre. [καταχρίω] Inſpergere, maculare. Lucan. 8, 382 Illita tela dolis, nec Martem cominus vſquam Auſa pati virtus. Dolis, i. veneno doſoſo. Plin. 9, 30 Qua de cauſa et naſſis illinuntur. Frons et tempora illinuntur Scribon. 5. Tectis aurum illinere Sen. Epift. 120. Viſcum pennis illinere, dicuntur aues, dum excutere volunt. Idem de Ira 5, 3, 16 pr. Sic Nat. Quaest. 4, . . . Agris illinit bruma niues Horat. Epift. 1, 7, 10. Chartis illinere aliquid Idem Serm. 1, 4, 36. Naſſis illinuntur Plin. 35 9, 30. Oculis illinere collyria Horat. Serm. 1, 5, 30. Linteolo illinere Scribon. 205.
- ILLITVS, a, um. Partic. Medicamentum illitum Scribon. 257. — in panno illitum 131. Aurum veſtibus illitum Horat. Carm. 4, 9, 14. Liu. 5, 2 Nec ſe ſefelliſſe, id Donum inimicorum veneno 40 illitum fore: veniſſe libertatem plebis. Facies ipſa illita Plin. 29, 3. Faex toto illita vultu Ouid. de Arte Am. 3, 211. Cic. de Orat. 3, 197 c. 52 His tribus figuris inſidere quidam vetuſtatis non Fuco illitus, ſed ſanguine diſſuſus debet color. Metaphor. Vita nulli maculam non illita Sil. 11, 43. conſi. Heinf. pro Nulla macula non 45 illita vita.
- ILLINITVS, a, um. Plin. 25, 12 extr. Pſyllion illinitum fronti. Conf. Marc. Emp. c. 6.
- ILLINIMENTVM, i. n. Cael. Aurel. 3, 8.
- ILLITVS, ūs. m. [ἐπιχρίσμα, διαχρίσμα] Plin. 24, 6 Sonitus 50 aurium emendat inſuſum, ſtrumas illitum, neruorumque nodos. Id. 23, 9 Appoſitu, ſotu, illitu.
- ILLIQUEFACIO, ĩre. unde Cic. Tuſc. 4, 20 c. 9 Et qualis eſt haec aurium, tales ſunt oculorum, et tactionum, et odorationum, et ſaporum: quae ſunt omnes vnius generis ad perfundendum animum, 55 tanquam illiquefactae voluptates.
- ILLIQUEFIO, ĩri. Celfi eſſe dicitur.
- ILLIQVOR, i. Symmach. 1, 33 Aiunt cochleas, cum ſitiunt aëris, atque illis de caelo nihil illiquitur, ſucco proprio victitare. Sed liquitur Parcus. 60
- ILLISVS, vid. ILLIDO.
- ILLITERATVS, a, um. Adi. [ἀγράμματος, ἀμαθής] Contrarium eſt Docto et literato. Cic. de Orat. 2, 25 c. 6 Quem cognovimus virum bonum, et non illiteratum. Plin. Epift. 7, 27 Eſt libertus mihi non illiteratus. Illiteratus non ex toto rudis eſt, ſed 65 ad literas altiores non perductus Senec. de Benef. 4, 13. Illiteratiſſimae literae Plin. Epift. 1, 10 opponuntur Literatis literis apud Sidon. Epift. 4, 17 pr. Cic. Fam. 9, 16 Incidunt in ſermone vario multa, quae fortaiſſe illis quum dixi, nec illiterata, nec inſulſa eſſe videntur. Superl. Plin. Epift. 1, 10 Scribo plurimas, ſed illiteratiſſimas literas, i. inornatas, inſimo ſtilo, forenſes. Erat enim praefectus aerario: proinde cogebatur ſtilo uti rationariis uſitato. 70
- Illiteratus, [ἀγράφος] non ſcriptus. Gell. 11, 18 de legibus Draconis, Quoniam videbantur impendio acerbiores, non decreto iuſſoque, ſed tacito illiteratoque Athenienſium conſenſu obliterate ſunt. 75
- ILLITVS, vid. ILLINO.
- ILLOCABILIS, e. Adi. [ἀνεκδόσιμος] Illocabilis virgo, quae non poteſt viro tradi. Plaut. Aulul. 2, 2, 14 Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilem.
- ILLŌTVS, vel ILLVTVS, a, um. Adi. [ἀνπιτος, ἄλστος] 80 Immundus et ſordidus. Plaut. Poen. 1, 2, 103 Vt tu quidem huius oculos illotis manibus tractes aut teras. Gell. 6, 9 Illotis, quod aiunt, pedibus et verbis reprehendit doctiſſimi hominis orationem. Macro. Saturn. 1, 24 Copiam rerum in Virgilio pedibus illotis praetercunt, i. immaturi Virgilianae lectioni, rerum copiam percipere non poſſunt. De literatoribus loquitur, qui reconditam illam in Virgiliano poemate doctrinam negligunt. Caius in l. 1 D. de orig. iuris, Si in foro cauſas dicentibus nefas (vt ita dixerim) videtur eſſe, nulla praefatione facta, iudici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentibus inconueniens erit, omiſſis initiis, atque origine 90 non repetita, atque illotis (vt ita dixerim) manibus, protinus materiam interpretationis tractare? Illotis manibus hoc in loco ſignificat Abrupte, et nulla praefatione rem ipſam protinus aggredi, imparatis adhuc audientium animis. Simile eſt Illotis pedibus apud Gell. 1, 9 Iſti, qui repente pedibus illotis ad philoſophos diuertunt. Illoti echini, 95 propter ſalem, Horat. Serm. 2, 8, 52 Erucas virides, inulas ego primus amaras Monſtraui incoquere, illotos Catillus echinos. Illoti piſces Scribon. 186. Conf. Rhod. Arnob. 1 p. 26 Chriſtus per altiſſimos gurgites pedem ferebat illutum. Sermone illoto vti Declam. in Salluſt. . . . Verſus illotus, i. rudis, incomtus Rutil. Numatian. 100 1, 422. vid. Graeu. Conf. mox ILLVTVS.
- ILLVTIBILIS, ILLVVIRES, vid. mox ſ. l.
- ILLVBRICO, ĩre. Membra ſua leniter illubricans Apul. Met. 2 p. 117, 36. (Pric. p. 25) i. lubrico motu commouens.
- ILLVCEO, xi, ĩre. [ἐπιλάμπω] Lucidum eſſe, quod proprie ad 105

diem pertinet. Liu. . . Vbi illuxit, recepere classem. Plaut. Capt. 3, 4, 65 At pol te, si hic sapiat senex, atra pix agitet apud carnificem, tuo quae capiti illuceat. Cic. pro C. Rabir. 5 Precorque ab iis, vt hodiernum diem, et ad huius salutem conseruandam, et ad Rempubliam constituendam illuxisse patiantur. Plaut. Pers. 5, 2, 3 Pessimus hic mihi dies hodie illuxit. Illucere dicitur dies nocti, cui succedit Sueton. in Caes. c. 81. Cic. de Fin. 4, 4 Natosque esse ad congregationem hominum, et ad societatem, communitatemque generis humani, eaque in maximis ingenii illucere. Sed optimi quique Elucere. Plaut. Bacchid. 2, 3, 22 Vulcanus, Sol, Luna, Dies, Dei quatuor, Scelestiozem nullum illucere alterum.

ILLVESCO, ēre. [ἐπιλάμπομαι] Idem. Plaut. Amph. 1, 3, 49 Nunc te, nox, quae mansisti, mitto, vt cedas diei, vt mortalibus illucescas (f. illucescat) clara et candida. Cic. pro Milon. 70 c. 26 Erit illud profecto tempus, et illucescet aliquando ille dies, quum, etc.

ILLVCTOR, āri. [προσπαλαίω] Stat. Theb. 4, 790 Et teneris meditans verba illuctantia labris, i. cum difficultate erumpentia.

ILLVDO, si, sum, ēre. [ἐμπαίζω, κατακερομέω] Decipere et circumuenire veluti ludendo, et tam Dat. quam Accusat. casui iungitur. Virg. Aen. 2, 64 Certantque illudere capto. Vid. ibi Seru. Cic. pro Rosc. Amer. 34 Huius miseri fortunis, et horum virorum talium dignitati illudere. Idem pro Rosc. Com. 30 Tamen diutius illudere viri optimi existimationi Q. Roscii audebit? Curt. 3, 12, 22 Coniugem Darii adeo non violauit, vt summam adhibuerit curam, ne quis captiuo corpori illuderet. Capreae illudunt frondi tenerae Virgil. Georg. 2, 375. Nostri illuserit aduena regnis? Idem Aen. 4, 591. Chartis illudere Horat. Serm. 1, 4, 138. b. e. velut per ludum inscribere. Simile quid habent Illusae vestes auro. Tacit. Hist. 2, 94 extr.

Tanquam in summa abundantia pecuniae illudere. Illudo te Ter. Phorm. 5, 8, 22. Vbi Donatus: Et Dativum et Accusativum casum regit Illudo. Virgil. Aen. 9, 634 — verbis virtutem illude superbis. Ter. Andr. 5, 1, 3 Dum studeo obsequi tibi, paene illusi vitam filiae. Nimium acumen alicuius illudere Cic. de Orat. 1, 243. vid. ACVMEN. Miseros illudi nolunt, nisi si se forte iactant Idem de Orat. 2, 237. Rhetorum praecepta solebat illudere Carneades Cic. de Orat. 1, 87. Idem de Orat. 3, 169 Quae quum dixisset in Albucium illudens, ne a me quidem abstinuit. Ter. Andr. 4, 5, 19 Adeone videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis? Idem Eun. 5, 4 extr. Vt ne impune in nos illuseris. Pro Stuprare, siue Vitiare. Tacit. Ann. 15, 72 Siue C. Caesar scortorum quoque cupiens, etiam matri eius illusit. Conf. Victor. Caes. Calig. c. 3. Lactant. 6, 23. et Drakenb. ad Sil. 8. 473.

ILLVDENS, entis. Part. Ouid. Met. 3, 650 Deus illudens. Id. 9, 66 Illudens nostras Tirynthius artes.

ILLVSVS, a, um. Partic. Cic. pro Quint. 51 c. 16 Multis vadamoniis desertis, saepe illusi ac destituti. Tacit. Ann. 15, 68 Ille ferociam amici metuit, saepe asperis facetiis illusus. Vestes illusae auro, i. in quibus artifex ludens, auro aliqua depinxerat: Virg. Georg. 2, 464 Seruius. Prudent. Agnet. 105 Illusa pictae vestis inania. Paullin. Epist. 12 Musiuo illusa camera.

ILLVSIO, ōnis. f. [ἐμπαχθής] Cic. de Orat. 3, 200 c. 53 Et extenuatio, et huic adiuncta illusio a praeceptis Caesaris non abhorrens, etc.

ILLVSOR, ōris. m. Augustin. Epist. 253 Illusorem potius quam veritatis doctorem fuisse. Conf. Tertull. Apol. c. 46. et adu. Marc. 40 c. 35. Paullin. Natal. Fel. 7, 77.

ILLVSORIVM, i. n. Gloss. Gr. Lat. ἄλυσον, Illusorium.

ILLVDIVM, vel INLVDIVM, i. n. Tertull. de Resurr. Carn. c. 16.

ILLVMINO, āre. [ἠωρίζω, διαἠωρίζω] Lumine implere. Plin. 2, 73 de Syene oppido, vbi Solstitii die umbra nulla est, Puteumque eius experimenti gratia factum, totum illuminari. Cic. de Natur. Deor. 2, 119 c. 46 Sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoque luna

65 illuminata, grauiditates et partus afferat. Noctem illuminare Apul. Miles. 3 extr. Orationem illuminare, ad figuras et ornatum pertinet. Cic. de Orat. 3, 25 Quibus Orationem ornari et illuminari puto. Add. ibid. 208 c. 54 extr. Plin. 35, 6 in fin. de pigmento; Annulare quod vocant, candidum est, quo muliebres picturae illuminantur. Vias igni illuminat Stat. Theb. 12, 275. Interdum idem est ac Celebrem reddere. Patere. 2, 35, 1 Illuminavit ille dies virtutem Catonis. Id. 2, 66, 5 Illuminavit orbem eloquentia Cicero. Et 2, 18, 3 Illuminavit horum fidem illorum perfidia.

ILLVMINATE. Adu. Cic. de Orat. 3, 50 c. 14 Qui distincte, 75 qui explicate, qui abundanter, qui illuminate, et rebus et verbis dicunt, etc.

ILLVMINATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Hermog. c. 15 Mala necessaria ad illuminationem bonorum. Conf. Macrobi. Sat. 1, 17.

ILLVMINATOR, ōris. m. Tert. adu. Marc. 4, 7 Illuminator nationum. Et c. 17 Illuminator religionis. Lactant. 6, 18 Illuminator noster Deus.

ILLVMINABILIS, e. Adi. Claud. Mamert. de Stat. Anim. 2, 2. ILLVMINVS, a, um. Adi. Quod est sine lumine. Apul. 6 p. 174. Et illuminarum Proserpinae nuptiarum demeacula. Et 3 Seruato 85 noctis illumino tempore.

ILLVNIS, e. Adi. [ἀσθλνός] Illunis nox Plin. Epist. 6, 20 sine luna, et lunari splendore: Vix, inquit, viam deserueramus, et nox non quasi illunis et nubila, etc. Illuni noctis tempore Sil. 15, 619 Illunem naeti per rura tacentia noctem.

ILLVNVS, a, um. Adi. Apul. Miles. 9 Tenebris illunae calignis impeditus. Ita Elmenb. p. 232. Et Pricaeus p. 200. Vid. Beroald. ad d. l.

ILLVSTRIS, e. Adi. [ἐπιφανής] Clarus, splendidus, et a luce proprie dicta ad famam, nobilitatemque transfertur. Colum. 1, 6 pr. Balnearia occidenti aestiuo aduertantur, vt sint postea et vsque in vesperum illustria. Plin. 9, 16 Noctibus quidem illustribus aequae quam die cernunt, i. ferentis. Caput illustre solis Ouid. Met. 2, 50. Illustris vir, i. nobilis, et magni nominis. Cic. de Anicit. 4 Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum auctoritate, et eorum illustrium, plus nescio, quo pacto videtur habere grauitatis. Patere. 2, 117 Varus Quinctilius illustri magis quam nobili ortus familia: nobilis, credo, ad vetustatem hic refertur. Cic. Fam. 1, 7 Haec vides quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint. Illustrius nihil possum dicere Plin. Epist. 7, 19, 9. Obscurum et

105 Illustre, contraria Cic. Acad. 4, 94 c. Idem pro Domo 87 Fortis et

et constans in optima ratione cuius P. Popilius semper fuit, tamen eius in omni vita nihil est ad laudem illustrius, quam calamitas ipsa. ¶ 2 *Substantiua*: Animae illustres Virg. Aen. 6, 758. Auos illustres iactare Propert. 2, 13, 10. Ciuitates Cic. Verr. 1, 82. Domicilium tam illustre ac nobile Id. Verr. 5, 39. Factum illustre, notumque omnibus Cic. Verr. 5, . . . Facta illustria et gloriosa Idem de Fin. 1, 36. Fama Virgil. Aen. 7, 97. Homo illustrius honore ac nomine Q. Cic. de Pet. Conf. c. 5. Illustre alicuius nomen reddere Cic. de Clar. Orat. 74 c. 13. Ingenium Tac. Hist. 4, 5. Legationes illustriores Nepos 10, 14. Locus amplior illustriorque Sallust. 6, 56. Ordo illustrior seruitii Claudian. in Eutrop. 1, 149. Petitio pompae plena, illustris, et splendida Cic. de Petit. Conf. Praelium illustrissimum Nep. 4, 1, 1. Proles illustris Claudian. de Conf. Honor. 4, 181. Prouincia Cic. Verr. 1, 10. Vbi maior atque illustrior incidit Res Caes. B. G. 8, 3. Illustribus Rebus insistis Cic. Acad. 4 c. 29. Idem Verr. 4, 119 Ne avaritiae qua antehac occultis itineribus atque angustiis vti solebat, auctoritate vestra Viam patefaciatis illustrem atque latam. Visum insignem et illustrem habere Cic. de Nat. D. 1, 12. ¶ 3 Illustres, *sequiori deuo*, Primi ordinis Senatores, secundi Spectabiles, tertii Clarissimi. Iam inferius quartum aliquod genus non est. Isid. 9, 4. Sidon. Epist. 8, 6 *ab inferiore ad summum gradum procedens*, Nicetius vir ortu clarissimus, priuilegio spectabilis, merito illustris. Vid. *ibi Sauaron. et Id. p. 450. it. I. Gothofr. ad C. Th. passim, ut Tom. 1 p. 335 etc.* De quinque gradibus illustrium ex Nouell. Valentin. Guther. de Offic. Dom. Aug. 1, 10.

ILLVSTRIVS, issime. Adu. Cic. Fam. 10, 19 Video, quasi ea, quae oculis cernuntur, me a te amari. Dices, quid antea? Semper equidem, sed nunquam illustrius. Gell. 5, 1 Labores suos illustrissime narrare. Id. 9, 13 Illustrissime descripsit.

ILLVSTRO, are. [*λαμπρόν*] *Lucidam et splendidam rem aliquam facere, vel ei lucem et splendorem afferre.* Varro de R. R. 1, 12 Propterea quod ab sole toto die illustratur, salubrior est. Sol illustrat oras Horat. Carm. 4, 14, 5. Conf. Cic. Somn. Scip. c. 4. Leniter illustrans lux, vid. LENIS. Cic. Verr. 4, 71 Cuius fulgore Collocere atque illustrari Iouis Opt. Max. templum oportebat. *Metaph. Illustrem et insignem facere*: Cic. Brut. 62 c. 16 de mortuorum laudationibus, Ipsae familiae sua — monumenta seruabant — et ad illustrandam nobilitatem suam. Id. Fam. 1, 6 Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. Id. Catil. 3 c. 8. et Nep. 2, 1, 4. *it. Iustin. 12, 16, 3. Saluian. de Gub. 4 p. 112. Apul. Met. 11 extr. f. p. 272, 22 de mysteriis et sacris teletis, Nec te Romae — felici illo amictu illustrari posse. Quod felix itaque et faustum salutareque tibi sit, animo gaudiali rursus sacris initiare. Ab his quatuor mysteriorum, videntur arcessendae formulae similes Christianorum de Baptismo.* ¶ 2 *Declarare, patefacere, manifestare, aperire: quod quae aperta sunt, maiorem lucem praebent. ut, Illustrare dubia perspicuis Cic. de Fin. 4, 67. Patefacere et illustrare obscura Idem de Orat. 1, 177. et 2 c. 39. Distinguere et illustrare orationem Cic. de Inuent. 2, 49. Illustrare philosophiam Latinis literis Idem Acad. 1, 3. Reperta Graecorum illustrare Latinis verbis Lucret. 1, 138. Illustratum, pro Comperto et manifeste probato. Cic. in Catil. 3, 20 Omnia et Senatus, et vos, quae erant contra salutem omnium cogitata, illustrata, et patefacta vidistis. Conf. ib. c. 1. *it. de Amic. c. 26. Compositio vsu illustrata Scribon. 97.**

ILLVSTRATIO, ōnis. f. Solis illustrationem eiusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet Cic. de Nat. D. 1, 87. Illustratio et euidencia, *i. ἐνάργεια Cic. apud Quintil. 6, 2, 32.*

ILLVSTRAMENTVM, i. n. [*λαμπρῶμα*] Quintil. 11 c. vlt. *de amictu oratoris loquens, Haec sunt vel illustramenta pronuntiatio-* nis, vel vitia.

ILLVSTRĀTOR, ōris. m. Lactant. 2, 9 Deus luminis fons et illustrator rerum. Conf. Hieron. prooem. Quaest. in Genesi 1. et Augustin. Confess. 12, 11 et 16. Vet. Inscr. ap. Reines. class. 6, 129 INLVSTRATORI PROSAPIAE SVAE.

ILLVSTRĀTRIX, icis. f. Sarisb. 7, 9 Illustratrix gratia.

ILLVSTRATVS, ūs. m. Dignitas Illustrium, de quibus n. 2. apud Cassiod. Var. 6, 11.

ILLVTIBILIS, e. Adi. [*ἀνεκλύτος*] Quod elui non potest, et luto expurgari. Plaut. Men. 1, 2, 57 Nae ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili. vid. Boxhorn.

ILLVTIBARVS, 3, um. Adi. Intonsus. Apul. Flor. 1, 3 p. 341, 29 Hispidus, illutibarbus, spinis et pilis obsitus. Ald. Multibarbus.

ILLVTVS, siue INLVTVS, vid. ILLOTVS, p. ante.

ILLVVIENS, ei. f. [*ἀλυσία*] Sordes, immunditia, spurcicies. A non lauando nomen habet. unde et Graece ἀλυσία dicitur, eadem videlicet de causa. Curt. 4, 1, 22 Ablue corpus illuue, aeternisque sordibus squalidum. Paulo post, Sed ut cunctanti squalor ablutus est, et iniecta vestis, etc. Ter. Heaut. 2, 2, 53 Ea texebat vna pannis obsita, neglecta, immunda illuue. Virg. Aen. 3, 593 Dira illuuiens promissaque barba. Et 3, 217 de Harpyiis, Foedissima ventris Illuuiens. Sed meliores, Proluuiens. Varro apud Non. 2, 437 Ac periret squalore, scabieque, illuue, et vastitudine. Cic. Tusc. 3, 26 — insuscipit pectus illuue scabrum. ex Poeta. Liu. 21, 39 pr. Otium enim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuue, tabeque squalida et prope efferata corpora varie mouebant. Aquarum illuuiens Iustin. 2, 1, 14. Corporis Lucret. 6, 1266. Locorum Sil. 3, 541. Firmic. 6, 31 Quorum corpora, hircini Odoris tristem illuuiem, defudatis grauibz humoribus, euaporent. Obesa, vid. sub OBEDO. Illuuiens absumpsit maiorem partem Syriae, vid. ABSVMO. Conuicium in immundum hominem est Illuuiens Plauto Most. 1, 1, 39.

ILLYRIVM, et ILLYRICVM, siue ILLYRIS, vel ILLYRIA, [*Ἰλλυρίς*] Regio Epiri contermina, propinqua Italiae: ab Illyrio, ut Appianus inquit, Polyphemi filio, siue (ut Eustathio placet) Cadmi filio denominata. Propert. 1, 8, 2 An tibi sum gelida vilior Illyria? vid. Mela 1, 3. et Suet. Tiber. c. 86.

ILLYRICVS, 2, um. Adi. [*Ἰλλυρικὸς*] Nigrior Illyrica pice Ouid. de Arte Am. 2, 658. Terrae Propert. 2, 16, 1.

ILLYRICIĀNVS, 2, um. Adi. Treb. Poll. in Claud. c. 14 Claudius Illyricianae gentis vir. Et Illyriciani l. 25 Cod. Theod. de Petit. et Num. Decii. GENIVS EXERCITVS ILLYRICIANI.

ILLYRIVS, i. m. Gentis nomen. Liu. 10, 2 Illyrii Liburnique gentes ferae.

ILOTAE, *vid.* HELOTAE.

ILVA, *ae. f.* [*Ἰλῶνα*] *Insula est adiacens Tusciae. vid.* ILBA.

ILVS, *i. m.* [*Ἰλῶς*] *Trois Troianorum regis filius, qui Ilium aedificauit. Sed Virg. Aen. 1, 268 At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo Additur, Ilus erat, dum res stetit Ilii regno.*

I M

IM, Veteres ponebant pro Eum, a Nominat. Is, Festus 9. *Idem tradit Charisius 1. Macrobian. Saturn. 1, 4 Decemviri in duodecim Tab. inusitate Nox, pro Noctu dixerunt. Verba haec sunt: Si nox furtum factum est, sei im occisit, iure caesus esto. In quibus verbis id etiam notandum est, quod ab eo, quod est Is, non Eum casu Accusatiuo, sed Im dixerunt. Lucret. 3, 876 Mors eximit im prohibetque. Vid. Voss. de Anal. 4, 5. Im etiam pro eam positum suspicor. Vid. INCOHIBESCO.*

I M A

IMAGO, *inis. f.* [*εἰκών, εἰδωλον*, Gloss. Lat. Gr.] *Simulacrum, species, exemplar, et alicuius rei repraesentatio, vel sensibus obiecta, vel soli animo. Plaut. Amph. prol. 121 Ecce Iuppiter, in Amphitruonis vortit sese imaginem. Cic. de Amic. 102 Nemo vnquam animo, aut spe maiora concipiet, qui sibi non illius memoriam, atque imaginem praependendam putet. De cogitatione Plin. Epist. 7, 5 Inde est, quod magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo. Add. Liu. 5, 2. Ouid. Met. 6, 589. Exemplumque Dei quisque est in imagine parua Manil. 4, 893. Virg. Aen. 2, 772 Atque ipsius vmbra Creuiffae Visa mihi ante oculos, et nota maior imago. Cic. de Natur. Deor. 1, 107 Fac imagines esse, quibus pulsantur animi, species duntaxat obicitur quaedam. Idem de Fin. 1, 21 c. 6 Atomum, inane, imagines, quae idola nominantur. Ea (gloria) virtuti resonat, vt imago Cic. Tusc. 3 c. 2. i. echo. Conf. Varr. R. R. 2, 16. Drakenb. ad Sil. 14, 365. vid. mox Vocis imago. Imago, vt ait Festus, ab Imitatione dicitur. Imago dicitur, quasi Imitago Porphyri. in Horat. Carm. 1, 12, 4. Cic. pro Sext. 30 Si imaginem iudiciorum, aut simulacrum aliquod futurum in ciuitate putasset. Frequens est de statuis: Cic. in Orat. 110 Demosthenis imaginem ex aere vidi. Plin. 35, 2 Imaginum pictura quam maxime similes in acuum propagabantur figurae. Portentum est, quoties coepit imago loqui Martialis. 11, 103. Cic. in Pison. 93 Illi autem statuam istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. Sic odium, quod in ipsum attulerant, id in eius imaginem ac simulacrum profuderunt. vid. n. 5. ¶ 2 Genitiui Nominum, quorum imagines esse dicuntur. Animi imago vultus est, indices oculi Cic. de Orat. 3, 219 c. 59. Animorum imagines quoniam non sunt, negliguntur etiam corporum Plin. 35, 2. Antiquitatis imago Cic. pro Sext. 19. Artis imago quaedam et similitudo Idem de Orat. 2, 356. Tacit. Ann. 3, 17 Biduum super haec imagine cognitionis absumptum, b. e. praetextu et specie iudicii. Crudelitatis Cic. Philipp. 11 c. 3. Eloquentiae Quintil. 1, 12. Fati vltimi Idem 6, 2. Horret animus tanti Flagitii imagine Tac. Hist. 4, 58, 9. Formae caua, i. inanis Virg. Aen. 2, 293. Frugalitatis priscoe Plin. Epist. 1, 22. Honesti imagine vana circumdata Quintil. Decl. 233 p. 459 Burm. Idem 2, 10 Quare declamatio, quoniam est iudiciorum consiliorumque imago, similis esse debet veritati. Iuris imago Manil. 5, 457. Liu. 41, 8 His quoque imaginibus iuris spretis, i. obtentu, specie. Laudis falsa Quintil. 5, 8. Libertatis Tac. Ann. 1, 1. Litis Quintil. 60, 4, 1. Mali felicitis aurea Ouid. Epist. 20, 237. Maris aurea Virg. Aen. 8, 671. Montis Horat. Od. 1, 20, 8. i. echo. Mortis gelidae somnus imago Ouid. Amor. 2, 9, 41. Pacis Tacit. Ann. 1, 10. Pietatis, i. pietas Virg. Aen. 6, 405. et Seruius. Ponti tristis Ouid. Met. 15, 785. Poenae Idem Met. 6, 589. Tacit. Ann. 16, 1 Nocturnae Quietis imaginem ad spem haud dubiam retraxit, b. e. imaginationem. Rerum credibilis Quintil. 4, 2. Reipublicae imaginem nullam reliquissent Cic. contra Rull. 2, 87. Somniorum Suet. Calig. c. 1. Speculi Ouid. Met. 4, 349. Plin. 12, 1. Ac ne quid desit, Speluncae imagini faxea intus crepidinis corona, etc. Temporis Quintil. 6, 1. Cic. Fam. 1, 6 Recordatio meorum Temporum, quorum imaginem video in rebus tuis. Terroris Lucan. 7, 773. Tacit. Ann. 2, 53 Magnaque illic imago Tristium laetorumque. Vitae imago, b. e. exemplar. Tac. Ann. 15, 62 Quod vnum iam, et tamen pulcherrimum habebat, imaginem Vitae suae relinquere testatur. Vbi concaua pulsu Saxa sonant, Vocisque offensa refultat imago Virgil. Georg. 4, 49. i. echo. vid. n. 1. et mox n. 3 Iocosa. Vocis humanae loquax imago psittacus Ouid. Amor. 2, 6, 57. ¶ 3 Epitheta: Acres imagines, vid. ACER. Cereae Horat. Serm. 1, 8, 43. Cic. pro Rosc. Amer. 47 Vt effectos nostros mores in alienis personis, Expressamque imaginem nostram vitae quotidianae videremus. Ficta Ouid. Met. 14, 323. Humana sub imagine deus Idem Met. 1, 213. Iocosa vocis, echo Horat. Carm. 1, 12, 3. Ibid. 1, 20, 8. Mendax Prudent. Hymn. ante Somn. pr. Moesta Ouid. ad Liuiam 205. Muta, pictura Cic. de Invent. 2, 1. Nocturnae Tibull. 3, 4, 56. Picta aut ficta Cic. Fam. 5, 12. Proconsularis faeuca ac trux Liu. 5, 2. Puerilis Ouid. de Rem. Amor. 575. Pulchra Idem Epist. 16, 85. Regalis Ouid. Met. 6, 74. Repercussae imaginis vmbra Idem Met. 3, 434. Tenuis Lucr. 4, 61. Turbida Virgil. Aen. 4, 353. Vana Hor. Carm. 3, 27, 40. Vera orandi Quintil. 5, 12. ¶ 4 Abolere imagines, vid. ABOLEO. Quintil. 6, 2 Quid? non idem Poeta penitus vltimi facti cepit imaginem? Celat falsa culpam sub imagine Ouid. Met. 2, 37. Concipere animo imaginem alicuius rei Quintil. 1, 10. Idem 6, 1 Citius evanescat necesse est illa, quam dicendo effinximus, imago. Exprimere imaginem alicuius rei Quintil. 3, 8. Facere Liu. 5, 2. Induere imaginem mortis, vid. INDVO. Irrumpunt imagines in animos, vid. IRRVMPVO. Ludere aliquem falsis imaginibus Virg. Aen. 1, 408. Hor. Carm. 3, 27, 39. Ludificans somnos imago Sil. 8, 643. Quintil. 5, 8 Laudis falsam imaginem persequuntur. Tac. Ann. 3, 60 Imaginem antiquitatis Senatui praebat. Proferre imaginem alicuius Quintil. 6, 1. Propone tibi memoriam et imaginem patris tui Cic. de Amicit. 102. Reddere imaginem proximam veritati Quintil. 2, 10. Idem 6, 1 Vestis tamen illa sanguine madens, ita Repraesentauit imaginem sceleris, vt non occisus esse Caesar,*

Caesar, sed tum maxime occidi videretur. ¶ 5 Imagines maiorum, pro Nobilitate generis accipi saepe solent. Nempe ius imaginis praestat aeditas curulis. Cic. in Verr. 5 c. 14 cum aeditis officia enarrauit, addit Ob earum rerum laborem et sollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in Senatu sententiae dicendae locum, togam praetextam, sellam curulem, ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendae. Plin. 35, 2 Apud maiores in atriis Imagines erant, quae spectarentur, non signa externorum artificum, nec aera aut marmora. Expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quae comitarentur gentilitia funera, semperque defuncto aliquo, totus aderat familiae eius, qui vnquam fuerat Populus: stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas. Tablina codicibus implebantur, et monumentis rerum in magistratu gestarum etc. Sunt enim ibi plura. Pertinet huc Iuuenal. 8 paene tota. Cic. de L. Agr. 2, 99 c. 36 Quemadmodum quum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt; sic si quid deliquero, nullae sunt imagines, quae me a vobis deprecantur. Idem in Pison. 1 Obrepisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum: quarum simile habes nihil praeter colorem. Gens Flavia obscura illa quidem ac sine vllis maiorum imaginibus Suet. Vesp. 20 1. Appius Claudius, vir honoratissimae imaginis futurus apud posteros Liu. 3, 58 pr. Conf. Lucan. ad Pis. v. 8. Plin. Epist. 8, 10, 3 Neque enim ardentius tu pronepotes, quam ego liberos cupio, quibus videor a meo, tuoque latere primum ad honores iter, et audita latius nomina, et non subitas imagines relicturus. Subitas imagines appellat Plinius Nobilitatem parum antiquam: sed repente fortunaeque beneficio quaesitam. Vid. de toto hoc argumento Lips. Eiect. 3, 29. et Spanh. de Vsu Num. diff. 10 p. 3 sq. ¶ 6 Obs. Pro Vagina, quod veluti sit imago eius rei quam claudit, poni putat Servius Virg. Aen. 7, 179 de Sabino, — Curuam seruans sub imagine falcem. Sed melior altera interpretatio, in imagine seruat falcem, quam viuus gesserat. Imago apud Rhetores est Assimulatio, collatio, quae et Parabola dicitur. Vid. Sen. Epist. 59. et Voss. Inst. Orat. 4 c. ult. et c. 11 §. 7 extr.

IMAGUNCULA, ae. f. Dimin. Suet. Aug. c. 7 Nactus puerilem imagunculam eius aeream veterem. Add. Cic. Att. 6, 1.

IMAGINALIS, e. Adi. Imagine constans. Vet. Interpr. Irenaei 5, 11 Haec Iudaeorum imaginalis est descriptio. Idem saepius apud Mar. Victor. aduers. Arium.

IMAGINALITER. Adu. Apud Augustin. . . .

IMAGINARIUS, a, um. Adi. [εἰκονικός, φανταστικός] Pro eo usurpatur, quod non est, sed fingitur modo, ad imaginem rei verae. Est, sed dumtaxat imaginatione potest comprehendere. Sueton. in Claud. c. 25 Stipendiaque instituit, et imaginariae militiae genus, quod vocatur super numerum, quo absentes, et titulo tenus fungerentur. Her-45 mog. in l. Qui per collusionem D. de action. emt. et vend. Qui per collusionem imaginariam colonum circumueniendi emtoris causa supposuit, ex emto tenetur. Vlpian. in l. Is, qui suis D. de Manumissionibus, Si ab ignoto emtus sit, postea autem pretium suum obtulerit: dicendum erit, non esse audiendum, ab initio enim hoc agi debet, ut imaginaria fiat emtio, et per fidem contractus inter em-50 rem et seruum agatur. Est autem Imaginarius emtor, Qui seruum suis numis emit. Modestin. in l. Contractus D. de Actionibus et obligationibus, Contractus imaginarii etiam in emtionibus iuris vinculum non obtinent, quum fides facti simulatur, non inter-55 cedente veritate. Sic et Imaginarius emtor, i. Simulatus, et ab alio allegatus, l. Et qui sub imagine C. de Distractione pignorum. Contractus imaginarii apud Ictos. Fascibus imaginariis cedere Liu. 3, 41. eorum, qui lege et iure magistratu iam abisse debent. Honor Sen. de Const. c. 3. Paupertas Idem Epist. 20. 60

IMAGINARIUS, i. m. Statuarius, qui imagines facit. Vet. Inscript. Reines. class. I n. 2 p. 6. Sed conf. IMAGINIFER.

IMAGINARIE. Adu. Sidon. Epist. 2, 10. Augustin. Confess. 3, 2.

IMAGINABUNDVS, a, um. Adi. Apul. Miles. 3 pr. Carnificem imaginabundus. 65

IMAGINEVS, a, um. Adi. Sedul. 1 Carm. de Tribus in fornace, Nil vrente rogo, tantoque ardore calentes Cordis, imagineae vincunt incendia poenae. Imagineae, i. Poenae propter negatum imaginis cultum inflictae. 70

IMAGINIFER, a, um. Adi. Gloss. Lat. Gr. Imaginifer, ἰμωροφόρος. Vet. Inscript. Gruter. f. 1107 n. 1 AVRELIVS SECVNDIANVS IMAGINIFER LEG. S. S. Veget. 2, 7 Imaginarii vel Imaginiferi, qui imperatoris imagines ferunt. 75

IMAGINOSVS, a, um. Adi. [φανταστικός] Vox adhuc apud Solium inuenta Catullum 41 ubi postquam miratus est puellam tota millia decem poposcisse, ait, Propinqui, quibus est puella curae, Amicos medicosque conuocate. Non est sana puella. nec rogate, Qualis sit: solet haec imaginosum. Muretus cum aliis legebat, Nec rogare et imaginosum interpretabatur Speculum hoc sensu, nec solet illa consulere 80 de sua forma speculum: alioqui non ita insaniret. Scal. Solet haec imaginosum int. morbum habere, somniare oculis apertis. Is. Vossius, solet ἐκμαργῶν ὄζαν spongiam obscenis vsibus adhibitam olere. Media sententia videtur cum morbo et medicis et insana postulatione conuenire. Scalliger. ad Catull. l. c. 85

IMAGINO, are. [εἰκονίζω] Imagines facere, seu repraesentare. Gell. 16, 18 Ut speculum in loco certo positum nihil imaginat, aliorum translatum facit imagines. ¶ 2 Depon. Imaginor. [εἰκάζω, φαντάζω] Significat rei alicuius sibi fingere imaginem, i. similitudinem mente concipere, et apprehendere. Plin. 9, 35 Imaginetur eorum ferula. Idem 20, 13 Ideo profluuio genitali datur, et Venerem crebro per somnia imaginantibus. Calpurnia vxor imaginata est collabi fastigium domus Suet. Caes. c. 81. Mox imaginatus est venisse Neronem Plin. Epist. 5, 5. Imaginari aliquem, est Animo suo subicere qualis sit Plin. Epist. 1, 14. Sic 8, 6, 11 Imaginare 95 Pallantem velut intercedentem Senatusconsulto.

IMAGINATIO, ōnis. f. [φαντασία] Imaginationes libidinum in somno compefci Plin. 20, 7.

IMAGINATIVVS, a, um. Adi. Augustin. Tom. 3 p. 867 Imaginativa vis in anteriori parte cerebri. 100

IMAGINATVS, a, um. Part. Passiue Lactant. 5, 13 extr. Terram digitis suis imaginatam metuant et adorent, i. Statuam e terra fictam.

IMANTOPODES, vid. HIMANTOPODES.

IMARMENE, es. f. [ἰμαρμένη] Fatum. Cic. de N. D. 1 c. 20. et de Diuin. 1 c. 55. ut Deam sistit Mart. Capell. 1 p. 17.

IMAVS, i. m. [*Ἰμαῖος*] Mons Indiae, qui extenditur usque ad fontes Gangis, ultra quem sunt Scytharum gentes. Plin. 6, 17.

I M B

5 **IMBALNITIES**, ei. f. *Idem fere quod illuuius, negata balnei copia, intermissus usus.* Lucil. Sat. 26, 69 apud Non. 2, 437 Hic cruciatur fame, frigore, illuuiē, imbalnitie, imperfectie, incuria.

IMBARBESCO, ěre. Barbatum fieri Festus.

10 **IMBECILLIS**, e. vel **IMBECILLVS**, a, um. Adi. [*ἀδελφός*] Sine baculo, quasi Baculo indigens: *Debilem significat et languidum, ut, Imbecillus gemitus Cic. Tusc. 2, 57. Idem Q. Fratr. 2, 9 Marius et valetudine et natura imbecillior. Et de Amicit. 72 Vt si parentibus nati sunt humilibus, si propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna, etc.*

15 *Nemo e nobis imbecillus fuit, cuius salus ac valetudo non ita sustentaretur Caesaris cura Vell. 2, 114, 1. Aetas imbecilla Hor. Serm. 2, 2, 85. Animus Cic. Fam. 5, 16. Idem pro Flacc. 72 Imbecilli consilii mulier. Cultor imbecillus Plin. Epist. 3, 19. Filius Cic. de Sen. c. 11. Homo Idem Fam.*

20 *7, 1. Plin. in Paneg. c. 79 Quis est enim tam imbecilli ingenio, qui non tanto meliorem Consulē speret, quanto sapcius fuerit? Materiae imbecillae cibus: b. e. Infirmi et pauci alimenti Cels. 2, 18 per totum. Materia imbecillissima Idem ibid. Cic. Att. 10, 16*

25 *Quamobrem quidquid habes ad consulendum, collige, et illa scribe, non ex doctrina, neque ex libris (nam id quidem domi est,) sed nescio quomodo imbecillior est medicina, quam morbus. Cic. de Amicit. 64 Imbecilla enim natura est ad contemnendam potentiam, quam etiam, si neglecta amicitia consecuti sunt, excusatum iri se arbitrantur, quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. Sen.*

30 *Epist. 71 Ad quae omnes imbecilli sumus. Rebus docere imbecilibus Cic. de Amicit. c. 13. Senectus imbecillior facta Idem de Sen. c. 9. Vox imbecilla Quintil. 11, 3. Imbecillus, a Nomine Baculus, contra naturam Primitiui secundam producit. Hor. Serm. 2, 7,*

35 *39 Imbecillus, iners, si quid vis, adde popino. Ita etiam Paullin. de Celsi obitu 114 Imbecilla quidem, sed naturalia carnis. forte in his rō C geminandum. Certe corripitur secunda Prudent. Cath. 11, 99. et Hymn. post Cib. v. 2. Superl. Sen. de Benef. 4, 18 Quid sumus? Praeda animalium et victima ac imbecillissimus ac facillimus sanguis. Idem etiam Epist. 85 Quantum sapienti damus si imbecillimis fortior est.*

40 **IMBECILLITAS**, ātis. f. [*ἀδελφία, νόσος* Gloss. Lat. Gr.] *Debilis, infirmitas, defatigatio, ad animum et ad corpus refertur, sicut et imbecillus. Cic. de Amicit. 27 Maxime illud considerandum videri solet, num propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia.*

45 *Aegri, quos longa imbecillitas affectit Sen. Ep. 7. Aetatis imbecillitas Cic. ad Brut. 10. Consilii Idem Off. 1, 117. Morbus et imbecillitas corporis Cic. Att. 11, 6. Generis humani imbecillitas, fragilitasque Idem Tusc. 5, 3 c. 1. Ingenii Plin. Epist. 4, 18. Laterum infirmitas, et virium imbecillitas Cic. de Clar. Orat. 202.*

50 *Materiae murorum imbecillitas Caes. B. C. 2, 15. Stomachi imbecillitates Scribon. 121. Recidere ad imbecillitatem Cels. 3, 19. Valetudinis Cic. Fam. 7, 1.*

55 **IMBECILLITER**. Adu. [*ἀδελφός*] *Debiliter, et remisse ac languide. Cic. Acad. 4, 52 c. 17 Dubitant, haesitant, reuocant se interdum: hisque quae videntur, imbecillius assentiuntur. Idem Tusc. 5, 58 c. 30.*

IMBELLIS, e. Adi. [*ἀπόλεμος, ἀμαχος*] *Ad bellum et pugnam inhabilis et ineptus. Hor. Carm. 1, 15, 15 Imbelli cithara carmina diuides. Carmen Stat. Theb. 10, 874. Dies imbellis, In quo non pugnatur, aut strenuum opus aliquod agitur. Sil. 11, 408 —*

60 *Discatque Lyaeo Imbellem donare diem. Annum imbellem agere, Sine bello Liu. 10, 1. Idem 9, 45. Ouid. Epist. 1, 97 Tres sumus imbelles numero, sine viribus, etc. Cic. Off. 1, 82 Nunquam omnino periculi fugā committendum est, vt Imbelles timidique videamur. Ignauus et imbellis inter hostes Liu. 26, 2. Capreae*

65 *Ouid. Fast. 5, 372. Cerui Virg. Georg. 3, 265. Cithara Hor. Carm. 1, 15, 15. Columba Idem ibid. 4, 4, 32. Damae, vid. DAMA. Fretum Stat. Silu. 3, 5, 84. Hostes Liu. 1, 12. Lacerati Ouid. Met. 13, 109. Lyrae Propert. 4, 3, 36. Conf. b. l. Brouckb.*

70 *Manus Propert. 4, 3, 24. Somnus Stat. Theb. 3, 256. Virg. Aen. 2, 544 Sic fatus senior: Telumque imbelles sine ictu Coniecit: i. e. Inutile. Seruius. Triennium Liu. 4, . . . Turba feminarum imbellis, inermisque Liu. 28, 23. Compar. Tacit. Hist. 4, 33, 7 Caesarum maior numerus et imbellior.*

75 **IMBELLIA**, ae. f. [*ἀναρτία*] *Ignauia, conditio imbellis. Macrobr. Saturn. 2, 2 Tum Poenus eludens ignauiam imbelliamque militum eius pretiose armatorum, etc. Conf. Gell. 5, 5. et Fest.*

IMBER, bris. m. Abl. bre vel bri. [*ὄμβρος*] *Pluuia et aquus ille humor, qui e caelo dimittitur. Plaut. Mof. 1, 2, 30 Venit imber, lauat parietes: perpluunt tigna. Ter. Eun. 3, 5, 37 Quo pacto Danaë misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. De maiori aquarum caelestium copia proprie imbrem dici, apparet ex Lucr. 6, 511*

80 *Nam vis venti contrudit, et ipsa Copia nimborum, turba maiore coorta, Vrget, et e supero premit, ac facit effluere imbres. Et 316*

85 *Sed vehemens imber fit, vbi vehementer vtroque Nubila vi cumulata premuntur, et impete venti. Sic 1, 287 Annis magno turbidus imbri. Add. 1, 806. Sed nec male Imbrem, inquit Nonius 6, 64 consuetudo, Agmen caelestium aquarum et pluuiarum induxit solum dici: quum auctoritas variēt, significetque Omnem humorem aqueum. Virg. Georg. 4, 115 — Et amicos irriget imbres. de horti cultura. Nempe simpliciter Imber aqua est. Ipse Lucret. 1, 784*

95 *Et primum faciunt ignem se vertere in auras Aëris, hinc imbrem gigni, terramque creati Ex imbri, retroque a terra cuncta reuerti, Humorem primum etc.*

Sic Poëta nescio quis, Ex igni terraque animae (venti) nascuntur et imbri. Aliqua dabimus n. 4. Virg. Aen. 1, 123 Accipiunt inimicum imbrem. Lucret. 6, 106 Nec cohibere niues gelidas, nec grandinis imbres. Quo loco Turnebus, Imber, pluuiæ est, inquit, aut grandinis lapsus et agmen, unde Imber pluuiæ, et Imber grandinis dicitur. Cic. Topic. 39 Vt aqua pluuiæ vltimo genere ea est, quæ de caelo veniens crescit imbri.

100 *¶ 2 Epitheta: Aëtus caelo magnis Aquilonibus imber Virg. Georg. 2, 334. Assidui et magni Cic. Att. 13, 16. Atri Virg. Georg. 1, 236. Atrox Stat. Theb. 10, 536. Caeruleus Virg. Aen. 3, 194. Collecti Hor. Epist. 1, 15,*

15.

15. **Continens**, *vid.* CONTINEO. **Densissimus** Virg. Georg. 1, 333.
Edax Hor. Carm. 3, 3, 3. **Effusus** nubibus Virg. Georg. 4, 312.
Fecundi Idem *ibid.* 2, 325. **Frigidus** Virg. Georg. 1, 259.
Intempestiui Lucret. 2, 928. **Virg. Ecl.** 7, 60 **Iuppiter et Laeto**
 descendit plurimus imbri. **Idem** Georg. 1, 284 **Quique fatis Lar-**
gum caelo demittitis imbrem. **Maximus** Cic. Verr. 4, 86. **Et**
Att. 7, 19 **Maximo imbri Capuam veni.** **Multus** Lucret. 6, 415.
Neptuni imber Enn. *ap.* Non. 6, 64. *i. mare.* **Pluuiiales** Tac. H. 5,
 23, 6. **Pluuius** Ouid. Fast. 6, 282. **Praeruptus** Claud. in prim.
Conf. Stil. 2, 462. **Saxeus** Sil. 13, 181. **Subiti** Lucret. 5, 217. 10
 ¶ 3 **Verba:** **Annis Concitus** imbribus Ouid. Met. 3, 79. **Con-**
crescunt imbres gelidis ventis Ouid. Met. 9, 220. **Decidit imber**
multa aqua Tibul. 1, 2, 7. **Auster Diffundit imbres** Stat. Theb. 1,
 350. **Effudit imber lapides** Iuuen. Sat. 13, 67. **Cato c. 2** **Quum**
tempestates pluuiiaeque fuerint: videto quot dies, quaeue opera per
imbrem fieri potuerint. i. Imbris tempore. **Imbrem in cribrum** Ge-
retere Plaut. Pseud. 1, 1, 100. *i. aquam.* **Parabitur imber maximus**
agricolis pelagoque Virg. Georg. 1, 429. **Perpeffus ventos, et im-**
bres Virg. Aen. 9, 60. **Pulfatur vento et imbri** Idem Aen. 4, 249.
Vitare imbres Lucret. 5, 955. ¶ 4 **Obferuatt.** **Gelidus** 20
imber, pro Simplici aqua, apud Lucret. 6, 148. **Calidis perfun-**
des imbribus artus Ouid. Amor. 2, 15, 23. **Aqua calida.** **Imber pri-**
mus vespertino roris Pallad. Nou. 13, 4. **De lacrimarum effusione:**
Ouid. Amor. 3, 6, 68 **Spargebat tepido flebilis imbre finus.** **Vini**
imber adspargitur farri Pallad. 1, 29, 2. **Conf. 1, 35, 13.** **Lactis,** 25
lapidum, sanguinis, et terrae imber Cic. de Diuin. 1, 98. **Lapi-**
deus et sanguineus Cic. de Diuin. 2, 60. **Vid. Lapidus in LAPIS.**
Conf. Apul. Miles. 8 p. 209. **Prudent. Tetraft.** 45. **de Stephano.**
Tempeffas telorum, et ferreus ingruit imber Virg. Aen. 12, 284.
Conf. Ennius apud Macrob. Saturn. 6, 1. **Et Stat. Silu.** 1, 6, 27. **Li-** 30
brarii permutant hanc vocem cum **Ignis:** **Brouckh. ad Tib.**
 1, 1, 42.

IMBER, i. m. [Imbrum ἰμβρον Vet. Gloss.] **Secundum quae** Im-
 ber **mulum significabit.** *Vid.* HYBRIDA.

IMBEX, vid. mox f. l.

IMBRIALIS, e. Adj. **Cael. Aurel. Tard.** 5, 10 **Aqua imbrialis** 35
 vel cisternina.

IMBRIDVS, a, um. Adj. **Solinus c. 10 al.** 4 **Nam homo Sardus**
 opem plurimam de imbrido caelo habet. **Sic et Pallad. Ian.** 13, 2.

IMBRICVS, a, um. Adj. [ἰμβριος] **Pluuiosus, et imbres ferens** 40
aut generans. **Plaut. Merc.** 5, 2, 35 **Hic Fauonius serenus est, hic Au-**
ster imbricus, etc. **Macrob. Saturn.** 5, 20 **Quum ea fit anni tem-**
peries, vt hiems serena fit, solstitium vero imbricum, fructus opti-
me proueniunt. **Tempeffas imbrica** Fest.

IMBRICATOR, oris. m. **Pluuiosus, forte quasi imbres ciens, aut** 45
citans. **Ennius in 17. apud** **Macrob. Saturn.** 6, 2

Concurrunt veluti venti, quum spiritus Austris
Imbricator, Aquiloque suo cum flamine contra;
Inde mari magno fluctus extollere certant. Al.
Endo mari magno fluctus extollere coeptant. 50

IMBRIFER, era, erum. Adj. [ἰμβροφόρος] **Idem. Columel.**
7. 6, 4 **Hanc pecudem mutilam parabinus quieto caeli statu: nam**
procelloso atque imbrifero cornuta semper. **Add. 5, 5, 4.** **Ar-**
cus Tibul. 1, 4, 44. **Austris** Ouid. Met. 13, 725. **Hiems** Sil. 55
 3, 197. **Ver** Virg. Georg. 1, 313.

IMBRIFICO, are. Imbribus augere. **Mart. Cap.** 6 p. 191 **Hanc**
(Tellurem) tener, et vitreis circumuoluitabilis auris Aër complectens
imbrificabat aquis.

IMBRIFICATVS, a, um. Adj. **Mart. Capel.** 6 **Imbrificatae** 60
nubes. i. Imbri grauidae.

IMBERBIS, e. Adj. [ἀβέβητος] **Sine barba.** **Cic. de N. D.** 3, 83
Isto enim modo dicere licebit Iouem semper barbatus, Apollinem
semper imberbem. Imberbis et Bene barbatus contraria **Cic. in Ca-**
til. 2, 22. **Adolescentulus** **Cic. pro Domo** 37 c. 14. **Iuuenis** 65
Hor. de Arte Poët. 161. **Idem Epist.** 2, 1, 85.

IMBERBVS, a, um. Adj. **Idem. Vid. Non.** 8, 84. **ex** **Lucil.**
30, 19. Sic apud **Charif. p. 74. ex** **Varr.** **Imberbi iuuenes. et** **Cic.**
Imberba iuuentus.

IMBIBO, ibi, ibitum, ere. [ἰμπίω] **Auget aliquantum simplicis** 70
significationem. **Plin. 24, 15** **Radix eius imponitur carbonibus cupressi:**
atque is nidor per infundibulum imbibitur in vetere tussi. de chamae-
leuce. Metaphorice. **Cic. Verr. Act.** 1, 42 c. 14 **An iste vnquam de**
se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam Opinionem animo im-
bibisset? **In animum inducere, Sibi persuadere.** **Cic. pro Quint.** 75
27 c. 6 **Quod si facere nolit, atque imbibere eiusmodi rationibus il-**
lum ad suas conditiones perducere, etc. **Liu. 2, 47 extr.** **Neque**
immemor eius, quod initio consulatus imbiberat, reconciliandi ani-
mos plebis, etc. **Lucret. 3, 1010** **Qui petere a Populo fasces, fae-**
vasque secures Imbibit, etc. Vid. Lambin. et Creech. Plura de hoc 80
verbo Muretus Var. Lect. 1, 5. Conf. 13, 4.

IMBITO, ere. Ingredi. **Domum meam ne imbitas** **Plaut.**
Epid. 1, 2, 42.

IMBONITAS, atis. f. **Omnis duritia imbonitas et insuauitas**
Tertull. ad Mart. c. 3. 85

IMBRACTEO, are. Bracteis obducere. **Ammian. 14, 15** **Statuas**
auro curant imbracteari. Et 17, 8 (Vales. 4) Facis imitamentum
aereum, itidem auro imbracteatum.

IMBRASVS, i. m. **Sami fluius, qui et Parthenius.** **Plin. 5, 2.**
 ¶ 2 **Nomen viri, unde** 90

IMBRASIDES, ae. m. **Virg. Aen.** 10, 123. **Idem** **Plur. Aen.**
12, 343 **Imbrasidas Glaucum atque Ladem, quos Imbrasus ipse Nu-**
trierat Lycia paribusque ornauerat armis.

IMBEX, icis. m. vel f. **Tegula caua, velut segmentum cylindri,**
quae tectis applicari solet, vt per eam destuat aqua. **Angusti imbrice** 95
tecti locum premere **Virg. Georg.** 4, 296. **Plin. 17, 14** **Seruariusque**
inter duos imbrices. **Columel. 9, 13** **Imbricibus infusum praebe-**
ant libandum. Plaut. Mil. 2, 6, 24 **Quod meas confregisti imbrices**
et tegulas, etc. Vid. Vitruu. 5, 10 **Ab imbre deducto nomine. Te-**
gularum extremis imbricibus imposuit **Plin. 35, 12.** ¶ 2 **Mar-** 100
tial. 2, 37 **Quidquid ponitur, hinc et inde verris, Mammis suminis,**
imbricemque porci. Vertebra demtis costis interpretantur. Malim
costarum arcus hinc et hinc relinqui, vt imbricis formam referat. Apud
Suet. Ner. c. 20, 6 **Plausus genus denotat ad similitudinem crepantis**
super tegulam pluuiiae commentum. Vid. ibi Casaub. 100

IMBRICIVM, i. n. *Idem quod Imbrex.* Martial. 2, 35

Quum sint crura tibi, similent quae cornua Lunae,
Imbricio poteris Sexte lauare pedes. *Alii sic legunt,*

Quum sint crura tibi, simulent quae cornua Lunae:

In rhytio poteris Phoebe lauare pedes.

Putant autem Rhytium esse genus vasis. Eusthatius enim in 23 Iliados dicit Rhyton, et per diminutionem Rhytion, Vas fuisse incurium, et cornu simillimum: atque ab aliis κέρως, hoc est cornu appellari. Merito ergo Martialis Phoebum, cuius crura cornibus Lunae perquam similia erant, monet ut pedes in rhytio lauet. Sic etiam Ramirez.

IMBRICO, āre. [καλυπτηριώζω Gloss. Gr. Lat.] In modum imbricis facere, et quasi imbricibus tegere. Plin. 11, 1 Aut superne tantum imbricatis flexibilibus vertebris. Sidon. Epist. 2, 2 Tegulis imbricarentur. Vitruv. 2, 8 Incerta vero caementa alia super alia sedimentia inter se imbricata, non speciosam, sed firmiorem, quam reticulata, praestant structuram. Imbricata, inquit Budaeus, appellat Inter se haerentia, imbricum modo. Imbricatum conchae genus vndata distinctione Plin. 9, 33. Idem 11, 37 s. 65 Lingua leonibus ac

pardis, omnibusque generis eius, etiam felibus, imbricatae asperitatis, et limae similis, attenuansque lambendo cutem hominis. Imbricati vngues simiae Plin. 11 c. 45.

IMBRICATIM, Adu. Imbricis modo. Plin. 9, 33 de concharum generibus, iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pe-

ctinatim, imbricatim vndata.

IMBRICVS, IMBRIFER, vid. IMBER.

IMBROMIDO, āre. Sordidare redditur in Gloss.

IMBRVMATVS, a, um. Adi. Apud Isid. 5, 35 Cui fastidium est ciborum: quod Edacitas Graece Bruma appelletur. Respicit forte

ad βρωμα.

IMBRVS, i. f. [Ἰμβρος] Insula Thraciae, Mercurio sacra, quem vocant Imbranium. Oppido quoque in ea nomen est Imbrus, ut ait Stephanus.

IMBRIVS, a, um. Adi. [Ἰμβρος] Terra Imbria Ouid. Trist. 1, 10, 18.

IMBVBINO, āre. Lucil. apud Fest.

IMBVBINATVS, Fragm. Poët.

IMBVLBITO, āre. Idem ibid. vid. BVBINO.

IMBVO, ui, ūtum, ēre. [Ἰμβρῶ] Videtur primo dictum esse hoc verbum de nutricibus mammam praebentibus, et illius papilla os offerentibus (quod Graece βύειν vel βύειν est) paruorum. Bua esse puerorum vocem bibere petentium s. l. dictum. Festus, Imbutum est, quod cuiuspiam rei succum bibit: vnde infantibus an velint bibere, dicentes,

BV Syllaba contenti sumus. Idem, Exbuae, quae ebiberunt, quasi expotae: ubi obsquat Scaliger, Vinibuas a Lucilio dictas mulieres vini bibaces. Imbuere est igitur potum, primum praesertim, dare, et illo rigare puerum: deinde generatim madefacere, intingere, eoque vel maculam perpetuam, vel colorem, saporem, odorem etc. addere. Columel. 9, 14 prope fin. Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, ut insistentes apes, quasi per siphonem succum euocent. Hor. Epist. 1, 2, 69 Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu. Virg. Ecl. 1, 8 — Illius aram Saepe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. h. e. Perfundet, madefaciet. Seruius. Arma sanguis nouus imbuet Virg. Aen. 7, 554. Manus imbutae sunt

sanguine Consulis Patere. 2, 20, 1. Cic. Philipp. 2, 20 Quum autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem caedendi, nisi defatigatio et satietas attulisset. Munus tabo imbutum Hor. Epod. 5, 65. de palla Deianirae Nessi Centauri sanguine tineta. Tela imbuta veneno Ouid. Trist. 4, 1, 77. Tellus imbuta scelere Catul. 62, 397. Vestis imbuta sanguine Ouid. Met. 9, 253. Via Appia imbuta sanguine latronis Cic. pro Milon. 28. 2 Metaphoras habet frequentes. Plin. 8, 45 Optime cum domito iuuenus imbuitor. E. e. Domatur, docetur. Conf. Taubm. ad Virg. Ecl. p. 7. Tacit. Hist. 1, 5 Miles vrbano longo Caesarum sacramento imbutus, et ad destituendum Neronem, etc. Cic. de Orat. 2, 162 Sin sit is qui et doctrina liberaliter institutus, et aliquando iam imbutus vsu. Sic imbuti sumus, ut, quibus erat summa votorum melior pessimo princeps, iam non possumus nisi optimum ferre Plin. Paneg. c. 44. Cic. in Orat. 165 c. 49 Ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. Ex Orat. pro Milon. 10 c. 4. Flor. 2, 18, 8 Scipio Carthaginis incendio ad excidia vrbium imbutus. Gell. 16, 8 Cum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus. Charif. 5 extr. Imbuo puerum rubrica et rubricam. Videtur tamen Imbuere aliquem aliquid per Ellipsin dici pro In aliquid. Tacit. Hist. 5, 5, 5 Nec quidquam prius imbuuntur quam contemnere Deos, exuere patriam. Admiratione imbutus Liu. 21, 39. Plin. 6, 22 Sex mensium tempore imbutus Alloquio, i. linguam eatenus edoctus ut commercium sermonis esset. Amoris imbutus aulae Stat. Theb. 11, 661. Artibus imbuere ingenium, i. Instituire, ornare. Plaut. Trin. 2, 2, 16.

Cic. Off. 1, 118 Parentum praeceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremque deducimur. Animos errore Liu. 39, 8. Cic. Tusc. 3, 3 Imbui erroribus. Idem de Fin. 1, 60 Imbutus superstitione. Fauore imbutus Tacit. Hist. 2, 85. Formidine imbutus Hor. Epist. 1, 6, 4. Horrore imbuere Liu. 39, 8. Literis leuiter imbutus

Quintil. 1, 2. Literulis Graecis imbutus Hor. Epist. 2, 2, 7. Odio imbutum bellum, h. e. Aspersum et refertum, aut flagrans Cic. pro Domo 60. Liu. 4, 36 Iam inde ab incunabilis imbutum odio tribunorum. Et Iustin. 29, 1, 7. Cic. pro Font. 31 Sed totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est. Idem Att. 14, 13 Nam de puero Clodio tuas partes esse arbitror, ut eius animum tenerum, quemadmodum scribis, his opinionibus imbuas, ut ne quas inimicitias residere in familiis nostris arbitretur. Cic. Tusc. 1, 30 Vt porro firmissimum hoc afferri videtur, cur deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium sit tam immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. Pietate imbuere pectora Liu. 1, 21. Sermonibus aures alicuius Tacit. Hist. 4, 7. Cic. pro Deiot. 28 Quibus ille studiis ab ineunte aetate se imbuerat. Tirocinio imbuere Liu. 9, 43. Vitiis aliquem Quintil. 1, 1. Praeda imbui Tacit. Hist. 3, 13. Imbutus Rudimentis militiae cum aliquo aetate. Patere. 2 extr. Imbui castrensibus stipendiis, Primis annis castrensia stipendia emereri Plin. Epist. 8, 14, 5. Amicitiae religiosa Superstitione imbutae Quintil. 1, 2.

IMBVTAMENTVM, i. n. Fulgent. Mythol. 1, 1 Variis dogmatum imbutamentis lasciuia Graecorum praestruens corda.

IMBVRVM, i. n. Varr. de L. L. 4, 27 Imburum, fictum. ab Vrbo,

6 H 2

Vrbo, quod ita flexum, vt redeat sursum versus, vt in aratro, quod est vrbum. *Vid. Scalig. ad Varr. c. 1. et Turneb. 22, 30.*

I M I

IMITOR, āri. Dep. [*μιμηταί*] *Mores, actum, habitum, gestum etc. alterius effingere, quod a Graeco deducitur μιμηταί.* Cic. de Orat. 2, 91 c. 22 Nihil est facilius, quam amictum imitari alicuius, aut statum, aut motum. Si vero etiam vitiose (*f. vitiosi*) aliquid est, id sumere, et in eo vitiosum esse, non magnum est. Vt ille, qui nunc etiam amissa voce furit in Rep., Fufius, nervos in dicendo C. Fimbriae, quos tamen habuit ille, non assequitur; oris prauiditatem et verborum latitudinem imitatur, etc. Maiores nostri imitari quam inuidere bonis malebant Sall. Cat. 51. Vix dici potest, quanto libentius imitemur eos, quibus fauemus Quinct. 2, 2. Mecum vna in filiis imitabere Pana canendo Virg. Ecl. 2, 31. Stultissimum credo, non optima quaeque ad imitandum proponere Plin. Ep. 1, 5. Idem Epist. 7, 30 Quam sane, quum componerem illos, habui in manibus, non vt aemularer (improbum enim, ac paene furiosum) sed tamen imitarer et sequerer, quantum aut diuersitas ingeniorum maximi et minimi, aut causae dissimilitudo pateretur. Plaut. Cist. 1, 1, 29. Cic. in Orat. 19 Quem si imitari atque exprimere non possumus. Id. de Orat. 2, 194 Heroum veteres casus fictosque luctus vellem imitari atque adumbrare dicendo. Cic. de Clar. Orat. 137 Cotta cum verbis, tum sono ipso subrustico prosequeretur atque imitabatur antiquitatem. Alas auium Plin. 12, 6. *i. Simile esse alis auium.* Chirographum alterius, *Effingere et adulterare.* Suet. in Tico c. 3. Cic. de N. D. 3, 74 c. 30 Chirographum sex primorum imitatus est. Gestum alicuius Lucret. 4, 320. Gaudia falsa Tibull. 3, 7, 1. Tacit. Ann. 1, 24 Quamquam Moeftitiam imitarentur, contumaciae propiores. Plin. 10, 42 Agrippina turdum habuit imitantem Sermones hominum. Voces alicuius Propert. 1, 13, 3. ¶ 2 *Erat etiam veteribus* Imito, āre Non. 7, 46 ex Varrone, Tuum opus nemo imitare potest. Liu. Achill. Si malos imitabo, tum tu precium pro noxa dabis.

IMITANS, antis. Part. Imitantes omnia picae Ouid. Met. 5, 299. Idem 11, 613 Varias imitantia formas Somnia.

IMITATVS, a, um. Partic. Pass. [*ἀπακαδείς*] Cic. de Vniuers. c. 3 Quum autem ingressa est imitata et effecta simulacra, bene agi putat, si similitudinem veri consequatur. *Actiue.* Hor. Serm. 2, 40 3, 186 Vulpes imitata leonem. Idem Epist. 2, 1, 207 Lana violas imitata. Idem Carm. 4, 2, 56. *Conf. Virg. Georg. 4, 72.*

IMITATVS, ūs. m. Val. Max. 4, 6 pr. Opera ardua imitatu.

IMITATIO, ōnis. f. [*μιμησις, μιμημα*] Cic. Philipp. 14, 17 c. 6 Excellentium ciuium virtutem imitatione dignam non inuidia putarent. Supra imitationem positus, *i. Quem prae excellentia nullus imitando consequi potest* Sen. Epist. 71. *Conf. Iustin. 3, 3, 5. De imitatione, vid. Quinctil. 10, 2.* Callidissima simplicitatis imitatio Idem 4, 2. *Ab Aemulatione quomodo distat* Imitatio docet Non. 5, 59.

IMITATOR, ōris. m. [*μιμητής, ζηλωτής*] Martial. 1, 40 Si quis erit recti custos, imitator honesti. *al. leg. mirator.* Cic. de Legg. 3, 31 Etenim tantum mali est peccare principes (quamquam est magnum hoc per se ipsum malum) quantum illud, quod permulti imitatores principum existunt. Moris maiorum imitator Nep. 25, 18, 1. 55 Cic. Philipp. 3, 8 O ciuem natum Reipub. memorem sui nominis, imitatoremq; maiorum! Imitator et narrator facetus Cic. de Orat. 3, 219 c. 54. Doctus Hor. de Arte Poët. 318. O imitatores seruum pecus, vt mihi bilem, vt mihi saepe iocum vestri mouere tumultus. Hor. Epist. 1, 19, 19. *Vt enim serui non audent vestigia dominorum deserere, ita imitatores ne latum quidem unguem ab eo, quem imitantur, discedere volunt.*

IMITATRIX, icis. f. [*μιμητρίς*] Cic. de Legib. 1, 47 c. 17 Penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni voluptas. Plin. 10, 23 Auis imitatrix.

IMITABILIS, e. Adi. [*μιμητός*] Quod quis potest imitari. Cic. in Orat. 76 c. 23 Nam orationis subtilitas imitabilis illa quidem videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus. Non imitabile fulmen Virg. Aen. 6, 590. Decipit exemplar vitii imitabile Hor. Epist. 1, 20, 17. *Compar. Plin. 37, 8 Neque est imitabilior alia mendacio vitri. de smaragdo loquitur.*

IMITAMEN, inis. n. [*μιμημα*] Prisci facti imitamina Ouid. Fast. 4, 211. Idem Met. 15, 200.

IMITAMENTVM, i. n. [*μιμημα*] Idem quod Imitamen. Gell. 7, 5 Quasi Orestis amplexus opleuit omnia, non simulacris, neque imitamentis, sed luctu atque lamentis veris et spirantibus. Tacit. Ann. 3, 55 Meditata ad memoriam virtutis carmina, et laudationes, et lacrimas, vel doloris imitamenta. Tacit. Ann. 13, 4 Caeterum peractis tristitia imitamentis, curiam ingressus, etc. Idem Ann. 14, 57, 6 Veterum Romanorum imitamenta praeferre.

IMITVS, vid. sub **IMVS**.

I M M

IMMACVLO, āre. Idem quod simplex Maculo, nisi si quid augmen-85 ti addat Praepositio. Firmicus 4, 16 Vt disciplinae huius secreta nullus inuidiae litur immaculet. Idem 6, 17 Quam pestiferum misera contagione vitium immaculet. Et c. 3 Notis quibusdam totum corpus immaculant, aut albis varietatibus dedecorant. *Add. Id. 1, 11. Sed contrariam vim habet Praepositio in Immaculatus et Im-*90 *maculabis.*

IMMACVLATVS, a, um. Partic. Lucan. 2, 735 Abscondat Fortuna nefas, Romanaque tellus Immaculata sui seruetur sanguine Magni. *Plura Borrich. Cogit. p. 125 ex Ammian. 19, 12 etc.*

IMMACVLABILIS, e. Adi. Auson. ad Gratian. Imp. c. 27 pr. 95 Lautus manibus, mente pura, immaculabili conscientia.

IMMADDO, ui. vel potius **IMMADESCO**, ēre. [*δαινομαι*] Madidum esse. Plin. 17, 5 Quum a siccitate continua imaduuit imbre. Idem 20, 22 Semen ac radix quum imaduere musto, conteruntur. Genae imaduuerunt lacrimis Ouid. Trist. 1, 8, 34. Terra imadu-100 duit Idem Met. 6, 396. *Conf. Ammian. 20, 11.*

IMMADIDO, āre. Madefacere. Ambros. ad Luc. c. 9.

IMMANIFESTVS, a, um. Adi. Graecus ἀπαμφωνία solet memorare Poëta, Immanifesta vocant haec carmina voce Latini Ruffin. Grammat. p. 2710 Putsch. 105

- IMMANIS**, e. Adi. [*ἄγριος, ἀπειρής, ὑπεριόδης*] *Minime bonum, nocens et ferum.* Virg. Georg. 4, 458. Immanem ante pedes hydrum moritura puella etc. Cic. de Rep. 4 ap. Non. 4, 236. Quid Perietia sensit, ut loquitur, est homo impurus: sin aliter, quod malo, gratio est tamen immanis. Idem Q. Fratr. 1, 1. Quod si te fors Afris, aut Hispanis, aut Gallis praefecisset, inmanibus ac barbaris nationibus, etc. Cic. de Inuent. 1, 1. Primo propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes ex feris et immanibus mites reddidit et mansuetos. Cic. de Arusp. Resp. 4. Videbam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis furentis. Belua Cic. de N. D. 2, 161. et Tusc. 4 c. 20. Bestiae, hydra Lernaea, et Draco Hesperidum Varro ap. Non. 4, 236. Coeptis immanibus effera Virg. Aen. 4, 642. Duritia immanis patientiam imitatur Cic. in Partit. 81.
- Facinus** Cic. pro S. Rosc. c. 24 extr. Fera Quid. Met. 8, 583. Gens immanis ac fera et barbara Cic. pro Font. 21. Gloria immanis falsi Stat. Silu. 5, 3, 132. Graecia immani Phrygiam mitiorem esse Accius ap. Non. 4, 236. Hostis immanis et ferus Cic. Verr. 2, 51. Ingenium immane scelerum Claud. in Ruff. 2, 141.
- Nefas** Virg. Aen. 6, 624. Oratio Cic. de Rep. ap. Non. l. c. Scelus Lucret. 5, 119. Templum, obuallatum ossibus Acc. apud Non. 4, 236. Vitium Hor. Serm. 2, 4, 76. Cum *Datiuo et Ablatiuo iungitur: ut, Immanis suis, Immanes moribus.* Compar. Scelere ante alios immanior omnes Virg. Aen. 3, 347. Conf.
- Cic. pro Rosc. Amer. c. 26.** Superl. Immanissimus quisque voluptatem sequitur Cic. in Partit. 90 c. 25. Belua immanissima Plin. Paneg. c. 48. ¶ 2 Immane, ingens, magnum, inquit Fest. Virg. Aen. 6, 19 — Posuitque immania templa. In primis huc pertinet Sen. Thyeste 470 Immane regnum est, posse sine regno pati. i. durare, viuere. Sed sunt plura id genus, quae iam ordine persequimur. Cic. Q. Fratr. 2, 14. Ambitus redit immanis, nunquam fuit par. Antrum Virg. Aen. 6, 11. Armenta Idem Georg. 4. 394. Argentum Stat. Theb. 6, 207. Corpus Virg. Aen. 3, 427. Membra Ouid. Met. 12, 501. Moles Virg. Aen. 9, 542. Immanior Eumen. de Rest. Schol. c. 4. Varro de R. R. 3, 1. Quod tempus si referas ad illud principium, quo agri colii coepti sunt, atque in casis et tuguriis habitabant, nec murus nec porta quid esset sciebant, immani annorum Numero urbanos agricolae praestant. Pecunia Cic. pro Rosc. Com. 23. Et Attic. 2, 9 Qui immanes pecunias paucis dederunt. Pocula Cic. Phil. 2 c. 25. Plin. 17, 10. Contra immane Pondus attollere se non valet. Cic. Philipp. 5, 11. Quid illi immanes Quaestus, ferendine, quos M. Antonii rota exhaustit domus? Regnum modo dedimus. Saxa Virg. Aen. 1, 143 aspera et horrenda nauigantibus. Templa Virg. Aen. 4, 199.
- Vulnera** Stat. Theb. 5, 29. Etiam in laudem accipitur. Ouid. Met. 9, 247. Nam quamquam ipsius datis hoc immanibus actis, Obligor ipse tamen. Idem Trist. 2, 335. Immania Caesaris acta Condere. Ita, Res immanes agere Patere. 2, 46, 1. Sic idem saepius, ut ib. §. 3. 2, 51, 1. 2, 59, 6. 2, 69, 6. Conf. Burm. ad Gratii Cyneget. v. 265. Immane dictu Sallust. de Repub. Ord. 1, 2. i. Incredible. Immane, pro Immane dictu, vel Incredible dictu Hor. Carm. 1, 27, 6. Vino et lucernis Medus acinaces Immane quantum discrepat. Sallust. 2 (Fragm. Hist. c. 16) Immane quantum animi exarsere. Immane quanto angori quantaeque inuidiae fuit Apul. Apol. p. 451. Floridi. Vid. Vechner. Hellenolox. 1, 17.

- IMMANITAS**, ātis. f. [*ἀπηνειν, ἀγριότης*] Saeuitia. Cic. de Amicit. 87. Quin etiam si quis asperitate ea est, et immanitate naturae, congressus ut hominum fugiat, atque oderit, etc. Idem Off. 1, 197.
- Quo est detestabilior illorum immanitas, qui lacerauerunt omni scelere patriam.** Ferarum immanitas Sen. Medea 6. Gentes immanitate efferatae Cic. de N. D. 1 c. 23. Immanitas, est Excessus fortitudinis, et veluti stupor ad voluptates et aduersus tormenta. Cic. in Partit. 81. Nam et prudentiam malitia, et temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis. Gell. 11, 5 et saepius. Immanitas barbara Cic. Tusc. 2, 20. ex Poeta. Immanitas verborum Idem de Fin. 4, 23. Plin. 35, 11. Nec vllius in pictura velocior manus fuit: artis vero tantum, ut immanitate pretii antecederet celeberrimos eadem aetate imaginum pictores. Ex vetusto codice nunc legimus, Ut multum manipretio antecederet, etc. Sceleris immanitas Sallust. Hist. Fragm. c. 3. Vitiorum Cic. pro Cael. c. 6.

- IMMANITER**. Adu. Ut, Immaniter clamare Gell. 1, 26. Augustin. Confess. 10, 37. Perdite et immaniter viuere. Compar. Immanius efferebantur Ammian. 18, 17.

- IMMANO**, āre. Minutioribus guttis et leuioribus immanare vaporibus Augustin. de Gen. ad lit. 7, 4.

- IMMANSVETVS**, a, um. Adi. [*ἀνήμερος*] Contrarium Mansueti. Cic. de Legib. 1, 24 c. 8. Iphisque in hominibus nulla gens est neque tam immansueti, neque tam fera, quae non, etiam si ignoret, qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat. Sen. de Ira 2, 16. et 1, 15. Quid immansuetius Sen. ad Helu. c. 6. Ingenium immansuetum et ferum Ouid. Met. 15, 85. Idem Epist. 18, 37. At tu de rapidis immansuetissime ventis, etc. ad Boream.

- IMMARCESCO**, ēre. [*ἀννομαι*] Corrupti. Hor. Serm. 2, 7, 107. Nempe immarcescunt epulae sine fine petita, etc.

- IMMARCESCIBILIS**, e. Adi. [*ἀμάραντος*] Quod nequit marcescere. Paullin. Nat. Fel. 4 extr. Immarcescibilis redimiuit honore coronae. Tertull. de Coron. Mil. c. 15. et Hieron. in Psal. 45.

- IMMASTICATVS**, a, um. Adi. Non satis mansus. Immasticata deuoratio C. Aurel. Tard. 3, 3.

- IMMATVRVS**, a, um. Adi. [*πρώμος, ἄωρος*] Non maturus: et proprie de fructibus aut frugibus dicitur, quum ante tempus colliguntur. Ea, quae praeter sui temporis modum properata sunt, immatura dicantur Gell. 10, 11. Plin. 2, 13. Quo apparet aut aliud esse, aut colligi immaturum. Liu. 1, 26. Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum, inquit, oblita fratrum mortuorum, viuique, oblita patriae. Liu. 22, 38 extr. Se quae consilia magis res dent hominibus, quam homines rebus, ea ante tempus immatura non praecepturum. Conf.

- Suet. Aug. c. 11.** Filius immaturus obit Hor. Serm. 2, 8, 59. Iter immaturum mortis Propert. 3, 7, 2. Mors immatura, Qua quis ante coniectam aetatem senio eripitur ac moritur. Vid. Cic. Philipp. 2, 110. Et Catil. 4 c. 2. Neque enim turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti. Idem de

- Clar. Orat. 125 c. 23.** Damnum enim illius immaturo interitu res Ro-

manae Latinaeque literae fecerunt. Tempore ad nauigandum immaturo Liu. 35, 44.

IMMATVRITAS, ātis. f. [ἀωπία] Suet. in Aug. c. 34 Immatunitas sponfarum, Quae nondum coniugio aptae erant. Cic. pro Quint. 82 c. 26 Quid haec festinatio, quid haec immaturitas tanta significat? cum non expectatur, dum maturum i. tempestiuum sit facere.

IMMATVRE. Adu. Ante tempus. Paullus in l. Si absente D. de Vsfuuct. Siluam caeduum etiam si intempestiue caesa sit, in fructu esse constat, sicut oliua immature lecta, vt foenum immature caesum, in fructu est. Auson. Epist. 22 Immature periclitatur expelli. Compar. Apul. Mil. 6 p. 180 Haud immaturius redito. Conf. Cels. 6, 18. Columel. 11, 2. Tertull. de Vel. Virg. c. 12.

IMMEDIATE. Adu. [ἀμέσως] Cito ac celeriter. Laudatur Gell. praef. n. 10 Incuriose et immediate, ac prope etiam subrustice, ex ipso loco ac tempore hibernarum vigiliarum, Atticas noctes inscripsimus. Sed Gron. Immeditate ex MS. immedietate.

IMMEDICABILIS, e. Adi. [ἀθεράπευτος, ἀνίατος] Quod sanari non potest medicaminibus. Ouid. Met. 2, 825 Vtque malum late sollet immedicabile cancer Serpere. Ira Sil. 1, 147. Malum Ouid. Met. 2, 825. Telum Virg. Aen. 12, 858. Ouid. Met. 1, 190 Cuncta prius tentanda: sed immedicabile vulnus Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

IMMEDICATVS, a, um. Adi. Os immedicatum, i. Medicinis illitum Apul. Apol. p. 323, 12 exprimi voluit Elmenhorstius, quod monet in Indice. Sic etiam Casaubonus.

IMMEDITATVS, a, um. Adi. Incessus immeditatus Apul. Miles. 2 pr. Idem Florid. 3 p. 357 Immeditati sermones.

IMMEDITATE. Adu. Gell. praef. Nos incuriose, immeditate, ac prope etiam subrustice, ex ipso loco ac tempore hibernarum vigiliarum Atticas noctes inscripsimus, etc. Sic Gron. al. immediate.

IMMEIO, inxi, ictum, ěre. Perf. Sat. vlt. ad fin. Quum morosa vago singultiet inguine vena, Patriciae immeiat vuluae. extremae obfcentatis verbum.

IMMEMOR, ōris. com. [ἀμνημονίης] Qui non meminit. Ter. Andr. 3, 1, 19 Num immemor es discipuli? Cic. de Clar. Orat. 174 Magna haec immemoris ingenii signa. Idem Att. 4, 6 In alia incidi non immemor istius mandati tui. Huius rei ne posteritas quidem omnium saeculorum immemor erat Cic. Phil. 2 c. 23. Meriti tanti non immemor vnquam Virg. Aen. 9, 256. Cic. pro Sull. 83 Adeone vobis alienus a sanitate, adeo oblitus constantiae meae, adeo immemor rerum a me gestarum esse videor? Passive. Ter. Andr. 1, 1, 17 Isthac commemoratio, quasi exprobratio est immemoris beneficii. Cuius nemo meminerit, inquit Donatus. Ego potius interpretarer, Eius qui beneficii non meminit. Oblitionem inducens: ab effectu. Sil. 16, 478 Et Theron potator aquae sub nomine Lethes, Quae fluit immemori perstringens gurgite ripas.

IMMEMORABILIS, e. Adi. [ἀμνημόνευτος] Cuius nulla debeat esse memoria, qui memorari non debet. Plaut. Capt. Prol. 56 Neque spurcidici infunt versus immemorabiles. Spatium, i. Maximum Lucret. 4, 192. Actiue usurpatur a Plaut. Cist. 2, 2, 3 de Eo, qui nil vult memorare. Vid. Taubm.

IMMEMORATIO, ōnis. f. Vulg. Int. Sap. 14, 26.

IMMEMORIA, ae. f. Papin. l. 44 Dig. De acquir. etc. Cum reuersus thesauri locum immemoria non repeteret, i. Vitio memoriae. Sic Cod. Flor. al. in memoria.

IMMEMORATVS, a, um. Adi. [ἀμνημόνευτος] Immemorata ferens, i. Noui aliquid apportans Hor. Epist. 1, 20, 33. Immemoratus eris Auson. Parent. Epigr. 20.

IMMENSVS, a, um. Adi. [ἀπειρος, ἀμεγρος, ἀήσφατος] Quod prae magnitudine mensurari non potest. Plin. 8, 28 Quod persequi immensum est. Plin. Epist. 8, 4, 3 Arduum, immensum etiam tuo ingenio. Referre immensum est Plin. 22, 23 extr. Aër immensus et infinitus Cic. de N. D. 1, 21 c. 10. Aërum Lucret. 5, 380. Ex ingenti quodam oratore, immensoque campo in exiguum gyrum compelli Cic. de Orat. 3, 68. Clamorem immensum tollit Virg. Aen. 3, 672. Cupido immensa laudum Idem ibid. 6, 824. Cupiditas immensa, infinita, immoderata Auc̄t. ad Herenn. 2, 34 c. 22. Dolor Sen. Theb. 2. Finibus immensis ingenii describere aliquam artem Cic. de Orat. 1, 214. Fletus Ouid. Met. 10, 136. Gula Cic. Sallust. 13. Iter Liu. 21, 29. Labor Ouid. Met. 1, 728. Mare Cic. Tusc. 1, 73 c. 30. Opes Ouid. Met. 6, 181. Pondus Hor. Serm. 1, 1, 41. Quaestionis est immensae, vtique si recipiatur poëtica fabulositas Plin. 7, 28. Tempore immenso obseruata sunt haec, i. Infinito Cic. de Diuin. 1, 12. Terrae Ouid. Trist. 4, 2, 59. Tractus est immensus quo veniunt Plin. 10, 23. Voluptates immensissimae Spart. Hadrian. c. 19. Vorago vitiorum immensa Cic. Verr. 3, 23 c. 9.

¶ 2 Substantiue. Adiectum imperio immensum terrarum Plin. 18, 3. Conf. Tac. Ann. 15, 40, 1. Ardet in immensum geminatis ignibus Aetna Ouid. Met. 2, 220. Tacit. Ann. 4, 40, 7 Nuntiauerē accolae Euphraten nulla imbrium vi sponte et immensum attolli. Augere ad immensum Liu. 29, 25. Editus immensum mons Sallust. Iugurth. 97. Pertinens in immensum Sallust. Iugurth. c. 52. Vid. cl. Wasse et Gronou. ad Liu. 25, 24. Viuere immensum Tacit. Ann. 3, 30. Add. Idem Agric. 23. Immensum quantum hinc Oceano, illinc Iberico mari comprimentibus Plin. 4, 20. sc. Pyrenaeos montes. Immenso, Abl. Plin. 9, 40 Qui ista mercantur immenso. subaud. Pretjo. Immenso plus: Plin. 20, 9 Siluestris siue erraticae immenso plus effectus laudat Cato. de brassica.

IMMENSITAS, ātis. f. [τὸ ἀμεγρον] Infinitas. Cic. de N. D. 2, 98 c. 39 Immensitates camporum. Immensitas latitudinum, longitudinum, altitudinum Cic. de N. D. 1, 54 c. 20.

IMMENSVRABILIS, e. Adi. Saluan. de Auaritia 2, . . . Vid. Cellar. Cur. Post. p. 310.

IMMENSVRATVS, a, um. Adi. Idem de Auar. 1, . . .

IMMENSVRATIM. Adu. Idem 6. Vid. Rittershus. in Salu. p. 199.

IMMEO, āre. [ἐσίνυς] Intrare. Plin. 8, 25 Itaque et delphini immeantes Nilo, quorum dorsum, tanquam, etc.

IMMEANS, antis. Partic. Plin. 11, 39 Setas suum obstare tenuitati immeantis spiritus.

IMMERENS, entis. c. [ἀναίτιος] Qui non meruit. Plin. Ep. 3, 9 Honestissimum credidi non premere immerentem. Hor. Carm. 2, 13, 105

12 Te triste lignum, te caducum In domini caput immerentis. Suet. Vesp. c. 10 Multumque conquestus eripi sibi vitam immerenti. Nepos 10, 10, 1 Immerentes vt sceleratos occidunt.

IMMERENTER. Adu. [*ἀναξίως*] Val. Max. 6, 2 ext. 1 Inferit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis, quae a Philippo rege temulento immerenter damnata, Prouocarem, inquit, ad Philippum, sed sobrium.

IMMERITVS, a, um. Adi. Idem quod Immerens. Premere immeritos Ouid. Trist. 2, 274. Immerita gratia, Passiue, Quae non debetur illi cui refertur. Liu. 4, 14 Laudes haud immeritae. Martial. 7, 31 Et rapit immeritas fordidus vnctor opes.

IMMERITVM, i. n. Plaut. Afin. 3, 3, 18 Cur tu obsecro immerito meo me morti dedere optas? h. e. Nullo meo merito.

IMMERITO. Adu. h. e. Indigne. Ter. Hec. 2, 1, 11 Meque ab te immerito esse accusatam postmodum rescisses. Cic. de Orat. 2,

209 Ex re, si crudelis, si infanda, si praeter opinionem, si immerito, si misera, etc. Sen. Epist. 11 Nec immerito. Ter. Phorm. 1, 5, 60 Iam dudum te, omnes nos accusare audio, immerito, et me omnium horum immeritissimo.

IMMERGO, si, sum, ěre. [*ἐμβάπτω*] Intus mergere, et velut In profundum obruere. Virg. Aen. 3, 605 — Vastoque immergite ponto. Plin. 4, 11 Namque Thracia altero latere a Pontico litore incipiens, vbi Ister amnis immergitur, vel, etc. Inimmergatur caput Scribon. 20. absolute. Immergere se aliquo, pro Clam et furtim intrare. Plaut. Rud. 2, 3, 66 Et aurum et argentum fuit lenonis ibidem: credo aliquem immerfisse se, atque eum excepisse. Immerfit se aliquo in ganeum Plaut. Men. 5, 1, 3. Liu. 23, 18 Et eo impensius, quo audius ex insolentia in eas se immerferant, de voluptatibus Capuae. Sed al. merferant. Cic. pro Cluent. 36 c. 13 Qui vt se blanditiis et assentationibus in Afinii consuetudinem penitus immerfit, Oppianicus continuo sperare coepit hoc se Auilio, tanquam aliqua machina admota, capere Afinii adolescentiam, et fortunas eius patrias expugnare posse. Se inter mucrones hostium Iustin. 33, 2, 4. Se in confertissimos hostes Idem 11, 14, 5. Latrones inuolo,

35 ac singulis altissime immergo Apul. Met. 2 extr. intellig. gladium. Sed Elmenb. demergo.

IMMERSABILIS, e. Adi. [*ἐμβάπτως*] ab Immerfo, ěre. Frequent. Hor. Epist. 1, 2, 22 — Aduerfis rerum immerfabilis vndis.

IMMERSIO, ōnis. f. Arnob. 2, 47 Oleum respuit immerfionem in se pati.

IMMETĀTVS, a, um. Part. [*ἀόριστος*] Non metātus: a Metor, ěri. Hor. Carm. 3, 24, 12 Viuunt et rigidi Getae, Immetata quibus iugera, etc.

IMMETVENS, entis. ἀόριστος, ἀμέτρητος Gloss. Lat. Gr.

IMMIGRO, ěre. [*μετοικίζω, μεταίκνω*] In domum aliquam habitandi gratia se conferre. Cic. Tusc. 1, 58 Neque ea plane videt animus, quum repente in tam insolitum, tanque perturbatum domicilium immigrauit. Idem Philipp. 13, 34 c. 17 Nam paucis diebus et in domum et in hortos paternos immigrauit. Cic. de Clar. Orat. 273 Sic tamen, vt ea non irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres. In suas aedes ex templis Cic. pro Domo 141. Metaph. Immigrauit auaritia et luxuria in Remp. Liu. 1 pr. Immigrare in ingenium suum Plaut. Most. 1, 2, 23. i. Pro animi sententia viuere. Immigrant in vestigia et sedes nobilium pares domini Plin. in Paneg. c. 50.

IMMIGRO, ui, ěre. [*ἐφθέρω, ἐνίσταμαι*] Instare, impendere significat. Nempe non tam ex Marco compositum, quatenus continuationem praesentiae notat, quam ex Mineo, quod cognatum minandi verbo, vt in Eminere, Prominere obseruamus. Cic. Tusc. 1, 91 c. 38 Mors quae propter incertos casus quotidie imminet. Plin. Epist. 6, 33 Ad hoc stipatum tribunal, atque etiam ex superiore Basilicae parte, qua feminae, qua viri, et audiendi, quod difficile: et quod facile, videndi studio imminebant. Cic. pro Domo 25 Impendebat fames, incendia, caedes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis et bonis. Caes. B. C. 1, 80 Instabat agmen Caesaris, atque vniversum imminebat. Imminent in fortunas nostras, i. Impendent et cogitant de inuadendis fortunis: vel occasionem quaerunt occupandi fortunas Cic. Philipp. 5, 20. Idem pro Domo 47 Qui imminere iam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem, i. Inhiare. Imminebat in occasionem opprimendi ducis exercitusque Liu. 25, 20. Idem 30, 28 extr. Ii quoque, quibus ingens erat in Scipione fiducia, et victoriae spes, quo magis in propinquam eam imminebant animis, eo curae intentioris erat. Quae imminet, non videre: aut quae videmus, dissimulare Cic. Catil. 1, 30. Liu. 2, 3 pr. Quum haud cui quam in dubio esset bellum ab Tarquiniis imminere, id quidem spe omnium seruis fuit. Imminere sibi putat periculum Plin. in Paneg. c. 18. Imminet his aer Ouid. Met. 1, 52. Imminere exitio alterius, Paratum esse ad exitium alteri inferendum. Ouid. Met. 1, 146 Imminet exitio vir coniugis, illa mariti. Imminent duo reges toti Asiae Cic. pro L. Manil. 12. Tacit. Ann. 16, 14 Ferebatur Antaeum et Ostorium imminere rebus: et sua Caesarisque fata scrutari. Cic. pro Corn. Balb. 34 c. 15 Duris enim quondam temporibus Reipub. nostrae quum praepotens terra marique Carthago nixa duabus Hispaniis huic imperio immineret, etc. Liu. . . .

85 Fama autem, erat defectioni Campanorum imminentes admoturos castra. Curtius 4, 8 extr. Imminensque Dario, iter ad Euphratem pronuntiarum iussit. i. Darium inuasurus, impetiturus, aggredi festinans. Idem 5, 11 pr. Ipse currum sequebatur, occasionem imminens alloquendi cum. Alieno imminere, pro Appetere rem alienam dixit Sen. in Epist. 2. Sueton. Aug. c. 24 Quem tamen, quod imminere emtioni publicanos videbat, liberto suo addixit. Immines annotator conuiujs, pro Aestas et ades Plin. in Paneg. c. 49. Nitimur in vetitum semper cupimusque negata: sic interdictis imminet aeger aquis Ouid. Amor. 3, 4, 18.

95 IMMINENS, entis. Partic. [*ἐνίσταμενος*] Cic. pro Domo 14 c. 6 Sed homo ad caedem imminens, meum nomen operis ediderat. Idem Verr. 2, 134 c. 54 Nam ipsum Verrem tantum semper auaritia hiante, atque imminenti fuisse; ingenio, et cogitatione nulla, vt quidquid sua sponte faciebat, item vt vos Romae cognouistis, eripere potius, quam fallere videretur. Suspicio etiam de Ar. Resp. 59 c. 27 leg. Aut tam imminentiibus canibus Scyllam pro eminentibus. Gestus Cic. de Orat. 2, 225. Imbres Hor. Carm. 3, 27, 10. Epiphorae imminentes Scribon. 206.

IMMINENTIA, ae. f. Instantia atque Imminencia fraudis Nigid. ap. Gell. 9, 12.

- IMMINVO**, ūi, ūtum, ěre. [*ἠλαττω, σμικρῖνω*] *Diminuere, attenuare.* Dolor se imminuit Ouid. Epist. 21, 113. Cic. Acad. 4, 5 Vereor interdum ne talium personarum, quum amplificare velim, minuat ipsam gloriam. Cic. pro L. Agr. 2, 19 Hic quod Populi proprium semper fuit, quod nemo imminuit, nemo immutauit. Auctoritatem suam imminuere Cic. Att. 1, 18. Ius et officium violare atque imminuere Cic. pro Rosc. Amer. 109. Imperium, vel Ius imperii imminuere, *vid.* Imperium, *in* IMPERO. Laudem alicuius Cic. Att. 14, 17. et Fam. 9, 14. Libertatem ciuium Romanorum Cic. pro L. Manil. c. 11, 30. Maiestatem Pop. Rom. *vid.* MAIESTAS. Magistratum, *vid.* Magistratum, *in* MAGISTER. Pudicitiam virginis, violare et infringere Plaut. Cist. 1, 1, 90. Summam, quod et demere de summa dicitur Cic. Verr. 3, 82. Virginem Apul. Flor. 2 p. 350. Imminuere de voluptate Cic. de Orat. 1, 259. Caput alteri, pro *Comminuere et confringere* Plaut. 15 Most. 1, 3, 109. *Al.* Diminuere.
- IMMINVTVS**, a, um. Partic. [*ἠλαττωμένος*] Imminuta libertas Cic. pro L. Manil. 30 c. 11. Bellum attenuatum, atque imminutum expectatione Pompeii Cic. pro L. Manil. 30 c. 11. Imminutum et amputatum Corpus Sen. Ep. 9. Cupiditas imminuta atque debilitata Cic. Philipp. 12, 7 c. 3. Existimatio atque auctoritas nominis Populi Romani imminuta Idem Verr. 4, 60. Quum modus intercalandi interdum fieret imminutior, interdum auctior Solin. c. 3. Cic. Att. 1, 16 Dolor accessit viris bonis, virtus non est imminuta. *Sic ad eund.* 3, . . Imminuta constantia. ¶ 2 25 *Pro Non minutus.* Vndique patronus suum ius habeat imminutum l. 44 pr. ff. de bon. libert.
- IMMINVTIO**, ōnis. f. [*ἠλάττωσις*] Cic. de Fin. 5, 37 Nam si prauitatem imminutionemque corporis propter se fugiendam putamus, etc. Dignitatis imminutio Cic. Fam. 3, 8. Imminutionem in centone nuptiali Aufonius usurpauit pro Primo congressu cum uxore, quod tum virginitas imminuatur. *Sic* Imminuere Virginem et Pudicitiam, *vidimus.*
- IMMISCO**, iscui, istum vel ixtum, ěre. [*ἠμῖκνυμι*] *Aliquid accipit vehementiae ab ipsa compositione.* Liu. 3, 50 Et immisti turbae militum togati, etc. *Sic* 10, 28 Immistus turmae. Liu. 5, 28 Falisci propria etiam causa infesti, quod Fidenati bello se iam antea immiscuerant, etc. Idem 21, 32 Quum se immiscuissent colloquiis Montanorum edoctus interdiu, etc. Liu. 45 pr. Victoria Pop. Rom. lactari eum regem: mirum non esse, qui sortem omnem fortunae regnique cum rebus Romanis immiscuisset. Armis mediis se immiscuit Virg. Aen. 11, 815. Virg. Georg. 1, 454 Sin maculae incipient rutilo immiscerier igni. Nebulis immistus spiritus Sen. Troad. f. 5. Nocti se immiscuit atrae Virg. Aen. 4, 570. *i. euanuit, videri desit, de Mercurio.* Rei alienae se immiscere culpa est, ait Pompon. de Verb. Signif. 36. Summis immiscuit ima Ouid. Met. 7, 278.
- IMMISTVS**, a, um. *Vid. supra.* Significat etiam Non mixtus. Aufon. Epigr. 20, 12 Portare immixtum sueta merumque merum.
- IMMIXTIM**. Adu. Plaut. Aul. 2, 3, 12 Moerorem metuo ne immixtim bibam. *al.* Ne mistum.
- IMMISERABILIS**, e. Adi. [*ἀνοικνρός*] Indignus misericordia, Cuius nemo deberet misereri Acron. et Porphy. *Vt*, Pubes captiva immiserabilis Hor. Carm. 3, 5, 17. *Sed licet etiam de actu interpretari, quae miserationem non consequitur.*
- IMMISERICORS**, ordis. Adi. [*ἀνηλεής, ἀνελεήμων*] Sine misericordia. Cic. de Inuent. 2, 108 c. 36 Ipsum immisericordem, superbum fuisse.
- IMMISERICORDIA**, ae. f. [*τὸ νηλεὸν*] *Adfertur* Liu. 37, 1 60 Plus ira, quam immisericordia, in causa eorum valebat: quia non vt hostibus, etc. *Sed recte legitur* Misericordia hodie, ne mentione quidem alterius lectionis facta.
- IMMISERICORDITER**. Adu. [*ἀνηλεῶς*] Ter. Adel. 4, 5, 28 Factum a vobis duriter, immisericorditerque.
- IMMITIS**, e. Adi. [*ἀμείλικτος, ἀήμερος*] *Asper, saeuus, crudelis.* Virg. Aen. 1, 34 — Immitis Achilli. Suet. in Tiber. c. 59 Asper et immitis, breuiter vis omnia dicam? Caelum immitte et turbidum Plin. Epist. 8, 17. Corda Sil. 4, . . Dolor Sen. Octau. 2 v. 53. Edictum immitte et minax Ouid. Trist. 2, 135. *Al.* Immane. Facta Ouid. Met. 14, 714. Fructum immitem ferre Plin. 13, 4 pr. Fuga Sen. Medea f. 6. Mors Tibull. 1, 3, 55. Parcae Propert. 4, 12, 13. Pectus Catul. Argon. 62, 138. Pelagus turbidum et immitte Apuleio tribuitur. *Non habet Ind. Floridi.* Plinii esse dicuntur, Immitia adhuc et cruda poma. Rescriptum Tacit. Ann. 6, 9. Tortor immitis poenaeque magister Manil. 5, 408. Veneris immitis gaudia carpere Nemesian. Ecl. 2, 6. *i. immaturae.* Vua immitis, *i.* Acerba, immatura Hor. Carm. 2, 5, 10. Vulnura Ouid. de Nuce 69. Compar. Tacit. Ann. 1, 20, 4 Eo immitior quia tolerauerat. Ouid. Met. 13, 804 — Calcato immitior hydro. Serpentes, immitissimum animalium genus Plin. 10, 74. *Obs.* In MSS. confunditur cum Inimicus.
- IMMITIGABILIS**, e. Adi. Immitigabilis ardor Cael. Aurel. Tard. 4, 3, 33.
- IMMITTO**, īsi, īsum; ěre. [*ἐνίημι, ἐφίημι, ἐμβάλλω, ἐπαφίημι*] *Verbo simplici latissimi usus Praepositio addit motum aliquem.* Plin. Ep. 8, 4 Dices immissa terris noua flumina. Lentum filis immittitur aurum Ouid. Met. 6, 68. Cic. Verr. 3, 92 Segestam item ad immunem ciuitatem Venerius Symmachus Decumanus immittitur, vt canis in feram. *Sic* Idem ibid. 4, 101 Eone tu seruos ad spoliandum fanum immittere ausus es? Cic. Verr. 1, 142 Et si non putas cautum: scilicet tu Praetor in mea bona quos voles immittes? me ad meas fortunas defendendas accedere non sinas? Idem Att. 1, 11 Bis absolutum esse Lentulum, bis Catilinam, hunc tertium iam esse a iudicibus in Rempub. immissum. Immittere in forum sicarios Cic. pro Sext. 78. Et Att. 14, 10 Seruique et egentes in tecta nostra eum facibus immissi. Immittere se in medios hostes, *Irruere et sese prorumpere* Cic. Tusc. 1, 116 c. 48. Rursum pro Font. 38 c. vlt. Qui se armatus saepe in hostium manum multitudinemque immiserit. Immittere se in voluptates, pro *Immergere* Liu. 23, 18. *al.* immerferant vel merferant. Corpus in vndas Ouid. Epist. 2, 133. Cic. de N. D. 3, 91 Neque enim quem Hipponactis Iambus laecerat, aut qui erat Archilochi versu vulneratus, a deo immissum dolorem, non conceptum a se ipso continebat. Cic. Fam. 10, 30 Repente equum

immisi ad eam legionem tironum quae veniebat ex castris. *h. e. Subiectis calcaribus equum incitavi, et me proripui versus legionem, etc.* Habenas, *vid.* HABENA. Hostes in provinciam Cael. ad Cic. Fam. 8, 10. Cic. in Parad. 4 Iactam et immissam a te nefariam in me iniuriam semper duxi, peruenisse ad me nunquam putavi. Idem Tusc. 3, 25 His autem perturbationibus, quas in vita hominum stultitia quasi quasdam furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum est. Rudentes immittere, *Funes velorum laxare, ut accipere ventum possint Plin.*

Epist. 8, 4, 5. Vitis immittitur ad vvas pariendas Varro de R. R. 1, 31, 3. *i. submittitur. Sic etiam quidam libri Colum. 5, 6, 31. Plin. 16, 33 f. 60, 1 Immittitur vtraque cupressus in perticas afferes, amputatione ramorum. Vid. IMMISSVS et IMMISSIO. Et SVBMITTO n. 5. Immittere, pro eo, quod vulgo Subornare aliquem dicimus, Sallust. in Catil. 48 extr. Alii Tarquinium immissum a Cicero aiebant, ne Crassus more suo, suscepto malorum patrocino, Rempublicam conturbaret. Conf. Iustin. 9, 7, 1. et 32, 2, 9. Immittere aliquid in aures suas Plaut. Epid. 3, 1, 14. Idem Capt. 3, 4, 17 Ne tu quod fabuletur, in aures immittas tuas. *i. Ne auscultaveris quod dicit.* Vlpian. in l. unica D. Ne quid in flumine publico, inue ripa eius fiat *pr.* Ait Praetor: in flumine publico, inue ripa eius facere, aut in id flumen ripam eius immittere, quo aliter aliqua fluat, quam priore aestate fluxit, veto. Immittere, est Tigna vel trabes aedificii eo extendere, vbi requiescant, siue in pariete communi, siue in proprio Iabolenus in l. Malum D. de verb. signif.*

IMMISSVS, a, um. Partic. [*ἐνεμμενός*] Petron. 131 Immisus toto corpore in amplexum eius. Canes immisi cervis Virg. Georg. 3, 371. Primosque trucidant Immisi Danai Idem Aen. 2, 494. Immisus humerum per vtrumque capillos Niobae tribuit Ovid. Met. 6, 168. Sic Capilli immisi Idem Fast. 1, 503. *i. submissi, sparsim dependentes.* Virg. Aen. 3, 593 Respicio, dira illuies immisissaque barba. *Prolixa et impexa atque confusa. Sic etiam Capitolin. Pertin. c. 12. Et Quinctil. 12, 3, 12. Immisso lumine Virg. Aen. 8, 242. Radices penitus immisissae Quinct. 1, 3, 5. Iauolenus l. 242 de V. S. Inter proiectum et immisissum hoc interesse ait Labeo, quod proiectum esset id, quod ita prouheretur, vt nusquam requiesceret, qualia moeniana et suggrundia essent: immisissum autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requiesceret, veluti tigna, trabes, quae immitterentur.*

IMMISSIO, ōnis. f. [*ἐνεμία*] Cic. de Senect. 53 c. 15 Sarmenorumque ea quam dixi aliorum amputatio, et aliorum immissio. *i. Submissio. Immisio vulgo Ict. est rerum possidendarum traditio. Sed Immisio aquae et funi l. 8. §. 5 D. Si feru. vind.*

IMMISSARIUM, i. n. *Receptaculum aquae in Aquaeduct.* Vitruu. 8, 7 *pr.* Castello coniunctum ad recipiendum aquam triplex immissarium.

IMMISSOR, ōris. m. *in Dig.*

IMMISSILVS, vel IMMISSVLVS, *vid.* IMMVSCLVS f.

IMMVSTVLVS.

IMMISSVS, ūs. m. Macrob. Saturn. 1, 18 Sol cuncta vertice summo lustrat lucis immisissu.

IMMO, sic rectius quam IMO. [*μᾶλλον ἢ, μᾶλλον μὲν*] *Aduerbum cum vehementia quadam corrigentis et augentis ea, quae praecesserunt, vt Quin. Potius. Varro . . . Non humanitas, immo facuitia est laedere innocentem. Ter. Adel. 5, 3, 55 Cum prima luce ibo hinc. M. immo de nocte censeo. Plaut. Amph. 1, 1, 194 Quod apud haec aedeis negotium est tibi? s. immo quod tibi est? Plaut. Mil. 4, 8, 57 Scies: immo hodie verum factum, faxo post dices magis. Ter. Andr. 1, 1, 3 Nempe vt curentur recte haec. SI. immo aliud. Immo ego Virg. Ecl. 7, 41. et 5, 13. Ter. Eun. 4, 7, 41 Credin? G. immo certe. Idem Phorm. 2, 1, 24 Immo enim nemo satis pro merito gratiam regi refert. Idem Andr. 5, 1, 4 Dum studeo obsequi tibi, paene illusi vitam filiae. s. immo enim quam maxime abs te postulo, etc. Ter. Eun. 2, 3, 57 Incommode hercle. CH. immo enim vero infeliciter. Add. Idem Phorm. 3, 2, 43. Immo etiam Ter. Andr. 4, 2, 25. Adde Phorm. 3, 2, 43 Verum vis dicam? D. immo etiam. Ter. Andr. 4, 1, 31 Nec te quiuit hodie cogere illam vt duceres. P. immo etiam, quo tu minus scis aerumnas meas, etc. Immo magis Ter. Eun. 3, 1, 44. *i. quin potius. Conf. Cic. Off. 3 c. 19. et ad Att. 10, 14. Liu. 41, 23 Ea spe depulsus non tamen belli consilia omisit. Immo si vera volumus dicere, iam inchoavit bellum. Cic. in Partit. 8 Omnibusne igitur ex his locis argumenta sumemus? C. P. Immo vero scrutabimur.**

Adde Cic. Q. Frat. 1, 3. Id. Att. 16, 15. Id. Off. 3 c. 4 et 23. Et adu. Rull. 2 c. 35 Immo vero etiam, etc. Conf. Sallust. Fragm. 6, 36. Non semper incipit sententiam: Martial. 6 extr. Non habet ergo aliud? non habet immo suum. Plin. Pan. 44, 2 Nam privato iudicio principem geris: meliorem immo te praestas, quam tibi alium precabare. Plaut. Aul. 4, 10, 34 Pernego immo. Tacit. Ann. 12, 6, 3 Statueretur immo exemplum. Immo, post negatiuam dictionem. Ter. Andr. 1, 2, 30 Qui hoc? intellexitin? an nondum etiam ne hoc quidem? D. immo callide. Causa igitur non bona est? immo optima Cic. Att. 9, 6.

IMMOBILIS, e. Adj. [*ἀκίνητος*] Quod non potest moueri. Plin. 11, 37 Aures homini tantum immobiles. Oculis contueri immobilibus solem Plin. 7, 2. Macer in l. penult. in princip. D. qui satisfacere cogantur, Sciendum est, possessores immobilium rerum satisfacere non compelli. Solo haeret immobilis Virg. Aen. 7, 250. Scopolis immobilior Ovid. Met. 13, 801.

IMMOBILITAS, ātis. f. Iustin. 36, 3, 6 In ea regione Lactis est Asphaltites, qui propter magnitudinem et aquae immobilitatem Mortuum mare dicitur. Conf. Lactant. 6, 17. Arnob. 1 p. 26 et Apul. in Trismeg. p. 95.

IMMODERATVS, a, um. Adj. [*ἄμετρος*] Contrarium Moderato: *Intemperans, nimius, immodestus.* Cic. Att. 13, 28 Alexandrum postquam rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse. Intemperantia Cic. Acad. 1, 37. Cupiditas Cic. de Inu. 2 c. 22. Mulier Cic. pro Cael. 53. Oratio Id. in Orat. 198. Cic. de Diuin. 1, 60 Ea pars animi, etc. immoderato obstupescata potu atque pastu, etc. Res immoderata cupido est Ovid. ex Pont. 4, 14, 31. Cic. pro Rosc. Amer. 131 c. 45 Ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut, etc. Immensus. Cic. de N. D. 2 c. 25 Vides sublime fufum moderatum aethera. Compar. Motus animi immoderatiōres Gell. 19, 12. Nihil est immoderatius, quam

quam post longam tristitiam recens gaudium Nazar. Paneg. c. 32. *Superl.* Luxuriae est immoderatissimae Suet. Ner. c. 51.

IMMODERANTIA, ac. f. Tertull. de Bapt. extr. Plenitudo et immoderantia ventris.

IMMODERATIO, ōnis. f. Denom. [ἀμετρία] Efferrī immoderatione verborum Cic. pro Sulla 30 c. 10. Firmic. 1 c. vlt. Constantinus ad liberandum orbem a tyrannicis immoderationibus electus est.

IMMODERATE. Adu. [ἀμέτῳ] Non moderate, extra modum; immodice. Cic. Tusc. 2, 31 An temperantia finet te immoderate facere quidquam? Immoderate profusa vox Idem de N. D. 2, 149. Idem Off. 1, 90 c. 26 Nam vt aduersas res, sic secundas immoderate ferre, leuitatis est. Immoderate et intemperate viuere Id. de Vniuers. 38. Compar. Cic. Fam. 5, 16 Ferre immoderatus incommoda. Add. Augustin. de Trin. 2 extr. *Superl.* Spartan. Seuer. c. 20 Immoderatissime lactari.

IMMODESTVS, a, um. Adl. [ἄμετρος, ἀκόλαστος, ἀφρων] Non temperatus, immoderatus. Ter. Heaut. 3, 3, 7 Vel heri in conuiuio quam immodestus fuisti. Plaut. Curc. 1, 3, 44 Hoccine fieri vt immodestis hic te moderere moribus? *Opposita:* Cic. Off. 1, 104 c. 29 Ipsumque genus iocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse debet. Immodestae largitiones, i. Immoderatae: vid. Schult. ad Controu. Sen. 1 p. 63.

IMMODESTIA, ac. f. [ἀφροσύνη, προπέτεια] Immoderatio, intemperantia. Plaut. Amph. 1, 1, 9 Haec heri immodestia coëgit me. Idem Merc. prol. 27 Incogitantia, excors immodestia.

IMMODESTE. Adu. [προπετώ] Immoderate. Liu. 22, 27 pr. Immodice immodesteque gloriari. Compar. Sen. Quaest. Nat. 1, 17 Processit immodestius paulatim opibus ipsis imitata luxuria.

IMMODICVS, a, um. Adl. [ἄμετρος] Nimius, modum excedens. Columel. 1, 3 Suaque lege C. Licinius damnatus est, quod agri modum, quem in magistratu rogatione tribunicia, pronulgauerat, immodica possidendi libidine transcendisset. Sic Plin. 9, 30 Assiduitate furti immodici. Amore immodico victus Quid. Fast. 2, 585.

Al. Indomito. Frigus Idem ex Pont. 3, 1, 14. Labor Id. ibid. 1, 4, 22. Libertate immodica vsus Vell. 2, 68, 4. Conf. Burm. ad Quinct. Decl. 306. Oratio, Nimum longa, vt fastidium pariat Plin. Epist. 181. Rixae Hor. Carm. 1, 13, 10. Martial. 2, 89 Atriaque immodicis arctat imaginibus.

Genitiuis et Ablatiuis rei abundantis. Animi immodicus Tacit. Hist. 1, 53, 1. Auaritia notatur immodicae Martial. 11, 56. Gloriam immodicus C. Marius Patere. 2, 11. Irae immodicus Stat. Theb. 1, 41. Lactitiae immodicus Tacit. Ann. 15, 23. Libidinis immodicus Columel. 7, 6. Lingua immodicus Tacit. Hist. 3, 53, 1.

Moeroris immodicus Idem Ann. 15, 23. Mero immodicae rixae Hor. Carm. 1, 13, 10. Saeuitia immodicus Tacit. Hist. 1, 69, 3. Verbis et rebus immodicus Suet. Domit. c. 22 extr.

IMMODICE. Adu. [ἀμέτῳ] Nimis vel intemperate. Colum. 2, 16 Magisque conducere agricolae frequenter id potius quam immodice facere. Immodice ferre aliquem casum, pro Immoderate Cic. Tusc. 4, 40 c. 17. Sentire Pallad. 1, 5.

IMMODVLATVS, a, um. Adl. [ἀνεπαύλητος] In quo moduli Poëtici vel musici non obseruantur: vt, Poëmata immodulata Hor. de Arte Poët. 263.

IMMOLITVS, a, um. [ἔννευκτος] Partic. pass. ab IMMOLIOR, quod simile est verbo Inaedifico, sed paullo latius significat. Moliri enim est molem quamcunque struere, v. g. aggerem, fossam, viam, aream, etc. Hinc intelligemus Liu. 39, 44 Aquam publicam omnem in priuatum aedificium aut agrum fluentem ademerunt: et quae in loca publica inaedificata, immolitaue priuati habebant, intra dies triginta demoliti sunt.

IMMÖLO, äre. [θύω, ἐπιθύω, ἐπισφάπτω] Mola inspergere: ex In et Mola. deinde in vniuersum sacrificare, cum parcerent verbis triste aliquid significantibus. Ita maclare proprie augere esse, et adolere itidem augere, s. crescere facere, suis locis obseruamus. Festus: 65

Immolare, est mola, i. e. farre molito, et sale hostiam fufam sacrificare. Virg. Aen. 12, 949 — Pallas te hoc vulnere, Pallas immolat. Cic. de Diuin. 2, 38 Quid quum pluribus diis immolatur, qui tandem euenit, vt litetur aliis, aliis non litetur? Agno immolato aram spargere Hor. Carm. 4, 11, 7. Bouem Cic. N. D. 3 c. 36. 70

Caper libidinosus immolabitur Hor. Epod. 10, 23. Phaedr. 4, 5 de muribus et mustelis, Quos immolatos victor audis dentibus Capacis alui mersit tartareo specu. Homines Cic. pro Font. 21. Hostias Id. Tusc. 3, 63 c. 26. Liberi immolati Liu. 38, 47.

IMMOLANS, äntis. Partic. Cum immolanti aufugisset hostia Suet. Iul. c. 59.

IMMOLATOR, ōris. m. [ἐπιθύτης] Qui immolat et sacrificat. Cic. de Diuin. 2, 36 c. 15 Haec decessio capitis, aut accessio, subitone fieri potest, vt se exta ad immolatoris fortunam accommodent? Conf. Prudent. Cath. 12, 48. et Hamart. praef. v. 49.

IMMOLATIO, ōnis. f. [ἐπιθύσις] Cic. de Diuin. 1 c. 52 extr. IMMOLATICIUS, a, um. Adl. Caro immolaticia Augustin. Epist. 154. Gloss. Gr. Lat. θύσιμος, immolaticius.

IMMORDEO, äre. Certe Partic. IMMORSVS, afferitur a Nic. Heinf. ad Vell. 2, 87, 1. Ex Prop. 3, 6, 21 Immorso aequales videant mea vulnera collo. Sed quod laudat, tanquam eiusdem Propertii. Et collum immorsū dentis habere notam, nihil esse, ostendit ad l. c. Brouckb. qui potius adfert Stat. Theb. 2, 628 de vulnere oris Immorsa-

que cadens obmutuit hasta. Vet. Schol. Moriens dentibus immordet hastam per aduersum os infixam. Glossa ibid. Immorsa fortiter morfa. Sed al. Gloss. Immorsus ἀδηντος, et Immordosus ἀδηντος.

IMMORIOR, ōri. [ἐναποθύσκω] In aliqua re mori, vel quam agat, vel in qua, sicut in aqua, pereat. Plin. 29, 4 Nam quum immortuus est in vino. de stellione. Plin. 7, 43 Quod dissimulauerit, et supremo somno eius (cui immortuus quodammodo est) credamus ab vno illo inuidiam gloria victam. Ouid. ex Pont. 3, 7, 571 Fortiter Euxinis immoriemur aquis. Ferro immori Sen. Herc. Oct. 869. Hastae immoritur Valer. Argon. 6, 570. Studiis immoritur Hor. Epist. 1, 7, 85. Tormentis immori, pro silentio rerum creditarum Iustin. 44, 2, 3.

IMMORTVVS, a, um. Nondum mortuus. Cic. Att. 1, 14 med. De immortalis reliquiis coniurationis. b. e. Non plane mortuis, sed rediuiuis, et quotidie pullulantibus: perinde quasi excisa sit arbor, non prorsus euulsa. Sed hae sunt intermortuae, et sic forte leg. Immortuae sunt in ipso conatu extinctae: quod nescio an voluerit. Certe alias plane aliter eum sensisse constat. Conf. Val. Flacc. 4, 182. Plin. 29, 4.

IMMOROR, āri. [*ἐμμεύω*, *ἐμμεύω*] *Moram in aliqua re trahere.* Columel. 8, 5 Incubantibus autem gallinis iuxta ponendus est

cibus, ut saturae studiosius nidis immorentur. Immorari honestis cogitationibus, *Verfari diu, et multum temporis infumere in cogitatione rerum honestarum* Plin. Epist. 1, 8. Quincil. 2, 16 Quis nescit ignes, aquas, sine quibus nulla sit vita, et (ne terrenis immerer) solem, lunamque praecipua siderum, aliquando etiam nocere?

IMMORANTER. Adu. *Sine mora.* Gloss. Gr. Lat. *ἀνυμροβήτως*, immoranter, incunctanter.

IMMORATIO, ōnis. f. Vet. Interp. Iren. 1, 1 Immoratio in passionibus.

IMMORTĀLIS, e. Adi. [*ἀθάνατος*, *ἀμείβωτος*] *Proprium Deorum Epitheton, quo sexcenties utitur Cicero.* Ter. Eun. 2, 2, 1 Dii immortales, homini homo quid praestat? Immortales atque beati,

i. Diui Lucret. 5, 166. Conf. Varr. L. L. 4, 11. Cic. Off. 1, 120 Vt fortuna nonnunquam tanquam ipsa mortalis cum immortalis natura pugnare videatur. Immortalia, Ea quae ad Deos pertinent Varr. L. L. 4, 10. Immortalia ne speres Hor. Od. 4, 7, 7. Aeuum

Lucret. 1, 58. Animi omnium immortales, sed fortium bonorum diuini Cic. de Legib. 2, 27 c. 11. Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles Hor. de Arte Poët. 464. Facinora, opera;

Quae nullo tempore sunt intermorigitura Plaut. Most. 3, 2, 90. Liu. 1, 16 pr. His immortalibus editis operibus, quum ad recensendum exercitum concionem in campo ad Caprae paludem haberet, etc. Gratias

agere Cic. Fam. 10, 13. Herbae Claud. de Nupt. Honor. 158. Memoria Cic. pro Corn. Balb. 40 c. 17. Memoriam alicuius immortalis reddere Id. de Orat. 2, 8. Mens Lucret. 3, 611. —

immortalis Idem 3, 882. Mortalem vitam mors cui immortalis ademit, *i. ex qua non est reditus ad vitam.* Nemo vnquam ignauia

immortalis factus est Sall. Iug. c. 85 extr. Cic. in Pison. 27 Quo quidem in spectaculo mira Reipubl. aequitas erat, vter eorum perisset, tanquam lanista, in eiusmodi pari lucrum fieri putabat: immortalis tamen quaestum si vterque cecidisset. Tributa Tacit. Hist. 4, 32.

Immortales appellabantur milites Perfarum, numero 10000, qui numerus semper seruabatur integer. Vid. Curt. 3, 3, 13. Herod. 7, 83.

IMMORTALE, pro Immortaliter. Val. Flacc. 7, 362 Immortale virens.

IMMORTALITAS, ātis. f. [*ἀθάνασις*] Cic. de Amicit. 59 Nisi enim (quod ille minime putabat) immortalitatem optare vellet etc. Ter. Andr. 5, 5, 4 Nam mihi immortalitas parata est, si nulla aegritudo huic gaudio intercesserit. Iustin. 24, 4, 4 de Hercule

Alpes transgresso, Cui ea res virtutis admirationem et immortalitatis fidem dedit. Cedit nulla re nisi immortalitate caelestibus beata vita Cic. de N. D. 2, 153. Commendare immortalitati, vid. COM-

MENDO. Non est lugenda mors quam immortalitas consequatur Cic. de Senect. 73 c. 40. Donare alicui aeternitatem et immortalitatem, non vnus diei gratulationem Idem in Pison. 7. Mandare aliquid immortalitati Id. pro Domo 76 c. 29. Vid. MANDO.

Prosequi memoria immortalitatis memoriam aliquorum Cic. Philipp. 2, 33. *Contraria*: Idem ibid. 4, 3 Sunt enim facta eius immortalitatis, non aetatis. Tradere immortalitati scripta alicuius Id. de Orat. 3, 57 c. 16. Plurali utitur Cic. de N. D. 3, 46 c. 18 Vide

igitur, ne virtutibus hominum isti honores habeantur, non immortalitatibus, *i. Probabile videtur, Herculem et caeteros non ideo tanquam*

Deos coli, quod immortales sint, sed quod virtute summa praediti.

IMMORTALITER. [*ἀθάνατως*] Aduerbium exaggerandi. Cic. Q. Frat. 3, 1, 3 Quod scribis te a Caesare quotidie plus diligere, immortaliter gaudeo, *ut me eo nomine beatum et paene immortalem arbitrer, ut ille Terentianus Pamphilus* Andr. 5, 5, 2

Ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror, Quod voluptates eorum propriae sunt. nam mihi immortalitas

Parta est, si nulla huic aegritudo gaudio intercesserit.

IMMORTALITVS. Adu. Turpil. apud Non. 11, 43 Immortalitus se obtulit mihi haec facultas.

IMMORTVVS, vid. IMMORIOR.

IMMŌTVS, a, um. Adi. [*ἀκίνητος*, *ἀσθενής*] *Quod non movetur.* Virg. Georg. 3, 416 Saepe sub immotis praesepibus, aut mala tactu Vipera delituit. Immotis indicat causam et occasionem, qua delitescere potuerit noxium animal. Diem immotum dixit Tacit.

Hist. 1, 86, 2 *quo venti nulli spirant.* Fides Valer. Argon. 3, 598. Lumina immota tenere Virg. Aen. 4, 331. Mens immota manet Id. ibid. 4, 449. Fixum immotumque animo sedet Id. ibid. 4, 15.

IMMŪGIO, iui vel ii, itum, ire. [*ἐμμυκάωμαι*] *Auget significationem simplicis Mugire, quod est sonitum, qualem boues emittunt solent, edere.* Virg. Aen. 3, 674 Curuisque immugit Aetna cauernis. Mare totum immugit Sen. Hippol. f. 10. Moesto immugit regia luctu Virg. Aen. 11, 38. Sono rauco immugire Sil. 5, 63.

IMMVLGEO, ulsi vel ulxi, ulsum vel ulcūm, ēre. [*ἀναμύλω*] *Mulgendo et sugendo, lac ex mammis exprimere.* Plin. 28, 7 Item

mammarum collectionibus cum ture, oculo ab ictu cruore suffuso, et in dolore, aut epiphoris, si immulgeatur, plurimum prodest. *de lacte.* Virg. Aen. 10, 572 Et lacte ferino Nutribat, teneris immulgens vbera labris. Conf. Lucret. 4, 1202.

IMMVNDVS, a, um. Adi. [*ἀκάθαρτος*] *Impurus, impolitus.* Ter. Heaut. 2, 3, 54 Pannis obsita, neglecta, immunda illuue. Contactu immundo foedant omnia Virg. Aen. 3, 228. Fimus Id. ibid. 5, 333. Plaut. Cist. 1, 1, 116 Immundas fortunas meas aequum est squalorem sequi. Idem Most. 1, 2, 24 Homo indiligens cum

pigra familia, immundus, instrenuus. Plin. 14, 19 Aut superne deciduo immundiore lapsu aliquo polluta. Pauperies Hor. Epist. 2, 2, 199. Columel. 9, 5 Neque ea curatorem fraudulentum tantum, sed etiam immundae segnitiae perosa est. Sues Virg. Georg. 1, 400.

Compar. Catul. 98, 3 Nil immundius hoc, nihil est immundius illo. Sen. Quaest. Nat. 5, 4 Immundius aliquid timere. *Superb.* Plin. Epist. 10, 49 Immundissima adspectu cloaca.

IMMVNDVS, i. in. Substant. *Fictum a Tertulliano vocabulum de Cultu femin. 1, 4* Habitus feminae duplicem speciem circumfert, cultum et ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici: Ille

(ornatus) in auro et gemmis et vestibus deputatur, iste (cultus) in cura capilli et cutis, et earum partium corporis, quae oculos trahunt.

IMMVNDE. Adu. Iul. Obseq. de Prodig. c. 115 Immunde templa foedare.

IMMVNDITIA, ae. f. [*ἀκαθαρσία*] *Impuritas.* Frontin. de Aquaeduct. 2 Immunditiarum facies et impurior spiritus, etc. *Adde* Plaut.

Plaut. Stich. 5, 5, 6. Columel. 1, 61. Idem 12, 3. et 503. Tertull. adu. Gent. c. 3. et de Carne Chr. c. 4.

IMMUNDITIES, ēi. f. Idem. Apud Tertull. de Monogam. c. 7. et de Pudic. c. 9. Saluian. de Gub. 6 p. 210.

IMMUNDABILIS, e. Adi. Tertull. de Pudic. c. 20.

IMMUNIS, e. Adi. [ἀτελής] dicitur, ut ait Festus, Qui nullo fungitur officio, liber ab onere publico: Qui vel aetate vel alio privilegio praestare munia non tenetur. Virg. Georg. 4, 244 Immunitaque sedens aliena ad pabula fucus. Conf. Hor. Od. 4, 12, 23.

Cic. de Amicit. c. 14 Non est enim inhumana virtus, neque immunitas, neque superba, quae etiam populos vniuersos tueri, eisque optime consulere solcat. Idem Off. 3, 107 Melius hi quam nos, qui piratas immunes, socios vectigales habemus. Agri immunes Id. Phil. 2, 43. Agros immunes, liberosque arare Cic. Verr. 2, 166. Id. Verr. 3, 13 c. 6 Quinque praeterea sine foedere immunes ciuitates ac liberae, Centuripina, Halesina, etc. i. quae nullum vectigal pendunt. Domus immunitas ab omnibus arbitris Vell. 2, 14, 3. Praedia immunita conditione commodiore sunt, quam illa, quae pensantur Cic. de L. Agr. 3, 9 c. 2. Cum Genitio Ouid. Met. 3, 11 de boue, Nullum passa iugum, curtiueque immunitas aratri. Belli immunitas Virg. Aen. 12, 20

559. Boni alicuius immunitas, i. Expers Ouid. Trist. 4, 2, 62. Immunitas delictorum paternorum Vell. 2, 7, 2. Ouid. Met. 8, 690

Vobis immunitas huius Esse mali dabitur. Manus immunitas, i. Innoxia Hor. Carm. 3, 23, 17. Vid. Torrent. Operum immunitas famulae Ouid. Met. 4, 5. Scelerum immunitas Stat. Theb. 5, 123. 24

Cum Ablat. Immunitas calamitate exercitus Vell. 2, 120, 3. Cum Ablatio: Immunitas militia Liu. 1, 43. De his vid. Lex. Pitisc. Plin. 17, 24 Caprificus omnibus immunitas est, quae adhuc diximus: i. Caret malis praedictis, non inarescit, non sentit tabem. Metu immunitas Sen. Hippol. 1054. Vitiis humanis immunitas Paterc. 2, 35, 2. Voluptatibus immunitas Idem 2, 46.

¶ 2 Immunitas, Improbium aliquando significat, si audimus Festum, qui laudat Plaut. Trin. 1, 1, 2 Immune est facinus. Inspiciamus totum locum,

Nae amicum castigare ob meritam noxiam

Immune est facinus; verum in aetate vtile

Et conducibile. Nam ego amicum hodie meum

Concastigabo pro conmerita noxia

Inuitus, ni me id inuitet, vt faciam fides.

Hic Immune facinus videtur idem esse, quod χάρις ἀχαρίς, gratia ingrata,

Facinus quod libenter nobis remittant amici, qui nos immunes quantum ad hoc munus, ad hoc officium, plerumque malint.

IMMUNITAS, ātis. f. [ἀτέλεια, ἔφοδος] Exemptio, et vacatio munerum et onerum. Cic. Philipp. 1, 3 Num immunitates datae? Id. ibid. 2, 91 Ne qua post Idus Martias immunitatis tabula, neue cuiusquam beneficii figeretur. Immunitas et libertas alicuius provinciae Id. pro Font. 17. Cic. Fam. 12, 1 Tabulae figuntur, immunitates dantur. Dare alicui munerum immunitatem Idem Acad. 4, 121. Habere immunitatem, vid. HABEO. Iuare alios immunitatibus Tac. Hist. 3, 55, 3.

IMMUNITIO, ōnis. f. Pro immunitate, adfertur fide Salmastii ad Lamprid. Commod. 14 ubi pro vulg. Immunitates malorum libri habent Immunitationes, ex quo immunitationes ipse facit: similemque medicinam fieri vult l. vn. C. Th. de priuil. dom. Aug. Quos huius immunitationis oneribus premi non dubium est. Sed defendit vulgatam b. l. pariter et Lampridii lectionem Ias. Gothofredus.

IMMUNIFICVS, a, um. Adi. [ἀνευργος] Plaut. Trin. 2, 2, 69 Cui immunifico scis quid cantari solet, quod habes ne habeas.

IMMUNIO, ire. Tacit. Ann. 11, 19, 2 Praesidium immuniuit.

IMMUNITVS, a, um. Adi. [ἀνερούμνωτος] Non munitus. Cic. pro Caecin. 54 c. 19 Si via sit immunita, iubet qua velit, agere iumentum. Liu. 22, 11 Edictoque proposito, vt quibus oppida castellaque immunita essent, in loca tuta commigrarent. Sparta Ouid. Met. 10, 169. Vrbs Id. ibid. 10, 169.

IMMURMŪRO, āre. [εἰσορμύρω] Ex simplici murmurare satis intelligitur. Agmen totum immurmurat Ouid. Met. 3, 646. Sub lingua immurmurare aliquid Perf. 2, 9. Siluis immurmurat Auster Virg. Georg. 4, 261. Admorfae immurmurat hastae Sil. 5, 333. Conf. Val. Flacc. 7, 312.

IMMURMVRANS, antis. Partic. Ammian. 22, 16 Immurmurantes audire ventos.

IMMVSCŪLVVS, i. m. Avis est, auctore Festo, quam alii Regulum, alii Ossifragam dicunt. Sed mirum ne eadem est Immussulus vel Immissulus de qua statim.

IMMVSTVLVS, (IMMISSVLVS) i. m. Ales ex genere aquilarum est, sed minorum virium quam aquila: quae volucris raro et non fere praeter quam vere apparet: quia aestum, algoremque metuit. Appellatur autem ita, quod subito et inexpectata se immittat. (quidam immutat, male) Haec Festus: ex cuius verbis, non Immussulus, sed Immissulus scribendum potius videtur, siue Immussulus adeo: nam ab Immittendo deducit. Plin. 10, 7 Sangualem auem atque immussulum augures Romani in magna quaestione habent, Immussulum aliqui vulturis pullum arbitrantur esse, et sangualem ossifragae. Massurius sangualem ossifragam esse dicit, immussulum autem pullum aquilae priusquam albicet cauda. Quidam post Mucium augurem visos non esse Romae, confirmare: ego, quod verissimilius est, in desidia omnium rerum non arbitror agnitos. Hard. Massurius scribit, et Sanqualis. v. v. Arnob. 2 p. 84 extr. Quid in mundo faciunt bubones, immussuli, buteones? Quid alites et volucres ceterae? Et 7 p. 223 pr. Et quoniam volucres quoque hostiarum in numeris ponitis, cur non vulturios, aquilas, ciconias, immussulos, buteones, coruos, accipitres noctuas? Variat autem lectio, Immissulos probat Steweck. Sed immisculos etiam, et immistulos adfert. Vet. Gloss. Immussulus εἶδος ὄρνυς.

IMMVVICVS, a, um. Adi. [ἄμικτος] Immusci iudicantes de musicis Tertull. Apolog. c. 1.

IMMVTESCO, ui, ēre. [κωφίζομαι] Mutum fieri, tacere. Quinctil. 10, 3, 16 Non ergo putemus semper optimum esse quod latet, ne immutescamus alioqui. Ruptis immutuit ore querelis Stat. Theb. 5, 542. (al. 552) add. 6, 184.

IMMVTLATVS, a, um. Adi. Immutato corpore Sallust. Fragm. 6, 13.

IMMVTO, āre. [ἐναλλάττω] Idem quod Mutare, siue Aliud pro alio dare. Plaut. Epid. 5, 1, 40 Hic sunt quadraginta minae, si quid erit dubium, immutabo. Idem Mil. 2, 5, 22. Immutare se, vel immutari Plaut. Trin. 1, 2, 35. Ter. Phorm. 1, 4, 29 Non possum

immutarier. Idem Andr. 1, 5, 8 Id mutauit, quoniam me immutat-
tum videt. Cic. Fam. 1, 9 Neque permanendum in vna sententia
conuersis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis, sed temporibus
assentiendum. Idem ibid. 5, 8 Sed quaedam pestes hominum laude
5 aliena dolentium, et te nonnunquam a me alienarunt, et me aliquando
immutarunt tibi. Ter. Eun. 2, 1, 19 Dî boni, quid hoc morbi
est? adeone homines immutarier ex amore, vt non cognoscas eun-
dem esse? Cic. de Amicit. 54 Atque hoc quidem videre licet, eos,
qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis
10 rebus immutari, sperni ab iis veteres amicitias, indulgere nouis.
Id. de Diuin. 2, 89 Vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui
Graece ζωδιακός dicitur, talem, vt eius orbis vnaquaeque pars alia alio
modo moueat immutetque caelum. De institutis priorum immutat
successor aliquid Cic. pro Flacc. 33 c. 14 extr. Figuram alicuius
15 immutare Ouid. Met. 7, 722. Ingenium immutatur egestate
Ter. Andr. 1, 5, 40. Plaut. Curcul. 1, 2, 59 Neque veto, neque
iubeo, quando te video immutatis moribus esse here, atque ingenio.
Ingenium moribus immutare Idem Trin. 1, 2, 35. Cic. de Legib.
2, 38 Quarum mores lapsi ad mollitiem, pariter sunt immutati cum
20 cantibus, etc. Idem Fam. 1, 9 Si quibusdam in sententiis paullum
me immutassim. Sensus Lucret. 5, 1414. Cic. de Orat. 2, 249
At vtrumque genus continet verbi ad litteram immutati similitudo.
Plaut. Amph. 3, 1, 6 Illico Amphitruo fio, et vestitum innauto meum.
Voluntatem Cic. Att. 1, 7. Ter. Hec. 3, 3, 9 Sed continuo vultum
25 earum sensu immutari omnium, quia tam incommode illis fors obtu-
lerat aduentum meum.

IMMUTĀTVS, a, um. Partic. [ἐνλλαγμένος] Suet. Claud.
c. 29 Suppositos aut etiam palam immutatos datorum officiorum codi-
cillos. Ter. Heaut. 2, 4, 9 Quippe forma impulsi nostra, nos ama-
30 tores colunt: haec vbi immutata est, illi suum animum alio conse-
runt. Cic. de N. D. 2, 66 Vt Portunus a portu, sic Neptunus a
nando paullulum primis literis immutatis. Sic apud eundem in Orat.
214 Verborum ordinem immuta, etc. Moribus immutatis esse
Plaut. Curc. 1, 2, 59. Cic. in Philipp. 12 c. 7 Suspicionem multis
35 attulit immutatae voluntatis. Cic. Orat. 92 c. 27 de Phalerei Deme-
trii oratione, Tum illustant eam, quasi stellae quaedam, tralata verba
atque immutata: immutata, per Metonymiam, credo. Sed ¶ 2
Immutatus interdum est non mutatus. Cic. de Inu. 2, 162 c. 53 Veri-
tas est, per quam inmutata ea, quae sunt, aut ante fuerunt, aut fu-
40 tura sunt, dicuntur. Sic Id mutauit, quoniam me immutatum videt,
i. Non mutatum Ter. Andr. 1, 5, 7.

IMMUTABILIS, e. Adi. [ἀμετάβλητος, ἀμετάβολος] Quod
nullo modo mutatur, vt Aeternitas Cic. de Vniu. c. 2. Id. Acad. 2,
29 Quam interdum eandem necessitatem appellant: quia nihil aliter
45 possit atque ab ea constitutum sit, inter quasi fatalem et inmutabilem
continuationem ordinis sempiterni. Res stabilis et immutabilis
Cic. de Vniu. c. 2. Omnia in praeteritis necessaria sunt, quia sunt
immutabilia Id. de Fato c. 7. Pondus immutabile adest verbis
sanctis Stat. Theb. 1, 212. ¶ 2 Ex vi verbi Immuto, qui
50 saepe mutatur. Sic Boxbornius interpretatur, et recte, puto Plaut.
Epid. 4, 2, 8 Scio quid erres, quia vestitum atque ornatum immuta-
bilem habet haec.

IMMUTABILITAS, atis. f. [ἀτρεψία] Cic. de Fato 17 c. 9
Sed in factis immutabilitatem apparere, in futuris quibusdam, etc.

IMMUTABILITER, Adu. Cels. 99 Quidquid D. de verbo-
rum obligat. Si immutabiliter verum fuit, te Capitolium non ascen-
disse. Conf. Apul. de Mundo p. 261. et Augustin. Ciu. Dei. 22, 9.

IMMUTATIO, ōnis. f. [ἐναλλαγή] Cic. de Legib. 2, 27 Ne-
gat enim mutari posse muscas leges sine immutatione legum publica-
60 rum. Immutatio ordinis Id. de Orat. 3 c. 44. Id. ibid. 94
Et quanquam translatio est apud eum multa, tamen immutationes nus-
quam crebriores. Cic. in Bruto . . Ornari orationem Graeci
putant, si verborum immutationibus vtantur. Add. Id. Acad. 4 c. 6.

IMMUTATOR, ōris. m. Oros. c. vlt. de Athaulpho Goth. rege.
65 IMMUTATRIX, icis. f. Apud Sidon. . .

I M O et I M P

IMO, vid. IMMO.

IMPACTVS, a, um. Adi. [ἀνήλαστος] Non pacatus. Virg.
70 Georg. 3, 408 Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. Mens impa-
cati Pectoris Prudent. Psych. 776. Odia Claud. in Eutrop. 2, 212.
Populi Auien. Deser. Orb. 863. Quies pelagi Claud. in Ruf. 1, 71.
Vita Sen. de Ira 3, 27.

IMPACTIO, IMPACTVS, vid. IMPINGO,
IMPAEDIO, ire. Domi vxorem meam impudicitia impaediuit
Plaut. Amph. suppos. ad 4, 2 v. 12. i. contaminauit. Conf. Barth.
Adu. 25, 1.

IMPAGES, is. f. [ἐμπήγμα] Festus: Impages dicuntur, Quae
80 a fabris in tabulis figuntur, quo firmiter cohaereant. A Pangendo,
id est figendo. Vnde Poetae Pangere versus dicuntur: et agricolae
Pangere plantas, id est insigere. Vitruu. 4, 6 semel iterumque uti-
tur. Luculenter schemate etiam adhibito, declarat Baldus Lex. Vitru.
voc. Replum.

IMPALLESCO, ui, ěre. [ἀρχαίω] Ex simplici intelligitur.
Stat. Theb. 6, 805 Euentu impalluit ipse secundo. Pers. 3, 62 At
te nocturnis iuuat impallefcere chartis.

IMPALPEBRATIO, ōnis. f. Vocis amputatio cum impalpe-
bratione C. Aurel. Tard. 2, 5, 87. i. palpebrarum immobilitate. Vid.
90 Reines. Var. Lect. p. 671.

IMPANCRO, are. Est Inuadere, verbum a Graeco tractum,
quasi πᾶν κρέας consumere. Varr. Ecclesiam, In regiam aream im-
pancrarunt. Haec Nonius 1, 293. Turneb. 29, 19. legit Ecclesiam
in regiam aream impancrarunt. Sed alias nihil explicat. Vide-
95 rint Oedipi.

IMPARR, aris. com. [περισσός, ἀνάρσιος] Ad numerorum discri-
men pertinet Virg. Ecl. 8, 75 Numero deus impare gaudet. Sed Im-
par sumtui Vlpian. in l. Sed an vltro D. de neg. gest. Qui sumtum
ferre non potest. Sic Virg. Georg. 4, 245 Aut asper crabro impari-
100 bus se inmiscuit armis. Siue Datius est, indicantur infirmiora apum
arma: siue Ablatius, potentiora crabronum: utrobique inaequalia.
Cic. Fam. 5, 8 Quos quidem ego ambo vnice diligo: sed in Marco
benevolentia impari. Certamen Ouid. Met. 11, 157. Fama
impari Sallust. Iugurth. 61. Fata Virg. Aen. 12, 146. For-
105 tuna est impar animo Ouid. ex Pont. 4, 9, 121. Cic. in Somn. Scip.
11 Hic

11 Hic est, inquit ille, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis, impulsu et motu ipsorum orbium efficitur. Idem Acad. 4, 32 Illos, qui omnia sic incerta dicunt, vt stellarum numerus par an impar sit, nesciatur, quasi desperatos aliquos relinquamus. Oua numero imparia Varro de R. R. 3, 9. Hor. Epist. 1, 1, 96 Si toga dissidet impar, Rides. *Dissidet, i. Non aequalis sedet in humeris. Aut, quod malim, dissimilis tunicae. Praecessit,* Si forte subucula pexae Trita subest tunicae.

IMPARIILIS, e. Adi. *Idem ac Disspar.* Aur. Vict. in Hadr. In remisso ingenio suspectam aestimantes societatem aevi longe imparilis. 10

IMPARILITAS, atis. f. Gell. 5, 20 Soloecismus aliis imparilitas appellatus. Idem 14, 1 Imparilitas haec turbat obseruationem.

IMPARIITER. Adu. [*ἀναγρίως*] Versus impariter iuncti *carmen elegiacum* Hor. de Arte Poët. 75.

IMPARĀTVS, a, um. Adi. [*ἀσχευός*] *Non paratus.* Cic. 15 Tusc. 3, 29 Ne me imparatum cura laceraret repens. *ex Euripide.* Omnes imparatos imprudentesque offendere Nep. 11, 2, 2. Ter. Phorm. 1, 5, 84 vt ne imparatus sim quum adueniat Phormio. *Vid.* Idem Andr. 3, 1, 20. Cic. pro Milon. 56 Quamquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros. Imparatus 20

arma sumsit Idem Tusc. 1, 86. Imparati cum a militibus, tum a pecunia Id. Att. 7, 15. Imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur Antonius Cic. de Clar. Orat. 139. In malis imparatus Idem Att. 9, 7. Longum est imparatis breue tempus Id. Philipp. 3, 2. Inermem et imparatum aliquem gladiis adoriri Cic. pro Sext. 25

79. Pectus non imparatum aerumnis Sen. Hippol. 10. *Superl.* Imparatissimus omnibus rebus Caes. B. C. 1, 30.

IMPARATIO, ōnis. f. Marcell. Emp. c. 20 Sentire imparationem stomachi.

IMPARCO, vid. IMPERCO. 30

IMPĀRENS, entis. Adi. [*ἀπαήνοος*] *Non parens, siue obediens.* Festus.

IMPARENTIA, s. IMPARIENTIA, ae. f. Gell. 1, 13 Culpa imparentiae subeunda. *Sic Gron. Sed fluctuat lectio. Vid.* PARENTIA sub PAREO. 35

IMPARTIO, Laetant. Epit. 6. *Sed ita etiam legitur* Cic. Verr. 2 c. 21 Tu Syracusanos vnum diem festum Marcellis impartire noluisse. *Vid. IMPERTIO.*

IMPASCO, pāui, pastum, ēre, vel IMPASCOR, asci. [*ἐντρέμω*] *Idem quod Pascere, siue Pasci.* Columel. 6, 5 In ea loca perducendi 40 sunt, quibus nullum impascitur pecus. *Add. Idem 2, 18.*

IMPASTVS, a, um. Partic. a Pascor pass. [*ἀτροφος*] *Non pastus.* Virg. Aen. 9, 339 Impastus, ceu plena leo per ouilia turbans, etc. Turba impasta luporum Sil. 7, 129. Prudent. Cath. 4, 99.

IMPASSIBILIS, e. Adi. Laetant. 1, 3 extr. Deus incorrupti- 45 bilis esse debet, perfectus, impassibilis. *Conf. Prudent. Apoth. 84. Tertull. Apol. c. 50. et de Anima c. 12. et aduers. Prax. c. 29. item Isidor. 7, 1.*

IMPATIBILIS, e. vel IMPETIBILIS, A in E mutato, vt in Perpetior, [*ἀφάητος, ἀπαθής*] intolerabilis, quod quis pati non potest. Plin. 20, 18 f. 76 Cum valetudo impatibilis odium vitae fecisset. *MSS. Gron. et omnes Harduini impetibilis. Et c. 20 f. 81*

Impatibiles vitae morbi. *Quin ipse* Cic. Fin. 2, 57 c. 17 extr. Dolorem — quidem vos, cum improbis poenam proponitis, impatibilem (MSS. Impetibilem) facitis; cum sapientem semper boni plus 55 habere vultis, tolerabilem. Non. 4, 155 ex Plauti Amphitruone (in Suppos. DI vestram fidem 21) Pertolerarem vitam, cladesque exanclarem impetibilis. *Sic Mercer. Al. impatibiles. Apul. Apol. p. 328, II Sceleri aduersum parentem nefando, immuni, impetibili: ubi mira quaedam comminiscuntur viri docti Casaubonus et Pricaeus, quos 60 turbasse nihil aliud videtur, quam secunda Vocalis in secunda syllaba, vt de impetendo, et impetu cogitarent: accedente etiam Vet. Gloss. Isid. Impetibile, improbum, saeuum (scaeuum) It. Gloss. Lat. Gr. Impetibile ἀνεπιχειρήτων, ἀνεπιτήδευτον. Quin impetibile s. impatibile scelus est intolerabile. Solin. c. 40 (al. 53) de chamaeleonte, Impetibilis 65 est coraci, a quo cum interfectus est, victorem suum perimit interemtus. Etiam hoc ab impetendo et impetu deriuat Salmasius p. 614 sq. Quin corax s. coruus pati non potest chamaeleonta, neque viuum neque mortuum. Etiam ad symmachum disputatum est 2, 90 (Par. 91) Graue hoc et impatibile (vid. Cod. Iureti et Parei editio impetibile) posset 70 videri, nisi, etc. Id. 9, 107 (Par. 113) Nam mihi turpe atque impetibile est attonito animo et fronte moesta laetos adire conuentus. ¶ 2 Aetiae [*ἀπαθήτος*] qui propter naturae suae praestantiam pati non potest. Laetant. 2, 8, 38 Non ergo Deus ex materia, quia — impatibile de patibili — nunquam potest oriri. Sic nempe Patibili 75 opponitur, de quo s. l.*

IMPATIENS, entior, entissimus. Adi. [*ἀτλήμων*] *Qui pati et tolerare non vult aut non potest. Iungitur Genitiuo.* Plin. 8, 10 Idem impatientes frigoris. *de elephantis. Confortis impatiens* Lucan. 1, 92. Famis impatientissimae esse Columel. 7, 11. Fri- 80 gorum impatientissimum pisum Plin. 8, 12. Hiemis impatientiores intubi Idem 19, 8. Irae impatiens Ouid. Met. 13, 3. Libidinis Eutrop. 8, 16 (II) de Caracalla. Al. Impatientis libidinis. Mollis, et laboris impatiens Ouid. Trist. 3, 2, 10. Quietis impatientissimus Paterc. 2, 23, 1. Plin. 10, 62 Vipera singulos diebus 85 singulis parit, viginti fere numero. Itaque caeterae tarditatis impatientes perrumpunt latera occisa parente. *Vetustatis impatiens* Idem 21, 16. Viae impatiens Ouid. Met. 6, 322. Animus impatiens, et non tractabilis Idem de Rem. Amor. 123. Imperitia nil impatientius Macro. Saturn. 7, 4. Sollicitudo impatientissima 90 Gell. 12, 1 extr.

IMPATIENTIA, ae. f. [*ἀτλησία*] Plin. 11, 23 Fieri autem primo papiliones paruos nudosque, mox frigorum impatentia villis inhorrescere. *Sic Aestus impatentia* Idem 9, 16. *Veneris impatentia* Apul. Met. 2 p. 121. *i. morae in peragenda re Venerea impa-* 95 *tiens. Impatentia apud Sen. Epist. 9 est ἀπάθεια. Vid. PATHOS.*

IMPATIENTER. Adu. [*ἀτλημύτως*] *Aegre et moleste.* Plin. Epist. 2, 7 Amaui consummatissimum iuuenem tam ardentem, quam nunc impatienter requiro. *Compar. Impatientius desiderare* Quintil. Decl. 11 extr. *Conf. Borrich. Vind. p. 101. et Iustin. 12, 15, 100*

3. et 32, 3, 2. *Superl. Impatientissime dolere* Plin. Epist. 4, 22.

IMPAVĪDVS, a, um. Adi. [*ἀφοβός*] *Qui nihil timet.* Plin. 28, 19 Et pellis afinina iniecta impavidos infantes facit. Ianitor Stat. Theb. 6, 499. *de Cerbero. Pectus impavidum* Liu. 21, 30. Hor. Carm. 3, 3, 8 Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient rui- 105

nae. Sil. 7, 128 Impavidus somni seruat pecus. Sui impavidus Claud. de Piis fratribus 14.

IMPAVIDE. Adu. [*ἀπόβως*] *Audacter, intrepide.* Liu. 30, 50 Nec locuta est ferocius, quam acceptum poculum nullo trepidationis signo dato impauidè hausit. Cael. Aurel. 4, 3, 30.

IMPAVSABILIS, e. Adi. Aleſto graece impaufabilis dicitur Fulgent. Mythol. 1.

IMPAVSABILITER. Adu. Impaufabiliter cibum fumere C. Aurelian. Tard. 3, 2.

IMPECCABILIS, e. Adi. [*ἀναμάρτητος*] *Quod peccare non potest.* Gell. 17, 19 Is erit pleraque impeccabilis, vitamque viuet tranquillissimam.

IMPECCANTIA, ae. f. Hieron. aduerf. Pelag. 3, 4.

IMPECTO, ère. *Vetus verbum, Verberare.* Varro R. R. 3, 16, 8 Itaque impectentes a se eiiciunt fucos. Sic, Pectere pro Impetere et verberare a comicis saepe legitur. Quid si potius Impectantes legas, pro Pectere et verberare cupientes, desiderandi forma, vel frequentandi, pro Saepe pectentes atque pungentes. Nam ut Fictum pro Fixo a Varrone dicitur, et a veteribus Grammaticis obseruatur, quidni Pectum pro Pexum ab eodem dicitur, a quo Pecto, as: quum praesertim pro Pexus, Pectitus a Columella dicitur. Sic a Lego, Lecto dixit Horatius, a Scribo, Scripto. Quidam Inſectantes legunt, quod non est ineptum, sed vetus lectio est Impectantes. Haec Turneb. Adu. 8, 8. Inſectantes est ex restitutione Victoriana, qui in Codice optimo inuenerat Impectantes. Ante Victorium edebatur Impetentes, quod forte melius caeteris.

IMPEDO, àre. [*ἐμπεδῶ*] *Pedaminibus sustinere.* Columel. 4, 16 Quum mensem tricesimum exceſſerit, posita vinea, id est tertio autumno, vehementioribus statuminibus statim impedanda est.

IMPEDATVS, a, um. Partic. Vitis impedata Idem ibid.

IMPEDICO, àre. *Pedicis constringere.* Ammian. 30, 4 p. 646 Si quem semel intra retia ceperint callibus mille impedicant.

IMPEĐIO, iui, itum, ire. [*ἐμποδίζω, ἀναποδίζω, ἀναχωρίζω, κωλύω*] *Implicare, inuoluere, ac proprie de pedibus dicitur, sed ad alia transfertur.* Plaut. Rud. prol. 37 Sed dum alios seruat, se impediuit. Cic. Verr. 2, 115 Sin illud dices, te Heraclii voluntate ab lege recessisse, ipse te impedies, ipse tu tua defensione implicabere. Vid. IMPLICICO. Idem pro Rabir. Post. 24 c. 9 Sapientis est, quum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit, se expedire. Cic. de Clar. Orat. 3 Quum praesertim non modo nunquam sit aut illius a me cursus impeditus, aut ab illo meus: sed contra semper alter ab altero adiutus et communicando et mouendo et fauendo. Caes. B. G. 1, 36 Si ipse Pop. Rom. non praescriberet, quemadmodum suo iure vteretur, non oportere, se a Pop. Rom. in suo iure impediri. Cic. Att. 8, 16 Cedendum enim celeriter est, ne forte qua in re impediatur atque alliger. Impediuit ipse sese in plagas, i. Irretiuit, et sese reſibus implicuit Plaut. Mil. 4, 9, 11. Caes. B. G. 2, 17 Quo facilius finitimorum equitatum, si praedandi causa ad eos venisset, impederent. Impeditum impedire Cic. Att. 15, 15. Stultissimis interrogationibus aliquorum causam impedire Id. de Arusp. Resp. 1. Mentem dolore Id. pro Cael. 60. Cornua nouis fertis Ouid. Met. 2, 868. Ter. Andr. 1, 5, 26 Tot me impediunt Curae, quae meum animum diuerſe trahunt: amor, misericordia huius, nuptiarum sollicitatio. Cic. Att. 8, 18 Vt te mecum coniungeres, prius quam Caesar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere posset. Caes. B. C. 1, 25 Impedire exitus. Nauigationem impedit ventus Idem B. G. 5, 7. Ter. Phorm. 2, 3, 2 Quanta me cura et sollicitudine afficit gnatus, qui me et se hisce impediuit Nuptiis. Professionem alicuius impedire et tardare Cic. Fam. 7, 5. Vxorem alterius impudicitia impedire, pro Sordidare, inquinare, ad probrum ducere. Sic exponit Marcellus illud Plauti Amph. 4, 2 Suppos. 13 Qui domi vxorem meam impudicitia impediuit, per quem teneo thesaurum stupri. Conf. IMPAEDIO. Plin. Epist. 10, 54 Vereor enim, ne in alterutram partem ignorantia lapsus, aut illicita confirmem, aut necessaria impediam prohibendo. Perturbare et impedire rationem belli prope iam explicatam Cic. de Prouinc. Conf. 35. Impedire quo minus: Idem de Senect. 55 Nec aetas impedit quo minus et caeterarum rerum et in primis agri colendi studia teneamus, vsque ad vltimum tempus senectutis. Vt nulla re impedirer, quod ne mihi esset integrum Id. Att. 4, 2. Impedire ne: Cic. de Fatq. 2 c. 1 Casus quidam ne facerem, impediuit. Idem Off. 1, 22 De rebus ipsis vtere tuo iudicio: nihil enim impedio. Id. de Fin. 1, 58 c. 10 Quumque nihil impedit, quo minus id, quod maxime placet, facere possimus. Quae obstant et impediunt remouere Cic. Acad. 4, 9. Impedire ab: Plin. 10, 63 Non impedit partus quasdam ab opere. De equabus loquitur. Ab delectatione omni negotio impediri Cic. pro Muraen. 36. Amplexu aliquem impedire Ouid. Met. 2, 433. Consiliis impeditum esse Ter. Andr. 3, 5, 11. Fletu impediri Cic. Att. 3, . Frenis impediuntur equi, i. Frenantur Ouid. Fast. 2, 736. Cic. Fam. 11, 10 Quod isti ne faciant, summa maleuolentia et liuore impediuntur. Malis domesticis impediri Idem pro Sext. 97 c. 45. Morbo et aetate impediri Id. Verr. 3, 63. Et de Fin. 1, 59. Negligentia impediri, studiis, occupationibusue Cic. Off. 1, 29. Occupatione impediri, vid. OCCVPO. Cic. de Fin. 4, 2 c. 1 Tum ego, Non me hercule solere temere contra Stoicos: non quo illis admodum assentiar, sed pudore impediior: ita multa dicunt, quae vix intelligam. Religione impediri, Detineri, arceri Cic. Fam. 4, 12. Caes. B. G. 5, 6 Partim quod insuetus nauigandi mare timeret, partim quod religionibus sese diceret impediri. Vinculis impediri Cic. de Diuin. 1, .

IMPEĐIENS, entis. Partic. Ouid. Met. 1, 703 Illi cursum impredientibus vndis.

IMPEĐITVS, a, um. Partic. [*ἐμποδιστος*] Impeditissimae siluae Caes. B. G. 8, 18. Animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, saepe nimia copia, inopia etiam nonnunquam impeditus Cic. pro Cael. 45. Iter Stat. Silu. 4, 3, 32. Nomina impedita apud Ciceronem sunt, Quae non sunt expedita. Vid. Expedita nomina, in NOMEN. Pugna impeditior Liu. 7, 21. Saltus impeditior Idem 9, 2. Studia impedita Plin. Epist. 7, 30. Tempora Reipublicae impedita Cic. in Pison. 3 c. 1. Opposita: Idem pro Milon. 28 Quid minus promptum ad pugnam, quam penula irretitus, rheda impeditus, vxore paene conſtrictus esset? Vincitus, conſtrictus, et impeditus Cic. de Arusp. Resp. 22. Impeditissimus ad iter faciendum Idem Fam. 11, 13. Occupatum impeditumque hunc amores tenent Id. pro Cael. 45.

IMPEĐITIO, ònis. f. [*ἐμποδισμός*] *Detentio, occupatio.* Cic. de

de Diuin. 1, 115 c. 51 Viget enim animus in somniis, liberque sensibus ab omni impeditioe curarum iacente et paene mortuo corpore. Vitruu. 9, 4 Veneris Stella cum est liberata ab impeditioe radio- rum solis.

IMPEDIMENTVM, i. n. [*ἔμποδιον*] dicitur, quidquid est quo quis impeditur, ut non perficiat quod cupit. Ter. Andr. 4, 2, 24 Proinde hinc vos amolimini, nam mihi impedimento estis. Inferre moram et impedimentum alicui Cic. de Inuent. 1, 12. Legitimum, vid. LEX. Impedimentum pati Plin. Epist. 2, 12. Vid. PATIOR. Esse impedimento Cic. pro Corn. Balb. . . it. pro S. Rosc. c. 4. 10 Liu. 4, 13 pr. Superabat impedimenta naturae, diligentia, indu- striaque Demosthenes Cic. de Orat. 1, 260 c. 61. ¶ 2 Impedi- menta, in exercitu dicuntur Res, quae conducuntur in expeditione ne- cessariae. Et non solum Sarcinae, sed etiam Iumenta, impedimenta di- cuntur: ut docet Frontinus Stratagem. 2, 1, 11 scribens fuisse interfecta a Petreio impedimenta in magna aquarum et pabuli inopia. Curtius 4, 16 extr. Magno consilio iacturam sarcinarum, impedimentorumque contempsit. Caes. B. G. 1, 26. Alteri ad impedimenta et carros suos se contulerunt. Cic. Verr. 4, 22 Etiam erat inimica improborum, quae C. Catonis illius, qui Consul fuit, impedimenta retinuit, de ci- 20 uitate Mamertina. Abdere impedimenta Caes. B. G. 7, 18. Amissa Curt. 4, 15, 12. Collocare Caes. B. G. 2, 19. Diripere Id. ibid. 2, 17. Direpta Curt. 4, 15, 22. Exuere Caes. B. G. 7, 14. Potiri impedimentis Id. ibid. 3, 24. Recipere impedimenta Id. ibid. 7, 87. Relinquere Id. ibid. 5, 33. Sequuntur agmen 25 Curt. 4, 12, 3. Add. Nep. 8, 2, 5. Nugas et ineptias, Gramma- tiorum impedimenta vocat Quinctil. 1, 8, 19.

IMPEDIMENTOSVS, a, um. Adj. Impedimentis abundans. Cassiodor. Epist. 1, 35.

IMPELIMENTA impedimenta dicebant Festus: ut Dacrimas 30 Lacrimas, etc.

IMPELLO, ūli, ulsum, ěre. [*ἰσθῆλω, ἰλαύνω*] Incitare, urgere, praesertim magna vi. Virg. Aen. 4, 594 Ferte citi flammam, date vela, impellite remos. Cic. pro Cluent. 70 Praecipitantem igitur impellamus, inquit, et perditum prosternamus. Ad consilia 35 saepe refertur: Impellit regem Lacedaemoniorum Atheniensibus bel- lum inferre Iustin. 5, 1, 4. Impellit Artaxerxem parricidium patri- cidio vindicare Idem 3, 1, 3. Impellere atque hortari Cic. de Orat. 1, 126. Impelli atque incendi ad aliquid faciendum Idem de Clar. Orat. 19. Ad accusandum dominum seruum impellere Id. 40 pro Deiot. . . Ad bellum barbaros Cic. pro Sulla 36 c. 13. Ad facinus non videtur hominem illum impulsura utilitas Id. Bruto 6. Ad iniuriam faciendam animum alicuius impellere Id. pro Flacc. 85. Ad iram Hor. de Arte Poët. 109. Ad nullam rem vnquam impel- letur Cic. Acad. 4, 19. Ad quoduis maleficium hominem impellit 45 avaritia Auct. ad Heren. 2, 54 c. 22. Cic. pro Rosc. Amer. 39 c. 14. Luxuries igitur hominem nimirum, et aeris alieni magnitudo, et in- domitae animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt. Impellere in: ut, In casum hunc impulistis me Idem Att. 3, 9. Conf. Ibid. 3, 13. In fraudem Cic. in Pison. 1. Et pro Deiot. 8, 32 Se a te corruptum, 50 tuis promissis in fraudem impulsim esse confessus. In fugam atque in latebras impelli Cic. pro Rabir. perd. 22. Idem pro Milon. 89 Postremo nisi eum dii immortales in eam mentem impulissent, ut homo, etc. Id. de Orat. 2, 92 Si cognossemus, quae te causa in sermonem impulisset. Cic. in Catil. 2, 10 Qui etiam nonnullos 55 agrestes homines tenues, atque egentes in eandem illam spem rapina- rum veterum impulerunt. In spem certissimam Consulatus Idem ad Brut. 10. In spem metumque animos Liu. 27, 45. Impelli vt: Ter. Andr. 3, 2, 43 Non impulit me hac omnino, vt crederem. Cic. de Senect. 77 Nec me solum ratio ac disputatio impulit, vt ita 60 crederem. Natura impellimur, vt prodesse velimus quam plurimis, in primisque docendo, rationibusque prudentiae tradendis Idem de Fin. 3, 65. Cuncta impellere pugna Valer. Argon. 5, 675. Im- petus animorum impellere, et Reflectere, contraria Cic. de Orat. 2, 312. Sensus impellere Lucret. 1, 304. Voluntatem impellere 65 quo velis, et Vnde velis deducere, contraria Cic. de Orat. 1, 30. Cato c. 5 Terram cariosam caueo ne ares, neue plaustrum, neue pec- cus in eam impellas. Plin. 17, 5 Catonis verba referens sic habet, Cato breuiter atque ex suo more vitia determinat, Terram cariosam caue: neue plastro, neue pecore impellas. Contorquere: Virg. 70 Aen. 1, 86 — cauum conuersa cuspide montem Impulit in latus. Quasi in rem, quae facile cedit ictui. Seruius. Labefactare: Plin. 33, 11 Immenso et Achaicae victoriae momento ad impellendos mores. Impellere mugitibus auras Ouid. Met. 3, 21. Loco 75 pellere. Liu. . . Impulsa frons prima: et trepidatio subsidiis illata.

IMPELLENS, entis. Partic. Virg. Georg. 4, 305 Zephyris impellentibus vndas. Iustin. 4, 5, 4 Impellente fato.

IMPVLSVS, a, um. Partic. [*ἰμπελασμένος*] Auctoritate eius impulsus Athenienses Nepos 1, 5, 2. Conscientia ad fatendum im- pulsus Quinctil. 5, 15. Fama hac impulsus Chremes, vltro ad me 80 venit Ter. Andr. 1, 1, 72. Furiis impulsus Virg. Aen. 10, 68. Praelio grauius impulsus milites Patere. 2, 51, 3. Conf. c. 70, 1. Acies impulsas, vid. ACIES. Lucan. 5, 330

Nobis victoria turbam Non dabit: impulsus tantum quae praemia belli 85 Auferat. Impulsus bellum videtur ita fere dici ac profligatum, prope finem adductum. Chordas tenta- uit impulsas pollice Ouid. Met. 10, 145. Sagitta neruo impulsas per nubem Virg. Aen. 12, 856.

IMPVLSVS, ūs. m. [*ἰμπελσις, ὤθησις*] Cic. de N. D. 2, 31 c. 1190 Is autem ardor non alieno impulsu, sed sua sponte mouetur. Caes. B. G. 5, 25 Ne ciuitas eorum impulsu deficeret. Impulsu tuo, suo, vestro: b. e. Ductu et suasu atque hortationibus Cic. pro Rosc. Amer. 107. Idem Verr. 2, 161 Impulsu tuo et tua crudelitate fecisset. Ter. Hec. 2, 1, 45 Vestro impulsu duxere. Impulsu ve- 95 stro loquor Cic. de Orat. 3, . . Impulsu Pisonis Consulibus Idem Att. 1, 14. Id. pro Caecin. 45 Etsi non solum impulsu scutorum, neque conflictu corporum, neque, etc. Cic. Tusc. 1, 30 Id au- tem nec nasci potest, nec mori: vel condat omne caelum, omnis- que natura consistat necesse est, nec vim vllam nanciscatur, qua primo 100 impulsu moueatur.

IMPVLSIO, ōnis. f. [*ἰμπελσις*] Omnis coagmentatio corporis vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi labefactatur et frangitur Cic. de Vniu. c. 5. Conf. Arnob. 7 p. 234. Metaph. Cic. de Inuent. 2, 17 c. 5 Impulsio est quae sine cogitatione per quan- 105

- dam affectionem animi facere aliquid hortatur: vt amor, iracundia, acritudo, etc. Et mox f. 19 Ergo accusator cum aliquid impulsione factum esse dicet, illum impellere, et quandam commotionem animi, affectionemque verbis et sententiis amplificare debet. Et f. 20
- 5 Cum autem non impulsione, verum ratiocinatione aliquem commississe quid dicet, etc. Id. de Orat. 3, 118 c. 30 Cohortationes, obiurgationes, consolationes, miserationes, omnisque ad omnem animi motum et impulsio, et, si ita res feret, mitigatio. Inductio et impulsio in hilaritatem Cic. de Orat. 3, 205 c. 53.
- 10 IMPULSOR, ōris. m. Qui incitat et impellit ad aliquid faciendum. Ter. Eun. 5, 6, 18 Here, ne me spectes: me impulsore haec non fecit. Impulsore Chresto Suet. Claud. c. 25. Suasor et impulsor profectionis meae Cic. Att. 16, 7. Impulsor atque adiutor Idem de Prouinc. Consul. 18.
- 15 IMPULSTRIX, ab Impellendo Nonius 2, 631 dici probat eadem forma, qua Tonstrix, Curatrix, Aestrix, etc.
- IMPENDEO, di, sum, ēre. [ἐπιπέμπω] Plus quam Instare est, Supra caput veluti casurum pendere. Cic. de Fin. 1, 60 c. 18
- 20 Accedit etiam mors, quae quasi saxum Tantalō, semper impendet. Idem Tusc. 5, 62. et 4, 35 c. 16. Impendebat mons altissimus, vt facile perpauci prohibere possent Caes. B. G. 1, 6 pr. Idem ibid. 3, 2 pr. Montesque qui impenderent, a maxima multitudine Sedunorum ac Veragrorum teneri. Per translationem. Cic. de Amicit.
- 35 Haec ita multa quasi fato impendere amicitii: vt omnia subterfugere, non modo sapientiae, sed etiam felicitatis diceret sibi videri. Idem pro Domo 25 Impendebat fames, incendia, caedes, direptio: imminabat tuus furor omnium fortunis et bonis. Cic. Fam. 4, 14
- 25 Vt ea, quae partim iam adsunt, partim impendent, moderate feramus. Adesse atque impendere mala videntur Idem pro Quint. 47 c. 14.
- 30 Quae aderant iam et impendebant depellere Id. pro Milon. 77. Impendere fatum aliquod, aut instare iam plane, aut certe iam appropinquare Cic. in Catil. 2, 11. Quid illi impendeat, ex aliqua re suspicari Idem pro Cluent. 66. Acerbitas impendet omnibus Id. Fam. 2, 15. Vlpian. in l. 1 D. de arbor. caedend. Quae arbor ex aedibus tuis in aedes illius impendet. Cura impendet pectori meo Plaut. Epid. 1, 2, 32. Contentio impendet Cic. Att. 2, 22. Discordiae magnae impendent Idem Fam. 8, 14. Formidines impendent ab nostris magistris Id. Verr. 5, 56. *Ἰλαίς* tanta malorum impendet Cic. Att. 8, 11. Iudicia reliqua impendent, nondum est plane
- 40 expeditum Id. ibid. 4, 16. Ter. Phorm. 1, 4, 2 Ita nunc imparatum subito tanta te impendent mala, *i. Propediem euentura tibi sunt.* Metus nulli a superis impendent Cic. de N. D. 1, 45. Negotium impendet, *Vrget, instat* Idem Att. 2, 22. Id. de Arusp. Resp. 4 c. 3 Tum vidi ac multo ante perspexi, quanta tempestas excitaretur,
- 45 quanta impenderet procella Reipublicae. Tanta in te impendent Ruinae Plaut. Epid. 1, 1, 77. Sumtus infiniti impendent in hos exercitus, quibus defendimur Cic. Brut. 18. Tempestas inuidiae quanta nobis impendet Idem in Catil. 1, 22. Timor belli impendet Id. Fam. 2, 10.
- 50 IMPENDENS, entis. Partic. [ἐπιπεμπόμενος] Plin. 18, 35 Quinimmo et harundinem non nisi impendentē pluuia feri iubent. Caedis impendentis periculum Cic. Att. 5, 3. Ibid. 8, 13. Dolor Id. de Fin. 1. Montium impendentium altitudines Id. de N. D. 2, 98. Ruina Ouid. ad Liu. 363. Conf. Iustin. 17, 1, 5. Rupes
- 55 Idem 24, 6, 6.
- IMPENDIVM, IMPENDIOSVS, vid. IMPENDO.
- IMPENDO, di, sum, ēre. [δαπανῶν, ἀναλίσκω] In aliquam rem infumere. Plin. Epist. 10, 46 In aquaeductum, domine, Nicomedenses impenderunt H. S. XXX. CCC. XXIX. qui imperfectus
- 60 adhuc relictus. Impendere de suo Liu. 6, 15. Quinctil. ad Tryphon. Quibus componendis (vt scis) paullo plus quam biennium impendi. Columel. in praef. 1 Tot generibus ficorum, sic vt rosarii impenderet curam, quam a plerisque etiam maiora negligantur. Quinct. Decl. 349 de Manlio et Sp. Cassio, Illi vere fortes et viri fuerunt, qui, cum hoc meminissent, Liberos a se reip. gratia procreatos, bene impendi crediderunt exemplo. Laborem studiis Plin. Epist. 3, 5. *it.* 6, 20. Laborem ac sumtum ad incertum casum Cic. Verr. 3, 227. Opus verbis, pro Operam dare Sen. Epist. 76. Operam intra tectum Columel. 12, 1. Operam duplicem Varr. de R. R. 2, 11. Vid. OPERA. Pecuniam in res aliquas Cic. Verr. 4, 46. Studia iuuenibus erudiendis Quinctil. in prooem. 1. Cic. Verr. 3, 227 c. 98 Ad incertum casum et euentum certus quotannis labor et certus sumtus impenditur. Tempus studiis Plin. Epist. 3, 5. Vitam famae Stat. Silu. 5, 1, 63. Volumina tota in disputationem
- 75 Quinctil. 3, 6.
- IMPENSVS, a, um. Partic. [δαπανημένος] Cic. Att. 14, 12 Scribis enim esse rumores, me ad lacum quod habeo venditurum, minusculam vero villam vtique Quinto traditurum, vel impenso pretio, quo introducatur, vt tibi Q. filius dixerit, dotata Aquilia. Caes. B. G. 4, 2 Quin etiam iumentis, quibus maxime Galli delectantur, quaeque impenso parant pretio, Germani importatis non vtuntur. *i. Soluta, vt quibusdam placet: alii Magno interpretantur.* In Ciceronis exemplo Paullus Manutius interpretatur, Impenso, Non soluto. Conf. Tacit. Hist. 1, 31, 7. Labor Apul. p. 276. Labori aetas
- 85 impensa Lucan. 2, 569. *2 Magnum significat et quasi ponderosum, in bonis et malis.* Libido Lucret. 5, 962. Opera Gell. 9, 14. Preces Apul. Apol. p. 336. Cic. Att. 14, 12 Minusculam vero villam vtique Quinto traditurum vel impenso Pretio, *i. pretio quantumuis magno.* Liu. 2, 9 Salis quoque arbitrium, quia
- 90 impenso Pretio venibat, in publicum omne sumtum. Sic etiam intelligi potest Liu. 35, 44 Prima eius oratio fuit excusantis, quod tanto minoribus spe atque opinione hominum copiis venisset, id suae impensae erga eos voluntatis maximum debere indicium esse. Non opus est, inquam, vt Impensa voluntas sit quasi propensa: impensum est magnum, vt vidimus. Plaut. Capt. 4, 2, 26 Vae misero illi, cuius cibo iste factus est impensior. Grauis, intolerabilis, molestus. Plaut. Bacch. 3, 2, 10 Pol quidem, meo animo, ingrato homine nihil impensius est, *i. vt recte Pistor. et Gron. nihil damnosius, in quod plus sine fructu impendatur.* Cura impensior, *b. e. Maior, vehementior*
- 95 Ouid. Met. 2, 406. Tac. Hist. 1, 31, 7. Damnum impensius Gell. 20, 1. *b. e. Maius.* Verbis impensioribus laudare Val. Max. 4, 3 ext. 1. Preces impensissimae Suet. Tiber. c. 13.
- IMPENSA, ae. f. [δαπάνη, χορηγία] Sumtus. Cic. Fam. 8, 1 Ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam. Id. Verr. 3, 53
- 05 Magna impensa. Ouid. Her. 7, 188 Instruis impensa nostra sepul-

cra breui. Ingentes, *vid.* **INGENS.** Largiorem impensam reformidare Columel. 2, 24. Leuis Ouid. de Arte Am. 2, 255. Profundae Claud. Conf. Stil. 2, 224. Auson. Eidyll. 18 Septima in Augiae stabulis impensa laboris. Ouid. Met. 8, 63 — melius sine caede, moraque, Impensaque sui poterit superare cruoris. Impensae nauis Plin. 36, 24 f. 63 et Obsequ. 82 sunt armamenta. Sic *Burm. ad* Ouid. Her. 7, 188. Cic. anteq. iret in exil. 16 Qui neque tanta valebit auctoritate, neque tantorum officiorum impensam egistis in patriam. Angebatur regis animus ad impensas, *vid.*

ANGO. Cic. anteq. iret in exil. 5 Iure igitur quoniam et maior impensa in patriam officii facta est, quam in priuata sit defensione, etc. *Add. Id. Phil. 6, 5.* Parcere impensae Liu. 35, 44. *Vid.*

PARCO. Perdere operam et impensam, *vid.* **OPERA.** Poscunt vineae amplissimas impensas Columel. 3, 3. Remunerari impensam coloni magno fetu dicitur ager Idein 2, 2, 5. Venari suffragia cocnarum impensis Hor. Epist. 1, 19, 37. ¶ 2 Beneficium est Martial. 13, 4 Impensis vitam principis annumeres. ¶ 3

Impensa lutum est vel materia, quae instar luti, aut calcis arenatae induci potest. Pallad. 1, 40, 5 de camera balnei, Impensam testaceam subterinducis. Sic Pallad. 1, 9, 4 Inducto rudere, vel testaceo pavimento, congestos et calcatos spisse carbones cum fabulone et fauilla et calce permisces, et huius impensae crassitudinem sex vnciis iubebis imponi. Iterum de cameris 1, 13, 2 Dehinc primo impensa pumicea induemus, et trulla aequabimus, vt inter se cannarum membra constringat.

IMPENSVM, i. n. Hor. Serm. 2, 3, 245 Luscinias soliti impenso prandere coemtas. Signant ultimam literam graui accentu, et aduerbialiter intelligi volunt, vt magno, paruo. Nec negari potest, esse Ablatiuum. Laudant etiam Columel. 9, 8, 5 Et impensum et eandem operam custodis postulant bonae atque improbae. Sic Gryph. Al. 30 impensam.

IMPENSVS, ūs. m. Symmach. Epist. 1, 11 Maiore impensu.

IMPENSE. Adu. [*σφοδρα*] Valde, admodum. Plaut. Epid. 4, 1, 39 Est impense improbus. Ter. Adel. 5, 9, 36 Impense cupere. Gell. 18, 7 Iulius Paullus Poeta vir bonus, et rerum, literarumque veterum impense doctus. *Add. Id. 10, 24.* Ter. Eun. 3, 1, 23 Impense inuidere. Liu. 40, . . . Impense regnum affectare. Id. 1, 46. Compar. [*σφοδρότερον*] Abundantius, uberius. Plin. Epist. 6, 4, 5 Quo impensius rogo, vt timori meo quotidie singulis, vel etiam binis epistolis consulas. Liu. 4, 46 pr. Multo impensius accendi. Impensius vrer Catul. 70, 5. Impensius legatos supplices mittere pacem orare Sallust. Iugurth. 47. Idem ibid. 75. Impensius exornatus Iustin. 21, 3, 7. Impensius petere Suet. Claud. c. 11. Impensius vnge Perf. 6, 69. Tanto me impensius aequum est consulere Virg. Aen. 12, 20. Superl. Suet. Domit. c. 20 In-

condio absumta impensissime reparare.

IMPENSIBILIS, e. Adi. Quod satis expendi nequit. Gell. 11, 5 Veritas impensibilis. Al. Imprenibilis, al. Incomprehensibilis: ἀκατάληπτον Graecorum indicari, res ipsa loquitur.

IMPENDIVM, i. n. [*δάνανος*] Idem significat, quod Impensa. Plin. Epist. 4, 13 Ego mihi curam tantum et impendium vindico. Id. ibid. 10, 17 Nunc Reip. Prusensium impendia, reditus, debitores excutio. Cic. pro Quint. 12 c. 3 Qui ab adolescentulo quaestum sibi instituisse sine impendio. Conferre impendia in educationem Quinctil. 1, 10. Deducere impendia ex dote Neratius in l. 55 quod dicitur D. de impensis in rebus dotalibus factis. Reddere impendium ad assen, *vid.* **AD Praep.** Impendium, ait Varro de L. L. 4 extr. Vfsura, quod in fortem accedebat, Impendium appellatum est: quae cum accederet ad fortem ex vsu vfsura dicta accederet. Haec ille. Cic. de Clar. Orat. 16 Seremus igitur aliquid tanquam in inculto et derelicto solo, quod ita diligenter colimus, vt impendiis etiam augere possimus largitatem tui muneris: modo idem noster animus efficere possit, quod ager, qui, quum multos annos quieuit, vberiores efferre fruges solet. h. e. vt interpretatur Corradus, Munus, quod large et liberaliter nobis dedisti, vfsura quadam maius facere, et ita tibi reddere possimus. Cic. Att. 6, 1 Nihil illo regno spoliatus, nihil rege egentius: itaque aut tutela cogito me abdicare, aut (vt pro Glabrione Scaeuola) fenus et impendium recusare. Quem locum sic interpretatur Manutius: pro Glabrione pupillo tutor Scaeuola fenus et impendium recusauit aduersus creditores pupilli: ita ego alterum duorum faciam, vt tutelam regis mihi a Senatu traditam renuntiem ac depenam: aut aduersus eius creditores fenus et impendium recusem. Corradus vero sic: P. Mucius Scaeuola M. Acilii Glabrionis auus, quum ipsum Glabrionem socordem videret, fenus et impendium recusauit, vtilitatem et damnum reiecit. h. e. vt aiunt, Se nec bene nec male interposuit. Conf. Gronou. Mantiff. Pec. Vet. p. 416. Impendia, Tributa, quae principi penduntur a populo. Stat. Silu. 3, 3, 85 Partaque per omnes Diuitiae populos, magnique impendia mundi. De Herustio loquitur, cui mandata erat Imperatorii aerarii cura.

IMPENDIOSVS, a, um. Adi. [*δανώδης*] Qui plus aequo impendit, et consumit quam par est. Plaut. Bacch. 3, 2, 12 Nimio praestat impendiosum te, quam ingratum dicier.

IMPENDIO. Adu. intendendi. [*λιον, πίνον*] Idem quod Impense, valde, apprime. Vt, Cum male audiunt impendio commouentur et obirascuntur Apul. Apol. p. 275. Idem Met. 2 p. 122 Excusare. Idem de Deo Socr. p. 53 mirari. Gell. 1, 2 Sed loquacior impendio et promptior. Idem 11, 18 Quoniam videbantur impendio acerbiores. Ter. Eun. 3, 5, 39 Impendio magis animus gaudebat mihi. Cic. Att. 10, 4 At ille impendio nunc magis odit Senatum. Plaut. Aulul. prol. 18 Atque ille vero minus minusque impendio curare, minusque me impertire honoribus.

IMPENETRÁLE, is. n. [*ἄδύρον*] inquit Festus, Cuius vltimum penetrale intrare non licet.

IMPENETRÁBILIS, e. Adi. [*ἀπείρατος*] Quod penetrari non potest. Liu. 22, 19 extr. Et quum auersi, ac diuerso late agmine a tam multis simul venientibus haud sane impenetrabiles essent, in litus passim naues egerunt. Aliter Gronou. Armis impenetrabilis Stat. Theb. 3, 15. Mens impenetrabilis irae Sil. 7, 561. Pars superior corporis crocodili impenetrabilis Sen. Nat. Quaest. 4, 2. Pudicitia Tacit. Ann. 4, 12, 4. Silex ferro impenetrabilis Liu. 36, 25. Tergus impenetrabile ad Plin. 8, 25.

IMPENNÁTVS, a, um. Adi. [*ἰππεγος*] Impennatas agnas in Saliari carmine veteres pro Spicis vsurparunt, quae non habent aristas: Agnas enim nouas voluerunt intelligi Festus.

IMPENSA, ae. f. *Vid.* **IMPENDO.**

IMPENSVS, IMPENSE, *vid.* IMPENDO.

IMPERATOR, IMPERATRIX, *vid.* IMPERO.

IMPERCEPTVS, *vel* IMPERCEPTVS, a, um. Adi. [*ἀπαρ-
τάληπτος*] Gell. 14, 1 Minora maioribus imperceptiora: pro imper-
5 ceptibilia, ut iniuictus. Mendacia Ouid. Met. 9, 710.

IMPERCO, *ere.* [*φειδομαι*] Addit significationi simplicis Parco,
unde formatur, ut a Partior, Impertior. Plaut. Amphit. 1, 3, 2
ubi Iupiter, fides Amphitruo Bene vale, Alcunena, cura rem com-
munem, quod facis, Atque imperce quaeso: menses iam tibi exactos
10 vides. Idem Casin. 4, 4, 12 sponso cubitum eunti cum sponsa dicitur,
Amabo integrae atque imperitae huic impercito. Hinc Festus, Im-
percito, Parcito, Futurum ab Imperatiuo.

IMPERCITVS, a, um. Non percitus, non percussus Sil.
9, 161. Sed Imperditus restitutum a Modio et Heinio, quod seruat
15 Drakenb.

IMPERCVSSVS, a, um. Adi. [*ἀβλητος*] Pedes impercussos
mouere, i. Sine strepitu Ouid. Amor. 3, 1, 52.

IMPERDITVS, a, um. Adi. [*ἀνόλετος*] Virg. Aen. 10, 430
Et vos ó Graiis, imperdita corpora Teucris. Vbi Seruius: Imperdita
20 corpora Graiis, Quos Graeci perdere nequiverunt. Sic Imperdita
corpora Poenis Sil. 10, 417. Pectora imperdita Tydeo, quae
Tydeus perdere non potuit. Stat. Theb. 3, 84.

IMPERFECTVS, a, um. Adi. [*ἀτελής*] Nondum absolutus et
perfectus. Virg. Aen. 8, 428 Pars imperfecta manebat. Opus
25 Ouid. ex Pont. 4, 16, 15. Sermonis verba imperfecta Idem Trist.
1, 3, 69. Compar. Insuauius hoc imperfectiusque Gell. 1, 7.

IMPERFECTE. Adu. Gell. 2, 8 Imperfecte atque praepostere
atque inscite syllogismo vti.

IMPERFECTIO, *onis. f.* Augustin. de Genes. ad Liter. 1, 4

IMPERFOSSVS, a, um. Adi. [*ἀκατόρυκτος*] Non perfossus.
30 Ouid. Met. 12, 496 Manet imperfossus ab omni Inque cruentatus
Ceneus Elateius ictu.

IMPERFUNDIES, *ei. f.* Hic cruciatur fame, frigore, illuue,
imbalnitie, imperfundie Lucil. ap. Non. 2, 437. Sic correxit Scalig.
35 et edidit Mercer.

IMPERIOSVS, *vid.* IMPERO.

IMPERITVS, a, um. Adi. [*ἀνεπισήμων, ἀμαθής*] Non ex-
pertus, inquit Donatus. Infcius, ignarus, rudis, indoctus. Plaut.
Trin. 3, 2, 39 Pernoui equidem Lesbionice imperitum tuum ingenium
40 admodum. Ter. Eun. 5, 2, 42 Non adeo inhumano ingenio sum
Chaerea, neque tam imperita, ut quid amor valeat, nesciam. Im-
peritus et Callidus, contraria, quemadmodum Rudis et Astutus Cic. pro
Rosc. Com. 143. Gentes imperitissimae Cels. 1. Cic. Verr. 1,
151 c. 54 Vt nomine ipso et memoria patris, animos imperitae multi-
tudinis concitarem. Plin. 34, 14 Quod imperitum vulgus appellat
45 ferrum viuum. Cic. in Partit. 92 Sin apud indoctos imperitosque
dicemus. Ter. Andr. 5, 4, 8 Tunc hic homines adolescentulos,
imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis? Homo
omnium rerum imperitus, quaerit quid sit ad perpendiculum Cic.
50 Verr. 1, 133 c. 51. Idem Tusc. 4, 19 Aut stultum, aut rerum esse
imperitum existimet. Ex vetusto Poeta. Homine imperito nun-
quam quidquam iniustius Ter. Adelph. 1, 2, 17. Sermo Cic. in
Orat. 23. Imperitus expersque linguae Graecae Plin. 29, 17.

Plaut. Mil. 3, 3, 45. Adfunt fabri, architectique, eam quidem ad rem
55 haud imperiti. Compar. Ne quis imperitior existimet Cic. pro
Rosc. An. c. 46. Gell. 6, 1 Nihil prorsus isto imperitius. Conf.
Ascon. in Cic. contra Pison. p. 163. et Quinctil. 1, 10. Superl.
Cic. de Amicit. 95 c. 25 Concio ex imperitissimis constans. Conf.
Cels. praef. pr.

IMPERITIA, *ae. f.* [*ἀνεπισήμοσίνη, ἀμαθία*] Plin. 17, 2 Con-
tra Circium ferere imperitia existimatur. Ibid. 22. Conf. Sallust.
Iugurth. c. 38. et 85 et 99.

IMPERITE, *ius, isime. Adu.* [*ἀμαθώς*] Indocte. Cic. de
Clar. Orat. 80 Dicebat enim L. Scipio non imperite. Differere
65 multa imperite Plin. 35, 10. Facere Nep. 20, 3, 5. Conuellere
aliquem imperitius Gell. 19, 12. Cic. pro Corn. Balbo 20 c. 8 Quod
enim potuit dici imperitius, quam foederatos populos fieri fundos
oportere? Ibid. 27 c. 11 Sed quam est illud imperitissime dictum
de populis fundis, quod commune liberorum est populorum, etc.

IMPERITO, IMPERIVM, *vid.* IMPERO.

IMPERIVRĀTVS, a, um. Adi. [*ἀνόμοτος*] Non peieratus,
ut Annis aquae imperiurate, i. Styx, per quam dii iurantes nunquam
peierabant Ouid. in Ibin 78.

IMPERMEABILIS, *e.* Adi. Impermeabiles fines Iornand. de
75 reb. Get.

IMPERO, *are.* [*ἄρχω*] Iubere. dictum ab In, et Paro; quasi
in altero paro et officio aliquid, ut Iniungere, Indicare. Et est ver-
bum summae auctoritatis, quam habent domini, patres familias, duces
belli, etiam medici (*vid.* IMPERATOR n. 2 extr.) eoque in genere
80 obstetrices, ut Ter. Andr. 3, 2, 10 Non imperabat coram, quid opus
facto esset puerperae. Vatinius ad Patronum Cic. Fam. 5, 10 Sed
tamen omnia dura mihi imperas. Imperet quae vellet Caes. B. C.
3, 6. vox militum ad ducem. Ter. Eun. 2, 3, 97 Iubeo, cogo, at-
que impero. Vbi Donatus, Euidenter plus esse Imperare, quam Iu-
85 bere. Vernilis petulantiae vox: Ter. Andr. 5, 2, 1 Animo iam
hunc otioso esse impero. Vbi Donatus: Impero pro Volo. an ut sta-
tim fiat tanquam illud, quod imperatur? Et Impero dixit superbe,
summum enim indicium securitatis est superbia. Sallust. Iugurth.
62, 8 Igitur Iugurtha vbi armis virisque et pecunia spoliatus est, dum
90 ipse ad imperandum Tisidium vocaretur, rursus coepit flectere ani-
mum suum, et ex mala conscientia digna timere. Ad imperandum,
passive dixit, i. cui imperetur, quod deinde idem est atque ad parendum,
et ad imperata Metelli facienda. Cic. Fam. 9, 25 Nunc ades ad im-
perandum, vel ad parendum potius. sic enim antiqui loquebantur.

95 i. Ades, ut tibi imperem. Non improbabilis est coniectura Cortii ad
Sall. l. c. verba vel ad parendum potius ex glossa esse: qui etiam simi-
lem gerundorum usum in aliis annotauit post ea, quae in Sanctiana Minerua
disputantur 3, 8 p. 454. Huc pertinet in primis Caes. B. G. 6, 2 Se-
nones ad imperandum non venire, ut volunt Ciaccon. Vrsin. Perizon.

100 al. imperatum. Cic. Tusc. 2, 47 Haec ut imperet illi parti animi,
quae obedire debet, id videndum est viro. de virtute. Cic. Tusc.
2, 47 Reliquum est, ut tute tibi imperes, quanquam hoc nescio quo-
modo dicatur, quasi duo simus, ut alter imperet, alter pareat: non
inscite tamen dicitur. Animum rege: qui nisi pareat, Imperat

105 Hor. Epist. 1, 2, 62. Imperat aut seruit pecunia Idem 1, 10, 47.

Qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est: et qui modeste paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse. Cic. de Legib. 3, 5 c. 2. Parcius imperare Stat. Silu. 1, 5, 44. ¶ 2 *Formas dicendi varias habet, in quibus multae Metaphoricae, ubi imperare est vi quadam, certe arte, cultu, aliquid obtinere vel ab alio, siue res siue persona sit, vel a se ipso.* Agris fertilibus non est imperandum Sen. de Tranquil. An. c. 15. Amori suo imperasset Nympha Hylam praedata Petron. 83. Animo imperare nequiu, quin prius quam perirem, cur periturus essem, scirem Liu. 34, 31. Aruis imperat agricola Virg. Georg. 1, 99. Seruius: Aruis imperare, i. e. Vt tantum ferant, quantum desiderat agricola. Cic. de Amicit. 84 c. 22 In talibus ea, quam iam dudum tractabamus, stabilitas amicitiae confirmari potest, quum homines beneuolentia coniuncti, primum cupiditatibus iis, quibus caeteri seruiunt, imperabunt. Dolori imperare, *Vincere dolorem, et patienter ferre* Plin. Epist. 8, 19 extr. Domi non imperarem Cic. de Orat. 2 c. 7. *intell. coenam mihi parari.* Fronti Quinct. 11, 3, 77. *de gestu.* Gentibus omnibus et nationibus terra marique imperare Cic. pro L. Manil. 56. Ingenio suo nemo plus imperauit, nemo plus indulgit Sen. Controu. 1 Praef. de Portio Latrone. Ouid. Epist. 11, 15 Imperat heu ventis, tumidae non imperat Irae. Et Irae non fortiter imperat Idem Met. 9, 27. *i. moderatur.* Lacrimis quis imperet? Sil. 2, 652. Liberis imperare: i. e. Regere liberos, *inquit Donatus* Ter. Adelph. 1, 1, 52. Menti non satis imperat Sen. Thyest. 919. Ter. Eun. 2, 2, 21 Imperaui egomet mihi, omnia assentati. *Hanc legem mihi dixi, et ad eam me assuefeci.* Nobismetipsis vt imperemus quum praecipitur, hoc praecipitur, vt ratio coercean temeritatem Cic. Tusc. 2, 47. Ter. Eun. 2, 2, 21 Imperaui egomet mihi omnia assentari. Sibi silentium Plin. 28, 6. *Vid. Burm. ad Quinct. 5, 10 p. 422.* Sic imperant Vitibus et eas multis palmitibus onerant, vt posteritati non consulant Colum. 3, 3. Voci nimis imperat Plin. Epist. 5, 19, 6. Vrbi imperare Lucan. 2, 61. ¶ 3 *Accusatiui:* Caes. B. C. 1, 6 Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, pecuniae, etc. Cic. pro Rosc. Amer. 59 Nonnunquam etiam puerum vocaret, credo cui coenam imperaret. Equites imperare ciuitatibus Caes. B. G. 6, 4. Exercitum imperare *ad rem culinariae et epularum pertinet* Plaut. Capt. 1, 2, 50. *it.* Exercitum imperare *lacrimarum* Cistell. 1, 1, 60. *Vid. EXERCITVS n. 3.* Frumentum aliquibus proportione Cic. Verr. 5, 54. Idem Diu. Verr. 30 Queritur tota Sicilia C. Verrem ab aratoribus, quum frumentum sibi in cellam imperauisset, etc. Munus aliquod Cic. Verr. 5, 51. Id. ibid. 5, 159 Superiorum Praetorum consuetudo quum haec fuisset, vt naues ciuitatibus, certusque numerus nautarum, militumque imperaretur et maximae et locupletissimae ciuitati Mamertinae: nihil horum imperauiisti. Nepos 9, 4, 2. Nuptias alicui Quinctil. 7, 2. Cic. pro L. Manil. 35 Idem Creten-45 sibus, quum ad eum vsque Pamphiliam legatos deprecatoresque misissent, spem deditiois non ademit, obsidesque imperaui. Obsides ciuitatibus Caes. B. G. 6, 4. Cic. Verr. 2, 137 Singulis Censoribus denarii trecenti ad statuam Praetoris imperati sunt. Pecunias alicui Nep. 25, 7, 3. Pecuniam in remiges Cic. pro Flacc. 32. Tri-50 butum imperare *dicitur princeps, Quando subditos imperio cogit ad dandas pecunias, tributum, milites, et id genus.* Plaut. Epid. 2, 2, 43 At tributus quum imperatus est, negant pendere posse. Sic, Imperare pecuniam Cic. Verr. 2, 38. ¶ 4 *Pass.* Cic. Fam. 11, 10 Sed neque Caesari imperari potest, nec Caesar exercitui suo. Et 55 pro L. Agr. 2, 46 Imperabitur aliquid muneris, non recusabunt. Hor. Epist. 1, 5, 21 Haec ego procurare, et idoneus imperor, et non Inuitus. Imperatur ei perpetua pudicitia Iustin. 10, 2, 4. Liu. 33, 13 Quae priore colloquio imperata a Romanis essent. Conf. Caes. B. C. 1, 6. et Sallust. Fragm. 1, 15. Malo imperari, quam eripi 60 mortem mihi Sen. Phoen. 102.

IMPERANS, antis. Partic. Imperantis lenitas Tacit. Ann. 16, 28, 1. Illo imperante Caes. B. G. 7, 17. Conditio imperantium Aur. Victor Epit. c. 24. In gentem nomenque imperantium concessere Sall. Fragm. c. 32.

IMPERATVS, a, um. Part. Imperatae pecuniae Caes. B. C. 3, 32. Obsidibus Idem B. G. 6, 4. Equitatu Idem 4, 6. Naues Curt. 3, 1, 20. Imperata facere Caes. B. G. 2, 3. Idem 5, 36. Nep. 16, 9, 2. Liu. 35, 17 Si Smyrna et Lampascus imperata faciant. Liu. 38, 45 Qui quum in pace essent, imperataque prioribus Consulibus fecissent, *Drakenb. a prioribus utraque lectio bonas auctores habet.* Imperata effecta reddere Plaut. Pseud. 1, 3, 151.

IMPERATVS, ūs. m. Imperatu Gratiani Ammian. 31, 19.

IMPERATIVE. Adu. Vlpian. tit. 24 §. 1. *Vid. Precatius, in*

PRECOR. IMPERATIVVS, a, um. Adi. Imperatiuae feriae Macrob. Saturn. 1, 16. *Sic, Modus Imperatiuus frequens apud Grammaticos.*

IMPERITO, are. Frequent. [*ἀρχηγετῶμαι*] Plaut. Capt. 2, 1, 47 Quod antehac pro iure imperitabam meo. *Contraria.* Hor. Serm. 2, 7, 81 Tu mihi qui imperitas, aliis seruis miser. Equis 80 Idem Carm. 1, 15, 25. Gentibus magnis Lucret. 3, 1041. Legionibus magnis Hor. Serm. 1, 6, 4. Rem aequam imperito Idem ibid. 2, 3, 189. — Imperitandi parum prudentes Colum. 13, 1. Imperitando, seruiendoque vicissim Plin. 6, 29. *Saepe hac voce utitur Tacitus, e. g. Hist. 4, 61, 4 Virgo late imperitabat. Imperitandi cupido Id. ibid. 4, 25, 5. Quanto sit augustius imperitatum Id. Ann. 4, 4, 5. etc. Conf. Curt. 4, 7, 1. et 9, 6, 20. et Sallust. Jugurth. c. 19. item Liu. 1, 2.*

IMPERITANS, antis. Part. Naturam caeteris imperitantem industria vicerat Sall. Jug. c. 76 pr. Curt. 6, 5, 25 Reginam — 90 omnibus inter Caucasum et Phasin imperitantem.

IMPERATOR, ōris. m. [*βασιλεύς, αὐτοκράτωρ, στρατηγός, ἀρχηγός*] Qui imperat. Plaut. Capt. 2, 2, 57 Equidem, si perinde, vt ipse fui imperator familiae, etc. Imperatores, *Ductores exercituum et praefecti copiarum militarium dicuntur.* Ter. Eun. 4, 7, 895 Imperatoris virtutem noueram, et vim militum. Cic. pro Rosc. Amer. 151 Solent hoc boni imperatores facere, quum praelium committunt: vt in eo loco, quo fugam hostium fore arbitrentur, milites collocent. *Apud Romanos duplex obseruatur vis huius nominis velut accessoria, semel cum victor exercitus suum ducem Imperatorem appellat: quod confirmat, vel vltro facit etiam, Senatus. Deinde cum Augusti exemplo Principes caeteri militarem, atque adeo summam rerum omnium potestatem, hoc nomine se habere indicabant. De illo genere forte etiam intelligi potest illud Plin. 7, 26 enumerans Pompeii laudes, Toties imperator ante quam miles. Caes. B. C. 3, 71, 3 Pompeius eo praelio 105*

Imperator est appellatus. Hoc nomen obtinuit, atque ita se postea salutari passus est. Sed neque in literis, quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia laureae praetulit. Haec igitur alias solebant. De Cicerone Imperatore, vid. Epist. 3, 9. Idem Phil. 14, 11 c. 4 Hoc primum faciam, ut Imperatores appellem (*mea sententia*) eos, quorum virtute — liberati sumus. Etenim cui viginti his annis supplicatio decreta est, ut non Imperator appellaretur, aut minimis rebus gestis, aut plerumque nullis. — At si quis Hispanorum — mille aut duo millia occidisset, non eum hac consuetudine, quae increbuit, Imperatorem appellaret Senatus? tot legionibus caesis — hostium — clarissimis ducibus supplicationum honorem tribuimus, Imperatorum nomen adimemus? *Sunt in hac oratione pluscula. Conf. Caes. B. C. 2, 25 sq. Appian. B. Civ. 2 p. 455 ita loquitur, ut sua aetate adhuc tributum priuatis illum honorem dicat, sed caesis decies mille hostibus, quae certe non nimis crebra fors fuisse videtur. Caeterum Tacit. Ann. 3, 74 Tiberius — id quoque Blaeso tribuit, ut Imperator a Legionibus salutaretur, prisco erga duces honore, qui bene gesta republ. gaudio et impetu victoris exercitus conclamabantur: erantque plures simul Imperatores, neque super caeterorum aequalitatem. Concessit quibusdam et Augustus id vocabulum; ac tunc Tiberius Blaeso postremum. Principum illam appellationem in veteribus monumentis millies videmus, et ipsam quoque ad rem militarem respexisse, apparet, et memorat Dio l. 57 p. 607 Tiberium dictitasse, Dominum se servorum, Imperatorem militum, caeterorum principem esse. Plin. Paneg. 22* Feminas fecunditatis suae maxima voluptas subiit, cum cernerent, cui Principi ciues, cui imperatori milites peperissent. Praeter alios Lips. ad Tacit. Ann. 3 extr. obseruat Imperatoris appellationem in Principibus praeponi, tanquam praenomen; cum Victorem bello notat et priuatis etiam tribuitur, postponi, tanquam cognomen, solitam. ut, Imperator Caesar Augustus, contra, M. Tullius Cicero Imperator, et Iun. Blaesus Imperator. Vid. Suet. Caes. c. 76 c. not. Casaub. et Claud. e. 12. Schwartz. ad Plin. Paneg. 9. Doctissima sunt, quae de Imperatoris nomine et diuerso vsu habet Spanh. de Vsu, etc. Num. diff. 10 p. 180 sq. et diff. 12 p. 392 sq. Idem ad Iulian. Caes. p. 93 attulit, vid. Num. IMPERATORES INVICTI, PII AVGG. de Imperatore Seuero et uxore illius Iulia. ¶ 2 Iam videamus formulas, quae ad illud primum et caetera complexum genus, quo ducem rei militaris notat, referuntur. Imperator et administrator belli gerendi Cic. de Orat. 1, 210. Idem Tusc. 2, 62 In primis laudabat illud, quod diceret, eosdem labores non esse aequae graues imperatori et militi, quod ipse honos laborem leuiorem faceret imperatorium. Castrorum imperator, duxque hostium Cic. in Catil. 1, 5. Victor et imperator omnium gentium Populus Romanus Idem pro Domo 90. Add. Tac. 3, 6, 2. Bonus et fortis Cic. de Orat. 2, 187. Exercitui praepositus est callidus et sapiens imperator Idem de Inuent. 1, 58 c. 34. Inuictissimus Id. Verr. 4, 82. In summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem Cic. pro L. Manil. 28 c. 10. Vbi summus imperator non adest ad exercitum, citius, quod non factum est vsus, fit, quam quod factum est opus Plaut. Amph. 1, 3, 6. Plin. 29, 1 de medicis, Palamque est, ut quisque inter istos loquendo polleat, imperatorem illico vitae nostrae necisque fieri. Vid. IMPERO pr. ¶ 3 Iupiter imperator est apud Liu. 6, 29 extr. Plin. Paneg. 5, 4 ubi vid. Lips. IMPERATRIX, icis. f. [βασιλισσα, ἡγεμονίς] Cic. pro Cael. 67 c. 28 Deinde fortes viros ab imperatrice in insidiis atque in praesidio balnearum locatos. Amare hoc dicit in Clodium. Imperatrix ciuitas l. 39 Cod. de Episc. et Cler. Imperatrix Italia Plin. 26, 3. IMPERATORIVS, a, um. Adi. [στρατηγικός, βασιλικός] Quod ad imperatorem pertinet. Appellatio imperatoria Paterc. 2, 25, 5. Donatio Cic. Verr. 3, 187. Fastigium Capitol. Anton. Pio c. 6. Cic. Verr. 1, 57 P. Seruilius quae signa atque ornamenta ex vrbe hostium et virtute capta, belli lege atque imperatorio Iure sustulit, ea Pop. Romano asportauit. Labor Cic. Tusc. 2, 62. Laus Idem Acad. 4, 2 c. 1. Manubiae Id. de Orat. 3 c. 3. Maiestas Spartian. Hadr. 65 c. 8. Nomen cooptare imperatorium Cic. Fam. 11, 4. IMPERATORIE. Adu. Treb. Pol. Claud. c. 6 Dum se ad id bellum imperatorie instruit. IMPERIUM, i. n. [στρατηγία, βασιλεία, ἐπικράτεια, ἡγεμονία] Iustus et Praeceptum Imperatoris. Virg. Aen. 1, 57 Tempestatesque sonoras Imperio premit ac vinclis et carcere frenat. Idem Aen. 4, 295 Imperio laeti parent. Satis pro imperio, quisquis es, i. e. Imperiose, Donatus: Ter. Phorm. 1, 4, 19. Duritia imperii Tacit. Hist. 1, 23. Plaut. Mil. 3, 1, 17 Facile est imperium in bonis. Lenia Hor. Epist. 1, 18, 45. Luforium, vid. 75 LVDVS. Tacit. Ann. 15, 48 Idque pluribus probabatur, qui in tanta vitiorum dulcedine summum imperium nec restrictum, nec Perseverum volunt. Precarium seni imperium, et breui transitorium Tacit. Hist. 1, 52. Restrictum Idem Ann. 15, 48. In te mihi est imperium, h. e. Tibi imperare possum Plaut. Men. 5, 7, 41. Tuum imperium est apud nos Idem Mil. 4, 4, 60. h. e. Meminimus, quid tu nobis imperaueris. ¶ 2 Verba: Abnuere imperium, vid. ABVVO. Accipere imperium Tacit. Hist. 2, 19. vid. ACCIPIO. Liu. . . . Percussae ciuitates minores imperium Acceperunt. Imposito stipendio paruerunt. Intentus ad imperia Accipienda Idem 85 25, 9. Capessere imperia, vid. CAPESSO. Concedere in imperium Iustin. 4, 2, 3. Plaut. Men. 5, 2, 118 Sed quis hic est, qui capillo me hinc de curru deripit, imperium tuum Demutat, atque dictum Apollinis? i. Contra imperium tuum agit. Curt. 9 Oppidani Detrectabant imperium, et clauserant portas. i. Abnuabant, respuebant. 90 Tacit. Hist. 3, 68 Praeuenerat rumor Eiuari ab eo imperium. Exequi imperium, pro Facere quod est imperatum. Plaut. Amph. 3, 3, 1 Nunc pergam heri imperium Exequi, et me domum capessere. Exercere dura imperia Virg. Georg. 2, 370. Expectare imperia Curt. 4, 13, 21. Liu. 2, 59 Monentes, ne utique Experiri vellet imperium, cuius vis omnis in consensu obedientium esset. Flectere durum mollibus imperiis Hor. Carm. 4, 1, 7. Frangere imperium Idem Carm. 1, 35, 16. Fungi imperio Iustin. 2, 4, 25. Ter. Eun. 3, 1, 25 Eone es ferox, quia Habes imperium in beluas? Habere aliquem sub imperio Sen. Epist. 11. Tacit. Ann. 12, 47 Vulgus duro imperio Habitum. Inhibere Imperium, Immutari imperio v. ff. l. Negligere imperium medentium Plin. Paneg. c. 22. Obtemperare imperio alicuius, vid. OBTEMPERO. Parere imperio Virg. Aen. 4, 238. Pati imperium Sen. Med. f. 4. Caes. B. G. 5, 52 Tantum se eius opinionis deperdidisse, ut Pop. Romani imperia Perferrent, grauissime dolebant. Proferre imperium suum, i. Ostendere potentiam.

potentiam et vires suas. vel Prorogare, dilatare, ampliare Ouid. Met. 5, 372. Tacit. Ann. 1, 3. *Rumpere imperium alicuius* Sen. Herc. fur. f. 1. Tacit. Ann. 13, 36 *Sed Rupto imperio, postquam paucae e proximis castellis turmae, etc.* Plaut. Trin. 2, 2, 21 *Tuis Seruini seruitutem imperiis, et praecipis pater.* Ter. Heaut. 2, 2, 4 *Ma-* 5
ter, Sub imperio cuius est, mala. ¶ 3 *Res publica, cui aliae parent, vel quae paret Imperatori, ipsaque imperantis dignitas, potestas, maiestas.* Virg. Aen. 1, 291 *Imperium Oceano, famam qui terminet astris.* Cic. de L. Agr. 1, 6 *His insignibus, atque infulis Imperii venditis, etc.* Arbitrari imperii Ouid. Trist. 5, 2, 47 *Augustus.* 10
Inimicissimus huic imperio, vid. INIMICVS. Imperium sine fine Virg. Aen. 1, 283. *Continens imperium, vid. CONTINEO.* Infinitum, vid. INFINITVS. *Labans* Claud. de B. Get. 571. *Sollemne* Virg. Aen. 12, 193. *Summo imperio multa cura inest, multi ingentes labores* Sall. Fr. 13. *Abrogare imperium, vid. ABROGO.* 15
Liu. 38, 16 extr. Non tamen ita infregit animos eorum, ut Absisterent imperio, i. dimitterent animum vicinis imperandi. Agitare imperium, vid. Agitare; pro Administrare in AGO. *Amittere imperium, Confociare imperium, vid. hb. vv.* *Violenta nemo imperia Continuit diu: Moderata durant* Sen. Troad. 258. Tacit. Ann. 6, 20 *Et* 20
tu Galba quandoque Degustabis imperium. *Elaborato a parentibus imperio contentus, i. Magnis laboribus quaesito et parto* Iustin. 1, 2. *Explere imperio triginta magnos orbes, i. Regnare annos triginta* Virg. Aen. 1, 273. *Finit Rhenus Populi Rom. imperium* Caes. B. G. 4, 16. *Fulgens imperio Africae* Hor. Carm. 3, 16, 31. *Gerere* 25
res hominum aeternis imperiis Virg. Aen. 1, 234. *Mandata et commissa imperia, vid. MANDO.* *Moderari frena imperii* Ouid. ex Pont. 2, 9, 33. *Imperii Pulsi fugatique iudicium, quod triumphatur* Plin. Paneg. 11, 5. *Potiri imperio Galliae* Caes. B. G. 1, 2. *Redigere sub imperium alicuius* Idem B. G. 3, 29. *Regere imperium* 30
Virg. Aen. 1, 344. *Tenere summam imperii* Caes. B. G. 3, 17. *Terminare imperium Oceano* Virg. Aen. 1, 391. *Tradere summam imperii* Caes. B. G. 7, 20. *Tractare imperium, Regere, administrare.* Iustin. 1, 2 *de Semiramide, Haec nec immaturo ausa tradere imperium, nec ipsa palam imperium tractare, etc.* *Transigit comitia imperii, i. successorem sibi Pisonem deligit Galba* Tacit. Hist. 1, 14. ¶ 4 *In rebus Romanis Imperium summam rei bellicae potestatem ordinarie notat, non exclusa tamen reliqua magistratuum summorum potestate, quae et ipsa Imperium non nunquam vocatur.* Suet. Caes. c. 54 *Abstinentiam neque in imperiis neque in magistratibus praestitit. Vbi no-* 40
tandum Imperia de Potestate militari; Magistratum de Ciuili dici. Ita, Summa imperii, de qua Graecae Resp. inter se saepe disceptarunt, significat frequenter Ius constituendi imperatorem, i. Ducem aduersus hostes communes. Ita Nep. 3, 2, 2 *Summa imperii maritimi.* Conf. Cic. pro Marc. c. 9. Caes. B. C. 1, 5 et 6. Nep. 3, 2, 1. *Liu. 26, 18 Adeo* 45
perditas res, desperatumque de Repub. esse, ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere. Idem ibid. *Iussi deinde inire confusum suffragium, ad vnum omnes non centuriae modo, sed etiam homines, P. Scipioni imperium esse in Hispaniam iusserunt. Sed etiam togatorum magistratuum potestas imperium est.* Sall. Catil. 55 *de Lentulo,* 50
Ita ille patricius — qui consulare imperium Romae habuerat, dignum moribus factisque suis exitium vitae inuenit. Cic. pro C. Rabir. c. 1 *Est bonorum ciuium — munire praesidia reipubl. summum in consulibus imperium, summum in Senatu consilium putare.* Varro apud Gell. 13, 12 *In magistratu habent alii vocationem, alii* 55
preensionem, alii neutrum. Vocationem, ut consules et caeteri, qui habent imperium; preensionem, ut tribuni pl. et alii, qui habent viatorem; (Hic igitur licet cum fascibus videtur insigne imperii) neque vocationem, neque preensionem, ut quaestores et caeteri, etc. *Liu. 8, 3 Iussis ante tempus Consulibus abdicare se magistratu, quo matu-* 60
rius noui Consules aduersus tantam molem belli crearentur: religio incessit, ab eis, quorum imminutum imperium esset, comitia haberi, itaque interregnum initum. Imminutum imperium dicit eorum, qui iussi erant magistratu se abdicare. Cic. Verr. 4, 20 *Tritici modium* LX. M. emta *Populo Rom. dare debebant et solebant: abs te solo remissum est: Resp. detrimentum cepit, quod per te imperii ius vna in ciuitate imminutum est. Sed hic etiam ad ipsum Imperium et maiestatem Pop. Rom. referas.* Cic. de Fin. 2, 66 *Virginem filiam sua manu occidit potius; quam ea P. Claudii libidini, qui tum erat summo in imperio, dederetur. Decemuir erat Claudius. Ergo non perpe-* 70
tuum est illud Festi: Cum imperio esse dicebatur apud antiquos, Cui nominatum a Pop. Rom. dabatur imperium. Cum potestate esse, dicebatur de eo, Qui a populo alicui negotio praeficiebatur. Caeterum ad Prouinciale imperium pertinet Cic. Verr. 4, 7 *Quae dico signa, ante quam abs te sublata sunt, nemo Messianam cum imperio venit, quin* 75
viderit. Conf. Idem Fam. 1, 1 et 9. et 8, 9. Hinc Cum imperio esse, interdum indicat idem Extra Urbem manere: nam Urbem ingredientibus imperium deponebant. Cic. Att. 7, 3 *Nam quod putas vtilius esse, vel mihi quod tutius sit, vel etiam ut Reipublicae prodesse possim, me esse cum imperio: id coram considerabimus quale sit.* Imperium, 80
maius est quam Iurisdictio: Paull. in l. ea, quae magis D. ad municipales, Ea, quae magis imperii sunt, quam iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest. Vlpian. in l. 3 *imperium D. de iurisd. Imperium aut merum, aut mistum est. Merum imperium est, habere gladii potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines,* 85
quod etiam potestas appellatur. Mistum est, cui etiam iurisdictionis inest, quod in danda bonorum possessione consistit: ut iurisdictionis, iudicis dandi licentia. Misto imperio iurisdictionis inest: i. iurisdictionis et imperium mistum sunt res vna eademque. Vid. qui hoc probat Hamberger. Opusc. p. 288 sq. et de IN n. 2. ¶ 5 *Lepide* Cic. Verr. 90
2, 77 c. 31 de Hortensio, Si Verres — se eripuerit ex Iudicio, in iudicibus sit necesse est — sit in eius exercitu signifer, qui imperium iudiciorum tenere vult. Nempe ut Regnum alias solet dicere.

IMPERIALIS, e. Adj. Aur. Vict. Epit. in Tiberio, *Imperialis molestiae magnitudinem declinare. Ita, Ornamenta imperialia* Capitol. M. Anton. Phil. c. 17. *Insigne imperialis maiestatis* Id. Albin. c. 2. Ammian. 15, 5. *Ad culmen imperialis surgere* Id. 21, 16. *Imperialia statuta* Vlpian. Dig. 47 t. 12 l. 3 §. 5.

IMPERIALITER. Adv. Leg. vn. §. 15 C. de cad. tollend. *Notrum esse proprium subiectorum commodum imperialiter existimantes.*

IMPERIABILITER. Cato apud Charif. p. 181 *Putsch.* *Imperabiliter pro Nimis imperiose et dure.*

IMPERIOSVS, a, um. Adj. [ἰμπεριώδης] *Qui imperium habet.* Cic. in Orat. 120 c. 34 *Cognoscat etiam rerum gestarum et memoriae* 100

- veteris ordinem, maxime scilicet nostrae ciuitatis, sed et imperioforum populorum, et regna illustrium. *i. Qui multum imperarunt, apud quos maxima fuerint imperia.* Liu. 7, 40 Eodem tenore duos insequentes Consulatus gessi: eodem haec imperiosa Dictatura geretur.
- 5 Aequor imperiosus Hor. Carm. 1, 14, 8 *Violentum, et cui obsisti non possit.* Imperiosus, *Qui nimis seuerè imperat, quasi Ostentator imperii.* Cic. de Fin. 2, 60 *Vtrum tandem censes Torquate imperiosum illum, si etc.* Plaut. Asin. 2, 4, 4 *Nimis imperiosus est.* Imperiosus sibi, *Qui sibi ipse imperat, qui vitae suae modum habet.* Hor. Serm. 2, 7, 83 *Quisnam igitur liber? sapiens, sibi que imperiosus.* Vid. Imperare sibi n. 2. *Idem Imperiosus sui, i. Continens* Plin. 34, 8. Coniux imperiosa Ouid. in Ibin 536. Consul Cic. post red. in Senat. 11. *Domina dura, imperiosa, vehemens cupiditas* Idem in Parad. 5 c. 3. *Eques Gelonis imperiosior* Claud. Fescenn. de Nupt.
- 15 Hon. 3. *Fames imperiosa* Lucan. ad Pison. 208. *Fasces imperiosissimi* Val. Max. 2, 7, 7. *Familia imperiosissima et superbissima* Liu. 9, 34. *Inedia imperiosa* Plin. 29, 1. *Philosophi est nimis imperiosi, vetare meminisse* Cic. de Fin. 2, 105. *Populi imperiosi* Idem in Orat. 20. *Vis imperiosissima* Quinctil. 6, 3. *Imperiosus est etiam, Cognomen T. Manlii Torquati* Liu. 7, 3. Plin. 22, 5.
- 20 IMPERIOSE, Adu. *Non seuerè, non imperiose praecepit* Gell. 2, 29. *Conf. IMPERTABILITER.* Imperiosus Varro apud Non. 4, 138. *Agere imperiosius* Augustin. de Trin. 2 c. vlt.
- 25 IMPERMISSVS, a, um. Adi. [*ἀδίκως*] *Illicitus: ut, Gaudia impermissa, i. Illiciti concubitus* Hor. Carm. 3, 6, 27.
- IMPERMIXTVS, a, um. Adi. *Sapientia impermixta atque incorrupta* Ambros. Ep. 2 p. 72.
- 30 IMPERPETVVS, a, um. Adi. *Cui quid abscedere potest, id imperpetuum est* Sen. Epist. 72. *Apud Scribon. Compos. 11 et 102 Imperpetuum aduerbialiter pro in perpetuum legitur.*
- IMPERSONĀLIS, e. Adi. [*ἀνθρώπων*] *Vox est a Grammaticis ficta: quibus verbum Impersonale dicitur, Quod non habet personas.* Mart. Capell. 3 p. 83. et 4 p. 119. *Vid. Priscian. p. 812. et alios Grammaticos.*
- 35 IMPERSONALĪTER, Adu. *Florentinus in l. siue D. de stipul. seruo, Siue mihi, siue sibi, siue conseruo suo, siue impersonaliter dari seruus meus stipuletur, mihi acquireret.* Conf. Iustin. Instit. 3 t. 18 §. 1.
- 40 IMPERSPICABILIS, e. Adi. *Zeno Veron. Imperspicabilis iudicii secreta.*
- IMPERSPICVVS, a, um. Adi. *Incognitus, dubius, non perspicuus.* Plin. Epist. 1, 20 *Neque enim minus imperspicua, incerta, fallaciaque sunt iudicum ingenia, quam tempestatum terrarumque.*
- 45 IMPERSVASIBILIS, e. Adi. [*ἀνεπίστος*] *Populus impersuasibilis* Vet. Interp. Barnab.
- IMPERTERRĪTVS, a, um. Adi. [*ἀρπάζω*] *Qui nulla re terretur.* Virg. Aen. 10, 770 *Manet imperterritus illè.* *Imperterritus equum impellebat* Sil. 7, 695. *Imperterritus armis* Idem 14, 188. *Mens imperterrita* Sil. 11, 207.
- 50 IMPERTINENS, entis. Adi. *Absque impertinentibus conuocandi Dii* Mart. Capella 1 p. 15 extr. *i. Iis, quibus iure non licet ad concilium venire.*
- IMPERTIO, itū, itum, ire. Act. [*μεταδίωμι*] *vel IMPERTIOR.* Dep. *Partem dare, communicare, participem facere. Iungitur Accusatiuo rei et Datiuo personae. Aures impertiri studiis honestis* Tacit. Ann. 14, 21, 6. *Cic. de N. D. 2, 27* *Iam vero reliqua pars mundi ea et ipsa tota natura feruida est, et caeteris naturis omnibus salutarem impertit et vitalem Calorem.* *Ciuitatem alicui gratuito impertiri* Cic. pro Arch. c. 5. *Idem Verr. 2, 50* *Tu Syracusanis vnum Diem festum Marcellis impertiri vetuisti, per quos illi adepti sunt vt caeteros dies festos agere possint.* *Et Verr. 2, 84* *Veruntamen Dolorem suum nemini impertiebat, Praetoris iniurias tacite, hospitis placide ferendas arbitratur.* *Cic. de Amicit. 72 c. 19* *Quod faciendum, imitandumque est omnibus, vt si quam praestantiam virtutis, ingenii, Fortunae consequuti sunt, impertiant eam suis, communicentque cum proximis.* *Cic. pro L. Manil. 20 c. 8* *Atque vt omnes intelligant, me L. Lucullo tantum impertiri Laudis, quantum, etc.* *Misericordiam alicui impertiri* Cic. ad Brut. Epist. 12. *Idem Att. 3, 15* *Nunc Pomponi quoniam nil impertisti tuae Prudentiae ad salutem meam, quod aut in me ipso, etc.* *Et Att. 2, 12* *Terentia delectata est tuis literis: impertit tibi multam Salutem, i. salutem.* *Cic. de Fin. 5, 6* *In primisque vt aliquid suorum Studiorum Philosophiae quoque impertiat.* *Idem Att. 9, 13* *Huic rei aliquid Temporis impertias.* *Tempus sapientiae doctoribus impertiebat* Tacit. Ann. 14, 16, 3. *¶ 2* *Habet etiam Accusatiuum personae, cum Ablatiuo rei.* *Plaut. Aulul. prol. 18* *Atque ille vero minus, minusque impendio curare, minusque Me impertire honoribus.* *Ter. Adel. 3, 2, 22* *Sed cesso Heram hoc malo impertiri prope?* *Aliquem osculo impertire, Osculari* Suet. Neron. c. 37. *Ter. Eun. 2, 2, 39* *Plurima salute Parmenonem summum suum impertit Gnato.* *Plaut. Milit. 2, 2, 77* *At me imperti quod commentus es.* *Cum Praepositione* De: *Cic. Off. 2, 54 c. 15* *Saepe idoneis hominibus indigentibus, de re familiari impertiendum est, sed, etc.* *Passive.* *Cic. in Catil. 3, 14 c. 6* *Atque etiam viro forti Collegae meo C. Antonio laus impertitur.* *Suet. Claud. c. 4* *Nec dubium est, quid post haec Augustus constituerit, et reliquerit cum nullo praeter auguralis sacerdotii honore impertitum.* *Nep. 25, 1, 2* *Puerilis aetas doctrinis impertiri debet.*
- 75 IMPERTIENS, et IMPARTIENS, entis. Partic. Mart. Capell. 1 p. 21.
- 90 IMPERTITVS, a, um. Partic. Liu. 21, 41 *Pro his impertitis oppugnatum patriam nostram veniunt.* *Apul. Apol. p. 377* *Nulla impertita mora.*
- IMPERTITIO, ōnis. f. Arnob. 2 p. 43 *Honoris impertitione viduari.*
- 95 IMPERTĪLIS, e. Adi. *Quod diuidi non potest.* Augustin. Mus. 6 *Impertilis nota.*
- IMPERTVRBABILIS, e. Adi. Augustin. Confess. 2 extr. et Epist. 145.
- IMPERTVRBĀTVS, a, um. Adi. [*ἀτάραχος*] *Contrarium est Turbato.* Plin. 2, 23 *Imperturbata lux.* *Ore imperturbato bibere venenum* Ouid. in Ibin 560. *Conf. Sen. Epist. 73 et 85.*
- IMPERVRSVS, a, um. Manilii esse dicitur.
- IMPERVIVS, a, um. Adi. [*ἀδιάκωτος*] *Amnis imperuius, Non vadofus* Ouid. Met. 9, 106. *Amnis imperuius ripis* Pacat. Paneg. 105 c. 34. *Freta* Valer. Argon. 4, 711. *Itinera* Tacit. Ann. 3, 31.

IMPESCO, Ære. est (auctore Festo) In lactam segetem, pascendi gratia immittere.

IMPETIBILIS, vid. **IMPATIBILIS**.

IMPETĪGO, inis. quae Festo etiam **IMPETIX**, f. [*λαχην, ἔλφος* Gloss. Lat. Gr.] Foedatio cutis, serpens cum pruritu, quam alii scabiem siccam, asperam, et prominentem intelligunt: Alii morbum similem scabiei squamosum corpusque dehonestantem. Ab Impetu nomen deductum. Si vero vitium est, quod ducit ab impete nomen Sammon. 160. Plin. 23, 7 Hiberna caprificus in aceto cocta et trita, impetigines tollit. Idem 22 c. vlt. 20, 9. et 25, 7. Vid. Scribon. 249. Serpens molliter impetigo Firmic. 6, 31. Cels. 5, 28, 17 Quatuor genera impetiginis describit, quae Leprae generibus conuenire, affirmat Gorræus Definit. Med. voce *λεπρα*.

IMPETIGINŌSVS, a, um. Adi. Qui impetigine laborat. Vlp. in l. Pomponius D. de Aedil. edict. Trebacijs ait, impetiginosum morbosum non esse: si eo membro, vbi impetigo est, aequè rectè vtatur.

IMPETIGOSVS, a, um. Adi. Gloss. Vet. *λαχηνωτός*, Impetigosus.

IMPĒTO, iui, itum, Ære. [*προσβάλλω* Gloss. Lat. Gr.] Inuadere, adoriri. Apul. Iurgiis me oppido impetens. Varro de R. R. 3, 16 Itaque impetentes a se eiiciunt fucos, quod hi, etc. Conf. Solin. c. 20 55. Flamini et sagittis impetens Cupido Sen. Hippol. 275.

IMPETVLANS, antis. Adi. Idem fere quod Petulans: vt enim hoc a Petendo est, velut Petulus, ita illud ab Impeto. Martian. Capell. 8 p. 271 Vt quam plures alios connisos cohibere risum hoc maxime impetulantis pruritionis sonitum, effusique cachinni licentiam prouocarint.

IMPĒTVS, ūs. m. [*εἰσβολή, ἐμβολή, ὄρμη, φορὰ, καταφορὰ, ὄρμη*] Inuasio vel accessio cum tumultu, certe cum vehementia. Aurel. Vict. de Viris Illustr. c. 11 Quum Tarquinius in urbem restituere tentaret, et primo impetu Ianiculum cepisset. Cic. Fam. 10, 5 Vt tota mente, omnique Animi impetu in Remp. incumbas. Animi impetus et voluntas Cic. de Orat. 3, 55. Animi non rectus impetus est libido Idem de Inuent. 2, 164. Armorum impetus atque incur-

sio Id. pro Caecin. 44. Fanae impetus Tacit. Agr. 39. Libidinum Cic. de Fin. 1, 44. Celsus 2, 7 pr. Ante febrem si ex somno oculi caligant, aliquis impetus Pituitae timeri potest. Viti-
orum impetus Scribon. 99. Plin. Epist. 2, 11 Adnotatum est experimen-

tis, quod fauor et misericordia acres et vehementes primos impetus habent, paulatim consilio et ratione quasi restincta confidunt. Acer Lucret. 6, 127. Auspicati impetus Hor. Carm. 3, 6, 10. Caecus animi, vid. **CAECVS**. Effrenus Sen. Agam. 12. Furentes ac violenti Cic. de Arusp. Resp. 46 c. 22. Naturalis Quinctil. 1, 3. Repentinus Cic. pro Domo 13. Saeuus Hor. Carm. 3, 1, 28. Sceleratus delendi imperii Cic. pro Cael. 14. Violentus Sen. Theb. 2. Viuidus Hor. Carin. 4, 4, 10.

¶ 2 Verborum formulae: Abnuit locus impetum, vid. **ABNVO**. Abstrahere ab impetu, vid. **ABSTRAHO**. Agere: vt, Eunt equi qua impetus illos egit Ouid. Met. 2, 203. Amplificare impetum et quandam commotionem animi affectionemque suam verbis et sententijs Cic. de Inuent. 2, 19. Plin. 9, 30 In naufragos, vrinantesue impetum Capit. Cessauit impetus Scribon. 160. Coercet impetus vlcera calx Plin. 36, 24. Colligare impetum furentis, vid. **COLLIGO**. Cic. de Arusp. Resp. 1 Omnem impetum gladiatoris, ferociamque Compressi. Continere impetum militum Liu. 7, 37. vid. **CONTINEO**. Contundere impetum alicuius, vid. **CONTVNDO**. Conuertere impetum suum, vid. **CONVERTO**. Deprecari horribiles impetus hostium Cic. pro Font. 26. Diruere aliquid vasto impetu Hor. Carin. 4, 14, 30. Plin. 22, 25 Farina ex hordeo et cruda et decocta, collectiones impetusque Discutit. Tradit Hermolaus Impetus Plinio vocari, quas Inflammationes et collectiones dicimus, Graeci Phlegmonas. Tacit. Ann. 2, 20 Primus Caesar cum praetorijs cohortibus capto vallo Dedit impetum in siluas. Dare impetum, Adoriri, Aggredi: Liu. 2, 19 Et ad alterum cornu Aebutius Magister equitum in Octauium Mamilium impetum Dederat. Dare impetum, pro Incitare. Quinct. 10, 3 Quod non tam moram faciet, quam nouos impetus Dabit. Caes. B. G. 1, 52 At Germani celeriter ex consuetudine sua, phalange facta, impetus gladiatorum Exceperunt. Exuere feros impetus Sen. Thyest. 2. Cic. pro Rosc. Amer. 21 Vos autem maxime debetis in eos impetum Facere, qui merentur. Add. Caes. B. G. 1, 25. Facere impetum in agros inimicorum Liu. 1, 5. Facere impetum in bona et fortunas alicuius Cic. Verr. 1 c. 36. Idem Verr. 4, 148 Admonitu ipsorum Syracusanorum impetum in eas tabulas Facio, in quibus singula perscripta erant. Facere inanem impetum Cic. pro Domo 64. Feruntur omni impetu ad voluptatem beluae Idem Off. 1, 105. Feruet impetus morbi articularis Plin. 31 c. vlt. Fieri praedonum impetus in tuas fortunas nolo Cic. Fam. 4, 7. Frangere impetum alicuius Idem Fam. 1, 5. Furit impetus Aetnae Lucret. 2, 593. Quinctil. 2, 13 Cursum Habent quaedam et impetum. Difficiles aditus impetus omnis Habet Ouid. Rem. Am. 120. Habent suos impetus animalia Cic. Off. 2, 1. Impellere animorum impetus Idem de Orat. 2, 312. Incumbere impetu in aliquid Id. Fam. 10, 5. Incurrere caeco impetu in alicquem Cic. de Fin. 1, 44. Inhibere impetum Sen. Med. 413. Tacit. Agric. c. 39 Donec impetus famae, et fauor exercitus Languesceret. Lenire impetus recentes vulnerum Plin. 22, 22. Da spatium tenuemque moram: male cuncta Ministrat impetus Stat. Theb. 10, 704. Minuitur impetus viti-
orum Scrib. 99. Mollire impetum, vid. **MOLLIO**. Moueri vertique impetum caeli admirabili cum celeritate videmus Cic. de N. D. 2, 97. Opprimi violentiae impetu Idem Anteq. iret in exil. 13. Percellere impetu alicquem, et irruere in eum Id. pro Domo 106. Propulsare impetum Cic. pro Muraen. . . . Rapit impetum illuc Thesea magnanimum Stat. Theb. 12, 794. Reflectere impetum Cic. de Orat. 2, 312. Refugere impetum, tela, et incursum aliquorum Idem pro Caecin. 22. Reprimere impetum, ardoremque restringere Id. in Brut. 7. Refederunt impetus Marcelli Cic. Fam. 8, 2. Retardare animos et impetus alicuius Idem Diu. Verr. 33. Sedatur impetus viti-
orum Scribon. 99. Sum: vt, Fuit impetus illi in medios rogos ire Ouid. Met. 11, 333. Sumere impetum repetito spatio Quinctil. 10, 3, 6. Sustinere impetum Cels. 2, 15. Caes. B. G. 1, 24. Plin. Epist. 1, 8 Tantoque laudabilior munificentia nostra videbatur fore, quod ad illam non impetu quodam, sed consilio Trahebamur. i. non inconsiderate et sine ratione. Vti impetu magis quodam animi, quam cogitatione Cic. Att. 11, 5. ¶ 3 Obseruat. Impetus in oratione, pro Vi et contentione ac vehementia. Cic. in Orat. 229 Aliter in ea nec impetus vllus, nec vis esse possit. Et pro Deiot. 5 Ad omnem impetum dicendi contentionemque leuiora. Dicendi impe-

tus Quinctil. 3, 8. Idem 1, 1 Ideoque laude crescit, et impetu augetur, et aliquid magnum agere gaudet. *de pueris.* Et 2, 11 Igitur et impetu dicere se, et viribus vti gloriantur. Plin. 14, 22 Tribus congiis epotis vno impetu. Ouid. Fast. 5, 523 Si quid fert impetus, ora: Omne feres. *b. e. Si quid cupis.* Suet. Aug. c. 42 Impetum se cepisse scribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessarat. Tacit. Ann. 15, 50 Et cepisse impetum Subrius Flavius ferebatur, in scena canentem Neronem aggrediendi. Lucret. 5, 201 Quantum caeli tegit impetus ingens, *i. orbis ille magno impetu circumagens sc.* Vid. statim IMPETE. Sic ad motum illum caeli referam Accianum illud apud Cic. Diu. 1, 44 c. 22 Cum iam quieti corpus nocturno impetu dedi. *Nec aliter de Nat. Deor. 2, 97 c. 38* Cum autem impetum caeli admirabili cum celeritate moueri vertique videamus, *vbi bene fecit, quod ambitum suum retractauit Dauisius.* Ita non molem modo et magnitudinem, sed conatum et vim nocendi respicit Cic. Tusc. 2, 20 c. 8 ex Sophocle, Non biformato impetu Centaurus ictus corpori infligit meo. *Frequens id est apud Lucretium, v. g. Impetus Aetnae 2, 593. Sic pulchre 5, 813* Sicut nunc femina quaeque, Cum peperit, dulci repletur lacte, quod omnis Impetus in mammas conuertitur ille alimenti. Ennius apud Macrob. Sat. 6, 1 Labitur vncta carina, volat super impetus vndas.

IMPETE. [*ἰπέτω*] Ablatiuus, pro Impetu, ab antiquo Nominatiuo Impes. Gell. 19, 7 Magno impete. Sil. 13, 248 Procurfus impete. Lucret. 5, 911

Aut hominem tanto membrorum esse impete natum, Trans maria alta pedum nisus vt ponere posset Et manibus totum circum se vertere caelum.

Impete, *b. e. vi ac mole.* Plur. Lucret. 1, 293 Quamlibet in partem trudent res ante ruuntque Impetibus crebris. *Sed nihil impedit, quo minus sit ab Impetus.* Idem Genit. Sing. 6, 326 Capere impetis auctum. Magno impete comburens flamma Lucret. 6, 152. Recto impete perfringit nubem vis venti Idem 6, 137. Vasto impete fertur Ouid. Met. 3, 79. Conf. 8, 359. et Sil. 2, 243.

IMPETĪVS, a, um. Adi. Gloss. Lat. Graec. Impeteius, *ἰπέτιος.* IMPETVŌSVS, a, um. Adi. [*ἰπέτιωδης*] Qui magno impetu fertur. Plin. 35, 10 Impetuofus animus. *Harduin. tamen haec verba spuria censet.*

IMPETVOSE. Adu. Messal. Coru. Pr. Ad moenia impetuose contendit.

IMPETRIO, a quo Part. IMPETRĪTVM, explicat Festus Impetratum. *Recte. Est enim in auspicio et extorum ratione impetrare καλλιεργῆναι s. litare, quod nihil aliud est, quam impetrare faustum augurium.* Ita fulguritus, artitus nouimus pro fulguratus, artatus. Plaut. Asin. 2, 1, 11 Auguratum est, impetratum est, quaeuis admittunt aues.

Val. Max. 1, 1, 1 Prisco etiam instituto rebus diuinis opera datur, quum aliquid commendandum est, precatione: quum exposcendum, voto: quum soluendum, gratulatione: quum inquirendum, vel extis, vel fortibus, impetrato: quum sollempni ritu peragendum, sacrificio. Pro Impetrato, vulgo corrupte legebatur Impertito. Cic. de Diuin. 1, 28 c. 16 Nihil fere quondam maioris rei, nisi auspiciato, ne priuatim quidem gerebatur — Nam vt nunc extis, quamquam id ipsum aliquanto rarius quam olim, sic tunc aibus, magnae res impetrari solebant. *Sic recte nunc legitur pro Impertiri.* Idem de Diuin. 2, 35 c. 15 Concedam hoc ipsum si vis, etsi magnam iacturam causae fecero, si vllam esse conuenientiam naturae cum extis concessero. Sed tamen eo concessio, qui euenit, vt is, qui impetrare velit, conuenientem hostiam rebus suis immolet? *quo loco etiam vulgatum erat Impertire, sed impetrare probat post Manutium, Lambinum, Gruterum, Gronouium, etiam Dauis.* Huc spectant et Auguria impetratiua, de quibus suo loco.

Conf. Plin. 28, 2 pr. Victimae caedi sine precatione, non videtur referre, nec Deos rite consuli. Praeterea alia verba sunt impetratis, alia depulsoriis, alia commendationis. Sic MSS. omnes apud Hard. Salmasius volebat, Impetrati, depulsorii, commendationis. Vulg. impetrantis, depulsoris, commendationis. Seru. ad Aen. 12, 246

Monstroque sefellit, Namque hoc augurium nec oblatiuum est, nec impetratiuum. Dan. impetratum. *Illud certe indicat varietas, pro eodem habitum, esseque impetratum augurium quod precibus impetratum est.* Huc facit etiam Cic. de Diu. 1, 3 Cumque magna vis videretur esse et in impetrandis consulendisque rebus, et in monstris interpretandis ac procurandis in haruspicum disciplina, etc.

IMPETRO, are. [*ἰπέτρον*] Ex In et Patro compositum; significat Exorare, vel quacunque alia ratione ab altero obtinere. Plaut. Capt. 1, 2, 17 Quod quidem ego nimis quam cupio vt impetret. Idem Casin. 2, 3, 51 Quid si ego impetro atque exoro a villico, causa mea vt eam illi permittat? Et Capt. 3, 2, 14 Vt quod me orauisti, impetres. Ter. Andr. 2, 5, 11 Facis vt te decet, quum istuc quod postulo, impetro cum gratia. Cic. Fam. 13, 30 Omnia, quae potui in hac summa tua gratia ac potentia a te impetrare, si petissem, vltro te ad me detulisse putabo, si hanc rem impetrauero. Minus honeste impetrare Cic. Att. 7, 16. Facile ab vno de alio impetrare Idem Att. 15, 8. Impetrare ab aliquo, vt verum esse concedat Id. Acad. 4, . . . Plaut. Curc. 1, 1, 65 Neque quidquam queo aequi bonique ab eo impetrare. Add. Vell. 2, 125, 1. Ciuitatem ab aliquo Cic. Fam. 13, 37. Exceptionem ab aliquo Idem Acad. 4, 97.

Pacem Hor. Epist. 2, 1, 137. Quietem studiis Quinctil. in prooem. 1. Salutem precibus Cic. Brut. 16. Plin. Epist. 318 Quamuis suspectus in praeteritum fuerit, veniam ex poenitentia impetret. Veniam exilii impetrat Tacit. Ann. 12, 8. Veniam metendi Plin. 12, 19. Ter. Adel. 3, 4, 44 Quod vos ius cogit, id voluntate impetret. Cic. Att. 9, 15 pr. Si mihi veniam quam peto dederit, vtar illius conditione; sin minus, impetrabo aliquid a me ipso. Passiu. Val. Max. 4, 3, 7 A seruis vix impetrari potest, ne eam supellestem fastidiant. *i. Hoc non possunt domini a seruis impetrare.* Perficere. Plaut. Poen. 5, 2, 14 Incipere multo est quam impetrare facilius. Vid. Taubm. Ter. Hec. 5, 1, 3 Videndum est, ne minus propter iram hanc impetrem, quam possem. Vbi Donat. Impetrem, perficiam. Gloss. Impetrare, *ἀνίστασθαι.* Ammian. . . . Nihil impetrato intra moenia. Conf. Iac. Dur. Casell. Var. 1.

IMPETRASSERE, pro Impetraturum esse veteres dixerunt. Plaut. Aul. 4, 7, 6 Et istud confido a fratre me impetrassere. Conf. Stich. 1, 2, 23. Caf. 2, 3, 53. Mil. 4, 3, 3.

IMPETRĀTVS, a, um. Partic. Reditus impetratus Augusti Hor. Carm. 4, 2, 43. Conf. Vell. 2, 68, 2.

IMPETRĀBĪLIS, e. Adi. Quod facile impetrari et obtineri potest: sed et qui impetrare potest, actiue. Liu. 25, 29 Omnia et impetrabilia

bilia et tuta. *Plaut. Epid. 3, 2, 6 Proh dii immortales, mihi hunc diem dedistis luculentum, vt facilem, atque impetrabilem, quo impetraui, quae optabam.* Effugiae impetrabilis rex *Seleucus*, vt indicat cognouimentum *Nicator*. *Ammian. 14, 8 Actiue, vt Orator impetrabilis, Qui facile quod vult, impetrat.* *Plaut. Most. 5, 2, 40 Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis.* *Add. Vigilantia et Virtutes et Impetrabilior.* Pacem impetrabilem fore, magnam ei spem attrulit mora etc. *Liu. 37, 34 pr. Add. 30, 16.* Triumphus *Liu. 39, 29.* Venia *Tacit. Hist. 4, 69, 5.* Veniae impetrabilis spem *Liu. 36, 33. Add. 42, 29.* Vigilantia *Ammian. 17, 11 de Scipione.* Virtutes *Idem 29, 5 pr. Vtroque loco impenetrabilis substituendum videtur Valerio: vt eodem capite p. 624 hostem impetrabilem iactu telorum. Sed videtur delectari Ammianus hoc nomine.* Votum *Propert. 4, 1, 101. Compar. Quo impetrabilior pax esset Lii. 30, 16.* Impetrabilior qui viuat, nullus est *Plaut. Merc. 3, 4, 20.*

IMPETRATIO, ōnis. f. *Cic. Att. 11, 25 (22) Illud molestius, istas impetrationes nostras nihil valere.* *Augustin. Confess. 12 pr.*

IMPETRATĪVVS, a, um. *Adi. Vt, Impetratiuum augurium, quod optatum venit Seru. ad Aen. 6, 190 quem locum damus. Vid. Augurium in AVGV. Add. IMPETRITVS.*

IMPETRĀTOR, ōris. m. *Cod. Theod. l. 12 tit. 16 Impetratores beneficii.*

IMPETVLANS, IMPETVOSVS, IMPETVS, *vid. IMPETO.*

IMPEXVS, a, um. *Adi. [ἀπείκωτος] Non pexus: vt, Barbae impexae Virg. Georg. 3, 366.* Antiquitas tristis et impexa *Tacit. 25 in Dial. de Orat. c. 20. b. e. Inculta.* Canities *Stat. Theb. 3, 138.* Comae *Ouid. Fast. 3, 398.*

IMPIATVS, *vid. IMPIVS.*

IMPĪCO, āre. [*πίσιω*] *Pice illinere.* *Columel. 12, 29 De lacu quam recentissimum addito mustum in amphoram nouam, eamque oblinito et impicato diligenter.* Impicare dura pice *Id. ib. c. 43.*

IMPICTVS, a, um. *Non pīctus.* *Apul. Met. 2. Sed Elmenh. p. 123 impunctum crySTALLUM.*

IMPĪGER, gra, grum. [*ἀκονος*] *Non piger, sed diligens et strenuus.* *Hor. Epist. 1, 1, 45 Impiger extremos currit mercator ad Indos.* *Cic. pro Font. 33 c. 15 Virum ad labores belli impigram, ad pericula fortem, etc.* *Idem Verr. 5, 27 c. 10 Dabat se labori atque itineribus, in quibus vsque eo se praebebat patientem atque impigram, vt eum nemo vnquam in equo sedentem videret.* Ales impiger *Stat. Theb. 1, 292. Mercurium sic vocat Iupiter.* Comes impiger *ibam*

Idem Silu. 3, 2, 91. Ductor Lucan. 1, 228. Equus Hor. Carm. 4, 3, 4. Linguae Sallust. Fragm. 3, 9. Mentis impigrae experientia Lucret. 5, 1451. Lii. 3, 5 extr. Cohortes inde Latinae Hernicaeque ab Senatu gratis ob impigram militiam actis, remissae domos. Virum impigram vrbanae militiae dixit *Tacit. Ann. 3, 48.*

IMPĪGRE, Adu. [*ἀόκως*] *Diligenter.* *Liu. 2, 47 Impigre secuti sunt.* *Idem 1, 10. Plaut. Rud. 4, 2, 10. Val. Max. 2, 1, 9.*

IMPĪGRĪTAS, ātis. f. *Cic. de Repub. 3 Nunquam viri fortissimi fortitudinis, impigritatis, patientiae apud Non. 2, 434.*

IMPĪGRABILIS, e. *Adi. Gloss. Lat. Graec. Impigrabile, 50 ἐνεργήσατον.*

IMPILIA, orum. n. *Pl. significant Coactilia, qualia pedibus involuendis calceandisque adhibebantur. Haec vox apud Vlpian. l. 25 §. 4 Dig. exstat, qui Impilia Vestis loco esse dicit: et apud Hesychium, qui ναπτό, inquit, τὰς πέλκας καὶ τὰ ἐμπίλια. Latius tamen patere videntur posse Hesychio auctore, quam vt tantum Pedum opera complectantur. Hinc Plinii sic feliciter emendatur locus 19, 2 Theophrastus auctor est esse Bulbi genus, circa ripas amnium nascens, cuius inter summum corticem eamque partem qua vescantur, esse laneam naturam, ex qua impilia vestesque quaedam conficiantur. Mapalia hucusque lectum est, nullo sensu. Turneb. Adu. 11, 14. Conf. Graeu. ad Hesiod. ἐργ. v. 542 qui copiose ex Graecis hoc totum illustrat.*

IMPINGO, ēgi, actum, ēre. [*προσπίδομαι, προσβάλλω, ἐπικέλλω*] *ab In et Pango: Impellere et illidere. Metaphorice, puto, ex potantium disciplina Cic. Tusc. 3, 44 Quid? huic calix nulli impingendus est, vt plorare desinat.* Agmina impingere muris *Virg. Aen. 5, 805. i. tanto terrore agitare, vt ruant ad muros, et prae studio intrandi urbem impingant capita, etc.* Sen. de Benef. 1, 1 Gratus aduersus eum quisquam esse potest, qui beneficium aut superbe iniecit, aut iratus impigit? Caput parieti *Plin. Epist. 3, 16. Colaphum alicui Plaut. Bacch. 4, 7, 2. Idem Capt. 3, 5, 76 Abducite istum actutum ad Hippolytum fabrum: iubete huic crassas compedes impingier. Culpanam in aliquem, Reicere et conferre Plaut. Mil. 3, 3, 54 al. leg. impo-*

nito. Sen. de Ira 1, . . . Quid opus est se in columnas impingere? Dicam, *vid. DICA. Ter. Phorm. 2, 3, 92. Cic. Att. 6, 1 Atque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse. Scilicet pro ipso Scaptio deprecantis.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 8 Quid si, inquit alius, et consul esse et exercitum habere volet *Caesar?* At ille, Pompeius, quam clementer, Quid si filius meus sustem mihi impingere volet? Sen. de Tranquil. vitae c. 10 80 At in aliquod genus vitae difficile incidisti: et tibi ignorantia vel publica fortuna, vel priuata laqueum impigit, quem nec soluere possis, nec abrumper.

Nauem, i. Impellere aut agere in arenam aut scopulos *Quinctil. 4, 1. Pugnum Plaut. Bacch. 4, 7, 2. Et Rud. 3, 4, 5. Quibus impacta est salamandra Scribon. 187. Venenum Sen. Epist. 85 120. Plaut. Amph. 4, 2 suppos. 59 Cicatricem in dextro musculo ex illo vulnere, quod mihi impigit Pterela. Impingi, Passium, pro Immergi, et in profundum demitti. Plin. 10, 38 de autum volatu, laculantur sese in sublime, in rectum, in prouum. Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire. Impingi, pro Impelli. Sen. de Ira 1, . . . Iraeci dicit, impingi, incitari.*

IMPACTVS, a, um. Partic. [*προσθελλόμενος*] Impactus imo ita est saxo, vt sopiretur, pro Impigit ad saxum *Liu. 8, 6 pr. Impacti in aduersos turbine pugnae Eumachus et Clytias Sil. 4, 373. Impactus in carcerem Vlpian. in l. In eos D. de custodia et exhib. reor. Facinoris impacti probatio in Tribunalum Quint. Trib. Mar. c. 5. Burm. p. 79. Fluctus impacti Plin. Epist. 6, 31 extr. Idem 5, 9 Subinde infulis impactus, totidem incitatus irritamentis, postremo inclusus montibus. Vlpian. in l. Quemadmodum §. Si protectum D. Ad legem Aquiliam, Si natis tua impacta in meam scapham damnnum mihi dedit, quaesitum est, quae actio mihi competat. Sen. Nat. Quaest. 2, 12 Cum coitu nubium vehementer impactarum a latere eliditur. Scyphus Marq Agrippae a temulento Cicerone Marci filio impactus Plin. 14, 22.*

IMPACTIO, ōnis. f. *Sen. Nat. Quaest. 2, 12 extr. Dissimilis autem crepitus fit ob dissimilem impactioem nubium.*

IMPINGVO, āre. *πιῖνω* Onomast. Vet. Anima operantium impinguabitur Vulgat. Prouerb. 13, 4. Add. Psalm. 23, 5. Coques, donec lenis fiat et impinguet Apic. 8, 7. *i. quasi a pinguedine resplendeat.*

IMPINGVATVS, a, um. Part. Incrassatus et impinguatus Vulgat. Deuteron. 32, 15. Conf. Tertull. de Ieiun. c. 6. et adu. Pſych. c. 6. Th. Priscian. de Diaeta c. 4.

IMPINGVATIO, ōnis. f. Apicio adſcribitur.

IMPIO, as. *uid.* IMPIVS.

IMPIVS, a, um. Adi. [*ἄθεος, ἀνόσιος, ἀσεβής*] *A pietate remotus, quod vel ad deorum contemptum pertinet, vel ad duritiem aduersus dignos amore.* Ter. Eun. 4, 3, 1 Vbi ego illum scelerosum, miserum atque impium inueniam? Cic. in Pison. 46 c. 20 Me tamen fugerat deorum immortalium has esse in impios et consceleratos poenas certissimas constitutas. Impius ne audeto placare donis iram Deorum Cic. de Legg. 2 c. 9. Piorum et impiorum rationem habent dii Idem de Legib. 2, 15. Impius, pro Parricida dicitur ab Oratore per antonomasiam Quinctil. 8, 6, 30. Impius et Religiosus, contraria Cic. pro Font. 22. Aetas impia Hor. Epod. 16, 9 de bellis ciuilibus. Sic Arma Virg. Aen. 6, 613. Bella impia suscipere Curt. 4, 1, 12.

Domus Ouid. Met. 8, 485. Facta Lucret. 1, 84. Fama Virg. Aen. 4, 298. Cic. de Diuin. 1, 7 Est enim periculum, ne aut neglectis his, impia Fraude: aut susceptis, anili superstitione obligemur. Furor Virg. Aen. 1, 298. Gens Idem Georg. 1, 468. Lingua impia deos laesit Tibull. 3, 4, 16. Pectora Hor. Epod. 5, 13. *i. Immitia.* Relligio impia Persarum Catull. 87, 4. Venena Ouid. Amor. 1, 8, 104. Verba impia in deos dicta Tibull. 1, 3, 52. Impia herba vocatur incana, roris marini aspectu; thyrsi modo vestita atque capitata. Inde alii ramuli assurgunt sua capitella gerentes: ob id impiam appellauere, quoniam liberi super parentem excellant. Alii potius ita appellatam, quod nullum animal eam attingat, existimauere, etc. sunt enim pluscula Plin. 24, 19. Superl. Martian. in l. His verbis §. 1 D. de hered. instit. Filius meus impiissimus, male de me meritus. Conf. Auson. ad Gratian. et Hieron. Epist. 26 c. 2.

IMPIETAS, ātis. f. [*ἀσεβεία, ἀθεότης*] *Conditio vel facinus impii.* Cic. de Fin. 1, 50 Etsi vero impietas molita quidpiam est, quamvis occulte fecerit, nunquam tamen confidet id fore semper occultum. Idem de Fin. 4, 66 c. 24 Sed nihil est, quod tam miseros faciat, quam impietas et scelus. Furens Sen. Octau. l. 7. Habere aliquem socium impietatis Ouid. Met. 4, 4. Impietate pia est Idem 8, 477. *¶ 2 Aliquando Laesae maiestatis crimen ita appellatur: cum dii videri vellent inhumani imperatores.* Tacit. Ann. 6, 47, 3 Dein multorum amoribus famosa Albucilla defertur impietatis in principem. Vid. Plin. Paneg. 33, 3.

IMPIETAS, ātis. f. [*ἀσεβεία*] *Conditio vel facinus impii.* Cic. de Fin. 1, 50 Etsi vero impietas molita quidpiam est, quamvis occulte fecerit, nunquam tamen confidet id fore semper occultum. Idem de Fin. 4, 66 c. 24 Sed nihil est, quod tam miseros faciat, quam impietas et scelus. Furens Sen. Octau. l. 7. Habere aliquem socium impietatis Ouid. Met. 4, 4. Impietate pia est Idem 8, 477. *¶ 2 Aliquando Laesae maiestatis crimen ita appellatur: cum dii videri vellent inhumani imperatores.* Tacit. Ann. 6, 47, 3 Dein multorum amoribus famosa Albucilla defertur impietatis in principem. Vid. Plin. Paneg. 33, 3.

IMPIE. Adu. [*ἀσεβῆς*] Cic. Tusc. 5, 6 c. 2 Vituperare quisquam inquam vitae parentem, et hoc parricidio se inquinare audeat? et tam impie ingratus esse, ut etc. Qui astra videt, non indocte solum, verum etiam impie faciat, si Deos esse neget Cic. N. D. 2 c. 16. Quinctil. 6, 2 Tu impie fecisti, quum exheredationem meruisti. Superl. Salu. de Auar. 3 p. 98. ubi conf. Rittersb. et Marcell. ac Faust. lib. Prec. ad Imp. Ed. Sirmond. p. 26.

IMPIO, āre. [*πιῖνω*] *Focdare, maculare.* Plaut. Rud. 1, 3, 8 Si erga parentem aut deos me impiavi. *i. Si impius fui erga parentes.* Conf. Pacat. Paneg. Theod. c. 43. et Prudent. Hymn. ante Somn. 53. Imperf. Min. Fel. Oct. 25, 6 Toties Romanis impiatum est, quoties triumphatum.

IMPIAMENTVM, i. n. Cyprian. Epist. 64, 3.

IMPIATVS, a, um. Adi. [*μῆανθεῖς*] *Sceleratus, inquit Festus. Reus tot caedibus impiatus Apul. Met. 3 p. 131. Nempe caedes et sanguis fusus in primis impios reddit et DIs iniufos.* Apul. Met. 1 p. 110 Cruore humano aspersum atque impiatum. Sacra impiata Min. Fel. Oct. 28, 6. Thalami impiati facinore Sen. Hippol. 1183.

IMPLACABILIS, e. Adi. [*ἀμελιχός, ἀκαταπόδυντος*] *Qui placari non potest.* Cic. Q. Frat. 1, 1 Nam si implacabiles iracundiae sint, summa est acerbitas: sin autem exorabiles, summa leuitas. Terror Cic. Tusc. 2, 20. Ira Ouid. ex Pont. 3, 3, 63. Cic. in Pison. 81 c. 33 Si aspernaretur amicitiam meam, seseque mihi implacabilem, inexpiabilemque praerberet, tamen ei, quum tantas res gessisset, gereretque quotidie, non amicus esse non possem. Quod implacabilis Quinto Fabio fuisse Liu. 8, 35 extr. Implacabilis delictis fuit Spartian. in Seucero c. 18.

IMPLACABILITER. Adu. [*ἀνιδόσιος*] Tacit. Ann. 1, 13, 5 Scaurum, cui implacabilius irascebatur, silentio tramisit. Conf. Hist. 3, 53, 5.

IMPLACABILITAS, ātis. f. Ammian. 14, 1 Quidquid Caesaris implacabilitati sedisset. Conf. Idem 26, 10.

IMPLACATVS, a, um. Adi. [*ἀνιδόσιος*] *Non placatus: ut, Gula implacata Ouid. Met. 8, 851.*

IMPLACIDVS, a, um. Adi. [*ἀνείθετος*] *Non placidus: ut, Diuum implacidissimus Mars Stat. Theb. 9, 4. Genus implacidum Genauni Hor. Carm. 4, 14, 10. i. e. Implacabiles. Acron.*

IMPLAGIUM, i. n. Minus rete Gloss. Isidor. Add. Isid. 19, 5.

IMPLAGO, āre. *Iretio.* In retia sua praecipites implagabuntur Sidon. Epist. 9, 9. Implagare aliquem muneribus Scribon. in Med. Conf. Voss. de Vit. L. L. 4, 11.

IMPLANO, āre. *Decipere.* Si quis putat, se aliquid esse, quum non sit, se ipsum implanat Cyprian. Conf. Vulgat. Sirac. 15, 12.

IMPLANVS, a, um. Adi. Inter implana urbis Aur. Victor de Caesar. c. 27. Videtur notare loca humiliora et velut caua.

IMPLASTELLVM, et IMPLASTRATIO, *uid.* EMPL.

IMPLECTO, ēre. Apul. Apol. p. 278, 16 de crocodilo, Multae hirudines dentibus implectuntur. *Hinc*

IMPLECTICVS, a, um. Adi. Veget. de Re Vet. 3, 29 Bos implecticus, qui riget et flectit se difficulter.

IMPLEXVS, a, um. Partic. [*ἐμπλεκόμενος*] *Significat Implexum, et inuolutum, ut ait Festus.* Plin. 25, 7 Folliculis cum semine inter se implexis. Idem 33, 1 Est quidem apud eundem Homerum virorum crinibus aurum implexum. Caeruleos implexae crinibus angues Eumenides Virg. Georg. 4, 482. Sen. de Benef. 1, 3 pr. Quare tres gratiae, quare sorores sint, et quare implexis manibus. *i. Implicitis, confertis.* Fatum nihil aliud est, quam series implexa causarum Sen. de Benef. 4, 7. Horrore implexus et impeditus Apul. Apol. p. 276.

IMPLEXVS, ūs. m. Pro Complexu. Plin. 2, 65 Vt quum terra arida et sicca constare per se ac sine humore non posset, nec rursus stare aqua nisi sustinente terra, mutuo implexu iungerentur. Plin.

9, 51 Polypus femina modo in ouis sedet, modo cauernam cancellato brachiorum implexu claudit.

IMPLEXIO, ōnis. f. Mart. Capell. 2 p. 42 Serpentis gemini implexio, de caduceo Mercurii.

IMPLEO, ēui, ētum, ēre. [πληρόω, ἐμπλήθω] Plenum facio. 5
 Plin. 14, 63 Canes implentur vno coitu. b. e. Grauidae fiunt et praegnantēs. Vid. n. 2 Feminas implere. Regit Genitium et Ablat. Virg. Aen. 1, 215 Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinae. Implent ruficos napi et rapa Columel. 2, 10, 22. Liu. 1, 46 Adolescentem suae temeritatis implet. Angulos omnes impleuisti furum in aedibus Plaut. Aul. 3, 6, 15. Virg. Aen. 1, 733 Impleuitque mero pateram. Plaut. Merc. 4, 4, 55 Quae suspicione impleuit me indignissime. Idem Casin. 1, 35 Ego te implebo flagris. Implere ad fumum Columel. 12, 36. Impudentiae est, id profiteri, quod non possis implere: i. Perficere, praestare Cic. pro Cluent. 51 c. 18. ¶ 2 15
 Substantiua: Laudatur Suet. de Clar. Rhet. c. 6 Suscepit eas partes, actaque ita impleuit, vt Planco silentium imponeret, non audenti in comparationem se dimittere. Sed recte editur hodie atque ita impleuit. Aeuum actis implendum, non seignibus annis Ouid. ad Liu. 449. Plin. Epist. 7, 33 Vix dum conticueramus, et Massa questus Senecionem non aduocati fidem, sed inimici Amaritudinem impleffe: impietatis reum postulat. Animus implet id, quod deest naturali possessioni. Idco si Thesaurum in fundo meo positum sciam: continuo me possidere, simul atque possidendi affectum habuero, Neratius et Proculus aiunt Paullus in l. 3 §. Neratius D. de acquir. possess. Annos 25 centum impleuit Plin. 7, 48. b. e. Compleuit. Annos suos feliciter implere Ouid. Epist. 7, 161. Annum impleuit septimum et sexagesimum Plin. Epist. 1, 1. Auras vlulatibus implet Valer. Argon. 8, 143. Aures implere sermonibus Ouid. Met. 12, 56. Cic. in Orat. 104 Qui quaquam vnus eminent inter omnes in omni genere 30 dicendi, tamen non semper implet Aures meas: ita sunt auidae et capaces, etc. Caelum questibus implere Virg. Aen. 9, 480. Caelum votis Tibull. 3, 3, 1. Succo expresso Caput impleatur Cels. 3, 18. i. madesiat, foueatur. Caput impletum magis grauatur Cael. Aurel. Tard. 1, 5 p. 171. Cum cantilenae sonus Caput impleat Id. 35 ib. p. 176. Coena nos impleuimus Petron. c. 16. Conf. c. 115 et 125. Conuiuia implere variis dictis Ouid. Met. 13, 676. Cursum vitae Plin. 7, 16. Vlpian. in l. Is qui reus D. de publicis iudiciis, Inchoatas plane Delationes ante damnationem implere eis, et post damnationem permissum est. Deos questibus Valer. Argon. 2, 167. 40 Diem sermonibus Ouid. Met. 7, 662. Liu. 36, 29 pr. Nicander eo ipso tempore ab rege Antiochio veniens, impleuit Expectatione vana multitudinem, terra marique parari bellum. Facultates equestris ordinis implere Plin. Epist. 1, 19. Fata suae aetatis Ouid. Epist. 6, 36. Plin. Epist. 3, 14 Ille, siue quia non sentiebat, siue quia non 45 sentire simulabat, immobilis et solentus Fidem peractae mortis impleuit: tum demum quasi aestu solutus effertur. Vlp. in l. Si fideiussor conuentus §. vltimo, Fideiussor, si solus tempore liberatus, tamen soluerit creditori, recte mandati habebit actionem aduersus reum: quantom enim iam liberatus soluit: tamen Fidem impleuit, 50 et debitorem liberauit. Finem vitae sponte, an fato impleuit Tacit. Ann. 2, 42. Feminas Colum. 7, 6, 3; 6, 27, 9. 8, 5, 25. Plin. 8, 44 Feminas a partu optime septimo die impleri obseruatum est, mares fatigatos melius implere. Liu. 10, 14 extr. Errorque vtilis Romanis oblatas, fugae Formidinisque Samnites impleuit. Horror asper me impleuerat Sil. 8, 121. Liu. 37, . . . Id procul dubio iam nuntiantes, non suos modo, sed etiam Hostes fama Romani auxilii aduentantis impleuerunt. Laudibus implere Liu. 26, 50. 55 Locum aliquem clamore Virg. Aen. 3, 313. Locum deliciis Ouid. Amor. 3, 14, 17. Locum principem Tacit. Ann. 4, 38. Magnitudinem suam anno Plin. 9, 36. Paullus in l. Inter causas §. 1 D. Mandati, Inter causas omittendi mandati etiam mors mandatoris est. nam Mandatum soluitur morte. Si tamen per ignorantiam impletum est, competere actionem vtilitatis causa dicitur. Meritis implere aliquem Ouid. Amor. 2, 3, 11. i. bene de illo mereri. Munia Consulatus 65 solus impleret Tacit. Ann. 3, 31. Numeros principis implere Ouid. ad Liu. 285. Numerationem residuae pecuniae Papin. in l. 1 ff. Qui potiores in pignor. habeant. Oculos impleuit imago Sil. 3, 45. Plin. Epist. 10, 47 Vereor enim, ne aut excessisse, aut non impleffe Officii mei partes videar. Vid. Defunctorie, in DEFVNGOR. 70 Officium exsequiarum Iustin. 33, 4, 2. Populares laudibus meritis Scipionis Liu. 26, 50. Possessionem diutinam Iul. in l. Qui fundum §. 1 D. Pro emtore. Liu. 3, 63 extr. Ne ita omnia Tribuni Potestatis suae implerent, vt nullum publicum consilium finerent esse. Prodigium Plin. 10, 18 ad fin. Professionem suam Iabolen. in l. Arrianus D. de iure fisci. Promissum Plin. Epist. 2, 12. Sanguine regum sese implerint Cic. de L. Agr. 2, 46. Satisfactionem implere Papin. in l. 2 D. de custodia reorum. Sinum lacrimis Virg. Aen. 4, 30. Sollemnia accusationis Modest. in l. Cum Titia D. de accusationibus. et Papin. in l. Miles. §. Quidam D. Ad leg. Iul. de adulter. 80 Curt. 3, 1, 18 Oraculi Sortem vel elusit, vel impleuit. Liu. 35, . . . Quem adueniens extemplo spei impleuit. Idem 7, 7. Spem implere, quam quis de nobis concepit Plin. Ep. 1, 10. Liu. 21, . . . Impleuerat ea res Superstitione animos, pronique et ad nuntianda et ad credenda prodigia erant. Superstitionum 29, 14. Tectum magnus hospes impleuisti Plin. Paneg. 15, 4. Add. 50, 6. it. Epist. 7, 24, 9. Temeritatis Liu. 1, 46. Cic. Att. 6, 5 Etsi annum Tempus prope, tamen emeritum habebamus. Terrore impletur Africa Sil. 17, 587. Tribunal totum impleuit is vomens frustis esculentis Cic. Philipp. 2, 63. Vela impleuit Neptunus ventis secundis Virg. 90 Aen. 7, 23. Venditionem implere Paullus in l. Si quis alienam rem D. de act. emt. et vend. Verba lacrimis Ouid. Epist. 6, 58. Plin. Epist. 8, 13 Vides quem sequi, cuius debeas implere vestigia. Vicem alterius Idem Epist. 92. Vices pro alio Claud. Conf. Hon. 6, 433. Plin. 31, 6 Sextarius salis cum quatuor aquae sextariis, salissimi maris Vinum et naturam implet. Volumen totum impleuit tuis oraculis Chrysippus Cic. de Diuin. 2, 115. Add. Id. Acad. 4 c. 27. Vrbs deinde impletur Liu. 4, 30. i. contagione inficitur, ἀναπιμπλαται, vt loquitur Thucyd. Vrbes Siculas impleuerat nomen Arionium Ouid. Fast. 2, 93. Vscupationem implere Paullus in l. Cum miles 100 D. Ex quibus causis maiores. Vterum impleerat generoso semine Ouid. Met. 9, 280. Cic. Acad. 4, 87 De quibus rebus volumina impleta sunt non a nostris solum, sed etiam a Chrysippo. Plin. 16, 40 Quae arboris crassitudo quatuor hominum vinas complectentium implebat. Idem 18, 10 Raro modius grani non XVI libras 105 implet.

IMPLENS, entis. Partic. Colum. 6, 1, 3 in descriptione bouis, Capaci et tanquam implente vtero, i. pleno, grauido. Sic omnes libri, contra quos duriusculum est cum Virgino legere inciente. Vulg. Gen. 27, 15. et Marc. 15, 36.

5 IMPLEBILIS, e. Adi. Qui impleri debet, exhaustus. Sed actiue Cael. Aurel. Tard. 5, 1 Implebiles, potius quam ficcables vomitus, qui magis faciunt ut impleatur hydropicus.

IMPLETVS, a, um. Part. Iustin. 22, 2, 6 Spe impletus. Idem 23, 2, 11 Impleta regia fletibus. Et 43, 1, 8 Fatua assidue diuino spiritu impleta. Liu. 7, 2 Impleta modis satura.

10 IMPLETIO, ōnis. f. Saluian. Gub. Dei 2, 33 Regimen suum Dominus et impletionem ostendit. Idem p. 34 Impletio diuinitatis.

IMPLEMENTVM, i. n. Idem. Cael. Aurel. Tard. 1, 5 Capitulis implemento affici.

15 IMPLICŌ, ui et aui, itum et atum, are. [ἐμπλέω, ἐγκρίπτω] Inuoluere, innectere. Sen. Epist. 22 Quod male implicuisti, soluas potius, quam abrumpas. Varro de R. R. 2, 7 Non angusta iuba, crebra, fusca, subcrispa, subtenuibus fetis implicata in dexteriores partem ceruicis, etc. de equis. Acies totas implicuere inter se

20 Virg. Aen. 11, 632. Brachia collo implicuit Ouid. Met. 1, 762. Colla laqueis implicuisse iuuat Idem Epist. 2, 142. Comas fertis implicare Tibull. 3, 7, 32. In complexum alicuius implicari Catul. in Epithal. Mallii 59, 108. Crinem implicat auro Virg. Aen. 4, 148. Rates implicuit Auster Stat. Theb. 11, 521. Transfertur ad alia.

25 Liu. 27, 43 pr. Eum primo incertis implicantes responsis, ut metus tormentorum admotus fateri vera coëgit, edocuerunt, literas se ab Afrubale ad Annibalem ferre. Cic. Att. 8, 17 Quod veritus sum, factum est, ut Domitius implicaretur, ut neque ipse satis firmus esset ad castra facienda. Idem pro Rosc. Amer. 85 Ideo quod tamen

30 veritatis erat amicus, tamen natura non tam propensus ad misericordiam, quam implicatus ad seueritatem videbatur. Sed leg. implacatus. Cael. B. G. 7, 73 Quini erant ordines coniuncti inter se atque implicati. Cic. Verr. 2, 44 Sin illud dices, te Heraclii voluntate ab lege recessisse, ipse te impedies, ipse te tua defensione implicabere.

35 Cic. pro L. Manil. 19 Haec fides, atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro versatur, implicata est cum illis pecuniis Asiaticis, et cohaeret. Amicitias nouis implicati Cic. Att. 2, 11. Angoribus et molestiis implicati animi Idem Tusc. 5, 3. Consuetudine et beneuolentia omnes Caesaris familiares satis opportune habeo

40 implicatos Id. Fam. 6, 12. Controuersis implicata res Cic. pro Quint. 19. Criminibus auaritia implicata Idem in Pison. 85. Erroribus implicari Id. Tusc. 4, 58. Erroribus facis urbem implicat Valer. Argon. 3, 31. Expectatione supplicii implicatus Cic. de Arusp. Resp. 7. Idem pro Corn. Balb. 60 Et erat aequa lex, et

45 vobis Iudices atque omnibus, qui nostris Familiaritatibus implicantur, vehementer utilis, etc. Genere certo cursuque vivendi implicari Cic. Off. 1, 107. Idem Verr. 3, 82 Tu qui omnibus Legibus implicatus tenebare, libidinem tibi tuam pro lege esse voluisti? Litis

50 Cic. pro Cael. 71. Molestiis multis Idem Tusc. 5, 3. Morbo Liu. 1, 31. Intra castra quies necessaria Morbo implicitum exercitum tenuit Idem 3. Conf. Idem 5, 31. et 7, 23. Liu. 23, 34

55 Mutum non tam in periculosum, quam longum Morbum implicitum, diu ad belli vim sustinendam inutilem fore. Conf. Nep. 5, 3, 4. et 17, 8, 6. et Lucret. 6, 1230. Molestis, operosisque negotiis implicari Cic. de N. D. 1, 52 c. 20. Negotiis hereditariis implicari Iulian. in l. Si in testamento, in fine, D. Si quis omis. caus. testamenti. Negotiis qui implicantur contrahendis Cic. Off. 2, 39. Occupationibus nullis implicatus deus Idem de N. D. 1, 51 c. 19. Officiis multis implicari et constringi Id. Acad. 1, 11. Vltro et citro, vel vsu

60 diurno, vel Officiis implicari Cic. de Amicit. 87. Idei de Clar. Orat. 74 Atque ita diu vixit, ut multarum aetatum Oratoribus implicaretur, multum etiam in causis versaretur. Permiste cum aliis implicari Cic. de Inuent. 1, 32. Muliebribus Religionibus impli-

65 cari Idem pro Domo 105. Sensu in omni implicata insidet voluptas Id. de Legib. 1, 47. Seueritate iudicium implicari, et frequentia populi circumferri Cic. Verr. 5, 149. Societate omnium implicare se Idem de Fin. 2, 45. Vim suam cum naturis hominum implicant dii Cic. de Diuin. 1, 79. Visco implicata fuga Martial. de Spect. 11.

70 Ornare: Plaut. Implicat ad speculum caput. Afranius Brundisio, In parte inferiore hic implicabatur caput, fateor. Non. 2, 420.

IMPLICITVS, siue IMPLICATVS, a, um. Partic. [ἐμπλεκτός] Cic. Fam. 6, 12 Etenim omnes Caesaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine. Idem Off. 1, 16 Quae

75 quatuor quanquam inter se colligata sunt, atque implicata. Paulus in l. finali D. Si ex noxali causa agatur, Sed si statuliberum fisti promissum sit, in eadem causa fisti videtur, quamuis liber fistatur, quod implicitus ei casus libertatis fuerit. Errore implicitae viae

80 Lucan. 8, 5. Limo implicitus Claud. in Eutrop. 2, 442. Morbo implicitus Lucret. 6, 1230. In morbum implicitus, vid. supra. Inter se implicitae medicinae partes Scribon. 200. Si tantis implicitum rebus subleuasset Nep. 4, 4, 6. Tyrannide implicitus Idem 10, 1, 1. Cic. de Inuent. 2, 262 Negotialis est, quae in ipso negotio iuris civilis habet implicitam controuersiam. Plin. 21, 17 Iasione

85 vnum folium habet, sed ita implicatum, ut plura videantur. Inscitia implicata, imprudentia est Cic. Philipp. 2, 81. Vid. plura in IMPLICŌ.

Compar. Ammian. 26, 6 extr. Implicatio ad loquendum diu tacitus stetit. Superl. Quaestionem diceret esse implicatissimam Gell. 6, 2. Conf. Augustin. Confess. 2 extr.

90 IMPLICITVRVS, a, um. Part. [ἐμπλέξω] Serta implicitura comas Ouid. Fast. 5, 220.

IMPLICITŌ, are. Frequent. [ἐμπλέκομαι] Plin. Epist. 9, 33, 5 Varios orbes implicitat expeditque. de delphino. Alia exemplaria habent Implicat.

95 IMPLICATIO, ōnis. f. [ἐμπλέξις] Cic. de N. D. 2, 139 c. 55 Huic adde neruos, a quibus artus continentur, eorumque implicationem corpore toto pertinentem. Cic. pro Sext. c. 26 Aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio malint quam suo deflagrare.

100 IMPLICATRIX, icis. f. [ἐμπλεκτρία] Gloss. Cyrill.

IMPLICATVRA, ae. f. Sidon. Epist. 9, 9 Vernaculis implicaturis in retia sua praecipites implagabuntur.

IMPLICISĒOR, ēris. Idem ac Implicor. Plaut. Amph. 2, 2, 97 Amphitruo ad Alcmenam, Vbi primum tibi sensisti impliciscier?

105 i. turbari mentem insania. Dixerat Sofia, Atra bili percita est. Respondet Alcmena, Equidem ecastor salua et faua sum. IMPLI-

IMPLICITĒ, Adu. [*ἔμπελεγμένως*] Cic. de Invent. 2, 69 c. 23 Absoluta est quae ipsa in se, non ut negotialis implicite et abscondite, sed patentius et expeditius recti et non recti quaestionem continet.

IMPLŌRO, āre. [*ἀνακαλέω*] Proprie est Cum fletu rogare, quod est vapulantis. Festus. Ter. Adel. 3, 4, 43 Certe Hegio. H. hem, illaec fidem nunc vestram implorat Demea. Cic. pro Quint. 94 Qui deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est? Idem Verr. 5, 187 Caeteros item deos deasque omnes imploro atque obtestor, quorum templis, etc. Et Verr. 5, 28 Et ita me suam salutem appellans, te suum carnificem nominans, filii nomen implorans, etc. Cic. de Orat. 1, 230 Nemo est questus, nemo Rempublicam imploravit, nemo supplicavit. Idem pro Sulla 64 Implorarem sensus vestros, vniuscuiusque indulgentiam in suos testarer, etc. Appellare, obtestari, implorare aliquem Cic. pro Flacco 4. Auxilia implorare Scribon. Epist. in. Auxilium implorare Virg. Aen. 4, 617. Auxilium alicuius implorare et flagitare Cic. pro Rabir. perd. reo 9 c. 3. Caes. B. G. 1, 31 Neque Auxilium a Pop. Rom. imploraturus. Deos immortales precari venerari et implorare Cic. in Catil. 2, 29 c. 13. Idem pro Rosc. Amer. 29 Vestramne, qui summam potestatem habetis, hoc tempore Fidem implorem? Idem Verr. 2, 75 Sopatrus implorare hominum atque deum Fidem, ut cum consilio cognosceret. Fidem, dignitatem, religionem alterius in aliquo negotio implorare Cic. Verr. 3, 146. Idem Verr. 4, . . . Quid aut His respondere honeste potes, aut illi facere, nisi ut te ac fidem tuam implorent? Iura libertatis et civitatis implorare Cic. Verr. 1, 7. Idem Acad. 4, 11 At ille Heracliti Memoriam implorans, quaerere ex eo, etc. Misericordiam et fidem alicuius obtestari et implorare Id. pro Muraen. 86. Misericordiam alicuius implorare et exposcere Cic. pro Milon. 93. Idem Verr. 5, 161 Quum imploraret saepius, usurparetque Nomen civitatis, crux, crux inquam infelici et aerumnoso, qui nunquam istam potestatem viderat, comparabatur. Numina implorant magno questu Valer. Argon. 3, 639.

IMPLORANS, antis. Part. Hirt. B. Afr. c. 26 Se in miseriis suamque fidem implorantibus auxilio esse non posse. Conf. Liu. 37, 26.

IMPLORĀTVS, a, um. Partic. [*ἀνακεκλημένος*] Prece Pollucis implorata Catull. ad Mallium 63 (69) 65. Conf. Iustin. 4, 3, 1. 22, 1, 3. et 23, 3, 1.

IMPLORATIO, ōnis. f. [*ἀνάκλησις*] Liu. 22, 5 pr. Nec enim inde votis aut imploratione deum, sed vi ac virtute euadendum est. Omnium deorum et hominum et civium et sociorum imploratio Cic. de Orat. 2, 196 c. 47. Acerba imploratio et vox miserabilis Idem Verr. 5, 62.

IMPLORABILIS, e. Adi. Qui implorari potest. Val. Flacc. 1, 573 Lumenque innoxia fudit Purpureum, miseris omnium implorable nautis.

IMPLVMBŌ, āre. *Plumbo ferruminare.* Vitruv. 10, 6 pr. Ferreos chodaces (cnodaces leg.) in capitibus scaporum implumbavit.

IMPLV̄MIS, e. Adi. [*ἄπτερος*] Quod plumis caret. Plin. 10, 3 Haliaeetus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, etc. Fetus Virg. Georg. 4, 513. de philomela. Pulli Hor. Epod. 1, 19. Pilis carens. Plin. 8, 55 Lepus omnium praedae nascens, solus praeter dasypodem superferat, aliud educans, aliud in utero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.

IMPLVO, ui vel iui, ūtum, ēre. [*ἐνομβρέω*] Columel. 2, 8, 5 Tremellius quidem asseuerat, prius quam impluuerit, ab auibus, aut formicis fata edi, ubi aestiuus serenitatis ager aret. Sic optimi MSS. Alii Impluerit. Impluere in aliquem locum Plin. 2, 96. Plaut. Mostel. 4, 1, 15 Mihi corium oportet esse sincerum, Atque ut veterum verberari. Si huic imperabo, prope tectum habebō: Malum, quom impluit caeteros, ne impluat mihi. b. e. In me tota res cadat, et in caput meum ruat.

IMPLVVIVM, i. n. [*οὐλή, ἐνομβρεῖον*] Locus (ut inquit Varro de L. L. 4, 33) in medio domus relictus, ut lucem caperent deorsum, quo impluebat. Vid. COMPLVVIVM. Vitruv. 6, 4 Impluuii lumen relinquatur. Quinctil. 11, 2, 20 Tum impluuium circumeunt. Plaut. Mil. 2, 2, 4 Mihi quidem iam arbitri vicini sunt, meae quid fiat domi. Ita per impluuium intro spectant. Gell. 10, 15 de Pontifice max. Vincium, si aedes eius introierit, solui necessum est, et vincula per impluuium in tegulas subduci, atque inde foras in viam demitti. Vitruv. 6, 4 Impluuii lumen latum latitudinis atrii ne minus quarta, ne plus tertia parte relinquatur. Ter. Eun. 3, 5, 41 Venisse clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. Cic. Verr. 1, 61 c. 23 Ne haec quidem duo signa pulcherrima, quae nunc ad impluuium tuum stant, ubi Aescon. Locus sine tecto in aedibus, quo impluere imber in domum possit. Sic Cic. Verr. 1, 147 c. 56 Ostendam in aedibus priuatis longa difficultique vectura, columnas singulas ad impluuium HS. quadragenis millibus non minus magnas locatas. Conf. Liu. 43, 15 Palmam enatam impluuium suo T. Marcius Figulus nuntiabat. Conf. Dan. Heins. ad Sil. 15, 18.

IMPLVVIA, ae. f. [*μυαδία*] Vestis erat, inquit Perottus, qua sacerdotes per imbrem utebantur: Pluuiiale nunc vulgo appellatur. Varro . . . Salium quoque sereno tempore pluuium amictum fuisse eriminabantur.

IMPLVVĪĀTVS, a, um. Adi. Color, quasi fumato stillicidio implutus, inquit Nonius 16, 3. Nempe modica fuligine infuscatus, et maculosus. Vnde

IMPLVVĪATA, ae. f. Genus vestimenti, a colore, de quo Plaut. Epid. 2, 2, 40 Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam, impluuiatam? ut isthaec faciunt vestimentis nomina. Vernuliter ludit EP. Vtin' impluuium eat induta? Vid. Ferrar. Re. Vest. 1, 3, 30. Turnebus 14, 19.

IMPOENITENS, entis. Adi. Quint. Trib. Mar. c. 6. Burm. p. 80. Conf. Vulg. Int. Rom. 2, 3. et Fulgent. Epist. ad Venant.

IMPOENITENTIA, ae. f. Sarisb. Policrat. 2, 5. et Fulgent. ibid. 95

IMPOENITENDVS, a, um. Adi. Apul. Met. 11 p. 271. Casiod. Epist. 1, 30. et Augustin. Prolog. Retract.

IMPOENITVS, a, um. Adi. Pro Impunitus. Apud veteres Aegyptios furta omnia licita et impoenita Gell. 11, 18.

IMPOLĪTVS, a, um. Adi. [*ἄζωος*] Contrarium Polito; Rudis. Cic. de Prouinc. Conf. 34 c. 14 Impolitae vero res et acerbae si erunt relictae. Si quis erit plane impolitus et modo vestibulum huius artis ingressus Quinctil. 1, 5. Cic. de Clar. Orat. 293 c. 85 extr. Significat enim quandam formam ingenii, sed admodum impolitam atque rudem. Idem de Orat. 2, 133 c. 31 Genus hoc eorum, qui sibi

eruditi videntur, hebes et impolitum. *Compar. Veget. 2, 4 Descriptio obscurior et impolitior. Quinctil. 8, 6 Lapidis impolitiores.*

IMPOLITIA, ae. f. [*ἀποσμία*] *Ruditās et inelegantia. Speciatim Gell. 4, 12 Si quis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat, impolitiae notabatur. Id verbum significat quasi tu dicas Incuriae. Impolitias Censores facere dicebantur, inquit Festus, Quum equiti aes abnegabant, ob equum male curatum.*

IMPOLITE. Adu. [*ἀκόσμως*] *Inelegantē. Cic. de Orat. 1, 214 c. 49 Quum saepissime tibi Senatus breuiter, impoliteque dicenti, maximis sit de rebus assensus, etc.*

IMPOLLŪTVS, a, um. Adi. [*ἀμίαντος*] *Non pollutus: ut, Fides impolluta Sil. 13, 679. Virginitas impolluta Tacit. Ann. 14, 35, 2. Conf. Idem 16, 26, 5. et Sallust. Fragn. 1, 6. Mens Paullin. Nol. Carm. 6 de Baptista v. 227.*

IMPOMENTA, orum. n. quasi Imponimenta, Quae post coenam mensis imponebant. Festus.

IMPŌNO, sui, situm, ěre. [*ἐπιθήμι, ἐπιτίθημι, ἐπιβάλλω*] *Supra ponere, vel Intus ponere. Virg. Aen. 1, 66 Molemque et montes insuper altos Imposuit. Idem Aen. 4, 453 Vidit, turicremis quum dona imponeret aris. Plaut. Aulul. 2, 8, 15 Haec imponentur in foco nostro, lari, ut fortunatas faciat gnatae nuptias. Metaphoras habet varias de iis, quae oneri, et gerenda sunt. Cic. pro Rosc. Amer. 10 Quod si perferre non potero, opprimi me onere officii malo, quam id, quod cum fide mihi semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. Cic. pro Muraen. 38 Nunquam iste plus militi laboris imposuit, quam sibi sumsit.*

¶ 2 *Substantiua: Admissarius imponitur equae Columel. 6, 36, 4. Sic Arietes ouibus impositi Idem 7, 2, 5. Vid. mox EQVVS. Arces imponere montibus Virg. Aen. 6, 774. Liu. 32, 2 pr. Carthaginenses eo anno Argentum in stipendium impositum primum Romam aduexerunt. Columel. 5, 1, 3 Sed aliud existiment, professioni suae conuenire, aliud eorum, qui iam exstructa metiuntur, et imposito Calculo, perfecti operis rationem computant. Ita Posito Calculo Columel. 3, 3, 7. Liu. 27, 24 extr. C. Terentius ut Aretium cum legione venit, Clauēs portarum quum magistratus poposcisset, negantibus iis comparere, fraude amotas magis ratus quam negligentia intereidisse, ipse alias Clauēs omnibus portis imposuit. Columel. 3, 19 Ante quam disputationi Claufulam imponamus, dicendum est, etc. Cognomen vel nomen alicui Plin. 5, 1. Et 14, 3 Est et nigra aminea, cui Syriacae nomen imponunt. Liu. 8, 23 pr. Aegre pati ciuitatem Samnitium, quod Fregellas ex Volscis captas, dirutasque a se restituerit Romanus Populus, Coloniamque in agro Samnitium imposuerit. Consulē populo, Per vim et tyrannidem collocare in Consulatu Cic. Att. 1, 13. Contumeliam alicui Sall. Catil. c. 48 extr. Coronam alicui Cic. de Legib. 2, 60. Idem Fam. 5, 12. Custodem Nep. 5, 4, 1. Ita Ouid. Amor. 3, 4, 1 Dure vir imposito tenerae Custode puellae. Diadema Cic. Phil. 2, 85. Add. Id. 3 c. 5. Dignationem imperatoris alicui Tac. Hist. 1, 52. Cic. Phil. 13, 17 Nam si ipse seruire poterat, nobis Dominum cur imponebat? Dominum sempiternum in ceruicibus aliquorum Id. de Nat. Deor. 1, 54 c. 20. Equus imponitur equae fetus causa Columel. 6, 27, 10, ut Admissarius. Exercitum Brundulii imposuit, subaud. in naues Cic. de Diu. 2, 84. Exitum alicui rei, aut sermonibus Liu. 37, 19 pr. Cic. Offic. 3, 33 c. 7 Sed quoniam operi inchoato, prope tamen absoluto, tanquam Fastigium imponimus. Fenestras et ostia in aliena aedificia Iulian. in l. Habitor D. de rei vindicatione. Finem bello Stat. Theb. 8, 684. Finem bello vel curis Aur. Vict. de Vir. illustr. Sic Finem spei suae Liu. 5, 4 extr. Finem luctibus Ouid. Met. 15, 747. Formam operi Senec. Epist. 66. Forma prati imponi potest loco gracili Pallad. Sept. 10, 1. Formam sui coloris imponere vino Id. Oct. 14, 10. Cic. Att. 15, 10 Frumentum imponere, quae est alia Dionis legatio, aut quod munus in Republica sordidius? Id. Verr. 4, 20 Quibus tu priuatim Iniurias plurimas contumeliasque imposuisti. Cic. pro Muraena 38 Nunquam iste plus militi Laboris imposuit, quam sibi sumsit. Caes. Bell. C. 3, 74 Tantumque studium infamiae sarcindae, ut nemo aut Tribuni aut Centurionis impetum desideraret, et sibi quisque etiam poenae loco grauiores imponeret Labores. Cic. Att. 7, 2 Vni Favonio Leges ab illo nobis imponi non placebat, sed etc. Id. Acad. 4, 23 Cur has igitur sibi tam graues Leges imposuerit, etc. Virg. Georg. 1, 61 Continuo has Leges, aeternaque foedera certis Imposuit natura locis. Cic. de Legg. 1, 42 Si XXX illi Athenis Leges imponere voluissent, etc. Leges per vim Reipublicae Id. Philipp. 6, 3. Add. ib. 7 c. 5. Eo Loco imposita Scribon. 11. In omni Loco dolenti impositum 265. Manum rei alicui, pro Inchoare eam Ouid. Trist. 4, 1, 28. Virgil. Aen. 7, 572 Nec minus interea extrema Saturnia bello Imponit regina Manum. Seruius: Quod superest perficere. Et est translatio a pictura, quam Manus complet atque ornat extrema. Conf. Donat. ad Ter. Andr. 2, 5, 1. Potatio, quae ebrietati summam Manum imponit Sen. Ep. 12. Manum summam alicui operi Plin. 36, 5. Quinctil. prooem. 1, 4 Qui artem orandi literis tradiderunt, ita sunt exorsi, quasi perfectis omni alio genere doctrinae summam in eloquentia Manum imponerent. Manum supremam bellis Ouid. Rem. Amor. 114. Metum nouarum rerum omnibus Iustin. 34, 2, 6. Liu. 2, 5 Direptis bonis regum, damnati proditores, sumtumque supplicium: conspectus eo, quod poenae capiendae Ministerium patri de liberis Consulatus imposuit. Modum prosperae pugnae Liu. 31, 38. Id. 4, 24 Maximam autem eius custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent: et tempore Modum imponeretur, quibus iuris imponi non posset. Modum suo dolori Plin. Epist. 9, 13. Liu. 10, 37 Multa praesens quingentum milliun aeris in singulas ciuitates imposita. Cic. pro Sulla 35 Atque hoc vos Iudices testor, mihi de memetipso tam multa dicendi Necessitas quaedam imposita est ab illo. Necessitatem quandam nitoris alicui Plin. Epist. 6, 32, 1. Nitor magnus impositus est hominibus et rebus, de Graecis Massiliae conditoribus Iustin. 43, 4, 2. Nomen alicui Ouid. Met. 9, 707. vid. Vocabulum imponere. Cic. de Orat. 2, 18 Itaque quod vim huius mali Graeci non vident, ne Nomen quidem ei vitio imposuerunt. Id. Verr. 2, . . .*

Honestā Nomina turpissimis rebus. Quasi Nullo imposito Sallust. Iugurth. c. 100, 3. i. nullo praeposito. Ter. Andr. 5, 3, 26 Tibi pater me dedo: quiduis Oneris impone, impera. Cic. Attic. 9, 6 Sed vereor, ne Pompeio quid Oneris imponam. Onus in amicitia nimis imprudenter imponere Cic. Fam. 6, 7. Id. Q. Fratr. 105 2, 1 Causa sero perorata, sententias se rogaturum negauit, ne quod

6 M

Onus

Onus similitudinis nobis imponeret. Cic. in Orat. 35 Volo enim mihi tecum commune esse crimen: ut si sustinere tantam quaestionem non potuero, iniusti Oneris impositi tua culpa sit; mea recepti. Quintil. in proem. 1 Plus, quam imponebatur, Oneris suscepi. Ostia, vid. paullo ante, Fenestras et Ostia, etc. Cic. Attic. 10, 12 Partes mihi Caesar has imposuit, ne quem omnino discedere ex Italia paterer. Partes duriores alicui Cic. pro Muraena. Personam alicui, h. e. alicuius loco alium sufficere. Cic. Verr. 2, 48. Id. pro L. Agr. 2, 148 Vos mihi Praetori biennio ante Quirites, hoc eodem in loco Personam hanc imposuistis, ut quibuscunque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum vna tuerer. de Pompeio. Persona turpissima calumniae imponatur honestae civitati Cic. Verr. 3, 67. Plagam mortiferam Reipublicae Id. pro Sext. 44. Plus aliquanto quibusdam populis, quam ferre possunt Cic. Verr. 4 c. 34. Liu. 34, 9 Partem muri versam in agros egregie munitam habebant, vna tantum in eam regionem Porta imposita. Liu. 24, 7 extr. Q. Fabius ex auctoritate Senatus Puteolos, per bellum coeptum frequentari emporium, communiit, Praesidiumque imposuit. Conf. Curt. 3, 7, 2. et Iustin. 6, 6, 6. Cic. Verr. 2, . . . Idem se ipsos a te ipso Pretio imposito redemerunt. Sic apud Quintilian. 12, . . . Graviora iusto Pretia melli. Pudorem plagiario Martial. 1, 53. Liu. 40, 12 Nam etsi in Romanis tantum momenti esse credebam, ut quem vellent, imponerent Macedoniae Regem. Liu. 37, 25 Masinissam non in patrio modo locasse regno, sed in Syphacis, a quo ante expulsus fuisset, regnum imposuisse. Plaut. Most. 2, 1, 83 Hinc speculator procul, vnde aduenienti Sarcinam imponam feni. Cic. Q. Fratr. 3, 1 Caluus aiebat aqua demta, et eius aquae iure constituto, et Seruitute fundo illi imposita, tamen nos pretium seruare posse, si vendere vellemus. Silentium alteri Sueton. de Clar. Rhet. 6. Liu. 38, 16 pr. Vbi cum resistentibus pugnando, pacem petentibus Stipendium imponendo, Byzantium quum peruenissent. Cic. pro Caecin. 71 Fictus Testis subornari solet, et imponi falsae tabulae. Tributum Caes. Bell. Ciu. 3, 32. Vestigal Cic. pro L. Agr. 10. Villicum imponere aliquem, aut pecori praeficere Id. pro Planc. 62. Cic. Verr. 2, 148 Si me saluum esse vis, mihi impone istam Vim, ut omnino mihi non liceat polliceri. Virum toti mundo Lucan. 3, 373. Tacit. Ann. 12, 62 Cui, ut degeneri, Pseudo-Philippi Vocabulum impositum. Vocabula rebus imponens Horat. Serm. 2, 3, 280. Vulnus graue Cels. 5, 26 De glutinatione vulnerum. Vulnera Reipublicae, Inferre vulnera, et laedere atque offendere Rempublicam. Cic. de Fin. 4, 66 Quae hic Reipublicae vulnera imponebat, eadem ille sanabat. ¶ 3 Construitur etiam cum aliis Praepositionibus: Plaut. Perf. 4, 6, 10 Hanc in collum, nisi piget, nostrum impone. de crumena. Id. Bacchid. 1, 2, 36. Liu. 23, 38 In nauem. Conf. Caes. B. C. 3, 6. Et Liu. 5, 40 extr. In plaustrum. Cic. Tuscul. 1, 85 In rogam. In aliquam causam aliquem Id. Fam. 8, 17. In eculeum aliquem Cic. Tusc. 5, 13. Aliquem in equum Liu. 35, 36 extr. In naues exercitus Cic. Fam. 12, 14. In aliquem onus Plaut. Bacchid. 3, 3, 92. In ventrem medicamentum Scrib. 120. Super ea parte Id. 205. ¶ 4 Imponere alicui, pro Decipere, et subauditur Fraudem. Quintil. Decl. 6, 22 Spes tibi perpetuas laudis imposuit. Cic. Q. Fratr. 2, 6 Cui tamen egregie imposuit Milo noster. Conf. Nep. 18, 5, 7. Quid si clitellas, frenum, vel tale quid intellexit, qui primum hac formula usus est, et hoc voluit intelligi, alterum cui imposuit, iumentum similem.

IMPOSITVS, a, um. Partic. [ἐπιθετός] Plin. 15, 30 Fluuium Tiberi imposita iuxta nouum lapidem Flaminia via, de villa Caesarum, ad gallinas. Necessitudinibus publicis impositus, vid. NECESSITUDO. Stratis impositus Stat. Silu. 2, 1, 63. Clitellae boui sunt impositae Cic. Att. 5, 15 onus illi, qui gestare non assuetus est. Corona imposita capiti Propert. 4, 2, 29. Iuuenes impositi rogis Virgil. Georg. 4, 477. Mens cunctis imposita manet Stat. Theb. 1, 227. Nomen impositum ab re Lucret. 6, 741. Onus impositum ferre Ouid. Met. 15, 820. Vulnere tanto Reipublicae imposito Cic. Attic. 1, 16. Idem ibid. 5, 7 In sanandis vulneribus, quae sunt imposita Prouinciis. Impositus, pro Praefecto, apud Sallust. Iug. c. 100 Simul Consul, quasi nullo imposito, omnia prouidere, apud omnes adesse, etc.

IMPOSITVS, ūs. m. [ἐπιθετός] Plin. 24, 4 Ulcera commanducatu imposituque efficacissime sanari. Ex vetusto codice legitur, Commanducato impositoque.

IMPOSITIO, ōnis. f. [ἐπιθετός] Plin. 27, 13 Succus eius lacteus in gummi spissatus, vel semen, impositione spicula e corpore eiicit. Impositio verborum Varroni est, quam Graeci ἐπιθετικὴ λέξις vocant, ea nomina intelligenti, quae primum rei alicui significant, dae imposita sunt, quorum multa iam non comparent, quum tamen ab iis alia profecta in usu fortasse sint. Impositiones enim nomina primitiua appellat, a quibus oriuntur declinationes, id est deriuatiua. Varro de L. L. 7, 2 Duo igitur omnino verborum principia, impositio et declinatio: alterum, ut fons, alterum, ut riuus. Sed Scallig. impositiorum et declinatorum. Caeterum Impositionis nomine sic vitur. Id. 4, 1. et 9, 3 p. 137, 8. Monuit Turnebus Adu. 24, 29. Positionem primam appellare solet Quintilianus.

IMPOSITICIVS, a, um. Adi. [ἐπιθετικός] Quod impositum est. Ut, Seruitus causa est impositicia, h. e. non naturalis Vlpianus in l. De pupillo §. Sextus Pedius D. de Noui operis nuntiatione, Sextus Pedius definit noui operis nuntiationis triplicem esse causam: aut naturalem, aut publicam, aut impositiciam, etc. Et paullo post, Impositiciam, quum quis postea, ius suum diminuit, alterius auxit: hoc est postea, quam seruitutem aedibus suis imposuit, contra seruitutem fecit. Canthari impositicii, per quos aquae saliant Paullus in l. Caetera §. 1 D. de legat. 1. Nomina impositicia, quae primum imposita sunt, rebus vnde alia deriuantur. Varro L. L. 7, 2 p. 85, 9 Duo omnino verborum principia impositiciorum et declinatorum: alterum, ut fons, alterum, ut riuus. Impositicia nomina voluerunt esse quam paucissima, quo citius ediscere possent: declinata quam plurima, etc.

IMPOSITIVVS, a, um. Adi. Idem. Plin. 28, 4 pr. Pythagorae inuentis non temere fallere, Impositiuorum nominum imparem Vocalium numerum, clauditates, etc. Varro L. L. 9, 3 Potius in naturalibus casibus, quam in impositiuis.

IMPOSITOR, ōris. m. Varro L. L. 6 pr. Eruenda voluntas impositoris, i. eius, qui nomen rebus imposuit.

IMPOSTOR, ōris. m. [ἑπαιστής] Versutus et fallax homo, qui imponere aliis (n. 3) potest et solet. Gloss. Impositor, stellionator,

ἐπιδέρων. Vlpianus in L. I §. Medicos D. de Variis et extraordinariis cognitionibus, Non tamen si incantauerit, si imprecatus est, si (vt vulgari verbo impostorum vtat) exorcizauit. *Quaedam exemplaria male legunt* In posterum. Conf. l. 10 lit. I. et Voss. Etym. 400.

5 IMPOSTURA, ae. f. [*ὑποκρίσις*] *Fallacia, versutia: ab eo dicta, quod adulterinas merces pro veris supponat.* Vlp. in l. tertia §. 1 D. de Crimine stellionatus, Si quis imposturam fecerit, aut collusionem in necem alterius, stellionatus potest postulari.

IMPORCO, are. *Porcas in agro facere.* Gloss. Imporco, ἀλακίζω.

10 IMPORCATVS, a, um. Part. Columel. 2, 10, 6 Et similiter quum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, imporcatumque occabimus.

IMPORCITOR, oris. m. Qui porcas in agro facit arando Festus.

15 IMPORTO, are. [*ἑσπομίζω*] *Inferre.* Cic. de Orat. 2, 53 Modo enim huc (*Romam ornamenta dicendi*) ista sunt importata Caes. Bell. Gall. 8, 35 Siluestribus angustisque itineribus frumentum importare in oppidum instituit. Cic. de Orat. 1, 38 Plura proferre possum detrimenta publicis rebus, quam adiumenta per homines eloquentissimos importata.

20 Aegritudines enim anxias atque acerbis important, animosque affligunt et debilitant metu Cic. Tusc. 4, 34. Calamitatem conseruatoribus suis Idem pro Sext. 146 c. vlt. Cladem Lucret. 3, 825. Clades discordia ciuili importat Liu. 24, 22. Plin. 26, 1 Quum in Asia apparuisset, inde Contagionem eius importante.

25 Id. 14, 18 Sunt et in vino prodigia, Dicitur in Arcadia fieri, quod Fecunditatem feminis importet, viris rabiem. Martian. in l. Ictus D. de iis, qui notant. infam. Ictus fustium Infamiam non importat: sed causa, propter quam id pati meruit: si ea fuit, quae infamiam damnato irrogaret. Cic. Offic. 2, 18 c. 5 Per eosdemque si quid

30 importetur nobis incommodi, propulsemus. Mala casus importat Idem Tusc. 5, 29 c. 10. Multum calamitatis Cic. Verr. 3, 125. Odium libellis Horat. Epist. 1, 13, 5. Liu. 39, 14 Patres pauor ingens cepit, cum publico nomine, ne quid eae coniurationes, coetusque nocturni fraudis occultae, aut periculi importarent, tum priuati suorum quisque vicem, etc.

35 Cic. pro Deiot. 43 c. vlt. Aut cum summo dedecore miserrimam Pestem importaturam esse regibus. Id. de Fin. 1, 51 Easque ipsas Sollicitudines, quibus eorum animi noctesque diesque exeduntur, a diis immortalibus supplicii causa importari putant. Suspicionem aliquam alicui Cic. Fam. 16, 21.

40 IMPORTATVS, a, um. Partic. [*ἑσπομίδης*] Caes. B. G. 5, 12 Aere vtuntur importato.

IMPORTANDVS, a, um. Part. [*ἑσπομύστος*] Varr. de R. R. 1, 16 Fructuosior sit fundus, quam si longe sint importanda.

IMPORTABILIS, e. Adi. Tertullianus aduers. Marc. 4, 27. Sarisb. 4, 11.

45 IMPORTATICVS, a, um. Adi. Hirtius Bell. Afric. c. 20 Frumento se in Africa, nisi importaticio, vti non posse, quod aliunde importatur.

IMPORTVNVS, a, um. Adi. [*Ἐκαστός, Scaeuus, Opportunus,* Gloss. leg. Importunus.] Vbi nullus portus est, ait Seruius ad Virgil. Aen. 11, 305 Bellum importunum, ciues, cum gente deorum, inuictisque viris gerimus. Festus: Importunum, In quo nullum est auxilium, velut esse solet portus nauigantibus. Sed importunus non modo negatiue dicitur, pro incommodo, intractabili: sed est etiam homo in hoc in primis odiosus, quod turpiter, crudeliter, etc. facit praeter

55 rationem loci, temporis, personarum. Plaut. Merc. prol. 44 Leno importunus, etc. Idem Afin. 1, 4, 7 Fateor eam esse importunam atque incommodam. Ter. Heaut. 1, 2, 23 Immo ille fuit fenex importunus semper: et nunc, etc. Importunum tempus, Incommodum Cic. de Orat. 2, 20 c. 5. et Offic. 1 c. 40. Crudelis, effrenatus, quietis impatiens. Cic. Phil. . . . Non possum aequo animo videre tam importunos, tam sceleratos hostes. Id. pro Cluent. 12 Repente est exorta mulieris importunae nefaria libido. Importunus et ferreus Cic. Catil. 4 c. 6. Id. pro Cluent. 177 Furere crudelis atque importuna mulier, sibi, etc.

60 Belua importunissima Cic. Phil. 6, 7. Clades ciuitatis importuna Id. de Clar. Orat. 332. Corda importuna domare Sil. 11, 389. Cic. de Prouinc. Conf. 2 Propter illud insigne scelus eorum, et importunam in me Crudelitatem. Cyclops alter multo importunior Idem Verr. 5, 145 c. 56. Dominatio importuna Flor. 1, 8, 7. Fata Ouid. Met. 10, 634. Gladiator importunissimus Cic. pro Muraena . . . Homo importunissimus Id. Fam. 5, 3. Hostis importunissimus Cic. in Catil. 2, 12. Plin. 36, 6 Sed quisquis primum inuenit fecare, luxuriamque diuidere, importuni Ingenii fuit. Libidines importunissimae

65 Cic. Verr. 4, . . . Morbus importunior Cels. 4, 6 pr. Mors importuna Ouid. Amor. 3, 8, 19. Natura immanis atque importuna Cic. Verr. 1, 8. Pauperies Horat. Carm. 3, 16, 37. Scelus Cic. de Arusp. Resp. 4. Situs argenti Hor. Epist. 1, 18, 23. Tyrannus importunus et amarus Cic. Verr. 5, . . . Importunissimus Tyrannus Liu. 29, 17 extr. Cic. post redit. in Senat. 14 Omnia flagitia latere posse arbitraretur, si modo vultum importunum in forum detulisset.

70 IMPORTVNE. Adu. [*ἀκαιρός*] *Praeter temporis, aut decoris atque honestatis rationem.* Cic. Acad. 4, 80 c. 25 Confidere suis testibus, et importune insistere. Plin. 7, 12 In quo perquam importune fortuitum hoc quoque fuit. Importune immisus versus Gell. 10, 16. Comparat. Importunius veritati insultare Lactant. 5, 2. Superlat. Importunissime facere Gell. 20, 5. Importunissime negare Augustin. de mor. eccles. Cathol.

75 IMPORTVNITAS, atis. f. [*ἀκαιρία, ακαιρότης*, Gloss. Lat. Gr.] Quae, (vt ait Donatus) nec loci, nec temporis habet commoditatem. Ter. Andr. 1, 4, 4 Importunitatem spectate aniculae, etc. Animi importunitas Cic. pro Cluent. 170. Dicitur, vt importunus, de effrenata incontinentia et libidine praecipiti. Id. de Senect. c. 3 Importunitas autem et inhumanitas, omni aetati molesta est. Cic. Verr. 2, 73 Iste, quanquam est incredibili importunitate et audacia, tamen subito destitutus pertimuit. Tanta sceleris inauditi importunitas Id. pro Sull. 75. Et pro Cluent. c. 61 Huius importunitatem matris a filii capite depellite. Cic. in Pison. 21 c. 9. Id. de Amicit.

80 Quanquam miror, in illa superbia et importunitate. De iniusta accusatione de Orat. 1, 230 c. 53 Omnem illorum importunitatem ex intimis mentibus euellisset vis orationis tuae. Quantum importunitatis habent Sall. Iug. 36.

85 IMPORTVOSVS, a, um. Adi. [*ἀλιόστος*] *Quod est sine portu.* Plin. Epist. 6, 31 in fin. Litus importuosum. Sallust. Iugurth. c. 17 Quem

Quem locum Catabáthmon incolae appellant: mare saeuum et importuosum, et ager frugum fertilis. Mare Tac. Ann. 12, 20. *Superl.* Plin. 4, 12 Importuosissima insula.

IMPOS, óris. Adj. [*ἀρπαγής, ἀρπαγισός*] Qui animum suum in potestate non habet, *inquit Festus. Et, Qui non est sani animi, auctore* 5 Donato ad Ter. Adel. 3, 2, 12. Plaut. Casin. 3, 5, 7 Eripite quae ista gladium, quae sui est impos animi. Id. Trin. 1, 2, 94 Te in manus argentum homini adolescenti, animi impoti?

IMPOSITIO, IMPOSITVS, *vid.* IMPONO.

IMPOSSIBILIS, e. Adj. [*ἀδύνατος*] Quod fieri non potest. 10 Quinctil. 5, 10 de argumento, Non enim longum tantum, sed etiam impossibile. Id. 5, 13. et 10, 13. Conf. Iustin. 2, 4, 18. et Macr. Saturn. 1, 3. Impossibilis conditio Iulianus in l. impossibilis D. de verb. oblig. Et Pomponius in l. Cum in secundo D. de iniust. rupto, etc. Impossibile est: Vlpianus in l. 1 D. de fluminibus, ne quid, 15 etc. Impossibile est, vt alueus fluminis publici non sit publicus. Vid. Borrich. Vind. p. 103.

IMPOSSIBILITAS, átis. f. Apul. Met. 6 p. 179 Impossibilitate ipsa mutata in lapidem Psyche. Conf. Tertull. de Bapt. c. 2.

IMPOSTOR, IMPOSTVRA, *vid.* IMPONO.

IMPÖTENS, entis. Adj. [*ἀδύνατος, ἀρπαγής*] Qui non potest, et praesertim adhibetur de his, qui libidine aut perturbatione quacunque impulsu continere se non possunt, ac de potestate exierunt, (*vid.* EXEO) qui cum viribus grassari soleant, et hac parte valde potentes interdum videantur; hinc Grammaticis error obiectus est. V. g. Donat. ad Ter. 25 Andr. 5, 3, 8 uno spiritu dicit, Animo impotenti, i. nimis potenti, vel certe debili deuicto. Similia Non. 12, 31. Iam Seru. in Virg. Aen. 1, 503 Sunt multa, quae pro locis intelliguntur; vt Impotens, et satis, et minus, et nihil potens significat, quod plane ferri non potest: maneat, potius Impotentes dici homines, vel eorum cupiditates, 30 quum de potestate mentis exierunt, vt ait Cicero, et modum adhibere libidini suae non possunt. Ferociores impotentioresque reddit victoria Cic. Fam. 4, 9. Id. Phil. 5, 42 c. 16 Aduolabat ad vrbeim a Brundusio homo impotentissimus, ardens odio, animo hostili in omnes bonos cum exercitu Antonius. Cic. Fam. 10, 1 Quae potest enim 35 spes esse in ea Republica, in qua hominis impotentissimi atque intemperantissimi armis oppressa sunt omnia? Impotens, iracundus, contumeliosus, superbus Cic. Philipp. 5, 24. Amore impotente deperit Catul. 36, 12. Animus Cic. de Arusp. Resp. 3. Sen. Herc. fur. 6. Ter. Andr. 5, 3, 8 Adeon' impotenti esse Animo, vt praeter 40 ciuium morem, atque legem, etc. Aquilo impotens, h. e. valde potens. *vid.* AQUILO. Cogitationes impotentissimae, cupiditatis, auaritiae, inuidiae Quinct. 12, 1, 6. Consilia Liu. 3, 36. Cic. Fam. 10, 27 Sin ista pax perditorum hominum in possessionem impotentissimi Dominatus restituta est. Dominatio impotentissima Liu. 45 34, 42. Nep. 6, 1, 4. Domini impotentes Decemviri Liu. 3, 38. Fortuna superba et impotens, Prosperitas superbos faciens et impotentes Sen. Agam. 4. Furor Id. ib. f. 5. Imperium Sen. Conf. ad Marc. 20. Laetitia impotenti efferri Cic. Tusc. 5, 17. Motus animi impotentes Id. in Partit. 119 c. 35. Mulier ferox et impotens Suet. Neroni. 50 c. 28. Rabies impotentior Liu. 29, 9. Vicinus impotens Senec. de constantia Sap. 5. Ter. Heaut. 2, 3, 130 Ego te autem noui, quam esse soleas impotens. Sic Quinct. Declam. 5, 4 pr. Impotentissime iuuenis. Add. c. 23 pr. Negari tamen non potest, utriusque loco aptius 55 videri impudentissime. Amoris impotens Tac. Hist. 4, 44, 4. Doloris impotens Valer. Max. 4, 6 de C. Plancio 2. Liu. 29, 9 Pleminius impotens Irae, neglectam ab Scipione, et nimis leuiter latam suam iniuriam ratus, etc. Sic Impotens animi Curt. 8, 1, 49. i. non potens irae et animo suo moderari. Laetitiae impotens Liu. 30, 43. Regendi impotens Id. 35, 11. Rerum impotens Id. 9, 14. et 23, 16. 60 Qui Sceptro impotens Coniugia soluit Senec. Med. v. 143. i. regia potestate elatus nimium. ¶ 2. Neque tamen altera inaudita ratio, ubi ad defectum potentiae et virium aliarum pertinet. Cic. de Fin. 1, 52 c. 16 Neque homini infanti aut impotenti iniuste facta conducunt. Ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxili- 65 lium calamitosorum haec valeant Id. pro Muraena 59.

IMPÖTENTIA, ae. f. [*ἀδυναμία, ἀδυναμία, ἀναλία*] Infirmitas. Ter. Adelph. 4, 3, 16 Omnes, quibus res sunt minus secundae, magis sunt nescio quo modo suspiciosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis propter suam impotentiam: se semper credunt negligi. 70 ¶ 2. Immoderata libido, f. cupiditas. Cic. Tusc. 5, 17 c. 7 Qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla impotentia efferantur. Sed legitur hodie, Impotenti laetitia. Sisenna ap. Non. 12, 31 Laetitia nimia, atque impotentia animi commotus. Cic. Tusc. 4, 34 c. 16 Item instannant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam Animi a temperantia et moderatione plurimum dissidentem. Dictorum atque factorum impotentia Id. Tusc. 4, 52 c. 23 de ira. Ob scelera animique impotentiam, et superbiloquentiam, impendere Tantalum apud inferos saxum faciunt Poetae Cic. Tusc. 4, 35. Impotentia, a Seneca Fortunae adscribitur. Quin etiam Sueton. in Caes. c. 77. scribit Caesarem edere solitum voces impotentiae. Conf. Non. 12, 31. Flor. 1, 23, 1 Prima discordia ob impotentiam foederatorum. Patere. 2, 29, 3. Potentia sua nunquam ad impotentiam vsus Valer. Max. 9, 5 pr. Vt superbia et impotentia in conspicuo ponantur. Ita 85 Apul. Met. 9 extr. f. p. 237, 3 et 10 pr. Militis impotentiam vocat importunam vim, quam ille hortulano intulerat. Hor. Epod. 16, 62 Nullius astri Gregem aestuosa torret impotentia, i. intemperies.

IMPÖTENTER. Adu. [*ἀρπαγής*] Quinct. 1, 3 Ne quid improbe, ne quid impotenter faciat, monendus est puer. Impotenter se gerere Vlpian. in l. Nec quidquam, in fine D. de offic. Proconsul. Iniuste et impie. Hirt. Bell. Alex. 33 Cuius nomine diu regnasse impotenter Ganymedem docuimus. Magna potentia impotenter 90 vt Sen. Ep. 41. Comparat. Liu. 27, 48 Eodem versi elephantum, qui primo impetu turbauerant antesignanos, et iam signa mouerant loco: deinde crescente certamine et clamore, impotentius iam regi, et inter duas acies versari, velut incerti quorum essent. *Superlat.* Impotentissime facere Sen. de Benef. 4, 17.

IMPÖTIENS, i. impotens, pro vulgato Impatiens, apud Ouid. Amor. 3, 7, 36 legendum aliquando videbatur. Accusat Poeta artes magicas, quae sibi forte nocuerint, Forsitan impotens sit latus inde meum, vt potiri non possit parata Venere et voluptate.

IMPRAEGNO, áre. Grauidam reddere. Sarisb. Polier. 8, 11. Vid. Voss. de V. L. L. 1, 23. Pro Augere ponitur, a Guil. Brit. Phil. 5, 566. 105

- IMPRAEGNATVS**, a, um. Partic. Guil. Brit. Phil. 7, 607
Et iam finis erat hiemis, tellusque calore Impraeognata nouo flores
gignebat et herbas.
- IMPRAEPEDITVS**, a, um. Adi. Impraeepedito cursu tenden-
tes Ammian. 21, 5. Conf. Id. 30, 1.
- IMPRAEPEDITE**. Adu. Ammian. 22, 30. et 27, 10.
- IMPRAEPEDITO**. Adu. Ammian. 26, 16.
- IMPRAEPVTIATVS**, a, um. Adi. i. praeputiatus. Tertull.
de Monogam. c. 11 Impraeputiatus vocatus es, ne circumcidaris. Sed
10 suspicantur viri docti In praeputiatu, ἐν ἀκροβυστίᾳ.
- IMPRAESCIENTIA**, ae. f. Deceptus ex impraescentia futuri
Tertull. adu. Marc. 2, 7.
- IMPRAESENTIARVM**, vel **IN PRAESENTIARVM**.
Adu. [ἐν τῷ παρόντι] In praesens, ad praesens tempus, ut nunc est.
15 Cato de lege oleae legendae R. R. 144 Extra quam si quem socium
impraesentiarum dixerit. MS. Politiani in Praesentiarum diuim: re-
liqui in hac lectione consentiunt. Auct. ad Herenn. 2, 17 c. 11 In praesentiarum hoc interdicere non alienum fuit, ut huius infantiae garrulam disciplinam contemneremus. Vlpianus l. 1 D. de Tabulis exhibendis, Si quis forte confiteatur penes se esse testamentum: iubendus est exhibere, et tempus ei dandum est, ut exhibeat, si non potest impraesentiarum, Gothofr. in praesentiarum, exhibere. C. Fan-
20 nius apud Priscian. 13 p. 960 Quum in vita agenda didicimus multa, quae impraesentiarum bona videntur, post inuenta, et multo amplius
25 alius modi atque ante visa essent. Praeter ea, quantum nunc constat, usi sunt hac voce Tac. Ann. 4, 59, 4. Nepos 23, 6, 2. Apuleius duodecies: vid. Ind. Elmenh. V. g. de Deo Socr. p. 48, 6 Versum Graecum si paulisper operiamini, Latine enuntiabo. Atque adeo hic sit impraesentiarum. Et p. 49, 30 Ideo supersedebo impraesentiarum in his rebus orationem occupare. Et p. 52, 22 Omitteret coepta impraesentiarum, quae tutius vel postea capefferet, vel alia via adoriretur. Id. Apol. p. 305, 9 Hic ego, Maxime, quamquam sedulo impraesentiarum a laudibus tuis tempero, etc. Utitur etiam Symmach. Epist. 1, 94. et Sidonius saepe. Vossio suspectum est, et ex
30 in praesentia rerum contractum, vel potius corruptum putat: non penitus tamen audent damnare. Vid. eum de Vit. Serm. 1, 25. et 4, 33. Perizonius ad Sanct. Min. p. 171. subaudit Tempore. Scioppius Latio plane exterminat. Vid. Commentar. de Stilo Histor. p. 118. Nos, cum Vossio, in praesentia, vel in praesenti, praesensendum censemus, non tamen eos damnandos, qui illo utuntur. Conf. DEPRAESENTIARVM.
- IMPRAESTABILIS**, e. Adi. Saluian. de Gub. Dei 4, 116.
- IMPRAESTABILES**, qui sint apud Firmicum 8, 29 videndum.
- IMPRAESTANS**, antis. Adi. Qui nihil praestat. Gloss. Gr. Lat. ἀνέδοχος, Impraeastans. Irenaeus 4, 75 Ne quis eum putet inuidiosum et impraeastantem.
- IMPRAESTATIO**, ōnis. f. l. 22 §. ult. ff. Famil. heriscund.
- IMPRANSVS**, a, um. Adi. [ἀνέπρος] Qui nondum pransus est. Plaut. Stich. 4, 1, 28 Quam mox cocta est coena? impransus ego sum. Hor. Serm. 2, 2, 7 Verum hic impransi mecum disquirite. Ibid.
50 3, 257 Impransus magister. Vid. Id. Epist. 1, 15, 29. et Apul. Flor. I p. 543, 34.
- IMPRECOR**, ari. Dep. [ἐπαρομοῦμαι, κατέχομαι] In aliquem Precari significat: et in bonum et in malum solet accipi. Apul. Met. 9 Solito sermone salutem ei fuerat imprecatus. Ita Priscaeus p. 194. et Elmenhorst. p. 228. Hieron. Epist. 78 extr. Cui multos imprecamur annos, etc. Saepius tamen in malam partem accipitur. Quinctil. Decl. 15. Plin. 8, 7 Dirasque Pompeio quas ille mox luit, poenas imprecaretur. Virgil. Aen. 4, 628 Litora litoribus contraria, fluctibus undas, Imprecor.
- IMPRECANS**, antis. Part. Vulg. Int. Gen. 24, 60. et Leu. 16, 21.
- IMPRECATIO**, ōnis. f. Dira imprecatio Senec. de Benef. 6, 35. Plin. 5, 8.
- IMPRENSIBILIS**, e. Adi. Gell. 11, 5. Al. incomprehensibilis.
- IMPRESSIO**, vid. IMPRIMO.
- IMPRIMIS**, vid. In primis, in IN.
- IMPRIMO**, essi, essum, ěre. [ἐπιτυπώω] Premendo immittere vel efformare. Cic. Tusc. 1, 61 An imprimi quasi ceram animum putamus, et memoriam esse signatarum rerum in mente vestigia? Plin. 8, 26 Atque vbi acutissimum videt stipitem, imprimens corpus, venam quandam in crure vulnerat. Idem 11, 37 Viperac dentibus gingiuis conduntur. Haec eadem praegnans veneno, impresso dentium repulso, virus fundit in morsus. Italian totam imprimere vestigiis flagitiorum, vid. FLAGITIVM. Literam A humi imprimere sus rostro potest Cic. de Diuin. 1, 23 c. 13. Sigilla annulo
75 Idem Acad. 4, 85 c. 26. Signum pecori Virg. Georg. 1, 263. Tabulas impressit parieti Plin. 35, 4. Sen. de Benef. 6, 6 Quomodo si quis scriptis nostris alios superne imprimat Versus, priores literas non tollit, sed abscondit: sic beneficium superueniens iniuria apparere non patitur. Respicit ad rationem in tabulis ceratis scribendi.
80 Versus intelligo non carmina, sed quas vulgus lineas vocat. Cic. pro Caecin. 76 c. 27 Nisi ex eo loco, vbi vestigium impresserit, deici neminem posse. Plin. 8, 16 Ex omni vulnere, siue vngue impresso, siue dente, ater profluit sanguis. Inferre. Columel. 7, 11 Quum duobus vulneribus impressis per vnamquamque plagam singuli testiculi
85 exprimuntur. Traiacte: Plin. Epist. 1, 20 Nam plerisque longiore tractatu vis quaedam et pondus accedit: utque corpori ferrum, sic oratio animo, non ictu magis, quam mora imprimitur. Cic. Acad. 4, 58 Quum visa in animos imprimuntur, non vos id dicere inter ipsas impressiones nihil interesse, etc. Imprimere in animo atque
90 in mente Id. ibid. 4, 34 c. 11. Id. Philipp. 5, 15 c. 6 Ut hos Iudices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur Reipubl. dedecus. Maculam laudibus alicuius Sen. Herc. Oct. f. 11. Notionem deorum impressit in omnium animis natura Cic. de N. D. 1, 43 c. 16. Id. Acad. 4, 112 Si enim mihi cum Peripatetico res esset, qui id percipi posse, diceret, quod impressum esset e vero: neque adhiberet illam magnam accessionem quomodo imprimi non posset a falso, cum simplici homine simpliciter agerem. Notare: Cic. Phil. 2, 58 Horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia, praefecturas, colonias, totam denique Italianam impressit. Id. de Fato
100 43 Sic visum obiectum imprimet illud quidem, et quasi signabit in animo speciem suam. Cic. pro Milon. 74 Eum, qui aedem Nympharum incendit, ut Memoriam publicae recensionis tabulis publicis impressam extingueret, etc. Id. Fam. 5, 20 Quae quum viderem tot Vestigiis impressa, ut in his errari non posset, non adscripti id,
105 quod tua nihil referebat.

IMPRESSVS, a, um. Partic. [*ἰντυπωθεῖς*] Sulcus altius impressus Cic. de Divin. 2, 5. Collo impresso pede Virg. Aen. 12, 356. Crater impressus signis Id. Aen. 5, 536. Conf. Aen. 10, 497. Visum impressum effectumque Cic. Acad. 4, 18. Ista impressa subtiliter Id. Acad. 4 c. 11. ¶ 2 Impressa vbera, sunt Non pressa, *μημελκτα*, ut Scaliger interpretatur in illo Propert. 2, 34, 70 Missus et impressis haedus ab vberibus.

IMPRESSE. Adu. *Salmas.* in Tertull. de Pallio p. 344. Tertullian. aduers. Marc. 3, 8. Id. de Exhort. Cast. c. 3. et de Carne Christi c. 12.

IMPRESSVS, ūs. m. Prudent. Psych. 273 Sub pectoris impressu. Ammian. 16, 12 Lassatis impressu genibus.

IMPRESSIO, ōnis. f. [*ἰσβολή*] Impetus, qui fieri solet pressis ante se obstaculis. Varro de R. R. 2, 8 Hostes se arbitrati occasionem habere victoriae, impressionem facere coeperunt in castra. Liu. 2, 30 Postquam impressionem sensere ex aduerso factam, et ante oculos micare gladios. Id. 3, 62. et 40, 40. Iustin. 1, 6, 16. Liu. 4, 24 Haec locutum redintegrato clamore secuti Dant impressionem, qua Posthumus cohortes obiecerat. Non ferre Id. 8, 9. Cic. Fam. 5, 2, 22 Neque illi quidquam deliberatius fuit quam me, quacunque ratione possit, non iudicio, neque disceptatione, sed Vi atque impressione euertere. Pro violento imperio: Cic. pro Flacc. 85 c. 34 Non igitur impressio, non occasio, non vis, non tempus, non imperium, non secures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt. Id. Acad. 1, 19 Vim in manibus, claritatem in voce, in lingua etiam explanatam vocum impressionem. Id. de Orat. 3, 185 c. 48 Et, si numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam impressiones, et quod metiri possumus intervallis aequalibus, etc. Numerorum impressiones August. de Doctr. Christi 2, 25.

IMPRETABILIS, e. Adi. Omne pretium superans, inaeestimabilis. Cassiod. Varr. 4, 1.

IMPROBABILIS, vid. IMPROBVS.

IMPROBRO, vid. infra.

IMPROBVS, a, um. Adiect. [*κακάρροπος, πονηρός, μοχθηρός*] Non probus, impudens, praesertim ad repetendos impetus. Plaut. Pseud. 1, 2, 16 Verum ita vos estis perditii, negligentis, ingenio improbo. Ter. Andr. 1, 2, 21 Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum, etc. Cic. de Amic. c. 12 Talis improborum consensio, (contra patriam) non modo excusatione amicitiae tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda. Insignite improbus, vid. IN-SIGNIS. Virg. Aen. 10, 727 de Leone praedam deuorante, Luit improba teter Ora cruor. Lucil. 30 Improbior multo quam de quo diximus ante: Quanto blandior, hoc tanto vehementius mordet. Nonius 4, 250. Fortuna improba, conuictum infelicis Virg. Aen. 2, 80. Hiems Ouid. Trist. 1, 10 (12) 41. Rabies improba ventris, quae facit improbum Virg. Aen. 2, 359. Lucil. 30 Omnes fornosus, fortes, vbi ergo improbus est? Turpem interpretatur Nonius l. c. Amor Virg. Aen. 4, 412. Cupiditatis improbissimae minister Cic. in Verr. Diu. c. 29. Quinctil. 11 c. vlt. Perfricare Frontem, et quasi improbam facere, i. inuerecundam. Ausus Rem etiam Deo improbam, annumerare stellas Plin. 2, 26. Spes improba Lucan. 5, 130. Conf. Flor. 3, 10, 17. Ouid. de Arte Am. 1, 665. et Burmann. ad Petron. c. 73 p. 410. Virg. Georg. 1, 145 Labor omnia vincit Improbus. Vbi Seruius, Improbus, vel magnus, vel nulli probabilis: nullus est enim amator laboris. Puto improbum vocari, qui repulsus non fatigetur, sed subinde redeat, ut Musica, improbum animal Phaedr. 5, 3, 8. Lumen Senec. Epist. 94. Infatiabilis, damnosus. Improbus anser Virg. Georg. 1, 119. Seruius, Improbus, infatiabilis, nulli probandus. Plaut. Epid. 1, 1, 30 E. Edepol facinus improbum. Id. Mil. 3, 1, 207 Qui nisi adulterio, studiosus rei nullae aliae est, improbus. Carmina Ouid. Trist. 2, 442. Defensio mala et improba Cic. Verr. 2, . . . Diuitiae Horat. Carm. 3, 24, 62. Fila improba Colocasiae Martial. 13, 57. vid. FILVM. Plaut. Mil. 3, 1, 134 Sicuti Mercei pretium stat, pro virtute ut veneat: quae improba est, pro Mercis vitio dominum pretio pauperat. Merx improba probae, i. probatae opponitur, quae illud esse deprehenditur, quod esse dicitur. Os, Dicax, iniuriarum plenum Sueton. de Clar. Gram. c. 15. Panis, i. ater, non quod videtur Mart. 10, 5. Plaut. Mostel. 4, 1, 17 Nam ut Serui volunt esse herum, ita solet: Bonis boni sunt; improbi, (sunt ei) qui malus fuit. Somnus Martial. 12, 18, quem nec tertia saepe rumpit hora. Cic. Verr. 1, 120 Iure, legibus, auctoritate omnium, qui consulebantur, Testamentum P. Annius fecerat non improbum, non inofficiosum, non inhumanum. Verba Ouid. de Arte Am. 3, 796. Compar. Improbior satiram scribente cinaedo Iuuen. 4, 106. Tamen ne illo quidem quidquam improbius Cic. Fam. 7, 2. Laudatur etiam Plaut. . . . Improbiorem non vidi faciem mulieris.

IMPROBVLVS, i. m. Diminut. [*ὑπομοχθηρός*] Audaculus. Iuuen. Satir. 5, 74 Finge tamen te Improbulum, superest illi, qui ponere cogat.

IMPROBE. Adu. [*πονηρῶς*] Plaut. Trin. 1, 2, 58 Si quid scis me fecisse infcite aut improbe. Cic. Verr. 3 Est aliquid, quod improbius fieri potest? Id. Offic. 2, 79 Nec si plures sunt ii, quibus improbe datum est, quam illi, quibus iniuste ademptum est. Improbe facere Cic. pro Rosc. Amer. 104 c. 36. Improbe fiat Vitruu. 5, 7. Improbe quidem, accepi tamen Plin. Epist. 6, 26 (28). Comparat. Improbius natus Sueton. Vesp. c. 23. i. paene enormi, quam naturam vocari constat. Sic Gronou. Improbius pauperes amant Quinctil. Decl. 15 extr. Catull. 67, 125

Nec tantum niueo gauisa est pulla columbo

Compar, quae multo dicitur improbius

Oscula mordenti semper decerpere rostro, etc.

i. cupidius, lasciuus. Superlat. Improbissime loqui Cic. Attic. 15, 5. Improbissime comparauit praedam Id. Verr. 5, . . . Improbissime Respondere Cic. in Pis. c. 6. Improbissime aliquem tractare, vid. TRACTO, in TRAHO.

IMPROBITER. Adu. *Molest.* Petron. c. 66 Improbiter nos pugno sustulimus.

IMPROBITAS, ātis. f. [*πονηρία*] Prauitas, impudentia in primis. Cic. Verr. 2, 68 Ex multis similibus ea sumam, quae maxime improbitate excellere videbuntur. Improbitas cordis humani, audacia Plin. 2, 23. Prodigia Iuuen. Sat. 10, 305. Robusta Cic. Philipp. 2, 63. Improbitate et vitiis omnibus notus, vid. sub NOSCO. Absoluere improbitatis, Certare cum alterius improbi-

tate, *vid. hb. vv.* Amicorum neglectio improbitatem coarguit Cic. pro Muraena c. 4.

IMPROBO, *äre.* [*ἀποδομιμάζω*] *Improbum et malum facere.* Plaut. Merc. 5, 4, 9 Qui bono sunt genere nati, praediti ingenio malo, suapte culpa ex genere capiunt genus, ingenium improbant. Fidem alicuius Anton. *sub* Cic. Attic. 10, 8. Ego ista studia non improbo, moderata modo sint Cic. de Orat. 2 c. 37. Improbare testamentum, *ratum ac firmum non tenere* Plin. Epist. 8, 18. *Damnare, reiicere, refellere.* Cic. Acad. 4, 17 Plerique tamen definitiones ipsarum etiam evidentium rerum non improbant. Improbauimus

genus medicamenti Scribon. 23. Cic. Acad. 4, 96 Vt aut approbet quid, aut improbet. *Irritum facere.* Id. Verr. 2 c. 28 Res Sopotro facilis videbatur, et quod erat innocens, et quod Sacerdotis iudicium improbare istum aufurum non arbitrabatur. Improbatur

vulgo Suet. Iul. 11, 1.

IMPROBATVS, a, um. Partic. Cic. pro Font. c. 4 Multa improbata. Suet. Iul. 39, 1 Ex improbatis alios. *Superl.* Gell. 18, 3 Sententia probatissima, quam improbatissimus homo dixit.

IMPROBATVRVS, a, um. Partic. [*ἀποδομιμάσων*] Horat. Epod. 5, 8 Per hoc inane purpuræ decus precor, Per improbatum haec Iouem.

IMPROBATIO, *ōnis. f.* [*ἀποδομιμασία*] Auctor ad Herenn. 2 c. 6 Haec et ad improbationem, et approbationem testium pertinebunt.

IMPROBATOR, *ōris. m.* Apul. de Deo Socr. p. 51 Malorum improbator, bonorum probator.

IMPROBABILIS, e. Adi. [*ἀποδομιμασός*] *Quod probari non potest.* Cic. Acad. 4, 33 c. 11 Quamobrem siue tu probabilem visionem, siue improbabilem, etc. Cels. in prooem. 1. Rationes improbabiles.

IMPROBABILITER. Adu. Saluan. de Gub. Dei 4 p. 115 Improbabiler diximus. *Conf.* Sidon. Epist. 1, 11.

IMPROBRO, *äre.* [*ὀνειδίζω*] *Probros afficere. Dubiae fidei verbum.* Laudatur Plaut. Truc. 2, 2, 25 Rus tu improbras, vt nacta es

hominem, quem pudeat probri? *Sed editur opprobras.* Id. Merc. 5, 4, 9 Suapte culpa — ingenium improbrant. *Sed editur improbant.* *Conf.* IMPROPERO.

IMPROCERVS, a, um. Adi. *Non procerus.* [*Ἰμρόκερα, ἐντελῆ, τραπεζοῦ, Vet. Gloss.*] Gell. 4, 19 Aduertimusque hinc elici tarditatem, corpora eorum improcera fieri. Tac. Germ. 5, 2 Terra pecorum secunda, sed pleraque improcera.

IMPROCREABILIS, e. Adi. Materia improcreabilis Apul. de Doctr. Plat. p. 3, 34.

IMPROFESSVS, a, um. Partic. *sine Verbo.* [*ἀνεπαγγελτος*] *Qui non professus est conditionem suam.* Martianus in l. Interdum §. Iidem etiam D. de Publicanis, Si quis improfessus seruus fuerit, et probetur in commissum cecidisse, et aut vxorem corrupisse domini dicatur, aut aliud quid grauius admisisse, vt cognoscat Procurator. Suet. Domit. c. 12, 5 Ad quem deferebantur, qui improfessi Iudaicam intra urbem viuerent vitam.

IMPROLIS, et IMPROLVS, *Qui nondum adscriptus est in ciuitate Festus.* *Glossar. Vet. ἀγενος, improles, sterilis.* *Add. Onomast. Vet.*

IMPROLOQVIBILIS, e. Adiect. Improloquibile, *ἀλάλητον,* *Glossar.*

IMPROMISCVVS, vel IMPROMISCVS, a, um. Adiect. [*ἄμικτος*] Gell. 12, 4 Suauitas tam impromiscua, tamque ab omni furo remotata est. MSS. impromisca, *i. sincera.* Id. 1, 7 Verbum neque generibus, neque numeris praeseruiens, sed liberum vndique et impromiscuum: MSS. impromiscum.

IMPROMPTVS, vel IMPROMPTVS, a, um. Adi. [*ἀπρόθυμος*] *Prompto contrarium.* Liu. 7, 4 Qui infacundior sit, et lingua impromptus. Tacit. Ann. 2, 21, 2 Imprompto iam Arminio ob continua pericula.

IMPROPE. Adu. Tertull. Exhort. ad Cast. c. 9 Si orationem facit ad Dominum imprope est caelo.

IMPROPERO, *äre.* [*ἐπιουσιδίζω*] *Crimen, vel aliquid aliud obicere; videtur verbum lapsae Latinitatis esse, ortum ex improbro.* Adfertur Plaut. Rud. 3, 4, 28 Vi agis mecum. D. etiam vim improperas flagitii flagrantia? *Sed editur opprobras.* *Conf.* Petron. Fragm. c. 38. et *Not. Scheffer.* Chrysolog. Serm. 84 Ne alteri improperaret, quod ipse donauerat.

¶ 2 *Pro intro properare, properanter ingredi.* Varro apud Plin. 36, 13 Inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo si quis improperaret sine glomere lini, exitum inuenire nequeat.

IMPROPERATVS, a, um. Adi. [*ἄσπευτος*] *Non properatus, non festinus.* Virgil. Aen. 9, 798 Haud aliter retro dubius vestigia Turnus Improperata refert.

IMPROPERANTER. Adu. Aufon. Epitaph. 35 Improperanter agens primos e carcere cursus.

IMPROPERVS, a, um. Adi. *Tardus.* Sil. 3, 96 Tua iustior aetas ultra me improperae cui ducunt fila sorores, *i. cui Parcae longiorem aetatem concedant, atque adeo fila vitae tuae non properent.*

IMPROPERIVM, *i. n.* *Vox mediae Latinitatis, Dedecus et ignominiam sonans.* *Legit hanc vocem Obrecht. apud Quinctil. Trib. Mar. c. 1. Sed alii leg. opprobrium.* Ambr. Virg. Laps. c. vlt. Hieron. in Pf. 41 (42) v. 7. Vulg. Interpr. Ebr. c. 11, 26. Onomast. Vet. Improperium, *ὀνειδισ.* *Vid. Voss. de Vis. Serm. 3, 15.*

IMPROPRIVS, a, um. Adi. [*ἄκυρος*] *Minime proprius.* Quinctil. 8, 2 In hanc autem proprietatis specie, quae nominibus ipsis cuiusque rei vititur, nulla virtus est: atque ei contrarium est vitium, id apud nos improprium, *ἄκυρον* apud Graecos vocatur: quale est, Tantum sperare dolorem (ex Virg. Aen. 4, 419) etc. Plin. 37, 8 Improprium cognomen.

IMPROPRIE. Adu. [*ἀκύριος*] Gell. 17, 1 Vt scribere ausi sint M. Ciceronem parum integre, atque improprie, atque inconsiderate locutum. Id. 6, 6. et 17, 10. Plin. 8, 10 Mandunt ore: spirant et bibunt, odoranturque haud improprie appellata manu, *de elephantis.*

IMPROPRIETAS, *ātis. f.* Gell. 1, 22 *extr.* Cauenda est non solum improprietas verbi, sed etiam prauitas omnis.

IMPROPVGNATVS, a, um. Adi. Armenia impropvgnata Ammian. 27, 12. In rebus duris et dubiis impropvgnatas vrbes relinquere Id. 26, 5. *Conf.* 29, 6.

IMPROSPER, *ēra, ērum.* Adi. Cic. de Fin. 1, 71 *extr.* Infantes, pueri, mutae etiam bestiae paene loquuntur magistra ac duce

natura,

natura, nihil esse prosperum nisi voluptatem, nihil improperum nisi dolorem. *Alii legunt*, Nihil asperum. Tacit. Ann. 3, 24, 2 Augusto fortuna domi impropera fuit. Id. 14, 65, 2 Impropera insidiarum moles.

IMPROSPERE. Adu. [*δυσμερως*] *Non prospere*. Colum. 1, 1 5 Vbi quid perperam administratum cesserit improspere, vitatur, quod fefellerat. Tac. Ann. 1, 8, 7.

IMPROSPICVVS, a, um. Adi. [*ἀπεισθετος*], Gloss. Gr. Lat.

IMPROSPECTVS, a, um. Adi. Qua liberrimus Aetna impro- 10 spectus hiat Seuer. in Aetna v. 341.

IMPROSPECTE. Adu. Satis improspecte Tertull. de Anima c. 24. *improuide*.

IMPROTECTVS, a, um. Adi. [*ἀσκέπασος*] *Non protectus, non defensus*. Gell. 13, 26 Ne qua in re aduersa et repentina incurfus 15 imparatis, improtectisque nobis oboriatur. Conf. Id. c. 17. et 7, 3. et Ammian. 21, 15. et 26, 8.

IMPROVIDVS, a, um. Adi. [*ἀπρονοήτος*] *Incautus, qui non praeuidet, quod futurum est*. Cic. pro Ligar. 17 c. 5 Necessitas quaedam fatalis improvidas hominum mentes occupauit. Liu. 22, 19 Itaque 20 vt improvidos, incautosque vniuerso simul effuso terrore opprimeret, etc. Consilii improvidus Tacit. Hist. 3, 56. Futuri improvidus Id. Hist. 1, 88, 5. Mali rudis et improvidus Plin. 36, 3. Improvidus futuri certaminis Romanus veniebat Liu. 26, 9. Pectora Virg. Aen. 2, 200. Improvida tela et caeca, *passiue*: Quae non praeuidentur Plin. Epist. 4, 22. Apul. Met. 2 extr. p. 128, 38 Vix improvidae noctis caligine liberati. Et 3 p. 137, 21 Improvidae noctis deceptus caligine.

IMPROVIDE. Adu. [*ἀπρονοήτως*] *Incaute et clam*. Liu. 27, 27 Neque pro veteris prudentia ducis, tam improuide se Colle- 30 gamque, et totam paene Rempubicam in praeceps dederat. Conf. Columel. 6, 16.

IMPROVIDENTIA, ae. f. Tertull. adu. Marc. 2, 23 Improvidentia sententias vertere.

IMPROVISVS, a, um. Adi. Cic. Acad. 1, 29 Nonnunquam 35 quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improuisa haec, nec opinata nobis, propter obscuritatem ignoracionemque causarum. Nova res atque improuisa pupilli calamitas nuntiatur, etc. Cic. Verr. 1, 135. Conf. Id. de Orat. 1 c. 22. Vis improuisa leti Hor. Carm. 2, 13, 19. Comparat. Tac. Ann. 2, 47, 1 Quo improuisior, gra- 40 uiorque pestis fuit.

IMPROVISE. Adu. [*ἐκ τῆ ἀφωυῖς*] *Ex improuiso, Ex inopinato*. Plaut. Truc. 2, 7, 3 Qui amat, nequit, quin nihili sit, atque impro- vise partibus expoliet. Tertull. adu. Marc. 2, 12.

IMPROVISO. Adu. *Idem*. Cic. Phil. 12, 3 Cur hoc tempore? 45 cur tam improuiso? cur tam repente pacis est facta mentio? Improuiso id fecerat Liu. 27, 28. Improuiso accessit aliud incommodum Caes. Bell. Ciu. 3, 70. Improuiso oppressit tyrannum Cic. Off. 2, 81 c. 23. De improuiso, et Ex improuiso Plaut. Rud. 4, 5, 2. Ter. Andr. 2, 2, 23. et 2, 5, 6. Cic. pro Rosc. Amer. c. 52. et in 50 Verr. 1 c. 43. *vid. DE et EX*.

IMPRVDENS, entis. Adi. [*ἀφρων, ἀγνοῶν*] *Non prouidens, insciens, ita, vt interdum de hominibus satis cautis et prouidis dicatur, sed qui ignorent, quod scire non possunt; interdum de his, qui culpa sua quod poterant et debebant scire, nesciunt*. In bonam partem Cic. 55 pro Rosc. Amer. 21 Haec omnia, Iudices, imprudente L. Sulla facta esse certo scio. Conf. Id. Verr. 4 c. 24. Nepos 17, 2, 2 Quo factum est, vt omnes imparatos imprudentesque offenderet. Imprudente atque inopinante Curione Caes. B. C. 2, 3. Ter. Hec. 5, 4, 40 Plus hodie boni feci imprudens, quam sciens ante hunc diem vn-

quam. Sed *inconsiderantiā* notat Eun. 3, 1, 40. Dolet dictum imprudenti adolescenti et libero. Imprudens culpa peccauit mea Plaut. Epid. 5, 2, 64. Non imprudens aduersabar Idem Men. 2, 3, 66. Imprudentem opprimere Ter. Andr. 1, 3, 22. Saepe imprudenti fortuna occurrit ananti Propert. 1, 20, 3. Cum Genituo: Colum. 65 in proem. Tota vita vellent imprudentes negotii sui conspici. Quintil. 1, 1 Non sum adeo Aetatum imprudens, vt instandum teneris protinus acerbe putem. Antiquitatis imprudens consuetudo Colum. 3, 18. Liu. 34, 9 Commercio eorum Hispani imprudentes Maris gaudebant. Negotii Columel. praef. 1. Pestis tantae imprudens 70 Sil. 5, 166. Conf. Bynckersb. Obs. Iur. Rom. 2, 10. Ter. Eun. 1, 2, 56 Emit eam dono mihi imprudens harum Rerum, ignarusque omnium. Liu. 31, 14 Templum Cereris imprudentes Religionis, cum caetera turba ingressi sunt. Compar. Sen. de Const. Sap. c. 19 Quidquid horum ab imprudentioribus fiet, negligendum. Superl. 75 Id. Epist. 9 Multa facit sapiens, quae ab imprudentissimis aequae fieri videmus. Conf. Colum. 3, 10. et c. 20 extr.

IMPRVDENTIA, ae. f. [*ἀνοησία, ἀβελία*] *Inscitia, error, inscientia*. Cic. de Inuent. 2, 95 c. 31 Imprudentia est quum scisse aliquid, is, qui arguitur, negat. Ibid. 41 Imprudentia in purgatione confertur: cuius partes sunt inscitia, casus, necessitas: et in affectionem animi. Per imprudentiam in oratione saepe versus dicimus Cic. in Orat. 189 c. 56. Labi in imprudentiam, *vid. LABOR*. Ter. in prol. Eun. 27 Si id est peccatum, peccatum imprudentia est Poetae. Quod saepe per imprudentiam fit Cic. Verr. 2, 57. Id. 85 de Legib. 2, 56 c. 14 Quidnam egisset ille, qui in sacrificium cogitam libidinem intulit, quo ne imprudentiam quidem Oculorum adici fas fuit. Cic. de Orat. 3, 156 c. 39 Nonnunquam breuitas translatione conficitur, vt illud, Si telum manu fugit, imprudentia teli emissi breuius propriis verbis exponi non potuit, quam est vno significata translato.

IMPRVDENTER. Adu. [*ἀνοήτως, ἀβέλως*] *Inscie, et per imprudentiam*. Patere. 1, 2, 2 Codrus imprudenter rixam ciens interemtus est. Cic. Acad. 1, 1 Illud imprudenter putant, etc. Compar. Id. Att. 10, 12 Quo diligentius cogitata, eo facta sunt imprudentius. 95 Ter. Andr. 1, 1, 103 Interea haec soror, quam dixi, ad flammam accessit imprudentius.

IMPVBES, is, vel IMPVBIS, e, vel IMPVBER, eris. Adi. [*ἀνήσος, ἀνίασος*] *Qui nondum lanuginem emisit, quae pubes dicitur: vel, qui nondum ad pubertatis annos peruenit*. Plin. 23, 7 Corticem 100 eius impubescentem, puer impubis si defraeto ramo detrahat dentibus. Virg. Aen. 9, 752 Impubes maiae. Cic. in Catil. 4, 13 c. 6 Filiumque eius impuberem ligatum a Praetore missum, in carcere necandum esse dixit. Impuberes armantur Iustin. 5, 6, 3. Anni impubes Quid. Met. 9, 416. Hor. Epod. 5, 13 Impube Corpus, quale 105

VOL. II.

posset impia Mollire Thracum pectora. Genae impubes Ouid. Met. 3, 422. Idem Fast. 2, 239 Nam Puer impubes, et adhuc non utilis armis, Vnus de Fabia gente relictus erat. Impubium puerorum Scribon. 128.

5 IMPVBESCENS, entis. Adi. [μήπω ἤβω] Plin. 23, 7 de caprifico, Corticem eius impubescentem puer impubis si defraeto ramo detrahat dentibus, etc. i. pubescentem, ad maturitatem accedentem, Harduin. Intumescentem.

10 IMPVDENS, entis. Adi. [ἀναλογητος, ἀναίδης, κινώπης] Quem nihil pudet, inuerecundus, perfrictae frontis. Cic. Acad. 4, Vtrum igitur nos impudentes, qui labi volumus: an illi arrogantes, qui sibi persuaserint scire se solos omnia? Audacia impudens Ter. Haut. 2, 3, 72. Aus Phaedr. 1, 3. Intemperantia impudentior adolescentium Cic. Off. 1, 123 c. 35. Literae impudentissimae Id.

15 Att. 7, 2. Add. Id. pro Cluent. c. 18. Cic. Tusc. 3, 26 Est autem impudens Luctus moerore se conficientis, quod imperare non liceat liberis. Mendacium Idem pro Cluent. 168 c. 60. Ter. Andr. 4, 1, 10 Tum impudentissima eorum Oratio est. Id. Eun. 3, 5, 49 Tum equidem istud Os tuum impudens, videre nimium vellem. Cic. 20 Verr. 1, 140 c. 54 Satis grandem Pecuniam, et fatis impudentem esse, i. quae sine impudentia, nec postulari, nec accipi possit. Nempe quod erat vix HS. quadraginta millium, transegerat HS. ducentis millibus.

IMPVDENTIA, ae. f. [ἀναίδεια, ἀναλογητία] Inuerecundia. Cic. Verr. 3, 225 Quid ad hanc impudentiam addi potest? Sic de Di- 25 vin. 1, Trogius apud Plin. 11, 52 Candida pars oculi extenta, notam impudentiae habet. Cic. pro Dom. 101 An ego tantam oculorum impudentiam habere possim, vt videam. Impudentia impudica Id. de Arusp. Resp. 1. Impudentia atque adacia fretus Cic. pro Flacc. c. 15. Nancisci impudentiam, vid. NANCISCOR.

30 IMPVDENTER, Adu. [ἀναίδην] Ter. Andr. 4, 5, 16 Mirum vero, impudenter mulier si facit meretrix. Cic. de Amicit. 84 Sed plerique Peruerse, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt. Impudenter facere Idem Fam. 5, 12. Impudentius Id. 9, 22. Impudenter rogare, et Impu- 35 dentissime postulare Cic. Off. 1, 88. Et Att. 7, 128. et Verr. 4 c. 7. Sall. Fragm. c. 9.

IMPVDICVS, a, um. Adi. [ἀσελγής] Impurus, minime pudicus: Fere de Venere, vel incesta, vel praeternaturali dicitur. Pseudo-Cic. Octau. Audiet Marius impudico domino parere nos, qui ne 40 militem quidem habere voluit, nisi pudicum. Caput impudicum Sen. Hippol. 707 nouercae priuignum tentantis. De eadem modo dixerat, Procul impudicos corpore a casto amoue tactus. Impudentia impudica Cic. de Arusp. Resp. pr. Sic de masculis, qui muliebria patiuntur. Catull. 30, 2. Sueton. August. c. 71. Vid. Torrens. ad

45 Sueton. August. c. 34. et Iustin. 8, 6, 8. cum Not. Bernecc. Sallust. Catil. 14. Mulieres impudicas complexi Cic. in Catil. 2, 10 c. 5. Omnes impuri, impudicique Id. in Catil. 2, 23. ¶ 2 Obs. pro impudente et temerario. Plaut. Rud. 2, 3, 62 O facinus impudicum, Quam liberam esse oporteat, seruire postulare. Met. Odor im-

50 pudicus de falsamentis, puto, quod obsceno similis, Martial. 12, 32. Compar. Plaut. Cure. 1, 1, 52 Nisi si est osculando quippiam impudicior. Superl. Cic. Phil. 2 c. 28 Antonius impudicissimus. Motus histrionum impudicissimus Lactant. 6, 20.

IMPVDICE, Adu. Ambros. ad Virg. Lapf. c. 8 Pallefcet facies, 55 quae quondam viruit impudice. Tertull. de Idol. c. 2 Si quis animam commouerit impudice. Superl. Eutrop. 8, 22 Impudicissime et obscenissime vixit.

IMPVDICITIA, ae. f. [ἀσελγεια] Pseudo-Cic. ad Octau. Et nomen nobile consccleratum impudicitiae dedisset. Quintil. 4, 60 2 Nonne optime patronus occurrat prius conuiciis luxuriae, petulantiae, impudicitiae, quam veneficii? Insignis Tac. Ann. 13, 45, 1. Si dominus seruos ad impudicitiam turpemque violationem compellat l. 2 D. de his, qui sui vel. al. iur.

IMPVDICATVS, a, um. Adi. Stupratus, inquit Festus. 65 IMPVDORATVS, a, um. Adi. Vet. Int. Irenaei 3, 25 Vere impudorati et audaces.

IMPVDORATE, Adu. Vet. Int. Iren. 2, 14 Cum haec dicuntur ab ipsis impudorate.

IMPVGNO, are. [προσπολεμέω, ἐναντιῆμαι] In vel contra aliquem 70 pugnare, oppugnare. Plaut. Mil. 2, 2, 111 Ad eum vineas, pluteosque agam: res parata est, impugnandoque capere certa res est. Patriam Cic. in Bruto c. 15. Bello intestino impugnari Iustin. 22, 4, 2.

75 Impugnare terga hostium Liu. 3, 70. Impugnare dignitatem alicuius Caes. Bell. Gall. 8, 53. Cic. Fam. 8, 11 Pompeius tanquam Caesarem non impugnet, sed quod illi aequum putet, constituat, ait Curionem quaerere discordias. Conf. Non. 5, 68. Horat. Epist. 2, 1, 89 Nostra sed impugnat, nos nostraque liuidus odit. Contraria: Liu. 5, 3 pr. Vtrum enim defenditis, an impugnatibus plebem? Fraudibus impugnari Phaedr. 3, 10. Causa meritum impugnans Ouid. 80 Met. 5, 151. vid. CAUSA. Plin. 26, 12 Fit vero et citra febres, impugnaturque centaurio maiore (vt diximus) potio.

IMPVGNATVS, a, um. Partic. [προσπολεμηθῆς] Victus. Plin. 5, 24 Primo hunc illi impugnatus cursum Taurus aufert. De Euphrate fluuio et Tauro monte. Gell. 1, 6 Turpe est rhetori, si quid 85 in mala causa destitutum et impugnatum relinquat. Cretenfes impugnati Sall. Fragm. 4, 56.

IMPVGNATIO, ōnis. f. [προσπολεμησις] Cic. Att. 4, 3 Ipse domum P. Sullae pro castris sibi ad eam impugnationem sumferat.

IMPVGNATOR, ōris. m. Liu. 27, 15. Gruter. In Ed. Scheffer. 90 Gryph. Gronou. legitur Oppugnator, quod seruauit etiam Drakenb.

IMPVLSIO, IMPVLSOR, IMPVLSVS, vid. IMPELLO.

IMPVLSEREVS, a, um. Adiect. Deditioe repente facta, impulsuerea, vt dici solet, incruentaque victoria obuenuit Gell. 5, 6. Vid. CONITI.

95 IMPVNE, IMPVNIS, vid. statim post IMPVNITVS. IMPVNGO, unde IMPVNCTVS, a, um. Crystallum impunctum Apul. Met. 2 p. 123. Al. Impictum, v. v.

IMPVNITVS, a, um. Adi. [ἀτιμώρητος] Non punitus, inultus, liber, solutus poenis. Cic. Verr. 5, 148 Possimus hanc iniuriam ignominiamque nostris Rom. inultam impunitamque dimittere? Libertatem omnium rerum impunitam tenet virtus Id. de Orat. 1, 226. Scelera multorum impunita ferre Cic. Offic. 2, 28. Impunita ac libera vexatio et direptio sociorum tibi fuit Id. in Catil. 1, 18. Comp. Horat. Serm. 2, 7, 105 — qui tu impunitior, illa, Quae paruo

100 sumi nequeunt, quum opsonia captas? Item Liu. 3, 50 Quo impunitior

nitior libido, eo effrenatior est. Perf. 5, 130 Qui tu impunitior exis?

IMPVNITE. Adu. *Vt, Impunitè licere* Cic. Fam. 11, 28 *ubi Victor. contra fidem MSS.* Impune. Ammian. 30, 9 Impunitè quaedam scelestà committi. *Comparat. apud Fest. in Fragm. ad Non* 5 omnibus dormio: prouerbiū, *inquit ille,* natum à Cipio quodam, qui Pararhenchon dictus est, quod simularet dormientem, quo impunitius vxor eius moecharetur. eius meminit Lucilius.

IMPVNIS, e. Adi. *Idem qui impunitus.* Solin. c. 27 Gaetulæ etiam mulieris nomen Iubæe libris comprehensum est, quæ obtestata 10 occurrantes feras, impunis rediit. *Vid. Salmas. Exercit. Plin. p. 230.* Plaut. Merc. 4, 6, 4 Id si rescuiit vxor, impune est viro. *aliis est,* 4, 8, 4. *Sed fortasse in hoc loco est Aduerbiū.*

IMPVNITAS, atis. f. [*ἀτιμωσύνη*] *Licentia, venia, libertas.* Liu. 9, 29 Et qui Mezelullo præter impunitatem sua omnia cum fide 15 restitui sponderent. Cic. de Fin. 1, 73 Quæ libido se non proriipiet ac proiciet, aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia? Spes impunitatis, maxima est illecebra peccandi Idem pro Milon. 44 c. 16. Diuturna impunitate furor alitur Cic. pro Sext. 82. Idem pro Rabir. Post. 27 Quorum impunitas fuit non modo 20 a iudicio, sed etiam a sermone. Flagitiorum impunitas Cic. in Pison. 21 c. 9. Peccatorum Idem Tusc. 4, 44 c. 20. Scelerum Cic. pro Domo 17 c. 7. Dicendi Idem de Clar. Orat. 316. Gariendi Cic. de Natur. Deor. 1, 109. Impunitas summa medico tantum, hominem occidisse Plin. 29, 1. Liu. 2, 1 Aut libertatem, 25 aut certe impunitatem adeptæ. Asssequi Cic. Fam. 1, 9. Idem pro Planc. 23 Mihi non sumo tantum, Iudices, neque arrogo, vt C. Plancium suis erga me meritis impunitatem consecuturum putem, *b, e. quod propter sua erga me merita, impunitatem, hoc est libertatem consequatur sui flagitii, et impunitus recedat.* Concedere, *vid. CON-* 30 **CEDO.** Dare impunitatem peccatorum alicui Cic. Tusc. 4, 44 c. 16. Idem Phil. 8, 33 Caeteris autem si errorem suum deposuerint, et in Reipublicæ gratiam redierint, veniam et impunitatem dandam puto. Cic. pro Milon. 85 c. 31 Quem si vicisset, habiturus esset impunitatem et licentiam sempiternam. 35

IMPVNE. Adu. [*ἀτιμωρητι*] *Sine poena, sine damno vel periculo.* Cic. de Fin. 2, 55 Id Sextilius factum negabat, poterat autem impune. quis enim redargueret? Impune minax Horat. Epist. 2, 1, 150. Ter. Eun. 5, 2, 13 Credin' te impune Abiturum? et Phædr. 1, 8, 3. Errare impune, *i. sine metu periculi* Horat. Carn. 1, 17, 5. 40 et Virgil. Aen. 11, 134 Per siluas Teuceri mistique impune Latini Errare iugis. Ter. Adel. 5, 3, 38 Hoc licet impune facere huic, illi non licet, *i. sine noxa et periculo.* Fallere Ouid. Amor. 3, 3, 15. Cic. Fam. 13, 77 Dionysius seruus meus, qui meam Bibliothecæ multorum numerorum tractauit, quum multos libros surripuisset, nec se 45 impune Laturum putaret, aufugit. Ter. Eun. 5, 7, 18 Si quidem istuc impune Habueris, *b. e. impunitatem consequeris.* Add. Lucil. ap. Non. 468. Latrocinari Cic. pro Milon. 17 c. 7. Licet impune Tibull. 1, 9, 5. Tac. Ann. 3, 21 Irritum, festumque Romanum impune Ludificabatur. *Comparat. Ter. Heaut. 3, 2, 49* 50 quum malefacerem, crederem, mihi impunius licere. Cic. Verr. 4, 48 Ille ciuis Roman. quod erat, impunius id se facturum putauit. Et pro Deiot. 18 c. 6 Deinde etiam impunius sit, quod cum est factum negari potest. Idem de Diuin. 2, 58. et pro Quint. 11. Superl. Plaut. Poen. 1, 3, 2 Nani impunissime tibi quidem hercle vendere hæc aedes licet. 55

IMPVRGABILIS, e. Adi. Impurgabile crimen Ammian. 22, 4. *i. inexpiabile.*

IMPVRVS, a, um. Adi. [*μιαρός*] *Contrarium est Puro.* *Improbis.* Ter. Adelph. 2, 1, 29 O hominem impurum. hiccine libertatem aiunt æquam esse omnibus? Idem Heaut. 4, 1, 14 Sed hic erat anus Corinthia haud impura. Cic. de Rep. 4 Sed iuuentuti nostræ minime audiendus: quippe si ita sensit, vt loquitur, est homo impurus. Idem de Amicit. . . Sed impuri cuiusdam, aut ambitiosi, etc. Idem Verr. 3, 62 Quam multis matribus fami- 65 lias in illa tetra atque impura legatione vim attulisse existimatis? Idem Verr. 3, 22 Impura adolescentia. Impurus et impudicus Cic. in Catil. 2, 23 c. 10. Conf. Idem Phil. 3 c. 14. Cic. Att. 9, 18 Ego illum male sanum semper putavi, nunc etiam impurum, et sceleratum puto. Id. pro Domo 48 c. 18 Hoc inscriptore — omnium 70 non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimo, etc. Cic. Verr. 3 Quocum inire conuiuium nemo vnquam nisi Turpis impurusque voluisset. Adulterium Catull. 64, 84. Historia Ouid. Trist. 2, 416. Lues Cic. de Arusp. Resp. 24. Persona lutulenta, impura, inuisa Idem pro Rosc. Com. 20 c. 7. *Comparat.* 75 *Quis illo maledico impurior* Cic. Phil. 3 c. 6. *Add. Id. Ep. ad Brut. 15.* Nero impurior Sidon. Ep. 5, 7.

IMPVRĀTVS, a, um. Adiect. [*μιαρός*] *Idem quod Impurus.* Ter. Phorm. 4, 3, 64 Impuratus me ille, vt etiam irrideat? Ibid. 5, 7, 69 Tum hunc impuratum poterimus nostro modo vlscisci. Conf. 80 Non. 2, 468. Impuratissima capita Apul. Met. 9 p. 221. Impuratissimæ linguæ Tertull. Apol. c. 23. Impurata belua Plaut. Rud. 2, 6, 59. *Add. Id. ibid. 3, 4, 46. et Aul. 2, 6, 10.*

IMPVRATE. Adu. Interpr. Iren. 1, 29.

IMPVRE. Adu. [*μιαρός*] *Impudenter et flagitiose.* Cic. de Fin. 85 3, 38 c. 11 Quis animo æquo videt eum, quem impure ac flagitiose putent viuere? Sic pro Domo 104 Impurissime, teterrimeque violare. Impure et tetre aliquid facere Cic. de Diu. 1, 60 c. 29. Impurissime hæc nostra fortuna despecta est Id. Att. 9, 12.

IMPVRIMVS, a, um. Adi. *i. impurissimus.* Impurimum, ἀκάθαρτον, Vet. Gloss.

IMPVRITAS, atis. f. [*μιαρία*] *Fâcinus impurum.* Cic. Phil. 2, 6 c. 3 Quum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes, vino lustrisque confectus.

IMPVRITIA, æ. f. *Idem.* Plaut. Perf. 3, 3, 7 Tuas impuritas traloqui nemo potest.

IMPVRO, are. *Impurum facere.* Senec. Epist. 87 Impurare pecuniam.

IMPVTO, are. [*προστίθημι, προσλογίζω*] *Proprie rationum verbum est, ubi imputamus alii, quod tanquam datum illi, vel vt acceptum ab illo, in rationibus nostris ponimus: ac deinde bene factorum pariter, et malefactorum annotationem, quasi notat et attributionem. Pulchre quid sit imputare, docere potest Phædr. 1, 22, quam in compendium redigemus,* Mustela presa ab homine, ait, parcas mihi, Quæ tibi molestis muribus purgo domum. 105

Respondit ille faceres si causa mea,
Gratum esset; nunc laboras, ipsos ut voves.

Noli imputare vanum Beneficium mihi,

i. mercedem pro eo postulare. Atque aliquis Peliac de partibus aëta
5 venenis Imputat, *i. tua fortia facta, o Iason, venenis Medaeae tribuit*
Ouid. Her. 6, 102. Natum obiectat et imputat illis Idem Met. 2,
400. *Add. ibid. 15, 470.* Iniquissima haec belli conditio: prospera
omnes sibi vindicant, Aduersa vni imputantur Tacit. Agr. 27, 2.
Add. ib. 34, 5. Quinctil. Decl. 13 Imputa nobis propitios ventos,

10 et secundum mare, ac ciuitatis opulentiae liberalitatem, quae tantum
frumenti vendidit, quantum duobus populis satis esset. Idem 5,
10, 72 An ei caedes imputanda sit, a quo iurgium coepit. *Aliter*

Sueton. Ner. c. 36 Cum quidam *coniuratorum* crimen vltro faterentur,
nonnulli etiam imputarent, tanquam aliter illi non possent, nisi morte
15 succurrere, dedecorato flagitiis omnibus. Plin. 8, 17 Gratiam re-

ferre, et nihil inuicem imputare, rarum est. *Ad rationes aperte res-*
picit Senec. Epist. 8 Hoc non imputo in solutum de tuo tibi. Im-
putare et velut adnumerare literas Quinctil. 11, 3, 33 *de his, qui literas*
putide nimis exprimunt. Sic *Gesnerus ex MSS.* Computare al. Vlp.

20 Praeterea si matrem aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eum
posse. sed est verius nonnisi per quem egenti dedit, imputare eum
oportere. Columel. 1, 7, 6 Et maxime vexant serui, qui boues

elocant, eosdemque et caetera pecora male pascunt, nec industrie ter-
ram vertunt, longeque plus imputant seminis iacti, quam quod feue-
25 rint. Plin. 10, 52, 3 Imputata ciuitati terna millia, *i. in expensa-*
rum librum inducta. Iuuen. Sat. 5, 14 Fructus amicitiae magnae

cibus: imputat hunc Rex, Et quauis rarum, tamen imputat.
Seneca de Ira 3, 42 Stat super caput fatum, et pereuntes dies impu-
tat, propiusque ac propius accedit. Hoc solum erit certamen,

30 quis mihi plurimum imputet Tacit. Hist. 1, 38, 3. Gaudent mune-
ribus, sed nec data imputant, nec acceptis obligantur Idem German.
c. 21 *extr. Conf.* Idem Hist. 1, 55 et 71. *it. 2, 31, 60 et 85. it. 3, 86.*
it. 5, 24 etc. Plin. in Panegy. c. 59 Gessisti alterum Consulatum.

scio. illum exercitibus, illum prouinciis, illum etiam caeteris genti-
35 bus poteris imputare: non potes nobis. Idem Paneg. c. 24 Am-
bulas inter nos, non quasi contingas, et copiam tui non, ut imputes,
facis. Sueton. Tiber. c. 53 Imputauit etiam, quod non laqueo

strangulatam in Gemonias obiecerit. *Cui confer* Tacit. Ann. 6, 25, 3
Iactauitque, quod non laqueo strangulata, neque in Gemonias pro-
40 iecta foret. *Add. Casaub. ad Suet. p. 30.*

IMPVTĀTVS, a, um. Adi. *Quod non est putatum, hoc est pur-*
gatum. et proprie de vineis dicitur. Festus, Imputatum, nondum pur-
gatum, putum enim est purum: vnde putare vites dicimus, hoc est

45 detrudere, quae impedimento sunt ad fructum. Plin. 14, 12 Eadem
lege ex imputata vite libari vina diis nefas statuit, ratione excogi-
tata, ut putare cogentur. Ita fortasse Non purgatum, quia am-
putando detrahimus, quae impedimento sunt ad fructum. Horat.

Epod. 16, 44 Et imputata floret vsque vinea, *felicis soli signum.*

IMPVTATIO, ōnis. f. *Ratio expensorum.* L. 82 D. de condit.
50 et demonstr. Ut explorari possit imputationes probe an improbe refe-
rantur. *Add. Sidon. 7, 15.*

IMPVTATOR, ōris. m. [*προσλογίζων*] *Iactator sui beneficii.*
Sen. de Benef. 2, 17 Multi sunt tam pravae naturae, ut malint perdere,
quae praestiterunt, quam videri recepisse, superbi et imputatores.

55 IMPVTATĪVVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 2, 25 Non
simplici modo id est interrogatorio sono legendum est, vbi es Adam?
sed impresso et incusso et imputatiuo.

IMPVTRESCO, ěre. [*κατασήμενος*] *In aliqua re putrescere.*
Colum. 6, 17, 5 Nam animal ipsum oleomersum necatur: et quum
60 imputruit, conteritur.

IMPVTIBILIS, e. Adi. *Vt, Imputribilis cedrus apud Hier.*
in vers. Homil. 2 Orig. Imputribiles de putribilibus fieri apud Augu-
stin. de Ciu. D. 21, 7. Robur Paullin. Nol. Ep. 44 (31) 2. et

IMPVTIBILITER. Adu. *Apud August. Ep. ad Paullin. 46, 32*
65 Cedri Libani mundi huius fluctus imputribiliter secant.

I M V

IMVS, a, um. Adi. [*κατώτατος*] *tum pro infimo ponitur, tum*
70 *pro intimo.* Virgil. Aen. 6, 581 Fulmine deiecti, fundo voluntur
in imo. Cic. in Somn. Scip. 12 Nam terra noua immobilis manens
ima sede semper haeret. *Contraria:* Ab imo ad summum Hor. Sat.

2, 3, 308. Cic. pro Rosc. Com. 20 Nonne ab imis vnguibus vsque
ad verticem summum ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus

75 videtur? Acheron imus, *vid. ACHERON.* Auris, *inferior*
pars. Plin. 11, 45 Est in aure ima memoriae locus. Corde sub imo
premit gemitum Virgil. Aen. 10, 464. *i. intimo.* Faucibus ab imis
in distributione vocem adhibere oportet Auctor ad Herenn. 3, 25. *i.*

80 *intimis.* Fores Virgil. Aen. 2, 449. *i. ima earum pars.* Fundus
Idem Aen. 2, 419. De gradu imo tollere aliquem Horat. Carm. 1,
35, 2. Manes Virgil. Aen. 4, 565. Gelidusque per ima cucurrit

Ossa tremor Idem Aen. 2, 120. *i. intima, medullas.* Sic Pectore ab
imo dat gemitum Virg. Aen. 1, 485. Sic Funditque preces rex pe-
store ab imo Id. Aen. 6, 55. *i. intimo, ut* Catull. 60, 177 Illi non

85 minus ac tibi Pectore vritur intimo Flamma. Sic Suspirare ab imo
Ouid. de Arte Am. 3, 675 *quod etiam aliae gentes dicunt; cum intima*
certa ratione sint infima. Sic etiam suum βᾶδος et βᾶδὸς *vsurpant*
Graeci. Pes, *extrema pars pedis.* Plin. 11, 45 Est bisuleus discrimi-

90 mine exiguo pes imus vestigio carnofo. Radices montis Caes. Bell.
G. 8, 40. Radicibus ab imis eruere fegetem Virg. Georg. 1, 319.
Sensibus imis reponere aliquid Idem Ecl. 3, 53. *i. intimis, ut* Cic. Att.

5, 10 Angor intimis Sensibus. Plin. 10, 29 Modulatus editur So-
nus; summus, medius, imus. Ima de stirpe recisum Virgil. Aen.

12, 208. Tellure sub ima Idem Aen. 6, 459. Venis imis perbi-
95 bit terra lacrimas Ouid. Met. 6, 397. Idem Met. 2, 265 Ima pe-
tunt pisces. Supprimere vnam ab imo Scribon. 71. Suspirare
ab imo Ouid. de Arte Am. 3, 675. Ima summis nutare Hor. Carm.

1, 34, 12. Imis summa miscere Vell. 2, 2, 3. Imus *dicitur Postremus,*
ut qui in extrema parte vici habitat. Horat. de Arte Poët. 32 Aemi-

100 lium circa ludum faber imus. Ita Inum fundum appellat Ouid. de
Nuce 62 *Postremam agri partem, quam Graeci ἐσχάτων dixere. A li-*
brariis permutantur Imus et Summus: vid. Drakenb. ad Sil. 5, 111.
et 15, 590.

IMVLVS, a, um. Dimin. Catull. 25, 2 Mollior imula oricilla.

105 IMITVS. Adu. *Ex imo, i. infimo aut intimo.* Gell. 17, 10 Fon-

tes imitus ignes eructare. Apul. Met. 9 p. 233 Terra dehiscente imitus. Arnob. 5 p. 163 Nondum contigerat lucem (*Adestis ille lapide conceptus ab effuso Iouis in matrem libidinantis semine*) et tonitrus patrios iam mugiens imitus intusque referebat.

I N

IN. [*ἐν, ἐς, εἰς, ἐνί, κατά*] *Praepositio, latissimi usus, quae semper illa quidem coniunctionem, illiusque conatum et velut tendentiam, notat, (nam qui se hostiliter petunt, ipsi quoque manibus vel armis attingere se volunt inuicem) futuram quoties cum Accusatiuo constructur, praesentem vero vel praeteritam cum Ablatiuo. Vix est ordo commodior, quam ut Substantiua, quibus praepositur, elementorum ordine enarremus.* In Acie accingi, In Acie audere, *vid. ACIES.* Tacit. Hist. 2, 43 E parte Othonis, prima adiutrix, non ante in Acie deducta. In Acie ire, In Acie venire, *vid. ACIES.* Quam iniqui sunt patres in omnes Adolescentes iudices Ter. Heaut. 2, 1 *pr.* In Aduersum pressa manu descere Columel. 4, 25, 2. In Aduersum os funda vulneratur Caes. B. G. 5, 35. In Adulationem demissus, *vid. ADVLOR, et DEMITTO.* In Aedem Vestae peruasit Piso Tacit. Hist. 1, 42. Plaut. Most. 3, 2, 123 Ha caue, ne illi obieceres nunc in Aegritudine, te has emisse: *i. dum aeger animo et tristis est.* In Aequo est virtus ducum Tacit. Ann. 2, 44, 3. Cic. Verr. 4, 11 At hominem video auctorem fecisse nullam: vendidisse praeter fructus suos nihil vnquam: non modo in Aere alieno nullo, sed in suis numis multis esse ac semper fuisse. Plaut. Trin. 1, 1, 2 Nae amicum castigare ob meritam malam noxiam, immane est facinus, verum in Aetate utile et conducibile, *i. in vita.* Plin. in Paneg. 35, 2 Quos quidem, non in praesens tantum, sed in Aeternum repressisti. Idem 2, 25 In nostro vero Aeuo circa beneficium, quo, *etc. i. nostro tempore.* Ter. Prol. Adelph. 24 Senes qui primi venient, hi partem aperient. In Agendo partem ostendent. In Agmine adesse Sall. Iugurth. 101. *pro Ad agmen. vid. cl. Wasse Indic.* Gell. 20, 1 Quae ita acerbitas est, si idem fiat in te, quod tute in Alio feceris? Plaut. Rud. 2, 7, 17 Da mihi vestimenti aliquid aridi, dum mea arescunt, in Aliquo referam gratiam tibi. Cic. Offic. 1 c. 36 Cum pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas. *Conf. Quinct. 1, 5 pr.* Plaut. Trin. 2, 4, 193 Esti admodum in Ambiguo est, etiam nunc quid de hac re fiat. Tacit. Hist. 2, 45, 4 Spes et praemia in Ambiguo. Cic. Diu. Verr. 66 Clarissimi viri nostrae ciuitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus, clientibusque suis, ab exteris nationibus, quae in Amicitiam Populi Roman. ditionemque essent, iniurias propulsare. *Tuetur hanc rationem. Graeuus. Sed Plin. Epist. 3, 5 Nec in officiis vllis, nec in Amicitia principum fuisse.* In Angusto spes est Cels. 5, 27. In Animis nostris et iudiciis eras Pater Patriae Plin. in Paneg. 31, 3. Liu. 26, 13 *extr.* Itaque quibus vestrum ante fato cedere, quam haec tot et tam acerba videant, in Animo est: iis apud me hodie epulae instructae parataeque sunt, *i. placet, et sic cogitant, siue proponunt.* Cato de R. R. c. 2 *extr.* Si quid desit in Annum, vt comparetur. Cic. Verr. 2, 128 Ei locus ille, atque honos in illum Annum ita deberi putabatur. Liu. . . . Designati Consules in eum Annum fuerant. In proximum Annum consulatum petere Cic. Phil. 2 c. 30. Idem Verr. 2, 163 Syraculis lex est de religione, quae in Annos singulos Iouis sacerdotem sortito capi iubeat. Liu. 1, 43. In Ante diem, *vid. ANTE n. 2. et INANTE.* In Antrum excisus Virg. Aen. 6, 42. *i. In antri similitudinem. Sic 3, 533 In Arcum curuatus, i. In similitudinem arcus.* In plumam Idem Aen. 11, 770. Cic. in Paradox. 1 Hoc tamen opus in Apertum vt referas, nihil postulo, *i. in publicum.* Plaut. Mil. 3, 1, 53 Post Ephesi sum natus: non enim in Apulis, non sum in Vinbria. Quinctil. 3, 7 Vt qui Romulum Martis filium, educatumque a lupa dicat, in Argumentum caelestis ortus vtatur his? In Arma promptus Tacit. Hist. 4, 76. In Armis erant Liu. 2, 30. In articulo ipso temporis Cic. pro Quint. 19. Columel. 2, 13 Vt sit in astem Autumnalis satio modiorum ducentorum quinquaginta. *b. e. In totum.* Mediis videor discumbere in Astris Stat. Silu. 4, 2, 10. Plin. 7, 53 Necnon et proximo anno, dum Consulari viro in Aurem dicit eques Romanus. In Aurem aliquid dare, *vid. DO, das.* In Auctoritatem scientiae est, neminem docere Plin. 25, 1. *id est facere putatur ad auctoritatem conciliandam scientiae.* Decies HS in Auro afferre Suet. Galba c. 8. *i. Ex auro cufos numos.* In Barbarum corrupta ciuitas Tacit. Ann. 6, 42. Idem Hist. 5, 2 Aucto in Barbarum cognomento. *Accusatiuus Morem, non est in codice Budensi, nos quoque sustulimus, ait Rhenanus.* In bonis, *Inter bonos:* Cic. de Amicit. 18 Sed hoc primum sentio, nisi in Bonis amicitiam esse non posse. Idem Acad. 4, . . . Cui praeter honestum nihil est in Bonis. *i. Nullum aliud bonum esse existimat praeter honestatem.* In breui dicere, *pro Breuiter:* Quinct. 9, 4 Haec arbitror vt in Breui de ordine fuisse dicenda. Tacit. Ann. 13, 2. Ibaturque in Caedes, nisi Afranius Burrus, et Annaeus Seneca obuiam essent. In Caelo esse, *vid. CAELVM.* In Capita, *vid. in MILITEM.* Liu. 2, 33 Extulit eum plebs sextantibus collatis in Capita. *i. Quisque contulit sextantem.* Claudian. Conf. Mallii 318 *de organo Hydraulico,* Vecte laborantes in Carmina concitat vndas. *i. mouet, vt inde oriatur carmen.* In Casum ancipitis fortunae rem committere Liu. 4, 27. Tacit. Ann. 1, 47 Fixumque Tiberio fuit, non omittere caput rerum, neque se, remque publicam in Casum dare. In Causam belli delecta Saguntus Flor. 2, 6, 2. Cic. in Pison. 42 Verum audis in praesepibus, audis in stupris, audis in Cibo et vino. In Ciuem rubuere genae Claudian. quart. Conf. Hon. 617. *i. ab alapa erubuit seruus, sed vt statim et eo ipso ictu liber feret.* Lucan. 1, 306 In Classem cadit omne nemus, *recisum ad aedificandam classem.* Ita Claudian. Paneg. de quart. Conf. Honor. 624 In lintres pegere nemus. Et Propert. 3, 3, 35 Haec hederas legit in thyrsos. Ter. Andr. 2, 2, 35 Olera, et pisciculos minutos ferre obolo in Coenam seni. Gell. 2, 24. Idem 2, 24 Non amplius in singulas Coenas sumtus effecturos. Plaut. Stich. 1, 1, 54 Atque in Cogitando moerore angor: nam iam propemodum ostendit suam sententiam. Ter. Eun. 5, 2, 53 In Cognoscendo tute ipse aderis Chaerea. Cic. Verr. 2, 145 Vt iidem pro parte in Commune Siciliae conferrent, etiam id contulerunt. In Commune congregi Tacit. Hist. 2, 54. In Commune consulere: Ex aequali prouidere, *inquit Donatus.* Ter. Andr. 3, 3, 16 Id oro te, in commune vt consulas: quasi illa tua, sit, Pamphilique sim pater. In Commune consultare Plin. Epist. 1, 16.

- Plin. 23, 1 Reliqua in Commune dicentur. In Commune loqui, super coenam, pro Colloqui Plin. Epist. 4, 22. Plaut. Afin. 2, 2; 20 Vinculos nescio quos ait, non placet. metuo in Commune ne quam fraudem fraudus fiet. Liu. 6, 40 Hoccine est in Commune honores vocare, ut duos plebeios fieri Consules liceat, duos Patricios non liceat? Plaut. Trin. 2, 2, 64 Ne mihi hanc famam differant, me germanam meam fororem in Concubinatum tibi sine dote dedisse magis, quam in matrimonium. In Confesso est Plin. 17, 22. In Consuetudine esse Tacit. de Orat. 32. In Continenti, vid. CONTINENS. Plin. 11, 44 Simiarum genera habent crura in Contrarium inflexa. Liu. 5, . . . Petronius e. 15 Neque enim, res quae viderentur in Controversiam esse, sed longe aliud quaeri. Quinct. 7, 3 A quo factum sit, in Controversiam venit. In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora Ouid. Met. pr. Gra-
 15 tior est pulchre veniens in Corpore virtus Virg. Aen. 5, 344. Plaut. Pseud. 5, 2, 33 Verum si voltis applaudere, atque approbare hunc gregem et fabulam, in crastinum vos vocabo. Idem Stich. 4, 2, 55 In crastinum diem prospicere. In Creditum ire, est contractum crediti celebrare, et de creditore adhibetur. Paullus in l. 2 Mutuum §. 1 Mutui datio D. de rebus credit. Si cert. petat. Mutui datio consistit in his rebus, quae pondere, numero, mensura consistunt. Quoniam eorum datione possumus in creditum ire — nam in caeteris rebus ideo in Creditum ire non possumus, quia aliud pro alio inuito creditori solui non potest. Sed et Merx in Creditum abire dicitur, cum alteri venditur, et fides de pretio habetur. Vlpian. l. 5 procuratoris §. 18 Sed si dedi. D. de Tributor. act. Sed si dedi mercem meam vendendam, et exstat: videamus, ne iniquum sit, in tributum me vocari. Et si quidem in Creditum ei (seruo) abiit (res mea) tributio locum 25 habebit. Enim vero si non abiit, quia res venditae non alias desinunt esse meae, quamuis vendidero, nisi aere soluto, vel fideiussore dato, vel alias satisfacto, dicendum erit, vindicare me posse. Vlpian. l. Procuratoris §. Sed et si dedi mercem D. de Tributor. Act. In Crepidis, pro Crepidatus Suet. in Caes. Calig. c. 52. Ter. Hec. 3, 1, 19 Tum matrem ex ea re, aut me uxorem in Culpa inuenturum arbitror. In culpa esse, vid. CULPA. Gell. 4, 9 ex Nigidio, Idcirco in Culpas cadunt. Gell. 4, 9 Cur inquam ista nunquam in Culpam, sed in laudem dicuntur? Plaut. Afin. 5, 2, 31 Egon' ut non domo uxori meae surripiam in Deliciis pallam quam habet, atque ad te deferam? Ter. Andr. 4, 1, 6 Immo id genus hominum 40 est pessimum in Denegando modo quis pudor est paullulum. Cic. Att. 13, 40 Sic enim constituebam, neminem includere in Dialogos, eorum qui viuerent. Ter. Eun. 5, 7, 19 Sed in Diem istuc Parmeno est fortasse quod minitare: tu iam pendebis. i. in futurum et remotum tempus. Vid. DIES n. 3 in Diem. Cic. Tusc. 5, 118
 45 Nos in Diem viuimus. Sallust. in Jug. c. 44 extr. Panem in Diem mercari. Liu. 22, 39 In Diem raptu viuit. Ibid. c. 40 Nihil ex raptis in Diem commeatibus superabat: i. Nihil superabat ex his, quae capiebat in singulos dies. Plin. 8, 25 Depascitur segetes destinatione ante (ut ferunt) determinatas in Diem, et ex agro ferentibus vestigiis, ne quae reuertenti insidiae comparentur. Bellum 50 in trigessimum Diem indixerant Liu. . . . Ouid. Met. 2, 48 Currus petit ille paternos, Inque Diem alipedum ius et moderamen equorum. Plaut. Stich. 3, 2, 24. Idem ibid. 4, 1, 13 Nam illi heri me vocauerant in hunc Diem, ut hodie sim conuiuia. Plaut. Pseud. 3, 2, 109 Neu fidem ei haberem: nam eum circumire in hunc (int. vsque) Diem, ut me, si posset, muliere interuorteret. Plaut. Caf. 3, 3, 3 Hominem amatorem vlium ad forum procedere in eum Diem, cui quod amat, in mundo fiet, i. eod. die. In Dies, Per singulos dies: Libras farris in Dies dato Fragm. XII Tabb. ap. Gell. 20, 1. 60 Plaut. Perf. 4, 3, 2 Nam ego hodie compendi feci, duo panes in Dies. Cic. Philipp. 1, 5 Nam quum serperet in Vrbe infinitum malum, idque manaret in Dies latius, etc. Ut Virg. Ecl. 10, 73 Gallo cuius amor tantum mihi crescit in Horas, etc. Cic. Fam. 6, 4 Illa in Dies singulos magis; magisque opinio hominum confirmatur. Liu. 65 2, 12 Ut in singulas Horas capite dimices tuo. In Dies paucos tolerabilis obsidio Liu. . . . Plaut. Capt. 1, 2, 65 Nam illum confido domum in his Diebus me reconciliassere. In Diebus pauculis Plaut. Truc. 2, 8, 13. Ter. Andr. 1, 1, 78 Fere in Diebus paucis, quibus haec acta sunt, Chrysis vicina haec moritur. Conf. Suet. Tib. c. 60. In Difficili est, h. e. Difficilis. Scaevol. in l. Gallus D. de liber. et posthum. Ille casus in difficili est, si filium habeas, et nepotem nondum natum instituas, isque nascatur viuo patre suo, ac mox pater decedat. Liu. 3, 65 extr. Adeo moderatio tuendae libertatis, dum aequari velle simulando ita se quisque extollit, ut deprimat alium, in Difficili est. Suet. in Neron. c. 7 Annaeque Senecae iam tunc Senatori in Disciplinam traditus. Scripsi tres libros in Disputatione et Dialogo de oratore Cic. Fam. 1, 9. Plin. 10, 33 Perdix aucupem iamiam prehensurum effugiens, spemque frustrans, donec in Diuersum abducat a nidis. Columel. 3, 15 In hanc mensuram scrobibus depressis, viui radices ita ponuntur, ut a media scrobe singulae et in Diuersum sternantur. In Diuitias adoptauit, h. e. Haeredem constituit Plaut. Poen. 4, 2, 82. Idem Cist. 2, 3, 57 Nempe istic est, qui Alcesimarco filiam suam despondit in Diuitias maximas. i. Despondit adolescenti ditissimo. Plaut. Trin. 85 3, 2, 56 Hoc non conuenit me, qui abusus sum tantam rem patriam, porro in Diuitiis esse, agrumque habere, egere illam autem et me merito oderit. In Dolore esse Scribon. 11. i. Dolere. In ipso Dolore 121. Quinctil. 5, 10 In Domo furtum factum ab eo, qui Domi fuit. Iulian. in l. Quemadmodum D. de Iure dotium, Si debitori suo nuptura, ita Dotem promiserit, Quod mihi debes, aut fundus Sempronianus Doti tibi erit: vtrum mulier volet, id in Dotem erit. Idem l. Vir ab eo eod. tit. Ter. Andr. 1, 5, 3 Dum in Dubio est animus, paullo momento huc illuc impellitur. h. e. Incertus est animus. Ibid. 2, 2, 10 Mea quidem herele certe in Dubio est vita. 95 h. e. In periculo. Liu. 3, 19 In Dubio fuit, vtrum L. Mamilius Tusculanus dux, an P. Valerius et C. Claudius COSS. Romanam arcem liberarent. Hirt. B. Hispan. c. 29 Nostri laetari, nonnulli etiam timere, quod in eum locum res fortunaeque omnium deducerentur, ut quidquid post horam castris fieret, in Dubio poneretur. Aufon. 100 Epigr. 130, 9 Laudo Timomachum matrem quod pinxit in Ense Cunctantem pictis sanguine ne maculet. i. Cum ense, ut interpretatur Graeu. ad loc. qui plura exempla locutionis huiusce congeffit. Occasio in Nouacula apud Phaedr. 5, 8 pr. Cum nouacula. Iuuentus in Equis et armis apud Flor. 1, 1, 15. i. Armata et equis insidens. In equis venire 105 Idem 4, 2, 18. Vid. Brouckh. ad Propert. 4, 2, 28. Cic. apud Seru. in

in art. sec. Donati p. 1798 Fortes in eo Quirites, pro in eum. Nempe utrumque rectum est, diuerso respectu. Vid. mox In Hoste. In exitu est iam meus Consulatus: h. e. Absolui tempus Consulatus mei Cic. pro Muraen. 25. Liu. . . . Iam ferme in exitu annus erat. In exemplis, vid. EXEMPLVM. Quinctil. 10, 2 Rustici probatam experimento culturam in Exemplum tuentur. In ipsa Exercitatione potius superiores partes mouendae Cels. 3, 27, 2. At plures Editi cum MStis legunt, Ab ipsa ex. Morgagn. Ep. 3 in Cels. Quinctil. 10, 7 Promptum hoc, et in Expedito positum, exercitatione sola continetur. Sen. Epist. 94 Ouae incipiunt in Expedito esse, cum dicta sunt. Cic. Fam. 10, 4 Sum in Expectatione omnium rerum, quid in Gallia, etc. Plaut. Mil. 3, 4, 6 Vide ne sis in Expectatione, ne illam animi exrucies. i. Ne diutius immoreris, festina: vide, ne te expectet. In Fabulis esse, pro Traduci sermone hominum. Suet. in August. c. 70 Coena quoque eius secretior in Fabulis fuit. In Facientibus ad omne malum vitium Scribon. 178. i. inter facientia. Liu. 3, 8 extr. Et compulso in cauas valles, quum exitus haud in Facili essent, circumueniunt. Admonet Sigonius, in veteribus libris legi, Quum exitus haud inde Faciles essent. In Famam esse, vid. In rem. Tacit. Hist. 3, 13 Sed vbi totis castris in Fama proditio. i. fama proditio totis castris sparsa. Cic. Fam. 7, 7 Perfice vt sis in Caesaris Familiaribus. In Frontem pugnare Tac. Agric. 35. Plin. 18, 15 Terra in Futurum profcinditur. Contra-ria. Liu. 30, 17 pr. Omnia exposuit ordine Patribus, ingenti omnium et in praesens laetitia, et in futurum spe. Nec illis fortunae illecebris et ambitu ciuitatis in Gaudium euicta Tac. H. 2, 64, 4. eo adducta, vt gauderet. Plaut. Caf. 5, 2, 50 Continuo in Genua adstanti pectus mihi pedibus percutit. In gladiatoribus vti Scribon. 207. dum gladiatores curant vulneratos. Plin. 11, 42 Trans maria vero caesus Bithynus fere in Gloria est. Liu. 38, 50 extr. Et aurium fastidium aberat: quia pro periculo, non in Gloriam referebantur. de Scipione causam dicente. In Gramina vernant rupes Scythicae Claudian. in Ruffin. 1, 153. i. virescunt graminibus. In Gratia pecunia-que magna fortunatum esse Gell. 16, 19. In Hastam porrigitur cornus Claudian. Olybr. 122. In Herbas turget omnis humus Id. de R. Proserp. 2, 91. Columel. 7, 8 Et sub vmbra cratibus in Hoc factis, ita ordinatur, ne alter alterum casus contingat. Vlpian. in l. Argumento, sub finem D. de aur. et arg. legat. Si lapilli in Hoc sint soluti, vt recomponantur: ornamentorum loco sunt. Cic. Acad. 4, 118 Democritus in Hoc huic similis, vberior in caeteris. In Hoc nunc denique est, vt dici possit Varr. R. R. 3, 1, 2. i. nunc potest dici. In Hoc sumus sapientes, quod naturam optimam ducem, tanquam deum sequimur Cic. de Senect. 5. h. e. In hac parte. Plin. 10, 63 Quantum in Hac parte multo nocentiores, quam ferae sumus? Liu. 25. 12 Priore carmine Cannensis praedicta clades in Haec ferme verba erat. In Honore hominum, et In Honore famae esse Plin. in Pa-neg. c. 69 extr. In Honore mensarum est buteo accipitrum genus Plin. 10, 49. i. inter cibos lautiores refertur. Cic. Philipp. 5, 25 At ii, qui in Horam viuunt, non modo de fortunis et de bonis ciuium, sed ne quidem de vtilitate sua cogitauerunt. In Hora vna ebibere Mas-fici montis vberimos quatuor fructus, credo te potesse Plaut. Pseud. 5, 2, 11. Cic. Fam. 15, 16 Ego si semper haberem, cui darem, vel ternas in Hora darem. Plin. Epist. 3, 16 Si valere est, suspensum et anxium viuere, expectantem in Horas. In Horas clauum muta-re Hor. Serm. 2, 7, 10. i. in hac hora latum clauum, proxima angustum, et vice versa, sumere. In Hoste lenis Ouid. Trist. 5, 2. i. Erga ho-stem. Vid. In Eo fortis. Cic. Somn. Scip. 7 Iustitiam cole et pie-tatem. Quae quum magna sit in parentibus et propinquis, tum in Pa-tria maxima est. Aufon. Epiced. 43 Tranquillus, clemens, oculis, voce, ore serenus, In genitore suo mente animoque pater. Sallust. 60 Catil. 52, 12 Sint misericordes in furibus aerarii. In Hostem in- vadere Tac. An. 1, 67. Ter. Adel. 5, 9, 40 Habeat, in Istac fi-nem faciat. In Imaginem rei depicta tabula Quinctil. 6, 1. Plin. 16, 1. Liu. 4, 4 In aeternum Vrbe condita, et in Immensum crescente. Idem 4, 13 Et L. Minucius praefectus annonae, seu 65 refectus, seu quoad res posceret, in Incertum creatus. Plaut. Capt. 3, 4, 4 Mihi res omnis in Incerto sita est. Add. Sall. Iugurth. c. 38 et 46. Hirt. B. Al. 16. Ter. Phorm. 1, 4, 48 Meministin' olim vt fuerit vestra oratio, in re Incipiunda ad defendendam noxiam? In Infinitum extendere epistolam Plin. Epist. 5, 15. In Ingressu, Dum 70 ingredior prouinciam, vel accedo ad aliquem locum Plin. Epist. 10, 28, 3. Ter. Phorm. 1, 4, 52 Ego in Infidiis hic ero succenturiatus, si quid deficies. Cic. Fam. 5, 20 De Tribunorum militarium congressi-bus, res est in Integro. i. Nihil adhuc actum est, et res adhuc est inte-gra. Cic. Fam. 15, 6 Quare si iam biennium aut triennium est, 75 quum virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis, in In-tegro res nobis erit. Liu. 3, 10 Dum in Integro res sit. In Integrum restitutus Cic. pro Cluent. 98 c. 36. In Inuidia et in odio esse apud aliquem Cic. Verr. 5, . . . In Itinere confligere Nep. 18, 8, 1. Hirt. B. G. 8, 27. Ter. Heaut. 2, 3, 30 Hoc ipsa 80 in Itinere alterae dum narrat, forte audiui. i. Inter eundem. In Itinere est Antonius Cic. Brut. 11. In Iugerum, In Iugera singu-la, pro Singulis iugeribus Cic. Verr. 3, 114. In Iuuenem differre praelia, i. aetatem iuuenilem Claud. de quart. Conf. Hon. 385. Pom-pon. in l. 2 §. Iuris ciuilis scientiam D. de orig. iuris. Caeteris autem 85 adhuc vel in Latenti ius ciuile retinere cogitabant, solumque consul-tatoribus potius, quam discere volentibus se praestabant. In La-tera pugnare Tacit. Agric. 35. In Latinum conuertere Cic. Tusc. 3, 14 pr. In Laudem dicta, vid. In culpam. Sen. de Benef. 6, 23 pr. Non externa cogunt deos; sed sua illis in legem aeterna est 90 voluntas. Sic Idem . . . Ne in patrimonium quidem est, nedum in gloriam, incendium extinxisse quod feceris. In loco, i. Opportune, et captato (vt aiunt) tempore. Ter. Adel. 2, 2, 8 Pecuniam in Loco negligere, maximum interdum est lucrum. Hor. Carm. 4, 12, 28 Dulce est desipere in Loco. Pseudo-Cic. anteq. 95 iret in exil. 1 Fidei conducit, in Loco debitum retribuere. Ter. Andr. 1, 5, 57 Si te in germani fratris dilexi Loco, siue haec te solum semper fecit maximi. Cic. Verr. 3, 114 Atque hoc in beneficii Loco petitum est ab Apronio, vt iugera singula ternis medimnis deci-dere liceret. In Loco posita aedilitas: h. e. Cui debuit, data. 100 Cic. Verr. 5, 36 Ex his ego rebus omnibus, Iudices, ita mihi deos omnes propitios esse velim, vt tamen mihi iucundissimus est honos Populi, tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quantum sollicitudinis et laboris, vt haec ipsa aedilitas, non quia necesse fuerit, alicui candi-dato data, sed quia sic oportuerit, recte collocata, et iudicio Populi 105

- in Loco posita esse videatur. Cic. Philipp. 11, 11 Qui se Consulatum in Bruti Locum petere profitetur? Plin. 10, 29 Nunc continuo spiritu trahitur in Longum, nunc variatur inflexo: *de cantu luscinae*. In Lucem semper Acerra bibit: *b. e. Totam noctem, et usque ad sequentem diem* Martial. 1, 29. In Lucem coenat Sertorius Idem 7, 9. In Luxum effusi, et epulas, et nocturnos coetus Tacit. Hist. 4, 36. In Magnitudinem Scribon. 205. *i. pro magn.* In Mammis suppurationes Id. 206. *i. mammarum*. Cic. Att. 6, 3 Non quo me aliquid iuuare posses, quippe res enim est in Manibus: tu autem abes longe gentium. Idem ibid. 4, 12 De libris Oratoris, factum est a me diligenter, diu, multumque in Manibus fuerunt. Cic. de Amicit. 96 Sed adfuisit, et est in Manibus oratio. Idem in Brut. 10 Sed ecce in Manibus vir et praestantissimo ingenio, et flagranti studio, et doctus a puero C. Gracchus. Plin. Epist. 9, 16, 1
- 15 Non vacat, quia vindemiae in Manibus. Liu. 4, 57 *pr.* Quum tantum belli in Manibus esset. In Manibus quam spem nunc habeat, et quid molietur, breuiter iam Iudices exponam Cic. Verr. Act. 1, 16. Liu. . . . Vt sua cuique Respub. in Manu esset. Cic. Fam. 8, 6 Quam velis eum obligare, in tua Manu est. Idem
- 20 ibid. 14, 2 Verum haec non sunt in nostra Manu. Conf. Plaut. Rud. 4, 3, 44. Vt si in sua Manu esset fortuna Nep. 13, 3, 4. *al. nau.* In Manibus est victoria: *b. e. Facilis et in promptu*. Liu. 35, 5 *extr.* Consul obtestabatur milites, vt paullulum admitterentur: victoriam in Manibus esse. *b. e. Velut iamiam teneri*. Liu. 34, 7 *extr.* Et vos
- 25 in Manu et tutela, non in seruitio debetis eas habere. In Manu est quod agas Plaut. Most. 3, 1, 66. Tibi id in Manu est ne fiat Ter. Hec. 3, 5, 43. Iuxta deos in tua Manu est positum Tac. H. 2, 76, 3. Conf. Taubm. ad Plaut. p. 14. In Manu est diis, quo eueniat Plaut. Most. . . . Ter. Phorm. 4, 3, 29 Eho dic quid
- 30 velis dari tibi in Manum, vt herus desistat litibus. Cic. pro Domino 1 Nonne prouidendum Senatui fuit, ne in hanc tantam Materiam seditionis, ista funesta fax adhaeresceret? Ter. Eun. 5, 9, 2 Nam in Me plane di potestatem suam omnem ostendere. Idem Adel. 3, 4, 33 Mater virginis in Medio est, ipsa virgo, res ipsa. *i. adest, illius copia potest fieri*. In Medium relinquere Gell. 6, 14. Tacit.
- 35 Germ. fin. Quod ego, vt incompertum, in Medium relinquam. In Melius consulere Tacit. Hist. 2, 5. Consultare Idem ibid. 37. In Melius referre, Mutare: *Vid. Seru. ad Aen. 12, 176*. Plaut. Capt. 5, 4, 25 Nunc demum in Memoriam redeo, quum mecum cogito:
- 40 Nunc edepol demum in Memoriam regredior audisse me quasi per nebulam, Aegionem meum patrem vocarier. In Memoriam sempiternam orbis terrae aliquid spargere Cic. pro Arch. 30. Plaut. Bacch. 1, 2, 22 Non omnis aetas, Lyde, ludo conuenit, magis vnum in Mente est mihi nunc, satis vt commode pro dignitate opsonii haec
- 45 concuret coquus. In mentem nunc mihi fuit Plaut. Bacch. 1, 2, 53. In mentem venit Ter. Eun. 3, 2, 45. Cic. Verr. Diuinat. 1, 27 In Mentem tibi non venit causam publicam sustinere. In Meridiem spectat: *i. Ad meridiem conuersum est* Cato de R. R. c. 1. Ter. Phorm. 1, 2, 7 Nescis quo in Metu, et quanto in periculo sim.
- 50 In Militem, In capita, In naues, et similia: *quod alias diceretur, pro Milite quolibet, etc.* Varro de R. R. 2, 4 *extr.* In Centum sues, decem verres satis esse putant. Liu. 4, 16 Frumentum Melianum assibus in Modios aestimatum plebi diuisit. Liuus . . . Singulis in Militem tunicis imperatis. Idem . . . Quod pretium in Capita statuisset. Virg. Aen. 5, 61 Bina boum vobis Troia generatus Acestes Dat capita in Naues. Ita ex Fragm. Leg. XII Tab. habuimus Libras farris in dies dato. Aliter Varr. de R. R. 2, 2 *extr.*
- 60 Illud vero omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in Centenas hirtas singulos homines, in pellitas binos. *Vid. mox* In Pedes, In Punctum, In Singula. In Miraculum corrupta Tacit. Ann. 4, 11. *nimis narrando aucta, vt miraculi plus habeant*. Tacit. Ann. 1, 17 Cur paucis Centurionibus, paucioribus Tribunis in Modum seruorum obedirent? In Modum maiorem peto a te, vel humanitatis tuae, vel mea causa, vt, etc. Cic. Fam. 65 11, 22. Idem 13, 2. Plaut. Trin. 3, 3, 38 In seruilem Modum lacerati atque extorti. In Modum perpetuum perii Plaut. Most. 3, 1, 5. In Modum amici Suet. de Clar. Gram. 21. Sic Liu. 5, 15 *pr.* Vaticinantis in Modum cecinit. Plaut. Bacch. 1, 2, 3
- 70 Pol magis metuo, in Monendo ne mihi desuat oratio. In Mora Tribuni erant Liu. 3, 24. In More est, *De more et consuetudine* Plin. 16, 4. In Morem: Virg. Aen. 8, 282 Pellibus in Morem cincti. *Alio loco dicit De More*. Paeoniump in Morem Virg. Aen. 12, 401. In Morem pecudum Flor. 3, 8, 6. Plaut. Men. 2, 3, 59 Qui in Morte regnum Hieroni tradidit. Tacit. Ann. 4, 45 *pr.*
- 75 Pisonem vno vulnere in Mortem affecit. In Multum velociore volatu Plin. 10, 36 *ad fin.* In Mundo esse, dicebant antiqui, cum aliquid in promptu esse, volebant intelligi. Plaut. Afin. 2, 1, 16 Aut mihi in mundo sunt virgae, aut atriensi Sauriae. *i. Mibi paratae, aut Sauriae, nimirum vt illis caedar, aut Sauria*. Meminit
- 80 Charisius 2 p. 180 *sq.* his quidem verbis, In mundo, pro Palam, et in expedito, ac cito. Plaut. . . . Quia sciebam pistrinum in Mundo fore. Caecilius quoque etc. *quae enim sequuntur, corrupta puto*. Caeterum locus Plauti Pseud. 1, 5, 84 *sic a Camerario inde editur*, Pistrinum in mundo sciebam, si id faxem, mihi. si. Non a me
- 85 sciebas pistrinum in mundo tibi, cum ea musitabas? Id. Epid. 5, 1, 12 Habe bonum animum. EPID. quippe ego, cui libertas in mundo sita est. *Dictum putatur a mundo muliebri, quem semper ad manus habere solent feminae*. In murrhinis et Onychinis minxit Elagabalus Lamprid. c. 32. Ius dixit assidue, et in Noctem nonnunquam
- 90 Suet. Aug. c. 33. Plaut. Truc. 2, 2, 48 Quin maceria illa, ait, in horto quae est, quae in noctes singulas latere fit minor, qua is ad vos damni permenus est viam? Varr. de R. R. 1, 9 In ea enim et lapis, et arma, et caetera eius generis sunt in Nominando comprehensa. Cic. pro Rosc. Com. 10 Itaque perbreui tempore, qui ne
- 95 in Nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruehit comoedos. Ter. Phorm. 1, 5, 36 Haud ita est, hic in Noxa est. *i. Hic peccatum illud commisit*. Liu. 27, 3 Comprehenso omnes, qui in Noxa erant. Virg. Ecl. 6, 27 Tum vero in Numerum Faunosque ferasque videres Ludere, tum rigidas motare cacumina queruus. Seruius, h. e. Saltare ad modum rhythmum et cantilenae. Vlpian. in l. Magis §. Non passim. D. de rebus eorum, qui sub etc. Quaerere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat, vel in Numerato, vel in Nominibus. In Numerato habere, *i. In promptu* Quintil. 6, 3. In Obliquum alios sequi Liu. 38, . . . Martian. in l. Si seruus D. de fidei commissariis libertatibus, Sed si in obscuro sit, qua mente post libertatem
- 100 legauerit

legauerit eundem seruum : in Obscuro libertatem praeualere. *i. In dubio.* Columel. 12, 15 Quum sol in Occasum fuerit, erigantur. Plaut. Trin. 3, 2, 86 Nihil ego in Occulto agere soleo. meus ut animus est eloquar. *i. Palam omnia factio, nihil clam.* In Oculis quidem exercitus quid ex eo est consecutus? Cic. de Fin. 1, 35. Idem pro Planc. 66 Nam posteaquam sensi Populum Romanum aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere : destitit, quid de me audituri essent, cogitare : feci, ut postea quotidie me praesentem viderent : habitauit in Oculis, pressi eorum neminem a congressu meo. Cic. pro Planc. 67 Sed ut redeam ad Plancium, nunquam ex vrbe abstuit, nisi forte lege, necessitate : non valuit rebus iisdem, quibus fortasse nonnulli : at valuit assiduitate, at valuit seruandis amicis, valuit liberalitate : fuit in Oculis, petiuit, est usus ratione, etc. In Oculis est clades Tacit. Hist. 4, 77. In Odiis resident mores pristini Plaut. Truc. Prolog. 7. Cic. Verr. 5, 18 Videmus quanta sit in inuidia, quantoque in Odio apud quosdam homines nobiles, notorum hominum virtus et industria. Plin. 6, 27. Ibi mortalium solis aurum in Odio : contrahunt id, defodiunt, ne quod cui sit in usu. In Ollam nouam Scribon. 60. *pro in olla.* Patere. 2, 97 *pr.* Accepta in Germania clades sub legato M. Lollio, homine in omnia pecuniae quam recte faciendi cupidior. Ter. Heaut. 1, 1, 21 At enim dices, me quantum hic Operis fiat, poenitet : quod in Opere faciundo operae consumis tuae, si sumas in illis exercendis, plus agas. Liu. 4, 39 Tumulo quodam occupato in Orbem se tutabantur. *i. agmine vel acie rotunda, ut ab omni parte frontem et arma hosti opponerent.* Liu. 5, 19 *extr.* Senae horae in Orbem operi attributae sunt, nocte ac die nunquam ante omissum, quam in arcem viam facerent. *i. Quisque sex horas laboraret sua vice.* Idem 3, 36 Ut vnus fasces haberet, et hoc insigne regium in Orbem suam cuiusque vicem per omnes iret. Plaut. Caf. 5, 2, 22 Omnem in Ordine rem fatere. *i. Eo ordine, quo acta est.* Referebat in Ordine Thyrsis Virg. Ecl. 7, 20. Liu. . . . Tribuni plebis in Ordinem redacti. *Vid. COGO n. 1.* Columel. 9, 12 Reponat in Ordinem reliquorum alueorum. Senec. de Benef. 7, . . . Si in ora (*f. ore*) parentum filios iugulat. In Os laudare Ter. Adel. 2, 4, 5. In Ore est omni populo, *Fama est, vulgare est* Idem ibid. 1, 2, 13. In Ore vulgi Tacit. Hist. 2, 78. Ter. Andr. 4, 5, 32 Dis pol habeo gratias, quum in Pariundo aliquot adfuerunt liberae. Plin. Epist. 1, 5 Nitebamur nos in Parte causae sententia Metii Modesti optimi viri. Liu. 31 *pr.* in Praef. Bell. Maced. Me quoque iuuat, velut ipse in Parte laboris ac periculi fuissim, ad finem belli Punici peruenisse. Plaut. Afin. 3, 3, 89 Age sis, tu in Partem nunc iam hunc delude, atque amplexare hanc. *i. vicissim.* Liu. 5, 21 In Partem praedae suae vocatos Deos. *Vid. Drakenb.* Liu. 10, 10 Ut in Partem agri accipiantur. Vlpian. in l. 2 D. de noxal. act. Si fuerit alienatus seruus in totum, vel in Partem. In Partem diuidiam decedere Columel. 12, 24. Cic. Acad. 4, 104 Item ea, quae interrogati in vtramque Partem respondere possumus, sequentes, etc. In Partem alicuius rei venire Quinctil. in Prooem. 1. In Partibus esse, *i. Fauere partium alterutri* Flor. 3, 5, 23. 3, 14, 4. et 4, 2, 5. Centum in Patres legit Liu. 1, 35. Idem . . . Obsidio in loco nudo, atque inopi, vix in Paucos dies tolerabilis erat. Ter. Eun. 5, 2, 5 Interim dum ante ostium sto, notus mihi quidam obuiam venit : ubi vidi, ego me in Pedes, quantum queo, in angiportum quoddam desertum. Idem plenius Phorm. 1, 4, 13 Atque hinc me conicerem protinus in Pedes. In Pedes nasci, *vid. NASCOR.* Cic. Q. Frat. 3, 1 Is se ternis numis in Pedem tecum transegisse dicebat. *Vid. In Militem.* Cic. de Inuent. 2, 149 Quidam iudicatus est Parentem occidisse : ei statim, quo effugiendi potestas non esset, lignae soleae in Pedes inductae sunt. In Peiora datur usus procliuior Claudian. quart. Conf. Hon. 263. In Perendinum, *Perendie, die sequenti crastinum.* Plaut. Trin. . . . Cic. pro Cluent. 152 Nec nunc quidquam agitur, mihi credite Iudices, et prospicite id, quod prouidendum est, nisi ut Equester ordo in huiusce legis Periculum includatur. Plin. Epist. 3, 9 *sub fin.* Hic numerosissimae causae terminus fuit, quibus absolutis, pluribus damnatis, atque etiam relegatis, aliis in tempus, aliis in Perpetuum. Cic. Verr. 1, 77 Idcirco tibi amicum in Perpetuum fore putasti? Idem Att. 12, 16 Apud Apuleium (quoniam in Perpetuum non placet) in dies ut excuser, videbis. In Pilam Scribon. 255. *pro, in pila.* Plin. 12, 16 In Plenum autem probatio est minutis glebis etc. *i. Plena et absoluta probatio.* In plenum, *pro Plene, omnino, perfecte* Caius in l. Neratius D. de condict. indebiti. In Plumam instar Plumae significat Seruio auctore, in illo Aen. 11, 770 Quem pellis ahenis in Plumam squamis auro conferta tegebat. *Vid. In Antrum.* Claudian. in Ruffin. 1, 313 Et qui cornipedes in Pocula vulnerat audax Maslagetes. *i. bibendi sanguinis causa venam equis aperit.* Et de Raptu Prof. 3, 26 Totae fremere in pocula ripae. *i. potum praeberent.* Cic. Fam. 9, 6 His tempestatibus es prope solus in Portu. Idem de Amicit. 23 Quumque plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum praestat omnibus, quod bona spe praelucet in Posterum. Cic. de N. D. 2, 7 Defectiones Solis et Lunae cognitae, praedicataeque in omne Posterum tempus, quae, quanta, quando futurae sint. Idem ad Brut. 15 Ut et in Praesens sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem, et in Posterum documentum statuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari. Cic. in Catil. 1, 22 Quanta tempestas inuidiae nobis, si minus in Praesens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat! Idem Fam. 5, 4 Quod si mihi tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua Potestate tibi confirmo. Cic. pro L. Manil. 33 c. 12 In praedonum Potestatem fuisse sciatis. *Al. In Potestate.* Quae ne in Potestatem quidem P. R. esset Liu. 2, 14. Adde Plaut. Bacch. 1, 2, 53 Ecquid in mentem est tibi? *Vid. Gell. 1, 7. Aufon. Popp. de Vsu antiq. locut. Gifan. Ind. Lucret. Huet. ad Manil. 1, 245. Taubm. ad Plaut. Amphit. 1, 1, 25. Gronou. ad Liu. 2, 14. Burman. ad Quinctil. 6, 2. Brouckh. ad Propert. 2, 7, 50. Ter. Heaut. 2, 3, 82 Tuum esse in Potiundo periculum non vis. b. e. Ut ea potiarius.* Claudian. Eidyll. 2 de hystrice, Stat corpore toto Silua minax, iaculisque rigens in Praelia crescit Picturata Seges. *i. aculei, quibus uti possit in pugna.* In Praesentia, *Nunc temporis.* Ter. Phorm. 5, 2, 14 Prouisum est, ne in Praesentia haec hinc abeat. Idem Adel. 2, 2, 14 Verum ego nunquam adeo astutus fui, quin quidquid possem mallet auferre potius in Praesentia. Cic. de Fin. 5, 21 Sed quoniam non possunt omnia simul dici, haec in Praesentia nota esse debent. Huc cum venisset, et in Praesentia rex abesset Nep. 2, 8, 4. Id quod

in Praesentia vestimentorum fuit, arripuit Nep. 7, 4, 5. *Add. Caes. B. C. 1, 6 et 30. Cels. 4, 3 etc. Opponentur. Cic. Verr. 5, 84*
 In Praesentia, inquit Cleomenes, quoniam ita necesse est: sed post aliquid videbimus, ne iste nobis obstare possit. *Plin. in Paneg.*
 5 35 Quos quidem non in Praesens tantum, sed in aeternum repressisti. *Gell. 12, 11* Quum emere vellet in palatio domum, et pecuniam in Praesens non haberet. *In Praesens laetus animis Hor. Carm. 2, 16, 25. Vid. In Posterum. Conf. Tac. Hist. 2, 70, 3. Cic. Fam. 2, 9 (10)* Haec ad te in Praesenti scripsi, vt speres, te assequi id quod optas. *Inimici quiescendum in Praesenti decreuerunt Nep. 7, 4, 2. Quod in Praesenti difficile fuit iudicare Nep. 25, 12, 5. Conf. IMPRAESENTIARVM. In Praeteritum laudare Quinctil. 7, 5. In Pretio esse Hor. de Arte Poët. 372. In Primis: Ante omnes, vel Ante omnia, vel Vnum ex primis. Ter. Eun. 3, 1, 39 Audieras? G. 15 saepe, et fertur in Primis. Cic. Verr. 3, 68 c. 27 Homini in Primis improbissimo respondent. Idem Fam. 16, 5 Omnes cupimus, ego in Primis, quamprimum te videre. Quem in Primis amamus carumque habemus Cic. Fam. 1, 7 extr. Conf. Idem Off. 2 c. 14. In Primis omnium Persarum et manu fortis et consilii plenus Nep. 4, 20 1, 2. In Primisque pro simplici, quemadmodum hodieque, Cic. de N. D. 1 c. 1 extr. Virg. Georg. 1, 338 In Primis, venerare deos. Cic. Fam. 1, 7 Quem tamen illi esse in Principibus facile sunt passi, euolare altius certe noluerunt. Ter. Phorm. 1, 5, 22 Sed quid cessas hominem adire, et blande in Principio alloqui? Liu. 39, 18 25 Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant: vt ipsi in Priuato animaduertent in eas: si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico animaduertebatur. Ter. Phorm. 5, 4, 6 Quin si hoc celetur, in metu: sin pateat, in Probro siem. Lucret. 2, 454 Et procurfus item in Procliue volubilis exstat. Ter. 30 Andr. 4, 2, 18 Sed si id non poterit: id faciam, in Procliui quod est, per me stetisse vt credat. In Promiscuo iam esse dictaturam Liu. 7, 17. Quid. Remed. Amor. 162 In Promptu causa est, desidiosus erat. i. Manifesta est, et patet. Cic. de Orat. 1, 23 Sed quum illa pateant, in Promptuque sint omnibus, neque ea interpretatione mea aut 35 ornatius explicari, aut planius exprimi possint, etc. Liu. 5, 13. Idem 24, 16 extr. Apparata conuiuia omnibus in Propatulo aedium fuerant. In Propinquo iam certamen erat Liu. 6, 18. Ter. Heaut. 1, 1, 2 Inde adeo quod agrum in Proximo hic mercatus es. In Proximum Senatum differre Plin. Epist. 2, 11. In Publico omnes 40 porticus commensi sunt Plaut. Most. 3, 3, 7. In Publico pernoctare, vid. PERNOCTO. Contraria: Liu. 25, 1 Nec iam in secreto modo atque intra parietes ac postes contemnebantur Romani ritus, sed in Publico etiam ac foro, Capitolioque mulierum turba erat, nec sacrificantium, etc. Cic. de L. Agrar. 2, 13 Aliquando tandem me designato lex in Publicum proponitur. In Publicum, 45 auxilium polliceri Quinctil. 10, 7. Liu. 2, 5 pr. De bonis regni, quae reddenda ante censuerant, res integra refertur ad Patres. Illi victi ira vetuere reddi, vetuere in Publicum (intell. aerarium) redigi: diripienda plebi sunt data, vt, etc. Suet. in Neron. c. 30 Qua- 50 dragenis in Punctum H-S. alcam ludit. Vid. In Militem. Liu. 7, 25 Adeo in Quae laboramus sola creuimus, diuitias, luxuriamque. i. in ea, quibus laboramus. In Quantum quaeque secuta est Ouid. Met. 11, 71. vid. Burm. ad Rutil. 1, 46. et inf. In Tantum. In Quantum opus est Tacit. de Orator. 41. Cic. Att. 10, 11 Quid enim 55 dicam de hac iuuentute? ea vero, quae mihi quidem, qui illum amo, sunt his ipsis malis, in Quis sumus, miseriora, non sunt ab obsequio nostro. Plaut. Men. 4, 2, 15 Mens in Querelis est. In Quinquennio, vid. In Triduo. Quid est, vbi elucere possit prudentia? — Nimirum illud, in Quo ea, quae dicuntur a testibus Cic. pro 60 Font. 13 c. 6. Cic. Att. 1, 11 Et mea sponte faciebam antea, et post duabus epistolis tuis perdiligenter in eandem Rationem scriptis, magnopere sum commotus. Cic. pro L. Agr. 1, 13 Deinde etiam in Reliquum tempus diligentissime sancit, vt, etc. Plin. 8, 16 Gustatus deinde sanguinis in Remedio est. In Rem praesentem venitur, in controuersis interdum, vel testandae rei causa, vel conuentio- 65 nis tentandae. Cic. de Orat. 1, 250 c. 58 An vero si de Re ipsa, si de finibus, quum in Rem praesentem non venimus. Idem pro Caecin. 20 Placuit Caecinnae de amicorum sententia constituere, quo die in Rem praesentem veniretur. Sen. Epist. 6 In Rem praesentem venias oportet, quia homines amplius oculis quam auribus 70 credunt. Et Epist. 100 Quid opus est verbis? In Rem praesentem eamus. Plin. Epist. 3, 9 Non potui te magis in Rem praesentem perducere. i. Non potui planius omnia, vt acta sunt, scribere, vt perinde omnia teneres, atque si in re praesenti fuisses. Quinctil. 6, 2 de 75 affectibus, Quarum rerum ingens plerumque vis est, velut in Rem praesentem animos hominum ducentium. In Rem praesentem excurrere Plin. Epist. 10, 24. In Re praesenti disceptare Liu. 34 extr. Qui inter Carthaginenses et regem in Re praesenti disceptarent. Plaut. Casin. 2, 8, 63 In Re praesenti, ex copia piscaria consulere licebit 80 quid emam. Idem Amph. 1, 1, 93 Nam ego fui illic in Re praesenti, et meus, quum pugnatum est, pater. i. Praesens aderam. Quinctil. 6, 3 Occisum hominem queror, non omnia quae in Re praesenti accidisse credibile est, in oculis habebis? Add. Liu. 34, 62. Quinctil. 7, 11 Illa potentissima est, quaeque vere dicitur oeconomica 85 totius causae dispositio, quae constitui nisi velut in Re praesenti non potest. Nihil aliud est in Re, nisi vt omnia adipiscamur Liu. 10, 8. Quid est in Re aliud Idem 4, 4 extr. Immo aliud est in Re Sen. Ep. 2 p. 1:6 extr. Studere in Re aliqua Gell. 11, 3. i. rei. 90 Ter. Hec. 5, 2, 11 Phidippe nostras mulieres suspectas fuisse falso nobis, in Re ipsa inuenimus. In eam Rem si quid habebis, tibi quoque etiam proderit Plaut. Truc. 4, 4, 22 Si eo nomine aliquid lucri fecero. Tacit. Hist. 3, 8 Coloniae copiis validam auferre Vitellio, in Rem famamque videbatur. In Rem nostram est: i. In nostram utilitatem Plaut. Perf. 4, 4, 58. Ter. Andr. 3, 3, 14 Si in 95 Rem est vtrique, vt fiant: accersi iube. Idem Hec. 2, 2, 7 Quod si tu idem faceres, magis in Rem et nostram et vestram id esset. Plaut. Perf. 3, 1, 14 Vtrum hercle magis in ventris Rem videbitur. h. e. Pro saginando ventre. In Rem iurare, idem fere, quod de Re. Vlpian. in l. 1 D. Quar. rer. act. non dat. Si fideiussor iurauit, si quidem de persona sua tantum iurauit, quasi non esset ipse obligatus: 100 nihil reo proderit. Si vero in Reiu iurauerit, dabitur exceptio reo quoque. In Rem concepta actio, vel scripta, Quae licet natura sit in personam, cum actione tamen in rem hoc habet commune, vt contra quemcunque, ad quem res, de qua fit quaestio, venerit, detur. Vlpianus in l. Hac stipulatione D. Vsufructuarius quemadmodum caueat, 105 Et*

Et quum in Rem sit doli mali mentio concepta, omnium dolum comprehendere videtur successorum et adoptiui patris. Vlpian. in l. Metum §. fin. D. de eo, quod metus causa gestum erit, Sed est verius, quod Marcellus notat, etiam aduersus reum competere actionem hanc, quum in Rem sit scripta. Cic. de Amicit. 24 Agrigentinum doctum quendam virum carminibus Graecis vaticinatum ferunt, quae in Rerum natura, totoque mundo constarent, quaeque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Sen. de Benef. 4, 32 In illius (proau) respectum iste populo praefideat: non quia scit aut potest, sed quia alius pro eo meruit. Plaut. Poen. 5, 4, 10 Neque ab iuuentute ibi in Ridiculo habitae. Idem Casin. 5, 2, 3 Ita nunc pudeo, atque ita nunc pauco, atque ita in Ridiculo sumus ambo. Plaut. Trin. 3, 2, 96 In Saginam herus se coniecit meus: credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore, et capturum spolia. In Salute alicuius saluere Plaut. Truc. 2, 2, 5 laudatur. Sed ibi ita legitur, Aegrotare malim, quam esse tua Salute sanior. Plaut. Mil. 3, 1, 29 Eam me pudet tibi in Senecta obicere sollicitudinem, i. tibi seni. Idem Casin. Prol. 13 Antiquam eius edimus comoediam, quam vos probastis, qui estis in senioribus. Cic. Att. 2, 22 Haec et in eam Sententiam quum multa dixisset, aiebat illum, etc. Idem Fam. 16, 3 Approbauit tuum consilium, neque nunc muto, si tu in eadem es Sententia. Plaut. Poen. 5, 5, 54 In Seruitute hic habuit duas filias tuas. Suet. in August. c. 16 Nec multo post nauali praelio apud Actium vicit, in Serum dimicatione protracta, vt in nauis victor pernoctauerit. In Singula iugera centenos sextarios efficiant Columel. 2, 3, 3. Liu. . . . Mulcta quinquagenum aeris in Singulas ciuitates imposita. Vid. In Militem. Plaut. Epid. 1, 1, 35 Id modo vendendum, vt materies suppetat scutariis, si in Singulis stipendiis ad hostes exuias dabit. In Singulos H-s. quinquagenis millibus damnari mauultis? Cic. Verr. 3, 163. Idem Diu. Verr. 30 Pro frumento in modios Singulos duodenos sestertios exegisse. Plaut. Perf. 4, 4, 12 Tu in illis es decem Sodalibus, te in exilium ire hinc oportet. Plaut. Amph. 2, 2, 13 Et domum laudis compos reuenit, in Solatio est. In Solutum accipere, i. Vice Solutionis. Ita saepe Icti veteres, it. Sen. de Benef. . . . Idem Ep. 8 extr. Id in Solutum non imputo, de tuo tibi. Columel. 9, 13 Quum clementia diei suaferit in Solem proferre. In Sole pira ponere donec arefiant Columel. 12, 14. Plaut. Amph. 2, 1, 74 Ibi forte istum si vidisses quendam in Somnis Sofiam. Virg. Aen. 2, 270 In Somnis ecce ante oculos moestissimus Hector Visus adesse mihi. Et Ter. Andr. 2, 5, 19. Liu. 30, 16 extr. Ducentes paucos in Speciem captiuos. Liu. 3, 9 extr. Dilataque in Speciem actione, re ipsa sublata, Consules extemplo acerfisi. In Speciem praeclara classis, sed inops et infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum Cic. Verr. 5, 85. In Speciem manens amicitia Tacit. Hist. 6, 80. 45 Sed Claudian. de B. Gild. 507 Humanae in Speciem plantae se magna figurat Insula, Sardoam veteres dixere coloni. Liu. 2, 11 Multoque plures, vt in Spem vniuersae praedae, flumen traiciunt. Cic. Fam. 9, 1 In Spem tamen venio aduentum tuum appropinquare. Liu. 35, 12 pr. Ii post deportatos ex Graecia exercitus, primo in Spe fuerant, et Antiochum in vacuam Europae possessionem venturum, etc. In pugnae Studio quod dedita mens est Lucret. 3, 647. Patere. 2, 59 Apolloniam eum in Studia miserat, b. e. Ad incumbendum studio literario. Plin. Epist. 5, 1 In summa, non profuturum ei, si donassem, profuturum si cessissem. Idem Epist. 6, 8 In summa, nostri facetas hominis. Cic. Q. Frat. 2, 16 In summa, quatuor Sententiis, etc. Conf. Lucret. 3, 83. Plin. Ep. 1, 22. et 3, 4. Cic. Verr. 3, 115 Hoc vix ab Apronio in Summo beneficio, pro iis, qui etiam tum incolumes erant, impetratum est. Cic. Q. Frat. 3, 9 Et in omni Summa, vt mones, valde me ad otium pacemue conuerto. In Summum euadere Liu. 5, 47 pr. In Superfitione est inanis timor Deorum Cic. de N. D. 1 c. 42. In Superuacuum Sen. de Ira i. Frustra. In Suspenso relinquere Plin. Epist. 248. . . . In Tantum: Plin. 8, 16 Et male credi libertas ei, cui in Tantum cessisset etiam feritas. In Tantum spe tollet auos Virg. Aen. 6, 876. Plin. in Paneg. ad finem, Si denique in Tantum diligo optimum principem, in quantum inuisus pessimo fui. Vir in Tantum laudandus, in quantum intelligi virtus potest Vell. 1, 9, 3. Quem in quantum quisque aut cognoscere aut intelligere potuit, in Tantum miratur ac diligit Id. 2, 114, 5. Conf. Id. 2, 43, 4. Manil. 3, 299. Plin. 10, 53 Aliquae in Tantum, vt effoetae moriantur. Conf. Sen. Qu. Nat. 3, 24. Colum. 1, 8. Cellar. Cur. Post. p. 413. Borrich. Vind. p. 117. Cic. de Amicit. 9 Nam haec quidem in Talibus viris quid attinet dicere? Plaut. Trin. 1, 2, 66 Haec cum audio in Te dici, excrucior miser. In Tempore aduenire, i. Opportune Plaut. Capt. 4, 2, 56. Liu. 4, 40 Aut in Tempore pugnam inisse. Add. Ter. Andr. 4, 5, 19. Idem Andr. 3, 2, 52 Atque adeo in ipso Tempore eccum ipsum obuiam Chremetem. Idem Hec. 4, 4, 5 Opportune de Phidippo in ipso Tempore ostendis. Plin. Epist. 35 Mox quasi alio die studebat in coenae Tempus. Liu. Epit. 100 Liberae in id Tempus insulae. Et 44, 2 Itaque in id Tempus, quo — deliberatio eius rei differtur. Inuhere etiam in Tempore hiberno commeatus Suet. Claud. c. 18. Hoc Tempore in anni Auien. Arat. v. 403. Cic. Att. 2, 20 Nam et eiusmodi sunt ii versus, vt in Tempus ab inimico Pompeii scripti esse videantur. Cic. Fam. 5, 15 Dicerem iucundius? nisi id verbum in omne Tempus perdidissem. In primis regina quietum Accipit in Teucros animum mentemque benignam Virg. Aen. 1, 307. Plin. Epist. 8, 23, 9 In tantis Tormentis eram, quum scriberem haec. Idem in Praef. Et ne in Totum videar Graecos insectari, ex illis nos velim, etc. Conf. Manil. 1, 421 et 779. Quinctil. 4, 1 de prooemio, Aristoteles quidem in Totum id necessarium apud iudices negat. Ter. Eun. 5, 9, 8 Tum autem Phaedriae meo fratri gaudeo amorem esse omnem in Tranquillo. Plin. 3, 5 Nec ignoro ingrati ac segnisi animi existimari posse merito, si breuiter atque in Transcursu in hunc modum dicatur terra. Quinctil. 6, 2 Et eorum non simplex natura, nec in Transitu tractanda. In Triduo hoc Plaut. Perf. 1, 1, 38. Plin. 9, 51 Caeterae feminae in Triduo excludunt, si mas attigit. Ita Cic. Verr. 2, 142 Non opinor id ages, vt ista pecunia in Quinquennio consumatur in statuis. Caes. B. G. 6, 20 Intra annum vero vicesimum feminae notitiam habuisse, in Turpissimis habent rebus. In Tunicis albis duo venerunt Plin. Epist. 7, 27, 13. i. Tunicis albis induti. Plaut. Asin. 4, 1, 49 Ne sic tussiat, vt cuiquam linguam in Tussiendo proferat. In Tuto res est Plaut. Merc. 5, 2, 50. Ter. Haut. 4, 3, 17 Nam amici quoque res est videnda in Tuto vt colloce-

- tur. In Tutum eduxit legiones Plaut. Most. 5, 1, 7. Cic. Verr. 3, 28 Quærebant quæ in Verba recuperatores daret : respondebat, si pateret aduersus edictum fecisse, quæ in iudicio dicturum esse dicebat. In Veritate, pro Vere. Vlpian. in l. Haeres institutus D. de acquir. hereditate, Non poterit adire hereditatem, etsi eius conditionis sit, vt in Veritate testari poterit. Idem in l. Quæ utiliter D. de negotiis gestis, Quamuis animo gerendi sororis negotia id fecit : in Veritate tamen filiorum defuncti gessit. Vlpian. in lege Qui cum tut. §. vlt. D. de transact. Qui per fallaciam cohaereditis, ignorans vniuersa quæ in Vero erant. Plaut. Most. 3, 2, 21 Parata res mala est in Versperum huic seni. In Vestimentum addere album Liu. 4, 25 extr. i. vestimento. Plaut. Men. 2, 3, 75 Ne vxor cognoscat te habere, si in Via conspexerit. Plin. 11, 37 Sed exemta modice non sunt letalia, in Vicem eorum succedente corporea cicatrice. In Vicino sunt terræ Plin. 2, 16. In Viros diuidere : b. e. In singulos viros, vel viritum Plaut. Aul. 1, 2, 30. Patern. 2, 41 C. Caesar semper et somno et cibo in Vitam, non in voluptatem utebatur. In Vnguem, vid. VNGVIS. Terra etsi aliquando specie differt, in Vniuersum tamen aut siluis horrida, aut paludibus foeda Tac. Germ. 5, 1. Has fere sedes accepimus probationum in Vniuersum : quas neque generatim tradere sat est, neque per singulas species exsequi patitur natura rerum Quinctil. 5, 10, 100. Idem 10, 1, 42 Verum ante quam de singulis loquar, pauca in Vniuersum de varietate opinionum dicenda sunt. In Vniuersum aestimans Tac. Germ. 6, 6. Plin. 10, 24 Ea demum sola auium non nisi in Volatu pascitur. de birundine. Liu. 3, 43 extr. Sepultus ingenti militum moestitia, pessima decemuirorum in Vulgus fama est. Cic. Att. 2, 22 Quod egregie non modo iis, qui vtuntur opera, sed etiam in Vulgus gratum esse sentimus. b. e. Vulgo gratum. ¶ 2 Definitionibus seruit s. vt loquuntur Philosophi, relationem inter definitum et definitionem indicat. Cic. Offic. 1, 130 c. 36 Cum pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas ; venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. Et de Nat. Deor. 1, 117 c. 42 Horum sententiae non modo superstitionem tollunt, in qua inest timor inanis deorum ; sed etiam religionem, quæ deorum cultu pio continetur. Quinctil. 1, 5 pr. Verborum duplex intellectus est, alter in quo vna est pars orationis, Lego, Scribo. Sic Vlpian. l. 3 D. de iurisdictione, Mixtum est imperium, cui etiam iurdictio inest, b. e. quod etiam Iurisdictione est. Idem Vlpian. l. 7 §. 10 De pactis Inest dolo fraus, b. e. Fraus idem est, quod dolo. Vid. Hamberger. Opusc. p. 288. Conf. INSVM. ¶ 3 Poni videtur In pro Ex : Bibere in ossibus capitum Flor. 3, 4, 2. In ossibus humanorum capitum bibere Plin. 7, 2. Venenum in auro bibitur Senec. Thyest. v. 453 In ossibus bibere item apud Ruf. Fest. et Marcellin. 27, 4. vid. Scheffer. et Gron. ad Phaedr. 1, 26, 3. Quot incommoda in hac re capies Ter. Heaut. 5, 1, 59. STATVAM IN AERE AVRATAM POSVERE Vet. Inscr. i. Ex aere, aeneam deauratam. Sic In pro Ad. In quinquaginta millium Centum Liu. 1, 43. Sed locus vexatus varietate lectionis et coniecturarum. Sed hoc referas In Tempus et similia. In, pro De : Cic. Fam. 7, 16 Deinde quod in Britannia non nimis philotheoron te praebuisti, plane non reprehendo. i. De Britannia ; Quantum ad Britanniam ; vel In expeditione et negotio Britanniae : neque enim Trebatius in insulam Britanniam nauigarat. id quod docet Cicero lib. eod. Epist. 10 his verbis, Tu in re militari multo es cautior, quam in aduocationibus : qui neque in Oceano natate volueris studiosissimus homo natandi, neque spectare esedarios. In Britannia igitur, i. Quod ad professionem in Britanniam pertinet. Ita Macrob. Saturn. 2, 2 Plancus in Menia Gallia nupta male audiebat. In pro Apud : Vid. Brouckb. ad Propert. 1, 1, 11. Pro Inter. In his fuit M. Opimius Caes. B. C. 3, 38. Add. Nep. 4, 2, 2. Plin. 2, 7 In his ponit pro inter haec. Ecce anus in mediis residens annosa puellis Ouid. Fast. 2, 571. Add. Seru. ad Virg. Aen. 8, 53 Posuere in montibus urbem. ¶ 4 Circumlocutionem variorum Casuum efficit : vt, Aeinulus in aliquem, Similis in aliquem. Vid. Gruter. Suspici. 1, 11. Addere album in vestimentum Liu. 4, 25. Adeo videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis Ter. Andr. 4, 5, 19. Ne in me mutassis nomen Plaut. Aul. 3, 4 extr. i. mihi. Non tuus leuis in mala Deditus vir adultera Catull. Epithal. Mall. 102. In Patre facient, quidquid in patruo docet Sen. Thyest. 309. Conf. Burm. ad Quinctil. Decl. 15, 6. In armis, hasta, toga pro armatus etc. Vid. Drakenb. ad Sil. 2, 32. Brouckb. ad Tib. 1, 9, 70. et Prop. 4, 11, 68. Res est in angusto, expedito, integro, turbido, tuto : vid. Gronou. ad Liu. 3, 10 extr. In facili, difficili, pro facile, difficulter Bynkersh. Obsf. 1, 25 p. 105. Vid. in Aequo, Ambiguo, Angusto etc. In, cum motu, Accusatiuum poscit. Non desunt tamen exempla contrariae locutionis. Vid. Vossium de Construct. c. 56. Phaedr. 5, 1, 25 Quinam cinaedus ille in conspectu meo Audet venire ? Manil. 5, 390 Quin venit in regione tuae, Capricorne, figurae. Lactant. 1, 11 Aureos numos largiter in sinu eius effudit. Vicissim apud Tacit. Hist. 1, 77 In custodiam habere. Vid. In Ollam, In Potestatem. Multa ex eo genere damus in Indice Scriptorum rei rusticae h. v. ¶ 5 In, componitur cum omnibus literis, tam Vocalibus, quam Consonantibus, sed quando Vocalibus iungitur, vel C, D, F, G, H, N, Q, S, T, semper remanet N. vt, Inauris, Ineo, Iniicio, Inops, Inuoco, Incedo, Induco, Infero, Ingero, Inhibeo, Innuo, Inquiro, Insisto, Intueor. Quando vero cum B, M, et P, mutatur N in M : vt Imbibo, Immunis, Impono. Cum L, et R, mutatur N in L, vel in R : vt Illudo, Irruo. Haec analogia est a Graecis accepta, et infinitis stabilita exemplis. Quæ contraria huic adferuntur consuetudini, ingeniis paucorum videntur deberi. Sed tamen forte haec ratio illam, quam nos potiore putamus euincet, postquam splendidis Liuii, Virgiliti etc. editionibus velut dedicata est. ¶ 6 In, in compositione et auget et minuit significationem. Ita Infractus, Infucatus, Immutatus, etc. quæ utramque vim habent. Aliquando in compositis Intus notat : vt, Incoenare, Impasci, Indormire, Inmubere. ¶ 7 Pro IN veteres dixere non modo ENDO, de quo suo loco, sed INDO vel INDV etiam. Licet enim Merula in Ennio, et in Lucretio Gifanius (vid. Collectan. v. ENDO) librariis totum hoc tribuant, et ENDO in utroque reuocent, ubi INDO legitur : tamen Vossio potius assentiar, qui antiquam etiam hanc rationem esse, tuetur. Et sane non potuisset Gellius et Optilius Inducias deriuare ita, vt s. l. ostendimus, nisi Indo esse antiquum putassent ; et Indoles atque Indulgeo et Indipiscor, et Indigeo, et Indigena se clamant ex Indu orta esse, ne de Induperatore dicamus, quem illi semper Endoperatorem volunt.

INA, ae. f. [*iv*] *Idem fere quod vena, a quo solo forte spiritu et pronuntiatione differt.* Festus, *Ilia dicta ab ina, quae pars chartae est tenuissima.* Vnde etiam voce EXILES legendum vidit Scaliger, Exiles — a subtilitate inarum, quas Graeci in chartis ita appellant; pro venarum. *Quidquid sit de etymologia, hoc manet, inam esse tenuem in charta e papyro Aegyptia fibrillam, de qua Plin. 13, 12 l. 25 Deprehenditur et lentigo oculis, sed inserta mediis glutinantibus ina e iunco papyri bibulo, vix nisi litera fundente se.* Sic nempe legendum putamus cum Salmasio ad Vopisci Firmum c. 3 p. 708 Hack. pro Vulg. taenia fungo papyri bibula. Marcell. Empir. c. 31 Ad vlcera in ano facta chartae combustae, seu inarum eius Drach. 1. Hinc Scal. etiam apud Varronem R. R. 3, 9, 11 ex vestigiis MSS. legit, Qui (oua an plena sint ut intelligant) concutiant, errare, quod inas vitales confundant pro Vulg. quod in eis vitales venas confundant.

INEA, ae. f. Ab Ina, quam modo declarauimus, deriuat hoc nomen Salmas. ad Solin. p. 278, bC. et interpretatur fullonis instrumentum illud spinis confectum, (ut hodie fere carduis, quamquam etiam ferreis vncinulis densas tabulas habent) quo inae in vestibus erigebantur, ut pexa mollities in his surgeret. Incae quoque ferreae, quibus linum pectebatur, atque in multas veluti tenues inas discriminabatur. Fundus est Plin. 27, 10 Hippophacstion nascitur in spinis, ex quibus fiunt aeneae fulloniae. Aeneae, ortum putat ex eneae, hoc autem ex incae. Et 19, 1 ubi de lini medulla, Et ipsa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur: pro hamis esse ait in MSS. aenis, unde facit ineis.

INABRVTVS, a, um. Adi. [*ἀβρύτης*] Quod abrumpi non potest. Stat. Silu. 5, 1, 44 Nec mirum, si vos collato pectore mistos Iunxit inabrupta Concordia longa catena.

INABSCONDIBILIS, e. Adi. ἀκρυπτον, inabscondibile Gloss.

INABSCONSVS, a, um. Adi. Interpr. Iren. 1.

INABSOLVTVS, a, um. Adi. Initia rerum esse tria arbitrabatur Plato, deum, et materiam, rerumque formas, quas ideas idem vocat, inabsolutas, informes, nulla specie, nec qualitatis significatione distinctas Apul. de Doctr. Plat. 1 post pr.

INACCENSVS, a, um. Adi. Inaccensi flagrant altaribus ignes Sil. 1, 96. vid. Drakenb. Pectus inaccensum Veneri Claud. de Raptu Prof. 1, 225. utrumque est ex restitutione Heinsf.

INACCESSIBILIS, e. Adi. Vulgat. 1 Tim. 6, 16. Tertull. adu. Prax. c. 15. ἀπρόσιτος Gloss. Gr. Lat.

INACCESSVS, a, um. Adi. [*ἀπρόσιτος*] Ad quem non acceditur, vel accedi non potest. Plin. 10, 12 Deserta incolit: nec tantum desolata, sed dira etiam et inaccessa. Sil. 3, 516 Rumpit inaccessos aditus, atque ardua primis Exsuperat. De Hannibale superante Alpes. Add. Prudent. Apoth. v. 535. Formositas Apul. Met. 4 p. 155. i. incomparabilis. Mapalia Tacit. Hist. 4, 50. Vertex Idem Germ. 1.

INACCESSVS, a, um. Adi. [*ἀπρόσιτος*] Ad quem nullus debeat accedere: Virg. Aen. 7, 11 Diues inaccessos vbi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu. Seruius.

INACCVSABILIS, e. Adi. ἀνεγκλητος, ἀκατηγόρητος Gloss. Lat. Graec.

INACCVSATVS, a, um. Adi. Inaccusati et impuniti Tertull. Apol. c. 49.

INACCRESCO, ēre. Vulgo legitur apud Tertull. contra Gnost. c. 1. ubi Rigalt. inaccrescit.

INACERBO, āre. ἀνοποιῶ Gloss. Gr. Lat.

INACESCO, ēre. Aciditatem amittere. T. Priscian. 2, 29 Phlegmate inacescunt cibi. Adde Plin. 28, 9. et Scribon. Larg. Comp. 104 pro Acescit. Item, Dolorem afferre. Ouid. de Rem. Amor. 307 Haec tibi per totos inacefcant omnia sensus. Apul. Met. 5 p. 163 Si tibi etiam, vt par est, inacuit nostra contumelia.

INACIDATVS, a, um. Adi. Aceto tinctus. Apul. Met. 8 p. 210, 7 Spongiis inacidatis vel inacedatis legunt quidam, vbi madidatis dedit Elmenb.

INACHIA, ae. f. Puellae nomen adamatae ab Horatio, cuius ipse meminit. Epod. 11, 8 Hic tertius December, ex quo destiti Inachia furere, siluis honorem decuit. Et Ode sequente v. 14 Inachia langues minus ac me. Inachus Adiectiuum, unde hoc etiam nomen tractum est, damus sub INACHVS.

INACHVS, i. m. [*Ἰναχος*] Pater Ionis vel Ius, qui primus apud Argiuos regnavit, et Inacho fluuio nomen dedit: unde et Poetae fluuium ipsum Ius patrem vocant, et regem faciunt Argiuorum, de quo Strabo 8. De Inacho rege meminit Hor. Carm. 2, 3, 21 Diuesne prisco natus ab Inacho, etc. Antiquus Sen. Thyest. f. 4. Volucer Sen. Herc. Oct. 139. Fabula est apud Ouid. Met. 1, 583. et apud Virg. Aen. 7, 372.

INACHIDES, ae. m. Patronym. [*Ἰναχίδης*] Ouid. Met. 1, 753 Non tulit Inachides. De Epapho, qui ex Ioue vel Ifide natus erat. Stat. pro gentili posuit Theb. 3, 365 Trepidum de sedibus astant Inachidae. i. Argiui.

INACHIS, idis. f. Patronym. [*Ἰναχίς*] Propert. 1, 3, 19 Sed sic intentis haerebam fixus ocellis, Argus, vt ignotis cornibus Inachidis. i. Ius, filiae Inachi. Ouid. Met. 1, 611 — Inque nitentem Inachidos vultus mutauerat ille iuuenecam. Sed Ouid. Met. 1, 640 Venit et ad patrias, vbi ludere saepe solebat Inachidas ripas. Posuit pro gentili Inachias ripas.

INACHIVS, a, um. Adi. [*Ἰναχίος*] Virg. Georg. 3, 153 Inachiae Iuno pestem meditata iuuencae. Vrbes Stat. Theb. 1, 324. Litus Ouid. Fast. 5, 656.

INACRESCO, ēre. Nausea nominis inacrescit Tertull. adu. Gnost. c. 1. conf. not. Rigalt.

INACTVS, etc. vid. INAGO.

INADIBILIS, e. Adi. Apud Sidon. Apollinar. Ep. 2, 2. i. Inaccessus.

INADSIGNATVS, a, um. Adi. Superfuit inadsignatus ager Agg. Urb. p. 70 Goef.

INADVERSVM non est composita vox. Quare exempla sub IN retulimus.

INADVLABILIS, e. Adi. [*ἀπολάκευτος*] Non obnoxius adulationi. Gell. 14, 4 Ex imaginis autem istius significatione intelligi voluit iudicem, qui iustitiae antistes est, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, etc.

INADVSTVS, a, um. Adi. Iungis et acripedes industo corpore tauros Ouid. Heroid. 12, 93. nihil nocentibus corpori tuo flammis, quas spirant illi tauri. Conf. Prudent. Apoth. v. 131.

INAEDIFICO, āre. [*ἀνοικοδομῶ*] Aedificando obstruere, vel in

- aliquo loco aedificare.* Liu. 44, 45 Nec clausae modo portae, sed etiam inaedificatae erant. Caes. B. C. 1, 27 Portas obstruit, vicos, plateasque inaedificat, fossas transversas viis perducit. Idem B. C. 2, 16 Inaedificata in muris ab exercitu moenia. Patiens laboris, quantumcumque imponere illi auunculus et, ut ita dicam, inaedificare voluisset, laturus Sen. ad Marciam c. 2. Columel. 6, 37, 10 Duo parietes aduerso cliuulo inaedificati. Scaeuola in l. ult. D. de pign. action. Quum eum locum inaedificare vellet. Inaedificata et immolata aedificia Liu. 39, 44. Pro Simul aedificare et construere.
- 10 Plin. 10, 3 Inaedificatur nido lapis aërites, quem aliqui dixere gagatem. b. e. In nido aedificatur. Ad illam primam obstruendi significationem pertinet. Cic. de Arusp. Resp. 32 c. 15 A Sexto Serrano sanctissima facella suffossa, incensa, inaedificata, oppressa, summa denique turpitudine esse foedata nescimus?
- 15 **INAE DIFICATIO**, ōnis. f. Plaut. Mil. 2, 2, 55 Ecce autem aedificat: columnam mento suffulsi suo. Apage: non placet profecto mihi illa inaedificatio.
- INAEQVĀLIS**, e. Adi. [ἀνίσος, ἀνώμαλος] Non aequalis. Autumni inaequales Ouid. Met. 1, 117. quia Autumnus modo frigidus est, modo calidus: ideo morbosus. Loci Tacit. Agric. 36. Martial. 1, 56 Pinguis inaequales, onerat cui villica mensas. De tali mensa Ouid. Met. 8, 661 Mensae fed erat pes tertius impar: Testa parem fecit. Tonfor, Qui inaequaliter tondet Hor. Epist. 1, 1, 94. Compar. Plin. Epist. 9, 5 Nihil est ipsa aequalitate inaequalius. Superl.
- 25 Suet. Aug. c. 75 Inaequalissimarum rerum sortes.
- INAEQVO**, āre. [ἀνίσω] Complānare, adaequare. Caes. B. C. 1, 27 Fossas transversas viis perducit, atque ibi sudes, stipitesque praecatos defigit. Haec leuibus cratibus terraque inaequat. Sed Onus inaequatum Tibul. 4, 1, 43. i. Inaequale, non aequatum.
- 30 **INAEQVALĪTAS**, ātis. f. [ἀνισότης, ἀνωμαλιότης] Inaequalitas in vestitu dominatur, in sermone quoque Varro L. L. 7, 13 et 15. Chrysippus de inaequalitate scribit sermones Id. ib. 8, 1. Columel. 3, 12 Opus est inter has inaequalitates magno temperamento.
- INAEQVALĪTER**. Adu. [ἀνισως] Columel. de Arborib. c. 7 Et eodem ferro acuto plagam emendes, sicubi inaequaliter findi videbitur. Liu. 28, 20 pr. Clauos secum ferreos portantes, quos per inaequaliter eminentia rupis poterant, scandunt. Idem 37, 53 Inaequaliter alios deprimere, alios extollere. Vfus est Cels. 2, 6. Sen. Epist. 28. Tacit. Ann. 2, 16.
- 40 **INAEQVABILIS**, e. Adi. [ἀνώμαλος] Idem quod Inaequalis. Inaequalis locus campester Varro de R. R. 1, 6. Percussus venarum inaequalis, vid. PERCVTIO. Solum Liu. 35, 28. Varietate inaequali distinguere Cic. in Partit. c. 4.
- INAEQVABILĪTER**. Adu. [ἀνωμαλιως] Varro de R. R. 3, 9 Ob quam rem quae aut inaequaliter maturefcunt, aut consenescent.
- 45 **INAEQVABILĪTAS**, ātis. f. Arnob. 2 p. 81 Elementorum inaequalitas.
- INAESTIMABILIS**, e. Adi. [ἀτίμητος] Quod aestimari non potest. Liu. 35, 14 extr. Idem 29, 32 pr. Inaestimabile gaudium. Cic. de Fin. 3, 20 c. 6 Aestimabile esse dicitur (sic enim, ut opinor, appellamus) id quod aut ipsum secundum naturam sit, aut tale quid efficiat, ut selectione dignum propterea sit, quod aliquid pondus habeat dignum aestimatione, quam ille ἀξίαν vocat: contraque inaeestimabile, quod sit superiori contrarium.
- 55 **INAESTIMĀTVS**, a, um. Adi. Non aestimatus. Vlpian. in l. Plerumque D. de iur. dot. Quoties non aestimatae res in dotem dantur, et meliores et deteriores mulieri fiunt. Si praediis inaeestimatis aliquid accesserit, hoc ad compendium mulieris pertinet.
- INAESTVO**, āre. [ἐγκυμαινω] Hor. Epod. 11, 22 Quod si meis inaeftuet praecordiis Libera bilis, etc. Conf. Prudent. in Symmach. Praef. 1, 55.
- 60 **INAEFFECTĀTVS**, a, um. Adi. [ἀσπύδατος] Non affectatus. Quinctil. 11, 1 extr. Quia mire simplicitas illa et securitas inaeffectatae orationis tenues causas decet. Add. Id. 8, 3 extr. Plin. in Paneg. c. 67 pr. Inaeffectata veritas verborum. i. Naturalis et aperta. veritas enim fuco caret, et praetextu verborum. Quinctil. 10, 1 Quid ego commemorem Xenophontis illam iucunditatem inaeffectatam? Conf. Tertull. de Pall. c. 4.
- INAEFFECTVS**, a, um. Adi. Idem. Apul. Met. 2 p. 115, 24 Inaeffectam capillitium. Sed melius Pricocus Inaeffectatum.
- 70 **INAGGERĀTVS**, a, um. Adi. i. coaceruatus. Tellurem terere inaggeratam Sidon. Ep. 3, 12.
- INAGO**, ēre. Inagere in praiceps Apul. Met. 4 p. 148. Semen exteritur grege iumentorum inacto et ibi agitato perticis Varro R. R. 1, 22. Vid. INIGO.
- 75 **INAGITĀTVS**, a, um. Part. Non agitatus. Inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus Sen. Ep. 45.
- INAGITABILIS**, e. Adi. An existimas, aërem inertem inagitabilem relictum esse Sen. Qu. Nat. 5, 5.
- 80 **INALBESCO**, ēre. [εἰσλευκαίνωμαι] Album fieri. Cels. 2, 7 Venae sub lingua inalbescent. Idem 5, 28.
- INALBEO**, ēre. Idem quod Albus sum. Apul. Met. 7 pr. Dies inalbebat.
- INALBO**, āre. Act. Album facere. Apul. Met. 10 p. 248, 30 Cerei praecleara micantes luce nocturnas nobis tenebras inalbabant.
- 85 **INALGESCO**, ēre. [ἀργεῖν] Idem quod Algescere. Cels. 3, 3 Frigus voco, ubi extremae partes membrorum inalgescunt: horrorem, ubi totum corpus intremitt.
- INALIENĀTVS**, a, um. Adi. Incorruptus. Scribon. Larg. Compos. 214 Adicitur propolis inalienatae, sinceratae, et bonae felibra.
- 90 **INALPĪNI**, ōrum. m. [Ἐνάλπειος] Qui in Alpibus habitant. Plin. 3, 4 ad finem, Adiecit formulae Gaiba Imperator ex Inalpinis Auanticos atque Ebroduntios. Et c. 5, 10 Alpes Populique Inalpinii variis nominibus: sed maxime capillati. Vtitur et Cic. Fam. 11, 4. Suet. Aug. c. 21 Domuit Salassos gentes Inalpinas.
- INALTERO**, āre. Quas non diuisit, tacendo inalterauit Tertull. de Vel. Virg. c. 4. i. alteram in altera complexus est, sec. Iun.
- 95 **INALTO**, āre. Paullin. ad Cyther. 738 Quia qui superbos deprimat, humiles inaltat. Apul. in Trismeg. p. 85 Inaltata est caua mundi rotunditas in modum sphaerae.
- INAMABILIS**, e. Adi. [ἀμέριστος] Qui non potest amari, in quo nihil est propter quod ametur. Vid. Gell. 2, 6. et Macrobian. Saturn. 6, 7. Plaut. Bacch. 4, 3, 3 Incredibilis, impos animi, inamabilis, illepidus viuo. Plin. Epist. 9, 10 extr. Quamquam id genus operis

ris inamabile, inamoenum, magisque laboribus ruris, quam voluptatibus simile. Feritas Ouid. ex Pont. 1, 6, 5. Locus Idem Trist. 5, 7, 43. Regnum Ouid. Met. 14, 590. Nihil est inamabilius, quam diligens stultitia Sen. Contr. 20. Ridere inamabile Ouid. de Arte Am. 3, 289. *al.* Stridere.

INAMĀTVS, a, um. Part. *Non amatus.* Sil. 12, 527 Haud inamatus ager. Theodulf. 1, 543 Inamati tegmina busti.

INAMARESCO, ēre. [*ἠμαρσίνουμαι*] *Amarum fieri.* Hor. Serm. 2, 7, 107 Namque inamarescunt epulae sine fine petitae.

INAMBITIŌSVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 11, 766 Secretos montes et inambitiosa colebat Rura. *Ambitione carentia.*

INAMBŪLO, āre. [*ἠμπεριπατέω*] *Significat Spatiari, et spatia ambulando conficere.* Cic. de Orat. 1, 261 Neque is consistens in loco, sed inambulans, atque ascensu ingrediens arduo. Idem Att. 6, 2 Ante lucem inambulabam domi. Plaut. Afin. 3, 3, 92 Inambulandum est. Cic. Verr. 4, 32 Eo quum venio, Praetor quiescebat, fratres illi Cybiratae inambulabant. Cum aliquo in porticu inambulare Cic. de Orat. 2, 12. In viridi, opacaque ripa Idem de Legib. 1, 15. Per muros Liu. 23, 43. Nudis pedibus Afin. Pollio ad Cic. Fam. 10, 32.

INAMBVLATIO, ōnis. f. [*ἠμπεριπατήσις*] Cic. in Brut. 158 c. 43 Non multa iactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla inambulatio. Catull. 6, 11 — Tremulique quassa lecti Argutatio, inambulatioque. *Add.* Auct. ad Her. 3 c. 15. *Locus ubi inambulatur.* Plin. 14, 1 Vna vitis Romae in Liuiae porticibus subdiales inambulationes vmbrosis pergulis opacat.

INAMOENVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 10, 15 Persephonen adiit, inamoenaque regna tenentem. Feritas inamoena viae Stat. Silu. 2, 2, 33. *et* Theb. 1, 89.

INANIMĀLIS, e. Adi. *Inanimatus.* Macrob. Saturn. 4, 6 Est et ille locus ad permouendum pathos, in quo sermo dirigitur, vel ad inanimalia, vel ad muta. Apul. Trismeg. p. 88 Animalia omnia et inanimalia. Tertull. Apol. c. 48. *it.* adu. Hermog. c. 36 *et* 44.

INANĪMVVS, a, um. *et* INANĪMIS, e. Adi. [*ἄψυχος*] *Gloss. Gr. Lat.] Quod non habet animum, vel anima caret, et non vivit.* Cic. Off. 2, 11 Partim sunt inanima, vt aurum, argentum. Idem Verr. 5, 170 Tamen omnia muta atque inanima. Liu. 41, 18 Satiati caede animantium, quae inanima erant parietibus affligunt. *Sic recte restituit Drakenb. pro* affligunt. Tacit. Hist. 1, 84 Muta ista et inanima interciderere ac reparari. *Add.* 4, 69. Inanima caro Plin. 7, 15. Castimonia inanima Apul. Met. 11 p. 272. *Inter* Inanimatum et Animal *quid intersit, ostendit* Cic. Acad. 4, 37 c. 12 Deinde (inquit) quum inter inanimatum et animal hoc maxime intersit, quod inanimatum nihil agit, animal agit aliquid. Apul. Met. 1 p. 108 Inanimis et nudus. *Add.* Id. ib. 2 p. 125 *fin.*

INANĪMO, āre. Gruter. Inscript. Spur. p. 27, 3 Vrinantem inanimat. *i. recreat, animat.* Sed Sen. Epist. 58 Corpore omnia aut animantia esse aut inanimantia.

INANIMĀTVS, a, um. Adi. [*ἄψυχος*] *Idem quod Inanimus,* Cic. in Topic. c. 18 Animata inanimatis anteponantur. *Et de N. D.* 3, 40 c. 16. *Defendit hanc vocem Borrigh. contra Lambinum Vossiumque: Vid. Cogit. in Vossium p. 127. Defendit item Manutius et retinent Codd. melioris notae.*

INĀNIS, e. Adi. [*κενός, διάκενος*] *Vacuus, Frustraneus.* Plaut. Perf. 3, 1, 26 Non ego inimicitias omnes pluris aestimo, quam mensa inanis si nunc apponatur mihi. Inanis atque inops, Pauper Plaut. Bacch. 3, 4, 19. Cic. pro Cluent. 70 Quum domi suae miserissimus et inanissimus tantum numorum positum videret. *Add.* Plaut. Most. 3, 1, 40. Id. Plaut. Pseud. 1, 3, 74 Nihilne te mei miseret? B. inanis accedas? dicta non sonant: at ego te viuum, saluumque vellem. *Sic* Cic. Att. 14, 3 Inanes redierunt. Plaut. Amph. 1, 1, 174. Idem Afin. 3, 3, 70 Eho baiulabo: tu, vt decet dominum, ante me ito inanis. *Sine onere.* Inanem ex aliquo loco profugere Cic. Verr. 1, 37. Redire Idem Off. 3, 6 c. 2. Ager Cic. Verr. 3, 121 c. 52 *pr.* Animus Tacit. Hist. 4, 39. Artus Ouid. ad Liu. 132. Bella inania gerens Sil. 1, 69. *i. Simulacra pugnae.* Causas nequidquam necris inanes Virg. Aen. 9, 219. Cerae, *i. Sine melle* Virg. Georg. 4, 241. Cogitationes Cic. pro Milon. 95. Corpus Ouid. Epist. 15, 116. *i. mortuum.* *Sic* Cic. de Legg. 2, 45 c. 18 Tumetur ex inani corpore extractum haud satis castum donum Deo. Cic. Verr. 2, 177 Crimen huiusmodi nisi literis confirmetur, inane esse dicet? Cupiditatem inanium nec modus vllus, nec finis inueniri potest Idem de Fin. 1, 45. Curae Lucret. 3, 117. Decus Hor. Epod. 5, 7. Doli frangentur Virg. Georg. 4, 400. Domus, cui opponitur Exornata et instructa Cic. Verr. 2, 84. Elocutio inanis, ac paene puerilis Idem de Orat. 1, 20. Equus, Cui nemo infidet Cic. Verr. 2, 160. Favor Tacit. Hist. 2, 30. Galea, *Sine capite* Virg. Georg. 1, 496. *Et* Aen. 5, 673. Fletus Virg. Georg. 4, 375. Horrea Ouid. Trist. 1, 8, 9. Virg. Aen. 10, 758 Dii Iouis in tectis iram miserantur inanem. *Vbi* Seruius, Generaliter dicit omnem iram bellicam; ubi enim tam inanis iracundia est quam in bello, ubi vt pereamus irascimur? Laetitia tumefactus inani Propert. 3, 6, 3. Cic. Verr. 5, 95 Quem postea quam inanem Locum offenderunt, et Praetorem commouisse ex eo loco castra senserunt. Virg. Georg. 4, 105 Instabiles animos Ludo prohibebis inani. *i. Leui.* Metus Lucret. 3, 995. *i. Vanus.* Munus, Non profuturum: Virg. Aen. 6, 885 — Et fungar inani Munere. Seruius. Cic. Verr. 5, 103 Inanem te Nauem esse in Italiam deducturum. Nauigia Plin. Paneg. 31. *Add.* Nep. 7, 8, 6. Nomen Hor. Epist. 1, 17, 41. Nubila Virg. Georg. 4, 196. Operaui inanem fumere Hor. de Arte Poët. 443. Plin. 9, 31 Huic solertia est, inanium Ostrearum testis se condere. Virg. Aen. 1, 468 — Animum Pictura pascit inani. Promissum Ouid. Fast. 3, 685. Rotae, Sine pondere Seru. ad Virg. Georg. 3, 170. *Fortē etiam currus vacuus.* Quintil. 2, 15 Et verum robur inani sagina mentiantur. Simulacra Ouid. Met. 3, 668. Somnia Cic. de Diuin. 2, 127. Spe multum captus inani Virg. Aen. 11, 49. Spe inani et tenui consolari Cic. pro Rosc. Com. 43. Virg. Ecl. 2, 5 Ibi haec incondita solus Montibus et filuis Studio iactabat inani. *Studia inania,* et fluxa Tacit. Ann. 3, 50. Tempus Virg. Aen. 4, 433. Vas inane quum dicimus, non ita loquimur vt physici, quibus inane nihil placet, sed ita vt, verbi gratia, sine aqua, sine vino, sine oleo Vas esse dicamus Cic. de Fato 24. Virg. Aen. 10, 639 — Dat inania Verba, Dat sine mente sonum, gressusque effingit cantis. Ver-

- ba fingis Propert. 3, 20, 5. Visiones Cic. Acad. 4, 33. Umbra Ouid. Trist. 3, 11, 25. Voces fundere Cic. Tusc. 3, 42. ¶ 2
- Inanes, a Latinis plerumque intelliguntur Homines ieiuni animi, et laudis honorisque etiam in minutis rebus cupidi. [κινόδοξοι] Tacit. Hist. 4, 39 Dein postquam inanem animum spe et cupidine impleuerat. Perf. 1, 1 de iis, qui scribendo famam captant, O curas hominum! O quantum est in rebus inane. Inanis homo, i. Vanus Sallust. Iugurth. 68 (67). Inanissimi homines Lactant. 2, 17, 8. Sed Lucret. 1, 640 Clarus ob obscuram linguam magis inter inanes, Quam de graues inter Graios qui vera requirunt. intellige doctrinae et bonarum rerum. Rursus Hor. Serm. 1, 4, 76 Inanes Hoc iuuat. i. uanae gloriae cupidos. Ad nocendi studium respicit. Cic. Fam. 2, 17 Puffillus animus et ipsa maleuolentia ieiunus atque inanis. Medicina inanis, i. Nullius fructus aut utilitatis. Cels. 7, 16. ¶ 3
- 15 Construitur, diuersis modis. Ouid. Epist. 3, 60 Sanguinis atque animi pectus inane fuit. Cic. Att. 2, 8 Nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re vtili et suauiter venerat. Inanem a marsupio Prudent. in Laurent. 104. Cic. pro Muraen. 26 c. 12 Postea vero peruulgata, atque in manibus iactata et excussa, inanissima prudentiae reperta sunt. Apulia inanissima pars Italiae Cic. Att. 8, 3. Idem Bruto 3 Nihil est in me inane, neque enim debet. Nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacuum Cic. de N. D. 1, 93. Subst. pro Aere, caelo. Ouid. Met. 2, 506 Sustulit, et celeri raptas per inania vento Imposuit caelo. Magnum Virg. Ecl. 6, 31. Profundum Lucret. 1, 1101. Conf. Cic. de Fin. 1 c. 6 pr. Drakenb. ad Sil. 6, 248.
- 20 INANITAS, ātis. f. Vacuitas, Vanitas. Plaut. Caf. 4, 3, 5 Mihi inanitate iamdudum intestina murmurant. Cic. de Fat. 18 Quum duo indiuidua per inanitatem ferantur. Idem Tusc. 3, 3 c. 2 In summa inanitate versatur. Cic. de Fin. 1, 44 Vt sapiens solum amputata circumcisaque inanitate omni et errore, naturae finibus contentus sine aegritudine possit et sine metu viuere. Arundinis inanitas Plin. 13, 22. Loci Sen. Nat. Quaest. 6, 25 extr. Oris Quinctil. 1, 11. Verborum Gell. 13, 18.
- 35 INANITER. Adu. [κινόως, φράση] Frustra, sine causa, vel sine effectu. Cic. Tusc. 4, 13 c. 6 Quum autem inaniter et effuse animus exultat, tum illa laetitia gestiens, vel nimia dici potest. Ouid. Met. 2, 620 Medicas exercet inaniter artes. Hor. Epist. 2, 1, 211 Meum qui pectus inaniter angit. Inaniter moueri Cic. Acad. 4, 34.
- 40 INANILŌQVVS, a, um. Adi. [κινόλογος] Qui inania loquitur et vana: Plaut. Pseud. 1, 3, 24 Surdus sum profecto, inaniloquus es. al. inanilogus.
- 45 INANIMENTVM, i. n. Plaut. Stich. 2, 1, 19 Inanimentis explementum quaerito.
- INANIAE, arum. f. [κινότητες] Plaut. Aulul. 1, 2, 5 Nam hic apud nos nihil est aliud quaesti furibus, ita inaniis sunt oppletac atque araneis. Vid. Non. 2, 421.
- 50 INANIO, ire. [κινόω] Vacuare. Plin. 20, 3 Herbacea arefacta, per se inanit aluum. de cucurbita. Idem 21, 20.
- INANESCO, ěre. Ammian. 23 c. vlt. Conchulae concussae metu fulgurum inanescunt.
- INANEFACIO, ěre. Vlpian. ff. de solut. Solutione chirographo inanefacto. Conf. Salm. de modo Vfur. p. 471.
- 55 INANILOQVIVM, i. n. Vulgat. 2 Tim. 2, 16 κινόλογία.
- INANTE. Compositum ex In et Ante Praepositionem inuenias apud quosdam. Sed aut diuisim scribenda utraque Particula, de qua vid. ANTE n. 2: aut vitiosa lectio emendanda, v. g. Lucret. 5, 173 Tempore in anie acto. i. in tempore ante acto. Propert. 2, 2, 52 recte ex MSS. Brouckhusius, Hic dominam exemplo ponat in arte meam, non inante.
- INAPERTVS, a, um. Adi. [ἀνπεύθυνος] Non patens, non expositus. Senectus inaperta fraudi Sil. 7, 26.
- 65 INAPPARATIO, ōnis. f. [ἀδιασκευασία] Cui contrarium est Apparatio. Auc̃t. ad Herenn. 2 c. 4 Si praeterea ex altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio: ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, imprudentia, inapparatio demonstrabitur fuisse.
- INAPPREHENSIBILIS, e. Adi. Tertull. adu. Valent. c. 11. Paulin. Nol. Epist. 32 n. 20. Cael. Aurel. Acut. 1, 3, 38 inter signa mortis, Locutionis inapprehensibilis articulatio. i. quae intelligi non potest.
- 70 INAQVO, ěre. In aquam vertere. Cael. Aurel. Acut. 1, 14, 108 Hydropisium fieri perforatione carnis in paruum formulam viarum quae possit solita (f. solida) corporis nutrimenta inaquare. Conf. Gruter. ad Treb. Poll. Trig. Tyr. c. 9.
- INAQVOSVS, a, um. Adi. [ἀνυδρος Gloss. Cyrill.] Siccus. Tertull. de Baptism. c. 1 Serpentes arida et inaquosa sectantur. Conf. Cyprian. Ep. 63, 5.
- 80 INARCVLVM, i. n. Virgula ex malo Punico incuruata, quam regina sacrificans in capite gestabat. Fest. Conf. Reines. Var. Lect. p. 238. qui legi vult, Inarculum circulus erat e malo Punica incuruatus, quem regina etc̃.
- INARDEO, ěre. sive INARDESCO, inarsi, ěre. [ἐναιδρω] Ignem, calorem concipere. Cic. de Orat. 2, 222 c. 54 extr. Dicere enim aiunt Ennium, Flammam a sapiente facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat. Sed Cockman et Pearcius diuisim in ardente. Possis etiam inardentem canicere. Sed totum inardere Praesentis temporis suspectum est. Virg. Aen. 8, 623 — Qualis quum caerulea nubes Solis inardescit radiis, longeque refulget. Hor. Epod. 3, 18 Nec munus humeris efficacis Herculis Inarsit aestuosus. Quinctil. 11, 3. Tacit. Ann. 6, 32, 2 Inardescere cupidine victoriae.
- 90 INARESCO, ěre. [καταξηραίνομαι] Idem quod suum simplex: nisi aliquid addat Praepositio. Colum. 4, 24 Nec patientur ante maturitatem fructum inarescere. Plin. 17, 28. Inarescens ficus a rore Columel. 12, 15. Quinctil. 6, 1 Nihil facilius quam lacrimas inarescere. Mortario inarescere Scribon. 22. de iis rebus, quae calore densantur. Columel. 2, 14, 2 Inaruerunt radices. Et 4, 7, 2 Vulnus viti penitus impressum inarescit latius. Aquam inspergere quoties inarescit Plin. 27, 8. Conf. Vitruu. 7, 3 et 11. Cels. 5, 17, 2. 100 5, 26, 23. et 3, 191. et 6, 6, 3. Curt. 5, 5, 11.
- INAREFACTVS, a, um. Partic. ab Inarescio. Plin. 32, 10 Ad sanguinem sistendum et ranarum illinunt cinerem vel sanguinem inarefactum.
- 105 INARGENTĀTVS, a, um. Adi. [ἐπ'ἀργυρος] h. e. Argentis coopertus et illinitus atque obuolutus. Plin. 21, 2 Paullatimque et Romae subrepsit

subrepfit appellatio (coronarum) corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox et corollariis, postquam e lamina aerea tenui inaurata aut inargentata dabantur. Lecti l. 3 D. de Supellectile.

INARGVTVS, a, um. Adi. *Ineptus, minime subtilis.* Vlpian. in l. Hoc senatusconsultum D. de usufructu earum rerum, quae usu consumuntur, Quae sententia mihi non inarguta videtur.

INARGVTE. Adu. [*ἀσωμύλω*] Gell. 12, 13 Tunc Sulpicius Apollinaris, Non me hercule inargute, inquit, nec incallide opposuisse hoc Tullianum.

INARIME, es. f. [*Ἀριμια, Ἀριμιοι*] *Insula in ora Campaniae prope Neapolim: et ut ait Plin. 3, 6 in Puteolano sinu, Aenaria a statione nauium Aeneae vocitata. Inarime vero ab Arimis, siue populis, siue beluis, ita prisca Hetruscorum lingua simias dictante, quas Graeci pithecos vocant: unde nomen insulis Pithecusis, ut Straboni placet, ex historia fabulosa quam refert Ouid. Met. 14, 89 Inarimen, Prochytenque legit, sterilique locatas Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas. Plin. l. c. ait, Inarime dicta, Graecis Pithecusia, non a simiarum multitudine, ut aliqui existimauere, sed a figlinis doliariorum. πιδος enim dolium Graecis dicitur. Tyrrhena Inarime Sen. Herc. Oct. 1156.*

INARO, are. [*ἐναρόω*] *Arando obruere et terra tegere.* Varro de R. R. 1, 23, 3 Si ager macrior est, pro stercore inarare solent lupinum et fabalia. Columel. 2, 2 Nemorosi fruticosique tractus duplex cura est: vel extirpandis radicibus arboribus et remouendis: vel si raras sint, tantum succidendis, incendendisque, et inarandis. Plin. 18, 14 Inarari protinus solum opus est. Columel. 2, 5 Disiectum deinde protinus solum inarari et obrui conuenit. Ibid. c. 9 Ibi columbinum sterces, vel (si id non est) folia cupressi conuenit spargi, et inarari. Rursus c. 10 Et similiter quum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus. Et c. 16 Lupinum quum agricola exili loco circa idus Septembris sparserit et inarauerit, idque tempestiue vomere vel ligone succiderit, vim optima stercorationis exhibebit.

INARATVS, a, um. Part. *Non aratus.* Hor. Epod. 16, 43 Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis, Et imputata floret vsque vinea: Inarata, Non arata. Imputata, Non putata. Fortunatarum insularum est periphraſis. Terra inarata Virg. Georg. 1, 83. Add. Stat. Theb. 10, 512.

INARRHO, are. *Dare in arrham.* Cathol.

INARTICVLATVS, a, um. Adi. *Vocis epitheton confusae, in qua literas et syllabas tanquam articulos distinguere non possis.* Inarticulata Vox l. 7 extr. D. de supellect. leg. Inarticulatum nescio, quid ore hiante clamabit Arnob. 2 p. 59.

INARTIFICIALIS, e. Adi. *Quinctil. 5, 1 Ideoque illas ἀτέχνης, i. e. Inartificiales: ἡς ἐτέχνης, i. e. Artificiales vocauerunt. Conf. c. 5 et 7 extr.*

INARTIFICIALITER. Adu. *Quinctil. 2, 17, 42 Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artem.*

INASCENSVS, a, um. Adi. [*ἀνάβασις*] *Pro Non ascenso.* Plin. in Paneg. 65 Iam toties procedere in rostra, inascensumque illum superbiae principum locum terere, etc. i. Nunquam ab aliis superbis principibus ascensum, ut ius publice diccerent.

INASPECTVS, a, um. Adi. [*ἀνοπτος*] *Non conspectus, non visus.* Stat. Theb. 1, 10

Inaque recessu

Sedis inaspectos caelo radiisque penates

Seruantem.

INASPICABILIS, e. Adi. *Gloss. Gr. Lat. ἀόρατος, inuisibilis, inaspicabilis.*

INASPICVVS, a, um. Adi. *Idem.* Aufon. Epist. 23, 22 Semper inaspicuis prodentur scripta fauillis. Al. Inaspicuis.

INASPERATVS, a, um. Adi. *Inasperatae voces* Ammian. 29, 5. Al. insperatae.

INASSATVS, a, um. Adi. [*ἐνοπτος*] *Idem quod aliquantum Assatus.* Plin. 28, 8 Glaucomata vero iecinoris recentis inassati sanie, cum despumato melle inunctis. Et c. 10 Quidam et ipsum arundine exenteratum inueteratumque bibendum dedere. Alii in cibo in ligneis verubus inassatum.

INASSERO, are. *Ferroque figito, inasserato asseribus abiagnis sectilibus* Inscrip. Grut. p. 207. *Asseribus munire, firmare, etc.*

INASSVETVS, a, um. Adi. [*ἀνάδισος*] *Idem quod Insuetus, inusitatus.* Ouid. Fast. 4, 450 Panditur interea Diti via: namque diurnum Lumen inassueti vix patiuntur equi. Manu inassueta agere aliquid Idem de Arte Am. 1, 300. Sil. 3, 236 Sinus cingere inassuetum. Sulp. Seuer. Hist. Sac. 1, 4 Inassueto sermonis genere.

INATTAMINATVS, a, um. Adi. *Serua Deo rem suam intactam, impollutam.*

INATTENVATVS, a, um. Adi. [*ἀλέπτυντος*] *Non attenuatus aut imminutus.* Ouid. Met. 8, 844

Sed inattenuata manabat

Tum quoque dira fames, implacataeque vigebat

Flamma gulae.

INATTENTVS, a, um. Adi. *Vnde*

INATTENTE. Adu. Ammian. 30, 8.

INAUDAX, acis. Adi. [*ἀτολμος*] *Timidus.* Hor. Carm. 3, 85

20, 3 Dura paullo post fugies inaudax Praelia raptor.

INAUDIO, iui, itum, ire. [*κατακίω*] *In hoc verbo In minuere videtur significationem, ut sit ex parte audire, sublegere sermonem imprudentis, audire quod occulte agitur.* Plaut. Aulul. 2, 2, 88 Credo ego iam illum inaudisse mihi esse thesaurum domi. Inaudire de re aliqua Idem Most. 3, 1, 11. Cic. apud Non. 2, 442 Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum inaudieram. Idem Att. 6, 1

Numquid de quo inaudisti? Conf. ad h. l. Manut.

INAUDITVS, a, um. Part. [*ἀνάκιστος, ἀδιάκιστος*] *Non auditum, inusitatum, nouum.* Liu. 35, 49 Et multa nomina gentium inauditarum. Pars altera inaudita Sen. Med. 199. Inaudita crudelitas verborum Cic. pro Rab. c. 4. Magnitudo, incredibilis et admodum magna Plin. 9, 30. Inaudita Graecis fors ista Cic. de Diuin. 2, 117. Idem in Vatin. 35 Fecistisne, quod in hac Republ. non modo factum ante nunquam est, sed in omni memoria inauditum? Inauditum nomen imponere alicui rei Id. de Fin. 3, 14. Inaudita et inuisa Cic. de Arusp. Resp. 57. Inauditum et nouum Id. de Orat. 1, 137. Inauditum damnari, i. Indicta causa damnari. Suet. Galba c. 14 Quosdam claros ex utroque ordine viros suspicione minima inauditos condemnauit. Tacit. Ann. 2, 77 Inauditi, atque indefensi

VOL. II.

- tanquam innocentes perierant. ¶ 2 Inauditus, *Absque auribus.* Non. 2, 463 Quaedam animalia gignuntur aut inodora, aut inaudita. *Nempe Audis etiam dicebatur pro Auri; unde est ipsum Audio. Sed Inaurita, est apud Gell. 7, 6. Vid. infra.*
- 5 INAUDIBILIS, e. Adi. *Qui nequit audiri.* Censorin. c. 13 pr. Septem Stellae dulcissimam quidem concinunt melodiam, sed nobis inaudibilem. *Quod vero ex Cic. Att. 15, 26 pr. profertur, An fidem infirmet filio inaudibili, mendosum est: Rectius Bos. An fidem infirmet Silio. Inaudiui, etc.*
- 10 INAUDIENTIA, ae. f. Cyprian. Epist. 28 Perniciem sibi provocare per inaudientiam, *i. inobedientiam, ἀπειθειαν.*
- INAUDITATUS, a, um. *Laudatur Tertull. Adu. Marc. 4, 24 Regnum Dei neque nouum neque inauditatum. Sed sphaema est. Priorius certe Inauditum, non facta mentione alterius lectionis.*
- 15 INAUDITIVNCVLA, ae. f. Dimin. [*ἀναυδισμῶν*] Gell. 5, 21 Habebatque nonnullas disciplinae grammaticae inauditiunculas, partim rudes, inchoatasque, partim non probas.
- INAVERSIBILIS, e. Adi. *Aeternitas inaversibilis, immobilis, insolubilis Apul. ad Asclep. p. 100.*
- 20 INAVGEO, ēre. *Melius erit inaugeri causam eius, sententiamque proferri l. 27 §. 2 de liber. caus. Sed Cuiac. Obsf. 6, 27 legendum putat inaudiri.*
- INAUGVRO, āre. [*οἰωνίζουσι*] *Idem quod Augurium captare.* Liu. 1, 7 Palatinum Romulus, Remus Auentinum, ad inaugurandum 25 templa capiunt. *Idem 1, 36 Tarquinius ad Accium Nauium, Agedum, inquit, diuine tu inaugura, fieri ne possit, quod nunc ego mente concipio. Quum ille in augurio rem expertus, profecto futuram dixisset. Varro de L. L. 4, 8 p. 15, 5 Via sacra, per quam augures ex arce profecti solent inaugurare. ¶ 2 Augurio*
- 30 *adhibito personam muneri, locum vsui sacro et magno destinare, atque initiare adeo. Maxime quidem ipsorum augurum est. Cic. Philipp. 2, 110 c. 43 Quid igitur cessas? cur non inaugurare? siue diem, vide qui te inauguret. Cooptatum me ab eo in collegium recordabar, et inauguratum ab eodem Id. de Cl. Orat. pr. Conf. Suet. Calig. c. 12*
- 35 *Augur in locum fratris sui destinatus, priusquam inauguraretur, ad Pontificatum traductus est. Liu. 30, 26 Augur in locum eius inauguratus Q. Fabius Maximus filius: (de Fabio Cunctatore sermo est) in eiusdem locum Pontifex (nam duo sacerdotia habuit) Seru. Sulpicius Galba. De aliis sacerdotibus vid. Liu. 40, 42. Sed reges quoque*
- 40 *inaugurati, instituto certe Numae, cuius inauguratio sic describitur Liu. 1, 18 Accitus, sicut Romulus augurato vrbe condenda regnum adeptus est, de se quoque Deos consuli iussit. Inde ab augure (cui deinde honoris ergo, publicum id perpetuumque sacerdotium fuit) deductus in arcem, in lapide ad meridiem versus consedit. Augur ad laeuam*
- 45 *eius capite velato, sedem cepit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellauerunt. Inde vbi prospectu in urbem agrumque capto, Deos precatus, regiones ab oriente ad occasum terminauit; dexteris ad meridiem partes, laeuas ad septentrionem esse dixit. Signum contra, quo longissime conspectum oculi ferebant, animo finiuit. Tum lituo in laeuam manum translato, dextra in caput Numae imposita, precatus est ita: Iupiter pater, si est fas, hunc Numam Pompilius, cuius ego caput teneo, regem Romae esse, uti tu signa nobis acclarassis inter eos fines, quos feci. Tum peregit verbis auspicia, quae mitti vellet. Quibus missis, declaratus rex*
- 55 *Numa de templo descendit. Sed dicitur etiam de loco. Liu. 1, 55 Exaugurare Fana Sacellaque statuit, quae aliquot ibi — vota, consecrata, inaugurataque postea fuerant. Liu. 3, 20 Eo magis quod et augures iustos adesse ad Regillum lacum fama exierat: locumque inaugurari, vbi auspicio cum populo agi posset. Flor. 1, 7, 8*
- 60 *Templum erexit, quod cum inauguraretur, cedentibus caeteris Diis restitere Iuventas et Terminus. Sed Claud. Conf. Hon. 6, 12 Qualis erit, terris quem mons Euandrius offert Romanis aurbus, quem Tiberis inaugurat annus? i. qui cum Honorii consulatu in campo Martio suscepto incipit.*
- 65 INAVGVRA TVS, a, um. Part. Plaut. Afin. 2, 1, 11 Impetratum, inauguratum est, quouis admittunt aues. Plin. 16, 44 f. 87 *Ilices, apud quas inauguratus esse dicitur Tiburtus, conditor Tiburis. Liu. 1, 43 Centuriae inaugurateae. Tralate. Apul. Met. 7 p. 191, 25 Coena poculisque magnis inauguratus. de duce latronum. Vet.*
- 70 *Gloss. Inauguratus, ἀποινυδαίς.*
- INAUGVRATIO, ōnis. f. Tertull. aduers. Valent. c. 11 Inauguratio quaedam diuidendae doctrinae.
- INAUGVRĀTŌ. Adu. [*οἰωνιστῆς*] *i. Captato augurio. Liu. 1, 36 Id quia inaugurato Romulus fecerat, etc. Idem 1, 44. et 5, 53.*
- 75 INAVRIS, is. f. [*ἐνώρη*] *Ornamentum aurium, quo mulieres utebantur. Plaut. Epid. 5, 1, 33 Non meministi me in aurem ad te afferre natali die? at. Auream. Idem Men. 3, 3, 17 Inaures da mihi. Margaritis vsas esse mulieres ad inaures, docet Drakenb. ad Sil. 12, 231. et Interp. ad Petron. c. 55. Conf. Paul. Dig. l. 32 §. 8.*
- 80 INAVRĪTVS, a, um. Adi. [*ἀυρος*] Gell. 7, 6 Quaedam animalium alia alio carent: et aut caeca natura gignuntur, aut inodora, inauritae, *i. Sine auribus. Add. Non. 2, 463 ubi Inaudita legitur.*
- INAURO, āre. [*χρυσάω*] *Auro tegere. Plin. 33, 3 Sua aetas de*
- 85 *Catulo existimauit, quod tegulas aureas Capitolii inaurasset primus. Conf. Vopisc. Aurel. c. 40. Tralate: Cic. Fam. 7, 13 Puto te malle a Caesare consuli, quam inaurari. Hor. Epist. 1, 12, 9 Vt te Confestim liquidus fortunae riuus inauret.*
- INAURĀTVS, a, um. Partic. [*χρυσάδης*] *Auro intectus.*
- 90 *Inaurata statua Cic. in Pison. 93. Et Verr. 2, 114 c. 46. et ib. c. 21. it. de Orat. 3 c. 32. Inaurata extrinsecus columna Cic. de Diuin. 1, 48 c. 27. Romulus in Capitolio inauratus Idem in Catil. 3, 19. Crater Ouid. Fast. 2, 251. Lecti Dig. l. 3 §. 3. Ouid. de Arte Am. 2, 494 Mouit inauratae pollice fila lyrae. Palla inaurata indutus Auct. ad Heren. 4, 61. Pellis arietis inaurata Cic. Tusc. 1, 45. Ex quodam Poeta. Compar. Tertull. de Pall. c. 3 pr. Omni patagio inauratior.*
- INAURĀTOR, ōris. m. Firmic. 3, 4 (3) extr. *Iupiter faciet aut aurifices, aut ex auro vestes pingentes, aut inauratores. Vet.*
- 100 *Inscript. apud Gruter. p. 1074 n. 12 CONCORDIA COLLEGII BRACTEARIORVM ET INAVRATORVM.*
- INAUSPICĀTVS, a, um. Adi. [*ἀναυστῆς*] *Non auspiciatum et infelix, quod fit auspicio non prius captato, vel vitiose capto. Ut, Nomen inauspicatum Plin. 3, 23. Res inauspicati exempli Idem*
- 105 *7, 16. Cornix ales inauspicatae garrulitatis Id. 10, 12. Inauspicatum*

catum sanguinis pignus mei Sen. Oedip. 1023. *Superl.* Plin. 28, 2 Incendio inter epulas nominato, aquis sub mensam profusis abominamur: recedente aliquo ab epulis, simul verri solum; aut bibente conuiuia, mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum iudicatur.

i. Infelicitatis significatio.

INAUSPICATO. Adu. [*ἀναισίους*] Cic. de Diuin. 1, 33 c. 17 Qui quum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quod inauspicato pomoerium transgressus esset, comitia Consulibus rogandis habuit.

INAUSVS, a, um. Adi. [*ἀτολμηθεῖς*] Non ausus, et quod quis non audeat. Sen. Thyest. 20 Ac me innocentem faciat: et inausa audeat. Sen. Epist. 92 Et sciat nihil esse fortunae inausum. Virg. Aen. 8, 205 At furii Caci mens effera, ne quid inausum Aut intentatum scelerisue doliue fuisset. Conf. Martial. 2, 14.

INAUXILIATVS, a, um. Adi. Animae inauxiliatae Vulg. Sapient. 12, 16.

I N C

INCAEDVVS, a, um. Adi. [*ἀτμητος*] Quod non caeditur. Seruius in Virg. Ecl. 5, 63 Intonsi montes, siluosi, incaedui. Ouid. Fast. 2, 435. Lucus incaeduus: vid. Incidens in INCIDO.

INCALESCO, ui, ěre. [*ὑποθερμαίνωμαι*] Calidum fieri. Plin. 14, 21 Item vasa incallescencia operculaque sudantia. Ouid. Met. 2, 175 Incaluit, sumisitque nouas feruoribus iras. Bene incallescere Scribon. 122. Incallescere vino Liu. 1, 57. Conf. Curt. 8, 1, 22.

Ouid. Met. 2, 641 Incaluitque deo, quem clausum pectore habebat. *de Baccho in utero Semeles.* Animi incaluere Id. ibid. 2, 87. Spuma incallescens Plin. 9, 51. Columel. 2, 4 Pingues canipi, qui diutius continent aquam, profcindendi sunt anni tempore iam incallescendo.

Incaluisse mero Virtus Catonis narratur Horat. Od. 3, 21, II. Virtus incaluit Lucan. 6, 240.

INCALFACIO, ěre. [*ὑποθερμαίνω*] Calidum facere, calefacere. Ouid. Fast. 4, 919 Quantum si culmos Titan incalfacit vdos.

INCALLIDVS, a, um. Adi. [*ἀμήχανος*] Non callidus s. astutus. Cic. de Inuent. 1, 4 Quum a summis viris maximae res administrarentur, arbitror alios fuisse non incallidos homines, qui ad paruas contouersias priuatorum accederent. Tacit. Ann. 3, 8 Quum incallidus alioqui, et facilis iuuenta, senilibus tum artibus vteretur.

Index Ouid. Epist. Sabin. 3, 55. Seruus Cic. pro Cluent. c. 16.

INCALLIDE. Adu. [*ἀμηχάνως*] Cic. Off. 3, 118 c. vlt. In his tamen tribus generibus quoquo modo possunt, non incallide tergiuerantur. Gell. 7, 3 Ea non incallide conquisiuit. Idem 12, 13 Nec incallide opposuisti hoc Tullianum.

INCALLO, ěre. Veget. R. Vet. 2, 27 Carnem indurare et incallare.

INCALO, ěre. [*καλέω*] Vocare. Festus: Incalanto, inuocanto. INCALATIONES, inuocationes. et INCALATIVE, vocatiue: Idem.

INCANDESCO, (vel INCANDEO,) ui, ěre. [*διαπυρξίμαι*] Vehementer incendi, inflammarique. Ouid. Met. 2, 729 Non fecus exarsit, quam quum Balearica plumbum Funda iacit, volat hoc, atque incandescit eundo. Virg. Georg. 3, 479 Totoque Autumni incanduit aestu. Vbi Seruius, Exarsit prima Autumni parte. Ara incanduit ignibus Ouid. Met. 12, 12. Conf. Plin. Paneg. 30. et Sen. Nat. Quaest. 3, 16.

INCANDIDVS, a, um. Adi. .Gloss. Gr. Lat. ἀλεύκαντος, Incandidus.

INCANDIDO, ěre. Iul. Firmic. de Error. Rel. prof. p. 57 (p. 37 Oifel.) Maculas Christi sanguis incandidat.

INCANTO, ěre. [*ἐπᾶδω, γοητεύω*] Cantando, i. verbis conceptis et praescriptis vi magica aliquid supra naturam moliri. Plin. 28, 2 Qui malum carmen incantassit. Sed Apul. Met. 8 p. 210 Passerem incantantem sepiculae consecratur arripere, i. in sepicula cantantem.

INCANTATVS, a, um. Part. Vincula incantata Hor. Serm. 1, 8, 49.

INCANTATIO, ōnis. f. [*ἐπωδή*] Actus ipse incantandi. Magicas insequentur incantationes Firmic. 5, 4. Tertull. de Cultu Fem. 1, 2 Incantationum vires prouulgauerant.

INCANTATOR, ōris. m. Firmic. . . et Isidor. 8, 9. Tertull. de Idolol. c. 9 Nusquam inuenias aut Sophistas, aut Chaldaeos, aut incantatores.

INCANTAMENTVM, i. n. [*γοητεία*] Plin. 28, 2 Ex homine remediorum primum maximae quaestionis, et semper incertae est, valeantne aliquid verba et incantamenta carminum. Incantamentorum imitatio Ibid.

INCANVS, a, um. Adi. [*ἐπιπολιός*] Valde canum significat, teste Seruio ad Virg. Georg. 3, 311. Plaut. Rud. 1, 2, 37 Ecquem tu hic hominem crispum, incanum videris. Virg. Georg. 3, 311 Barbas incanaque menta. Conf. Idem Aen. 6, 810. Catull. 96, 6. et Suet. Domit. c. 20. Incanae herbae Columel. 8, 2. Plin. 24, 19 Herba impia vocatur incana rorisamarini adpectu.

INCANESCO, ěre. [*ἐπιπολιῶμαι*] Canum fieri. Virg. Georg. 2, 71 Armisque incanuit albo Flore piri. Spumis incanuit vnda Catull. Argon. 62, 15. Al. Incanduit.

INCAPABILIS, e. Adi. [*ἀχώρητος* Gloss. Gr. Lat.] De Deo, velut incomprehensibili, usurpabatur ab Arrianis: vid. Augustin. Epist. 174.

INCAPAX, acis. Adi. Scio incapacem te sacramenti, impie, Non posse caecis sensibus mysterium Haurire nostrum Prudent. in Romano c. 588. Aedes incapax solui Id. ibid. v. 348. Add. Salu. l. 5 pr.

INCAPISTRO, ěre. [*ῥομιώω* Gloss. Lat. Gr.] Cum me malis incapistrasset erroribus Fotis Apul. Met. 11 p. 266.

INCARCERO, ěre. Varroni tribuitur. Sarisb. 6, 18 Alii capti, alii incarcerati.

INCARCERATVS, a, um. Part. Liuii esse dicitur, sed non occurrit.

INCARCERATIO, ōnis. f. Plinio assignat Thom. de S. Quercu in Lex. Philol.

INCARCERAMENTVM, i. n. Apud Hieronymum esse dicitur.

INCARDIVM, i. n. Medulla. Theod. Prisc. 1, 12. Al. Incordium.

INCARNO, INCARNATVS, et INCARNATIO, apud Medicos et Theologos. Mysterium incarnationis Dei Comment. Vet. in Marc. 1, 7 qui Hieronymo adscribitur. Add. Theodulf. Carm. 2, 7, 545. Vinc. Lirinens. Commonit. p. 33 ed. Baluz.

INCASEATVS, a, um. Adi. In morem casei coagmentatus. Moris Augustin. Conf. 9.

- INCASSVM.** Adu. [*μαψιδίως, φρεδῆ*] Virg. Aen. 7, 421 Turne tot incassum fufos patiere labores? *Vbi* Seruius, Incassum, tractum est a Cassibus, id est retibus. Id. in Georg. 3, . . . Hinc est quod et incassum dicimus, i. e. Sine causa, quasi sine cassibus, sine quibus venatio est inanis. Omnia incassum cadunt Plaut. Poen. 1, 2, 147. Incassum tela iactare Liu. 10, 29. Ignis incassum furit Virg. Georg. 3, 100.
- INCASTIGĀTVS,** a, um. Adi. [*ἀκόλαστος*] Hor. Epist. 1, 10, 45 Nec me dimittes incastigatum, etc.
- INCASTRO,** āre. i. *Excavare.* Plinio tribuitur. Conf. Isid. Gloss.
- INCASTRATVRA,** ac. f. *Commiffura tabularum.* Vulgat. Exod. 26, 17. et 36, 22. 24.
- INCASTVS,** a, um. Adi. *ἄσπετος* Gloss. Gr. Lat.
- INCASTE.** Adu. Sen. Contr. 2, 13 pr.
- INCASTITAS,** atis. f. Sidon.
- INCATENO,** āre. Fest.
- INCAVILLATIO,** ōnis. f. Per despectum irrisio: Festus.
- INCAVSTICVM,** i. n. Veget. 3, 17. *Sed al.* Cauticum.
- INCAVO,** āre. [*ἐγκοιλῶ*] *Idem quod Cauare, aut Excavare.* Columel. 4, 25, 2 Nam quum in aduersum pressa manu defecare, quid debet, cultro vtitur: quum autem retrahere, sinu: quum alleuare, scalpro: quum incauare, rostro.
- INCAVTVS,** a, um. Adi. [*ἀνελαβής*] *Qui sibi cauere nequit.* Liu. 1, 53 Nam ne errarent, manere his bellum, quod positum simuletur, et per occasionem eum incautos inuasurum. Cic. pro Planc. 53 Qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimouere potuerunt, providentem ante et praecautem nunquam certe mouebunt. Prudens, acutus, minime incautus patronus in causis cognoscendis, componendisque diligens Cic. de Clar. Orat. 246. Ingenium Ouid. ex Pont. 4, 14, 18. Pectore incauto lapsus spiritus Idem de Arte Am. 3, 745. Vulgus Virg. Georg. 3, 469. Oppressus ab hoste incautus aliquis Cic. Philipp. 11, 5 c. 2. Hor. Serm. 1, 1, 35 Haud ignara, ac non incauta futuri. *de formica.* Compar. Liu. 30, 13 extr. Neque prudentiorem, neque constantiorem Masinissam, quam Syphacem esse, etiam ab iuuenta incautiorem, certe, etc. Incautior aera hauserit Claud. Ep. 14. Superl. Sidon. Epist. 8, 12 Incautissimus quia credulus. ¶ 2 Incautum passivae, pro Eo, quod non cauetur. Tacit. Ann. 1, 50 Consultatque ex duobus itineribus breue et solitum sequatur, an impeditius, et intentatum, eoque hostibus incautum. Conf. Barth. et Drakenb. ad Sil. 2, 98. Cort. ad Sall. Jug. 49, 5. Lucret. 6, 389 Cur, quibus incautum scelus auersabile non est, qui non cauerunt sibi a scelere committendo.
- INCAVTE.** Adu. [*ἀνελαβώς*] *Improuide, imprudenter.* Cic. Att. 7, 10 Nisi ego insanio, stulte omnia et incaute agi iudico. Liu. 4, 37 Priuo praelio, quod ab Sempronio incaute inconsulteque commissum est, etc. Compar. Liu. 39, 7 Sed dum incautius subit muros, ictus, ex vulnere post dies paucos moritur. Conf. Id. 21, 7. Plin. Epist. 1, 15 Potes apparatus coenare apud multos, nusquam hilarius, simplicius, incautius. i. *Liberius, et ubi minus cauendum sit, quid inter coenandum dicas aut facias.* Superl. August. de Mor. Manich. c. vlt. Vt seipsum in iurgando incautissime proderent.
- INCAVELA,** ac. f. *Saluian. de Gub. Dei 6 p. 135* Vnus incautior perit, ne multi per incautelam depereant.
- INCĒDO,** ūi, ūum, ěre. [*βαδίζω*] *Est ingredi, sed proprie cum quadam pompa et fastu.* Sen. Qu. Nat. 8, 31 Tenero et molli ingressu suspendimus gradum; non ambulamus, sed incedimus. Virg. Aen. 1, 50 Ast ego quae diuim incedo regina, etc. Liu. 2, 6 Ipse et ille nostris decoratus insignibus, magnifice incedit. Plaut. Curc. 60 2, 3, 11 Constant, conferunt sermones inter se, tanquam drapetae, obstant, abstant, incedunt cum suis sententiis. Plin. 15, 29 Laurea coronatus incessit. Sallust. Iugurth. 31 Neque eos, qui ea fecere pudet, aut poenitet: sed incedunt per ora vestra magnifice, sacerdotia et Consulatus, pars triumphos suos ostentantes. Honore claro incedere Lucret. 3, 76. Incedere magno comitatu, splendido cultu, non est fortunae meae. Ista diuites possunt. Satis est si viuimus Sen. Controu. 10, 1. Plaut. Most. 1, 3, 152 Sed estne hic meus sodalis, qui huc incedit cum amica sua? Ter. Eun. 5, 3, 9 Virum bonum eum Parmenonem incedere video. Inanis incedit, vid.
- INANIS.** Ambulare: Plin. in Pancg. c. 24 Incedebas pedibus, incedis. Liu. 22, . . . Quum signis prima luce motis segniter agmen incederet. Facilius autem ad inuentionem incedet animus, si gesti negotii, etc. Cic. de Inuent. 2, 45. Regina incessit ad templum Virg. Aen. 1, 501. Incedere ad urbem Liu. 36, . . . Per vias Plaut. Merc. 2, 3, 71. Via Idem Curc. 1, 1, 32. Durius Ouid. Rem. Amor. 337. Lenis incedas Hor. Carm. 3, 18, 3. Molliter incedit Ouid. Amor. 2, 4, 23. Passu inertis incedere Idem Met. 2, 772. Passu tardo Id. ibid. 10, 49. Summissus primo, deinde pressus, post sensim Cic. in Orat. 26. Turpe Catull. 40, 8.
- Sen. Controu. 10, 1** Quare, inquit, me sequeris per publicum? Facinus indignum commissum est: diues et pauper eadem vestigia incessimus. Liu. 28, 9 Itaque iret alter Consul sublimis curru multijugis, si vellet, equis: vno equo per urbem verum triumphum vehi: Neronemque etiam si pedes incedat, vel parta eo bello, vel spreta eo triumpho gloria, memorabilem fore. Longo ordine incedunt gentes Virg. Aen. 8, 722. Nuntii incedunt vndique Tacit. Ann. 11, 32. Cic. Fam. 8, 9 Ausus est ille incedere tanquam tuus competitor. ¶ 2 Obs. Cic. Epist. 2, 9 Incessi omnibus laetitias, Gestientem et iactantem se laetitiam signat. Pro Ingressi: Tacit. Ann. 1, 61, 2 Incedunt moestos locos. Pro Incessere: Idem 3, 36, 2 Licentia deterrimo cuique incedebat. Idem 3, 26, 3 Pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat, i. grassabatur.
- INCESSVS,** ūs. m. [*βάσις, βῆσις*] *Proprie tamen sublimior quidam et fastum prae se ferens.* Cic. de Fin. 2, 77 c. 24 Quod si vultum tibi, si incessum fingeres, quo grauior viderere, non esses tui similis. Virg. Aen. 1, 405 Et vera incessu patuit dea. Incessus omnibus animalibus certus et vnusmodi, et in suo cuique genere Plin. 10, 38. h. e. Gressus. Citus Sallust. Catil. 15 extr. Vid.
- CITVS.** Fractus Quintil. 5, 9. Rarus nec ita longus Cic. in Orat. 59. de gestu oratoris. Tardus Sall. Cat. 15 extr. Expri- mere incessum alicuius Ouid. Met. 11, 636. Si ita sese Geret incessu etc. Cic. pro Cael. c. 20. Progressus tacito incessu Virg. Aen. 12, 219.
- INCESSO,** ūi, vel ūiui, ūitum, ěre. [*βῆλλαν, εισβῆλλαν*] *Aggredi, inuadere.* Festus, Incessere, immittere, ac iactu vel ver- 05 bis petere. Tempestas Columel. 12, 2, 3. Siccitates 5, 9, 11. Steri-

Sterilitas annonae incessit hominibus Colum. 2, 10, 1. **Incessere hostes** iaculis et saxis, aut pilis Liu. 8, 24 et 37. **Plaut. Cistel.** . . Illius ego istam incesso male gratiam. **Quinctil.** 5, 7 Probos quosdam et verecundos non aspere incesse profuit. **Idem ac Accusare:** Symmach. Epist. 1, 5 Ne quidquam taciturnitatis incessemur. **Idem** 5 ibid. 1, 83 Me taciturnitatis incesis, quod diu officio scriptionis abstiniui. **Bello aliquem** Stat. Silu. 1, 4, 76. **Conuicio quem** Suet. Tiber. c. 11. **Dictis aliquem** Ouid. Met. 13, 232. **Dolis incesse** fere aliquem Plaut. Amph. 4, 2 Suppos. 37. **Iaculis incesse** tur index Ouid. Amor. 3, 13, 21. **Lapidum iactu incesse** re aliquem **Idem** Met. 10 13, 566. **Quinctil.** 7, 3 Satius est omni se anteaetae vitae abstinere conuitio, quam leuibus, aut friuolis, aut manifesto falsis rumoribus reum incesse. **Monitis amaris aliquem** Sil. 3, 171. **Obiurgatione quem** Gell. 1, 2. **Poenis gentem** Stat. Theb. 1, 245. **Verbis amaris aliquem** Sil. 11, 209. ¶ 2 **Intransitiue est in-** 15 **gruere, accidere.** **Admiratio incesit,** quod pugnam non inirent Liu. 7, 34 **subaud.** Decium. **Idem** 9, 8 Quae ubi dixit, tanta simul admiratio miseratioque viri incesit homines, vt, etc. **Animalia regionibus noxia** Colum. 11, 3, 62. **Autumnus inceserit** Id. 3, . . . **Crepusculum incesit** Id. 11, 1, 18. **Liu.** 24, 13 **Ipsium ingens Cupido** 20 **inceserat Tarenti potiundi.** **Valer. Max. praef.** 1 **Nec mihi cuncta complectendi Cupido incesit.** **Cupido aliquem incesit** adeundi templum Veneris **Tacit. Hist.** 2, 2. **Cura grauis patres incesit** Liu. 23, 38. **Discordia incesit** regibus **Virg. Georg.** 4, 67. **Fames incesit** Columel. 9, 14. **Frigora** **Idem** 12, 50, 12. **Sallust. in Epist.** 25 **Mithridatis, Restituto deinde apud Gaberam exercitu, et variis inter me atque Lucullum praeliis, Inopia rursus ambos incesit.** **Licentia incessebat enim deterrimo cuique** **Tacit. Ann.** 3, 36. **Liu.** 3, 59 **pr.** **Ingens metus inceserat patres.** **Moestitia incesit** animos **Idem** 29, 3. **Morbi vis tanta incesit in castra** **Id.** 29, 10. **Mos incesit** vt, i. 30 **Inualuit aut inuectus est:** **Sallust. de Rep. Ord. ad Caesarem pr.** **Quoniam is incesit** Mos, vt homines adolescentuli sua atque aliena consumere, nihil libidini, atque aliis rogantibus denegare, pulcherimum putent. **Principium anni foedum incesit** **Tacit. Ann.** 4, 68. **Columel.** 2, 21 **Si vero Procellae ventorum, aut turbines inceserint,** 35 **maior pars ad terram desluit.** **Religio dein incesit** **Tacit. Ann.** 3, 71. **Ter. Andr.** 4, 3, 15 **Noua nunc Religio vnde te isthaec incesit, cedo?** **Sen. Controu.** 10, 1 **Arellius Fuscus, etc.** diues et pauper eadem vestigia incesimus. **Tacit. Ann.** 1, 5 **Quippe Rumor inceserat.** **Id. ibid.** 1, 16 **Quum Pannonicas legiones Seditio in-** 40 **cesit.** **Siccitates** **Colum.** 5, 9, 11. **Spes inceserat** **Tacit. Ann.** 1, 55. **Columel.** 2, 10, 1 **Famem quoque, si Sterilitas annonae incesit hominibus, commode propulsat.** **Taciturnitatis aliquem** **Symmach. Epist.** 1, 5. et 83. **Tempestas** **Colum.** 12, 2, 3. **Tenebrae incesunt** **Tacit. Ann.** 15, 37. **Liu.** 2, 7 **pr.** **Tantus terror** 45 **Tarquinius atque Hetruscos incesit, vt omnia irrita re, etc.** **Timor omnium magnus incesit** **Caes. B. C.** 2, 29. **Idem** 3, 44 **Timor magnus sagittarum inceserat.** **Liu.** 1, 17 **Timor deinde Patres incesit, ne ciuitatem sine imperio vis aliqua externa adoriretur.** **Tacit. Ann.** 1, 71 **Quoties valetudo aduersa Flaminem Dialem incesit-** 50 **set.** ¶ 3 **Passiu.** **Virg. Aen.** 12, 595 **Regina vt tectis venientem prospicit hostem, Incessi muros, etc.** h. e. Inuadi. **Seruius.**

INCESSENS, entis. **Partic.** **Sil.** 11, 234 **Ferocibus alte inces-** **fens victor dictis.**

INCESSIO, onis. f. **Laudatur** **Cic. Att.** 12, 5 **extr.** **Mihi etsi Ca-** 55 **lendae vitandae fuerunt, incessionumque archetypa fugienda, conficiendaque tabulae: tamen, etc.** **Incessionum archetypa, i. Origo et prima causa vituperationum.** **Sed vehementer fluctuat lectio.**

INCESSIBILIS, e. Adi. **Non desinens.** **Hieron. Epist.** 26. **Caes. Aurel. Tard.** 4, 6. **Oros. proem.** 7. **Mart. Capell.** 1, . . . 60

INCESSABILITER. **Adu. Saluian. Gub. Dei** 2, . . . **Mart. Capell.** 9, . . . **Hieron. Epist.** 128.

INCESSANTER. **Adu. Idem.** **Sidon. Epist.** 8, 11 **Legebat incessanter auctores cum reuerentia antiquos.** **Conf. Leg.** 10 **Cod. de Aquaeduct.** 65

INCELATVS, a, um. Adi. **ἀκροῦτον, incelatum** **Gloss. Vet.**

INCELEBRIS, e. Adi. [**ἀκλυτος**] **Vallis incelebris** **Sil.** 8, 379, **Conf. Macrobi. Saturn.** 1, 7. et **Gell.** 5, 14 **pr.**

INCELEBRATVS, a, um. Adi. **Tacit. Ann.** 6, 7 **extr.** **Ab aliis incelebrata, i. non celebrata, non memorata.** 70

INCENDO, di, sum, ere. [**ἐμπύρω, ἀνάπτω**] **Inflammarum proprie, tum tralate excitare et promptum, studiosumque alicuius rei reddere.** **Plaut. Men.** 2, 3, 3 **Sternite lectos, incendite odores.** **Agros incendere** **Virg. Georg.** 1, 84. **Mens nulla potest incendi, nisi ipse ad eam ardens accesseris** **Cic. de Orat.** 2, 196. **Nauem** 75 **inflammari, incendique iussit** **Idem Verr.** 5, 90. **Idem Att.** 9, 6. **Odores Galbancos incendere** **Virg. Georg.** 4, 264. **Tura et odores** **Cic. Verr.** 4, 77 c. 35. **Vrbem** **Idem Catil.** 3 c. 3. **Ter. Phorm.** 1, 4, 9 **Loquarne? incendam, taceam? instigem.** **Cic. Fam.** 5, 12 **Genus enim scriptorum tuorum etsi erat semper a me expectatum: ta-** 80 **men vicit opinionem meam: meque ita vel cepit, vel incendit, vt cuperem quam celerrime res nostras monumentis commendari tuis.** **Incendit eos, qui audiunt** **Cic. de Fin.** 4, . . . **Incendere et Sedare, contraria** **Id. de Legib.** 3, 24. ¶ 2 **Nomina, quibus iungitur:** **Amore incendi** **Cic. Q. Frat.** 3, 1. **Animum incendit amore** 85 **Virg. Aen.** 6, 889. **Animum dictis incendit** **Id. ibid.** 4, 197. **Animos bonorum incendere** **Cic. Att.** 2, 16. **Annonam** **Varr. de R. R.** 3, 2. **Vid. Ios. Scalig. in Aetn.** p. 102. **Aurum Sol incendit, i. fulgorem illius auget** **Ouid. ex Ponto** 2, 1, 41. **Caelum clamore incendunt, i. e. Implent.** **Seruius:** **Virg. Aen.** 10, 895. **Cupidita-** 90 **tem alicuius** **Cic. Fam.** 15, 21. **Cupiditatem et arrogantiam alicuius** **Id. Brut.** 4. **Et Q. Frat.** 3, 1 **Amore incendi.** **Desiderio incendi** **Id. in Orat.** 33. **Dolore acri incensa** **Virg. Aen.** 11, 709. **Pacibus corporis inflammari et incendi ad cupiditates** **Cic. Tusc.** 1, 44. **Furiis incensa** **Virg. Aen.** 4, 376. **Gloria omnes incenduntur ad** 95 **studia** **Cic. Tusc.** 1, 4 c. 2. **Ira incendi, Vehementer irasci** **Plaut. Afin.** 2, 4, 14. **Ter. Hec.** 4, 1, 47 **Aderam, cuius consilio ea par fuerat prospici, quamobrem incendor ira.** **Luetus incendens** **Virg. Aen.** 9, 500. **Placatus, et Ira incensus, contraria** **Cic. Att.** 6, 2 **pr.** **Querelis incendere aliquem** **Virg. Aen.** 4, 360. **Studio vtriusque** 100 **vestrum incensus est** **Cic. de Orat.** 1, 97 c. 21. **Studio incensi, quod ad agrum colendum pertinet** **Id. pro Rosc. Amer.** 48. **Suspensione incensi, rem in medium vocare coeperunt** **Id. pro Cluent.** 73. **Genus suum incendere** **Plaut. Trin.** 3, 2, 49. **i. Celebratus reddere.** **Vid. Gron. Obs.** 4, 3. **Vires pudor incendit** **Virg. Aen.** 5, 455. **Incen-** 105

dere in se odia, *Concitare in se aliorum inimicitias* Cic. Att. 9, 1. In aliquem incendi Idem Fam. 1, 9.

INCENSVS, a, um. Partic. [ἐμπικυρωμένος] Vrbs incensa Virg. Aen. 2, 327. Ad Republicanam bene gerendam incensus imperator Cic. de Prou. Consul. 35 c. 14. Contentio incensa inimicitias Id. de Opt. gen. Orat. 22. Pectus incensum amore Virg. Aen. 3, 298. Sthenio vehementer incensus Cic. Verr. 2 c. 36. Al. infensus. Voluntas incensa officio Id. Fam. 6, 6. Compar. Claud. de Rapt. Proserp. 3, 201 — Phlegra nobis incensior aether.

INCENSIO, ōnis. f. [ἐμπύρευμα] Cic. pro Sull. 33 c. 11 Incensione urbem, interuisione ciues, vastitate Italiam, interitu-Rempubl. liberauit. Incensio Capitolii Id. in Catil. 3, 9 c. 4.

INCENSE. Adu. Gell. 10, 3 Cicero odium in Verrem detestationemque apud Ciues Romanos incense atque acriter atque inflammantem facit.

INCENSIVVS, a, um. Adi. Macer. de Iunip. 4, 10 Iuniperi virtus est incensiuaque et acris.

INCENSOR, ōris. m. l. 16 §. penult. D. de poenis, Messium incensores. Conf. Paul. Recept. 5 tit. 20. Ammian. 31, 25 Perempto incensore turbarum.

INCENSVM, i. n. *Sacrificium*. Tertull. contra Iud. c. 5 extr. Incensum abominatio est mihi. Conf. Gloss. Isidor. l. 4.

INCENDIVM, i. n. [ἐμπρησμός, ἐμπρησις, πυρκαϊκῆσις] Inflammatio propria et metaphorica. Plin. 12, 19 Donec id delubrum incendio consumtum est. Tanquam aliquod incendium improbitatem restinguere. Cic. Verr. 1, 153 Communi praesidio talis improbitas, tanquam aliquod incendium, restinguenda est. Aestatis incendia Pallad. 1, 4, 1. i. aestus. Annonae ad incendium suppressere fructus Quintil. Decl. 12. Belli incendia, i. Vis Virg. Aen. 1, 566. Clara Id. ibid. 2, 569. Mitia Ouid. Fast. 1, 411. Saeua Virg. Aen. 9, 77. Patere. 2, 125 Drusus, qui a patre in id ipsum plurimo quidem igne emicans incendium militaris tumultus missus erat, prisca antiquaque seueritate vsus eos coercuit. Ardere continenti incendio, Compescere incendia, Consumi incendio, vid.

hb. vv. Facere incendium Cic. in Parad. 4. Flagrare abstruso incendio, vid. ABSTRVDO. Glomerat incendia ventus Virg. Georg. 2, 311. Inflammari incendiis cupiditatum, vid. INFLAMMO. Miscere incendia Virg. Aen. 2, 329. Neglecta solent incendia sumere vires Hor. Epist. 1, 18, 85. Offerre incendium, vid. OFFERO.

Posuere vires incendia Virg. Aen. 5, 680. Plaut. Afin. 5, 2, 69 Nam ni impetro, regem perdidit, ex amore tantum est homini incendium. Restinguam incendium meum ruina Catil. apud Sallust. 31, 9. Vid. Ruina, in RVO. Cic. in Orat. 27 Facile est enim verbum aliquod ardens (vt ita dicam) notare, idque Restinctis iam animorum incendiis, irridere. *Sensus est: Multa dicuntur, quum animi vel ira, vel misericordia, vel alio affectu aliquo concitati sunt, quae tranquillo et quieto animo non dicerentur. Itaque facit improbe, qui sedatis animis irridet ea, quae in perturbatione dicta fuerunt.* Resurrexit male obrutum incendium Florus 3, 21. de bello ciuili Cumano. Reuiuiscunt maiore flamma extincta parum fideliter incendia Idem 3, 5. De odio publico f. Inuidia. Cic. pro Muraen. 51 c. 25 Si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum. de Catilina. Ardere incendio, vid. h. v. Conflagrare inuidiae incendio Cic. Catil. 1 c. 11.

INCENDIARIVS, i. m. [πυρεῖς] Tacit. Ann. 15, 67. Quintil. Decl. 9 Morabar inter sacrilegos, incendiarios, et (quae gladiatoribus vna laus est) homicidas inclusos turpiore custodia. Suet. Vitell. c. 17.

INCENDIARIVS, a, um. Adi. Plin. 10, 13 f. 17 Inauspicata est et incendiaria auis, propter quam saepe numero lustratam urbem in Annalibus inuenimus, sicut L. Cassio C. Marjo COSS. quo anno et bubone viso lustrata est. Quae sit auis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur, incendiariam esse, quaecunque apparuerit carbonem ferens ex aris vel altaribus. Alii spinturnicem eam vocant, sed haec ipsa, quae esset inter aues, qui se scire diceret non inueni. Mala eiusmodi auspicia f. prodigia potius ab incendiaria aui, expiata, vid. apud Iul. Obseq. c. 100 et 111. Add. AMBVSTANDVS et SPINTVRNIX. Tela incendiaria Ammian. 20, 29. Conf. Lamprid. Commod. c. 16.

INCENDEFACIO, vel INCENDEFACIO, ěre. Trebell. Claud. c. 8. Vid. Salmf. H. A. p. 330.

INCENDIOSVS, a, um. Adi. Apul. de Herb. c. 58 Folia gustu remordentia et incendiiosa. Compar. Fulgent. Mythol. 1, 15 Solis feruor Iunio Iulioque mensibus incendiiosior.

INCENSVS, a, um. [ἀτίμηςτος] Adi. a Censu. Incensi, Qui in censu peragendo censi notabant: hoc est, qui non profitebantur. Erat autem multa, vt libertate priuarentur. Cic. pro Caecin. 99 c. 34 Quum autem incensum vendidit, hoc iudicat: quum ii, qui in seruitute iusta fuerunt, censu liberentur, eum, qui quum liber esset, censi noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse. Liu. 1, 44 Censu perfecto, quem maturauerat metu legis de incensis latae.

INCENTIO, INCENTIVVS, vid. INCINO. Et Gell. 16, 11. INCENTIVVM, pro Stimulo, seu incitatione, hoc relatum est, quod ab incendendis animis deriuaretur: sed est ab incinendo, vt INCENTOR et reliqua.

INCEPS, pro Deinceps. Antiquum. Festus. Adiectiue usurpatur ab Apul. Florid. 3 p. 353 De incipiti die perrecturum, i. incipiente, contrarium praecipiti die.

INCEPSIT. [ἀρχήσται] Inceperit, antique, inquit Festus.

INCEPTO, INCEPTOR, INCEPTIO, vid. INCIPIO.

INCERNO, crēui, crētum, ěre. Cribro spargere in locum aliquem Cato R. R. c. 48 Tum semen serito crebrum tanquam linum, et eo terram cribro incernito. Vitruu. 7, 1 Super fricaturam, leuigationibus et polituris quum fuerit perfecta, incernatur marmor. Conf. Columel. 5, 6.

INCRĒTVS, a, um. Partic. Non cretus, f. cribratus. Apul. Met. 7 p. 194 Furfures apponebant incretos ac sordidos multoque lapide salebrosos.

INCERNICVLVM, i. n. [νοσκηρίδιον] Cribrum, Instrumentum, quo frumenta purgantur. Plin. 8, 44 extr. Decretum fecere, quo caueretur, ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent.

INCĒRO, ěre. [κηρώ] Aliquid cera oblinere. Iuuenal. 10, 55 Genua incerare deorum. Quod imitatus Prudent. Apoth. 457 Genua incerare Dianae. Ramiresius ad Martial. 1, 93 intelligit de sordibus a sudore frequenter genua prehendentium inter supplicandum adhaerescibus.

bus: ut Cere interdum pro sordidis ponuntur, de quo f. l. Sed Voss. in Etymol. Rutgerf. V. L. 5, 5. et Grangaeus ad illum morem referunt, quo non solum genia contingunt et contrectant orantes, ut ait Arnob. 6 p. 202: sed votiuas tabellas cera affigunt. De his vid. Lucian. Philopseude c. 20 ubi memorantur νομισματα ἐν τῷ ἀργυρῷ πρὸς τὸν μηρὸν κηρῷ κεκολλημένα, καὶ πέταλα ἐξ ἀργύρου, ἐνχαί τινας. Vet. Schol. Iuuen. 9, 139 In ceris vota figuntur apud templa. Erudite ergo idem Schol. ad 10, 55 incere interpretatur In signis insignare, vota facere. Firmatur hoc loco Philostrati Heroic. 2, 1 de statua Protefilai, οἱ ἀλείφοντες τε καὶ ἐπισφραγίζοντες τὰς ἐνχαῖς ἐξηλαράσαι τῆ σίδος, quod confert Olearius cum Prudent. in Symmach. 1, 203 Saxa illita cera Viderat, vnguentoque lares humescere nigro. Verbo ἐπισφραγίζεσθαι respondet Latinum Insignare. Huc etiam referunt viri docti illud Apul. Apol. p. 309, 12 Votum in alicuius statuae femore assignasti: quod plane convenit cum loco Luciani. Denique huc refert Rittershufius illud Plin. 15 Epist. 10, 44 precati Deos, ut velint ea vota semper solui, semper signari. Videntur itaque vota, i. tabellae votorum statuis ita affixa, ut signo impresso cerulae, qua affigebantur, tanto certius fideliusque ibi haerent.

INCERĀTVS, a, um. Partic. Cera illitus. Cels. 8, 8 Si plura 20 fragmenta sunt, excipienda sunt ex ferula factio canaliculo, eodemque intus incerato, ne fascia diducatur.

INCERAMENTVM, i. n. Liu. 28, 45 Vbi Inceramenta nauium. Neque enim dubito, quin haec lectio, Gronouio etiam probata, alteri Interamenta praeferenda sit. Promittunt ibi Populonienses ferrum, 25 Tarquinienfes lintea in vela, alii alia classi necessaria, Volaterrani inceramenta nauium, i. picem cera mixtam, Ζωπίσσαν, qua naues ince- rantur et aduersus humoris corruptelam muniuntur.

INCERTVS, a, um. Adi. [ἀδελος, ἀσήμετος] Non certus, Dubius, Non sibi constans. Cic. pro Muraen. 39 c. 17 Nihil est in- 30 certius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitorum. Aetas puerilis lubrica et incerta Id. Verr. 5, 136. Ter. Heaut. 1, 1, 71 Domum reuertor moestus, atque Ani- mo fere perturbato, atque incerto, prae aegritudine. Animi ho- minum incerti et exitus praeliorum Cic. Bruto 14. Aura Ouid. 35

Amor. 2, 9, 33. Bestra incerta, apud Plautum esse dicitur, quae ni- hil certi praesagit: sed non inuenio. Casus ancipites et incerti Cic. in Orat. 98. Coloris incerti emplastrum Scribon. 214. Ter. Andr. 2, 3, 26 Cedo, quid obiurgabit tecum? hic reddes omnia, quae nunc sunt certa ei Consilia, incerta ut sient. Crines incer- 40

tos colligere Ouid. Amor. 1, 11, 1. Errores Lucret. 4, 1071. Euentus futuri temporis incerti Cic. pro Quint. 83 c. 26. Exitus ar- morum incertus Idem Att. 7, 3. Exitus pugnarum, Marsque com- munis incerti Id. pro Milon. 57 c. 21. Plin. 6, 18 Hanc alii in- certis fontibus, ut Nilum, rigantemque, etc. Ictus Quinctil. 1, 10. 45

Litus breue et incertum Tacit. Ann. 14, 29. Idem Hist. 4, 35 Pugnatum longo agmine, et incerto Marte. Mens Ouid. Met. 9, 629. Ter. Andr. 5, 1, 11 Perpulisti me, ut homini adolescentulo, in alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria, filiam darem in sedi- tionem, atque incertas Nuptias. b. e. De quibus non constat, an firmae 50

futurae sint. Pax incertissima Liu. 8, 20. Pede incerto ferebar. Hor. Epod. 11, 30. Pericula Virg. Aen. 9, 96. Cic. pro Rost. Com. 33 Tum enim propter Reipubl. calamitates, omnium possessio- nes erant incertae. Soles Virg. Aen. 3, 7. Spes incertissima Cic. pro Sext. c. 22. Tellus incertissima regni Stat. Theb. 11, 391. 55

Vices incertae Ouid. Trist. 3, 11, 68. Vulgus Virg. Aen. 2, 39. ¶ 2 Formulae aliae: Ter. Hec. 1, 2, 46 Sed postquam acrius pater instat, fecit Animi ut incertus foret. Consilii incertus Id. Phorm. 4, 1, 12. Salutis incerta Ouid. Epist. 21, 31. Liu. 4, 57 Non quia incertus Sententiae fuerit. Idem 4, 23 Tubero incertus Veri 60

est. Suspensus et incertus obscura spe pendeo Cic. de L. Agr. 2, 65. Ter. Hec. 4, 3, 8 Quia de vxore incertus sum etiam quid sim factu- rus. Cic. Diu. Verr. 60 Quum incertum sit de iniuria. Incertus tuum caute ad me retuleris pedem Plaut. Epid. 3, 4, 3. i. ante quam, quod iussi, exploraueris. Incertus eram, ubi esses Cic. Att. 1, 6. 65

Incetior multo sum, quam dudum Ter. Phorm. 2, 4, 19. Aura quauis incetior Ouid. ex Pont. 4, 3, 33. Stabile et Incertum, con- traria Cic. in Topic. 70. In incertum, vel In incerto: vid. IN.

Imposne mentis an simulata dementia, incertum Sueton. Aug. c. 19. Plin. Epist. 4, 11 Confessus est quidam incestum, sed incertum, vtrum 70

quia verum erat, an quia grauiora metuebat, si negasset. Idem 7, 48 De spatio atque longinquitate vitae hominum, non locorum modo situs, verum exempla ac sua cuique fors nascendi, incertum fecere. Habere incerta pro certis, stultum Cic. de Senect. 68. Incertum, vere, inaniterue moueatur Idem Acad. 4, 34. Reuocare aliqua in 75

dubium, incertumque Idem pro Caecin. 76. Incertum est mihi quid agam, et Incertum est, absolute, pro Nescio, et ignoro. Plaut. Aul. 4, 9, 19 Nunc mihi incertum est, quid agam: abeam, an ma- neam, an fugiam. Ter. Andr. 1, 5, 29 Incertum est, quid agam. Quid quaeque nox aut dies ferat, incertum Liu. 3, 27. Incertum 80

est quis deus, etc. Virg. Aen. 8, 352. Incertum est, quam longa no- strum cuiusque vita futura sit Cic. Verr. 1, 153. Interdum subau- ditur. Pompeianarum partium centurio an euocatus Suet. Vesp. c. 1. Plaut. Afin. 2, 4, 60 Ego certe, me incerto, scio hoc daturum nemini homini, i. quam diu incertus sum: nisi me est Accusatiuus, et incerto 85

Datiuus, i. tali, cui fides haberi non potest, quem non noui. ¶ 3 Substant. Incertum, i. Incertitudo. Papinianus in l. Qui ex §. 1 D. De bono poss. secund. tab. Admittenda est Iuliani sententia, qui propter incertum conditionis, etiam prioris esse peti bonorum posses- sionem respondit. Talia plurima ex libris iuris collecta vid. apud Bris- 90

son. de V. S. ubi etiam de Incerti actione, conditione, etc. multa in- uenies. Plaut. Pseud. 2, 4, 69 Quidquid incerti mihi in animo pri- us, aut ambiguum fuit, nunc liquet, nunc defaecatum est. In in- certo diuitiarum Vulgat. Tim. 6, 17. Belli incertum Iustin. 38, 1, 8. Fortunae incerta Plin. Epist. 3, 19. Maris et tempestatum 95

incerta Tacit. Ann. 3, 54, 6. Plura de his, quae n. 2 dedimus, huc etiam pertinent.

INCERTE. Adu. Gell. 19, 10 Incerte errat animus. Conf. Non. 7, 2. Antiq.

INCERTO. Adu. Plaut. Epid. 3, 4, 69 Postquam libera est ubi 100 habitet dum incerto scio. Admodum incerto scio Idem Pseud. 4, 2, 7. Incerto autumo Idem Epid. 4, 1, 18.

INCERTITVDO, inis. f. Vox barbara, pro qua Classici aucto- res Incertum, vel Incerta dicunt. Vid. Parei Lex. Crit. p. 590. Vecb- ner. Hellenol. 1, 9 p. 123 sq. et Cellar. Antibarb. p. 51. 105

INCERTO, Ære. [*ἀδελῶν*] *Incertum reddere.* Plaut. Epid. 4, 1, 18 Longa dies animum incertat meum, sin ea est, quam incerto autumo, hanc congregiar astu. Conf. Apul. Met. 5 p. 164. et II p. 265. et Non. 2, 423.

5 **INCESSO**, **INCESSVS**, *vid. INCEDO.*

INCESTVS, ïs. m. *vel INCESTVM*, i. n. [*ἄγος, ἀνυσία βδελυρὰ*] *Quasi Non castum et pudicum. Sic vocatur coitus vel matrimonium, quo laeditur pietas in propinquos sanguine, ut in matre, sorore; vel religio, ut in Vestali.* Non. 6, 74 Incestum, dicitur flagitium in affines admistum. Festus: Incestus a Graeco trahitur: nam illi facinus dicunt *ἀνίκεσος*. Cic. Tusc. 4, 75 c. 35 Omnibus enim ex animi perturbationibus est profecto nulla vehementior, ut si iam ipsa illa accusare nolis, stupra dico, et corruptelas et adulteria, incesta denique, quorum omnium accusabilis est turpitudine. Suet.

15 in Neron. c. 5 Maiestatis quoque et adulteriorum, incestique cum sorore Lepida sub excessu Tiberii reus, mutatione temporum euasit. Idem Domit. c. 8 Incesta Vestalium virginum varie ac seuerè coërcere. Conf. Liu. Epit. 63. Obsequ. c. 97. Oratio nobilis Curii de incestu pro Seruio Fuluio Cic. de Clar. Orat. 122. De seruis nulla quaestio est in dominum, nisi de incestu, ut fuit in Clodium Id. pro Mil. c. 22. *de pollutione sacrarum caerimoniarum.* Committere incestum Quinctil. 4, 6. Liberare aliquem incesto Cic. in Pison. 95. Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunt Idem de Legib. 2, 22 c. 9. *de stupro Vestali illato.* Quin et incestum metuebatur Tacit.

25 Ann. 12, 5, 2. *inter Claudium patrum et Agrippinam, fratris illius filiam.* Conf. *quae sequuntur.* Incestum Neutro gen. fere legitur apud Iurisconsultos: Papinianus in l. Si adulterium §. Stuprum D. Ad L. Iuliam de Adulteriis, Incestum autem, quod per illicitam matrimonii coniunctionem admittitur.

30 *Iouis cum Alcmena congressus Incestus dicitur* Sen. Herc. fur. 1157 *vbi Hercules, Cuius incestu stetit Nox longior quam nostra. Sed pulchre vidit Gronouius, non tolerari posse hanc lectionem, et emendauit, Cuius in fetu stetit nox longior, i. conceptu, generatione.*

INCESTVS, a, um. Adi. [*διὰφθαρτος*] *Incastus, mala libidine pollutus.* Plin. in Paneg. c. 63 *extr.* Stuprorum, incestarumque noctium conscii. Cic. pro Cael. 34 Ideo aquam adduxi, ut ea tu inceste vterere. Aues incestae Stat. Theb. 9, 28. *quae cadaveribus hominum pascuntur.* Prop. 3, 9, 39 Incesti meretrix regina Canopi Cleopatra, quia in Aegypto fratribus consuescunt sorores. Lucan. 10, 40 *de Cleopatra Caesari supplicante, Vultus adest precibus, faciesque incesta perorat.* Cic. pro Domo 105 c. 40 Istius, qui non solum adpectu, sed etiam incesto flagitio, et stupro polluit, caerimonias, etc. Mulier Sen. Herc. fur. 1190. *it.* 1179. Noctes incestae Plin. Pan. 63 *extr.* Nuptiae Tacit. Ann. 11, 25. Nuptiae incestae

45 confirmari non solent Papinian. in l. Si adulterium §. Stuprum D. ad L. Iuliam de Adulteriis. Cic. Philipp. 11, 5 Quum verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerasset. Praedo Stat. Achill. 1, 45. *Paridem intelligit.* Liu. 8, 28 Primo pellicere eum sermone incesto conatus est, etc. *de stupro maris.* Stuprum incestum Cic. de Arusp. Resp. 4. Vestalis Plin. 28, 2. Tacit. Ann. 6, 5 *Arguitur pleraque, C. Caesarem quasi incestae virilitatis dixisse. Proprie, de violatore per libidinem pietatis in matre, Senatus apud Capitolin. Macrin. 2 Quemuis magis quam incestum. de Elagabalo.*

INCESTE. Adu. [*διεφθαρμένος*] *Foede, turpiter.* Cic. pro Cael. 34 c. 14 Ideo aquam adduxi, ut tu ea inceste vterere. Lucret. 1, 98 Sed casta inceste nubendi tempore in ipso Hostia concideret. *de Polyxena, cuius sacrificium castitati deorum aduersum est.* Inceste sacrificium Dianae facere Liu. 1, 45. Compar. Arnob. 5 p. 170 Agit incestius res suas.

60 **INCESTO**, Ære. [*μιαίνω, φθίσσω*] *Polluere.* Plaut. Poen. 5, 2, 136 Earum hic alteram efflictim perit, neque eam incestauit vnquam. *de puella lenonis, et concubitu vago quidem, sed licito* Virg. Aen. 6, 150 Totamque incestat funere classẽ, polluit. Sed Tacit. Ann. 6, 19 Post quos Sex. Marius Hispaniarum ditissimus, defertur incestasse filiam, et saxo Tarpeio deiicitur. Gremium incestare parentis Stat. Theb. 1, 234. Virg. Aen. 10, 389 Anchemolum thalamos ausum incestare nouercae. Conf. Sidon. Epist. 3, 13.

INCESTIFICVS, a, um. Adi. [*φθοροποιός*] Sen. Theb. 233 Ego castam manum nefandus, incestificus, execrabilis attrecto?

70 **INCESTVÖSVS**, a, um. Adi. Val. Max. 6, 3, 7 Mandauit, ut de his, quae sacris Bacchanalium incestuosae fuerant inquirerent.

INCHARAXO, Ære. Auem incharaxare Apic. 6, 5. *i. aperire, perforare, ad accipiendum emittendumue humorem.* Incharaxare veritatem Vet. Interpr. Iren. . . *i. deformare.*

75 **INCHARAXATIO**, ònis. f. In oculis diuturna facta Apollonius nescio quis citatus Humelbergio in not. ad Apic. c. 1. Oportet fieri incharaxationes. Idem.

INCHOO, Ære. [*ἄρχομαι, κατάρχομαι*] *Incipere.* Inchoat, qui incertum facit: incipit, cuius exitum sperat Fronto p. 1334 *Putsch.* Virg. Georg. 3, 42 Te sine nil altum mens inchoat. Vid. Seru. *infra.* Cic. de Fin. 4, 15 Potest ab alio inchoatum accipere et absolueret. Idem Acad. 1, . . . In qua quod inchoatum est, neque perfectum. Conf. Id. de Clar. Orat. 126 c. 33. et Top. c. 18. Cic. de Clar. Orat. 20 Meos libros, quos exspectas, inchoaui, sed conficere non possum his diebus. Idem extrema persequitur, qui inchoauit Idem de Prou. Conf. c. 8. Iuuen. Sat. 16, 42 Exspectandus erit, qui lites inchoet, annus. Oratorem perfectum inchoare et informare Cic. in Orat. 33. Philosophiam Id. Acad. 1, 6. Hor. Carm. 1, 4, 15 Vitae summa breuis spem vetat inchoare longam. Cic. de Fin.

90 5, 59 Et induxit in ea, quae inerant, tanquam elementa virtutis, sed virtutem ipsam inchoauit. *Perficere:* Virg. Aen. 6, 252 Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. Vbi Seruius: Inchoat, perficit: et est verbum sacrorum. *Neutraliter usus est* Symmach. Epist. 7,

75 Moris est, ut munus huiusmodi a proficiscentibus inchoet. ¶ 2
95 *De scriptura siue orthographia verbi* Inchoo, olim dubitatum est. Gell. 2, 3 Inchoare verbum inter ea refert, in quibus literae seu spiritus istius nulla ratio visa est, nisi ut firmitas et vigor vocis, quasi quibusdam neruis additis intenderetur. Seruius in Georg. 3, 42 Apud Latinos nullum verbum est, quod ante o finalem habeat o: excepto Inchoo: quod tamen maiores aliter scribebant, adspirationem interponentes duabus Vocalibus, et dicebant Inchoho. Tria enim habebant nomina, in quibus C literam sequeretur adspiratio, Sepulchrum, Orchus, Pulcher: e quibus Pulcher tantum hodie recipit adspirationem. Sed non habet ista Seruius Ascensii, Fabricii, Masuicij, Burmanni, hic ne quidem in Var. Lect. Inchoo, inquit Festus, videtur

tur ex Graeco originem trahere: quod Hesiodus omnium rerum initium esse dixerit chaos. Diomedes 1 p. 361 extr. Inchoo inchoavi; sic dicendum putat Iulius Modestus, quia sit compositum a chaos, initio rerum. Sed Verrius et Flaccus in postrema syllaba adspirandum probauerunt. *Cobum* enim apud veteres mundum significat, unde substructum *inchoare*. Tranquillus quoque his assentiens libello suo plenissimo aedem inchoatam ita differuit. Scaurus de Orthogr. p. 2251 med. Inchoare cum adspiratione scribendum, quoniam a chaos dictum, quod fuerit initium omnium rerum. Contra Probus Cathol. p. 1486 med. Inchoo, inchoas, inchoavi. Quidam putant *inchoare* dici, imperitissime. Nam neque post C litteram H Latina verba regunt, exceptis nominibus tribus, Pulcher, Orchus, Lurcho. Neque O litera, ante O alterum Latinorum verborum prima persona reperitur. Igitur quod Plautus posuit *reboo*, non Latine, sed Graece posuit. *Hanc opinionem Iouianus Pontanus agnoscit de Adspiratione 2 et videtur probare Vossius, in etymol. Sed Lapides pro Inchoo laudat Cellarius. Add. Viri docti ad Sueton. Caes. c. 46. et ad Liu. 29, 23, 3.*

INCHOANS, antis. Partic. Inchoante mense Martio Pallad. Febr. t. 25. Inchoantibus canicularibus diebus Idem Jul. t. 7.

INCHOATIVS, a, um. Partic. [*ἀτελής*] Imperfectus. Cic. de N. D. 2, 33 Atque etiam si a primis inchoatisque naturis ad ultimas perfectasque volumus procedere. Pestilentia a pecudibus inchoata Macrob. Sat. 7, 6. Ab inchoato domos extruere Columel. 4, 3, 1. *i. de nouo.* Praeclare inchoata multa, perfecta non plane Cic. de Clar. Orat. 126 c. 33.

Inchoata atque rudia pueris exciderunt Id. de Orat. 1, 5. Mancum atque inchoatum Id. Off. 1, 154 c. 43. Add. Ibid. 3 c. 7. Plin. praef. operis, de Graecis pingendi fingendique conditoribus, — absoluta opera, et illa quoque, quae mirando non fatiamur, pendenti titulo inscripisse, ut, Apelles faciebat, aut Polycletus: tanquam inchoata semper arte et imperfecta, etc. Portentum hominis, nec absolutum a natura, sed tantum inchoatum Suet. Claud. c. 3. Inauditiunculae rudes inchoataeque Gell. 5, 21. Plin. 15, 1 Primum omnium cruda, atque nondum inchoatae maturitatis.

INCHOAMENTVM, i. n. Mart. Capell. 3 p. 93. Idem 5 p. 71. et conf. 6 p. 189. etc.

INCHOATIO, ōnis. f. Ambros. de Voc. Gent. 2, 3. Augustin. Epist. 222. etc. *it. de Genesi adu. Manich. c. 14. et de Gen. ad lit. 2, 15 sub fin.*

INCHOATIVVS, a, um. Adi. [*ἀρχτικός*] Vid. Mart. Capell. 3 p. 84.

INCHOATIVA, Verba *ἀρχτικά*, quae rem modo inchoatam et futuram significant, ut Horresco, id est, incipio horrere, etc. Charif. 3 p. 223.

INCHOATOR, ōris. m. Prudent. praef. Hamart. 27 Mortis inchoator. Conf. Augustin. de Genesi ad lit. 1, 14.

INCIBO, are. Vet. Schol. ad Iuuenal. 10, 230. Hirundo filios suos incibat, *i. cibum iis in os ingerit.*

INCICVR, uris. Adi. *Immansuetus.* Festus, ex Pacuio, Reprime incicoreu iracundiam.

INCIDO, idi, isum, dēre. [*τέμνω, κόπτω, ἐγκατάτω*] Ex In et Caedo compositum, ut Insecare, partem rei caedere. Virg. Ecl. 3, 11 Atque mala vites incidere falce nouellas. Plin. 12, 14 Quum incidant eas arbores. Conf. Ibid. c. 25. Articulamenta incisa Scribon. 214.

Qui mihi Pinnas inciderant, nolunt easdem renasci Cic. Att. 4, 2. Tacit. Ann. 16, 19 Neque tamen praecipit vitam expulit, sed incisas venas, ut libitum obligatas, aperire rursus, et alloqui amicos. Add. Cic. de Ar. Resp. c. 16. *Insculpere etiam significat: varietate construitur.* Incisum marmori Suet. de Clar. Gramm. 17.

Plin. in Paneg. c. 54 extr. Quod ego titulis omnibus speciosius reor, quando non trabibus, aut faxis nomen tuum, sed monumentis aeternae laudis inciditur. Cic. de Senect. 61 c. 17

Notum est totum carmen incisum in sepulcro. Idem in Pison. 92 Idemque ut esset, quod in basi tropaeorum incidi, inscribique possit. 6

Incisum ac notatum in monumentis rerum gestarum Id. pro Font. 31. Incidere in aere Cic. Verr. 4, 145. Id. ibid. 2, 154 Incisum in tabula aenea. Vid. Cic. Philipp. 3 c. 12. Idem pro Corn. Balb. 53

Quod quidem nuper in columna aenea meminimus post rostra incisum et perscriptum fuisse. Plin. Epist. 8, 6, 13 Scita in aes inciderentur. Cic. Philipp. 2, 26 Quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit? et in aes incidi iubebitis? Suet. Caes. c. 28 Ac mox lege in aes incisa. Nomina ciuitate donatorum in tabula incisa Cic. Fam. 13, 37. Sen. de Benef. 4, 28 Frumentum publicum — accipiunt sine delectu morum, quisquis incisus est. Sic Gron. ex MSS. Plin. 7

Pan. 26, 3 Omnes — recipi, incidi iussisti in tabulas congiarii. Add. 28, 6. Fagi incisae mea nomina seruant Ouid. Epist. 5, 21. Literas cortici arboris Plin. 16, 9. Marmora incisa notis Hor. Carm. 4, 8, 13. Incisa tabula his literis, Iupiter, etc. Liu. 6, 29 extr. Cic. pro Milon. 88 Incidebantur iam domi leges, quae nos nostris seruis addicerent. Conf. Id. Philipp. 1 c. 10. Leges ligno Hor. de Arte Poet. 399. Incisum grandibus literis nomen in basi Cic. Verr. 4, 74. Verba incidere ceris Ouid. Met. 9, 528.

¶ 3 *Abscindere et praecidere significat.* Cic. de Orat. 2, 336 Inciditur enim omnis iam deliberatio, si intelligitur non posse fieri, aut si necessitas affertur. Ludum incidere Hor. Epist. 1, 14, 36. *pro Finire.* Nervos virtutis Cic. Acad. 1, 35. Nervos populi Romani Idem pro L. Agr. 2, 46 c. 18. Poëma ad Caesarem, quod composueram, incidi, *i. tabulis incisis aboleui.* Id. Q. Frat. 3, 1, 4. Liu. 32, 37 Quibus longiorem exorsis orationem brevis interrogatio, cessurusne iis tribus verbis esset, sermonem incidit, quum mandatum sibi de his nominatim negarent quidquam. Spes incisa, Quae decidit, et qua frustramur. Liu. 3, 58 Itaque spe incisa prius, quam praedicta dies adesset, Appius mortem sibi consciuit. Idem 2, 15 extr. Spe omni redivit incisa. Singultus verba incidens Stat. 9

Theb. 9, 884.

INCISIO, ōnis. f. [*τμήσις, τόμος*] Incisio, Chirurgiae operatio Scribon. 206. Columel. de Arboribus c. 8, 3 Infra incisio-

nem et alligaturam, falce acuta, leuiter vitem vulnerato ex utraque parte, ut his potius plagis humor defluat, quam ex incisione abundet. Sed legendum, ut legitur *hodie*, Infra insitionem, et, ex insitione. Saepe autem misceri haec nomina in MSS. Columnellae, *obseruatum in Lexico rei rusticae v. g. 5, 11, 2.* Onom. Vet. Incisio, *διακοπή*.

Incisio apud Oratores: Cic. in Orat. 200 c. 61 Dicendumque, quantum circuitus facere deceat: deque eorum particulis, et tanquam in-

VOL. II.

cisionibus differendum est. Particulas et incisiones circuituum seu periodorum vocat, quae et membra et incisa, siue cola et commata dicuntur. Conf. Ibid. c. 64. Incisio, i. Caesura, vid. h. v. sub CAEDO.

INCISVRA, ae. f. [τομή] Eadem quae incisio. Plin: II, 39

Pili recisi non vt herba ab ipsa incisura augentur. Incisurae etiam dicuntur in manibus, quae vulgo Lineae vocantur. Plin. II, 52 Contra longae esse vitae incuruos humeris, et in manu vna duas incisuras longas habentes. Idem 15, 11.

INCISVS, a, um. Partic. [τετραμήβος] Plin. II, 37 Incisa cornua nascentium in diuersas partes torquentur. Carmen incisum in sepulcro Cic. de Senect. 61 c. 17. Elogium in sepulcro incisum Id. in Pison. 72. Vena Tacit. Ann. 16, 19, 2. Vid. Liu. supra.

INCISVM, i. n. [τμήμα, κόμμα] Quinctil. 9, 4, 122 auctore est Sensus non expleto numero conclusus, plerisque pars membri, vt Domus tibi deerat? at habebas. Pecunia superabat? at egebas. Fiunt etiam singulis verbis incisa: vt, Diximus, testes dare volumus. Incisum est, Diximus. Membrum est sensus numeris conclusus, sed a toto corpore abruptus, et per se nihil efficiens, id enim, O callidos homines, perfectum est: at remotum a caeteris, vium non habet, vt per se manus, et pes, et caput. Haec ille: vt appareat, eum incisa et cola numero Syllabarum metiri; sensum quidem s. sententiam absolutam assignare et inciso et colo. Sic etiam Cic. in Orat. 211 c. 62 Quae nescio cur quum Graeci κόμματα et κῶλα nominant, nos non recte incisa et membra dicamus: et praesertim n. 222 c. 66 sqq. Alias omnis oratio diuiditur a Graecis in periodos, cola, et commata. Periodus est absoluta et perfecta in oratione sententia. Colon pars est periodi. Latine cum Cicerone membrum et hoc dicunt. Comma denique membri pars est, et sectio quaedam: incisum Cicero nominat. Ergo si Latinis verbis vti voluerimus, dicemus, Omnem orationem ex comprehensionibus,

membris, et incisis constare. Comprehensio, s. Ambitus, est continuatio verborum, constructione Grammatica a se pendentium et deuiectorum, donec ultimorum cum primis copulatione, vt circulus quidam, sic sententia perficiatur: vt, Etsi vereor Iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem timere: minimeque deceat, quum T. Annius

Milo ipse magis de Reip. salute, quam de sua perturbetur, me ad eius causam darem animi magnitudinem afferre non posse: tamen haec noui iudicii noua forma terret oculos, qui quocumque inciderint, veterem consuetudinem fori et pristinum morem iudiciorum requirunt. Membrum est pars comprehensionis, vt, Etsi vereor Iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem timere. Incisum est pars membri, vt, Etsi vereor Iudices, ne turpe sit. Quemadmodum autem in tres has partes omnis oratio diuiditur, ita tria sunt etiam signa, quibus distinguantur. Nam comprehensio in puncto signatur, hoc modo: membrum vero in ipsa comprehensione duobus signatur punctis, hoc modo:

(sed extra comprehensionem vno tantum notatur) Incisum semicirculo in sinistram partem vergente signatur, hac ratione, Conf. Cic. c. l. c. 66.

INCISVS, ūs. m. [τμήσις] Plin. 16, 12 Fructum quaedam proximo anno ab incisu largiuntur.

INCISIM. Adu. [τμήσιν] Per incisa, vt sensus intra VII vel VIII Syllabas finiatur. Cic. in Orat. 213 c. 63 Haec quidem duo O Marce Druse, patrem appello, binis pedibus incisim, deinde membratim, Tu dicere solebas, sacram esse Rempubicam. Incisim aut membratim aliquid efferre Id. ibid. 223 c. 67. Incisim et membratim tractata oratio Id. ibid. 225 c. 67.

INCISE. Aliud Adu. [κατὰ κόμματα] Idem. Cic. in Orat. 212 c. 63 Quo autem pacto deceat incise, membratimue dici, iam videbimus. Add. 223 c. 67.

INCISOR, ōris. m. Vt, Dentes incisores apud Medicos, Rapaces in equis vocat Veget. 4, 1, 1.

INCISORIVM, i. n. Sarisb. 5, 10 Si incisorium aptius fuerit, cultellus, pars minutae supellestilis.

INCIDVVS, a, um. Adi. [ἀκοπτος] Quod incidere vel caedere non licet. Ouid. Fast. 2, 435 Monte sub Exquilio multis incidiuus annis, Iunonis magnae nomine, lucus erat. Alii, etiam Burm. Incacidiuus. Ouid. Amor. 3, 1, 1 pr. (al. Incaedua) Stat vetus et multos incidua silua per annos.

INCIDO, ūdi, āsum, ěre. [ἐμπίπτω] Ex In et Cado. Plin. 2, 27 Sed ea accidisse, non quia haec facta sunt arbitror: verum haec ideo facta, quia incasura erant illa. Ad terram incidit de vulnerato Virg. Aen. 12, 926. Cic. Fam. 5, 8 Non me fortuito ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidisse. Liu. 5, 26 Multi caesi vulneratique prius, quam pautes portas inciderent. Vid. mox Incidens. Cic. pro Plancio 17 c. 8 Equidem si quando, vt fit, iactor in turba, non illum accuso, qui est in summa sacra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor: sed eum, qui in me ipsum incurrit atque incidit. Et 99 c. 41 Cum hic in me incidit, complexus est, conspersitque lacrimis. Et Acad. 4, 18 c. 6 In id ipsum incidit, quod timebat. Sed editur melius, se induit. Metaph. Cic. de Inuent. 2, 68 c. 22 Certi, qui in omnes (causas) incidunt, loci praescribi non possunt, i. qui conueniant. 2 Ad eum, qui vulgo casus vocatur, et fortunae magis, quam consilio tribuitur, euentum referri solet. Cic. Fam. 2, 6 Quod in id Reipubl. tempus non incideris, sed veneris. Idem Tusc. 1, . . In seruorum ferrum et manus incidisset. Sed Substantiua ponemus aliquam multa. Cic. in

Catil. 2, 20 In tantum Aes alienum inciderunt. Idem de Inuent. 1, 80 Nemq̄ potest vno adsp̄ctu, neque praeteriens in Amorem incidere. In Cogitationem Id. Fam. 4, 9. Cic. de Amicit. 34 Quod si longius in amicitia prouecti essent, tamen saepe labefactari, si in honoris Contentionem incidissent. In Cupiditatem imperiorum, honorum, gloriaeue Idem Off. 1, 26. Id. Att. 9, 5 Si erina recte ambulauerit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum Diem incidit. 1. Eodem die quo sperabas. Cic. Att. 6, 1 Faciesque me, in quem Diem Romana incidant mysteria, certiozem. i. Quo die agentur. Idem ibid. 7, 1 Nunc incido in Discrimen ipsum. In Ertorem

Quinctil. 2, 25. Cic. Att. 12, . . Is dicitur incidisse in Euntem iam in Asiam. In emendatioribus codicibus legitur, Is dicitur vidisse an Euntem, an in Asia. Idem Verr. 2, 182 Sane horum praeter opinionem improviso incidi. In Febriculam Id. Fam. 10, 21. In Foueam quoniam incidit belua, obruatur Cic. Att. 4, 12. Ter.

Heaut. 3, 1, 33 In eandem Fraudem ex hac re, atque ex illa incidet. In Furorem et insaniam Cic. in Pison. 46. Varro de R. R. 3, 14 Ita vt in aliquem Lapidem incidat, ac late dissipetur. Cic. de Legg. 2 Nam eorum ego in Libros incidi. Ter. Phorm. 1, 3, 23 Ego in eum incidi infelix Locum, vt neque mihi elus sit amittendi, nec reti-

nendi copia. Cic. Off. 1, 32 Quo impetrato in maximos Lucus incidit.

incidit. Ter. Andr. 4, 5, 43 Iocularium in Malum insciens paene
 incidi. Cic. pro Caecin. . . In Manus eorum incidere non est fa-
 tis? Conf. Sen. Epist. 4. In Memoriam et recordationem aliquo-
 rum Cic. de Clar. Orat. 43. Ter. Phorm. 1, 3, 5 Quod vtinam ne
 Phormioni id suadere in Mentem incidisset. Cic. de Fin. 4, 43
 Quod cuique in Mentem incideret, et quodcumque tanquam occurre-
 ret. Idem Diuinat. Verr. 50 c. 15 Sic breuiter, quoniam non con-
 sulto, sed casu in eorum Mentionem incidi: quasi praeteriens satis-
 faciam vniuersis. In Milites de improviso Id. pro Rosc. Amer.
 151. Cic. de Senect. 67 Quin etiam aetas illa multo plures, quam
 nostra, mortis casus habet: facilius in Morbos incidunt adolescentes,
 grauius aegrotant, tristius curantur. Add. Idem Fam. 13, 29. Cic.
 pro Rosc. Com. 11 Nonne quotiescumque in causa in Nomen huius in-
 cidisti, toties hunc et virum bonum esse dixisti, et honoris causa ap-
 pellaisti? In Opinionem Id. Fam. 9, 9. Quintil. 7, 3 Fue-
 runt autem tales nostris etiam temporibus controuersiae: atque ali-
 quae in meum quoque Patrocinium inciderunt. Cic. Att. 16, 2
 Ego enim in varios Sermones incidebam. In suspicionem regni
 appetendi Id. pro Milon. 7. In ea Tempora nostra aetas incidit
 Id. Fam. 5, 15. Cic. de Fin. 4, 40 Nam si omnino nos negligimus, 20
 in Aristonea Vitia et peccata incidemus. In Vituperatores alicuius
 Id. Fam. 7, 3. ¶ 3 *Nominatiui*: Aliud ex alio incidit,
 Aliud ex alio dependet et euenit Ter. Heaut. 3, 3, 38. Id. ibid. 2,
 4, 15 Hoc beneficio vtrique ab vtrisque vero deuincimini, vt nun-
 quam vlla, amori vestro incidere possit Calamitas. Calor incidit 25
 Pierius menti Stat. Theb. 1, 3. Causae incidunt, quod inepte
 dicunt Casus contingunt. Cic. Off. 3, 75 Sed incidunt saepe causae,
 quum repugnare vtilitas honestati videatur. Error nouus incidit
 Propert. 1, 13, 35. Flamma incidit in segetes Virg. Aen. 2, 305.
 Iugum ceruicibus incidit Columel. 2, 2. Nihil mali ciuitati inci-
 dit, quod non impendere illi tanto ante viderint Cic. de Orat. 1, 26.
 Mentio incidit de Philippo et Romanis Liu. 32, 20. Idem 29, . .
 Non metu modo omni, qui tacitus insidebat animis, liberauit eos,
 sed laetitiam ingentem fecit, quod, etc. Morborum noua genera
 saepe incidere Cels. 1 praef. Pestilentia grauis incidit per urbem 35
 Liu. 27, 23 extr. Rebus incidere, pro *Temere et fortuito*, non
 consilio in res ferri Sen. Epist. 87. Ruinae incident capitibus no-
 stris Liu. 21, 10. Saxum ex spelunca in crura eius incidit Cic. de
 Fato 6. Sermones varii incidere nobis Catull. 10, 5. Sermo
 incidit de Catulo Plin. Epist. 87. Ter. Andr. 3, 2, 21 Renuntia- 40
 tum est, nam qui isthaec tibi incidit suspectio? Idem Adelph. 4,
 4, 6 Nunc suspicio de me incidit, neque ea immerito? Softrata cre-
 dit mihi, me psaltriam hanc emisse. Tempora saepe incidunt,
 quum ea, quae maxime videntur digna esse iusto homine, eoque quem
 virum bonum dicimus, etc. Cic. Off. 1, 31. Terror incidit exer- 45
 citui Caes. B. C. 3, . . Tremor manibus incidit vnctis Hor.
 Epist. 1, 17, 23. ¶ 4 *Impersonaliter, vel intellecto nomine*,
 res, negotium, casus, simili. Incidit saepe vt, Saepe euenit, fere
 fit. Cic. de Amicit. . . Nam vel, vt non idem expediret vtrique,
 incidere saepe, vel, vt de Republ. non idem sentirent. Raro in- 50
 cidebat, vt secundae classis vocarentur Liu. 1, 43 sub fin. Quum
 incidit, vt id apte fieri possit Cic. de Fin. 1, . . Incidit infelici-
 ter, vt talem ciuem amitteremus Liu. 38, 49. Si quis eiusmodi
 forte casus incidit, vt id faciendum sit Cic. de Fin. 3, . . Forte
 ita incidit, vt comitiis perfectis nuntiaretur, etc. Liu. 26, 23 pr. 55
 Forte ita incidit, ne duo violenta ingenia matrimonio iungerentur
 Idem 1, 46. Sic Incidere, absolute pro, In malum incidere
 Scribon. 172.

INCASVRVS, a, um. Partic. Plin. 2, 27 Sed ea accidisse,
 non quia haec facta sunt, arbitror: verum haec ideo facta, quia in- 60
 castura erant illa.

INCIDENS, entis. Adi. Quod incidit, siue cadit. Plin. 11, 37
 Pupillae obiter incidentia facile declinant. Incidens portis exerci-
 tus, i. Incurrens in eum locum, quo portae erant. Liu. 5, 11 Quum
 fuga trepidum, plenum vulnere, ac pauore incidentem portis exer- 65
 citum viderint, etc. Idem 3, 3 Agrestes pauidi incidentes portis.
 Proprium pauidorum videtur incidere, irruere hostium. Sic 5, 26.

INCIDENTER. Adu. Sarisb. praef. Quae incidenter dicta sunt,
 i. casu, occasione momente.

INCIEO, Ære. et INCIO, Ære. Mouere, impraegnare Papias. 70
 Vetus Diction. apud Martin. Inciere, parere, eniti, a ciendo et inuo-
 cando proximos. Sic Gifanius et Pareus Lucret. 5, 960 edidere, Et
 Venus in siluis inciebat corpora amantum. Al. Iungebat. Certius est

INCIENS, entis. Part. Grauida, quod certe magnam habet affi-
 nitatem cum Graecorum ἔγκυος et ἔγκύμων. Festus voce Grauida, In- 75
 ciens propinqua partui, quod incitatus sit fetus eius. Varro R. R.
 2, 2, 8 Faciendum septa secreta ab aliis, quo incientes secludere possis,
 item quo corpore aegro. Columel. 6, 1, 3 pro vulg. tanquam im-
 plente vtero Vrsinus malit inciente. Sed nihil iuuant MSS. Etiam
 Columel. 7, 3, 16 Partus vero incipientis pecoris; Et 6, 11, 8 Itaque 80
 includendae sunt enitentes, vbi primae editiones incipientes habent, le-
 gendum videbatur Vrsino et mihi incientes. Restituit olim Plinio 11, 37
 f. 84 Turnebus Adu. 20, 23. Et ita edidit Hard. a MS. adiutus, An-
 tiqui abdomen vocabant (suis) priusquam calleret, incientes occidere
 non assueti. Arnob. 7 p. 225 Hic (Deus honoratur) sterilibus 85
 vacculis, at ille incientibus scrofis. Et p. 227 extr. Telluri matri
 scrofa inciens immolatur et feta; at Mineruae virgini virgo caedi-
 tur vitula.

INCILE, is. n. [δωρυχῆ] Locus depressus, vt ait Vlpian. D.
 de riuis l. 1 ad latus fluminum: ex eo dictus, quod inciditur. Sic 90
 Ancile ab ancidendo deriuari monuimus ex Varrone. Addit Vlpianus,
 Inciditur enim vel lapis vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi
 possit. Videtur natura Adiectiuum esse. Cato R. R. 155 In monte
 fossas inciles puras habere oportet. Inciles canales forte restituendi Fe-
 sto, vbi nunc leguntur Inlices. Cato iterum 155 Cum plueret incipiet, 95
 familiam cum ferreis sarculisque exire oportet, incilia aperire aquam
 diducere in vias, etc. Repetit ex h. l. Plin. 18, 26 pr. f. 62. Colum.
 5, 9, 13 Si olea in cliuo sit, incilia excitentur, quae limosam aquam
 ad codicem deducant. Vlpian. D. ne quid in flumin. public. etc.
 l. vnic. §. 2 Simili modo et si incile ducat, aut alio loco fiat, aut si 100
 alueum mutet fluminis, hoc interdico tenebitur. Idem in l. 1 D.
 de aqua quotidiana et aestiua, Caput aquae illud est, vnde aqua na-
 scitur: si ex fonte nascatur, ipse fons: si ex flumine vel lacu, prima
 incilia, vel principia fossarum, quibusque ex flumine vel ex lacu in-
 primum riuum compelli possent. Sane tanquam in quodam in- 105

cili, omnia iam adhaerunt Cael. ad Cic. Fam. 8, 5. Vid. Graeu. Sic Apul. Met. 9 p. 221 pr. Viam lacunosis incilibus voraginosam appellat.

INCILIAE, INCILLAE, an INCILIA? [*διώρυγες*] Auctore Festo, Fossae quae in viis fiunt ad deducendam aquam, siue Deriuationes de riuo communi factae.

INCILLO, are. [*ἐγκαλέω*] Pro Increpare vel Improbrare dicebant veteres. Accius apud Non. 2, 430 Qui me incilians probris, sermone indecorans turpi fama differet. Sunt ibi plura. Lucret. 3, 978 Iure (vt opinor) agat, iure increpet, inciletque.

INCINEFACTVS, a, um. Commodian. Instr. 41.

INCINERO, are. Sax. Gramm. 4, 2.

INCINERARIUM, i. n. Ex Charif. profert Barth. in Aduersf. 4, 21. Locus est p. 78 med. Putsch. post cineris mentionem. Hinc muliebre ministerium Incinarium dicitur. Nam Cato in originibus, Mulieres, inquit, nostrae capillum cinere inungitabant, vt rutilus esset crinis. Sed editio Fabric. 1551. 8. Cinerarius. Certe Incinarium voluisse videtur Putschius: Incinarium esse a librario.

INCINGO, nxi, nctum, ere. [*καταζώννω*] Idem quod Circingere, vel Circumligare. Liu. 8, 9 Ipse incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit. Auro incincta Solin. c. 15. Incinctae Igri incedunt de furis Enn. ap. Cic. Ac. 4 c. 28. Lauro incingi Ouid. Met. 14, 482. Mitra canos incincta capillos Idem Fast. 3, 669. Moenibus vrbes incingere Id. Amor. 3, 8, 47. Pellibus incinctae ambae Virg. Georg. 4, 342. Idem Aen. 7, 396. Corycos Oppidum Portu falsoque incingitur

Mela i. c. vlt. Sic idem saepius. Incinctum habere peucedanum Scribon. 163. i. circumdatum. Philyra capilli incincti Ouid. Fast. 5, 337. Serpentibus sese incingebat Catul. 65, 258. Add. Ib. v. 308. Tunica incinctus mercator Ouid. Fast. 4, 675. Verbenis aras incinxit Id. Met. 7, 242. Vestibus pictis incinctae horae Id. Fast. 5, 217. Zonis pretiosissimis incincta Apul. Met. 7 p. 190. Conf. Varro et Afran. ap. Non. 5, 47. et 14, 25. Heinsf. ad Ouid. Met. 3, 162.

INCINCTVS, us. m. Laudatur Plin. 24, 9 Virgam qui in manu habeant aut incinctu, negantur intertriginem sentire. Sed potest diuisim intelligi in cinctu. Quidam aut cinctu.

INCINGVLVM, i. n. Non. 1, 234 Cingulum incingulum plerumque dicitur.

INCINO, ui, entum, ere. [*ἐπαυλέω*] Incipere canere. ProPERT. 2, 18, 6 Seu varios incinit ore modos. Gell. 1, 11 Et frequentamenta quaedam varia tibicen incineret. Et 4, 13 Si modulis lenibus tibicen incinat.

INCENTIO, onis. f. [*ἐπαύλησις*] Cantio seu Cantilena, vel Harmonia vocum ac tiliarum. Gell. refert 4, 13 Democritum docere plurimis hominum morbis medicinam fuisse intentiones tiliarum. Hinc ortum, vt incentio etiam vocetur. Incantatio, quae vocis modulatione fiebat. Gell. 16, 11 Marfis vi quadam genitili datum, vt serpentum virulentorum domitores sint, et intentionibus herbarumque succis faciant medelarum miracula.

INCENTIUVS, a, um. Adi. [*ἐπαυλητικός*] Tibia incentiua qua incinitur, i. incipitur cantus. Varro de R. R. 1, 2, 15 Et vt dextra tibia alia quam sinistra, ita vt tamen sit quodammodo coniuncta, quod est altera eiusdem carminis modorum incentiua, alia succentiua. Ibidem pastorum vitam vocat incentiuam, quia vetustior: agricolarum succentiua, quia recentior, quam rem comprobatur auctore Dicaearcho, homine doctissimo. Lues incentiua Prudent. Hamart. 250. Incentiuus, Incitatuus, propterea quod intentione tubarum soleant milites ad praelium incitari. Firmic. 1, 3 Hinc intelligi datur, stellarum quidem esse, quod patimur, et quod nos incentiuus quibusdam stimulat ignibus: diuinitatis vero esse animi, quod repugnamus. Vid. post

INCENDO. ¶ 2 Substant. Incentiuum, Incitatio, Stimulus. Paneg. Incerti Constantino dicti, Cell. 8, 1, 4 Etenim si in rebus bellicis ipsisque praeliis, non solum tubae et litui, sed etiam Spartanae tibiae incentiuum aliquod feruntur habuisse, etc. Ammian. 14, 1 Cuius acerbitati vxor graue accesserat incentiuum. Id. 29, 3 Potestate late diffusa saeuum imperatori accesserat incentiuum. Incentiuum peccaminis Prud. Apoth. 929. Vitiourum Hieron. Epist. 2 ad Nepotian. Arnob. 4 p. 150 Quod poenis omnibus conueniebat plecti, incentiuo extollitis laudis.

INCENTOR, oris. m. Isid. Orig. 6, 19 Tres gradus sunt in cantando, primus succentoris, secundus incentoris, tertius accentoris. Add. 7, 12. Paulin. Natali Felicis 4 Carminis incentor Christus mihi. Id. Epist. 29, 8 Incentor potius quam consolator lacrimarum. Conf. Symmach. 5, 32. Ambros. Epist. 5, 35. Oros. 15, 19 Sertorius, iam hinc ciuilibus belli incentor et particeps. Et 5, 20 Damasippus praetor, incentore Mario, etc.

INCIPERO, are. Pro Imperare. Plaut. Truc. 3, 2, 8. Sic certe Pareus ex MSS. Pall. Inci pro In olim dictum esse ostendit Scalig. ad Fest. in voce Incitega. Sed editur Impera ab aliis.

INCIPIO, cepi, ceptum, ere. [*ἀρχομαι, ἐρχομαι*] A Capio deriuatur: non, vt aliis placet, a Coepi defectiuo: nec diphthongum admittit. Incipere est velut in manus capere, vt principium est cum primum capimus. Plaut. Poen. 5, 2, 14 Incipere multo est quam impetrare facilius. Ter. Adolph. 2, 2, 19 Perii hercle, hac spe illi hoc inceperunt. Incipe: dimidium facti est coepisse Auson. Epigr. 81. Vt incipiendi ratio fuit, ita sit desinendi modus Cic. Off. 1 c. 37. Aestas prima inceperat Virg. Aen. 3, 8. Amor incipiens Ouid. de Arte Am. 2, 648. Plaut. Capt. 5, 3, 3 Quam diu id factum est? s. T. hic annus incipit vicesimus. Annus incipit a frigidibus Ouid. Fast. 1, 149. Barba erat incipiens Idem Met. 12, 395. Cic. Att. 7, 8 Diem tuum ego quoque ex epistola quadam, quam incipiente Febricula scripseras, mihi notaueram. Cic. Verr. 5 c. 10 Quum rosam viderat, tunc incipere Ver arbitrabatur. Vere incipiente pariunt Plin. 10, 32. ¶ 2 Formulae: Incipiunt Postulare, Poscere, Minari Cic. Verr. 3, 78. Tum bella Gerere nostri duces incipiunt Cic. de N. D. 2 c. 3. Quum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum Ingredi inciperent Id. in Catil. 3, 6. Huic incipio sententiae Diffidere Id. Tusc. 5, 3. Et apud eundem, Incipio sperare. Plin. 14 in prooem. Vnde autem potius incipiemus, quam a vitibus? Abrupte aliquid incipere Quintil. 3, 8.

Ter. Andr. 3, 3, 7 Per ego te deos oro, et nostram Amicitiam Chreme, quae incepta a paruis, cum aetate adcreuit simul. Plaut. Trin. 4, 2, 164 Sed quis hic est, qui huc in plateam Curfuram incipit? Idem Ibid. 4, 2, 42 Magnum Facinus incipis sic petere. Idem Mil. 2, 2, 73 Magnum illic Honorem incipis, si magna munis moenia. Idem Caf. 4, 4, 1 Sospes Iter incipe hoc, vt viro tuo semper sis superstes.

superstes. Ter. Phorm. 2, 3, 16 Turpe inceptu. Liu. praef. Foedum inceptu.

INCIPIENDVS, a, um. Partic. [*ἀρχόμενος*] Quid. Fast. 5, 570 A tantis princeps incipiendus erat. In re incipienda, vid. IN.

INCEPTVS, a, um. Aliud Partic. Amicitia quae incepta est a parvis Ter. Andr. 3, 3, 7. Iter celerant Virg. Aen. 8, 90. Laborem decurrere Idem Georg. 2, 3. Opus destituere Ouid. Amor. 3, 12, 18. Rite sacra Virg. Aen. 4, 638. Seruio Idem Aen. 6, 470. Duobus inceptis Verbis impetum compressi Cic. de Arusp. Resp. c. 1.

INCEPTO, āre. [*ἀρχομαι, ἀρχομαι*] Frequent. ab Incipio. Ter. Haut. 4, 4, 12 Quid inceptat. Idem Phorm. 4, 3, 21. et Eun. 6, 8. Ter. Haut. 3, 3, 39 Vah video quod inceptet facinus. Idem Andr. 5, 4, 22 Et istaec vna parua virgo. tum ille egens, forte applicat, primum ad Chrysidis patrem se. s. fabulam inceptat. CH. sine. Plaut. Truc. 2, 28 Sed quid vis istic? quo iter inceptat? quis est quem accersis?

INCEPTVM, i. n. *Institutum, principium.* Ter. Andr. 1, 5, 1 Hoccine est humanum factum, aut inceptum? Plin. 4, 4 Incepto infausto. Cic. in Catil. 2, 27 c. 12 Cuius ego non modo factum, sed inceptum vltimum, conatumue contra patriam deprehendero. Iuuenilia Ouid. Epist. 17, 35. Pari incepto similis fortuna fuit Patere. 2, 68, 2. Abire incepto, Abire longius incepto, vid. ABE O. Absistere incepto Liu. 31, 26. Absistere inceptis Sil. 11, 334. Deprehendere inceptum Cic. Catil. 2 c. 12. Desistere incepto Virg. Aen. 1, 37. Peragere inceptum Idem Aen. 4, 452. Permanere in incepto Lucc. ad Cic. Fam. 5, 14, 7. Pertactus magni incepti Virg. Aen. 5, 471. Praeuenit inceptum eorum Marcellus Liu. 24, 13 extr.

INCEPTOR, ōris. m. *Qui incipit.* Ter. Eun. 5, 9, 4 O Parmeno mi, ὁ mearum voluptatum omnium inuentor, inceptor, perfectior. Vid. Donat. Carminis inceptor Auien. Arat. pr.

INCEPTIO, ōnis. f. Conatus aliquid faciendi. Ter. Andr. 1, 3, 14 Nam inceptio est amentium, non amantium. Cic. Acad. 4, 119 c. 38 Tam praecleari operis inceptio. Conf. Apul. Apol. p. 317.

INCEPTIVVS, a, um. *Initialis.* Diomed. Gramm. Inceptiua litera.

INCEPTVS, ūs. m. Nep. 11, 2, 5 Epaminondae retardauit inceptus. Vid. Schott. Foedum inceptu Liu. praef.

INCIPISSO, ēre. Plaut. Capt. 3, 3, 17 Nugas ineptiasque incipisso. Conf. Capt. 4, 2, 22. et Mil. 2, 2, 82. et Trin. 4, 2, 42.

INCIRCVMCISVS, a, um. Adi. [*ἀνεπίπυρος*] Nec victum viuere regem incircumcisum patitur Prudent. Psychom. v. 390. *sc. Agagum.* Conf. Tertull. adu. Iud. 2 et 3.

INCIRCVMSCRIPTVS, a, um. Adi. *Infinitus, immensus.* Incircumscriptus Dominus Prudent. Apoth. v. 863. Materia immensa et incircumscripta Tertull. adu. Hermog. c. 38.

INCISE, INCISIM, INCISIO, INCISVM, INCISVRA, INCISVS. Vid. INCIDO, is.

INCITAE, vel INCITA, vid. mox INCITVS n. 2.

INCITEGA, ae. f. Machinula, in qua constituebatur in conuiuio vini amphora, de qua subinde deferrentur vina. Fest. Scaliger. monet, ab Integendo dictam, ut Concipilare, recipere, reciprocus pro compilare, reparare, reprocus. Comparat deinde cum ἐγγυδῆκη vel ἀγγυδῆκη.

INCITO, āre. [*παραθύω, παραθύω*] *Commouere, compellere, incendere:* ab In, et Cito citas. Caef. B. G. 3, 10 Sed multa tamen Caesarem ad bellum incitabant. Incitare ad scribendum Cic. Fam. 9, 16. Idem de Orat. 2, 186 c. 44 Facilius est enim currentem

(vt aiunt) incitare, quam commouere languentem. Et Acad. 4, 144 Qui si vndique omnes conuenerint, facile contra vos incitabuntur. Trebon. ad Cic. Fam. 12, 16 Ne putes in Asia feriatum illum ab his studiis, in quae tua cohortatione incitatus, futurum. Ad

studium et laborem incitandi iuuenes Cic. de Orat. 1, 262. Animos sedare, et Incitare, *contraria* Idem in Orat. 63. Celeritatem incitat exercitatio eloquendi Id. de Orat. 1, 90 c. 20. Cupiditate faciendi aliquid aliquem incitare Cic. de Clar. Orat. 317. Idem Phi-

lipp. 3, 19 Quorum consiliorum Caesaris, et me auctorem et hortatorem et esse et fuisse fateor, quanquam ille non eguit consilio cuiusquam, sed tamen vt dicitur, Currentem incitavi. Conf. Idem de Orat. 2 c. 44. Caef. B. G. 4, 12 Incitato Equo sese hostibus obtulit.

Equo incitato se in hostes immittere Cic. de N. D. 3, 15. Mentem incitare, et Reflectere, *contraria* Idem de Orat. 1, 5. Metum incitat umbra vana Ouid. ex Pont. 2, 7, 14. al. Incutit. Motus silentio incitari non posse Cic. de Somn. Scip. 11. Nauem remis incitare Caef. B. G. 4, 25. Poenae caelibum incitandae Tacit. Ann. 3, 25. Veterani incitantur in eum Cic. Fam. 12, 2. Se ex castris

Caef. B. C. 2, 14. Se ex omnibus partibus in hostes Idem B. C. 3, 24. Incitant me auguria quadam spe non dubia Cic. Att. 10, 8. Idem Att. 2, 16 Quod si in eam me partem incitarem, profecto iam aliquam reperire resistendi viam. Plin. 20, 7 Nec villa res in cibis audiat incitat, inhihetque eadem. Saliens incitat vnda sitim

Ouid. de Rem. Amor. 2, 632. Beneficiis alicuius et amore incitari Cic. Fam. 1, 7. Natura incitari ad aliquid agendum Idem de Fin. 3, 66. Voluptate corporis incitari Idem de Senect. 41.

INCITATVS, a, um. Partic. [*παραθύω, παραθύω*] Celeritate et studio incitatus Caef. B. C. 3, 78. Eruptio sanguinis incitata Scribon. 84. Ira aut perturbatione aliqua incitatus Cic. Off. 1, 23 c. 7. Iracundia incitatus populus Idem pro Domo 86. Et Acad. 4, 14 Et tamen isti Physici raro admodum quum haerent aliquo loco, quasi mente incitati. Gradu incitato accurrit Sen. Troad. 10 v. 997.

Populum incitatum mitigare Cic. de Orat. 1, 202 c. 46. Sanguinis incitati esse Sen. Epist. 11. Studium incitatum ad inueniendam veritatem Cic. Tusc. 5, 68. Voluntas incitata aduersa ratione Idem Tusc. 4, . . . Incitatum pro *Vebementi.* Cic. in Brut. 35 Nihil grande, nihil incitatum, nihil ornatum. Idem . . . Incitata et volubilis, nec ea redundans tamen. Cic. Acad. 4, 87 c. 48 Nonne ibidem incitato furore, vnde haec flamma oritur. Ex Poeta. Com-

par. Cic. Orat. c. 12 Alter incitator fertur. Superl. Legionem vnam incitatissimam retinui apud Cic. Fam. 10, 32. Idem in Somn. Scip. 13 c. 5 Hic vero tantus est totius mundi incitatissima conuersione sonitus, vt eum aures hominum capere non possint. ¶ 2

Incitatus equus Caligulae, de quo Sueton. c. 55 Incitato equo, cuius causa pridie Circenses, ne inquietaretur, viciniae silentium per milites indicare solebat, praeter equile marmoreum, et praesepe eburneum, praeterque purpurea tegumenta, ac monile e gemmis, domum etiam et familiam et suppellectilem dedit, quo lautius nomine eius inuitati

105

acciperentur: consulatum quoque traditur destinasse. *Hic esse videtur potius, quam agitator aliquis, de quo Martial. II, 1 Sed cum sponso fabulaeque lassae de Scorpo (hic agitator est) et Incitato, equo vel eodem, vel eiusdem nominis. Ita etiam accipiendus videtur idem Martial. 10, 76*
 5 Pullo Maenius alget in cucullo, Cocco mulio fulget Incitati. *Sic dedisse arbitror Martialem, non Incitatus. Sic iam visum P. Fabro Semestr. 2, 10 p. 127 et probat Raderus.*

INCITATIVS, ūs. m. Plin. 2, 45. *al. incitu, v. v.*

INCITATIO, ōnis. f. [*παροξυσμός*] *Instigatio, commotio. Cic. Acad. 4, 82 c. 26 Qui ne nunc quidem putat, quum ille sol, qui tanta incitatione fertur, ut celeritas eius quanta sit ne cogitari quidem possit. Languentis populi incitatio, et Effrenati moderatio, contraria Cic. de Orat. 2, 35 c. 9. Acris, vid. ACER. Acri et vehementi incitatione inflammatur animus Cic. de Orat. 2, 183 c. 43. Diuina*
 15 *mentis Idem de Diuin. 1, 89. Et de Orat. 1, 161 Sic euolauit oratio, ut eius vim atque incitationem adspexerim: vestigia, ingressumque vix viderim. Eiaculari incitatione Scribon. 84 de liquore.*

INCITATE. Adu. [*παροξύντως*] *Compar. Cic. Att. 2, 14 Quas Numestio literas dedi: sic te his euocabam, ut nihil acrius, neque incitatus fieri posset. Incitatus ferri Idem in Orat. c. 20. Fluerre ibid. c. 63.*

INCITAMENTVM, i. n. [*παρορμητήριον*] *Quod commouet, incitat et accendit ad aliquid faciendum. Cic. pro Arch. 23 c. 10 Hoc maximum et periculorum incitamentum est et laborum. Incitamentum ad vincendum Liu. 21, 44. Conf. ibi Gronou. Tacit. Ann. 6, 29 extr. Vxor incitamentum mortis et particeps fuit. Conf. Idem Germ. 7, 3. Plin. Paneg. c. 27 Magnum est educandi incitamentum tollere liberos in spem alimentorum.*

INCITABILIS, e. Adi. Gloss. Gr. Lat. [*παροξύντιος*], Incitabilis.

INCITABILVLM, i. n. [*ὄρμητήριον*]. *Idem. Gell. 15, 2 Fomittem esse quendam dicens, et incitabulum ingenii virtutisque. Antiquum.*

INCITVS, ūs. m. [*παρόρμησις*] *Pro Incitatione. Plin. 2, 45 Qui siue assiduo mundi incitu, et contrario siderum occurfu, nascuntur, siue hic est ille generabilis rerum naturae spiritus, etc. Al. Incitatus. Vid. Harduin.*

INCITVS, a, um. Adi. [*παρόρμητος*] *Compositum ex In et Citus: Idem quod Velox et celer. Cic. de N. D. 2, 89 c. 35 Sicut inciti atque alacres rostris perfremunt Delphini. Ex Accio. Lucret. 6, 136*
 40 *Validi vis incita venti. Id. 1, 270. Prudent. Hymn. 3, 93 Incita lingua. Sed ¶ 2 Incitus, a, um est etiam immotus, qui cieri nequit. Varro de L. L. 6, 2 p. 67, 3 In arce templa tescaque incita sunt, quoad ego caste lingua nuncupauero. Sic emendat, Scioppio etiam probante, Scaliger: eaque in appendice ad Coniect. p. 186 ita declarat: Tesca s. templa sunt promota usque ad suos fines, ita ut ulterius promoueri non possint. Antiqui enim terminos s. fines, quos amplius promouere non est, incitos vocabant. Et qui eo rerum redacti erant, ut nullum certum verum suarum consilium capessere possent, ad incitas redacti dicebantur.*

Nam cum ad ultimam lineam promoti erant calculi, tum is, cuius intererat, ad incitas lineas redactus, calculi vero ipsi inciti dicebantur: quod annotauit Isidorus (18, 67) Haec Scaliger. Plaut. Poen. 4, 3, 86 Profecto ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit. M. Quin prius disperibit, faxo, quam vnam calcem ciuerit. Idem Trin. 2, 4, 136 de agro, cuius infelices dominus, Hem! nunc hic cuius est, Ut ad incitas redactus! Sed et neutro genere incita dicebant, intell. spatia, loca. Lucil. apud Non. 2, 422 Illud ad incita cum redit, atque internecionem. Et Villicum Aristocratem, mediastinum atque bubulcum Commanducatus corrumpit, ad incita adegit. Mamert. Paneg. Iulian. c. 9 Epirotae ad incitas intolerandi tributi mole depressi. Apul. Met. 3 p. 141, 60 30 ubi Elmenh. Ad extremas metas deducti, al. habent incitas. Comparari potest Met. 9 p. 223, 3 Et ad ultima salutis iam detrusus.

INCITATOR, ōris. m. Prudent. Rom. 67 *Vt incitator et fax omnium.*

INCITATRIX, icis. f. Arnob. 2 p. 64 *Ista persuasio est incitatrix ad vitia. Lactant. de Ira Dei 23, 22 Opulenta libidinum incitatrix.*

INCIUILIS, e. Adi. *Asper, violentus. Eutrop. 10, 7 Multis inciuiibus gestis. Conf. Aurel. Vict. de Macrin. et Diad.*

INCIUILITER. Adu. Apul. Met. 7 p. 199 *An te nos tractamus inciuiliter, qui nostrum asinum furatum abducis. Compar. Suet. Tit. 6, 5 Egit inciuius, i. Violentius, acerbius, saeuus, et tyranni more, velut oblitus, alios ciues suos non seruos esse, se ciuem aliorum, non dominum. Tacit. Ann. 1, 33 Nam iuueni ciuile ingenium, mira comitas, et diuersa a Tiberii sermone, et vultu arrogantibus et obscuris.*

INCIUILITAS, ātis. f. Ammian. 18, 2 *Contingit per inciuitatem militis. Idem 29, 5 Inciuitatis particeps.*

INCLAMO, āre. [*ἐπιβοῶν*] *Clamore vocare, vel arcessere, Vocare. Val. Max. 1, 7, 7 Perterritus deinde tam tetro viso et nomine horrendo seruos inclamauit: sciscitatusque est, etc. Cic. Att. 2, 18 Sed ita te para, ut si inclamaro, aduoles. Lucret. 3, 266 Non merito inclamet magis, et voce increpet acri? Ouid. Fast. 3, 756 Inclamatque suos, auxiliumque vocat. Idem Fast. 2, 351 Fit sonus, inclamat comites, et lumina poscit. Conf. Plaut. Amph. 5, 1, 16. Inclamare aliquem magna voce Liu. 8, 9. Idem 26, 15 Turbam nomine inclamat. Et 1, 25 Et dum Albanus exercitus inclamat Curiatii, uti opem ferant fratri, iam Horatius caeso hoste victor secundam pugnam petebat. Inclamare aliquem, Conuiciis et maledictis infectari, inquit Festus. Ouid. Amor. 1, 7, 45 Nonne satis fuerat timidae inclamasse puellae. Plaut. Afin. 3, 2, 36 Nimis aegre risum continui, ubi hospitem inclamauit, quod se absente mihi fidem habere noluisset. Conf. Idem Cist. 1, 1, 110.*

INCLAMITO, āre. Frequent. [*ἐπιβοῶμαι*] *Plaut. Epid. 5, 2, 46 Etiam inclamitor quasi seruos.*

INCLAMATIVS, a, um. Partic. *Inclamatus a Puero Plin. 9, 8. Nomine suo inclamatus Lactant. 4, 26.*

INCLAMATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Marc. 4, 41 *pr. INCLAREO, ui, ēre. vel INCLARESCO, ēre. [*ἐνδοκιμέω*] Clarum fieri, manifestum, et notum. Plin. Paneg. c. 82 Nec dignitate nuptiarum magis, quam his artibus inclaruisset. Suet. de Clar. Gram. c. 17 Verrius Flaccus, docendi genere maxime inclaruuit. Artes plurimas inclaruere exemplis Plin. 7, 37. Maxime inclaruuit discipulo Nicea Atheniensi, qui diligentissime mulieres pinxit, de Euphranore pictore Plin. 35, 11. Inclaruuit in auro caelando Plin. 33, 12. Et 7, 21 Myrmecides quidam in eodem genere inclaruuit.*

INCLARVS, a, um. Adi. Symmach, Epist. 3, 4 Animi fides inclara. i. Non clara, dubia.

INCLĒMENS, entis. Adi. [ἀνεπιεικής] Contrarium est Clementi: b. e. Durus et asper. Liu. 8, 32 Extrema concio, et circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem. Compar. Liu. 9, 34 5 Inclementiori verbo quem appellare. Superl. Macrob. Somn. Scip. 1, 10 Dionysius aulae Siciliae inclementissimus incubator.

INCLEMENTIA, ae. f. [ἀνεπιεικεία] Ira persuerans. Virg. Aen. 2, 602 Verum inclementia diuum Has euertit opes. Idem Georg. 3, 68 Et labor, et durae rapit inclementia mortis. Vbi Seruius: Inclementia, Inexorabilitas et duritia. Grauis inclementia fati Stat. Silu. 1, 4, 50.

INCLEMENTER, Adu. [ἀνεπιεικῶς] Dure. Liu. 22, 38 Nihil inclementer in Varronem dictum, nisi id modo, mirari se, etc. Plautus Pseud. 1, 1, 25 Cur inclementer dicis lepidis literis? i. Quare irasceris istis literis? Idem Poen. 5, 5, 44. Inclementer inuehi in aliquem Tac. Hist. 3, 4, 1. Inclementius, Immitius: Ter. in prol. Eun. 4 Tum si quis est, qui dictum in se inclementius existimat esse, etc. Conf. Liu. 3, 48.

INCLINO, are. [ἐπικλίνωμαι, ἐγκλίνω] Inflectere. Quam late pateat significatio et usus verbi, statim ponendis elementari ordine Substantiuis declarabimus. Promiscue autem ponimus Nominatiuos et Accusatiuos in Verbo nunc actiui generis, nunc intransitiui s. neutrius. Acies inclinare vel inclinari dicitur, Quando ita urgetur ab hostibus, ut iam deficiens incipiat cedere, atque in fugam conuertit. Liu. 1, 12 Vt Hostus cecidit, confestim Romana inclinatur acies. Ibidem 7, 33 Tum demum impulsus Latini, percussaque inclinavit acies. Liu. 29, 33 extr. Haec Animum inclinant, ut cum modico potius quam cum magno praesidio equitum ad Scipionem quoque postea venisse Masinissam credam. Idem 1, 24 Hos ut sequar inclinatur Animus. Add. id. 7, 9. Et 40, 5 In praesentia placet omni ope in Romanos accendi regem, impellique ad consilia belli, ad quae iam sua sponte Animum inclinasset. Arbor vento inclinata in tuum fundum Pompon. in l. vlt. D. de arbor. caedend. Astra inclinauerat ortus, Astrorum lucem imminuerat et hebetauerat: vel Astra caelo depulerat Stat. Theb. 12, 1. Deriuare: Liu. 5, 8 Vbi quum omnem Culpam in Collegam inclinaret, acciri Virginitum ex castris, etc. Cursum inclinatur Ouid. Met. 2, 721 de Mercurio volante. Dies inclinatur in vesperam Curt. 6, 11, 9. Domus inclinatur Virg. Aen. 12, 59. Eloquentiam inclinare, pro Imminuere. Quinctil. 10, 1 Quin etiam et Phalereum illum Demetrium (quanquam is primus inclinasse eloquentiam dicitur) multum ingenii habuisse et facundiae fateor. Vid. Orationem inflectere, in INFLECTO.

Fata ducum inclinatur Lucan. 3, 752. Quo se Fortuna, eodem et Fauor hominum inclinatur Iustin. 5, 1 extr. Add. Liu. 55, 57. Caes. B. C. 1, 52 Tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio, ac se Fortuna inclinauerat, ut nostri magna inopia necessarium rerum conflictarentur. Cic. . . . Inclinante deinde se Fortuna ad causam plebis, nuntii veniunt. Fortuna inclinatur et prope iacens Cic. Fam. 2, 15. Liu. 29, . . . Quum primum aestu Fretum inclinatur est, naues mari secundo misit. Idem 1, 27 extr. Quo postquam inclinatur Fuga, alii arma, etc. Genia inclinatur arenis Ouid. Met. 11, 355. Meridies inclinatur Hor. Carm. 3, 28, 5. Milites in fugam inclinatur Liu. 34, 28. Propert. 4, 7, 25 At mihi non Oculos quisquam inclinatur hiantes: Vnum impetrassem te revocante diem. i. Clausit, quod ultimum amantium beneficium esse solet. Hiantes pro vulg. euntis defendit post Barth. et Heinsum Brouckhusius. Liu. 1, 11 Quanquam inclinatur Opes ad Sabinos, rege inde sumto, videbantur. Oppida inclinatur Ouid. Met. 15, 295. Caes. ad Cic. Att. 10, 9 (8) Scribendum ad te existimaui, et pro nostra benevolentia petendum, ne quo progredieris inclinatur iam Re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses. Legitur et Proclinatur. Res inclinatur est, laboratur vehementer Cic. Fam. 1, 1. i. Spectat ad exitum, ut ruinam minatur accisa arbor. Inclinatur Re Liu. 42, 59. Cic. ad Brut. 18 Respondi id, quod sentiebam et dignitati et existimationi tuae maxime conducere, te primo quoque tempore ferre praesidium labenti et inclinatur paene Reipub. Liu. 32, 13 Inclinatur Sententia, suum in Thessaliam agmen dimitteret, metaphora a bilance. Sententiae eo inclinatur, ut dum, etc. Idem 27, 46. Et 28, 25 extr. Illa dubitatio erat, singulaene cohortes, an vniuersi ad stipendium petendum irent: inclinatur eo Sententia, quod tutius censebant vniuersos ire. Liu. 9, 32 Et prius Sol meridie se inclinatur, quam telum hinc atque illinc emissum est. ¶ 2 Formulae aliae: Cic. Att. 12, 28 Tuum enim illud desperatum denique intelliges, et quid inclinatur ad hoc meum consilium adiuuandum. Liu. 30, 9 In hoc consilium maxime inclinatur: legatos tamen ad Annibalem mittendos censent. Ad Stoicos se inclinatur Cic. Fin. 3, 10 c. 3. Paullum timore inclinatur Idem Att. 3, 14 (13.) Plin. 14, 20 In vitium inclinatur experimentum est laminae plumbeae mutatus in eo colos. Sen. in Consol. ad Helu. c. 2 extr. Quasi data opera, in id tempus coniectis malis tuis, ut nihil esset, vbi se dolor tuus inclinatur, i. adquiesceret, certe sustineret se, ne laboretur. Inclinatur apud Grammaticos est Verba et Nomina in Casus, Personas atque Tempora mutare. Vid. Gell. 4, 9. Obsceno sensu Iuuen. Sat. 9, 26 Atque ipsos etiam inclinatur maritos. Conf. Idem 10, 224.

INCLINANS, antis. Partic. [ἐπικλινόμενος] Inclinans ad crocum vel in luteum colorem, b. e. Tendens et fere similis Plin. 27, 12. Inclinantem erigere, Stantem inclinatur Cic. de Orat. 2, 187 c. 44. Idem Tusc. 4, 51 Cum Ajax Danais inclinaturibus praelium restituit.

INCLINATIVS, a, um. Part. [ἐπικλίνων] Liu. 3, 65 pr. Nihil magnopere ad patrum aut plebis causam inclinatur, otium domi ac foris habuere. Acies Vell. 2, 52, 3. et Suet. Caes. c. 62. Animo inclinatur Sen. de Benef. 2, 12. Spes inclinatur dicitur in aliquam partem, Vbi de ea bene speratur. Liu. 5, . . . Teri tempus neutro inclinatur spe. Statu inclinatur Iustin. 4, 4, 8. Cervix Quinctil. 1, 11. Copiae Nep. 16, 5, 4. et Paterc. 2, 55, 1. Dies in tempus pomeridianum Cic. Tusc. 3, 7 c. 3. Plin. 23, 4 Lethargicis magis auxiliare, et inclinatur morbo. Onera a pauperibus in diuites Liu. 1, 43. Respublica paullum inclinatur agitari coepit Sallust. Fragm. 6, 56. Voce inclinatur vultusque canere Cic. in Orat. 27. Liu. 9, 12 pr. Nullo dum certamine inclinatur viribus. i. Integris adhuc et nullo certamine debilitatis. Inclinatur ad pacem animus Liu. 34, 33. Idem 3, 2. et 23, 46. Aries ad flamen austrum inclinatur Cic. Arat. v. 10. Tellus in australem inclinatur axem Auian. Perieg. v. 1263.

INCLINANS, antis. Partic. [ἐπικλινόμενος] Inclinans ad crocum vel in luteum colorem, b. e. Tendens et fere similis Plin. 27, 12. Inclinantem erigere, Stantem inclinatur Cic. de Orat. 2, 187 c. 44. Idem Tusc. 4, 51 Cum Ajax Danais inclinaturibus praelium restituit.

INCLINATIVS, a, um. Part. [ἐπικλίνων] Liu. 3, 65 pr. Nihil magnopere ad patrum aut plebis causam inclinatur, otium domi ac foris habuere. Acies Vell. 2, 52, 3. et Suet. Caes. c. 62. Animo inclinatur Sen. de Benef. 2, 12. Spes inclinatur dicitur in aliquam partem, Vbi de ea bene speratur. Liu. 5, . . . Teri tempus neutro inclinatur spe. Statu inclinatur Iustin. 4, 4, 8. Cervix Quinctil. 1, 11. Copiae Nep. 16, 5, 4. et Paterc. 2, 55, 1. Dies in tempus pomeridianum Cic. Tusc. 3, 7 c. 3. Plin. 23, 4 Lethargicis magis auxiliare, et inclinatur morbo. Onera a pauperibus in diuites Liu. 1, 43. Respublica paullum inclinatur agitari coepit Sallust. Fragm. 6, 56. Voce inclinatur vultusque canere Cic. in Orat. 27. Liu. 9, 12 pr. Nullo dum certamine inclinatur viribus. i. Integris adhuc et nullo certamine debilitatis. Inclinatur ad pacem animus Liu. 34, 33. Idem 3, 2. et 23, 46. Aries ad flamen austrum inclinatur Cic. Arat. v. 10. Tellus in australem inclinatur axem Auian. Perieg. v. 1263.

INCLINATIVS, us. m. [ἄλλως] Pro Terminatione Grammatici-

cis. Gell. 3, 12 Neque aliud est, quod simili inclinatu dicatur.
i. *Terminatione.*

INCLINATIO, ōnis. f. [*ἐπίκλισις, ἔγκλισις*] Plin. de lignis
fœcilibus 16, 43 Qua de causa alterna inclinatione egerunt scobem.

5 Animorum inclinatio plebis ad sustinendam inopiam, etc. Liu. 24, 18
extr. Gell. 14, 1 Procedat haec disciplina sane, sed sub ea modo in-
clinatione caeli, sub qua tunc Chaldaei fuerunt. *Clima dicunt;*
hodie, latitudinem. Ad inclinationem mundi Vitruv. 6, 1. In-
clinationes caeli, vid. Declinatio mundi, in DECLINO, et Vitruv.

10 6, 1. Ad Causae totius inclinationem faciunt argumenta quaedam
Quintil. 5, 13, 57. i. *ad victoriam alterutrius partis.* Corporis
Idem 1, 11. Laterum fortis, ac virilis Id. 1, 11. Cic. Philipp. 5,
26 c. 10 Minimis momentis, P.C. maximae inclinationes temporum
sunt, i. *mutationes.* Et de Fin. 5, 11 Hoc amplius Theophrastus,

15 quae essent in Repub. inclinationes rerum, et momenta temporum,
quibus esset moderandum. Temporis inclinatione et perleui saepe
fortunae momento vectigalia Populi Rom. pendere Cic. de L. Agr. 2,
72. Voluntatum repentina Idem pro Muraen. 53. Voluntatis in-
clinatione propendere in aliquem Id. de Orat. 2, 129 c. 29. Incli-

20 natio ad meliorem spem Cic. pro Sext. 67. *Pro Declinatione et Con-*
iugatione ponitur a Grammaticis. Varr. L. L. 8, 1 Quorundam incli-
nationes sequi. Idem 8, 63 In inclinationibus verborum.

INCLINABILIS, e. Adj. Sen. Epist. 95 (94) Nulla res magis
animos honesta induit, dubiosque et in prauum inclinabiles reuocat
25 ad rectum, quam bonorum virorum conuersatio.

INCLINAMENTVM, i. n. [*ἐπίκλιμα*] *Pro Declinatu vel De-*
riuatione vel Terminatione. Gell. 4, 9 ex Nigidio. Hoc, inquit, in-
clinamentum semper huiuscemodi verborum, vt vinosus, mulierosus,
religiosus, etc.

30 **INCLINIS**, e. Adj. *Quod inclinatur, quod cedit.* Val. Flacc.
Argon. 4, 307 Sonat omnis vulnere ceruix Inclinis ceditque malis.
Min. Fel. c. 3 extr. Testam plano situ digitis comprehensam inclinem
atque humilem, quantum potest super vndas inrotare. ¶ 2 *Item*
ἀκλινης, nihil deflectens Manil. 1, 596 de circulis parallelis mundi: His

35 eadem est via, quae mundo pariterque rotantur Inclines.

INCLVDO, si, sum, ěre. [*ἐγκλείω, κατακλείω*] *Intus claudere.*
Cic. de Senect. 77 c. 21 Nam dum sumus inclusi in his compagibus
corporis, munere quodam necessitatis, et graui opere perfungimur.
Omnia animalia in mundo inclusit Deus Cic. de Vniuers. 30. Idem

40 Att. 1, 13 *ποποδεσίων* quam postulas Miseni et Putcolorum, includam
orationi meae. Et Verr. 5, 117 Includuntur in carcerem condemna-
ti. Cic. Att. 2, 1 Itaque nunc Consule in carcere incluso. In-
cludi simpliciter, absque alia voce adiecta est In carcere compingi. Vid.
Schulting. ad Controu. Sen. p. 232. Cic. Att. 13, 40 Sic enim con-

45 stituebam, neminem includere aliquem in dialogos, eorum qui viue-
rent. Vid. IN. Idem pro Cluent. 152 Nec nunc quidquam agitur,
mihi credite Iudices, et prospicite id, quod prouidendum est: nisi, vt
Equester ordo, in huiusce legis periculum includatur. Plin. Epist.
2, 11 Huius actionem vespera inclusit. h. e. *Actioni finem imposuit.*

50 **Includere se domi** Cic. Verr. 5, 71. Aliquem in praedonum ho-
stiumque custodias Idem Verr. 5, 143 c. 55. Caelum ignauos inclu-
sit nubibus aestus Ouid. Met. 7, 529. Epistolam includere Sen. Ep.
12 extr. est finire. Lacrimas dolor inclusit Stat. Theb. 12, 318. i.
Prohibuit.

55 **Opinionem aliquam in definitiones aliquas** Cic. Tusc.
4, 15. Populos septis Ouid. Fast. 1, 53. Verba versu Cic. de
Orat. 3, 182 c. 48. Viam includere, quod et Praecludere et Claudere
dicitur. Liu. 27, 27 Non ante apparere, quibus obuuis ab iugo ipso
consurgendum erat, quam circuire qui ab tergo includerent Viam.
Liu. 2, 2 Consuli primo tam nouae rei ac subitae admiratio incluse-

60 rat Vocem. h. e. *Ademerat.* Cic. pro Rabir. Post. 48 c. 17 Iam in-
dicat tot hominum fletus, quam sis carus tuis, et me dolor debilitat,
includitque Vocem. Vlpian. in l. item quaeritur §. si gemma D.
locati, Si gemma includenda aut insculpenda data sit, si quidem vitio
materiae factum sit, non erit ex locato actio: si imperitia facientis,

65 erit. **Includere gemmam auro, et Excludere, contraria: vid. EX-**
CLVDO. Smaragdi auro includuntur Lucret. 4, 1120. Speciem
sui similem inclusit clipeo Phidias Cic. Tusc. 1, 34 c. 15. Idem
Verr. 4, 54 Tum illa ex patellis et thuribus quae vellerat, ita scite
in aureis poculis illigabat, ita apte in scyphis aureis includebat, vt

70 ea ad illam rem nata esse diceres.

INCLVSVS, a, um. Partic. [*κατακλεισμένος*] Animus di-
gnissimo domicilio inclusus Vell. 2, 69, 4. Liu. 24, 8 Nullis ne-
que temporis, neque iuris inclusum angustiis, quo minus ita omnia
gerat administraretque, vt tempora postulabunt belli. Inclusum Do-
labellam interfecit Vell. 2, 69, 2. Te incluso, te liberato Cic.
Fam. 11, 8. Odium inclusum effundere Idem Fam. 1, 9. Inclusa
in vno cubiculo ambitio Id. Verr. 2, 132. Piscis inclusus aqua
Ouid. ex Pont. 3, 1, 16. Vna plena incluso mero Idem Trist. 5, 3,
36. In impias fabulas non inelegans ratio physica est Cic. de N. D.

80 2, 63. Verba inclusa modis, versus Stat. Silu. 4, 4, 11. Inclusa
sunt mihi medullis Cic. Att. 15, 4.

INCLVSIO, ōnis. f. [*κατάκλισις*] Cic. in Vatin. 24 c. 10 M.
Bibulum, cuius inclusione contentus non eras, interficere volueras.

INCLITVS, **INCLVTVS**, **INCLYTVS**, a, um. Adj.
85 [*κλυτός*] *Gloriosus, excellens, atque insignis, quique veluti fulgore quo-*
dam famae resplendet. Plaut. Mil. 4, 6, 12 Vt tu inclytus apud mulie-
res. Armis inclytus Virg. Aen. 6, 279. Factis inclytus Ouid.
Met. 12, 173. Acta viri multum inclyta cantu Maenonio Stat. Achil.
1, 3. Dux Virg. Aen. 6, 562. Genus inclytum altis titulis Sen.

90 Herc. fur. f. 6. Gloria inclyta fama Virg. Aen. 2, 82. Iustitia
inclyta, religioque ea tempestate Numae Pompilii erat Liu. 1, 18.
Moenia inclyta bello Virg. Aen. 2, 241. Philosophorum omnium
inclytus Aristoteles Iustin. 12, 16, 8. Templum inclytum diuitiis
Liu. 26, 11. Virtus Sen. Herc. Oet. 1984. Superl. Cato apud Gell.

95 3, 7 Claritudo inclytissima. Dux inclytissimus Columel. 1, 4. *Me-*
dia Vocalis in bonis etiam libris et monumentis lapidum variat, vt osten-
dimus. Nec ratio certi quidquam videtur subiicere: cum pro Graeco
κλύων etiam cluere Latini dixerint, cum Graecae literae i et u substitue-
runt etiam in aliis. Eualuisse tamen videtur scriptura per Graecam Voca-

100 *lem. Triplex scribendi genus ex bonis libris annotauit in vno* Virgil.
Aen. 6, 479 *Burmannus.*

INCOACTVS, a, um. Adj. [*ἐκὼν*] *Pro Voluntario.* Sen.
Epist. 67 (66) Omne honestum iniustum incoactumque est, sincerum,
et nullo malo mistum. Sic Valer. Max. 4, 7 Incoactam voluntatem esse
in amicitiiis contrahendis.

INCOCTILIS, *vid.* INCOOVO.

INCOENIS, e. Adi. [*ἀδαινος*] *Qui non coenduit.* Plaut. Casin. 4, 1, 18 Illae autem fenem incoenam extrudere cupiunt ex aedibus, vt ipsae solae ventres distendant suos.

INCOENO, are. [*δαινώ*] *Pro Coenare.* Suet. Tiber. c. 39 *extr.* Incoenante eo, complura et ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt.

INCOENATVS, a, um. Adi. [*ἀδαινος*] *Idem quod Incoenis.* Plaut. Aulul. 2, 7, 6 Superi incoenati sint, et coenati inferi. Cato c. 156 Qui poturus erit, lauet calida, bibat aquam mulsam, cubet incoenatus. *Conf.* Scrib. Larg. Comp. 140.

INCOEPTIO, *etc.* pro INCEPTIO quidam scribunt. *Vid.* INCIPIO.

INCOGITO, are. *Idem quod Cogitare in vel contra aliquem* Hor. Epist. 2, 1, 122 Non fraudem socio pueroue incogitat vllam.

INCOGITANS, antis. Adi. [*ἀλόγιστος*] *Temerarius, inquit* Donatus. Ter. Phorm. 3, 2, 14 Adeone te incogitantem atque impudentem Phaedria, vt, *etc.* Ibid. 1, 3, 3 Quod ni fuisset incogitans, *etc.* Aufon. Sap. Periandro 15.

INCOGITATVS, a, um. Adi. [*ἀμεπιλόγιστος*] *Idem.* Plaut. Bacch. 4, 3, 1 Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato: sine modo et modestia sum. Lamprid. Alex. c. 16 Dato spatio ad disquirendum cogitandumque, ne incogitati dicere cogerentur. *Accipitur hic actiue: sed passiuè apud* Sen. Epist. 58 (57) Alacritas incogitata et iniussa.

INCOGITABILIS, e. Adi. [*ἀπεπλοκρητος*] *Idem.* Plaut. Mil. 2, 6, 63 Nunc demum scio, me fuisse excordem, caecum, incogitabilem. *Conf.* Lactant. 1, 8.

INCOGITANDVS, a, um. Plaut. Stich. 1, 1, 48 Incogitandus moeror. *Idem* Trin. 2, 1, 1.

INCOGITANTIA, ae. f. [*ἀλογισία*] Plaut. Merc. prol. 27 Incogitantia, excors immodestia.

INCOGNOSCO, ère. Apul. Flor. 4 p. 362, 22 Propius accessit vt etiam incognosceret. *Conf.* I. Pic. Mirand. Epist. 4.

INCOGNITVS, a, um. Adi. [*ἀγνωστος*] *Non cognitus.* Cic. pro Caecin. 29 Dum incognita re iudicare voluisset, *etc.* *Idem* Acad. 1, 44 Quae esset imbecilla, et cum falso incognitoque communis. Vitandum, ne incognita pro cognitis habeamus Cic. Off. 1 c. 6. Oculis incognita nostris Ouid. Met. 2, 46. Facinus Sen. Med. f. 12. Natura hominum Cic. Off. 1 c. 11. Res incognita turbat animos Virg. Aen. 1, 519. Vocabula nobis incognita Cic. de Fin. 3, 4. *Conf.* Nep. 24, 3, 2.

INCOGNOSCIBILIS, e. Adi. Iren. Interp. 1, 12.

INCOHIBESCO, ère. *Adfertur* Lucret. 3, 445 *de anima*, Aère qui credas posse hanc cohiberier vlllo, Corpore qui nostro rarus magis incohibescit? *b. e.* Non cohibet. In, negare aiunt: Cohibescere, *idem quod Cohibere.* Sed editur, Corpore qui nostro rarius magis (*i. rarior*) am (*i. eam*) cohibessit, *i. cohibeat.* Plures in cohibessit: quid si in fuit Accusatiuus generis communis? certe Genitiuum eius, Datium ei, pluralem iis vel ibus communes esse, nemo negat. *Vid.* IM.

INCOHIBILIS, e. Adi. Ammian. 24, 2 Incohibili cursu euasit. *Vid.* INCOIBILIS.

INCOIBILIS, e. Adi. [*ἀσύμφυτος*] *Quod coire et coniungi non potest.* Gell. 5, 3 Videt enim cum illo genere oneris tam impedito, ac tam incoibili, facile atque expedite incedentem. *Sed in MS. et 55 Gron. ed. leg.* incohibili.

INCOINQVINATVS, a, um. Adi. Vulg. Int. Sap. 8, 20.

INCŌLO, ui, ultum, ère. [*ἐνοικίω, ἐνοικέω*] *Inhabitare.* Cic. Verr. 4, 21 Lycii illam, Graeci homines incolabant. Castrum incolere *Idem* Tusc. 2, 23 *ex quodam Poëta.* Delum Id. Diu. Verr. 60 c. 17. Locum aliquem Cic. Tusc. 1, 11. Et Acad. 4, 137. Lustra Sil. 8, 573. Lucan. 1, 449 Nemora alta remotis Incolitis lucis. Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 24 Caeterique dii deaeque immortales, qui excellenti turauo ciuitatis sedem Capitolii in saxo incolitis constitutam. Terras gens incolit Lucan. 9, 891. Trans Rhenum incolunt Caes. B. G. 1, 1. Ter. Heaut. 1, 1, 35 Nam vsque dum ille Vitam illam incolit inopem, carens patria, ob meas iniurias. *Alti et meliores,* Colit. Incoli locus *passiue dicitur,* Qui frequentia populi abundantat. Cic. de Diuin. 1, 93 Ex locis quoque ipsis, quae a quibusque incolabantur.

INCOLO, are. *Idem.* Tertull. de Resurr. Carn. c. 26.

INCŌLA, ae. c. [*ἐνοικος, οἰκήτωρ*] *Qui in aliena regione, vel vrbe, aut repub. habitat, quasi ciuis aut municeps.* Cic. Off. 1, 125 Peregrini autem atque incolae officium est, nihil praeter suum negotium agere, *etc.* Pythagoram Pythagoreosque, incolas paene nostros Cic. de Sen. c. 21. Sed *latius patet, et eos quoque significat, qui sua in patria et ciuitate, in loco proprio suo, habitant.* Aquarum incolae bestiae nantes Cic. Tusc. 5, 38 c. 13. Incolam et ciuem totius mundi arbitrabatur *Idem* Tusc. 5, 108 c. 37. Nouus Hor. Serm. 2, 2, 128. Pauper Ouid. Trist. 3, 10, 60. Turba *Idem* Fast. 3, 582. Cic. de N. D. 2, 140 Sunt enim ex terra homines, non vt incolae atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque caelestium. Loci alicuius Cic. de Fin. 5, 3. Orientis incolae Plin. 2, 70. *Idem* 12, 3 Sed quae ex his in incolarum numero esse coepere, dicentur inter fructiferas, *i. arbores, quae coluntur et seruntur apud nos.* *Idem* 9, 17 Admouitque sibi gula saporis piscibus satis, et nouum incolam mari dedit, ne quis peregrinas aues Romae parere miretur. Phaedr. 1, 5, 6 *de Raris,* Quaedam tum stagni incola. Corrupta quod incola luxu Prudent. Hamart. 950.

INCOLATVS, us. m. *Habitatio sine ciuitatis iure.* Modest. 34 Dig. de Municip. Tertull. de Anima c. 57 *pr. et* Apol. c. 22. *et de Resurr. c. 26.* *Conf.* Paster. Cellar. Cur. *ubi antiqua ex Hadriani aeno occurrit* Inscripção, OMNIA PER OPPIDA INCOLATVM EVITANT.

INCULTVS, a, um. Adi. [*ἀνεργαστος*] *Non cultus, horridus.* Cic. de N. D. 1, 24 c. 10 Terrae regiones inhabitabiles et incultae. Sic apud eundem de Clar. Orat. 16 Serere in inculto et derelicto solo. Ager Cic. pro Rosc. Com. 33. Liu. 2, 34. Capilli Ouid. Epist. 9, 125. Corpus, Inornatum. Cic. pro L. Agrar. 2, 13 c. 5 Vestitu obsoletiore, corpore inculto et horrido, capillatior quam ante. Quid illis terris asperius, quid incultius Oppidis Cic. de Prou. Conf. c. 12. *Conf.* Plin. 19, 8. Cato apud Fest. voca Repulsior, Ne quis incultior, religiosior, desertior publicis negotiis repulsior. Oratio scripta, Impolita et incomta. Cic. de Orat. 95 c. 25 Vt caueatis, ne exilis, ne inculta sit vestra oratio, ne vulgaris, ne obsoleta. Pars nulla Phi-

Iosophiae inculta et deserta est Cic. Off. 3, 5. Idem Tusc. 1, 69
 Caeteras Partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut vrantur calore.
 Picura horrida, inculta, abdira et opaca: cui opponitur Nitida, laeta,
 collustrata Cic. in Orat. 36. Regio est incultior Mela 2, 1. Sen-
 5 tes inculti Virg. Ecl. 4, 29. Squalor Senec. Hippol. 6. Parfi-
 monia rufficana illa atque inculta Cic. pro Quint. 92. Via inculta
 et siluestris Idem de Clar. Orat. 259. Versus Hor. Epist. 2, 1, 239.
 Vir subhorridus et incultus Cic. de Clar. Orat. 117. Vir horridus,
 incultus, moestus Idem Post red. in Senat. 12. Vita inculta et de-
 10 ferta ab amicis non potest esse iucunda Id. de Amicit. 15. Vita in-
 culta et horrida, cui opponitur Delicata Cic. pro Rosc. Amer. 22. Add.
 Idem de Clar. Orat. c. 31.

INCULTVS, ſus. m. contrarium Cultui. Liu. 42, 12 Suos
 honores partim defectos per incultum ac negligentiam, partim ho-
 15 stiliter sublato esse. Sen. Epist. 5. Sallust. Catil. 55. et Iugurth.
 c. 2 extr.

INCULTE. Adu. [*ἀνεργασμένος*] Horride, inornate. Cic. de
 Clar. Orat. 107 Et dicere non inculte solebat. Inculte et horride
 aliquid dicere Idem in Orat. 28 c. 6. Et pro Quint. 75 Vixit enim
 20 semper inculte atque horride: natura tristi ac recondita fuit. Com-
 par. Sallust. Iugurth. c. 19 Super Numidiam Getulos accepimus par-
 tim in tuguriis, alios incultius vagos agitare. Idem c. 89 In omni
 Africa, quae procul a mari incultius agebat.

INCOLOR, oris. *ἀχρῶος* Gloss. Gr. Lat. colore destitutus.

INCOLORATVS, a, um. Adi. Vnde

INCOLORATE. Adu. Incolorate restitui desiderans l. 18 §. 1 D.
 de minorib. i. absque praetextu s. titulo, qui color interdum vocatur.

INCOLUMIS, e. Adi. [*ἀβλαβής, ἀνοσος*] Sanus et saluus.
 Videtur aedium epitheton primum fuisse, quatenus columine suo continen-
 30 tur. Vid. mox Aedes incolumes. Ter. Heaut. 1, 2, 19 Quid reliqui
 est quin habeat, quae quidem in homine dicuntur bona, parentes,
 patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias? Idem Andr.
 3, 5, 5 Posthac incolumem fat scio fore me, nunc si deuito hoc malum.
 Cic. de Fin. 4, 19 Vt se et saluum in suo genere, incolumemque vel-

35 lent. Quibus incolumibus et domi dignitas, et foris auctoritas re-
 tineretur Cic. pro Rosc. Amer. 136. b. e. Superstitibus et viuus. In-
 colume et saluum aliquid per alium retinere Idem Diu. Verr. 72.
 Conseruare incolumem, vid. CONSERVO. Incolumem se ad suos
 recipere Caes. B. C. 3, 64. Gratulor incolumi Ouid. Epist. 6, 3.

40 ¶ 2 Substantia: Aedes incolumes, pro Integris et non ruinosis, dicit
 Vlpian. in l. qui bona fide §. quum inter D. de damn. infect. Quam-
 vis possit quis dicere, non vitio incolumium aedium hoc factum, si
 aliae in eas incidentes ei damni causam praebuerint. Plaut. Perf.
 2, 5, 23 Nimis tu facete loquere, atque tibi ego omne Argentum actu-
 45 tum incolume redigam. Capite incolumi esse Hor. Serm. 2, 3, 132.
 Ciues integros et incolumes seruare Cic. in Catil. 3, 25. Ciuitates
 saluae et incolumes Idem de Inuent. 2, 169. Corpus Lucret. 1, 247.
 Famam tueri Hor. Serm. 1, 4, 118. Grauitate incolumi iocum tenta-
 uit Idem de Arte Poët. 222. Liberos suos incolumes et beatos

50 nemo est qui non cupiat Cic. de Inuent. 1, 48. Ratis Ouid. Trist.
 2, 100. Splendorem a calamitate iudicii incolumem retinere Cic.
 pro Planc. 12. Suet. Neron. c. 54 Sub exitu quidem vitae palam
 vouerat, si sibi incolumis Status permanisset, proditurum se parta
 victoria ludis, etiam hydraulam, et choraulam, et vtricularium, ac
 55 nouissimo die histrionem saltaturum. Virtutem incolumem odimus
 inuidi Hor. Carm. 3, 24, 31. Lucret. 4, 604 Vox per flexa fora-
 mina rerum Incolumis transire potest. Compar. Incolumiores Gell.
 17, 2 ex Q. Claudii Annal.

INCOLUME. Adu. Zeno Veron. Incolume requiescere. Vid.
 60 Barth. Aduers. 42, 14.

INCOLUMITAS, atis. f. [*ἀβλάβεια*] Cic. Fam. 6, 10 Itaque
 si qui mihi erit aditus de tuis fortunis, id est de tua incolumitate.
 Incolumitas (inquit Cic. de Inuent. 2, 169 c. 56) est Salutis tuta atque
 integra conseruatio. Idem de Fin. 5, 18 In quibus numerant incolu-

65 mitatem, conseruationemque omnium partium. Nepos 25, 10, 6
 Singulari prudentia ex procellis ciuilibus ad incolumitatem peruenit.
 Mundi incolumitas Cic. de N. D. 2, 119. Deserere incolumitatem
 et salutem alicuius Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 6. Habere ab
 aliquo incolumitatem Cic. ad Brut. 16. Polliceri incolumitatem de-
 70 ditis Caes. B. C. 3, 28. Praestare incolumitatem Cic. Att. 15, 7.
 Retinent ciuitates incolumitatem et libertatem Idem de Inuent. 2, 168.
 Pro incolumitatibus animarum curam gerere Arnob. 2 p. 52.

INCOMATVS, a, um. Adi. Martial. 12, 99.

INCŌMES, itis. [*ἀκομπος*] Sine comite dicitur, auctore Festo.

75 Antiquum est.

INCOMITATVS, a, um. Adi. Idem. Cic. de Orat. 1, 234 c.
 55 Cuius artem quum indotatam esse atque incomitam et incomtam
 videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti. Funera Lu-
 cret. 6, 1223. Virtus incomitata externis bonis Ouid. ex Pont. 2, 3,
 80 35. Vestigia Sil. 9, 101. Conf. Virg. Aen. 4, 467. Varro de R.
 R. 2, 10 Necnon etiam hoc quas virgines ibi appellant, nonnunquam
 annorum viginti, et quibus mos eorum non denegauit ante nuptias
 vt succumberent quibus vellent, et incomitatis, vt vagari liceret, et
 filios haberent a quibus vellent.

85 INCŌMIS, e. Adi. Minime comis. Macrobi. Saturn. 1, 7 Inco-
 mis et tenebrosa vita.

INCOMITIO, are. [*ἐναρχαιρεσίαω*] Significat (inquit Festus)
 Tale commissum facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est in
 conuentum venire. Plaut. Curc. 3, 1, 31 Quod insigne habeo, quaeso
 90 ne me incomities. Antiquum.

INCOMMA, ae. f. Est ipsum *ἐγκομμία*, quod incisionem interpre-
 teris. Gloss. Isidor. Incommata mensura militum. Veget. 1, 5 Pro-
 ceritas tironum ad incommam semper exacta. Sic certe legendum docet
 Salm. ad Lamprid. Seuer. 4 p. 887. Incommam Isidori etiam Reinesf.
 95 V. L. 2, 14 p. 243 interpretatur de palo incisuras habente, ad quem exi-
 geretur statura tironum.

INCOMMEABILIS, e. Adi. Via cliuosa et incommehabilis
 Ammian. 16, 20 pr.

INCOMMENDATVS, a, um. Adi. [*ἀόριστος*] Quod libidi-
 100 nose violatur, tanquam expositum sine commendatione. Ouid. Met. 11,
 434 de ventis, Nil illis vetitum est, incommendataque tellus, etc.

INCOMMINATVS, a, um. Adi. Auget significationem Parti-
 cipii Passiui Comminatus: Illum parricidam fraterno exitio, et incom-
 minata nouercae nece sicarium Apul. Met. 10 p. 241, 16. i. quia necem
 105 nouercae minatus fuerit.

INCOMMISIBILIS, e. Adj. Simplex et incommisibilis animus Tertull. de Anima c. 12.

INCOMMÖDVM, i. n. [*συμφορὰ*] *Molestia, damnum, detrimentum.* Cic. de Fin. 1, 25 Itaque non ob ea solum incommoda, quae eueniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus. Expers incommodi Cic. Verr. 2, 191. Integer et sincerus ab incommodo Id. Fam. 13, 4. Ter. Hec. 3, 4, 13 Non hercle Parmeno verbis dici potest tantum, quam re ipsa nauigare incommodum est. Non erat incommodum te nullam rationem referre Cic. Fam. 2, 16. Nisi tibi incommodum est, *b. e. Molestum* Plaut. Most. 3, 2, 120. Quod ipse, cui debes, se incommodo exacturum negat Cic. de Clar. Orat. c. 4. *i. si debitori incommodum sit soluere.* Accedit nobis illud quoque incommodum Cic. pro Quint. 3.

ACCIPIO. Affici incommodo Cic. Off. 1, 24 c. 7. Affici incommotis et difficultatibus Idem Diu. Verr. 8. Angi incommotis, 15
Cedit incommodum, Capere incommodum, *vid. hb. vv.* Circumueniunt multa senem incommoda Hor. de Arte Poët. 169. Committere incommoda sua legibus, *vid. COMMITTO.* Commoveri te incommodo valetudinis tuae nolo Cic. Att. 7, 7. Conciliare incommoda alicui Lucret. 3, 877. Contrahi incommotis amici, 20
vid. CONTRAHO. Debilitata multis incommotis veritas Cic. pro Quint. 4. Dare incommoda Idem de Fin. 5, 50. Dolere incommodo detrimentoque suo Id. de Clar. Orat. 4. Facere suo incommodo aliquid Cic. Att. 12, 46. Ferre incommoda alicui, *pro Incommodare.* Idem Q. Frat. 1, 2 Atque ita mihi dicebat Flavius, scriptum in ea epistola, quam tuam esse dicebat, te aut quasi amicis tuis gratias acturum, aut quasi inimicis incommoda laturum. Ferre incommoda, atque iniurias viri omnes, et tegere contumelias Ter. Hec. 1, 2, 90. Ibid. 5, 3 *extr.* Habet locus plus adiumenti quam incommodi Cic. de Orat. 2, 102. Idem Att. 11, 3 Negas praecipuum mihi vllum incommodum Impendere. Importare incommodum, *vid. IMPORTO.* Inuecta incommoda per aliquem, *vid. INVEHO.*

Leniunt incommoda vitae commodorum compensatione sapientes Cic. de N. D. 1, 23 c. 9 *extr.* Idem Q. Frat. 1, 1 Aliqua ex parte his incommotis Mederi fortasse potuisset, *etc.* Patiens incommoti, *vid. PATIOR.* Cic. anteq. iret in exil. 16 Mihi credite hoc in vno incommodum confirmatum, multorum infirmabit incolunitatem: etsi initio non fuerit Refutatum, *etc.* Reicere, diminuere, deuitare incommodum Cic. de Inuent. 2, 18. Reperire medicinam incommotis, *vid. M. DICO.* Caes. B. C. 3, 73 Acceptum incommodum virtute Sarcietur. 40

INCOMMÖDVS, a, um. Adj. [*ἀσύμφορος*] *Quod damnum adfert, vel molestum est.* Ter. Hec. 3, 4, 13 Ain' tu tibi hoc incommodum euenisse iter? Cic. Verr. 3, 214 Non potest reprehendi illa aestimatio, quae aratori non modo incommoda non est, sed etiam grata est. Rebus incommotis subleuare aliquem Cic. pro Cluent. 161. Valetudo Liu. 5, 31. Plaut. Asin. 1, 1, 47 Fateor eam (uxorem) esse importunam, atque incommodam. Compar. Exhibitio incommotior l. ii ff. §. 1 ad exhib. Carcinus incommotiorrem faciebat Herculem Ampel. de 12 signis. 50

INCOMMÖDE, Adu. [*ἀσυνφόρος*] *Cum damno et incommodo; b. e. Molestie.* Ter. Hec. 3, 3, 20 Quia tam incommode illis fors obtulerat aduentum meum. Idem Eun. 2, 3, 35 Incommode hercle, *Contraria:* Cic. de Amicit. 15 c. 4. Quamobrem cum illo quidem (vt supra dixi) actum optime est, mecum autem incommotius. Columel. 12, 5 Idque non incommode opus efficit, nisi quod frequenter vitiatur. Accidisse mihi non incommode visum est Cic. Q. Frat. 1, 2. Conf. Caes. B. G. 5, 33. Venire non incommode ad aliquem Cic. Att. 7, 8. Liu. 40, 51 Incommode opposita signa. Compar. Cic. de Amicit. 15 c. 4 Cum illo actum optime est, mecum incommotius. Superl. Incommotissime nauigare Cic. Att. 5, 9.

INCOMMÖDITAS, ätis. f. *Dammum, molestia.* Ter. Andr. 3, 3, 135 Nempe incommotitas denique huc omnis redit. Liu. 10, 11 Romae tum desiderio viri, tum incommotitate temporis tristis nuntius fuit, vt, *etc.* Plurali, Arnob. 2 p. 54 Morborum incommotitatibus frangi. 65

INCOMMÖDO, äre. [*βλάβω, ζημιώω*] *Dammum inferre.* Ter. Andr. 1, 1, 124 Magis id adeo, mihi vt incommodet, quam vt obsequatur gnato. Cic. pro Quint. 51 Vt quum ipsi alteri scientes incommodarint, nihil ipsis iure incommoti cadere possit. Apul. Met. 8 p. 202, 10 Et puellae, si vellet — furatrinae coniugalis incommodaret rudimentum, *i. incommodum et difficile esset.*

INCOMMÖDATIO, önis. f. [*ζημίωμα*] *Pro Incommotitate.* Cic. Att. 1, 17 Atque in ista incommotiatione alienati illius animi et offensi, illud inest tamen commoti, *etc.* Al. Incommotitate. 75

INCOMMÖDISTICVS, a, um. Adj. *Pro Incommotus, verbum a Plauto fictum* Capt. 1, 1, 19 Parasiti multum incommotistici.

INCOMMÖNITVS, a, um. Adj. Incommotitum aliquem praeterire Zeno Veron.

INCOMMÖTVS, unde 80

INCOMMÖTE, Adu. Status incommote permanet Iustinian. Cod. 1, 1 Epist. praef.

INCOMMÖBILITAS, ätis. f. Iracundiae comitatum sequuntur indignatio et incommotibilitas Apul. de Philosophia p. 68.

INCOMMÖVNIS, e. Adj. Indumentorum formae caeteris incommunes Tertull. de Pall. c. 3.

INCOMMÖVNICABILIS, e. Adj. Nomen incommotabile Vulg. Sap. 14, 21.

INCOMMÖVTABILIS, e. Adj. Voluntas auertitur ab incommutabili bono ad commutabile Augustin. Retract. 1, 9. Incommutabilis Dei veritas Paullin. Nol. Epist. 13 n. 24 ad Pammachium. Conf. Ambros. Epist. 84.

INCOMMÖVTABILITER, Adu. Augustin. Epist. 3. *it. Confess. 1 extr. it. C. D. 5, 9 etc.*

INCOMMÖVTABILITAS, ätis. f. Augustin. Confess. 7, 19. *et 12, 12.* 95

INCOMMÖPARABILIS, e. Adj. [*ἀσύγκριστος*] Plin. 7, 26 Illa fuit vera et incommotabilis inuicti animi sublimitas. *i. Cui comparari alia non potest.* Quinctil. 1, 3 Sed praestet alicui vel gratia, vel amicitia, vel pecunia; vt doctissimum atque incommotabilem magistrum domi habeat.

INCOMMÖPARABILITER, Adu. August. Epist. 9, 4 ad Hieron. *it. de C. D. 21, 9. Sidon. Ep. 6, 4.*

INCOMMÖPARATVS, a, um. Adj. Coniux coniugi incommotissimo fecerunt Inscr. Fabrett. p. 420. 105

INCOMPASSIBILIS, e. Adi. Si impassibilis pater, utique et impassibilis Tertull. adu. Prax. c. 29.

INCOMPERTVS, a, um. Adi. [*ἀνεύρετος*] Incognitus, et de quo certum non habemus. Plin. 34, 13 Origo atque natura eius incognita est mihi. Idem 4, 13 Incomptertae magnitudinis. Incomptertum aliquid dicere Liu. 9, 26. Vetustate incomptertum Idem 4, 23. Incompterta via est Virg. in Aetna v. 141. Adsciscendo deos maioribus incomptertos Prudent. adu. Symm. 2, 363. Liu. 28, 3 Id vtrum parum ex interuallo sit conspectum, an dolus aliquis suspectus fuerit, incomptertum est. Plin. 12, 8 Qualis sit ea, incomptertum habeo.

INCOMPETENTER. Adu. Calliodor. Epist. 5, 14. Ennod. 1, 10. Cod. 1 t. 3 l. 19. et 12 t. 3 l. 2. Praeter rem, aut ius.

INCOMPLEBILIS, e. Adi. Gloss. Gr. Lat. ἀπλήρωτος, Incomplebilis.

INCOMPLĒTVS, a, um. Adi. Non completus. Firmic. 5, 2 Et qui semper imperfecta incompletaque sua consilia derelinquant.

INCOMPLEXIVVS, a, um. Adi. ἀσπερίληπτον, incomprehensibile, incomplexiuum Gloss.

INCOMPOSITVS, a, um. Adi. [*ἀσύνθετος*] Non compositus, Inornatus et inelegans atque inconstus. Liu. 4, 41 pr. Tempanii oratio incomposita fuisse dicitur, etc. Moribus incompositus Quinct. 4, 5. Idem 9, 4. Agmen Liu. 2, 38. Incompositi, i. Palantes Iustin. 1, 3, 4. Motus incompositos dare Virg. Georg. 1, 350. Saltationem nulla ex arte venientem. Seruius. Pede incomposito currunt versus Hor. Serm. 1, 10, 1.

INCOMPOSITE. Adu. [*ἀσύνθετος*] Liu. 25, 37 Et in hostem negligenter et inconste venientem incurrunt. b. e. Sine ordine.

INCOMPREHENSIBILIS, e. Adi. [*ἀκατάληπτος*] Quod comprehendendi et constringi non potest. Plin. Epist. 1, 20 Vt est in disputando incomprehensibilis, et lubricus, ita eludit. Cels. in praefat. 1 Quoniam incomprehensibilis natura sit, i. Comprehendi et intelligi non possit. Praecepta Quinctil. 9, 1. Veritas Gell. 11, 5. Paruitas arenae incomprehensibilis Columel. 10 in prooem.

INCOMPREHENSIBILĪTER. Adu. Hieron. Epist. 87.

INCOMPREHENSIVS, a, um. Adi. Cic. Acad. 4 c. 30 pr. Quae nos incomprehensa et non percepta dicimus. Prudent. Apoth. 816 Incomprehensa virtus.

INCOMTVS, a, um. Adi. [*ἀκοσμος*] Inornatus. Cic. Att. 2, 1 Quamquam tua illa, legi enim libenter, horridula mihi atque inconsta visa sunt. Idem in Orat. 78 c. 23 Si haec subtilis oratio etiam inconsta delectat. Capilli Hor. Carm. 1, 12, 41. Caput Idem Epod. 5, 16. Decor Sen. Hippol. 5. Compar. Suet. Aug. c. 69 Inconstiore capillo.

INCOMTE. Adu. Ammian. 31, 2 Stipites dolantur inconste in hominum figuras. Inconste laudare Stat. Silu. 5, 5, 34.

INCONCESSVS, a, um. [*ἀσυγχώρητος*] Adi. a Concedo is; Negatus et prohibitus. Quinctil. 10, 2 Quum totum exprimere quem elegeris, paene sit homini inconcessum. Virg. Aen. 1, 655 Pergama quum peteret, inconcessosque hymenaeos. Ignibus inconcessis attonitae puellae Ouid. Met. 10, 153. Voluptas placet Id. Amor. 3, 4, 31.

INCONCESSIBILIS, e. Adi. Tertull. de Pudic. c. 3 Fornicatio inconcessibilis.

INCONCILIO, Ære. [*ἀλλοτριόβη*] Est contrarium Verbi simplicis. Plaut. Most. 3, 1, 85 Ne inconciliare quid nos porro postules, i. irritare, odiosus esse. Idem Bacch. 3, 6, 22 Ille, quod in se fuit, accuratum habuit, quod posset mali facere, et in me inconciliare copias omnes meas, i. abalienare, inimicare. Et Trin. 1, 2, 99 Inconciastin' eum, qui mandatus est tibi? Ille qui mandauit, eum exturbasti ex aedibus? Hunc locum respexit, puto, Festus, cum interpretatur per dolum decepisti (Nam comparasti et commendasti, quae addit, plane hoc non quadrant) Sed res ipsa suadet inconciastin' esse corrupisti, malam rem ei et damnum conciastin'. Plaut. Perf. 5, 2, 53 Quia non inconciastin' eum, quum te emo, i. aduersatus est emtioni, quam qui iuuat, conciliare dicitur. Pulchre Sidon. Apoll. Epist. 3, 9 Ea semper

eueniunt, de quibus loci mei aut ordinis hominem constat inconciliari si loquatur; peccare si taceat. Inconciari, i. inimicos sibi parare; sermo enim est de officio Episcopi admonendi peccantes.

INCONCILIATE. Adu. [*ἀφιλιωτός*] Laudant Plaut. Most. 3, 1, 85 Ne inconciliate quid nos porro postules: Sed inconciliare optimi quique libri.

INCONCINNVS, a, um. Adi. [*ἀνεύθετος ἐκμαλής*] Concinnus contrarium Gell. 16, 5 Ea ferme omnia inconcinna atque absurda visa sunt. Cic. de Orat. 2, 17 c. 4 Nam qui aut tempus quid postulet non videt, etc. aut denique in aliquo genere aut inconcinus, aut multus est, is ineptus dicitur. Asperitas agrestis et inconcinna Hor. Epist. 1, 18, 6. Personamque feret non inconcinus vtramque Idem Epist. 1, 17, 29.

INCONCINNE. Adu. Blaterans atque inconcinne causificans Apul. Met. 10 p. 242.

INCONCINNITAS, Ætis. f. Suet. Aug. c. 86, 1 Genus eloquendi secutus est elegans et temperatum, vitatis sententiarum ineptiis atque inconcinnitate.

INCONCINNĪTER. Adu. [*ἀνεύθετος*] Inornate, inconste, impolite. Gell. 10, 17 Vertitque in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter.

INCONCITVS, a, um. Adi. Leni et inconcito gradu Ammian. 24, 23.

INCONCVPISCO, Ære. Amicitia mihi vestra inconcupiscenda Apul. Flor. 3. i. impense concupiscenda.

INCONCVSSVS, a, um. Adi. [*ἀσείστος*] Stat. Silu. 5, 1, 142 Florebant hilares inconcussique penates. Sen. Epist. 67 extr. In otio inconcussio iacere.

INCONCVSSE. Adu. August. Retract. 1, 11. Idem Epist. 11 ad Fortunat. et Epist. 112. Conf. Calliod. Var. Epist. 1, 35.

INCONDITVS, a, um. Adi. [*ἄτακτος*] Inordinatus, incompositus, inordinate compositus. Plin. Epist. 9, 13, 4 Ac primis quidem diebus redditae libertatis, pro se quisque, inimicos suos duntaxat minores incondito turbidoque clamore postulauerat, simul et oppreserat. Liu. 4, 20 In aliquem carmina incondita canere. Inconditi iacent Suet. Rhet. 6, 7. Barbaria Liu. 30, 28. Blanditiae Plin. 8, 5. Carmina Liu. 4, 20. Clamor Curt. 3, 10, 1. Cic. de Orat. 3, 173 Idque princeps Isocrates instituisse fertur, vt inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa (quemadmodum scribit discipulus eius Naucrates) numeris ad-

stringeret. Corpora, i. Insepulta Lucan. 6, 101. Fremitus Plin.

9, 13. Genus dicendi Cic. de Clar. Orat. 242 c. 44. Ius omne civile inconditum ac paene ridiculum praeter Romanum Idem de Orat. 1, 197. Libertas Liu. 24, 24. Virg. Ecl. 2, 4 Ibi haec incondita solus Montibus et filiis studio iactabat inani. Vbi Seruius: Incondita, Incomposita, subito dicta, agrestia: vel infanientis dicta 5 verba. Vel Incondita, Inconscripta. Multitudo incondita, inermisque Liu. 32, 13 extr. Motus Plin. 8, 2. Orator Cic. in Orat. 233. Turba hominum incondita Liu. 22, 45. et 25, 1. Verbis inconditis sententiam aliquam efferre Cic. in Orat. 250 c. 69. Ne sparfi et inconditi sine ordine, sine signis, omnibus portis excurrerent, obsistendo Liu. 29, 34. Inconditus, Non conditus ad diuturnitatem. Columel. 3, 2 statim ab initio, Ad escam non expedit instituire vineta, nisi quum tam suburbanus est ager, vt ratio postulet inconditum fructum mercantibus velut pomum vendere.

INCONDITE, Adu. [*ἀσυντάκτως*] Incomposita, inordinate. Cic. 15 Off. 3, 82 Dicam vt potero, incondite fortasse, sed tamen vt res possit intelligi. Rudis haec incondite fundit Cic. de Orat. 3, 173 c. 44. Incondite et monstruose aliquid cogitare Idem de Diuin. 2, 146. Conf. Apul. Met. 4 p. 146. Cic. ap. Augustin. C. D. 22, 6.

INCONFECTVS, a, um. Adi. Non confectus, vt cibi dicuntur 20 confici, s. concoqui. Intestinorum leuitas, qua continere nihil possunt, et quidquid adsumtum, inconfectum protinus reddunt Cels. 4, 19 (al. 16) al. imperfectum: quod tuetur Morgagn. Epist. 3 in Cels.

INCONFESSVS, a, um. Adi. [*ἀνωμολογηκώς*] Ouid. Met. 2, 557. Seruandum dederat, sed enim Inconfessa quid esset. Sed Heins. 25 eliminandum hunc versum iudicat.

INCONFVSVS, a, um. Adi. Non confusus. Claud. de Conf. Honor. 6, 623

Hic et belligeros exercuit area lusus.

Armatus hic saepe chorus, certaue vagandi

Textas lege fugas, inconfusosque recursus,

Et pulchras errorum artes, iucundaue Martis

Cernimus insonuit quum verbere signa magister.

Conf. Sen. Quaest. Nat. prooem. 3.

INCONFVSIBILIS, e. Adi. Operarius inconfusibilis Vülg. In- 30 terpr. 2 Timoth. 2, 15. ἀνεπιόχυντος.

INCONFVSIBILITER, Adu. Claud. Mamert. de Statu Anim. 1, 15 Inconfusibiliter misceri.

INCONGELABILIS, e. Adi. [*ἀπηκτος*] Quod non potest congelari. Gell. 17, 8 Cur fluuiorum et fontium aquae gelu durentur, 40 mare omne incongelabile sit.

INCONGRESSIBILIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 2, 27 de Deo, ἀπρόσitos.

INCONGRVENS, entis. Adi. [*ἀνάρμοστος*] Quod non congruit, aut concordat ei rei, de qua agimus. Plin. Epist. 4, 9 Dissoluta atque incongruens sententia. Gell. 2, 5 Est enim pleraque et sibi et nobis incongruens.

INCONGRVENTER, Adu. Inconuenienter. Tertull. de Baptism. c. penult. Nec incongruenter quis ad figuram interpretabitur.

INCONGRVENTIA, ae. f. Inconuenientia. Tertull. aduerf. 50 Marc. 2, 25 Infirmitates et incongruentias interpretandas purgandasque pertendam. Add. Id. de Anim. c. 32. Lactant. 5, 13 Seneca incongruentiam hominibus obiectans. Augustin. Ciu. Dei 22, 19 Incongruentia partium.

INCONGRVVS, a, um. Adi. Non congruus. Val. Max. 4, 50 1, 12 Quae facta eorum ac dicta quam incongruo ambitu amplector. al. Quam angusto. Apul. de Dogm. Platon. 3 post pr. Incongruae inter se propositiones.

INCONGRVE, Adu. Augustin. ad Hieron. Epist. 9 c. 4 Quod si facere vellet; nec mendaciter, nec incongrue faceret.

INCONNEXVS, a, um. Adi. Accipe opusculum de inconnexis continuum Auson. Eidyll. 13 praef. Add. Idem Eidyll. 12 ad Paullin.

INCONNIVENS, entis. Adi. [*ἀπενέκτων*] Non motans palpebras. Gell. 2, 1 Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perditus atque pernox, a summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconniuens. Inconniuens iustitiae oculus Ammian. 39, 16.

INCONNIVVS, a, um. Adi. Idem. Oculi Apul. Met. 2 p. 124, 19. Idem 6 p. 179, 5 Inconniuae vigiliae luminibus addictis.

INCONSCIVS, a, um. Adi. [*ἀσυνεσθής*] Conscio contrarium est. Liu. 21, 12 Alcon inconsciis Saguntinis, precibus aliquid motu- 70 rum ratus, quum ad Annibalem noctu transisset. Al. Inscis.

INCONSCIENTIA, ae. f. Gloss. Gr. Lat. ἀσυνεσθησία, Inconscientia.

INCONSENTANEVS, a, um. Adi. Nihil magis mihi inconsentaneum atque indecens aestimari Mart. Capella 5 p. 139. 7

INCONSEQVENS, entis. Adi. Alcon. prooem. act. in Verr. p. 53 Inconsequens locutio. Conf. Idem p. 64. Perinconsequens Gell. 14, 1.

INCONSEQUENTIA, ae. f. [*ἀνομοκλήσια*] Quintil. 8, 6 Multi enim quum initium a tempestate sumserunt, incendio aut ruina finiunt, quae est inconsequentia rerum foedissima.

INCONSIDERANS, antis. Adi. [*ἀσφραδών*] Idem quod Inconsultus: Qui non considerat, quomodo quidque agendum sit. Cic. de Diu. 2, 59 c. 27 Nos autem ita leues atque inconsiderantes sumus. In vestro codice legitur Inconsiderati. Inconsiderantissime Tertull. adu. 80 Marc. 2, 29.

INCONSIDERATVS, a, um. Adi. [*ἄσικπος*] Idem significat: ut apud Cic. Tusc. 3, 4 Temerarius et inconsideratus. Idem pro Quint. 80 c. 25 O rem incredibilem! O cupiditatem inconsideratam! Fama popularis temeraria et inconsiderata Cic. Tusc. 3, 4. Compar. 90 Nepos 9, 5, 1 Inconsideratior in secunda, quam in aduersa fortuna. Quintil. 2, 15 Iuuenili calore Polus inconsideratior. Superl. Cic. de Arusp. Resp. 55 c. 26 Plenus inconsideratissimae temeritatis.

INCONSIDERANTIA, ae. f. [*ἀλογισία*] Inconsulta ratio. Cic. Q. Frat. 3, 9 Cuius in hoc vno inconsiderantiam et ego sustinebo 9 vt potero. Sic legit Lambin. Suet. in Claud. c. 39 Inter caetera, in eo mirati sunt homines et obliuionem et inconsiderantiam.

INCONSIDERANTER, Adu. Vlpian. Dig. 26 t. 10 l. 3. it. Breuiar. Fid. adu. Arian. p. 131 ed. Sirmond.

INCONSIDERATE, Adu. [*ἀλογισως*] Inconsulte, temere. Cic. 100 Off. 1, 103 c. 29 Ne quid temere ac fortuitu, inconsiderate, negligentique agamus. Gell. 17, 1 Vt scribere ausi sunt M. Ciceronem parum integre, atque improprie, atque inconsiderate locutum. Trastare inconsiderate Auert. ad Heren. 4 c. 38. Nihil potest dici inconsideratius Cic. Acad. 4 c. 43. Inconsideratius praeliari Valer. 100 Max. 1, 5, 9. Inconsideratius commoueri August. Conf. 9, 9.

INCONSIDERATIO, ōnis. f. Saluian. de Gubern. Dei i extr. Qui sola mentis inconsideratione peccasset. *Conf. Torrent. ad Suet. Claud. c. 39.*

INCONSILIVM, i. n. Gloss. Gr. Lat. ἀβελία, Inconsilium.

INCONSTITVS, a, um. Adi. Ager inconstitus, incultus Varro L. L. 4, 4.

INCONSOLABILIS, e. Adi. [ἀπαρμύδης] Ouid. Met. 5, 426
— Contemtaque fontis

Iura sui moerens, inconsolabile vulnus

Mente gerit tacita. Malum Ammian. 29, 2.

INCONSONANTER. Adu. Apud Priscian. . . . Vet. Int. Iren. 5, 17 Inconsonanter et inconsequenter dispersum esse.

INCONSPICTVS, a, um. Adi. *Inconsideratus*. Gell. 17, 21 pr. Ne in his sermonibus forte inconspicuum aliquid temere dicere.

INCONSPICVVS, a, um. Adi. Mart. Capell. 8 Stella superioribus inconspicua. Idem 6 Quis dubitet alia inconspicua fieri, atque alia eminere. Florus 4, 2, 67 Non inconspicua tamen morte omnium.

INCONSPRĒTVS, a, um. Adi. Quod non improbatum est Festus.

INCONSTABILIS, e. Adi. Vet. Interpr. Iren. l. 5.

INCONSTABILITIO, ōnis. f. [ἀναρτασία] Vulg. 4 Efd. 15, 16.

INCONSTANS, antis. Adi. [ἀβέβαιος] Qui sibi non constat, levis, mobilis, volubilis, qui tum hoc, tum illud dicit. Plin. 18, 35 Si id

in pluribus partibus fiet, inconstantes ventos effundent. Ridicule es visus inconstans Cic. pro Rosc. Com. 19 c. 6. Idem Fam. 10, 16 Quum is frigidus sane et inconstantes recitasset literas Lepidi. *Compar.* Cic. ad Brut. 15 Instrumentum regni delatum ad Lepidum et Antonium, quorum alter inconstantiior, alter impuriior. *Superl.*

Sen. Epist. 99 Populus nullius rei bonus auctor, et in omnibus inconstantissimus. Gell. 13, 30 Accepit inconstantissimo vultu et moestissimo.

INCONSTANTIA, ae. f. [ἀστασία] *Leuitas*. Cic. Acad. 4,

17 Quamuis igitur fuerit acutus ut fuit, tamen inconstantia eleuatur auctoritas, i. minuitur, fidem amittit. Inconstantia totius sententiae Cic. Acad. 4, . . . Inconstantiam mensurae diuersitas auctorum facit Plin. 6, 26. Cic. Att. 16, 7 Nemo doctus vquam mutationem consilii, inconstantiam dixit esse. Inconstantia mutabilitasque mentis Idem Tusc. 4, 76 c. 35. Varietas et inconstantia, et crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio Id. pro Domo 4. Ab inconstantia et temeritate seiungi non potest fortuna Cic. de N. D. 3, 61. Fama inconstantiae pertimescenda Idem Fam. 1, 9. In maxima inconstantia, veritatis ignoratione, versantur vulgi opiniones Idem de N. D. 1, 43.

INCONSTANTER. Adu. [ἀσταρῆς] *Leuiter*. Cic. in Partit. . . . Si aut ambigue, aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt. Inconstanter loqui Cic. Acad. 4, 53 c. 17. Idem Tusc. 4, 24 Intelligatur igitur perturbationem, iactantibus se opinionibus, inconstanter et turbide in motu esse semper. Membra inconstanter iactando fatigat Lucret. 3, 490. Inconstantissime dicta Cic. de Fin. 2, 88 c. 27.

INCONSVĒTVS, a, um. Adi. [ἀνεθῆσός] *Non assuetus*. Sil. 11, 282 Stupet inconsuetus opimae Sidonius mensae miles. Vitruu. praef. 5 Sermo inconsuetus. Idem 1, 4 Salsitudo inconsuetata.

INCONSVLTVS, a, um. Adi. [ἀβελος] *Imprudens, inconsideratus et nullius consilii, vel qui omnia agit sine consilio*. Cic. pro Deiot. 26 Homo inconsultus et temerarius haec non videbat. Quint. Decl. 19 O inconsultam muliebrem semper amentiam! Si inconsultus hoc fecit, et Si optimo consilio usus sit, contraria Tripho-

nus in l. non solum §. sed et is D. de ritu nupt. Inconsultum consilium, *Imprudenter administratum*. Plaut. Mil. 3, 1, 6 Nam bene consultum, inconsultum si sit, inimicis vsui esse potest. Turba inconsulta ruit Lucan. 1, 493. Liu. 3, 21. *Conf. Burm. ad Grat. Cyneg. v. 4.* Ex inconsulto arma posuit Sil. 8, 218.

INCONSVLTVS, a, um. Partic. *A quo consilium non est pettum*. Varro R. R. 1, 10 Etenim inscio atque inconsulto domino, serui saepe ex agro discedunt. Inconsultus, *Cui non est datum consilium*. Virg. Aen. 3, 452 Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllae. Vbi Seruius: Inconsulti, inscii rerum, ignari, sine consilio. Et Consultus est. Qui consulitur: Inconsultus, Qui non accipit consilium.

¶ 2 *Qui sibi non consulit neque patitur consuli*. Cic. pro Deiot. 26 At, credo, haec homo inconsultus et temerarius non videbat. Et pro Rabir. Post. 2 Qui illam Postumi siue inanem spem, siue inconsultam rationem, siue (grauissimo verbo vtar) temeritatem etc. *Compar.*

Nazar. Paneg. Constant. c. 13 Confessus est se inconsultior dolor. Veget. de Re Mil. 1, 2 Septentrionales populi inconsultiores. *Superl.* Saluian. de Auar. 1 Inconsultissimum ac stultissimum est id quosdam agere, ut quod adfectu ac voto volunt, id ipsum re atque actu nolle videantur.

INCONSVLTE. Adu. [ἀβελος] *Sine consilio, imprudenter*. Sallust. Catil. c. 42 pr. Inconsulte, ac veluti per dementia cuncta simul agebant. Incaute inconsulteque Liu. 4, 37. Cic. de N. D. 1, 43 c. 16 Quam inconsulte ac temere dicantur. Caes. B. C. 1, 45 Quod eo incitati studio inconsultius processerant. *Compar.* Liu.

41, 14 Vbi inconsultius quam venerat, se gessit. Sall. Iug. c. 35.

INCONSVLTO. Aliud Adu. Auc. ad Heren. 3, 8 c. 5 Ne deos quidem esse auxilio iis, qui se inconsulto in periculum mittant. Vlp. in l. 1 §. et ideo D. de his, quae in test. del. Proinde et si inconsulto superscripsit induxisse se, manebunt.

INCONSVLTVM, i. n. Sil. 8, 216 Arma senatus Ex inconsulto posuit Tyrnthus heros.

INCONSVLTVS, ūs. m. [ἀβελία] Plaut. Trin. 1, 2, 130 Me absente, atque insciente, inconsultu meo, aedes venales haec inscribit literis.

INCONSVMMATVS, a, um. Adi. *Imperfectus*. Ut erat inconsummatus et rudis Ammian. 31, 42. Inconsummatus et subagrestis Id. 21, 18. *Conf. Augustin. Confess. 10, 30.*

INCONSVMMATIO, ōnis. f. Inconsummatio generationis Tertull. adu. Valent. c. 10. i. imperfecta, impedita generatio.

INCONSVMTVS, a, um. Adi. [ἀδυσπάρτος] Ouid. Met. 7, 592 Inque manu turis pars inconsumta reperta est? Tibi inuenta inconsumta, Tu puer aeternus Ouid. Met. 4, 17. Id. ex Pont. 1, 2, 41.

INCONSVTILIS, e. Adi. Vulg. Int. Ioh. 19, 23. *Conf. Lex. Philolog. Martin.*

INCONTAMINĀTVS, a, um. Adi. [ἀμίαντος] Contamina-

tò contrarium Varro de R. R. 3, 9 Similes facie non his villaticis gal-
linis nostris, sed Africanis aspectu ac facie incontaminata. Liuv. 4, 2
Ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit.

INCONTAMINABILIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 4, 9.
August. Confess. 7, 3 pr. Saluian. de Gub. 3 p. 78.

INCONTAMINABILITER. Adu. August. de Gen. ad lit. c. vlt.

INCONTAMINABILIS, e. Adi. Tertull. Apolog. c. 45.

INCONTEMPLABILIS, e. Adi. Facies Mosis incontempla-
bilis filiis Israël Tertull. adu. Marc. 5, 11. Add. Id. de Refurr. c. 55.

INCONTENTVS, a, um. [*ἀνεπαρκής*] Adi. a Verbo Tendo, 10
is, Contento *contrarium*: b. e. Quod non est tensum, sed laxum. Cic.
de Fin. 4, 75 c. 27 Aequae enim contingit omnibus fidibus, vt incon-
tentae sint: illud non continuo, vt aequae incontentae.

INCONTIGVVS, a, um. Adi. Qui tangi non potest. Arnob. 7
p. 222 Sed si Deus nullius est corporis, omnique et incontiguus tactu, 15
qui fieri potest, etc.

INCONTINENS, entis. Adi. [*ἀνεπαρκής*] Qui continere (se)
non potest. Plaut. Asin. 5, 2, 9 At nunc dehinc scito illum ante omnes
minimi mortales pretii, madidum, nihili, incontinentem, atque oso-
rem vxoris suae. Proprie Plin. 8, 43 Sed incontinens vterus vrinam 20
genitalem reddit, etc. Sen. Nat. Quaest. 3 c. 30 Nihil est tam vio-
lentum et incontinens sui. Tityus incontinens, b. e. Libidinosus
Hor. Carm. 3, 4, 77. Conf. Gell. 19, 2.

INCONTINENTER. Adu. [*ἀνεπαρκής*] Immodeste et sine conti-
nentia. Cic. Off. 3, 37 c. 8 Si omnes deos hominesque celare possi-
mus, nihil tamen auare, nihil iniuste, nihil libidinose, nihil inconti-
nenter esse faciendum. Cels. 1, 3 Cibum incontinenter assumere. 25

INCONTINENTIA, ae. f. [*ἀνεπαρκεία, ἀνεπαρκεία*] *Contrarium*
Continentiae: b. e. Immodestia et intemperantia. Cic. pro Cael. 25 c. 5
Multa de incontinentia, intemperantiaque disseruit. Add. Id. Verr. 4 30
c. 15. Incontinentia vrinae, *Profluuium*. Plin. 28, 8 Vesicam in
vino potam contra vrinae incontinentiam. b. e. Spontaneam vrinae
emissionem. Idem 32, 5 Vrinae incontinentiam Hippocampi in cibo
sumti emendant. Add. Idem 20, 2.

INCONTINENTI. Adu. i. *Confestim*. Vlpian. in l. 2 §. 35
vtrum D. quemadmod. testam. aperiant. Vtrum autem incontinenti
potestatem inspiciendi vel describendi praebit: an, etc. *Melius dis-*
iungitur In continenti. Vid. Contuens, in CONTINEO.

INCONTINGIBILIS, e. Adi. Apul. de Mundo p. 233 Stew.
al. immobilis. Vid. Etmeh. Emendatt. ad p. 57.

INCONTRADICIBILIS, e. Adi. Quid sapientius et incontra-
dicibilius confessione simplici Tertull. adu. Marc. 4, 39.

INCONTROVERSVS, a, um. Adi. De quo non est *controuersia*.
Paene perierat nomen bonae, vt arbitror, notae, nisi retraxisset illud Lam-
binus, Cic. de Orat. 1, 241 c. 57 Licet igitur impune oratori hanc par-
tem iuris incontrouersi ignorare, quae pars sine dubio multo maxi-
ma est. In eo autem iure, quod ambigitur inter peritissimos, etc.
Pearcius tamen reduxit lectionem omnium librorum in controuersis. 45

INCONVENIENS, entis. Adi. [*ἀνεπαρκής*] *Indecens*. Quin-
til. 1, 9 Est enim Soloecismus in oratione comprehensionis vnus se-
quentium ac priorum inter se inconueniens positio. Cic. Fam. 12,
13 Haec nouissima nostra facta non subita, nec inconuenientia, sed
similia illis cogitationibus, quas etc. Sen. de Vita beata c. 12 De-
finant igitur inconuenientia inter se iungere, et voluptati virtu-
tem implicare. i. *Dissentanea*. Phaedr. 3, 14, 6 Non inconueniens 55
corpus.

INCONVENIENTER. Adu. Augustin. de Trin. 2, 9. Idem
de Genes. ad liter. 11, 15.

INCONVOLVTVS, a, um. Adi. Post inconuolutos multiplices
casus Ammian. 29, 16. 60

INCONVVSVS, a, um. Adi. Inconuulsa simplicitas Cod.
Theodos. 12 t. 14.

INCONVERSVS, a, um. Adi. Exfertis et inconuersis oculis
Apul. Met. 2 p. 272. *Theologi de immutatione mentis religioſa vsurpant*.

INCONVERTIBILIS, e. Adi. Natura inconuertibilis et inde 65
mutabilis Tertull. adu. Hermog. c. 12. Add. Id. de Anima c. 21. Am-
brof. de Filii Diuinit. c. 8.

INCOPIOSVS, a, um. Adi. Solitudo incopiosa Tertull. de Ie-
iun. c. 5.

INCOPRIO, are. [*ἐνκοπρίω*] *Conspurcare, conuiciis et oppro-* 70
bris, quasi stercore impetere. Commodian. Instruct. 19 Incopriat ci-
ues hic detestabilis omnes. Scurra, qui incopriatur Gloss. Isidor.

INCŌQVO, coxi, coctum, ère. [*συνεψάω*] *Simul coquere*. Plin.
12, 3 Haec est autem, cuius grana Parthorum proceres incoquere di-
ximus esculentis, commendandi halitus gratia. Triti piperis cochleae 75
vnum incoquas Apic. 2, 2. Plin. 9, 30 Vnum hoc animalium
nisi viuum feruenti aqua incoquatur, fluuida carne non habet callum,
de locusta marina. Columel. 8, 5 Cauca cum matre claudendi sunt,
et farre ordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino resperſo
modice alendi. Plin. 12, 17 Tradidere ladanum glomerari in pul-
verem, et incoqui sole. Radices incoquere odorato Baccho Virg.
Georg. 4, 279. Succos atros incoquit Ouid. Met. 7, 265. Inco-
quere in oleo Scribon. 118. i. *coquere*. * Incoqui Idem 201. Inco-
quantur duobus sextariis Id. 1. Mala incoquantur 40. ¶ 2 In-
coquere aliquando significat *Coquendo applicare metallum vnum alteri, in-* 85
aurando, etc. Plin. 34, 17 Album plumbum incoquitur acris operi-
bus Galliarum inuento, ita vt vix discerni queat ab argento: eaque
incoctilia vocant. Deinde et argentum incoquere simili modo coe-
pere equorum maxime ornamentis, iumentorumque iugis in Alexia
oppido, etc. 90

INCOCTVS, a, um. Partic. [*συνεψηθεῖς, ὀπρηθεῖς*] *Simul co-*
ctus. Plin. 18, 11 Candorem autem ei pro creta lactis incocti mistura
confert. Aceto incoctae Scribon. 2. — in aqua 53. — in vino
53. 114. Caro Gell. 10, 15. Cruor incoctus herbis Hor. Epod. 3,
7. Mulieres incoctae dicebantur Plus aequo calamistris vstae Festus. 95
Pectus honesto generoso incoctum Pers. 2, 74. Spicula incocta ce-
raſtis Sil. 15, 634. Vellera incocta Tyrios rubores Virg. Georg.
3, 307. Incocti corpora Mauri: b. e. Nigri, et adusti Solis ardori-
bus, habentes corpora valde cocta Sole Sil. 17, 638. Oleo incoctum
Plin. 35, 15. et 36, 13. ¶ 2 Incoctus crudus, non coctus. 100
Plaut. Mil. 2, 2, 53 Quidquid est, incoctum non expromit: bene co-
ctum dabit.

INCOCTIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 4, 3 Incoctio aquosi
liquoris.

INCORAM, cum Gen. Apul. Met. 7 p. 197 Incoram omnium 1050

gestiebat inscendere. Idem 9 p. 221. et 10 p. 241 Incoram sui. Sed aduerbiallyter Incoram ut Coram Idem Met. 10 p. 249.

INCOCTILE, is. f. [συνέκτος] Vid. paullo ante Incoquere n. 2.

INCORDIO, āre. In cor immittere, et suadere dicunt esse, et laudant Plaut. Cist. 1, 1, III Si me absente Alcesimarchus veniet, nolito acriter eum inclinare, vtut me erga'st meritus, tamen incordies. Et sic olim edebatur. At nunc, Mihi cordi est tamen.

INCORONATVS, a, um. Adi. Incoronata simulacra et arae viduae Apul. Met. 4 p. 155.

INCORPORĀLIS, e. Adi. [ἀσώματος] Quod non habet corpus. Quintil. 5, 10 Ius, quod sit incorporale, apprehendi manu non posse. Sen. Epist. 91 Deinde a corporibus se ad incorporalia transtulit. Idem 58. et de Benef. 6, 2. Tertull. adu. Hermog. c. 35.

INCORPORALITAS, ātis. f. Macrob. in Somn. Scip. 1, 5 Occurrit prima perfectio incorporalitatē in numeris. Et alibi frequenter. it. Tertull. de Anima c. 7.

INCORPOREVS, a, um. Aliud Adi. [ἄσωμος] Quod forma et corpore caret. Gell. 5, 15 Corpuse sit vox, an incorporeum: hoc enim vocabulum quidam finxerunt proinde, quod Graece dicitur ἀσώματος. De Deo sentit, quod sit incorporeus Apul. de Dogm. Plat. p. 49. Macrob. Saturn. 7, 15 Cum philosophia illic se habeatur augustinior, vbi de rationali parte, id est de incorporeis disputat. Sed quod laudant quidam Cic. de Fin. 3, 45 c. 14 nihil est, et ipsi quoque sententiae aduersum. Optima videtur lectio Manutiana ex libro Maffaei, Gruteri, Gronouio, Dauisio recepta. Omnis ista rerum in corpore sitarum (al. in corpore harum, al. incorporearum, al. corporearum) aestimatio splendore virtutis et magnitudine obscuratur, et obruatur, atque intereat, necesse est.

INCORPŌRO, āre. Solin. c. 35 (22) Regionem partim tenent barbari; quibus per artifices plagarum figuras, iam inde a pueris variae animalium effigies incorporantur. Ducem salutis caelitus Incorporatum gignere Prudent. Cathem. 12, 80.

INCORPORABILIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 3, 17 Habitu incorporabili.

INCORPORALITER. Adu. Claud. Mamert. de Statu Anim. 3, 14. et Ambros. Epist. 9.

INCORPORATIO, ōnis. f. Laudatur Columel. 6, 2, 13 Custodiendum est, ne incorporatione vel statura, vel viribus impar cum valentiore iungatur. Fuerit igitur Incorporatio statura, et ea, quam mox f. 15 Corporaturam ipse Columella vocat. Sed sic alterutrum redundare videtur, incorporatione, aut statura. Editum adhuc fuit in corporatione. Mihi placet vehementer, quod Gymnicus expressit, et probauit F. Vrsinus, in comparatione, cum boues comparantur, paria sunt, vel Compares, i. ad iugum vnum alligantur. Vid. COMPARO n. 6. Incorporatio vocabatur, quando rationales, seu procuratores, bona publicata, aut alia ratione ad fiscum pertinentia, describebant, et rebus Caesaris aggregabant, titulos demum vel insignia Principis iis imponebant. Valentin. A. l. 3 si quando C. de bon. vac. Panciroli. Not. dign. Imp. Orient. c. 88. Gutber. de Offic. Dom. Aug. 3, 25.

INCORRECTVS, a, um. Adi. [ἀδιόρθωτος] Opus incorrectum Ouid. Trist. 3, 14, 23.

INCORRIGIBILIS, e. Adi. Cathol.

INCORRŪPTVS, a, um. Adi. [ἀφθίτος] Qui non corrumpitur, corrumpi non potest. Plin. 13, 9 Nec minus spina celebratur, quoniam incorrupta etiam in aquis durat. Animus Cic. Tusc. 1, 43 c. 19. Compositiones incorruptae Scribon. 38. sc. medicamentorum. Custos incorruptissimus Hor. Serm. 1, 6, 81. Custos incorruptior canis Columel. 7, 12. Genus disciplinae incorruptum Liu. 1, 18. Integritas Latini sermonis incorrupta Cic. de Clar. Orat. 132 c. 35. Materia incorrupta contra omnia vitia Plin. 13, 16. Cic. Fam. 11, 28 De qua (Opinione) etsi non dubitabam, tamen quia maximi aestimabam, vt incorrupta maneret, laborabam. Sanitas Cic. de Opt. Gen. Orat. 8. Sermo incorruptior Gell. praef. Succus sanguinis incorruptus Cic. de Clar. Orat. 36. Idem de Fin. 1, 71 c. 21 Si tota oratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat, id est incorruptis atque integris Testibus, etc. Virgo Cic. in Orat. 94. Vox incorrupta bene iudicantium Idem Tusc. 3, 3. Contraria: Cic. de Clar. Orat. 261 Caesar autem rationem adhibens, consuetudinem vitiosam et corruptam, pura et incorrupta consuetudine emendat.

INCORRŪPTE. Adu. [ἀφθίτως] Incorrupte atque integre iudicare: b. e. Iuste et sine fauore Cic. de Fin. 1, 30 c. 9. Idem pro Marcell. 30 c. 9 Incorruptus de aliquo iudicare.

INCORRŪPTELA, ae. f. Tertull. de Resur. Carn. c. 51.

INCORRŪPTIBILIS, e. Adi. Lactant. 1, 3 extr. et 4, 6. Augustin. de Ciu. Dei 22, 26. Arnob. 2. Tertull. de Cult. Fem. c. 6. et de Anima c. 50.

INCORRŪPTIBILITER. Adu. August. Confess. 3, 2.

INCORRŪPTIBILITAS, ātis. f. Tertull. ad Vx. 1, 7. Idem Apol. c. 48. et adu. Valent. c. 14.

INCORRŪPTIVVS, a, um. Adi. Hieron. Epist. 152.

INCORRŪPTORIVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 2, 16.

INCORRŪPTIO, ōnis. f. August. de Ciu. Dei 22, 21 pr. Idem de Trin. 13, 7. et Mor. Eccl. Cath. c. 19. Tertull. de Res. Carn. c. 51. Vulgata Rom. 2, 7.

INCOXO, āre. [ἐνοχιάζω] In coxam sidere (al. sedere.) Pacuius, Adeo incoxanti mihi pes obstupuerat. Pomponius Panuceatis, Neque interim eacandi causa vnquam incoxauit nate. (f. nates) Haec Nonius 1, 180.

INCRASSO, āre. et āri. Passiu. [παχύνειν] Tertull. adu. Ppsych. c. 6. Idem adu. Marc. 3, 6. De sensu bonorum et malorum amisso.

INCRASSATVS, a, um. Part. Vulg. Int. Deut. 32, 15. et Matth. 13, 15.

INCRĒATVS, a, um. Adi. Apud Lactantium esse dicitur.

INCREBRESCO, f. INCREBESCO, increbui vel increbui, ēre. Diuulgari, palam fieri. Plaut. Merc. 5, 1, 9 Nam vbi mores deteriores increbrescunt in dies, etc. Aura increbuit Hor. Serm. 2, 5, 93. Sic Cuning. Increbuit Bentl. Auster increbuit, b. e. Auctus est, et vehementior factus est. Caes. B. C. 3, 26 Et quum iam nostris remissione vento appropinquassent, idem Auster increbuit, nostrisque auxilio fuit. Cic. Philipp. 14, 12 c. 5 At si quis Hispanorum aut Gallorum, aut Thracum mille aut duo millia occidisset, non eum hac Consuetudine, quae increbuit, Imperatorem appellaret Senatus? Cic. Verr. 2, 7 Vt proxime ad nostram Disciplinam illam veterem, non hanc, quae nunc increbuit, videantur accedere. Liu. 7, 12 Gallici quoque

que belli Fama increbrescebat. Idem 24, in Quum increbresceret rumor bellum in Sicilia esse. Nomen late increbrescit Latio Virg. Aen. 8, 14. Numerus ipse iam apud Oratores increbuit Cic. in Orat. 66. Pugna aduersa increbrescit Sil. 10, 1. Liu. 8, 8 Inde Rem ad triarios redisse, quum laboratur, prouerbio increbuit. Rumor increbuit Curt. 6, 2, 15. Sermo increbuit, et increbuit apud Cic. de Opt. gen. Orat. 11. Idem in Orat. 66 Ventus increbrescit: cura ut valeas Cic. Fam. 7, 21. *b. e. Vehementius flare incipit, et suadet nauigationem.* Vndae magis increbrescunt Catull. Argon 62, 274. De orthographia variant MSS. et impressi. R literam omitti in Rubesco et Erubesco in Nigresco seruari, notum est. Increbrescere semper scribi debere ait Burm. ad Virg. Georg. 1, 359 Litora misceri, et nemorum increbrescere murmur. Idem monuerat ad Sueton. Aug. c. 11. Et probat Drakenb. ad Liu. 8, 12, 7.

¶ 2 Increbrascere vel Increbrare etiam antiquum verbum fuisse videtur, i. frequentem esse, frequenter facere aliquid. Certe sic a Camerario inde editur Plaut. Truc. 1, 1, 29 Si raras noctes ducit, ab animo perit: (si amanti rara est copia amicae, consensescit, et tristitia consumitur) Si increbrauit (saepe potitur amoribus) ipse gaudet, res (familiaris) perit.

INCREDIBILIS, e. Adi. [*ἀπίστος, ἀνεπίδατος*] Quod credi non potest. Ter. Eun. 5, 9, 19 Di vestram fidem, incredibilia Parmeno modo quae narravit. Incredibilis sum Plaut. Bacch. 4, 3, 3. i. Non creditur mihi. Cic. Verr. 4, 50 Haec Centuripina nauis erat incredibili celeritate velis. Idem Att. 5, 16 Itaque incredibilem in modum Concurfus fiunt ex agris. Cruciatu incredibiles Plin. Epist. 1, 25

12. Eloquentiam incredibilem consequi Cic. de Orat. 2, 1. Furor incredibilis et singularis Idem pro Sulla 75. Memoria Plin. Epist. 2, 3. Modo incredibili consentire Hor. Carm. 2, 17, 21. Peruerfitas Cic. Fam. 1, 7. Res credibilis et Incredibilis Idem de Inuent. 2, 42. Virtus singularis et incredibilis Id. Att. 15, 16. Et de Orat. 1, 172 Antonii incredibilis quaedam et prope singularis et divina Vis ingenii.

Incredibile et falso memoriae proditum omnibus hoc videbatur Cic. pro L. Manil. 41. Incredibile est quae ego illos scio oppositos Gallorum castris in aestiuis fecisse Idem Fam. 16, 27. Sen. Epist. 92 Quare ergo incredibilia sunt ista apud eos, qui virtutem colunt. Cic. Philipp. 7, 8 Quaesio vos Patres Conscripti, ut primo si erit vel acerbum auditu, vel incredibile a M. Cicerone esse dictum, accipiatis sine offensione quod dixerō. Dictu incredibile Iustin. 12, 9, 8. Incredibile memoratu est, quam facile coaluerint Sallust. in Catil. 6 pr. Cic. in Parad. 11 Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. Compar. Sen. Epist. 92. et Nat. Quaest. 3, 17.

INCREDIBILITAS, vid. INCREDULITAS. INCREDIBILITER. Adu. [*ἀπίστως*] Cic. de Senect. 51 c. 15 Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, etc. Idem Philipp. 1 c. 15.

INCREDVLVS, a, um. Adi. [*ἀπιστός*] Hor. in Arte Poët. 188 Quodcunque ostendis mihi sic, incredulus odi. Quintil. 10, 3 11 Veluti increduli quidam, et de ingenio suo pessime meriti. *b. e. Qui difficillime assentiuntur.* Add. Idem 12, 8. Passiue, Cui non creditur. Gell. 9, 4 Res inauditae, incredulae. Vid. Drakenb. ad Sil. 2, 98.

INCREDVLITAS, ātis. f. [*ἀπιστία*] Mart. in l. Mariti lenocinium 29 D. ad leg. Iuliam de adulteriis, Tunc autem puniendus est maritus eius, quum excusare ignorantiam suam non potest, vel adumbrare patientiam praetextu incredulitatis. Pandectae Florentinae, et Haloander habens, Incredulitatis. Conf. Apul. Met. 1 p. 111. Hieron. ad Damaf. Ep. 125.

INCREDENDVS, a, um. Adi. Idem ac Incredibilis. Apul. Met. 2 p. 120 Incredenda fabula. Idem Florid. 2 p. 351. Id. Apol. p. 304, 26 Incredundas frugum illecebras.

INCREDITVS, a, um. Adi. Non creditus. Apul. de Deo Socr. p. 52 Incredita vaticinia Cassandrae.

INCREMENTVM, vid. INCRESCO.

INCREMO, āre. Vnde

INCREMATVS, a, um. Part. Viginti centurionibus incrematu, hoc velut sacramento sumferant bellum Flor. 4, 12, 24. i. concrematu.

INCRĒPO, ui, Itum, āre. [*ἐπιτιμάω, ἐπιπλήττω*] Sonare, et crepitum vel sonum emittere. Simul ut discus increpuit Cic. de Orat. 2 c. 5. Me totam esse in metu propter te, quidquid increpauerit Cic. in Catil. 1 c. 7. Virg. Aen. 9, 504 At tuba terribilem sonitum procul aere canoro Increpuit. Plaut. Amph. 4, 2 suppos. 6 Si minuscule digito increpauerint fores. Liu. 1, 25 Ut primo statim concursu increpuere arma, micantesque fulsere gladii, horror, etc.

Increpui hibernum, et fluctus moui maritimos Plaut. Rud. prol. 69. i. Sonitum dedi ventorum, ut hiberno solet fieri tempore. Ictu verberis increpuit Ouid. Met. 14, 819. Conf. Id. Amor. 3, 15, 17. At simul argutae nemus increpuere cicadae Calpurn. Ecl. 5, 56. i. per nemus. Conf. Heins. ad Ouid. Fast. 6 vlt. Vnda increpuit latus carinae, Percussit Ouid. Trist. 1, 4, 24. Idem Epist. 3, 118 Tutius est iacuisse toro, tenuisse puellam, Threiciam digitis increpuisse Lyram, i. pulsasse: quem versum repetit Am. 2, 11, 32. Sed aliud est Lyra increpare Ouid. Fast. 6 extr. Annuit Alcides, increpuitque lyra. Sic, inquam, legendum, ut habent omnes ante Heinsium, qui ex uno alteroque MS. lyram reposuit. Increpuit lyra est tacta paullo asperius lyra Poëtae finem canendi illi imponere. Sic Hor. Od. 4, 15 pr. Phoebus volentem praelia me loqui — increpuit Lyra. Apertior esset sententia, si volente haberent boni quidam libri: vel si liceret more Graeco Accusatiuus consequentiae sumere pro Ablatiuis. Sed quidquid huius sit, illud certe apparet, noluisse Phoebum, ut res bellicas caneret Horatius, eiusque rei signum esse, increpuit lyra. Iupiter atras increpuit Nubes Ouid. Met. 12, 52. Cic. pro Muraen. c. 10 Simulatque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostrae conticescunt. Liu. 3, 43 extr. Si quid increpet terroris. Increpare aliquid alicui, i. Inclamare Liu. 6, 37 pr. Add. Id. 4, 50.

¶ 2 Saepe hoc verbum adiunctam sibi habet notionem reprehensionis, obiurgationis, castigationis, siue quae verbis et sono tantum fiat, siue quae verberare. Tib. 1, 1, 10 Aut stimulo tardos increpuisse boues. Plaut. Amph. 5, 1, 25 Totus timeo, ita me increpuit Iupiter. Cic. Q. Frat. 2, 3 Quum illius in me perfidiam increparet. Suet. Calig. c. 39 Cui instrumenta distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit: modo auaritia singulos increpans, et quod non puderet eos locupletiores esse, quam se. Sacvitiae Id. Galb. c. 15. Increpans haec in regem Liu. 1, 51. Sallust. de Rep. Ord. ad Caes. c. 3 An illa, quae paullo ante hoc bellum in Cn. Pompeium, victoriamque Sullanam increpabantur, obliuio ab-

100

100

100

100

100

stulit? Liu. 23, 45 Annibal multo grauioribus probris increpabat, etc. Increpando exercitum Liu. 2, 45 pr. Liu. . . . Et vanis animis minisque increpant hostem. Voce acri increpare aliquem Lucret. 3, 966. Cic. Hort. apud Non. 4, 258 Tum Pseudomenus, Et sortitam, et totam dialecticam aut illudis, aut increpas. Aetatem alicuius Cic. in Sallust. 7. Arrogantiam alicuius Idem Acad. 4, 75. Fugam alicuius Cic. de Orat. 2, 21. Moras alicuius Ouid. Epist. 1, 82. Flor. 1, 1, 8 Ad tutelam nouae urbis sufficere vallum videbatur: cuius dum irridet angustias Remus, idque increpat saltu, dubium an iussu fratris interfectus est. A cunctis increpor Ouid. Met. 3, 636.

INCREPANS, antis. Partic. Liu. 27, 1 Ipse in Fuluii similitudinem nominis, — increpans, similem euentum pugnae fore, affirmabat.

INCREPĪTVS, a, um. Partic. [ἐπιτιμηθεὶς] *Obiurgatus*. Liu. 23, 26 Qui post classem ad Iberum per pauorem desertam grauius increpiti etc. Idem 24, 17. Caeterorum increpita cupiditate Suet. Calig. c. 44. Fortuna Patere. 2, 55, 3.

INCREPĪTO, āre. Frequent. [ἐπιπλήττω] *Arguere, Comitiari, inquit Festus*. Virg. Aen. 10, 900 Hostis amare quid increpitas, mortemque minaris? Caes. B. G. 2, 15 Increpitare atque incusare reliquos Belgas, qui, etc. Add. c. 30. Socii increpitant Virg. Aen. 3, 454. Audentius increpitans hostem Stat. Theb. 11, 668. Increpitare aliquem morae Sil. 8, 265.

INCREPITANS, antis. Part. Virg. Georg. 4, 138 Aestatem increpitans feram. i. *Conquerens de tarditate aestatis*. Sed Aen. 1, 738 ubi Dido pateram Bitiae dedit increpitans, vel simpliciter est exhortans ad hilaritatem et alacritatem bibendi, vel reprehendens et obiurgans blande tarditatem strenui alias epulonis.

INCREPITVS, ūs. m. Apul. de Deo Socr. p. 52 Increpitu indignatus.

INCREPATVS, a, um. Adi. Iustin. 11, 3, 5 Legatis increpatiis. Iuntae vero, Increpitis. Prudent. Cath. 7, 195 Increpata fraude.

INCREPATIO, ōnis. f. Vet. Gloss. Lat. Gr. et Tertull. adu. Marc. 4, 7 et 23. *ibid.* 5, 20.

INCREPĀTOR, ōris. m. Gloss. ἐπιτιμητής.

INCREPATORIVS, a, um. Adi. Sidon. Epist. 9, 7.

INCREPATIVE. Adu. Sidon. Epist. 6, 9.

INCRESCO, ēui, ētum, ēre. [ἐπιδιδωμι, ἐπαυξάνομαι] *Valde siue Magis crescere*. Liu. 1, 33 Carcer ad terrorem incrementis audaciae media urbe imminens foro aedificatur. Quinctil. 8, 4 Hoc genus increfcit, ac fit manifestius, si ampliora verba cum ipsis nominibus, etc. Suet. de Clar. Gramm. c. 3 Post hoc magis ac magis et gratia, et cura artis increuit. Plin. Epist. 1, 12 Increuerat valetudo, quam temperantia mitigare tentauit. Celsus in Praef. 1 Nam modo increfcere morbos, modo consistere, modo minui. Idem 2, 7. Virg. Aen. 3, 46 Hic confixum ferrea texit Telorum seges, et iaculis increuit acutis. Audacia increfcit Liu. 1, 33. Barba increfcit genis Lucan. 2, 376. Certamine increfcente Liu. 10, 5. Dolor increuit Ouid. Met. 9, 703. Febris: Morbi Cels. 2, 14. Maculis increfcentibus varie ac verrucis Plin. 37, 12. Salutaris profectio increuit per hos viros Cels. 1 Praef.

INCREMENTVM, i. n. [ἐπίδοσις] *Augmentum*. Quinctil. 8, 4 Incrementum est potentissimum, quum magna videntur etiam quae inferiora sunt. Cic. de Fin. 2, 88 c. 27 Negat enim summo bono afferre incrementum diem. Fluuii incrementa Lucan. 4, 139. Urbis incrementum Liu. 1, 44 extr. Sic Magnum Iouis incrementum, apud Virg. Ecl. 4, 49. i. *alumnus et nutricius Iouis, διοτροφής*. Auctae res incremento ingenti Liu. 1, 33 extr. *vid. AVGEO*. Capere incrementum, *vid. CAPIO*. Quinctil. 3, 2 Huic studium, et incrementum dederit vtilitas. Debit omnia incrementa sua sibi M. Cicero Patere. 2, 34. Incrementa, *Semina unde aliquid crescit*. Ouid. Met. 3, 103 Motaeque iubet supponere terrae Vipe-reos dentes, populi incrementa futuri. Incrementa Liberalitati adiecit Adrianus pueris ac puellis, quibus etiam Traianus alimenta detulerat Spartian. Adrian. c. 7. Vopisc. Probo c. 4 Huic igitur dari iubebis, quoniam mediocris fortunae est, vt eius dignitas incrementis iuuetur, tunicas ruffulas etc. Hic incrementa significant accessionem fortunarum et pecuniae a liberalitate Augusti. *Vid. Casaub. ad Spartiani l. c. et Guther. de iure Man. 2, 10 p. 239 sq.*

INCREMENTVLVM, i. n. Dimin. Apul. Met. 5 p. 164 Incrementulum vteri.

INCREMENTO, āre. [ἀυξάνω] Augustin. . . . Dominus incrementat.

INCRIMINATIO, ōnis. f. Tertull. de Resurr. Christi c. 29 Persequor ad palinam incriminationis.

INCRISPATIO, ōnis. f. *Crispatis*. Augustin. Epist. 112 c. 22.

INCRETO, āre. *Creta oblinere*. Incretare faciem Petron. c. 102.

INCRVENTVS, a, um. Adi. [ἀδίσταμος] Victoria incruenta,

In qua nullus cruor effusus est, nulli aut pauci occisi sunt Liu. 27, 14 extr. Idem 7, 8 extr. Nec Romanis incruenta victoria fuit, quarta pars militum amissa. Liu. 8, 29 extr. Haudquaquam tamen incruento milite suo. Conf. Sallust. Catil. extr. Praelium incruentum Liu. 2, 56.

INCRVENTĀTVS, a, um. Aliud Adi. [ἀναίμακτος] Tacit. Hist. 4, 37, 4 Discesserant obsessores, mistus ex Cattis, Vspis, Mattiacis exercitus, satietate praedae, nec incruentati. Plures leg. incruenti. *Vid. IMPERFOSSVS*.

INCRVENTE. Adu. Prudent. Rom. 1094 Si vos sinatis incruente viuimus. Conf. Lex. Pitisc.

INCRVSTO, āre. [κράκω] *Crustam ducere, siue Crustam applicare*. Varro de R. R. 3, 14 Has quoque saginare solent, ita vt ollam cum foraminibus incrustent sapa et farre. Calices incrustentur eis Scribon. 135. Parietem Procul. in l. quidam D. de seruitut. vrb. praed. Sincerum cupimus vas incrustare Hor. Serm. 1, 3, 55. i. *Virtutem quasi vitium interpretamur*.

INCRVSTATVS, a, um. Part. Parietes incrustati Varro apud Non. 2, 461.

INCRVSTATIO, ōnis. f. [κράκωσις] *Crustae parietis, aut pavimento, aut vasi applicatio* l. 79 de Verb. signif. Incrustationem materiariam, Galli Lambrissuram vocant.

INCRVBO, ui, itum, et aui, atum, āre. [ἐγκοιμῶμαι] *Absolute; vel cum Dativo, significat Intus siue Super cubare. Vniuersim tenendum, cum ab Incumbo etiam sit Incubui et significatio paene eadem, in Praeterito vix posse distingui. In Praesenti quidem haec videtur diuersitas, quod*

68

quod Incubare situm iacentis notat proprie, Incumbere autem conatum eius, qui ad cubandum, incubandum se componit, vel nititur. Virg. Aen. 4, 650 Incubuitque toro, dixitque nouissima verba. Incubant ab omnibus spondis transuersae praeclearae contubernales ex Caelio Quinctil. 4, 2, 123. Incubare stramentis Hor. Serm. 2, 3, 117. Plin. 11, 16 Nam nisi incubauere fauos liuidos faciunt. *de apibus.* Incubare proprie, *inquit Seruius, dicuntur II, qui dormiunt ad accipienda responsa.* Virg. Aen. 7, 88 Pellibus incubuit stratis somnosque petiuit, etc. *Aegroti hoc in primis faciebant in templo Aesculapii, et Graece dicebantur ἰκνομαῖδοι.* Argumentum Pluti Aristophanicae maiorem partem huc pertinet. Plaut. Curc. 1, 1, 61 Hic leno aegrotus incubat in Aesculapii fano. Idem ibid. 2, 2, 16 Namque incubare te satius fuerat Ioui. *h. e. Dormire in Capitolio, ut responsa possis accipere.* Et mox Si quidem incubare velint, qui peieraerint, Locus non praebere potis est in Capitolio. Sic Mela 1, 8. et Tertull. de Anima 48. Hinc viri docti etiam apud Cic. de Diuin. 1, 96 c. 43 excubabant mutare velent in incubabant. Vid. EXCVBO n. 2. ¶ 2 Cic. pro Cluent. 72 Hic ille planus improbissimus quaestu iudiciario passus, qui illi pecuniae quam condiderat, spe iam atque animo incubaret, contrahit frontem. Auro defosso incubare, *ex fabula draconis thesauros custodientis, in auaros dicitur* Virg. Georg. 2, 507. Diuitiis soli incubuere repertis Idem Aen. 6, 610. Apul. Met. 4 p. 146 Aureos folles incubabat. Gazae incubas Martial. 12, 53. Quinctil. 10, 1 Qui autem sciuerit, quo quaeque sint modo dicenda, nisi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam, velut thesauris clausis incubabit. *i. Quos habeat quidem in sua potestate, sed non explicet ad usum aliquem.* Rure incubabo vsque in praefectura mea Plaut. Caf. 1, 1, 22. *id est custodiam, ut in praesidio collocatus.* Proprie rursus Liu. 5, 46 Incubans cortici, secundo Tiberi ad urbem defertur. Sen. de Vita Beata c. 25 Super Circense tomentum per futuras veteris linteae effluens, incubabo. Apul. 7 p. 190, 31 Tabernulam quandam vitatis maris fluctibus, incubabat. *i. in ea pernoctabat.* Acies incubuit integris hostium ordinibus Tac. Hist. 2, 42. *i. contra eos nixa est omni vi: Itaque ab Incumbo est.* Mens incubuit dolori Ouid. Trist. 4, 3, 21. *i. dedit se.* Incubare ouis vel pullis dicitur gallina Columel. 8, 5. *Idem c. 8 pr.* Nec minus in agros emittant matricem, quae ouis vel pullis incubant. Incubare oua noctibus, *i. Fouere* Plin. 9, 10. Idem 8, 25. Varro de R. R. 3, 9 Negant plus viginti quinque oua incubare. Si vna (rerum natura) omnes (Mundos) incubaret Plin. 2, 1. *i. foueret, qua ratione Spiritus Dei quoque incubuisse aquis dicitur a Moese.* Incubare, absolute positum, et subauditur Oua vel Ouis. Columel. 8, 5 Gallinae incubare cupiunt ab Idib. Ian. Incubari, Passium. Plin. 10, 54 Oua incubari intra decem dies edita vtilissimum. Ibid. Quarto die post quam coepere incubari. Idem 8, 25 Oua incubanda. ¶ 3 45 Incubare, per translationem dicitur, Per vim rem alienam tenere. Seruius in illud Aen. 1, 89 — Ponto nox incubat atra. Nox enim alienum tempus inuaserat. Sic qui iure quid non possidet, sed per vim et iniuriam, incubare dicitur: quod qui sic possident, in loco asidui sunt, et velut cubant. Alconius in Verr. 1, 116 Cuius debeat esse possessio, cur praetor dicat, si possessor est? quasi iam probauerit possessorem esse eum, qui incubauit. Quum igitur Dionysium Macrobius appellat Siculae incubatorem aulae, violentum quendam possessorem exprimit. Sic Florus 2, 6, 57 Factum est, ut inhaerentem et incubantem Italiae extorqueret Hannibalem. Vid. INCUBATOR. Sic Lucan. 2, 27 Metus incubat amens.

INCUBITO, are. Frequent. [*ἐκνωμαῖδοι*] Columel. 8, 14 Cellas in quibus incubant, siccissimas esse oportet: *de anseribus.* Plin. 8, 43 Spatiose incubant laxitate.

INCUBITATVS, a, um. Part. Stupratus. Plaut. Perf. 2, 4, 13 Video ego te iam, incubitatus es. Sic Salmas.

INCUBATVS, us. m. [*ἐκνωμαῖδος*] Plin. 10, 54 Si incubatu tonuerit, oua pereunt: *i. Quum gallina incubat ouis.* Conf. Solin. c. 39.

INCUBATIO, onis. f. [*ἐκνωμαῖς*] Plin. 10, 56 Rara incubatio ouis noxia. Idem 54. Pro iniusta rei detentione l. ult. Cod. Ne rei dominicae.

INCUBITIO, onis. f. [*ἐκνωμαῖς*] Plin. 10, 54 Incubitioni datur initium post nouam lunam. al. Incubationi.

INCUBITVS, us. m. [*ἐκνωμαῖδος, ἐκνωμαῖδος*] Idem. Plin. 10, 70 54 Quaedam autem et citra incubitum sponte naturae gignunt. Idem 8, 36. Incubitus dextri lateris, Dum aliquis cubat supra dextrum latus Plin. 28, 4. Conf. Solin. 53.

INCUBATOR, oris. m. Macrobi. Somn. Scip. 1, 10 Dionysius aulae Siculae inclementissimus incubator: *h. e. Iniustus possessor, et qui per vim regnum Siciliae occupabat.* Seru. ad Aen. 7, 266 Imperii incubator. Fanorum incubatores Tertull. de Anima c. 49.

INCUBO, onis. m. Morbus, qui et Incubus vulgo dicitur a Medicis. Scrib. Larg. Comp. 100 Facit haec compositio ad suspirium, et ad vocis abscissionem, et subitas praefocaciones ex qualibet causa ortas, et ad eos, qui saepius existimantur ab incubone deludi. Petron. c. 38. Vid. Scheff. Not. p. 76. Genus grauioris soporis, ut de incubone praesumptio est Tertull. de Anima c. 44. Conf. EPHIALTES.

FAVNI.

INCULCO, are. [*ἐκνωμαῖδος, κωμωβίω*] ex In et Calco; Infercire. 85 Plin. 29, 2 At canis rabiosi morsibus inculcata post diem septimum soluitur: *de lana succida.* Columel. 2, 20 Area molari lapide condensetur, et rursus subiectis paleis inculcetur. Per translationem, eadem saepius iterando ingerens. Cic. in Orat. 50 c. 15 De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leuiora, ut qui murum struunt. Sed 230 c. 69 vitiosum est: Apud alios — numero seruientes inculcata reperias inania quaedam verba, quasi complementa numerorum: qua de re p. p. Neque inferciens verba, quasi rimas expleat. Cic. de Orat. 1, 127 Satis est enim caeteris artificibus percipiendis tantummodo similem esse hominis: et id quod datur, vel etiam inculcetur, si quis forte sit tardior, posse percipere animo, et memoria custodire. Alicui aliquid Cic. Verr. 3, 156 c. 67. Non quilibet antiquiores viros aegris inculcasse Cels. 1 Praef. Inculcasti etiam ut C. Pisonem nominaret Cic. in Vatin. 26. Versus etiam minus vsitatos per imprudentiam inculcamus Cic. in Orat. 189. Sen. de Vita Beata 24 Quibusdam offeram, quibusdam etiam inculcabo. *h. e. Obtrudam.* Conf. Reines. Varr. Lect. 3, 4 p. 397. Verba Graeca Cic. Off. 1, III c. 31. *i. immiscere importune.* Cic. de N. D. 1, 109 c. 39 Vos autem non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis. Cic. de Orat. 2, 19 c. 5 Horum Graecorum, qui se inculcant auribus nostris, similes fuerunt.

- INCULCATVS**, a, um. Partic. Lapidēs inculcati Columel. 8, 15. Panni Idem 6, 12. Misi *ἀεχέτρονον* ipsum crebris locis inculcatum et refectum Cic. Att. 16, 3. *i. interpolatum.* Et Att. 2, 23 Tertium caput, a quo sit inculcatum, vides. Cic. Brut. Ep. 16 Hanc ego ciuitatem videre velim, aut putem vllam, quae ne traditam quidem atque inculcatam libertatem recipere possit. *i. Vfsatam atque a maioribus receptam, et in qua imbuti atque educati sumus.* Sic, Inculcatae persuasiones Quinctil. 3, 1, 6.
- INCULCATIO**, ōnis. f. Tertull. Apol. c. 39 Disciplinam praceptorum inculcationibus densamus.
- INCULCATOR**, ōris. m. Tertull. Scorpiac. c. 6.
- INCULPABILIS**, e. Adi. Solin. c. 30 (*al. 43*) Prudent. Apoth. 951. Auien. Virgin. Arat. 280.
- INCULPABILITER**. Adu. Sarisb. 1, 4.
- INCULPATIM**. Adu. l. 20 Cod. Theod. de Palatin. Sacrar. largit.
- INCULPĀTVS**, a, um. Adi. [*ἀναίτιος*] *Qui caret culpa.* Gell. 1, 5 Sicuti omnis culpae priuatio, inculpatum facit. Inculpatum autem, instar est absolutae virtutis. Idem 14, 2 Eum constabat virum esse ferme bonum, notaeque et expertae fidei, et vitae inculpatissimae. Idem 7, 22 Non omnino inculpatum, neque indefidem visum esse. *Vid. Macrob. Saturn. 6, 7. Fides Ouid. Met. 9, 672. Conf. Id. ib. 2, 588.* Honestae et inculpatae vitae testis, cui opponitur Notatus et reprehensibilis Calistratus in l. Testium D. 25 de testibus.
- INCVLTE**, **INCVLTVS**, *vid. INCOLO.*
- INCVMBA**, ae. f. *Pars pilae in confornicationibus, cui illae incumbunt.* Vitruu. 6, 11 Extremae pilae in his latiores spatio sunt faciendae, vti vires eae habentes resistere possint, quum cunei ab oneribus parietum pressi, per coagmenta ad centrum se prementes extruderint incumbas. *Conf. Baldi Lex. p. 61.*
- INCVMBO**, cubui, cubitum, ēre. [*ἐπινομαι, ἐπικλίνομαι, ἀπεράδω*] *Inniti, et incubare conari.* Sen. Ep. 123 Qui per pronum eunt resupinant corpora; qui per arduum, incumbunt. Virg. Ecl. 8, 16 Incumbens tereti Damon, sic coepit, oliuae. Plin. 2, 64 Namque in illo caua in se conuexitas vergit, et cardini suo, hoc est terrae, vndique incumbit. Aratris incumbere Virg. Georg. 1, 213. Baculo incumbens Ouid. Fast. 1, 177. Martial. 5, 13 At tua centenis incumbunt tecta columnis. Gladio incumbere Auctor ad Heren. 1, . . . Humero alicuius Virg. Aen. 5, 325. Lecto incumbens Ouid. Met. 11, 657. Mucroni incumbere Liu. Epit. 89 pr. Toro incubuit Virg. Aen. 4, 650. Voluptatibus incumbere Laetant. 2, 1, 3.
- 2 Constructio diuersa:** Arma incumbentes stantes Sallust. Fragm. 3, 12. Plaut. Casin. 2, 4, 29 Si fors autem decessit, gladium faciam culcitram, eumque incumbam. In gladium incumbere Cic. de Inuent. 2, 154. *Huc, et ad fatum Aiacis alludens Augustus apud Sueton. 85. In spongiam incubuisse Aiacem (tragoediam suam) iocabatur, i. deletam esse.* Liu. 35, 5 Denis tamen ordinibus nunc alii in alios, nunc in scuta incumbentes sustinebant impetus Romanorum. Incumbere illi, et non in illum. Quinct. 9, 3 pr. Si antiquum sermonem nostro comparemus, paene quidquid iam loquimur, figura est; vt *Haec re inuidere*: non vt omnes veteres, et Cicero praecipue, *Hanc rem*: et *Incumbere illi, non in illum.* Ad auxilia laborantium incumbere Scribon. Ep. med. Cic. pro L. Manil. 19 Quare videte, num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vestigalia maxima, fortunae plurimorum ciuium cum Republ. defenduntur. Caes. B. G. 7, 76 Omnesque et animo et opibus in id bellum incumbent. Cic. Philipp. 4, 12 c. 5 Incumbite in causam Quirites, vt facitis. Nunquam inter Senatum et vos consensus maior in vlla causa fuit. Idem Att. 3, 15 Atque vtinam ipse Varro incubat in causam, quod profecto, cum sua sponte, tum te instante faciet. In cupiditatem Cic. Att. 5, 13. Idem Fam. 10, 3 Incumbere per deos immortales in eam curam et cogitationem, quae tibi summam dignitatem et gloriam afferat. In eas disputationes incubuit autem, vt doceret nullum tale esse visum a vero, etc. Cic. Acad. 4, 77. Idem Fam. 10, 10 Mi Plance, incumbere toto pectore ad laudem. Cic. pro Muraen. 59 Quid, Sergium Galbam (nam traditum memoriae est) nonne proauo tuo fortissimo atque florentissimo viro M. Catoni incumbenti ad eius perniciem Populus Romanus eripuit? Idem Fam. 1, 9 Incumbit in eius perniciem. In Remp., *Studere et vacare Reip.* Cic. Fam. 10, 5. Ibid. 1, 6 Monere te atque hortari, vt in Remp. omni cogitatione, curaque incumberes. Cic. in Catil. 4, 4 Quare P. C. incumbite ad salutem Reipubl. circumspicite omnes procellas, quae impendent, nisi prouideritis. Cic. Att. 2, 16 Quare incubamus, o noster Tite, ad illa praeclara studia. Idem ibid. 1, 16 Pompeius vero ad voluntatem perferendae legis incubuerat. *i. Volebat perferre legem agrariam.* Eo maxime incumbis Cic. Philipp. 11, 22. Haec doce, haec profer, huc incumbere Cic. pro Planc. 45. Et Phil. 6, 18 Volunt idem omnes ordines, eodem incumbunt municipia. Labori Sil. 4, 820. Animo toto incumbere et studio omni in eam rationem, qua adhuc vsus es Cic. Q. Frat. 1, 1. Neruis cunctis Ouid. ex Pont. 3, 1, 39. Officio tutoris incumbit l. 1 §. 3 D. de tutel. et rat. Pectore toto Ouid. ex Pont. 3, 1, 39. Omni studio, virtute, auctoritate ad Republicanam conseruandam Cic. pro Sull. 82. Ceris et stilo Plin. Epist. 7, 27. Possessionem incumbere: Diocletian. et Maximian. in l. Consentaneum C. Quomodo et quando iudex, A quo ter citatus, si contumaciter praesentiam sui facere neglexerit: non abs re erit, vel ad cogendum eum, vt sese repraesentet: vel possessionem bonorum, cui incumbit, ad te transferre, et aduersarium petiorem constituere: vel auditis defensionibus tuis id quod iuris ratio exegerit iudicare. *Quo loco, quid sit animo et corpore, vel animo tantum possessionem incumbere, notatur.* Cic. Fam. 8, 11 De prouinciis in quam adhuc incubisse cum Senatu Pompeius videtur, vt Caesar ante Idus Nouembres decedat. Incumbit illi spes, *i. Imminet, aut manet illum.* Suet. in Tiber. Caes. c. 15 Ac multo magis postquam Agrippa abdicatione atque seposito, certum erat vni spem successione incumbere. *Violenter incidere, et irruere* Quinctil. 5, 9. Cic. pro Planc. 17 Potius quam ab ipsis, qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. Aestas incumbens scopulis, Etiam saxa calidibus penetrans Seruius: Virg. Georg. 2, 377. *Inclinare in aliquam partem.* Plaut. Aulul. 4, 1, 8 Hoc serui officium reor, retinere ad salutem, non eum, quo incubat, eo impellere. Cic. Q. Frat. 1, 1 Praesertim quum ii mores tantum iam ad nimiam lenitatem et ambitionem incubuerint. Ad bonum virum repentina voluntatum inclinatio

tio incubuit Cic. pro Muraen. 53. *Aliquando cum Infinitiuo iungitur*: Virg. Georg. 4, 248 Quo magis exhaustae fuerint (*apes*) hoc acrius omnes Incumbent generis lapsi farcire ruinas. Tacit. Hist. 2, 10, 4 Ad haec terrore et propria vi Crispus incubuerat delatorem fratris sui peruertere. ¶ 3 *Obs.* Incumbit defensio mortis heredi Vlpian. in l. Necessarios §. fin. D. Senatusc. Syllaniano, etc. *Ad officium pertinet, ut Incumbere nobis dicitur, quod nos onere suo grauat.* Tacit. Ann. 14, 24 Caetera inuidiam mouent, quae quidem infra tuam magnitudinem iacent, sed mihi incumbunt. Incumbere pro Incubare vsus est Petron. c. 33 Repositorium allatum est cum corte, in qua gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales esse solent, quae incumbunt oua. Sed *Burm. praetulit incubant.*

INCUNABŪLA, orum. n. Pl. [*κούνιδες*] Idem quod simplex Cunabula. Plaut. Truc. 5, 13 Fasciis opus est, puluinis, cunis, incubabilis. Et Amphitr. 5, 1, 52 Neque eum quisquam quiuit colligare incubabilis. Sic enim leg. non in cunabulis. Cic. pro Rosc. Amer. extr. Pro Initiis: Cic. in Orat. 42 c. 13 Non alienum fuit de oratoris quasi incubabilis dicere. Firmic. 1, 3 Illum in primis vitae incubabilis constitutum, inter initia vagientis infantiae, fugientis animae deserit vita. Cic. in Sallust. c. 3 f. 12 An vllum existimas posse fieri ciuem egregium, qui non his artibus et disciplinis sit eruditus? an vlla alia putas rudimenta et incubabula virtutis, quibus animi ad gloriae cupiditatem aluntur? Discendi incubabula Quintil. in Prooem. 1. Ab incubabilis nostrae veteris puerilisque doctrinae Cic. de Orat. 1, 23 c. 6. Et de Fin. 5, 55 c. 20 Omnes veteres philosophi ad incubabula accedunt, i. primas puerorum aetatas considerant. Cic. Verr. 4, 107 In his locis vestigia ac prope incubabula reperiuntur deorum. Pro Loco ubi nati vel educati sumus, siue pro Natalibus et origine generis. Cic. Att. 2, 15 Ego vero in montes patrios, et ad incubabula nostra pergam. Iouis incubabula Crete Ouid. Met. 8, 99. Maiorum incubabula Iustin. 31, 8, 4.

INCUNCTANS, antis. Adi. Vex apud Icos. it. Paullin. Petror. 5, 132 et 297. it. de Visit. Nep. v. 40.

INCUNCTANTER. Adu. Lactant. 6, 12 Incunctanter ac fortiter mortem subire.

INCUNCTĀTVS, a, um. Adi. Apul. Met. 5 p. 165 Illae incunctatae statim conferto vestigio domum penetrant. al. scribitur Incontatus.

INCUNCTABILIS, e. Adi. Digest. l. 22 tit. 5 l. 21 illud incunctabile est.

INCVRABILIS, e. Adi. Fulgent. Epist. ad Venant. Morbus incurabilis. Improbatur Voss. de Vit. L. L. 3, 16.

INCVRĀTVS, a, um. Adi. [*ἀκέραιος, ἀτημέλητος*] Hor. Epist. 1, 16, 24 Stultorum incurata pudor malus vlcera celat. Conf. Vopisc. Aurel. c. 28.

INCVRĪA, ae. f. [*ἀμέλεια*] Negligentia, inquit Festus. Cic. de Prouinc. Conf. 5 Miserandum in modum milites Pop. Rom. capti, necati, deserti, dissipati sunt incuria, fame, morbo, vastitate consumti. Desertos, opis expertes, incuria maculat Lucret. 6, 1339. Hor. de Arte Poët. 352

Si plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut, etc.

Vituperanda est rei maxime necessariae tanta incuria Cic. de Amicit. c. 23 pr.

INCVRĪŌSVS, a, um. Adi. Negligens. Gell. 2, 28 Quippe M. Cato vir in cognoscendis rebus multi studii, incerta tamen causa et incuriosa, super ea re opinatus est. Pro Vacuus cura. Tacit. Ann. 2 extr. Dum vetera extollimus, recentium incuriosi. Et Ann. 4, 32 Et princeps proferendi incuriosus erat. Conf. Suet. 60 August. c. 79. Aetas Tacit. in Vit. Agric. 1. Idem Hist. 5, 22 Nauibus remeabat disiecto agmine, incuriosis vigiliis. Incuriosus proximorum Plin. Epist. 8, 20. Tac. Hist. 3, 6 Summi discriminis incuriosus.

INCVRĪŌSE. Adu. [*ἀμελῶς, ἀβλαβῶς*] Negligenter. Castra in hostico incuriose posita Liu. 8, 38. Gell. 2, 6 Reprehendunt quasi incuriose et abiecte verbum positum. Add. c. vlt. Tacit. Hist. 1, 13 Namque Otho pueritiam incuriose, adolescentiam petulanter egerat. Comparat. Idem Hist. 4, 28 Caesae cohortes eorum in vico Marcoduro incuriosius agentes. Pudor, veluti vestis, quanto obsoletior est, tanto incuriosius habetur Apul. Apol. p. 274.

INCVRĪVS, pro Incuriosus. Iustin. 5, 9, 10 Pro aliena dominatione incuriosus pugnatur. Vulgo Securius, quod ex MSS. firmat *Burm. annus.*

INCVRĪOSITAS, ātis. f. [Gl. Vet. ἀπρᾶγμοσύνη, Incuriositas] Cassiod. Epist. 7, 4 Nec sub incuriositate transmittat. Saluian. de Gub. Dei 1 pr. De incuriositate ac negligentia sensisse.

INCVRRO, curri, cursum, ēre. [*ἐπιτρέχω, ἐμπιπτω, ἐπιβάλλω*] Contra aliquem currere, vel Incidere et concurrere in aliquem. Liu. 1, 37 Eo praelio praecipua equitum gloria fuit, vtrunque ab cornibus positos, quum iam pelleretur media peditum suorum acies, ita incurrisse ab lateribus ferunt, vt, etc. Incurrere in hostes, magno impetu ferri Sallust. Catil. c. 60 extr. Postquam Catilina fufas copias, seque cum paucis relictum videt, memor generis atque pristinae dignitatis, inter confertissimos hostes incurrit: ibique pugnando confoditur. Martial. 1, 38 Pectore nec nudo strictos incurris in enses. Cum Accusat. Incurrerunt eos a tergo Sallust. Fragm. 6, 6. Ne quo casu caloris iuuenilis impetu lapsus, nescius nesciam forem incurret Apul. Met. 10 p. 250 pr. Veget. 109 Acrius hostes incurrunt. Conf. Tacit. 1, 51. et 2, 17. Idem Ann. 2, 16 Soli Cherusci iuga infedere, vt praeliantibus Romanis Desuper incurrerent. Cic. Fam. 9, 2 Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat. ¶ 2 *Substantiua, cum Praepositione In.* Incurrere in aduersam hostium Aciem, vid. ACIES. Cic. de L. Agr. 2, 81 Quum a maioribus vestris P. Lentulus, princeps Senatus, in ea loca missus esset, vt et priuatos Agros, qui in publicum Campanum incurrerant, pecunia publica coemeret. Idem Attic. 2, 8 Emerferam commode ex Antio in Appiam ad Tres tabernas ipsis Cerealibus, quum in me incurrit Roma veniens Curio meus, i. incidit casu. Sic Incurrere et incidere in aliquem Cic. pro Planc. 17. Incurrere, praeter spem: Inuadere, ex destinato. Cic. pro Sext. 14 c. 6 Neque quemquam offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, vt in eum non inuasisset, sed incurrisse videamur. In aliquem caeco impetu Idem de Fin. 1, 44. Et Fam. 12, 16 Deinde qui magis hoc Lucilio licuerit, assumere libertatis, quam nobis? quum etiam, si

odio par fuerit, in eos quos laesit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret. Cic. pro Planc. 91 Si bene de me meritis gratum me praebeo, non desino incurrere in Crimen hominis nimium memoris, nimiumque grati.

5 Idem Fam. 4, 2 Nihil enim constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam Difficultatem. In Domum atque Famam alterius Cic. pro Cael. 42. Idem Fam. 11, 10 Aut Apennino, Alpibusque se teneat, et decursionibus per equites quos habet multos, vastet ea Loca, in quae incurrerit. Cic. de Clar. Orat. 251 Incurro in

10 Memoriam communium miseriarum, quarum obliuionem quaerens, hunc ipsum sermonem produxi longius. In Morbos, in damna, in dedecora Idem de Fin. 1, 47. In Mucronem Idem pro Caecin. 84. In Navim vnam multae classes armatae incurrunt Cic. pro Sext. 46. Idem Attic. 12, 22 (21) Quid enim mihi foro, sine iudiciis,

15 sine curia, in Oculos incurrentibus iis, quos aequo animo videre non possum? *Est proprie* In oculos incurrere, *Oculis admoueri non intentis, et cum quadam offensione.* Quintil. 7, 2 Alii vitantes, ea, quae in Oculos incurrunt, exquirenda putant. *Add.* Cic. Fam. 2, 16. Oculis, *Idem: Senec. de Benef. 1, . . .* Cic. Offic. 1, 150 Primum

20 improbantur ii quaestus, qui in Odia hominum incurrunt, vt portitorum, vt feneratorum, *i. quae homines oderunt.* In Ordinem Quintilian. 1, 5. In Perniciem apertam Cic. de Nat. Deor. 3, 69. In Praelia incurrunt tauri Virgil. Aen. 12, 727. In Reprehensiones varias Cic. de Fin. 1, 1. In Sapientem casus potest incurrere

25 Idem Tusc. 5, 29. In tempora aliqua Cic. Q. Fratr. 3, 5. In Tempus exercitationis incurrit febris Cels. 3, 15. Cic. Fam. 2, 15 Sed incurrit haec nostra laurus non solum in Oculos, sed iam etiam in Voculas maleuolorum, *i. male loquuntur de ea maleuoli.* Idem

30 de Fin. 2, 103 Quos quidem dies, quemadmodum agatis, et in quantam hominum facetosam Urbanitatem incurratis, non dico: nihil opus est litibus. ¶ 3 *Formulae aliae:* Incurrit Suspicio fraudis, *absolute* Papinian. in l. Ab herede D. de separationibus. Incurrit hic et alia inspectio Triphonius in l. Bona fides §. 1 D. Depositi vel cont. Incurrere Circensibus natalem alicuius Sueton.

35 in Tiber. c. 26. *i. in eum diem incidere.* Cic. Attic. 7, 7 *Tua λήψις quem in diem incurrat nescio.* In ipsas Etusias nauigatio incurrerebat Idem Fam. 15, 11 *extr.* Acies incurrunt Sil. 4, 143. Armis densis incurrimus Virgil. Aen. 2, 409. Hastis aduersis incurrere Idem Aen. 11, 613. Vrsi incurrunt armentis Ouid. Met. 7, 546.

40 Scribon. Epist. *extr.* Erit nota denarii vnus pro Graeca Drachma. Aequae enim in libra * Denarii octoginta quatuor apud nos, quot Drachmae apud Graecos incurrunt. *Passive.* Iuuen. Sat. 6, 330 Si nihil est, feruis incurritur: *de libidine muliebri, vt* Apul. Met. 10 p. 250 *pr.* Ne quo casu — fororem incurreret.

45 INCURRENS, entis. Partic. Cic. Q. Fratr. 3, 5 Ne in nostra tempora incurrere offenderem quempiam. Idem Att. 12, 21 In oculos incurrentes.

INCURSIVUS, a, um. Part. [*ἐπιπροσέμμενος*] Ouid. Met. 5, 198 Incursum erat, tenuit vestigia tellus.

50 INCURSUS, a, um. Adiect. Sidon. Epist. 8, 9 Vinculum incursum angoris.

INCURSIO, ōnis. f. [*ἐπιβολή*] *Occursatio rerum inter sese.* Cic. de Nat. Deor. 1, 115 Quum sine vlla intermissione pulsetur, agiturque atomorum incursum sempiterna. Incursum militum in

55 agros hostium Idem pro Caecin. 44 c. 15. Incursum atque impetus armorum Caes. Bell. Gall. 5, 21. Liu. 1, 11 Antennatum exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Romanos incursum facit. Cic. pro Cluent. 102 Ergo adhuc Iunii iudicium video esse eiusmodi, vt incursum potius seditionis, vim multitudinis, impetum tribuniciam, quam iudicium appellandum putem.

60 INCURSUS, ūs. m. [*ἐπιδρομή, ἐφόδος*] Plin. 8, 42 Vnde equis solutim carpere incursum traditur arte. Sustinere incursum Ouid. Met. 3, 82. Cic. pro Caecin. 22 Impetum armati Antiochi, caeterorumque tela et incursum refugit. Luporum incursum Virg. Georg. 3, 407. Columel. 4, 17 Nam vbi magna vis et incursum est Pluuiarum procellarumque, etc. Idem 1, 6 Nec arefcere ventis finunt, aut Solis incursum patiuntur exuri. Vndarum incursum sonat vnda Ouid. Met. 11, 496. Tacit. Ann. 4, 24 Non Graui, nec vno incursum confectandum hostem. Primo incursum Liu. 2, 25. Repentino incursum Tac. Hist. 3, 9 *pr.* Timendi incursum omni de parte Ouid.

70 ex Pont. 4, 14, 27.

INCURSIM. Adu. *Celeriter, incursum vna.* Caccilius Fallacia, Nullus sum, nisi meam rem iam omnem propero incursum perdere. Non. 2, 448.

75 INCURSO, āre. Frequent. [*ἐπιδρόμομαι*] *Currendo petere et offendere.* Plaut. Aul. 1, 4, 57 Afini me mordicibus scindat, boues incursum cornibus. Ouid. Met. 2, 205 Atque sub aethere fixis Incursum stellis. Fortius incursum Tyrii Stat. Theb. 8, 159. Tac. Hist. 3, 18 Nutantem Aciem victor equitatus incursum. Liu.

80 5, 31 Volsinienses superbia elati, vltro Agros Romanos incursum, *i. praedati sunt.* Plaut. Bacchid. 5, 2, 29 Arietes truces nos erimus, iamque in vos incursum. Idem Poen. 4, 1, 3 Is autem porro verberat nos, incursum pugnibus, calcibus. In fortunas omnium Auc̄t. ad Herenn. 4, 52 c. 39. Plin. 9, 31 Dimicant inter se arietes aduersis cornibus incursum. Incursum color alii colori, *Contendit et pugnat, siue certat.* Plin. 28, 8 Cor annexum in lana ouis nigrae, cui nullus alius color incursum, et primo partu genitae, quartanas abigere dicitur. Incursum in te dolor meus Cic. Att. 12, 40. *Cum Dativ.* Quintil. 10, 3 Intentionem si tota mente in

90 opus ipsum direxeris, nihil eorum, quae oculis vel auribus incursum, ad animum peruenit.

INCURSANS, antis. Part. [*ἐπιδραμόμενος*] Plin. 11, 37 Natura oculos composuit lubricos propter incursum, et mobiles.

95 INCURSITO, āre. Sen. de Ira 2, 35 Iram multa caligine incursum, vastantem, fugantemque. Ibid. 3, 6 Properanti in multos incursum est. *Significat Offensare.* Alter in alterum incursum Sen. de Vita Beat. c. 27.

INCURSITANS, antis. Partic. Sen. de Ira 2, 35 Talem nobis iram figuremus, incursum, vastantem, fugantemque.

100 INCURSIVUS, a, um. Part. *pass.* Liu. 24, 41 Agmenque Romanum impune incursum ab equitibus hostium fuerat, *i. incursum vexatum.*

INCURSATIO, ōnis. f. Non. 1, 213 Male sani aut laruarum incursum animo vexati.

105 INCURSAX, ācis. Adi. Sidon. 8, 12 Incursum Massagetae.

- INCVRVVS, a, um. Adi. [*ἐπικαμπής, ἐπικυρτος*] *Idem, quod Curuus.* Ter. Eun. 2, 3, 44 Incuruus, tremulus, labiis demissis. Plin. 18, 19 Arator nisi incuruus praeuaricatur. Plin. 11, 52 Aristoteles longae esse vitae ponit incuruos humeris. Arbor *Idem* 12, 25. Bacillum incuruum et leuiter a summo inflexum Cic. de Diu. 1, 30. Carina Ouid. Met. 15, 644. Litus Mela 1, 19. Metae Stat. Silu. 5, 2, 26. Statua fenilis Cic. Verr. 2 c. 35.
- INCVRVO, āre. [*κυρτώω, ἐγκάμπτω*] Plin. 16, 42 Robur, olea incuruantur, ceduntque ponderi. *Conf.* 4, 11. Cic. de Fin. 2, 33 c. 11 Incuruatum bacillum. Senec. de Ira 3, . . . et Epist. 104. Arcus incuruant validis viribus Virg. Aen. 5, 500. Membra incurvata Ouid. Met. 6, 245. Podagra incuruata Gratius v. 478.
- INCVRVATVS, a, um. *vid. supra.*
- INCVRVATIO, ōnis. f. Hygin. Astron. 3, 16 Incuruatio caudae.
- INCVRVESCO, ēre. [*κυρτῆμαι*] *Curuari.* Cic. Tusc. 1, 69 c. 28 Ramos baccarum vbertate incuruescere. *Ex Poëta.* Incuruiscere legit Non. 2, 412. *Conf.* Id. de Orat. 3, 152 c. 38.
- INCVRVICERVICVS, a, um. Adi. Pecus incuruiceruicum Pacuu. *apud* Quinct. 1, 5.
- INCVDO, ēre; *unde*
- INCVSVVS, a, um. Adiect. [*ἐγκόλαπτος*] Virgil. Georgic. 1, 275 — Lapidemque reuertens Incusum. Seruius, i. e. Manualem molam cudendo asperatam. Incusa auro dona Perf. 2, 52.
- INCVS, ūdis. f. [*ἄκμων*] *Instrumentum fabrorum ferrariorum, super quod aliquid cuditur.* Plin. 33, 4 Incudibus non resistit. Cic. de Nat. Deor. 1, 54 Ex quo efficiuntur haec rerum formae atque figurae, quas vos effici posse sine follibus et incudibus non putatis. Gladios parante incude Iuuen. Sat. 10, 132. Mediis incudibus ablatum opus Ouid. Trist. 1, 6, 29. Duris incudibus impositi enses Virgil. Georg. 2 *extr.* Incudi reddere versus, *per translationem: b. e. emendare et expolire.* Horat. in Arte Poët. 441 Et male tornatos (ter natos *Bentl.* formatos, *al.*) incudi reddere versus. Sidon. 8, 4 Versus a meditationis incude adhuc calidi. *Idem* 4, 1 Philosophica incude formatus. Cic. de Orat. 2, 162 Si quidem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis vno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus, qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima mansa (vt aiunt nutrices) infantibus pueris in os inserant.
- INCVSO, āre. [*μίμφομαι, ἰγκάλτω*] *Reprehendere alterius mores, et plerumque cum querela, quod ab illo iniuria sis affectus, vt ait Valla ὁ reprehendens Seruium.* Ter. Heaut. 5, 2, 7 Quid me incusas Clitipho? *Idem* Phorm. 3, 1, 7 Equidem here nos iam dudum hic te absentem incusamus, qui abieris. Caes. Bell. Gall. 1, 40 Omniumque ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus vehementer eos incusauit. *Sic* 2, 15 Increpitare atque incusare reliquos Belgas, qui se, *etc.* Virgil. Aen. 2, 745 Quem non incusauit amens hominumque Deorumque? Plaut. Truc. 1, 2, 58 Quia qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet. Voce magna incusat Latinum Virgil. Aen. 12, 580. Querelis incusat fata Stat. Achil. 1, 439.
- INCVSANS, antis. Part. Liu. 1, 9 Incusantes violati hospitii foedus. Intemperiem caeli incusantes Tac. Hist. 2, 94.
- INCVSATIO, ōnis. f. [*μέμψις*] Cic. de Orat. 3, 304 c. 27 Quorum partim habent vitiorum et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem aut querelam, *etc.* *Conf.* Glossar. Vet. Latin. Gr.
- INCVSATVS, a, um. Part. Columel. 3, 17 Sterilitas cacuminis iure incusata.
- INCVSATOR, ōris. m. *Idem ac Accusator.* Cod. 12 t. 36 l. 18 §. 8 Incusatori licentia denegetur.
- INCVSABILIS, e. Adi. *Compar. apud* Tertull. ad Nation. 1, 12.
- INCVSATIVVS, a, um. Adi. *Idem, quod Accusatiuus: vt,* Casus incusatiuus Diomed.
- INCVSTODITVS, a, um. Adi. [*ἀφύλακτος*] *Non custoditus.* Martial. 1, 35 Incustoditis et apertis Lesbia semper Liminibus peccas. Boues incustoditae Ouid. Met. 2, 686. Litus Sil. 5, 40. Ouile Ouid. Trist. 1, 5, 10. Pastus Apul. 6 p. 178. Vrbs Sil. 15, 245. Frontin. 3, 2, 6. *Aliter:* Plin. Epist. 6, 29 Tuitus sum Iulium Bassium, vt incustoditum et minus cautum, ita minime malum. Incustoditum, *i. simplicem, improuidum.*
- INCVTIO, ūi, ūium, ēre. [*προσβάλλω, ἐμβάλλω*] *Ex In et Quatio, significat Iniicere, et cum quodam impetu ferire.* Iuuen. Sat. 9, 5 Nos colaphum incutimus labenti crustula seruo. Quinctil. 2, 13 Iam collidere manus, terrae Pedem incutere, femur, pectus, frontem caedere, mire ad pullatum circulum facit, *i. ferire terram pede.* Plin. 7, 53 Q. Aemilius Lepidus iam egrediens incusso Pollice limini cubiculi. Scipionem eburneum in caput alterius Liu. 5, 41. *Ad inanimata transfertur.* Cic. de Vniuers. 32 Rursusque emerſi errorem incutiant rationis expertibus. Desiderium vrbis alicui Horat. Epist. 1, 14, 22. Metum Liu. 2, 18. Plaut. Trin. 1, 2, 38 Omnibus amicis Morbum incuties tu grauem, vt te videre, audireque aegroti sient. Morbos alicui Lucret. 6, 772. Negotii aliquid alicui Horat. Serm. 2, 1, 18. Liu. 2, 8 *extr.* Postea iam tenenti COS. foedum inter precationem deum nuntium incutiunt, mortuum eius filium esse, *etc.* Pauorem Liu. 27, 42. *Idem* 31, 34 *pr.* Quod promtiores ad subeundam omnem dimicationem videbatur facturum, id metum Pigritiamque incussit. Pudorem alicui Horat. Epist. 1, 18, 77. Religionem Liu. 29, 18 *extr.* *Ibidem* 22, 42 *extr.* Claudique Consulis primo Punico bello memorata naualis clades Religionem animo incussit. Terrorem Patribus Liu. 3, 4. Cic. de Orat. 2, 209 c. 51 Item Timor incutitur, aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus. Virg. Aen. 1, 69 Incutite Vim ventis, submersasque obrue puppes. Patere. 2 *sub fin.* Recte faciendi omnibus aut incussa Voluntas, aut imposita necessitas.
- INCVSSVS, a, um. Part. [*ἐμβλητος*] Plin. 22, 14 Medetur cum mica salis, contusis, incussisque, inustis, et strumis. Tac. Hist. 4, 30, 1 Incussae trabes perfringere. Patere. 2, 126, 2 Recte faciendi omnibus, aut incussa voluntas, aut imposita necessitas.
- INCVSSVS, ūis. m. Tac. Hist. 4, 23, 4 Armorum incussu praecipitati. *Conf.* Prud. Cath. 5, 7.
- INCVSSIO, ōnis. f. *Idem. Ict. in Dig.*
- INCVSSOR, ōris. m. Paullin. Petrocor. de Vita Martin. 5, 285 Incussor laceri quatiebat corporis artus. *Vid. Barth.*

- INDĀGŌ, ĩre. [*ἰχνεύω, ἰζητάζω*] *Venatorum more inquirere.* Plaut. Merc. 3, 4, 38 Eo si pacto posset indagariet mulier. Cic. in Orat. II Reprehendent, quod inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus. Canis natus ad indagandum Idem Fin. 2 c. 13. Indagare, inuenire, et veluti ex tenebris eruere Cic. de L. Agr. 1, 3. Semper potius duxi mea peccata tegere, quam aliena indagare Apul. Apol. p. 284, 23. Cic. Verr. 2, 135 c. 54 Haec vero eius erat ars et malitia miranda, quod acutissime tota prouincia quid cuique esset necesse, indagare et odorari solebat. Id. pro Mil. 104 Quum illa indicia communis exitii indagauit, patefecit, protuli, extinxit, omnes in me meosque redundant ex illo fonte dolores? Indagare, ut bene conicit Voss. Etymol. voce Ambages, est ab Indo, vel Indu agere, a propter contractionem producto, et mutata Coniugatione. Sic Propagare est Prope agere.
- INDAGATVS, a, um. Part. Cic. Att. 2, 7 De Publico quae ad me scribit, sane mihi iucunda sunt: eaque etiam velim omnibus vestigiis indagata ad me afferas, quum venies.
- INDAGATIO, ōnis. f. [*ἰχνησῖς*] Cic. Acad. 4, . . . Indagatio ipsa rerum, etc. Et Tusc. 5, 69 c. 24 Inde est indagatio nata initiorum, et tanquam seminum, vnde essent omnia orta, etc. Indagatio et inuentio veri Cic. Off. 1, 16 c. 5.
- INDAGĀTOR, ōris. m. [*ἰχνηστής*] Colum. 9, 8, 12 Sed indagatorem conueniet matutina tempora vestigandi eligere. Indagator aquarum Idem 2, 2, 20. Conf. Plaut. Trin. 2, 1, 15. Et Vitruu. 1, 6. Et Solin. c. 43.
- INDAGĀTRIX, ĩcis. f. [*ἰχνηστρίς*] Cic. Tusc. 5, 5 c. 2 O vitae philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum. Valer. Max. 9, 4 pr. Auaritia latentium indagatrix lucrorum.
- INDAGATVS, ūs. m. Apulei. Met. 7 p. 191 Vexillationum indagatu.
- INDAGANTER. Adu. [*ἰχνηστικῶς*] Colum. 5, 1, 2 Boni venatoris est, indaganter quamplurimas feras capere. Sed reposui ex MSS. indagantem.
- INDAGO, ĩnis. f. [*ἰχνηλασία*] *Inuestigatio, inquisitio, proprie venatorum.* Plin. 9, 7 In qua sententia fuisse Aristotelem video, et ea multis persuasisse doctrinae indaginis. *Proprie est Series plagarum in varos seu furcas venatorias subreĕtarum, saltusque cingentium.* Virgil. Aen. 4, 121 — Saltusque indagine cingunt. Caes. Bell. Gall. 8, 18 Siluis vndique impeditissimis, aut altissimo flumine, vel indagine turrium munitum. De quodam campo Lucan. 6, 42
- Disponit castella iugis, magnoque recessu
Amplexus fines, saltus, nemorosaque tesqua
Et filuas, vastaque feras indagine claudit.
- Lineas hodie vocant. Armata indagine lustrare omnem prospectum Stat. Theb. 12, 451. Conf. Idem Theb. 2, 553. Et vid. ibi Scholiast. Tacit. Ann. 13, 42 Romae testamenta et orbos velut eius indagine capi, i. captatorem esse orbos, ita ut nullus captiones eius eueat: De Seneca. Idem Agricola c. 37 Cohortes indaginis modo — persultare iussit. Plin. Paneg. 35 de delatoribus loquens in insulas deportatis a Traiano, Quos quidem non in praesens tantum, sed in aeternum repressisti, mille poenarum indagine inclusos, i. sanctionum seuerissimarum terrore a delationibus coeercitos cobibitosque. Res maiorem et ampliorem exposcit indagine, i. inquisitionem l. fin. §. 1 Cod. de Compenf.
- INDAGES, ĩs. f. Claud. Mamert. 2, 2 Aliquid dignum tanta indage. Ibid. c. 8 Sublimium indage causarum.
- INDĀGVS, a, um. Adi. Mart. Capell. 1 p. 9 Indaga veri cura.
- INDE. [*ἴνδεν*] Adu. de loco. Ter. Andr. 2, 2, 31 Etiam puerum inde abiens conueni Chremis. Ibid. 1, 1, 110 Redeo inde iratus atque aegre ferens. Liu. 1, 1 Primo in Macedoniam venisse, inde in Siciliam quaerentem sedes delatum. Plaut. Pseud. 2, 2, 28 Quia videre inde esse. Cic. Attic. 9, 20 Qui autem veniunt inde, id modo nuntiant, i. illinc. Veteres aliquando cum Genitio iunxere. Ennius apud Fest. in Lituus, Inde loci lituus sonitus effundit acutos. Lucret. 5, 789 Inde loci mortalia saecula creauit. Ad res relatum: Plaut. Amph. 1, 1, 273 Cadus erat vini, inde impleui cirneam, i. ex illo dolio. Cic. Inuent. 1, 28 Si vnde necesse est, inde initium sumetur. de narratione breui. Inde, pro Ex eo Scribon. passim. Quid. Fast. 5, 509 Stant calices: minor inde (i. illorum, s. ex illis) fabas, olus alter habebat. Ad personam relatum: Plaut. Curc. 5, 3, 44. Ter. Adelph. 1, 1, 21 Vxorem duxit: nati filii duo. inde ego hunc maiorem adoptaui mihi. Conf. Lucret. 5, 202. Inde, pro Ob id, ob eam rem, propterea: Ter. Haut. 1, 1 pr. Quamquam haec inter nos nuper notitia admodum est, inde adeo, quod agrum in proximo hic mercatus es. Plin. Epist. 7, 5 pr. Incrēdibile est, quanto desiderio tui teneat. In causa, amor primum: deinde, quod non consueuimus abesse. inde est, quod magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo: inde, quod, etc. Pro Deinde: Liu. 1, 3 Crimini maxime dabant, Numitoris agros ab iis impetum fieri, inde eos collecta iuuenum manu hostilem in modum praedas agere. Quid tum inde? Cic. pro Muraen. 26. Plaut. Pseud. 4, 6, 7 Minae viginti sanae ac saluae sunt tibi hodie, quas abs te inde est instipulatus Pseudolus. Inde ab ineunte aetate cum animo depugnat suo, vel ab incunabilis Plaut. Trin. 2, 2, 24. Liu. 4, 36 extr. Et iam inde ab incunabilis imbutum odio Tribunorum. Iam inde ab initio minime lactus nouae origine vrbis Liu. 1, 2. Add. Cic. de Prou. Conf. c. 13. Cic. pro Arch. 1 Quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis, et pueritiae memoriam recordari vltimam, inde vsque repetens, hunc video mihi principem, etc.
- INDEBITVS, a, um. Adi. [*ἀνόφλητος*] Sen. Herc. Oet. l. 14 Indebitos nato quidem compefice fletus mater Alcidae inelyti. Pecuniam indebitam per errorem promisisti. eam, qui pro te fideiusserrat, soluit Cels. in l. 47 D. de conditione indebiti. Ouid. Epist. 16, 19 Praemia magna quidem, sed non indebita posco. Virgil. Aen. 6, 66 — Non indebita posco Regna meis fati, i. promissa. § 2 Substant. Paullus in l. 25 §. 4 Si procurator D. de condic. indebiti. Si procurator tuus indebitum soluerit, et id tu ratum habes, etc.
- INDEBITE. Adu. Paullus in l. Cum de indebito quaeritur D. de probat. Nisi euidentissimis probationibus in scriptis habitis, ostendere paratus sit, sese haec indebite promisisse. Add. l. 25 §. 4 de probat. et praesumt. Cassiod. Epist. 1, 19 Indebite detinere. Idem Epist. 22 extr. Si nobis indebite victoria suffragetur. August. Serm. 122 Cur indebite occidisti.

INDEBITO. *Aliud* Adu. Vlp. in l. Cum duo pro reo D. de condit. indeb. Quibus personis tria indebito soluta sunt.

INDECENS, entis. Adi. [*ἀπεικνής, ἀσχημῶν*] *Quod non decet, vel est praeter decorum.* Martial. 5, 14 Oculoque ludos spectat indecens vno. Petron. c. 128 Dic rerum numquid indecens sum, numquid incompta? Suet. Claud. c. 30 Rufus indecens. *Superlat.* Senec. de Benefic. 1, 9 Indecentissimum sponsaliorum genus est adulterium. *Sed castigatioribus libri habent decentissimum: recte: loquitur enim de corruptione saeculi Seneca. Aditus, gradusque ad matrimonium, praerogativa matrimonii mox contrahendi, his moribus, decentissima, etc.*

INDECENTER. Adu. [*ἀπεικνῶς*] Plaut. Merc. 4, 5 suppos. 17 Nec tolerant, ut aequum est, patres: sed clamant, indecenter obstrepunt. Quinctil. 1, 5, 64 Non indecenter efferrī de pronuntiatione. *Comparat.* Sen. Epist. 27 Nunquam vidi hominem beatum indecentius. *Superl.* Quinct. 8, 3 Insistere indecentissime.

INDECENTIA, ae. f. Vitium indecentiae Vitruv. 7, 5.

INDECET. [*ἀπεικνῆς*] Plin. Epist. 3, 1 Nam iuvenes adhuc confusa quaedam, et quasi turbata non indecent.

INDECLINABILIS, e. Adi. [*ἀφεικνός*] *Quod declinari, vel vitari non potest.* Gell. 6, 2 Fatum, est sempiterna quaedam et indeclinabilis series rerum. Iustitia Sen. Epist. 78 (74). *Item* Epist. 67 (66) Animus, pro Constanti, et qui nunquam variat. Conf. Ammian. 25, 13.

INDECLINATIVUS, a, um. Adi. [*ἀκλίτος*] *Non flexus.* Ouid. ex Pont. 4, 10, 83 Haec tibi qui praestas indeclinatus amico, etc. Amicitia, constans Idem Trist. 4, 5, 24.

INDECOCTVS, a, um. Adi. Dum praeclarum aliquid dolor indecoctus anhelat Iscan. B. Troi. 3, 131. *i. adhuc aestuans.*

INDECORIS, e. Adi. [*ἀπεικνής*] vel **INDECOR,** oris. pro Indecoro, apud antiquos, Nonio teste 8, 43 reperitur. Accius Athamante, Cuius sit vita indecoris, mortem fugere turpe haud conuenit. Virgil. Aen. 12, 25 Nec genus indecores. Id. ib. 7, 231 Non erimus regno indecores, etc. Seruius, Aut systole est: aut certe dicimus Nominatiuum non inueniri, ut in multis Nominibus. *Add.* Claud. Laud. Stilic. 2, 145. Virg. Aen. 11, 845 Non tamen indecorem tua te regina reliquit.

INDECORABILITER. Adu. Accius apud Sospit. . . Indecorabiliter alienis alunt.

INDECORVS, a, um. Adi. [*ἀσχημῶν*] Decoro contrarium, ut Lasciua indecora ludere Plin. 18, 35. Cic. Off. 1, 94 c. 27 Et iusta omnia decora sunt: iniusta contra, ut turpia, sic indecora. Sic de Fin. 3, 13 Si nihil malum, nisi quod turpe, inhonestum, indecorum, prauum, etc. *Quaestus* Liu. 21, 63. *Vitus* Plin. 13, 12.

INDECORE. Adu. [*ἀπεικνῶς*] *Turpiter.* Cic. Off. 1, 14 c. 4 Cauetque, ne quid indecore, effeminateue faciat. Ibid. 1, 14 Vt ea si non decore, at quam minime indecore facere possimus.

INDECORO, are. *Quis erit, qui non me — sermone indecorans turpi fama differet.* Accius apud Non. 2, 430.

INDEFATIGABILIS, e. Adi. Sen. de Ira 2 c. 12 Alius contentus breui somno, vigiliam indefatigabilem extendit.

INDEFATIGATIVUS, a, um. Adi. Indefatigata caelestium officia Sen. ad Marc. c. 18.

INDEFECTVS, a, um. Adiect. Viuacitas aeterna et indefecta Apul. de Deo Socr. p. 44. Conf. Tertull. Apol. c. 21. et de Pall. c. 3. c. not. *Salmas.* p. 198.

INDEFENSVS, a, um. Adi. [*ἀνυπεράσπιστος*] *Non defensus, sine defensione.* Liu. 4, 28 Suos increpans clara voce. Hic praebituri (inquit) vos telis hostium estis indefensi, inulti? Plin. 18, 7 Indefensa quippe membranis continentur. Campania Sil. 6, 652. Capitolium clausis foribus indefensum, et indireptum conflagrauit Tac. Hist. 3, 71, 7. Idem Ann. 2, 77, 3.

INDEFENSE. Adu. l. 2 §. 2 De constitut. Pecun. Quae negotiatores indefense constituerint.

INDEFESSVS, a, um. Adiect. [*ἀνάμικτος*] *Non fatigabilis.* Ouid. Met. 9, 200 — ego sum indefessus agendo. Plin. Paneg. c. 65 14 Post labores duraque imperia indomitus semper indefessusque.

INDEFESSE. Adu. Aufon. in Gratiar. Act. c. 35 Omnia agere indefesse et benigne.

INDEFESSIM. Adu. Sidon. Epist. 3, 2 Bonorum amicitias indefessim expetas. Claudian. Mamert. 1, 7 Igniculi indefessim scintillantantes.

INDEFICIENS, entis. Adi. Indeficiens copia Augustin. Conf. 2, 8. *Add.* ib. 9, 10. Decorem habiturus indeficientem Tertullian. aduers. Iud. c. 14. Lumen Lactant. 4, 8 extr. *Add.* Paullin. Nol. Ep. 23 n. 8.

INDEFICIENTER. Adu. Indefinenter et indeficienter cohaerere Augustin. Conf. 12, 11.

INDEFINITVS, a, um. Adi. [*ἀόριστος*] *Non satis finitus et circumscriptus, et ob id obscurus et perplexus.* Gell. 16, 4 Indefinitus, inexplicabilisque sermo fiet. Conf. Apulei. de Syllog. Cat. p. 374. Et Mel. 3, 7.

INDEFINITE. Adu. Gell. 2, 24 Promiscue atque indefinite largiri, sine fine, discrimine, etc.

INDEFLEBILIS, e. Adiect. Glossar. Gr. Lat. ἀκλαυτος, indeflebilis.

INDEFLETVS, a, um. Adi. [*ἀκλαυτος*] Ouid. Met. 7, 611 Qui lacrimant defunt, indefletaeque vagantur Natorum matrumque animae, iuuenumque senumque.

INDEFLEXVS, a, um. Adi. [*ἀκαμπτος*] *Quod nondum deorsum, vel retrorsum flecti coepit.* Plin. Paneg. c. 4 Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, et dignitas oris, ad hoc aetatis inflexa maturitas. Apul. de Deo Socr. pr. Infleexo cursu. Ammian. 27, 9 Infleixa saeculitū punire errata.

INDEIECTVS, a, um. Adi. pro Non deiecto. Ouid. Met. 1, 288 Si qua domus mansit, potuitque resistere tanto Indeiecta malo.

INDELISSATVS, a, um. Adi. Indelassato properantia corda vigore Manil. 5, 63.

INDELEBILIS, e. Adi. [*ἀνεξάλειπτος*] Ouid. Met. 15, 876 Nomenque erit indelebile nostrum.

INDELECTATIVUS, a, um. Adi. At ille non indelectatus nequitia mea Petron. c. 87.

INDELIBATIVUS, a, um. Adi. [*ἀσπειστος*] *Nihil imminutus.* Ouid. Trist. 1, 4, 68 Dum iuuat, et vultu ridet fortuna sereno, Indelibatas cuncta sequuntur opes. Sil. 15, 271 Virgo.

INDELICTVM, i. n. *Non-delictum.* Accius in Hellenibus

apud Festum in Probrum, Qui, nisi probrum, alia omnia indelieta existimant. *vid. INDICENS.*

INDEMNATVS, a, um. Adi. [*ἀπαράκριτος*] Plaut. Curc. 5, 3, 17 Proh deum atque hominum fidem, hoccine pacto, indemnatum atque intestatum me arripere? *i. nulla sententia in me lata.* Cic. Verr. 5, 12 c. 6 Vt quam damnatis seruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis reseruare? *i. iudicio populi, legitimis comitiis non damnatis.* Patere. 2, 45 Cuius indemnatus. *Conf. Burmann. ad Petron. c. III Si antequam fata possant indemnatum spiritum profuderis.*

INDEMNIS, e. Adi. *Immunitas a damno.* Senec. de Vita Beata. . . Liber eris, tutus, indemnus, nihil frustra tentabis, nihil prohibebers. Idem Epist. 9 Qui per ferrum, et ruinas, et ignes illaesus, et indemnus euasit? *Conf. Idem de Const. Sap. c. 5. Vlp. in l. Bona fide D. de noxal. action. Vel officio iudicis consequetur, vt*

INDEMNITAS, atis. f. [*ἀζημία*] *Damni vitandi ratio.* Papin. in l. Fideiussor D. de negotiis gest. Fideiussor imperitia lapsus, alterius quoque contractus, qui personam eius non contingebat, pignora vel hypothecas suscepit: et vtramque pecuniam creditori soluit, existimans indemnitati suae confusis praediis consuli posse. Indemnitate alicui repromittere Vlp. in l. Quamuis §. 1 D. Ad Senatusconsultum Velleianum. Indemnitate cautionem alicui praebere Papin. in l. Liberto §. Inter negotia D. de negotiis gestis. Ammian. 21, 15 Nec prouinciarum indemnitati prospexit. Pro indemnitate a debitore praestanda est idonea cautela Pomponius in l. Quamuis D. de pignor. actione. Indemnitas locatori seruetur in id, quod eius interest Paullus in l. Dominus D. Locati. Indemnitas tibi praestetur eius, quod expendisti Vlpianus in l. Si pecuniam §. 1 De condit. causa data.

INDEMONSTRABILIS, e. Adi. *De modo aliquo Syllogismorum.* Apul. *περί ἑρμηνείας, saepe.*

INDEMVABILIS, e. Adi. Naturam oportet esse apud Deum inconuertibilem et indemutabilem Tertull. adu. Hermog. c. 12. *Add. Id. de Pudic. c. 12 extr. Prosp. Aquit. de Prouid. v. 728. Saluian. de Gub. l. 2 sub fin.*

INDEMVABILITER. Adu. Indemutabiliter perseuerare Ennod. epist. lib. 5.

INDENUNCIATVS, a, um. Adi. *Non denunciatus.* Indenunciata sorte rapimur Sen. Suaf. 2. *Conf. Id. Suaf. 5.*

INDEPISCOR, *vid. INDIPISCOR.*

INDEPLORATVS, a, um. Adi. [*ἀκλαυτος*] *Idem, quod Indefletus.* Ouid. Trist. 3, 3, 46 Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri, indeploratum barbara terra teget. *Id. Met. II, 670.*

INDEPRAVATVS, a, um. Adi. *Qui non corrumpitur.* Sen. Epist. 77 (76) Si via indeprauata virtus est, et sui iuris permanet, solum bonum est virtus.

INDEPRECABILIS, e. Adi. [*ἀπαράτητος*] *Quod nullis precibus potest exorari.* Gell. 1, 13 Et poena indeprecabilis subeunda esset.

INDEPREHENSIBILIS, e. Adi. *Quinctil. Decl. 4 Nec per varias ambages, indeprehensibilem sparfit errorem. Id. Decl. 8 Inenarrabile, indeprehensibile est.*

INDEPREHENSVS, vel INDEPRENSVS, a, um. Adi. Vestigia cunctis Indeprensa procis Stat. Theb. 6, 564. *Conf. Prudent. Hamart. v. 141.*

INDEPTVS, *vid. INDIPISCOR.*

INDESCRIPTVS, a, um. Adi. *Non diuisus.* Halant rura rosis, indescriptosque per agros fragrat odor Sidon. Carm. 2, 412.

INDESERTVS, a, um. Adi. [*ἀπρόλειπτος*] Ouid. Amor. 2, 9, 52 Infertur meo pectore regna gere.

INDESES, idis. Adi. [*ἀόκνος*] *Contrarium Desidi.* Gell. 7, 22 Id profecto existimandum est non omnino inculpatum, neque indefidem visum esse, cuius corpus in tam immodicum modum luxuriasset, exuberassetque.

INDESINENS, entis. Adiect. Indesinentibus procellis iactatus Sarisb. Ep. 174.

INDESINENTER. Adu. [*ἀδιαλείπτως*] *pro Semper et continue.* Varro de R. R. 2, 9, 16 Et si alter indesinenter aeger est, ne sine cane grex sit. *Sed locus mendae suspectus est.* Dispositos ordines indesinenter obseruare Veget. 1, 26. *Conf. Quinctil. Declam. Trib. Mar. c. 4 p. 78 Burm. et exempla ecclesiasticorum apud Cellar. Cur. Post. p. 216.*

INDESPECTVS, a, um. Adi. *Non despectus, non visus.* Lucan. 6, 748 Indespecta tenet vobis qui tartara.

INDESTRICTVS, *vid. INDISTRICTVS.*

INDETERMINABILIS, e. Adi. Indeterminabiles quaestiones Tertull. adu. Marc. 1, 9. *Add. Id. contra Haeret. c. 7.*

INDETERMINATVS, a, um. Adi. Hoc egit illa disciplina mirabilis, vt indeterminatos agros ratione certa distingueret Cassiod. Epist. 3, 52. *Add. Tertull. adu. Valent. c. 3. et de Praescr. c. 33.*

INDETONSVS, a, um. Adi. [*ἀνερεσκεόμενος*] Ouid. Met. 4, 13 Additur his Nyfius, indetonsusque Thyoneus, *h. e. intonsus.*

INDETRITVS, a, um. Adi. Vestimenta indetrata et inobsoleta Tertull. de Refurr. c. 58.

INDETRIBILIS, e. Adi. *Quod deteri non potest.* Soliditas Paullin. Nol. Epist. 16.

INDEUITATVS, a, um. Adi. Indeuitato traiecit pectora telo. Ouid. Met. 2, 607.

INDEVORATVS, a, um. Adi. *Non omnino deuoratus.* Martial. 7, 19 Indeuorato capite turturem truncum.

INDEVOTVS, a, um. Adi. [*ἀκαθάρτος*, Gloss. Gr. Lat.] Iustinianus in l. Si quis argentum §. ult. C. de donationibus, Ne non solum indeuotus, sed etiam impius donator intelligatur. *Conf. Cassiodor. Epist. 2, 16.*

INDEVOTIO, onis. f. Vlpianus in l. 1 in fin. D. de penu legata, Puto tamen sic voluntatem testatoris sequendam, vt tota summa illico, postquam cessauerit heres dare penum vxori, praestetur heredis indeuotione coercenda. Iustinianus in l. Si quis argentum §. ult. C. de donationibus, Tantamque indeuotionem quibusdam quasi legitimis protegere velamentis. *Add. l. fin. C. de fideic. libert. Saluian. de Gub. D. 3 p. 46.*

INDEX, icis. *vid. INDICO, as.*

INDIA, ae. f. [*Ἰνδία*] *Regio Orientalis, Asiae terminus.* Pompon. scribit 3, 7 tantum spatium litoris occupare, quantum per sexaginta dies noctesque velificantibus cursus est. Virgil. Georg. 1, 57 India mittit ebur. *Indiae nomine antiqui latissime sunt abusi, vt qui Aethiopes etiam eo significarent: vt Virgil. Georg. 4, 293* Vaque coloratis amnis deuectus ab Indis. *Et Georg. 2, 172* Imbellom

Imbellem auertis Romanis arcibus Indum. Parthum enim significat, credo, quod Parthis India etiam pareret, et in eorum praesidiis Indi militarent. Hyginus Fab. 275 Iouis in India Thebas, Thebaidos nomine nutricis suae, quae Hecatompylae nominantur, ideo quod centum portas habent. *Hic Hyginus Indiam etiam appellauit superiorem Aegyptum, Aethiopiae finitimam, in qua erant Thebae.* Haec Turnebus. *Occurrit elegans Indiae descriptio apud Curt. 8, 9, 2. Conf. Iustin. 12, 7, 4. et 13, 4, 19. Decolor Sen. Hippol. f. 3. Diues Horat. Carm. 3, 24, 2. Tosta Catull. 43, 6. Vasta et agrestis Cic. Tuscul. 5, 77.*

INDVS, i. m. [*Ἰνδός*] Qui est ex India. Colorati Indi Virgil. Georg. 4, 293. *i. fusci.* Dentes, *i. elephantini* Ouid. Met. 8, 288. Discolor Idem Trist. 5, 3, 24. Nigri Ouid. de Arte Am. 1, 53. Odorati Sil. 17, 652. *i. a quibus odores et aromata afferuntur.* Sistentes Virg. Georg. 4, 293. *Petere in Indos, vid. Ad Seras, in Prae- positione AD.*

INDICVS, a, um. Adi. [*Ἰνδικός*] Qui ex India est. Indicos elephantos, *maximos interpretatur* Seruius ad Georg. 1, 57 apud Ter. in Eun. 3, 1, 23 *Elephantis quem Indicis praefecerat.* Aqua Ouid. ex Pont. 1, 5, 80.

INDICATIO, INDICATVRA, INDICATVS, INDICIVM, vid. INDICO, as.

INDICO, are. [*μνύω, γνωρίζω*] proprie est Ostendere, patefacere, vel consilio, vel imprudentem. Ter. Andr. 1, 1, 105 *Ibi tum exanimatus Pamphilus bene dissimulatum amorem et celatum indicat.* Ibid. 5, 3, 7 *Vide num eius Color pudoris signum vsquam indicat? Exitus rei hoc indicabit* Cic. de Legib. 3, 25. *Epularum sollemnium fides ac tibiae, Saliorumque versus indicant* Idem de Orat. 3, 195. *Verba aperte indicant* Cic. Bruto 5. *Mores indicat vultus* Idem de Legib. 1, 27 c. 9. *Clarius indicare* Horat. Carm. 4, 8, 19. *Consilium suum temerarium* Planc. ad Cic. Fam. 10, 21. *Posteris nostris orationes alicuius* Cic. de Clar. Orat. 324. *Signis quid velis* Ouid. Met. 15, 668.

Quod in primis te celatum volebam, indicabo Cic. Q. Fratr. 3, 5. *Indicare in vulgus, nefas est* Idem de Vniuers. 4. *Res ipsa indicat, id vel ex re ipsa apertissimum est* Ter. Adolph. 3, 2, 40. *Idem Eun. 4, 4, 37* *Credis huic, quod dicat? PY. quid isti credam, res ipsa indicat.*

Indicare iter Liu. 8, 24. *Exponere est* Plin. 12, 15 *Prius Arabiae diuitias indicare conueniet.* *Accusare, deferre, significare videtur, cum id, quod indicatur, crimen est.* *Donatus: Indicat is, qui de se volens aliquid, et de aliis etiam prodit.* Ter. Eun. 5, 7, 13 *An poenitebat flagitii te auctore quod fecisset adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? Cic. Tuscul. 3, 52* *Zeno proponatur Eleates, qui perpeffus est omnia potius, quam conscios delendae tyrannidis indicaret.* *Idem pro Muraen. 51* *Atque ille, vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit atque induit.*

De aliqua re indicare Cic. pro Flacc. 92. *Sallust. Catil. c. 48* *Is quum diceret se indicaturum de coniuratione.* *Rem omnem dominae suae indicauit puer* Cic. pro Cluent. 180. *Sine timore indicare aliquid* Idem in Catil. 3, 8. *Malitiam suam* Cic. Fam. 9, 7. *Se alicui* Idem de Clar. Orat. 112. *Et de Fin. 1, 50.* *Coniurationem* Cic. de Diuin. 1, 2.

¶ 2. *Indicasse reum (inquit Vlpian. in l. Indicasse D. de verb. signific.) est Detulisse, arguisse, accusasse, conuicisse.* *Indicasse germano sensu minus est quam Deferre.* *Ita in coniuratione Catilinariorum Fulvia index fuit. Sed interdum plenius quid sonat, vt non Deferre tantum et denuntiare, sed Damnare significet.* *Quod ita capiendum putamus, cum de praemio constituendo indicanti quaeritur, quod demum consequitur, qui eam dat operam, vt non denuntiet, arguat, accuset solum, sed etiam damnet.* *Ita usurpat Plaut. Afin. 5, 2, 87* *ubi Senex ab uxore deprehensus in lupanari, et condemnatus rapitur domum, tanquam ad supplicium.* *Male cubandum est, indicatum me vxor adducit domum.* *Pollet. Hist. For. Rom. 4, 11.* *Caeterum in Plauti l. c. non indicatum legitur hodie, sed iudicatum, i. damnatum, addictum, nexum.* *Verum antiquae edit. Indicatum, et interpretantur manifesto deprehensum.*

¶ 3. *Indicare, [τιμώδαι] Aestimare, pretium rei venalis statuere.* *Est autem venditoris, sicut Liceri emtoris.* *Plaut. Pers. 4, 4, 37* *Indica, fac pretium. D. tua merx est, tua indicatio est.* *Ibid. 4, 4, 109* *Tanti indica.* *Id. Aul. 2, 5, 3. Apul. Met. 1 p. 113* *Et percontato pretio, quod centum numis indicaret, aspernatus, centum denariis praestinaui.* *Cic. Off. 3, 62* *Q. quidem Scaeuola filius, quum postulasset, vt sibi fundus, cuius emtor erat, semel indicaretur.*

INDICATVS, a, um. Partic. [*μνυθείς*] *Patefactus, ostensus, accusatus.* *Indicatus smaragdus sex aureis denariis* Plin. 37, 1.

INDEX, icis. c. [*ἰνδύτης*] *Is, vel ea, qui vel quae aliquid indicat, vel accusat.* *Afconius in Cic. Diuinat. Verr. 34 scribit, Indicem esse, qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat impunitate proposita.* *Cic. pro Cluent. 39* *Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio: index Auilius ex altera parte coram tenetur.* *Plaut. Merc. prol. 17* *Per me percontatus sum, sineque indice aliquo.* *Haec omnia indices detulerunt* Cic. Catil. 4 c. 3. *Plin. Epist. 10, 97* *Alii ab indice nominati, se esse Christianos dixerunt, et mox negauerunt.* *Prolato indice* Iustin. 39, 2, 8. *Mittere indices ad rei confirmationem* Idem 32, 2, 9. *Falsus, Cuius falsum est indicium et accusatio* Sallust. Catil. c. 50. *Torquere indices* Iustin. 32, 2, 2. *Accedere aliquem indici, vid. ACCEDO.* *Cic. Verr. 5, . . . Cuius rei neque index, neque vestigium aliquod, neque suspicio cuiquam esset vlla.* *Plin. 8, 16* *Leonum Animi index cauda, sicut et equorum aures.* *Animi imago vultus est, indices oculi* Cic. in Orat. 60 c. 18 *extr.* *Libertatis index tabella* Idem de L. Agr. 2, 4. *Sunt et librorum quidam indices, quos hodie fere titulos vocare solemus.* *Cic. de Orat. 2, 61 c. 14* *In Philosophos vestros si quando incidi, deceptus indicibus librorum, quod sunt fere inscripti de rebus notis et illustribus, de virtute, de iustitia, de honestate, de voluptate, etc. Hi igitur sunt Indices, de virtute, de iustitia, reliqui.* *Gell. praef. Inscriptiones vocat, titulos, indices.* *De his etiam intelligendus* Cic. Attic. 4, 4 *Etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos, etc. iisque imperes, vt sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Graeci (vt opinor) συλλαβῆς appellatis. συλλαβῆς legendum ostendit post Graeuium Ernestus in Clauae, V. σύλλαβος, qua voce cum appellant Graeci ea, quae vulgo Registra vocantur: hinc vox notior irrepsit in libros Ciceronis, et falsa nomini indicis affixa significatio est, vt notet capita rerum (sic Gell. in praef. extr.) et verba notatu digna, vel ordine libri et tractationis proposita, (vt factum a Plinio maiore et Gellio) vel, vt nunc solet, elementari disposita ordine, etc. Morborum index, fere est arteriarum pulsus; h. e. signa morborum ex pulsibus cognoscun-*

100

105

60

65

70

75

80

85

90

95

100

105

100

105

100

105

100

105

- tur* Plin. 11, 37. Orationis indicem vocem habemus Cic. Off. 1, 133 c. 37. Pectoris index color et macies Ouid. Met. 9, 535. Lacrimae Poenitentiae indices Curt. 5, 10, 13. Voluntatum erga me vestrarum index vox Cic. de Leg. Agr. 2, 4. Herculis indicis fa-
 5 num nominatum Idem de Diu. 1, 54. Et Verr. 1, 105 Vtrum admonitus, an tentatus, an qua est iste sagacitate in his rebus, sine duce villo, sine indice peruenerit ad hanc improbitatem, nescio. ¶ 2
 Index etiam Lapidis terminalis nomen: Ouid. Met. 2, 706 — Per-
 iuraque pectora vertit In durum filicem, qui nunc quoque dicitur
 10 index. Primus a pollice digitus: Hor. Serm. 2, 8, 26 Qui si quid forte lateret, Indice monstraret digito. Imaginis vel statuæ inscri-
 ptio compendio indicans, quod maxime sciri interest: Tibull. 4, 1, 130
 Nec quiuis quid quaque index sub imagine dicat. Vid. Figrel. de Stat.
 Rom. c. 27. Vocatur etiam Titulus.
- 15 INDICVLVS, i. m. Dimin. Ennod. Epist. 5, 24 Indiculo com-
 prehensa cognatio.
 INDICVLVM, i. n. Idem, Gregor. Turonens. 8, 28 Indicu-
 lum est reptum.
- 20 INDICABILIS, e. Adi. Cael. Aur. Acut. 2, 3 Signum facere
 indicabile lethargi.
- INDICINA, ae. f. Apul. Met. 6 p. 176, 14 Si quis a fuga re-
 trahere — accepturus indicinae nomine ab ipsa Venere septem
 fauia suauia, etc. Gloss. Vet. Indicina, μήνυρον.
- 25 INDICIUM, i. n. [μήνυσις, μήνυμα] Detectio alicuius crimi-
 nis, siue accusatio. Cic. pro Cluent. 186 Tu periculum capitis, tu iudicium
 scelerosis, tu fortunas alterius literis conscriptas in iudicium af-
 feras? Sed generaliter notat, quidquid est, quo aliquid indicatur, Si-
 gnum, argumentum. Animi indicium Cic. post red. in Senat. 7. Be-
 neuolentiae tuae insigne erga me Idem Fam. 7, 6. Coniurationis
 30 Cic. de Diu. 2, 46. Doloris praesentis Idem Octau. Alias Iudicium.
 Exitii communis indicia afferre Cic. pro Domo 134. Mali
 indicium Ouid. ad Liu. 14b. Naturae clariora indicia Cic. de Fin.
 5, 48. Nominis ad indicia, et sempiternum generis sui dedecus,
 aliquid constituere Idem in Pison. 92. Parricidiorum indicia et
 35 scelerum notae Cic. pro Sulla 76. Sceleris argumenta et indicia
 Idem in Catil. 3, 13. Scelerum indicia ostendere, et periculorum
 signa patefacere Cic. de Arusp. Resp. 24. Vt esset indicium oppressi
 Senatus ad memoriam sempiternae turpitudinis, monumentum positum
 Cic. pro Domo 112. Veneni indicia et vestigia omnia in illius
 40 mortuae corpore fuerunt Idem pro Cluent. 30. ¶ 2 For-
 mulae Verborum: Defixum ad memoriam omnium gentium sempiter-
 nam indicium Cic. pro Domo 103. Ter. Heaut. 3, 1, 5 Celestem
 tam insperatum gaudium, quum illi nihil periculi ex indicio fiet?
 Idem Heaut. 2, 4, 4 Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio
 45 oratio tua. Cic. pro Domo 110 Quae domus erat ipsa indicio tui
 crudelissimi, etc. Ter. in prol. Adelph. 4 Indicium de se ipse erit,
 vos eritis iudices, laudine an vitio duci factum oporteat. Vbi Dona-
 tus: Indicium erit, pro Index erit. Caes. Bell. Gall. 1, 5 Ea res, vt
 est Heluetiis per indicium enuntiata, moribus suis Orgetorigem ex
 50 vinculis causam dicere coegerunt. Edere indicium, vid. EDO, dis.
 Deferre: Chirographa, testificationes, indicia, quaestiones rem ma-
 nifestam deferunt Cic. de Clar. Orat. 176. Facere indicium, Signum
 dare, vel Per signum ostendere Ter. Adelph. 4, 4, 8. Idem Hec. 4, 1,
 31 Nunc res indicium haec facit, quo pacto factum voluerit. Cic.
 55 Diu. Verr. 34 c. 8 Quapropter si tibi indicium (i. facultatem et praemium
 indicandi) Postulas dari, quod tecum vna fecerit, concedo, si
 id lege permittitur. Marcianus ad legem Corneliam de Sicariis
 l. 1 Quiue quum magistratus esset, publico iudicio praesesset, ope-
 ram dederit, quo quis falsum indicium profiteretur, vt quis innocens
 60 conueniretur. Conf. Graeu. ad Cic. Att. 2, 24 p. 281. Profiteri iudicium,
 pro Indicare Sallust. Iugurth. 35, 6. Plin. Ep. 3, 16, 10.
 Seruatus tristi indicio Stat. Theb. 3, 404. ¶ 3 Praemium
 indicis, est Indicum. Cic. pro Rosc. Amer. 107 c. 27 Si eum, qui
 indicii partem acceperit, oculis cernetis, poteritis ne dubitare, quis
 65 indicarit? Huc pertinet locus modo laudatus Cic. Diu. in Verr. 34 c. 8.
 Apul. Met. 6 p. 176, 14 vbi Elmenb. Indicinae habet; alii prae se fe-
 runt Indicium. Vlpian. in l. Idem §. Si tibi D. de cond. ob turp. caus.
 Si tibi indicium dedero, vt fugitium meum indices. Et paulo post,
 Sed si ipse fur indicium a me accepit, etc.
- 70 INDICATIO, ōnis. f. [τίμωσις] Aestimatio ac probatio alicuius
 rei, siue Appretiatio quam vocant. Plaut. Perf. 4, 4, 30 Indica-
 fac pretium. D. tua merx est, tua indicatio est. Plin. 22, 24. Aliter
 Vlp. in l. Iulianus §. 1 in fin. D. de act. emt. et vend. Quoniam qui
 scit, praemonere debuit furem esse: hic non debuit facilis esse ad te-
 75 merariam indicationem.
- INDICATIVVS, a, um. Adi. sic, Modum Indicatum Gram-
 matici vocant, quo praesens actus indicatur. Vid. Mart. Capell. 3, . .
 Et Isidor. 1, 8.
- INDICATOR, ōris. m. Indicator naturae Anaxagoras So-
 80 lin. cap. 53.
- INDICATVRA, ae. f. Aestimatio. Plin. in praef. p. 4, 7 Nec
 fiducia operis haec est, sed indicatura, i. ea ipsa nominis tui praescri-
 ptione pretium conciliare volumus, dum indicamus illud tanti, quod et-
 iam Caesari offerri possit. Plin. 29, 1 Ne avaritiam quidem arguam,
 85 capacesque nundinas pendentibus fati, et dolorum indicaturam, ac
 mortis arrham, aut arcana praecepta. De medicis, qui velut negotian-
 tur cum aegrotis, quid dabis, vt hoc dolore, hoc morbo te liberem? Plin.
 37, 2 Neque est hodie murrhini alterius praestantior indicatura, i.
 pretium, taxatio.
- 90 INDICO, xi, ctum, ĩre. [καταγγέλλω] Denuntiare aliquid. Aur.
 Vict. de Viris Illustr. c. 4 Tullus Hostilius, quia bonam operam ad-
 versum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellum Albanis indixit. Cic.
 Off. 1, 36 Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustum, nisi quod
 aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante sit, et indictum.
 95 Belli indicendi formulam pete ex Liu. 1, 32. Bellum populis Ouid.
 Met. 6, 92. Cic. Catil. 2 c. 6. Bellum voluptatibus, per trans-
 lationem dictum: h. e. Pugnare aduersus voluptates. Cic. de Senect.
 45 c. 14 Quod si quem etiam ista delectant (ne omnino Bellum in-
 dixisse videar voluptati, cuius est etiam fortasse quidem naturalis mo-
 100 dus) non intelligo, ne in istis quidem voluptatibus ipsis carere sensu
 fenestrem. Bellum ventri Horat. Serm. 1, 5, 8. Bellum sibi,
 Sibi ipsi noxium esse, vel sibi ipsi noxiam inferre. Cic. de Fin. 5, 29
 Velut qui ipsi sibi Bellum indixissent, cruciari dies, noctes torqueri vel-
 lent. Choros tibia indixit Virg. Aen. 11, 737. Coenam indicere,
 105 iabere sibi coenam apparari: Martial. 11, 50 Indixit coenam diues amica
 tibi.

tibi. Sueton. Neron. c. 27 Indicebat et familiaribus Coenas, *B. e. denuntiabat.* Liu. 1, 50 Principibus longe ab domo excitis, ipsum qui Concilium indixerat, non adesse. Caes. Bell. Gall. 6, 43 Concilio Galliae primo vere (vt instituerat) indicto, etc. Diem pugnae Liu. 10, 27. Idem 3, 5 extr. His auertendis terroribus in triduum 5 Feriae indictae, per quas omnia delubra pacem deum exposcentium virorum mulierumque turba implebantur. Forum Virgil. Aen. 5, 758 *ubi vid. Seru.* Funus, *Euocare homines per praeconem ad funus.* Suet. Caes. c. 84 Funere indicto rogos exstructus est. Cic. pro Domo 42 Video enim quosdam clarissimos viros, principes ciuitatis, aliquot 10 locis indicasse, te cum plebe iure agere potuisse: qui etiam de me ipso, quum tua rogatione funere elatam Rempublicam esse dicerent, tamen id Funus, etsi miserum atque acerbum fuisset, iure indictum esse dicebant: quod de me ciue ac de Republica bene merito tulisses, funestum funus te indixisse Reipublicae, quod saluis auspiciis 15 tulisses, iure egisse dicebant. *Vbi figurate significatur, Exilium Ciceronis funestum et exitiale fuisse Reipublicae, sed tamen illam legem, qua irrogatum est, formam legis habuisse.* Honores Virgil. Aen. 3, 264. Honorem templis Idem Aen. 1, 636. Ieiunia Horat. Serm. 2, 3, 291. Cic. de Prouinc. Conf. 24 Etenim si iis, qui haec omnia 20 flamma ac ferro delere voluerunt, non Inimicitias solum, sed etiam bellum indixi atque intuli. *Opposita:* Cic. Verr. 5, 181 c. 71 Etenim tacitae magis et occultae Inimicitiae timendae sunt, quam indictae et apertae. Iustitium Idem Philipp. 5, 31 c. 12. Liu. 10, 21 pr. His nuntiis Senatus conterritus, Iustitium indici, delectum 25 omnis generis hominum habere iussit, *i. primam iuris cessationem.* Add. Liu. 3, 27 extr. Leges Propert. 4, 9, 55. Cic. Verr. 3, 1 Legem enim sibi indicunt innocentiae, continentiae, virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitae reposcunt. Quid. Fast. 1, 659 Ter, quater euolui signantes tempora fastos: 30 Nec sementina est vlla reperta dies: Tum mihi (sensit enim) Lux haec indicitur, inquit Misa, etc. Sic Fast. 2, 528 Curio legitimis tunc fornacalia verbis Maximus indicit, nec stata sacra facit. 35 Cic. Verr. 2, 33 Tanto Mercatu Praetoris indicto, concurritur vndique ad ipsum Syracusas. Tacit. Ann. 15, 61 Ergo regredi, et indicare Mortem iubetur. Plin. 18, 3 Cautum quippe est, ne bouem prius quam ouem nominaret, qui indiceret Multam. Quinct. 7, 5 (4) extr. Virginis causas abdicacionis, dementiae, male tractatio- 40 nis, orbarum Nuptias indicentium. Odium pecuniae Sen. de Benef. 2, 17. Liu. 1, 9 Indici deinde finitimis Spectaculum iubet. Caes. Bell. Gall. 7, 90 Huius anni rebus cognitis, Romae dierum viginti Supplicatio indicitur. Liu. 4, 60 Postremo indicto iam Tributo, edixerunt etiam, etc. *Non nunquam idem est ac Inducere, in-* 45 *ferre: v. g. Sueton. Calig. c. 26 Non nunquam horreis praeclusis populo famem indixit. Vid. Burm. ad Quinct. Decl. 13, 5 p. 277.* INDICENS, entis. Adi. *Non dicens.* Ter. Adelph. 3, 4, 62 Non me indicente haec fiunt. Liu. 22, 39 Etiam me indicente, *vid.* 50 *omnino Gronou. qui tum analogia tuetur hanc rationem (vid. Inficiens, Inopinans, Inficiens, Insperans, Intolerans, Intritus, etc. Add. Induciae, Inficias) tum exemplo Terentii. Suspiciatur etiam Cic. de Fin. 2, 3 extr. Eam, si varietatem diceret, intelligerem, vt etiam iudicente te intelligo, ubi al. et Dauis. non dicente.* INDICENDVS, a, um. Gloss. Cyril. ἀλεπτος. 55 INDICTVS, a, um. Adi. [ἐπαγγελθῆναι] Quod est sollempniter promulgatum. Dapes Ouid. Fast. 4, 354. Odium argento indictum Sen. Epist. 5. Ouid. Fast. 6, 594 Si vir es indictas exige dotis opes, *i. promissas.* ¶ 2 *Non dictus.* Ter. Phorm. 5, 7, 57 Non, volo: volo, nolo: rursus, cedo, cape: quod dictum, indictum 60 est: quod modo erat ratum, irritum est. Liu. 5, 15 Ea se nec vt indicta sint, reuocare posse. Virg. Aen. 7, 733 Nec tu carminibus nostris indictus abibis. Hor. Carm. 3, 25, 8 Dicam insigne, recens, adhuc Indictum ore alio. *Causa indicta damnari dicuntur, qui causam non dixerunt, neque se defenderunt, absentesque senten-* 65 *tiam passi sunt.* Cic. de Legg. 1, 42 Vt Dictator quem vellet ciuium indicta causa impune posset occidere. Id. Verr. Act. 1, 39 Indicta causa damnati et eieci. Liu. 3, 56 Quod si indicta causa in vincula ducatur. Ita 19, 18. et 38, 33. *Causa indicta animaduertere in aliquem Cic. Fam. 5, 2. Indicta causa ciuem condemnari Id. pro* 70 *Rabir. 12 c. 4.*

INDICTIO, ōnis. f. Genus pensitationis, vt inquit Alconius in Verr. 2, 5 Omne genus, inquit, pensitationis in hoc capite positum est, Canonis, Oblationis, Indictionis. De hoc titulus est de indictionibus 10 C. *vid. CANON.* Plin. Paneg. c. 29 Nec nouis indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt. Lactant. de Mort. Persec. c. 7 Vt enormitate indictionum consumptis viribus colonorum descere- 75 rentur agri. *Vid. Buleng. de Vectig. c. 18.* ¶ 2 *Est item Computi, f. Epochae genus, et significat spatium quindecim annorum, qui in se reuoluuntur, Graeci ἐπισημῆσι vocant. Vid. Ios. Scalig. de Emend. 80 Temp. 5 p. 470. Petau. de Doctr. Temp. 11, 39, 40. et Rationar. 7, 1.*

INDICTIONALIS, e. Adi. *Ad indictionem pertinens.* Ammian. 17, 3 Indictionale augmentum oblatum sibi humi proiecit: nempe libellum, quo consilium et ratio eius rei perscripta erat.

INDICTICVS, a, um. Adi. Cassiod. Var. Epist. 5, 14 Indi- 85 cticia onera.

INDICTIVVS, a, um. Adi. [ἐπαγγελτος] Quod indictum est. Vt, Funus indictiuum, Ad quod per praeconem euocabantur, vt ait Festus.

INDICIBILIS, e. Adi. Sarisb. Epist. 291 Referre longum est 90 et indicibile nobis.

INDICTO AVDIENS, entis. Immorigerus. Vet. Interpres Iren. 4, 80.

INDIDEM. [Ἐντεῦθεν. αὐτόθεν. ἐκ τῆς αὐτῆς, Gloss. Lat. Gr.] Adverb. compositum ab Inde et Idem: Ex eadem parte, siue Ex eodem 95 loco. Cic. pro Rosc. Amer. 74 c. 27 Si per alios fecisse dicis, quaero seruosne an liberos? quos homines? Indidemne America, an hosce ex vrbe sicarios? Idem de Diuin. 1, 131 Indidemque eadem, quae oriuntur de integro atque eodem occidunt. Ex Pacuio. Conf. Liu. 27, 12. Gell. 6, 10. Nep. 15, 5, 2. et Apul. 6 p. 180. 100

INDIFFERENS, entis. Adi. [ἀδιάφορος] Res media. Cic. de Fin. 3, 53 Itaque id definimus, quod sit indifferens cum aestimatione mediocri. quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, vt indifferens dicerem. Sen. Epist. 83 Indifferentia voco, nec bona, nec mala: vt paupertatem, etc. Idem 82. Indifferens homo, non 105

nimis elegans, neque difficilis aut morosus in re aliqua. Sueton. Iul. Caes. c. 53 Nam circa victum Caius Oppius adeo indifferentem docet, vt quondam ab hospite conditum oleum, pro viridi appositum, aspernantibus caeteris solum etiam largius dicat appetisse. *vid. ibi Casaub.*

5 Indifferens dolor apud Stoicos non malum Gell. 12, 5.

INDIFFERENTIA, ae. f. [*ἰσότης*] *Similitudo, affinitas, conuenientia.* Gell. 13, 3 Hoc ego scripsi de vtriusque vocabuli indifferentia. Ibid. c. 21.

INDIFFERENTER. Aduerb. [*ἰσότητος*] *Indiscriminatim.* 10 Paullus in l. Ne quis D. de custod. reor. Si quos ex iis, qui in ciuitatibus sunt, celeriter et sine causa solutos a magistratibus cognoueris: vinciri iubebis, et iis, qui soluerint, multam dices. Nam quum scierint, sibi quoque molestiae futurum magistratum, si facile soluerint vincios: non indifferenter de caetero facient. *Conf. Quinquil. 9, 2, et II, 3 pr.* Sueton. Domit. c. 23 Occisum eum populus indifferenter, miles grauissime tulit. Indifferenter viuere Scrib. 121. ¶ 2

Sine dilatione Augustin. Epist. 34 ad Paullin.

INDIFFICILIS, pro *Valde difficilis.* *Laudatur ab Erythraeo indice Virg. Voc. Infractus.* Scaeuola in l. Gallus §. Ille casus D. de 20 lib. et posth. Ille casus indifficilis est, si filium habeas, et nepotem nondum natum instituas, isque nascatur viuo patre suo, ac mox pater decedat. *Sed legitur recte: Ille casus in difficili est. Habet ibi plura non magis probabilia Erythraeus.*

INDIFFICULTER. Adu. Claud. Mamert. de Stat. Anim. 1, 21 25 Aquas indifficiliter haurire.

INDIGENA, ae. c. [*αὐτόχθων*, Gloss. Lat. Gr. *ἰσχυρίος, ἐσχυρίος*] dicitur, qui non aliunde in aliquam patriam venit, sed ibi natus est, quasi Indo vel Indu genitus. *vid. ADVENA.* Liu. 21, 30

Nec maiores eorum indigenas, sed aduenas Italiae cultores, etc. 30 Ouid. Met. 2, 840 Suspicit, indigenae Sidonida nomine dicunt. Deus Id. Met. 6, 330. Virg. Aen. 8, 314 Haec nemora indigenae Faunae Nymphaeque tenebant. *Vbi Turnebus, Etsi hoc, inquit, de diis illorum locorum dicitur, quum tamen eos indigenas dicat, ad eorum sententiam respexit, qui autochthones, id est aborigines et terrigenas se cense-*

35 *bant, ut Athenienses, Argiui, Arcades, Thessali.* Censorinus hoc confirmat de Die Nat. c. 4 Denique, inquit, hoc etiam vulgo creditum est, vt plerique genealogiae auctores sunt, quarundam gentium, quae ex aduenticia stirpe non sunt, principes terrigenas esse, vt in Attica, Arcadia, Thessaliaque, eosque autochthones vocitari, vt in Italia

40 Poeta cecinit Nymphas indigenasque Faunos nemora quaedam tenuisse, non difficilis rudis antiquorum credulitas recepit. Populi, *Lati* Lucan. 2, 432. Potio, *i. non exotica* Flor. 2, 18, 12. Plin. 14, 6 extr. Dixisse hospiti de indigena vino. Sic Indigenas, Aduentis

opponit Tac. Vit. Agric. II, 1. *Conf. Sidon. Epist. 8, 12.*

45 INDIGENVS, a, um. Adi. *Vernaculus.* Apul. Met. 1 p. 15. INDIGENITALIS, e. Adi. [*αὐτόχθωνος*] *Verbum obsoletum, afferebatur ex Cic. de Orat. 3, 154 c. 38. Sed latebant ibi Di genitales. Et sermo ibi est de eo, ubi sine coniunctione verba nouantur: quod ad Indigenitalis non quadrat.*

50 INDIGEO, ui, ere. [*ἀποτέω, προσδέομαι*]. Ex In et Egeo compositum, D interposito euphoniae causa: idem quod Egeo significat, et nunc Genitiuo, nunc Ablatiuo iungitur. Genitiuo: Plaut. Cistell. 1, 1, 33 Stique omnium rerum nos indigere, *i. in rebus omnibus.* Maxime indigere, *vid. MAGIS.* Valer. Maxim. 7, 2 ext. 8 Malo virum pecunia, quam pecuniam viro indigentem. Cic. de Fin. 5, 59 Animum autem reliquis rebus ita perfecit vt corpus. sensibus enim or-

55 nauit ad res percipiendas idoneis, vt nihil, aut non multum Adiuumento vlllo ad suam confirmationem indigeret. Alicuius indigere Ter. Andr. 5, 3, 19. Cic. de Amicit. 30 c. 9 Quid enim erat Africanus indigens mei? Non tam Artis quam laboris indigent vo-

60 cis et spiritus, et totius corporis, et ipsius linguae motus et exercitationes Cic. de Orat. 1, 156. Plaut. Rud. 3, 2, 28 Mulieres duae innocentes, intus hic sunt, tui indigentes Auxilii. Cic. Philipp. 6, 7 Nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas et procrastinatio

65 odiosa est, tum hoc bellum indiget Celeritatis, *b. e. celeritate opus habet.* Cohortatione te puto non indigere Idem Fam. 12, 11. Consilii tui indigeo Cic. Att. 12, 34 (35). Consolatione aliorum indigere Idem Fam. 4, 5. Defensionis indiget Cic. pro Rosc. Am. 34. Exercitationis indiget Idem de Fin. 3, 41. Existimatione

70 bona indiget mea adolescentia Cic. pro Rosc. Com. 44 c. 15. Ingenii maioris ad consolandum, et ad ferendum singularis virtutis indigent communes miseriae Idem Fam. 6, 4. Sermone tui sum indigens Plaut. Rud. 4, 3, 6. Singularis virtutis ad ferendum, miseriae indigent Cic. Fam. 6, 4. Vnus indiget horum Virg. Ecl. 2, 71.

75 Gell. 4, 1 Sed hoc plane indigeo addiscere. Vitruu. 1, 1 Ne quid ex his indigeat. ¶ 2 *Pass. et Imperf.* Indigetetur, [*ἀποπέται*] dixit Plin. 10, 27 Nunquam conspectis, nisi quum praesidio earum indigetetur.

80 INDIGENS, entis. Partic. [*ἰνδενς*] Vtrumque per se indigens alterum alterius auxilio eget Sallust. Catil. 1. Benigne facere indigentibus Cic. Off. 2, 52. Ferre opem indigentibus Idem de Fin. 2, 118 c. 35. *vid. supra.*

INDIGENTIA, ae. f. [*ἀπορία*] *Egestas, penuria, et carentia.* Amicitiam ex inopia atque indigentia natam volunt Cic. de Amicit. c. 9. Indigentia est libido inexplibilis Id. Tusc. 4 c. 9. Et de Amic. 29 c. 9 Amare enim nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quaesita.

INDIGVS, a, um. Adi. [*ἄροπος*] *Qui indiget re aliqua.* Plin. 8, 40 Stipendiorum indiga. Sil. 2, 155 Agmina vastabat claua, nihil indigus ensis. Virg. Georg. 2, 428 Haud opis indiga nostrae. Lucret. 1, 61 Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri.

90 INDIGVVS, a, um. Adi. *Idem.* Apul. Met. 9 p. 222, 22 Refectione virium vehementer indiguus.

INDIGES, etis. m. [*χθόνιος, δαίμων, ἦρος*] *Appellatio Deorum quorundam apud Romanos, cuius praecipue mentio fit in extremis Aeneae.* Liu. 1, 2 extr. Aeneas situs est, quemcunque eum dici ius, fasque est, super Numicium flumen: Iouem indigetem appellant. Haec reliqui repetunt, v. g. Festus, b. v. Gell. 2, 16. Aurel. Vict. Orig. Gent. Rom. c. 14. et Solin. c. 8. Dionysius Halic. eam rem enarrans l. 1 p. 52, 16 inscriptionem Sacelli, τὴν ἠρώα refert πατρὸς θεῶν χθόνια, ὅς ποταμῶν Νημῆα ἔστω δαίμων. Indigetem itaque reddit χθόνιον, terrae s. regionis illius peculiarem. Contra ea Macrobi. Saturn. 1, 9 quos Hesiodus ἐπιχθόνιος dixerat, Indigetes ipse vocat, terrae alicui adscriptos scilicet. Hanc sententiam etiam ornat Salmas. in Solin. p. 51. Sed addit, etiam

105 posse Indigetes, quasi Indicetes ab Indicando, dedicando, consecrando dictos

dictos esse, homines consecratos: quorum etiam Indigitamenta pertinent, de quibus mox dicitur. Ad ἰνδῖγες, et velut Indigenas quosdam refert etiam Cerda ad illud Georg. 1, 498 DI patrii, Indigetes, et Romule, Vestaque mater. In deuotione Decii Liu. 8, 9 memorantur etiam DI indigetes, Diui, quorum est potestas nostrorum hostiumque: Indigenae quidam etiam hic dici videntur. Haec potiora arbitror, quam Seruii illa ad Georg. 1, 498 Indigetes proprie sunt DI ex hominibus facti, (hactenus bene) quasi in DIs agentes. Abusiue autem omnes DI generaliter possunt dici Indigetes, quasi nullius rei egentes: quae repetit ad Aen. 12, 794 Indigetem Aeneam scis ipsa, et scire fateris, Deberi caelo: et amplius addit, (modo sint omnia Seruii) vel quod nos deorum indigeamus — Alii ab inuocatione indigetes dictos volunt, quod indigeto est precor et inuoco. Festus, Indigetes DI, quorum nomina vulgari non licet: quod potest simpliciter intelligi de DIs, in quorum tutela oppidum aliquod est, qui euocari solent ab hostibus, quod ne fieri possit, nomina eorum occultantur. vid. EVOCO. Hi itaque et ipsi sunt ἰνδῖγες, Indigenae. Sed Vlit. ad Grat. 438 putat etymon docere voluisse Festum, et Indigetes esse Indicendos s. non dicendos, etc. Nos persequimur loca veterum. Tib. 2, 5, 45 Profopopoeia ad Aenean, Illic sanctus eris, quum te veneranda Numici Vnda Deum caelo miserit Indigetem. Sil. 9, 294 Indigetesque Dii, Faunusque, fatorque Quirinus, ubi Indigetes Dii possunt distingui a Fauno, et Aeneas maxime intelligi. Arnob. 1 p. 20 Quinam sunt hi Dii, qui a nobis Christum coli, suam credant ad iniuriam pertinere? Ianus — Saturnus — Fauna — Indigetes illi, qui flumen repunt, et in alueis Numici cum ranis et pisciculis degunt. Et p. 39 Tyrannos ac reges vestros — appellatis indigetis (indigetes) atque diuos. Indigetes esse Indigenas probare liceret, modo certior esset lectio ex Cic. de Nat. Deor. 3, 42 c. 16 Tertius (Hercules) est ex Idaeis Indigenis: pro quo nunc obtinet Digitis. vid. DIGITVS n. 5. Illi Idaei Digi vel Dactyli enim sunt iidem Curetes, et Indigetes apud Arnobium vocant editiones antiquiores, ubi in Salmasiana nunc legitur 3 p. 124 Modo Curetas illos, qui occultasse perhibentur Iouis aeribus aliquando vagitum, modo Digitos Samothracios, quos quinque indicant Graeci Idaeos Dactylos nuncupari. Indigetes Samothracii a numero et consensu Dactyli dicti, i. Digi. Et p. 125 Aut si Curetas pro Laribus inuocaro, quos Digitos (Vett. Indigetes) Samothracios pars vestrorum asseuerat auctorum: ad quem locum recte adscripsit Heraldus, Gloss. Indigetes, κρητες. Haec glossa illud certe efficit, Curetas quoque dictos esse Indigetes: siue illud aliunde, siue ex his ipsis Ciceronis et Arnobii locis haustum sit. Nempe in Glossar. Lat. Gr. p. 113 Vulc. est Indigetes Ἡμιθεοὶ, Κρητες. Et in Lex. Gr. Lat. vet. p. 521 Κρητες, οἱ περὶ τὸν παῖνα, Indigetes, Corybantes. Verba οἱ περὶ τὸν παῖνα respiciunt, credo, ad illum strepitum armorum circa Iouem, etc. ¶ 2 Indigem liberum, i. indigentem Cic. de Orat. 2, 193 c. 46 ex Poeta: Lambin. Indigum.

INDIGESTVS, a, um. Adi. [ἀδιάτακτος] Digesto et ordinato contrarium. Plin. 13, 15 Materia furda, et indigesta simplicitas, aut platani foliorum modo digesta, h. e. lignum nullis venis distinctum et variegatum. Moles rudis indigestaque Ouid. Met. 1, 7. Indigestum est et crudum, quod egeritur Macrob. Saturn. 7, 7 de mensuris mulierum loquens: i. non coctum.

INDIGESTE. Adu. [ἀδιάτακτος] Inordinate et incompote. Gell. 20, 11 Quas breuiter, et indigeste, et incondite, annotationibus, tractationibus, lectionibusque variis feceramus. Macrob. Saturn. praef. Indigeste tanquam in aceruum congerere digna m. moratu.

INDIGERIES, ei. f. Chrysol. Serin. 121.

INDIGESTIO, ōnis. f. Vitium ventriculi, cum cibos non digerit. Theodor. Med. c. 6 Dulcia inflationem praestant, et indigestionem procurant. Conf. Cael. Aur. Tard. 1, 1, 17 et 41.

INDIGESTIBILIS, e. Adiect. Theodor. Diaet. c. 12. Oct. Horat. 1, 9.

INDIGESTIBILITAS, ātis. f. Constant. Afer 5, 8.

INDIGETO, vel INDIGITO, āre. Antiquum verbum sacrorum, quo videntur usi in nominibus deorum sollempniter et ex formula proferendis. Varro apud Non. 4, 319 Quod etiam in partu precabantur Numeriae, quam deam solent indigetare etiam Pontifices. Macrob. Saturn. 1, 17 de Apolline, Eadem opinio sospitatis et medici Dei in nostris quoque sacris fouetur: namque Virgines Vestales ita indigitant, Apollo Medice, Apollo Paeon. Tertull. de Ieiun. 16 Cum stupet caelum et aet annus, nudipedalia denuntiantur, magistratus purpuras ponunt, faeces retro auertunt, precem indigitant, hostiam instaurant. Precem indigitant, formulam sollempnem et libris Pontificum praescriptam, carmen precum, verbis conceptis, recitant et peragunt. Sed quod laudatur Arnob. 4 p. 144. Noster ille est auctor, qui Patrocles Thurius scriptorum in titulis indigitatur, Salmasiana habet indicatur; quam antiquam esse lectionem, Steuechii annotatio declarat. Et sane indigitare, i. nominare, et quasi digito monstrare recentioris aetatis et barbarae notae verbum est, cuius patrociniū frustra suscepit Borrichius. Caeterum indigitare dictum putat Scaliger ad Orphei Hymnos pr. pro indicitare, hoc est vocare: g et c permutatis. Sed quod verbum hoc Varroni, vel Poetae ab illo laudato tribuit, duriusculum est. Certe ipse sic edidit sine annotatione, de L. L. 4, 34 p. 39, 24 In Palatio Mucionis (porta) a mugitu, quod ea pecus in bucita tum antiquum oppidum (i. ciues antiqui oppidi) exigebant: pro quo ad Orphea legi vult, quod pecus indicitatum, i. incitatum. Addimus ex Festo, Indigitanto imprecantur.

INDIGITAMENTA, orum. n. Festus, vel Paullus potius, Festi interfecto interpretatur incantamenta, vel indicia. Melius Gloss. Indigitamenta, ἰερὰ τὰ ἐπιθεῖα. Seru. ad Georg. 1, 21 DIque deaque omnes, studium quibus arua tueri, Nomina haec numinum in Indigitamentis inueniuntur, id est, in libris Pontificalibus, qui et nomina deorum, et rationem ipsorum nominum continent. Arnob. 2 p. 95 extr. Non doctorum in literis continetur, Apollinis nomen Pompiliana indigitamenta nescire? Censorin. 3 Eundem esse Genium et Larem, multi veteres memoriae prodiderunt: in quibus etiam Granius Flaccus in libro, quem ad Caesarem de Indigitamentis scriptum reliquit. — Sed et alii sunt Dii praeterea complures, hominum vitam pro sua quisque portione adminiculantes, quos volentem cognoscere Indigitamentorum libri fati edocebunt.

INDIGNOR, āri. Dep. [ἀγανακτέω, δυσχεραίνω] Indignum aliquid putare, et ob id Irasci. Cic. de Inuent. 2, 56 Duodecimus locus est, per quem indignamur, quod nobis hoc primis acciderit. Ouid. Met. 9, 336 Venerat huc Dryope fatorum nescia: quoque Indignere magis, Nymphis latura coronas. Indignamur, si quis nostrum interit Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. i. aegre ferimus, tanquam indigni simus

- illa calamitate.* Indignari de tabulis Cic. pro Rosc. Com. 5. *Quidam legunt* Indagare. *Cum Accusat.* Quinct. 1, 3 *Quidam imperia indignantur*: quosdam continet metus. Pontem indignatus Araxes Virg. Aen. 8 extr. *Preces non admittere, non adspernari, indignari* Stat. Silu. 2, 1, 16. *Cum Infinitiuo*: Lucan. 8, 614 — *Atque indignatus aper- tum, Fortunae praebere caput.* *De Dat. Sciopp. Infamia Fam. p. 150* *Insolentius dicitur*, Indignari alicui, *cum sit usitatus*, Indignari ambitionem, dictum aut factum alicuius. *Attamen* Vlp. l. 2 §. 3 D. ad Leg. Iul. de Adult. dixit Contaminationi indignari.
- 10 **INDIGNANS**, antis. Partic. [*ἀγανακτῶν*] Corda indignantia longam pacem Stat. Theb. 3, 599. *Fortuna Idem* Silu. 2, 2, 126. *Freta* Ouid. Met. 11, 491. *Ore indignanti frena receperat* Id. Fast. 3, 455. *Venti* Virgil. Aen. 1, 59. *Verba* Ouid. Met. 6, 584. *Superl. Colum. 8, 17* *Quum sit mollissimum genus, et seruitutis indi- gnantissimum, de mulis: i. impatientissimum.*
- 15 **INDIGNATUS**, a, um. *Aliud* Partic. [*ἀγανακτικῶς*] *Procellae indignatae* Stat. Silu. 3, 2, 71. *Aequor indignatum magnis strido- ribus* Virg. Georg. 2, 163. *Pater* Id. Aen. 7, 770. *Venus* Virg. Aen. 12, 787. *Id. ib. 12 vlt.* *Vitaque cum gemitu fugit indignata sub* 20 *umbras, i. anima corpore soluta.*
- INDIGNATIO**, ōnis. f. [*ἀγανάκτησις*] *Ira.* Iuuen. Sat. 1, 79 *Si natura negat, facit indignatio versum.* Cic. de Inuent. 1, 100 *Indignatio est oratio per quam conficitur, vt in aliquem hominem magnum odium; aut in rem grauis offensio concitetur.* Plin. 7, 44 25 *Nescio morum gloriae, an indignationis dolori accedat, inter tot Metellos tam sceleratam C. Atinii audaciam semper fuisse inultam.* *Liberrima* Hor. Epod. 4, 10. *Indignatio ac dolor omnibus Adest* Vell. 2, 61, 1. *Adducere ad indignationem, vid. ADDUCO.* Plin. 9, 30 *Conuertit in se custodum indignationem assiduitate furti immodici.*
- 30 *Erumpit indignatio* Quinctil. 4, 3. *Erumpens animo ac pectore* Patere. 2, 66, 3. *Mouere indignationem, vid. MOVEO.*
- INDIGNATIVNCVLA**, ae. f. *Dimin.* Plin. Epist. 6, 17 *Indignatiunculam, quam in cuiusdam amici auditorio cepi, non possum mihi temperare, quo minus apud te per epistolam effundam.*
- 35 **INDIGNABUNDVS**, a, um. *Adi.* [*ἀνοχολαίων*] *Indignans.* Liu. 38, 56 *Quum illa muliebriter indignabunda nihil de communi filia secum consulatum adiecisset.* *Conf. Suet. Calig. c. 35.*
- INDIGNANTER**. *Adu.* Arnob. 3, . . . *Mussitare indignanter.* Ammian. 15, 1 *Indignanter ferre.*
- 40 **INDIGNATIVVS**, a, um. *Adi.* Tertull. de Anima c. 16.
- INDIGNVS**, a, um. *Adi.* [*ἀνάξιος, ἐπιβήστος*] *Non dignus, quod tum in laude locum habet, tum in reprehensione, prout res est, qua indi- gnus dicitur.* Horat. Serm. 2, 2, 103 *Cur eget indignus quisquam te diuite? i. vir bonus, indignus inopia.* *Sic* Cic. Tuscul. 5, 45 *Calamitates hominum indignorum subleuare.* *Exanimat indignos et inmerentes* Lucret. 2, 616. *Percutit indignos claro plangore lacer- tos* Ouid. Met. 4, 138. *i. nihil tale meritos.* *Sic* Lucan. 8, 95 *O thal- amis indigne meis, i. non promerite infelix adeo coniugium.* Cic. de Fin. 1, 70 *Tamen eiusmodi esse iudico, vt nihil homine videatur* 50 *indignius, quod hominem minus deceat.* Liu. 4, 57 extr. *Itaque sicut priore anno per indignissimos ex plebeis candidatos, omnium etiam dignorum taedium fecerant.* *Caesar te omni honore indi- gnissimum iudicat* Cic. in Vat. c. 16. *Pro indignissimo habere* Liu. 1, 40. *Indignissimus tanto nato* Stat. Theb. 11, 304. *Ter. Eun. 5, 55* 2, 27 *Si ego digna hac contumelia sum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen.* *Cic. Verr. 4, 78* *Hic vero tantum dolore afficior, vt nihil mihi indignius ferendum videatur.* *Amore indigno deceptus* Virg. Ecl. 8, 18. *Dubitatio indigna homine* Cic. de Amicit. . . . *Ter. Adelph. 3, 3, 54* *Haecine flagitia facere te? haec te* 60 *admittere genere nostro indigna?* *Ter. Andr. 1, 1, 118* *Venit Chre- mes postridie ad me claimitans indignum Facinus, comperisse Pamphi- lum pro vxore habere hanc peregrinam, h. e. abhorrendum, et quod minime fieri debuit.* *Conf. Idem Phorm. 5, 8, 19.* *Indignum illi facis: h. e. quod ipse non commeruit* Plaut. Most. 2, 2, 28. *Cum Genitiuo coniunxisse vult Pareus* Plautum Poen. 2, 9 *Quoniam illa (exta) non bona aruspex dixit, Deum esse indigna credidi.* *Sed Gronou. Deam esse indignam, i. non dignam his, sed melioribus.* *Et qui Deum lege- bant ex MSS. intelligebant Accusatiuo, τὴν θεόν.* *Indignam ita* Ter. Hec. 3, 5, 27 *Quando esse indignam sese deputat, matri meae quae concedat.* *Sic etiam* Virg. Aen. 12, 649 *Descendam magnorum haud vnquam indignus auorum.* *Indignum se agere aliquid* Hor. Serm. 2, 3, 39. *Ferre indigna* Sil. 11, 240. *Indignum, Crudele, foe- dum, impium, inquit* Donatus ad Ter. Eun. 5, 5, 4 *Quae futura esse exempla dicunt in eum indigna.* *Virg. Aen. 2, 285* *Quae causa in- digna serenos Foedauit vultus?* *Indignum, per parenthesis, loco interiectionis:* Ouid. Met. 5, 37 *Isset, et (indignum) scelerato pro- fuit ara.* *Tmesis videtur nonnemi in illo* Ouid. Met. 1, 231 *In domino dignos euerti tecta penates. i. Euerti tecta, penates indignos domino.* *Sed haud paullo melior est interpretatio, quam probat Gronou.* 80 *Obs. 3, 19. et Burm. ad locum, Euerti tecta, et conieci in penates domino dignos, i. in penetralia illa polluta sceleribus domini.* *Forma indi- gna est perire situ* Ouid. Amor. 2, 14. *Hiemes indignae* Virg. Ge- org. 2, 373 *noxiae vitibus.* *Manibus indignis pulsata* Propert. 1, 16, 6. *Liu. 29, 9* *In legatum impetum, lictoribus prius indignum in* 85 *Modum multatis, faciunt.* *Morte indigna peremptus* Virg. Aen. 6, 163. *Necem indignam pati* Ouid. Met. 16, 627. *Turres indi- gnas dixit* Ennius, *pro Magnis, si credimus* Seruio ad Ecl. 10, 10. *Indignum est, a pari vinci aut superiore: indignius, ab inferiore at- que humiliore* Cic. pro Quint. c. 31. *Nihil tam indignum fuit* 90 *Vellei. 2, 66, 2.*
- INDIGNE**. *Adu.* [*ἀνάξιως*] *Inhoneste atque impie.* Plaut. Cist. 2, 3, 21 *Non enim hic, vbi ex Tusco modo tute tibi indigne dotem quaeras corpore.* *Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10* *Indigneque mi Cicero, oppidum captum, et iam bellum confectum relinquere sum coactus.*
- 95 *Ter. Adel. 3, 2, 10* *Cui miserae indigne per vim vitium obtulerat.* *Ibid. 1, 2, 11* *Eripuit mulierem quam amabat: clamant omnes indi- gnissime factum esse.* *Eget nunc indigne, quondam felix* Pseudo- Cic. anteq. iret in exil. 16. *Eripere indignissime vniersae ciuitati aliquem* Idem pro Cael. 59. *Ferre indigne aliquid* Phaedr. 1, 21.
- 100 *Cic. Verr. 4, 63* *Hic vero tantum dolore afficior, vt nihil mihi indi- gnus ferendum videatur.* *Fieri indignius* Gell. 13, 8. *Necari indignissime* Cic. Verr. 5, 147. *Idem Verr. 5, 31 c. 12* *Huc Tertia illa perducta per dolum atque insidias ab Rhodio tibicine, maximas in istius castris effecisse turbas dicitur, quum indigne Pateretur vxor* 105 *Cleomenis Syracusani, nobilis mulier, itemque Aeschronis honesto* loco

loco nata, in conuentum suum mimi Isidori filiam venisse. Pri-
uare luce aliquem indignissime Cic. pro S. Rosc. c. 22. Rapi indi-
gnissime immatura morte Plin. Epist. 6, 6.

INDIGNITAS, atis. f. [*ἀναξία*] Factum aut dictum contra rei
vel personae meritum Scalig. Exerc. 313. Liu. 2, 34 Egone has indigni-
tates diutius patiar, quam necesse est? Cic. pro Muraen. 51 c. 25 Ne-
que tamen fatis seuerere pro rei indignitate decreuit. Add. Id. Fam. 8,
17. Calamitatis indignitas Cic. Verr. 5, . . . Et Verr. 1, . . .

Indignitas iniuriae. Calumniae indignitas Quinctil. 6, 1. Ex-
ponere rei indignitatem Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 15. In-
dignitatem ac molestiam adeundi atque conueniendi Caesaris perferre
Cic. Fam. 6, 14. Idem Fam. 2, 16 Nosti non modo stomachi mei

— Sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fasti-
dium, i. felicitate praeter meritum iis attributa. Atrocitatem, aut
indignitatem, aut omnino culpam facti alicuius augere Cic. de Inuent.

2, 53. Indignitas etiam hominis, pro Dedecore vel abiectioe dicitur:
Idem in Pison. 99 Fruar hac tua indignitate. Pro Infamia et
obscuritate nominis: Cic. in Vatin. 11 Habeat hoc praemium tua in-
dignitas, vt adolescentiae turpitudine obscuritate et fordibus tuis obte-
gatur. Plur. Caes. B. G. 2, 14 Omnes indignitates contumelias-
que perferre.

INDIGNITER. Adu. PARCAE VITAE FINEM
STATVERE INDIGNITER. Vid. Ferret. Mus. Lapid. p. 261.

INDIGVS, vid. INDIGEO.

INDILIGENS, entis. Adi. [*ἀμελής*] Contrarium est Diligenti. 25
Plaut. Mof. 1, 2, 29 Atque vbi illo immigrat nequam homo, indili-
gens, cum pigra familia. Idem Bacch. 2, 2, 23 cum Samia dicta esset
puella, CH. Vide quaeso ne quis tractet illam indiligens: Scis tu vt, vt
confringi vas cito Samium solet. Nimum indiligens, vid. post

NIMIS. Non indiligens paterfamilias Nep. 25, 4, 3. Indili-
gens hortus, Negligenter curatus: Plin. 19, 4 c. 19, 3 Sic statim fa-
ciebant iudicium, nequam esse in domo matremfamilias (etenim haec
cura feminae dicebatur) vbi indiligens esset hortus. Gell. 15, 28
Corn. Nepos, et rerum memoriae non indiligens, et M. Ciceronis.
Plin. 13, 12 Deprehenditur etiam odore quum fuerit indiligentior,
i. negligentius facta charta, incuriose datus humor. Caes. B. G.
7, 71 Si indiligentiores fuerint.

INDILIGENTIA, ae. f. [*ἀμέλεια*] Negligentia. Plaut. Perf.
4, 4, 9. Cic. Q. Frat. 1, 2 Ac si omnium mecum praecepta literarum
repetes, intelliges esse nihil a me, nisi orationis acerbitatem et ira-
cundiam, etsi forte raro literarum missarum indiligentiam, reprehen-
sam. Per indiligentiam neglecta praedia Plin. 14, 4. Tacit.
Hist. 4, 49 Gaudio, clamoribusque cuncta miscebant, indiligentia
veri, et adulandi libidine. i. Quod forent indiligentes in perscrutanda
veritate rei. Damnatus indiligentiae, vid. DAMNO.

INDILIGENTER. Adu. [*ἀμελώς*] Negligenter. Ter. Phorm.
5, 3, 5 Quia pol mei patris bene parta indiligenter totatur. Cic. Att.
16, 3 De Xenone coram cognoscam: quamquam nihil ab eo arbitror
neque indiligenter, neque illiberaliter factum. Conf. Gell. 4, 12. et
Caes. B. G. 2, 33.

INDIMENSVS, a, um. Adi. Ammian. 19, 2 Cernentes popu-
los tam indimensos, i. immensos, innumerabiles.

INDIMISSVS, a, um. Adi. Illicite dimissam pro indimissa du-
cens, adulter est Tertull. adu. Marc. 4 c. 34.

INDIPISCO, vel INDIPISCOR, eris, pisci. Dep. [*πράομαι*,
ἐπιπυγγάνω] Indipisci, assequi, adipisci, inquit Festus. Plaut. Afin.
2, 2, 13 Nam si huic occasione tempus se subterduxerit, nunquam pol
indipisces quadrigis albis postea. Largiter mercedis indipiscar Plaut.
Rud. 5, 2, 28. Idem Stich. 4, 1, 57 Senex quidem voluit, si posset
indipisci de cibo. Et Aulul. apud Non. 2, 460 Nec partem tibi Adeo
cui sit indipisces, neque furem excipies. Indipisci dolorem in cog-
itando, h. e. Cogitationibus nimis in dolorem incidere. Plaut. Trin.
2, 1, 2 Multas res simul in meo corde verso, multum in cogitando
dolorem indipiscor, egomet me concoquo et macero et defatigo.

Copias vbertatesque verborum Favorini Graecorum Latina omnis fa-
cundia vix quidem indipisci potuerit Gell. 12, 1 extr. i. assequi et ex-
primere. Indipisci pugnam, Pugnare, Inire praelium. Gell. 1, 12
extr. Sed enim Achaeos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicula-
rum, tibiarumque concentu, verum conspiratu tacito nitibundos.
Indipisci animo, Memoria comprehendere Gell. 17, 2.

INDEPTVS, a, um. Partic. [*πτησάμενος*] Liu. 26, 39 Nec di-
rimi ab se hostem paterenter, quam quis indeptus nauem erat, ferrea
iniecta manu. Lucret. 3, 212 Quod simul atque hominem leti se-
cura quies est Indepta atque animi natura, animaeque recessit, etc.

INDEPTVS, a, um. Passiu. Plin. praef. ad Vespas. Cato re-
pulsis tanquam honoribus indeptis gaudens. Imp. Theod. C. 12 t. 24
l. 14 Indeptae dignitatis honore potiri.

INDEPTO, are. Frequent. [*προσπτάομαι*] Varro apud Festum
Nec partem aliquam indeptauit hereditatis. Sed non reperio.

INDIRECTVS, a, um. Adi. [*ἀδιάτακτος*] Incompositus et in-
ornatus. Quinctil. 5, 13, 2 Indirecta fere, atque vt sic dicam, clamosa
(videbatur mihi leg. dumosa) est actio.

INDIREPTVS, a, um. Adi. Capitolium indefensum et indirep-
tum conflagrauit Tacit. Hist. 3, 71, 7.

INDISCIPLINATVS, a, um. Adi. Cyprian. Epist. 4 Ed. 85
Oxon. Augustin. Epist. ad Bonif. 50. Vulg. Int. Sap. 17, 1. Commo-
dian. Instruct. 30.

INDISCIPLINATE. Adu. Commodian. Instruct. 76.

INDISCIPLINATIO, onis. f. Cassiod. Var. Epist. 7, 3. Conf.
Sarisb. 8, 8.

INDISCIPLINOSVS, a, um. Adi. Vulg. Int. Sirac. 23, 7.

INDISCISSVS, a, um. Adi. Indiscissa tunica Hier. Ep. 1, 25.

INDISCRETVS, a, um. Adi. [*ἀδιάκριτος*] ex In, et Discretus
Participio a Discerno; compositum: Discreto contrarium significat, h. e.
Maxime coniunctum. Plin. 9, 35 In tantum, vt nulli duo reperiantur
indiscreti, vnde nomen vnionum Romanae scilicet imposuere deliciae.
Multos occidere et indiscretos Sen. de Clem. 1 extr. Agricultura
Varro de R. R. 3, 1. Arma indiscreta manipulis Sil. 8, 578. Cibus
Plin. 11, 53. Effigies Idem 7, 1. Fines Apul. de Mundo p. 60.
Forma operis indiscreta Prudent. Apoth. v. 256. Plin. 35, 10 Ima-
gines adeo similitudinis indiscretae pinxit, vt etc. h. e. Adeo non diffe-
rentis. Plin. 7, 60 Tunc Scipio Nasica collega Laenatis, primus
aqua diuisit horas aequae noctium ac dierum, idque horologium sub
tecto dicauit anno vrbis D XCV tamdiu Pop. Rom. indiscreta lux fuit,
i. dies non diuisus in horas. Nominibus indiscretis vtuntur Cels. 105

- 4, 3. Proles indiscreta suis Virg. Aen. 10, 392. Serpens indiscretus arenis Lucan. 9, 715. Indiscreta prope specie similes Plin. 7, 12.
INDISCRETE. Adu. Auium et animalium vocis indiscrete editur imitatio Plin. 11, 37. Pauperes et diuites indiscrete Ammian. 15,
- 5 4. Quum indiscrete subsellia circi repleta essent Capitolin. Nigro c. 3. Vid. Borrich. Vindic. p. 110.
INDISCRETIM. Adu. Solin. c. 30 Indiscretim vesci.
INDISCRIMINABILIS, e. Adi. Claud. Mamert. de Stat. Animae 2, 10.
- 10 INDISCRIMINATIM. [*ἀδιακρίτως*] Adu. ex In et Discrimen compositum, Indifferenter significat, et sine discrimine. Varro de L. L. 18 Quibus nos in hoc libro, perinde vt nihil intersit, vtemur indiscriminatim. Vid. Non. 2, 449.
INDISCVSSVS, a, um. Adi. Rationum verbum, cum nondum sunt examinatae, s. discussae. *ἀλογοθέτητον*, indiscussum Gloss. Vt ne relinquamus indiscussum Modestin. Ict. l. 1 ff. de confirm. tut. Add. Cl. Mamert. de Statu Anim. 3, 11.
- 15 INDISCVSSIBILIS, e. Adi. Auctoritas Cl. Mamertin. c. l. 2, 12.
INDISERTVS, a, um. Adi. [*ἀκρίτος*] Diserto contrarium.
20 Cic. de Clar. Orat. 79 Et T. Annium Lusum huius Q. filii collegam non indisertum dicunt fuisse. Idem de Fin. 3, 15 c. 4 Vt interpretes indiserti solent. Et de Orat. 3, 140 c. 35 Malim equidem indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem.
INDISERTE. Adu. Sine eloquentia. Cic. Q. Frat. 2, 1 Orationem meam collaudauit satis multis verbis, non me hercule indiserte, Seuerus Antistius.
- 25 INDISIUNCTIM. Adu. Indisiunctim mox adiicit Cl. Mamert. de Statu Anim. 1, 12.
INDISPENSATVS, a, um. Adi. Sil. 16, 342 Indispensato lasantem corpora nifu. i. Immoderato. Conf. b. l. Drakenb.
30 INDISPOSITE. Adu. Pro Inordinate. Sen. Epist. 125 s. ult. Muta animalia perturbate et indisposite mouentur.
INDISPOSITVS, a, um. Adi. Tacit. Hist. 2, 68, 2.
INDISSIMILIS, e. Ali. Formae vocum indissimiles Varro L. 8, 29. Ad indissimilliam vitae suae potentiam peruenire Vell. 2, 80, 4. al. dissimilliam.
- 35 INDISSIMVLABILIS, e. Adi. Cum quadam indissimulabili veritate differuit Gell. 10, 22 sub fin.
INDISSOCIABILIS, e. Adi. Lactant. de Opific. Dei c. 10 Indissociabilem praetenderent vnitatem. Conf. Ambros. Epist. 14 pr.
40 INDISSOCIABILITER. Adu. Auct. Brev. Fid. aduers. Arian. Ed. Sirmond. p. 95 Mens indissociabiliter vna.
INDISSOLVIBILIS, e. Adi. [*ἀλυτος*] Quod dissolui, siue rumpi non potest. Cic. de Vniuers. 35 c. 11 Sed quoniam orti estis, 45 immortales vos quidem esse, et indissolubiles non potestis. Plin. 11, 24 Araneus maculas ex angusto dilatans indissolubili nodo implicat.
INDISSOLVIBILITER. Adu. Claud. Mamert. 2, 2.
INDISSOLVTVS, a, um. Adi. [*ἀδιάλυτος*] Non dissolutus, 50 colligatus. Cic. de Vniuers. 35 c. 11 Haec sunt indissoluta me inuito, i. quia non volo: quanquam omne colligatum solui potest. al. non sunt dissoluta.
INDISTANTER. Adu. Ammian. 27, 9 Ex nutu suo indistanter putant omnium pendere fortunas.
- 55 INDISTINCTVS, a, um. Adi. [*ἀδιάστατος*] Confusus. Quinctil. 8, 2 Neque inordinata, neque indistincta. Gell. 13, 29 Indistincta namque fient et confusa. Idem 10, 20. Corollis indistinctis plexi flores Catul. 62, 283.
INDISTINCTE. Adu. [*ἀδιαστάτως*] Gell. 20 c. vlt. Indistincte atque promiscue adnotabam. Conf. l. 75 Dig. de Legat. 3.
- 60 INDISTRICTVS, a, um. Adi. [*ἀδιάσφικτος*] Non districtus. Ouid. Met. 12, 92 Tamen indistrictus abibo. i. Inuulneratus, illaesus. Heins. mallet Indefistrictus, quod dedit Burm.
INDITVS, vid. INDO.
- 65 INDIVIDVVS, a, um. Adi. [*ἀτομος*] Quod diuidi non potest. Cic. Acad. 4, 55 Cur enim, inquires, quum ex illis indiuiduis vnde omnia Democritus gigni affirmat, etc. Idem de Fin. 1, 17 c. 6 Ille atomos quas appellat, id est corpora indiuidua. Contubernium Apul. Met. 4 p. 154. Mors Sen. Troad. l. 5. Dialectici Indiuiduum 70 vocant, Quod de vno solo praedicari potest. Vid. Mart. Capell. 4 p. 98.
INDIVIDVITAS, atis. f. Tertull. aduers. Praxeam. . . . Idem de Monogam. c. 5. et de Orat. c. 6.
INDIVISVS, a, um. Adi. [*ἀδιαίρετος*] Quod non est diuisum. Indiuisae vngulae, Quae fissae non sunt Varro de R. R. 2, 7, 2. Plin. 11, 45. Honos Sil. 8, 9.
- 75 INDIVISIBILIS, e. Adi. Materia indiuisibilis Diomed. 2. Tertull. de Anima c. 51.
INDIVISIBILITER. Adu. Tertull. ibid.
INDIVVLSVS, a, um. Adi. Comes indiuisus Macrobi. Sat. 1, 11.
INDO pro In, vid. h. v.
- 80 INDO, idi, itum, ere. [*ἐνδοθεμι*] Ex In et Do compositum, quasi Intus dare et imponere. Plaut. Casin. 2, 3, 31 Di me et te infelicitent, si ego in os meum vini guttam indidi. Idem Mil. 2, 5, 1 Inde ignem in aram. Catenas indere captiuis Plaut. Capt. 1, 2, 3. Idem Men. 1, 1, 3 Qui catenis vincunt, et qui fugitiuis seruis indunt Compedes. 85 Et Afin. 3, 2, 7 Qui saepe ante in nostras scapulas Cicatrices indiderunt. Fenestras indere domui ventus dicitur Plaut. Rud. 1, 1, 6. Indere aliquid in aurum, argentum, aut aes publicum, quod id peius fiat: i. Immittere, immiscere Vlpian. in l. 1 D. Ad legem Iul. pecul. Limina ferrea indere Plaut. Perf. 4, 4, 22. Nomen alicui Idem 90 Rud. 1, 1, 6. Et Merc. 3, 1, 19 Quod nomen tibi dicam esse? P. Pasicompsae. L. ex forma nomen inditum est. Liu. 29, 37 Inde Salinatori Liuio inditum cognomen. Idem 1, 34 Ab inopia Egerio inditum Nomen. Conf. Gell. 1, 23. Nouos Ritus, contrariisque caeteris mortalibus indidit Tacit. Hist. 5, 4. Gell. 20, 11 Titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt.
- 95 INDITVS, a, um. Partic. [*ἐνδοθεμενος*] Affectiones primitus penitusque inditae Gell. 12, 5 ad naturam ipsam refertur. Contra ea Tacit. Ann. 12, 3 Nihil arduum videbatur in animo principis, cui non iudicium non odium erat, nisi indita et iussa: indita s. Praeceptoribus, amicis etc. praeter naturam. Castella rupibus indita Tacit. Ann. 4, 46. Idem Ann. 3, 28 Igitur inditus Lecticae, et Tribuno Praetoriae cohortis deductus est. Nomen Curt. 4, 9, 16. Venenum potioni inditum Idem 10, 10, 7. Tacit. Ann. 11, 32 Vinculisque inditis in vrbem raptus, neque data Senatus copia intra cubiculum 100 auditur. Vrbs monti indita, i. Imposita Flor. 3, 1, 15.

INDOCTVS, a, um. Adi. [*ἀπαιδευτος, ἀμαθής*] *Docto contrarium.* Plaut. Trin. 3, 2, 5 *Indoctus quam docte facis.* Non admodum indoctus Cic. de Fin. 1, 72. *Nimum indoctus, vid. NIMIS.* *Indoctus, imperitusque: vid. IMPERITVS.* Rabula, indoctus, iurbanus, rusticus Cic. de Clar. Orat. 180. Genus hominum indoctum et agreste, cui opponitur *Expolitum* Idem in Partit. c. 15. *Leuissimum et indoctissimum genus* Id. de Diuin. 2, 229 c. 63. *Quinctil. 1, 11* *Vt recta sint brachia, ne indoctae, rusticaeue Manus.* Plaut. Bacch. 5, 1, 3 *Ego longe anteco stultitia, et Moribus indoctis.* *Oratio rudis et indocta* Cic. de Orat. 3, 183. *Vulgus* Quid. Met. 5, 308. *Canere indoctum* Hor. Epist. 2, 2, 39. *Cantaber indoctus iuga ferre nostra, i. Insuetus* Hor. Carm. 2, 6, 2. *Pilae indoctus* Idem de Arte Poët. 380. *Themistocles quum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior* Cic. Tusc. 1 c. 2.

INDOCTE. Adu. [*ἀπαιδευτως*] Cic. de N. D. 2, 44 c. 16 *Quae qui videat, non indocte solum, verum etiam impie faciat, si deos esse negat.* Gell. 12, 5.

INDOCTOR, oris. m. Plaut. Afin. 3, 2, 6 *Indoctores acerrimi, i. doctores. Sed melius esse videtur, quod suspicantur quidam, Inductores.* Vid. Taubm. p. 137. et Turneb. Aduersf. 24, 31.

INDOCILIS, e. Adi. [*ἀδιδάκτος*] *Quod doceri non potest.* Plin. 10, 45 *E volucris, hirundines sunt indociles. Sic Cic. Acad. 4, 2 c. 1.* Idem de N. D. 1, 12 *Dictum est omnino de hac re alio loco diligentius: sed quia nimis indociles quidam tardique sunt, admonendi videntur saepius.* Achilles, vid. ACHILLES. *Animi Ouid. Fast. 3, 118.* Virg. Aen. 8, 321 *Is genus indocile, ac dispersum montibus altis Composuit, legesque dedit.* *Indocilis caeli agricola* Plin. 18, 25. Idem in proem. 14 *Externae arbores indocilesque nasci alibi quam vbi coepere.* *Pro Naturali, quod arte caret.* Quid. Trist. 3, 12, 8 *Indocilique loquax gutture vernat auis.* Id. Ibid. 4, 1, 6 *Indociles vias currit lympha, i. Quas nemo illi monstrauit.* Sil. 1, 237 *Nec Cereri terra indocilis, nec inhospita Baccho.* Idem 11, 11 *Indocilis quietem.* *Actiue posuit* Cic. Acad. 4 c. 1 *Indocilis disciplina est. i. Quae difficulter ac tarde docet.*

INDOCIBILIS, e. Adi. Vet. Int. Iren. 4, 28.

INDOCIBILITAS, atis. f. *Ruditas indocilis.* Apul. de Dogm. Plat. 2 pr. *Prudentiam indocibilitas impugnat.*

INDOLATVS, a, um. Adi. *Non dolatus.* Arnob. 6 p. 196 et 7 p. 253.

INDOLATILIS, e. Adi. Sidon. Epist. 5, 5. Idem.

INDOLEO, ui, ere. sine **INDOLESCO**, ere. [*καταλγίνομαι*] Cic. Philipp. 2, 61 c. 25 *Quis qui non indoluerit, tam fero se, quem hominem secutus esset, cognoscere?* *Indoluit facto* Quid. Met. 4, 173. *Malis alicuius indoluisse* Idem Trist. 2, 569. *Tactum indolescere Iustin. 12, 13, 9.* *Genitiuo iunctum volunt* Quid. Met. 2, 788 *Successorumque Mineruae Indoluit. Sed plerique etiam Burm. leg. successurumque.*

INDOLENTIA, ae. f. [*ἀναλγησία*] *Quum sine dolore sumus.* Cic. Off. 2, 12 *Vt qui rem expectandam, vel voluptate, vel indolentia metiuntur.* Idem de Fin. 2, 19 c. 4 *Voluptatis nomine nonnunquam vitur pro indolentia. Saepius tamen vacuitatem doloris vocat quam indolentiam.* Sen. Epist. 66 *Dolore corpus caret, quid ad hanc accedere indolentiam potest?* *Lactant. 3, 8* *Corporis bona, i. e. Incolumitas, indolentia, valetudo.*

INDOLORIA, ae. f. Idem. Sidonius Apollin. Epist. praemisla Carmini 19 *Lecturus es hic nouum verbum, id est essentiam: nec non indoloriam nominauit, addens: licet enim nouis rebus noua nomina imponere: et recte dixit, etc.* *Haec Sidonius de Cicerone loquens, in cuius tamen libris Indolentiam non Indoloriam reperimus.* Conf. Sauron.

INDOLOR, oris. Adi. Cael. Aurel. Tard. 2, 4 *Indoloria medicamenta, i. Anodyna.*

INDOLESCENDVS, a, um. Adi. Sidon. Epist. 2, 12.

INDOLES, is. f. [*Φύη, Φύσις*] *Ab Inolesco fit per interpositionem literae D, vel ab Indo olesco: diciturque eadem ratione ut Ingenium, ad significandas naturales propensiones, habilitates, facultates, eas praesertim, quae ad virtutem aut vitium referuntur.* Festus, *Indoles, Incrementum; pulchre industria; nescio quam bene: nisi quod industria signum est bonae indolis.* Vet. Gloss. *Indoles, καλή, ἐλπίς ἐν νεύτρω.* Virg. Aen. 10, 826 *Quid tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis, Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?* *Seruius: Indoles est proprie imago quaedam virtutis futurae.* Cic. ad Brut. 3 pr. *Caesaris vero pueri mirifica indoles virtutis.* *Bona spes, et indoles magna in adolescentibus* Cic. de Fin. 2, 117 c. 35. Idem Fam. 1, 7 *Lentulum eximia spe, summae virtutis adolescentem.* Cic. Off. 3, 16 *Itaque his omnes, in quibus est virtutis indoles, commouentur.* Idem in Orat. 41 *Practerea ad virtutem maior indoles.* Et Verr. 3, 160 *Fac enim fuisse in isto C. Laelii, M. Catonis materiem atque indolem.* *Specimen indolis dare* Plin. Epist. 2, 7. Idem Epist. 3, 11 *Idque primum nonnullius indolis dedi specimen.* Gell. 19, 9 *Adolescens e terra Asia, de Equestri loco, laetae indolis, moribusque et fortunis bene ornatus.* Felix Sen. Troad. f. 6. *Quinctil. 2, 4* *Melior autem est indoles laeta.* *Magnae indolis exordia* Stat. Achil. 1, 277. *Nutrita indoles sub faustis penetralibus* Hor. Carm. 4, 4, 25. *Necas rectam indolem* Sen. Hippol. f. 4. Plaut. Trin. 2, 2, 42 *Qui ipse se contemnit, in eo est indoles industriae.* Idem Mil. 3, 3, 46 *Si non nos materiarius remoratur, quod quidem opus est, noui indolem nostri ingenii, cito erit parata nauis.* *Praestantia, seu Generositas quaedam virtutis atque animi:* Liu. 1, 3 *Tantisper tutela muliebri (tanta indoles in Launia erat) res Latina, et regnum auitum paternumque puero stetit.* Lucan. 5, 17 *Indole si dignum Latia, etc.* *In malum.* Liu. 21, 4 *de Annibale, Cum hac indole virtutum ac vitiorum sub Afrubale meruit. h. e. Natura propensa ad bonum et malum.* Segnis Tacit. Ann. 12, 26, 3. Liu. 38, 17 *Sicut in frugibus, pecudibusque non tantum femina ad feruendam indolem valent, etc.* Conf. Gell. 12, 1 etc. *Mundi* Id. 20, 6.

INDOMITVS, a, um. Adi. [*ἄδμητος*] *Quod domari non potest, et mitescere.* Plaut. Bacch. 4, 3, 1 *Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito incogitato: sine modo et modestia sum.* *Boues* Varro de R. R. 2, 5. *Equus* Hor. Serm. 2, 2, 10. *Iuuenus* Colum. 10, 6, 2. *Achilles, vid. ACHILLES.* *Adolescens* Plaut. Trin. 3, 3, 22. Conf. Men. 1, 2, 1. *Bellum* Sen. Agam. 7. *Cupiditates indomitae et effrenatae* Cic. Verr. 1, 62 c. 24. *Greges* Tibull. 2, 4, 57. *Ignem indomito carpitur* Quid. Met. 10, 369. *Ingenia Gallorum ferocia et indomita* Liu. 21, 20. *Libido indomita et effrenata* Cic. 10,

- pro Cluent. 15. Licentia Hor. Carm. 3, 24, 28. Mare Tibull. 2, 3, 49. Oculi, *Effrenati et leues*. Plaut. Bacch. 4, 9, 92 Ego animo cupido, atque oculis indomitis fui: persuasum est facere, cuius nunc me facti pudet. Rabies Hor. Epod. 12, 9. Vires Virg. Aen. 5, 681. Vndae Hor. Carm. 4, 14, 20. Virg. Aen. 2, 594 Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
- INDOMABILIS, e. Adi. [*ἀδόμαστος*] *Idem quod Indomitus*. Plaut. Casin. 4, 3, 12 Edepol, nae tu si esses equus, esses indomabilis. Prudent. de Vincent. Mart. II Testis indomabilis.
- INDONATVS, a, um. Adi. Lamprid. Heliog. c. 28 Nec quemquam facile indonatum relinquebat.
- INDORMIO, iui, itum, ire. [*ἐγκοιμῶμαι, ἐπικοιμῶμαι*] *Dormire in aliqua re tanquam in culcita, vel in re agenda segnem esse, et somniculose illam tractare*. Cubilibus vinctis indormit Hor. Epod. 5, 69. Congestis vndique saccis indormis Idem Serm. 1, 1, 70. Indormire desidiae Plin. Epist. 1, 2. Cic. Q. Frat. 2, 14 Sic ego quoniam in isto homine colendo tam indormiui diu, etc. Idem Phil. 2, 30 c. 12 Edormi crapulam inquam, et exhala: an faces admouendae sunt, quae te excitent tantae causae indormientem? ¶ 2 *Torpescere, et motum amittere significat* Veget. Mulom. 3, 24, 15 Fustes quoque vel de salice vel de robore in os mittunt, ne maxillarum vsus indormiat. Et 3, 47, 3 Si armum laeserit, vel supra ipsum iacuerit, vt armus indormiat, in qua re etiam Germani vtuntur suo einschlafen.
- INDORMIS, e. Adi. Gloss. Gr. Lat. ἀκοιμητος, infomnis, indormis.
- INDOTATVS, a, um. Adi. [*ἀποποιος*] *Dotato contrarium*. Ter. Adel. 3, 2, 47 Primum indotata est. Idem Phorm. 5, 7, 45 Vos me indotatis modo patrocinari fortasse arbitramini. Soror Hor. Epist. 1, 17, 26. Corpora indotata, i. Nullis sepulturae honoribus affecta. Ouid. Met. 7, 609 Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos Indotata rogos. Cic. de Orat. 1, 234 c. 55 Cuius artem quum et indotatam esse atque incomitatam et incomtam videres, verborum candore locupletasti et ornasti.
- INDV et ENDO, Praepositiones antiquae, quae valent In: v. v.
- INDVBITO, aui, are. [*ἐνδοιάζω*] Stat. Silu. 3, 5, 110 Sed ingratus plura adnecto, tuisque Moribus indubito.
- INDVBITATVS, a, um. Adi. [*ἀνενδοιάστος, ἀναμφοβίητος*] *Certus: et de quo dubitari non potest*. Quinctil. 9, 4 In iis vero, quae indubitata sunt, breuior. Cubilia Stat. Achil. 2, 73. Indubitata Spes Plin. 31, 3. Compar. Vlpian. l. vnic. D. Ne quid in flum. publ. etc.
- INDVBITABILIS, e. Adi. *Idem*. Quinctil. 4, 1 In genere causae indubitabili, etc. Idem Decl. 9 extr. Signum Stat. Theb. 45 II, 64. Conf. Arnob. 7, . . .
- INDVBITABILITER. Adu. Arnob. 5, . . . Cunctis indubitabiliter notum est.
- INDVBITATE. Adu. Vlpian. in l. quod si nolit §. si ancilla D. de Aedil. edict. Sed si forte vsus fructus proprietati accreuit, indubitata hoc quoque restituitur ei. Patere. 2, 60, 3 Indubitata corrupti commentarii. Quae indubitatae Lyfimachi erant Liu. 33, 11. *Superfl.* Indubitatissime Oros. 3 extr.
- INDVBITANTER. Adu. [*ἐνενδοιάστως*] *Certo*. Plin. 18, 11 Quae palma frugum indubitanter Italiam contingit. al. Indubitata. Vlpian. in l. 2 §. si consulto D. de bonor. possess. secund. tabul. Si consulto sit inductum nomen heredis: indubitanter probatur, bonorum possessionem expetere eum non posse. Idem in l. quia autem §. non simpliciter D. si quis omissa causa testamenti, etc. Certe si vacantia bona quis possederit, et quadriennium praeterierit: indubitanter conueniri poterit ex hac parte edicti. Conf. Augustin. de Vera Rel. c. 46. et Saluian. Gub. Dei 2, . . .
- INDVBITATO. Tertull. aduers. Marc. 1, 9.
- INDVBIVS, a, um. Adi. Tacit. Ann. 14, 45, 1 Plurimorum indubia innocentia. Quinctil. 5, 13 Exempla indubia.
- INDVCIAE, arum. f. [*ἀνοδὴ, ἀνὰκωνή, ἐκχευρία*] *Cessatio belli in aliquod tempus*. Donat. ad Ter. Eun. 1, 1, 15 Induciae sunt pax in paucos dies, vel quod in diem dentur, vel quod in dies otium praebent. De natura et etymo induciarum pluscula disputantur a Gellio 1, 25 vnde quaedam huc transferemus. Duobus modis M. Varro — Induciae quid sint definit. Induciae, inquit, sunt pax castrensis paucorum dierum. Item — sunt belli feriae. Sed lepidae magis atque iucundae breuitatis vtraque definitio, quam plena aut proba esse videtur. Nam etc. Graeci significantius consignantiusque cessationem istam pugnae pacticiam ἐκχευριαν dixerunt — quod eo tempore non pugnetur, et manus cohibeantur. — Indutias sic dictas arbitramur, quasi tu dicas inde uti iam, Pactum induciarum huiusmodi est, vt in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur — atque is dies vbi venit, inde uti iam pugnetur — Aurelius autem Opilius — Induciae, inquit, dicuntur, quum hostes inter sese vtrunque vtroque alter ad alterum impune et sine pugna eunt. Inde ab eo, inquit, nomen esse factum videtur, quasi inuitiae, hoc est initus, atque introitus. Haec Gellius. Ultima non satis explicite dixit: Indoitias vel Indutias voluit Opilius, vt Induperator est Imperator: pro in enim endo, indo, indu antiquos dixisse, satis notum. Caeterum Gelliana et Opilii disputatio si quid veri habet, Indutiae scribendum erit, non Induciae, per T, non per C. Idem dicendum de etymologia, quae Hugoni Grotio placuit, de Iure B. et P. 3, 21, 2. et Vossio, Indoitia pro Indotia, quod inde h. e. a certo tempore otia sint. Otium enim dictum ex eo fonte, vnde Oiti h. e. Vti. Interim vsus obrinuit, vt Induciae scribantur, quem sequitur etiam Drakenb. in Liuius, etc. Et quid si Induciae sunt quasi Neduciae, vbi non ducitur in hostem, vt Inuitiae, vbi non fatemur, Incitae vbi cieri non possunt calculi. Sic Indulgere forte est Inurgere, h. e. non urgere. Indigere est non egere. Sic haec sunt me non Indicente, v. v. Sed videamus vsus. Cic. Off. 1, 33 c. 10 Vt ille, qui quum centum xxx dierum essent cum hoste pactae induciae, noctu populabatur agros, quod dierum essent pactae, non noctium induciae. Liu. 4, 30 pr. Inducias annorum octo impetrauerunt. Idem 1, 30 Valuitque apud Veientes pacta cum Romulo induciarum fides. Induciae in centum annos datae Liu. 1, 15. et 7, 20 In centum annos factae. Induciae litium Plaut. Amph. 1, 1, 235. Ter. Eun. 1, 1, 15 In amore haec omnia insunt vitia, iniuriae, suspiciones, inimicitiae, induciae, bellum, pax rursus. Haec eadem citantur a Cicerone Tusc. 4, 76. Sedul. Oper. Pasch. 5, 7 Cum Diuina clementia patienti longanimitate mitissimam iudicii suspendit vltionem, nulla nos ex istis induciis spes impunitatis obtundat. Vid. Gronou. Obseru. Eccl. Scrip. c. 22.

c. 22. *Conf. Lex. Pitisc.* Sallust. Iugurth. c. 29 Deditiois mora induciae Agitabantur. Conseruare, Facere, Impetrare, Petere Nep. . . Liu. 1, 42 pr. Iam induciae Exierant. Idem 4, 58 pr. Tempus induciarum cum Veienti populo Exierat. Cic. Att. 15, 13 Inducias quas scribis, non intelligo Fieri posse. Plin. in Paneg. c. 11 extr. Ac ne inducias quidem, nisi aequis conditionibus, Inibant. Manent induciae, vid. MANEO. Pactae, vid. Pactus in PACISCOR. Pange-re inducias, vid. PANGO. Dies Induciarum praeteriit Nep. 17, 3.

INDVCO, xi, ctum, ere. [*ἐπάγω, εἰπάγω*] Introduce. Plaut. Truc. 2, 6, 66 Quis homo est, qui inducit pompam tantam? Sueton. Claud. c. 40 Inducta teste in Senatum. Et Domit. c. 11 Reos maiestatis in curiam induxerat. Plin. 5, 4, 2 Nepos postulauit, vt Nominatus induceretur. Aurel. Vict. de Viris Illust. c. 34 Aquam Arienem in urbem induxit. Plaut. Mil. 2, 2, 78 Tace dum in regionem astutiarum mearum te induco. Cohortes in praelium Liu. 34, 28. Equites in pugnam Idem 30, 18 pr. *Conf.* Plaut. Amph. 1, 1, 88. Liu. 33, 36 Id quoque inter scriptores ambigitur, vtrum in Boios prius, an Insu-bres Consul exercitum induxerit: aduersamque prospera pugna obliterauerit. Exercitum in agrum Liu. 8, 19. Legiones in aciem, vid. ACIES. Messorem aruis Virg. Georg. 1, 316. Plin. Epist. 6, 33, 2 Femina splendide nata, nupta praetorio viro, exheredita ab octogenario patre intra vndecim dies, quam ille Nouercam ei amore captus induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat: induxerat ei, b. e. duxerat uxorem, quae ei esset nouerca. Oues et armenta in rura Varro de R. R. 1, 2. Peculiariter etiam dici obseruamus de spectaculis et ludicris. Inducta est et Afranii togata Suet. Ner. c. 11. Inducti per simulationem comoedi Id. Claud. c. 45. Add. ibid. c. 34. At tu, Caesar, quam pulchrum spectaculum pro illo nobis execrabili reddidisti? Vidimus delatorum agmen inductum Plin. Paneg. c. 34. Huc referri potest, cum induci dicuntur, quorum dicta vel facta referuntur, vt Cic. de Offic. 3, 38 Hinc ille Gyges inducitur a Platone.

¶ 2 Varias efficit formulas per translationem. In Amorem inducere aliquem Catull. 28, 8. Cic. de Diuin. 2, 41 c. 17 Cur igitur vos inducitis in eas Captiones, quas nunquam explicetis? Sed mel. induitis. Idem de Clar. Orat. 292 Ita laudasti quosdam oratores, vt imperitos posses in Errorem inducere. Idem in Pison. 59 Cur non hunc audistis tam doctum hominem, tam eruditum, prius quam in istum Errorem induceremini? Cic. Off. 55 c. 13 Scientem in Errorem alterum inducere. Quinctil. in prooem. 8 Iidem primo solum Iter credant esse in quod inducentur. Plaut. Perf. 4, 4, 91 Non vides nolle eam loqui, ne suarum se miseriarum in Memoriam inducas? In Peccatum Auct. ad Her. 2 c. 19. Plin. Epist. 2, 7 Regem vi et armis induxit in Regnum. Cic. Off. 2, 53 Quae te malum, inquit, ratio in istam Spem induxit, vt eos tibi fideles putares, quos pecunia corrupisses? Spes inducta rapinae Ouid. de Nuce 39. Varro de R. R. 3, 2 Sed oro te, inquit, me induce in Viam disciplinae passionis, etc. Ambitionem inducere in curiam Cic. Philipp. 11, 9. Idem de Vniuerso 23 c. 8 Sic animus a medio profectus extremitatem caeli a suprema regione rotundo ambitu circumiecit, seseque ipse versans, diuinae, sempiternae, sapientisque vitae duxit Exordium. Plin. Epist. 2, 14 Primus hunc audiendi Morem induxit Larcinus Licinius. Mores novos induxit Erinnyis Stat. Theb. 2, 20. *Conf.* Cic. pro Rabir. Post. c. 4. Id. Fam. 1, 4 Haec tamen opinio est Pop. Rom. a tuis atque obtrectatoribus Nomen inductum fictae religionis: non tam vt, etc. Idem Off. 1, 85 c. 25 Qui autem parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, Seditioem atque discordiam.

¶ 3 Inducere interdum significat obducere, tegere aliquid et velut vestire: vt, Calceum alicui inducere Plin. 2, 7. Suet. August. c. 92 Si mane sibi Calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur: vt dirum, obferuabat. Plin. 35, 10 Huic picturae quater Colorem induxit, subsidio iniuriae et vetustatis, vt decedente superiore, inferior succederet. Sic Parietes, pro Incrustatione ornare: Sen. Epist. 116 Miramur Parietes tenui marmore inductos, quum sciamus quale sit quod absconditur. *Conf.* Vitruu. 7, 3. Caes. B. G. 2, 33 Scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quae subito (vt temporis exiguitas postulabat) Pellibus induxerunt. Tectorium in Parietem Plin. 36, 23. *Conf.* Cic. Verr. 1, 45. Aloë inducta pedibus Scribon. 158. i. illita. *Conf.* Rhod. in Lex. Aluta inductum Scribon. 229. Panno spisso inducto medicamentum imponitur Idem 160. Visco Lintea nexo Induces fronti Sammon. 21. vid. b. l. Burm. it. Barth. Adu. 37, 6. Formam aliquam membrisi Ouid. Met. 7, 642. Plin. 24, 8 Humor in folliculis arboris huius nascens, cuti Nitorem inducit, faciemque gratiorem praestat. de vltimo. Noctem crepuscula inducunt Ouid. Fast. 5, 163. Nubes terris Idem Met. 2, 307. Plumas Hor. Art. Poët. pr. de pictore. Rugas senectus inducit Tibull. 2, 2, 20. Tenebras inducere terris Ouid. Met. 2, 395.

¶ 4 Inducere saepe est per fraudem persuadere, illicere, adducere, impellere. Cic. Philipp. 2, 79 Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, elusus, inductus. Idem pro Rosc. Com. 46 Quem ego vt mentiatur, inducere possum: vt peieret exorare facile potero. Induxerit eum L. Saturnini familiaritas, vt amicitiam patriae praeponeret, idcircone, etc. Cic. pro Rabir. 33. Inducebar orationibus tuis Idem de Legib. 2, 2. Adolescentulus corruptus et nequam ab hominibus inductus Id. pro Rosc. Amer. 39. Cic. pro Rosc. Amer. 76 c. 28 Pretio, gratia, spe, promissis induxit aliquem. Et 117 c. 40 Nouem homines honestissimos — induxit, decepit, destituit etc. Vid. in Errorem inducere n. 2. Verbis Phaedr. 2, 6. Tibull. 1, 6 (7) 1 Semper, vt inducar, blandos offers mihi vultus. Vid. Brouckh. Labeo in l. si de dote D. de iure dotium, Quid enim si socer specie futurae dotis induxerit generum? et cum sciret, se praestare dotem non posse, id egerit, vt genero insidiaretur.

¶ 5 Affinis formula est Inducere Animum vt, vel Inducere animum ne, siue vt ne, vel quo minus; et aliquando cum Infinitiuo, i. Sibi persuadere. Plaut. Mil. 4, 6, 54 Induxi Animum ne oderim item, vt alias quando orasti. Idem Cistel. 3, 395 Quanquam inuita te carebo, meum Animum ego inducam tamen, vt illud, quod tuam in rem bene conducat, consulam. Cic. pro S. Rosc. 53 c. 19 Vitia atque peccata filii, quibus incensus parens potuerit Animum inducere, vt naturam ipsam vinceret, etc. Plin. 9, 13 Non sustinui Animum inducere, quo minus illi indicarem. Ter. Andr. 5, 1, 15 Per ego te deos oro, vt ne illis Animum inducas credere. Idem Hec. 1, 2, 24 Quod ego nunquam credidi fore, vt hac ille viua posset Animum inducere uxorem habere. Et Andr. 3, 3, 40 Si istuc Animum inducti esse vtile: nolo tibi vllum commodum in me claudier. Ter. in prol. Heaut. 41 Mea causa, causam hanc iustam esse animum

inducite. Cic. in Catil. 1, 22 Vtinam tibi istam mentem dii immortales donarent, etsi video, si mea voce ire in exilium Animum induxeris. Idem Tusc. 5, 30 Inducant Animum, illa quorum splendore capiuntur, vires, valetudinem, pulchritudinem, diuitias, honores, opes contemnere. Add. Id. Diu. 2 c. 20. Hor. Scrm. 1, 3, 2 Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos Vt nunquam inducant Animum cantare rogati. Ter. Hec. 4, 4, 6 Nunc Animum rursus ad meretricem induxi tuum. Olim quum ita Animum induxi tuum Ter. Andr. 5, 3, 12. Idem Adel. 4, 3, 6 Nunquam te aliter, atque es, in Animum induxi meum. Plaut. Rud. prol. 22 Atque hoc in Animum scelesti inducunt suum, Iouem placare se posse omnibus hostiis. ¶ 6 *Metaphora a stilo sumpta, inducere est irritum reddere, abolere.* Cic. Att. 1, 20 Inducendi Senatusconsulti maturitas nondum est. Idem Att. 1, 17 Afiani, qui de Censoribus conduxerunt, questi sunt in Senatu, se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: vt induceretur locatio postulauerunt. Cic. Att. 13, 14 extr. Igitur consideremus: etsi nomina iam facta sunt, vel induci, vel mutari possunt. Suet. Ner. c. 52 Multa et deleta et inducta et subscripta inerant. Est igitur Inducere proprie, Ducto per ceras stilo in verso s. lato, tegere et interlinere, et memoriam scriptorum obliterare. Add. Cic. Att. 4 Ep. vlt. ¶ 7 *Contra ea in Rationem inducere est ibi scribere, et expensum ferre.* Cic. Verr. 1, 106 c. 41 Tutores, pecuniam praetori si pupillae nomine dedissent, grandem praefertim, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum sine periculo suo dare possent, non videbant. Sic Quantum quaeque voluit, legatis tuis datum induxit Cic. Fam. 3, 10 med. ubi conf. Manut. Et 3, 8 Ne in venditionem tributorum, et illam acerbissimam exactiorem capitum atque ostiorum (haec sunt accepta) inducerentur (in expensis) sumtus minime necessarii. Cic. pro L. Agr. 2, 70 c. 26 Hic ager omnis, quoquo pretio coemtus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur Ibid. 98 c. 36 Vt iidem partim inuidiosos agros a Sullanis possessoribus, partim desertos ac pestilentes, a vestris necessariis, a vosmetipsis emtos, quanti velletis, Pop. Rom. induceretis. Hinc intelligo Cic. Diu. 2, 109 c. 53 extr. Qua ergo ratione haec inducis, id est, velut in rationibus ponis, et vera esse concedis, eadem illa esse possunt, quae tollis, i. negas. ¶ 8 *Obseru. Non satis expeditum est, quid sibi velit illud* Martial. 14, 168 cui lemma Trochus. Inducenda rota est: das nobis vtile munus. Inducere fructum dicuntur arbores, Emittere et producere. Columel. 5, 9, 15 Plerumque etiam locis siccis et humidis arbores musco infestantur: quem nisi feramento refeceris, nec fructum, nec laetam frondem olea inducet: Sed vid. leg. Induet.

INDUCTVS, a, um. Part. Cic. Att. 3, 15 Ego proditus, inductus, coniectus in fraudem. Sueton. Claud. c. 29 Inductus, quasi de industria simularentur, i. deceptus. Tedaee inductae sulphure, i. Illitae. Ouid. Epist. 7, 23. Argumentis inductus, i. Persuafus Plin. 7, 43. Coniectura inductus Idem 28, 1. Consuetudine inductus ac familiaritate Cic. pro Quint. 12 c. 3. Oratio subtiliter ad criminandum inducta Id. pro Cael. c. 11. His initiis inducti, omnia vera diligimus Id. de Fin. 2, . . . Pecunia inductum aliquid facere Cic. de Inuent. 2, . . . Spe falsa inductus pollicebar Idem pro Planc. 101 c. 42. Pro Asciticio, vel longe accersito: Plin. Epist. 43 extr. Neque enim coniectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, quum hoc insiticio et inducto tam praeclara opera perfeceris. Id. ibid. 3, 18, 10 Possint videri arcessita et inducta. Et 5, 6, 44 Si nihil inductum et quasi deuium loquimur, non epistola, quae describit, sed villa, quae describitur, magna est. Inducto priore decreto Suet. Caes. c. 16. Deletus: Vlpian. in l. 1 D. de his, quae in testam. delent. Quae in testamento legi possunt, ea inconsulto deleta et inducta, nihilominus valent: consulto, non valent. Id. vero, quod non iussu domini scriptum, inductum, deletum est, pro nihilo est. Vid. INDVCO n. 6. Solum inductum, i. aequatum Plin. 2, 80.

INDUCTIO, ōnis. f. [ἐπαγωγή] Cic. de N. D. 2, 152 c. 60 Nos aquarum inductionibus, terris fecunditatem damus. Velorum inductiones Vitruu. praef. 10. Pro Introductione: Cic. de Orat. 3 c. 53 Personarum ficta inductio. Inductio erroris Ibid. Argumenti genus apud rhetores, quum per interrogationem similitum cogimus aliquem aliquid fateri, veluti manu in id, quod volumus, eum ducentes. Quinctil. 5, 11, 2 Illa (inductio) qua plurimum vsus est Socrates, hanc habuit viam. Cum plura interrogasset, quae fateri aduersario necesse esset, nouissime id, de quo quaerebatur, inferebat, cui simile concessisset. Id est inductio. — Sit illa interrogatio talis: Quod est pomum generosissimum? nonne quod optimum? concedetur. Qui equus generosissimus? nonne qui optimus? Et plura in eundem modum. Tum id subiungitur, cuius rei gratia rogatum est, Qui homo, nonne is generosissimus qui optimus? Fateri hoc, illis concessis, procul dubio oportebit. Add. Quinctil. 5, 10, 73. Cic. de Inuent. 1, 51 c. 31 Omnis argumentatio aut per inductionem tractanda est, aut per ratiocinationem. Oratio, quae rebus non dubiis captat assensionem eius, quicum instituta est. ac deinde dulcissimo exemplo, quo vsam dicit Socraticus Aeschines Aspasiam apud Xenophontem et eius uxorem, declarat. Cic. in Topic. 42 Haec ex pluribus perueniens quo vult, appellatur inductio, quae Graece ἐπαγωγή nominatur. Idem de Orat. 3, 203. Concludere acutissime syllogisticos, ordinare sequaciter inductiones Arnob. 2 p. 49. Inductio animi, Persuasio. Cic. Tusc. 2, . . . Idem Q. Frat. 1, 1 Non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi et voluntate. Inductio animi, pro Benevolentia Id. Fam. 1, 9, (8). Pro incrustatione est ap. Pallad. 1, 15. Vid. INDVCO n. 3. Pro Litura: Vlpian. in l. 1 §. et ideo D. de his, quae in test. del. Lituras, inductiones, superinductiones ipse feci. Vid. INDVCO n. 6.

INDUCTVS, ūs. m. [ἐπαγωγή] Idem. Auctor ad Herenn. 2 c. 17 Si maxime ita sit, num ea re concedi reo conueniat, quod alieno inductu fecerit. Cic. pro Varen. ut citat Quinctil. 5, 10 Optio vobis datur vtrum velitis casu illo itinere Varenum vsu esse, an huius persuasum et inductu.

INDUCTIBILIS, e. Adj. Cael. Aurel. Acut. 2, 37, 203 Qualitas inductibilis (emplastica) vt res induci, i. illi possit, emplastrum instar. Ita sumit etiam n. 202 Inductibilia.

INDUCTICIVS, a, um. Adj. Cyrill. Gloss. Inductivus, ἐπιδακτος.

INDUCTOR, ōris. m. Gloss. Vet. Inductor, ἰδακτής.

INDUCTRIX, icis. f. Apul. Flor. extr. Coruus Praedae, quam ore gestabat inductricem, vulpem, compotiuuit, i. compotem fecit.

INDUCTIVE. Adu. Cael. Aurel. Tard. 1, 5.

INDUCTORIUM, i. n. *Quod induci potest.* Plin. Val. 1, 3
Facere inductorium.

INDUFORVS, i. m. *Pro inforus, ex Ennio ap. Gell. 12, 4.*
i. iudicium, nescio quo modo irrepserit in Lexica. Verba Ennii sunt:
Magnam cum lassu' diei Partem fuisset, de summis rebu' regundis
Consilio indu foro lato, sanctoque senatu, i. in foro.

INDUGREDI, [*ἰνδύξειν*] *Antiqui dicebant metri causa pro*
Ingredi: *sicut Induperator; Indupeditus, pro Impeditus.* Lucret. 1,
83 — *viamque Indugredi sceleris.* Sic 4, 318 et 367. *Vid.*
INDV, *pro In Praep.*

INDVLGITAS, ātis. f. *Antiquum.* Caecil. Syracus. Tanta
huic inuasit in corda indulcitas. Nonius 2, 215. *Sed legendum, In*
cor Dauī dulcitas. *Vt Mercerius suspicatur.*

INDVLCO, āre. Tertull. aduers. Iud. c. 13. et Vulg. Int. Sirac.
12, 16.

INDVLCA TVS, a, um. Part. Optatus Afer 6. Oct. Hor. 1,
10. et Vulg. Int. Sirac. 38, 5.

INDVLGEO, si, sum et tum, ēre. [*ἰνδύωμι, συγχωρῶ, χαρι-*
ζομαι] *Obsequi, inferuire, et facile concedere, obsequenter delicateque*
tribuere. De etymo infra n. 4. Ter. Heaut. 4, 8, 21 *Nimum illi*
Menedeme indulges. *Ibid.* 5, 2, 34 *Dum istis fuisti solus, dum*
nulla alia delectatio, quae propior esset, te indulgebant, tibi dabant.
Donare, concedere, permittere. Plin. Epist. 10, 75 *Indulsi balneum*
fieri. Indulge sane vanae rei: ignosce: libenter se orbitas decipit
Quinctil. Decl. 10. Ter. Adolph. 1, 1, 38 *Cur tu his rebus sumtus*
suggeris? vestitu nimium indulges, nimium ineptus es. Caes.
B. G. 1, 40 *Huic legioni Caesar et indulserat praecipue, et propter*
virtutem confidebat maxime. Cels. 3, 6 *Necesse est tamen, quanto*
facilius sani famem quam sitim sustinent, tanto magis aegris in potione
quam in cibo indulgere. Stat. Epith. Stellae 179 *Iuuenique curule*
Indulgebit ebur. Imperaui mihi, quod indulgere consueueram
Martial. praef. 1. 12. *i. modo cum molestia quadam et paene inuitus feci,*
quod alias sponte et lubens. Indulgere sceleri veniam Sulp. Seuer.
Dial. 2, 4. *Sic Rudem indulgere Suet. Claud. c. 21. Pro Rude do-*
mare: et Ornamenta Consularia indulgere Idem 24. Conf. Non. 4,
246. ¶ 2 *Substantiua Dativi casus: Abdomini indulgere,*
vid. ABDOMEN. Cic. de Amicit. 54 *Atque hoc idem videre li-*
cet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate,
prosperis rebus immutari, sperni ab his veteres Amicitias, et indul-
gere nouis. Amori Ouid. Met. 9, 595. Animo suo indulgens,
i. Obsequens Id. ibid. 12, 598. Id. ibid. 7, 568 Indulgent Animis,
et nulla quid vtile cura est. b. e. Faciunt, quidquid ipsis libet. Campō
Perf. 5, 57 *ludendi causa.* Choreis Virg. Aen. 9, 615. Corpori
Sen. Epist. 8. Desiderio alicuius Plin. Epist. 10, 34 pr. *Id. ibid.*
5, 9 extr. *Sed quid ego indulgeo Dolori? i. Dolco, et me affligo.* 45
Seneca . . . Non potes illorum Dolori obstare, si tuo indulseris.
Quinctil. 10, 1 *Minus indulgere Eloquentiae Stoici veteres. Furori*
alicuius, i. Obsequi ardentissimo eius amori Ouid. Met. 9, 511. Plin.
Epist. 5, 15 In infinitum epistolam extendam, si Gaudio meo indul-
geam. Gymnasis indulgere, Frequentem et assiduum esse Id. ibid. 50
10, 49. Virg. Aen. 4, 51 *Indulge Hospitio, causasque innecte mo-*
randi. i. e. Da operam, ut ait Seruius. Imbris tempestas in-
dulget Lucret. 1, 805. Liu. 23, 3 Sed ante omnia ita vos Irae in-
dulgere oportet, vt potiorum ira salutem atque vtilitatem vestram ha-
beatis. Iuri nostro libentius indulgebit iudex Quinctil. 7, 6. 55
Lacrimis indulgit Ouid. Met. 9, 142. Lucibus Lucret. 3, 947.
Suet. de Clar. Gramm. 23 Luxuriae ita indulsit, vt saepius in die laua-
retur. Offensae vel vtilitati suae Quinctil. 11, 1. Cic. de Ami-
cit. 91 c. 24 Molestia veritas est, si quidem ex ea nascitur odium, quod
est venenum amicitiae: sed Obsequium multo molestius est, quod
peccatis indulgens, praecipitem amicum ferri sinit. Precibus al-
terius, Concedere, quod petit Plin. Epist. 4, 15. Sibi: vid. Burm. ad
Quinctil. 8, 5. *Studio suo aliquid Quinct. 3, 10. Plin. Epist. 4,*
15 extr. *Si denique precibus meis tu potissimus adiutor accesseris, cuius*
Senatus et Suffragio libentissime indulgeat, et testimonio plurimum
credat. Cic. Fam. 16, 18 Indulge Valetudini tuae, vt Seruire.
¶ 3 *Observat. Cum Accusatio, Antiquae. Ter. Heaut. 2, 1, 16*
Eiciunda hercle haec mollities animi, nimis Me indulgeo. Al. Mi,
rectius. Modest. in l. Titius D. ad Senatusconsultum Turpiliani-
um, Modestinus rescripsit, Abolitionem reorum, quae publice in-
dulgetur, ad hoc genus criminis non pertinere. Vlpian. in l. 1 §.
vlt. D. si pars hereditatis, Interdum Praetor incertae partis heredi-
tatis petitionem indulget. Cum utroque Casu. Indulsit se vi-
dendum tibi Stat. Silu. 4, 6, 36. i. Concessit. Quinctil. 2, 17 At-
que ita quidem, vt appareat haec aduersus eos quoque frustra excogi-
tata, qui malis moribus nomen oratoris indulgent. Sic de meretri-
cibus, quum sese permittunt, et praebent amatoribus, [χαρίζεται]
Iuuenal. 2, 165 — *ardenti sese indulsisse tribuno. Indulgeor,*
Pass. Gell. 20 c. vlt. *Ipse autem ad hoc scripsi, vt liberis quoque*
meis paratae istiusmodi remissiones essent, quando animus eorum in-
terstitutione aliqua negotiorum data laxari, indulgerique potuisset.
¶ 4 *De etymo pulchre Casaub. ad Perf. 5, 57 p. 390 sq. observat indul-*
gere esse dictum pro indulgere, i. non urgere, vt indoles ab inolescendo.
Nempe proprie etiam Caes. Chron. 2, 1, 4. Nunc aegrotanti demon-
strato motu, qui nunc adducta fasciola subleuet crura, nunc indulta 85
deponat. Sic et l. 45. Et Ibid. Cogatur labore proprio per se
ipsum adducendo fasciolam, atque indulgendo suis cruribus motum
praestare. Est sane in his indulgere non urgere, non adducere, inten-
dere, etc. Vid. quae disputamus voce INDV CIAE, quam ab Indu-
cendo, i. non ducendo, ductam arbitramur. 90

INDVLGENS, entis. Partic. Plin. 17, 10 *Nutricem indulgen-*
tiozem esse, quam matrem saepe conuenit. Cic. Att. 10, 6 Vellem
suscipisses iuuenem regendum, pater enim nimis indulgens, quidquid
ego adstrinxi, relaxat. Animo indulgens Sallust. Fragm. 6, 42.
Lucan. 7, 54

— *segnis pauidusque vocatur,*
Ac nimium patiens foci Pompeius, et orbis
Indulgens regno. *i. Nimium intentus et incumbens.*
Crescit indulgens sibi dirus hydrops Hor. Carm. 2, 2, 13. Liu. 22,
61 pr. *Praeter exemplum ciuitatis minime in captiuos iam inde anti-*
quitus indulgentis. Cic. Off. 3, 112 Qui nuper indulgens in pa-
trem, idem acerbus et seuerus in filium. Compar. Vid. Plin.
supra. Cic. pro Cluent. 12 c. 5 Ipsum nomen amantius indulgentius-
que maternum. Suet. Vesp. c. 21 Nec villo tempore facilius aut
indulgentior traditur. Superl. Plin. Epist. 10, 5, 2 Rogo ergo 105

indulgentissime Imperator, vt, etc. Indulgentissimus, frequens titulus Imperatorum: vid. Gruter. Inscript. p. 253 n. 8 etc. Conf. Nazar. Paneg. Constant. c. 26. Passivè apud Quinctil. Decl. 10 Fili indulgentissime vidi te, nec semel vidi.

5 INDVLTŪRVVS, a, um. Partic. Vlp. in l. 1 §. de his autem D. de separat. Qui separationem indulturus est.

INDVLGENTER. Adu. [*Φιλοσόργως*] Comiter et blande, vel molliter. Cic. Att. 9, 11 Illud me praecclare admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, et vt cum gravitate potius loquar. Idem de Fin. 2, 109 Quid si etiam bestiae multa faciunt duce sua quaeque natura, partim indulgenter vel cum labore, vt in gignendo, in educando, etc. Liu. 36, 14 Philippus Athamanum praecipue captivis indulgenter habitis, vt per eos conciliaret gentem. Compar. Sen. Benef. 4, 32 Dii alios indulgentius tractant. Val. Max. 1, 7

15 Longe indulgentius in Poëta Simonide. Superl. Solin. c. 14 Voluptati aurium indulgentissime deditus.

INDVLGENTIA, ac. f. Mollis permissio et educatio. Quinct. 1, 2, 6 Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes et mentis et corporis frangit. Balbus ad Cic. Att. 9, 8 (12)

20 Et hoc Caesarem pro sua indulgentia in suos probaturum putamus. Versiculus vulgatus Blanda patrum segnes facit indulgentia natos est Mantuani Parth. 1, 164. Plin. Epist. 10, 34 pr. Id itaque indulgentia tua restituere desiderant. Dextera praecipue capit indulgentia mentes Ouid. A. A. 2, 147. Sed Sen. de Benef. 2, 15 Quid-

25 quid illi accidere optant, in id horum intemptiva indulgentia impellit atque instruit. Notet indulgentia nobis Ouid. Amor. 2, 19, 35. Abolere crimina reorum indulgentia Modest. in l. Lucius D. ad Senat. consultum Turpillianum. Caeli indulgentia Virg. Georg. 2, 345. Fortunae Paterc. 2, 80, 1. Ponitur et pro Gratia vel favore Imperatoris. Vid. Plin. Epist. 10, 2 et 107. et Auson. Gratiar. Act. c. 21. Indulgentiae etiam vocantur Poenarum remissiones: Capit. Ant. Pio c. 6 His quos Hadrianus damnauerat, indulgentias petiit. Indulgentiam consequi, pro Veniam Sulp. Dial. de Virt. Mon. Orient. c. 8.

30 INDVLGITAS, atis. f. Pro Indulgentia. Sisenna, Bassus assidua indulgitate victus. Antiquum. Vid. Non. 2, 439.

INDVLTOR, oris. m. Tertull. adu. Marc. 4, 9 Indultor legis. INDVLTVS, us. m. Sidon. Epist. 1 vlt. Oro, vt indultu clementiae tuae quae volo scribam.

40 INDVLTVS, a, um. Adi. Sidon. Epist. 4, 24 Indultis tantisper induciis.

INDVO, ui, utum, ere. [*ἐνδύω, περιβάλλομαι, ἀμπεχομαι, ἀμφιέννυμι, περιπίπτω*] A Graeco δύω, quod subeo vel ingredior significat. Ipsum ἐνδύω est induo. Induo vestem Ter. Eun. 4, 4, 35. Ibid.

45 5, 7, 40 Vbi vestem vidit illam esse cum indutum pater? Sic Plaut. Epid. 2, 2, 41 Vtine impluuium induta eat. Virg. Aen. 2, 393

Deinde comantem

Androgei galeam, clipeique insigne decorum

Induitur. Plaut. Casin. 3, 5, 53 Occisissimus sum

50 omnium, qui veniunt, lorica induam mihi optimum esse opinor. Ter. Eun. 4, 4, 41 Chaeceane tuam vestem detraxit tibi? DO. factum.

PH. et ea est indutus? DO. factum. Vestes induit meis humeris Ouid. Epist. 21, 109.

¶ 2 Substantiva nomina rerum, quae proprie induuntur. Annulum Plin. 33, 1, 2 et 7. Cic. Off. 3, 38

55 Annulumque aureum in digito: quem, vt detraxit, atque ipse induit, etc. Arma Virg. Aen. 9, 181. Arma fulgentia induit Idem ibid. 11, 77. Aurum induitur etiam pedibus Plin. 33, 3. Idem 28, 4 In Calceamentum dextri pedis ante quam induatur. Compedes Id. 33, 12. Cic. pro Sulla 76 c. 27 Beluae quaedam illae

60 ex portentis immanes ac ferae, forma hominum indutae extiterunt. Galeam induitur Virg. Aen. 2, 394. Gramine induta terra Petron. c. 127. Lorica induitur Virg. Aen. 7, 640. Lugubria (vestimenta) induere Ouid. Met. 11, 669. Postes pice, pro Illinere: Plaut. Mostel. 3, 2, 140 Atque etiam nunc satis sunt boni, si sunt induiti pice. Al. leg. Inducti, quod certe usitatus. Soccis se Cic. de Orat. 3, 125 c. 32. Soleas iumentis Plin. 33, 11 f. 49. Al. inducere. Specie humana induiti Di Cic. N. D. 2 c. 24. Spoliis raptis induitus Virg. Aen. 10, 775. Torquem cervici suae Aur. Vict. de Viris Illustr. c. 28. Tunicam Cic. Tusc. 2, 20.

¶ 3 Cum flores et fructus sint velut vestis et ornatus quidam arborum, hinc intelliguntur formulae istae, et istis similes. Saepe ita Columella: vt 5, 6, 28 Quae pars palmitis praecipitata est, fructu induitur. Induit se vites vuis 4, 24, 12. Add. 4, 27, 5 etc. Induit se floribus arbor 10, 242. Nempe ipse Virg. Georg. 2, 177 Contemplator item,

75 quum se nux plurima filiis Induet in florem. Frondes induit arbor Ouid. Met. 7, 281. Se pomis arbor induerat Virg. Georg. 4, 143. Plin. in Paneg. c. 30 pr. Tantis segetibus induebatur, vt cum feracissimis terris, quasi nunquam cessura certaret.

¶ 4 Formulae aliae Metaphoricae. Adulationis plurimum Seleucienses induere Tacit. Ann. 6, 42. Animum bonis artibus non induerat Id. ibid. 15, 45. Auctoritatem induit vera sentientis Quinctil. 4, 1. Cic. de Fin. 2, 73 Si voluptatis causa cum Gallo apud Anienem depugnauit, prouocatus, et ex eius spoliis sibi et torquem et Cognomen induit, etc. Tacit. Ann. 6, 20 Qualem Diem Tiberius induisset, pari habitu. i. Qualem quoque die animum vultumque, quae sumuntur a die etc. Vid. Gronou. Obsf. 1, 2. Diuersa induere Tacit. Ann. 6, 33. i. diuersimode affectum esse. Plin. 20, 13 pr. de eruca, Aiunt verbera subituris potum ex vino Duritiam quandam contra sensum induere. Sed inducere Elzeu. et Harduin. alterius lectionis

90 ne mentione quidem facta. Eloquentiam pueris induere Petron. c. 4. Formam mortalem induitur Phoebus Ouid. Met. 11, 203. Habitum, ac voces dolentum simulatione magis, quam libens induebat Tacit. Ann. 4, 12. Hostilia etiam aduersus nos induerat Idem ibid. 12, 40, 4. Cic. Tusc. 1, 91 c. 33 Habes somnum Imaginem mortis eamque quotidie induis. Liu. 3, 33 Regimen totius magistratus penes Appium erat fauore plebis: adeoque nouum sibi Ingenium induerat, vt plebicola repente, omnisque aurae popularis captator euaderet pro truci saeuoque infectatore plebis. Iras sibi Sil. 1, 38. Mores pudicos et seueros Plin. 28, 8. Munia ducis

100 Tacit. Ann. 1, 69. Orationem fictam personis Quinctil. 4, 1. Indue mente Patrem, crescentes dilige fetus Claud. Conf. Hon. 3, 157. Pauores falsos induerat Tacit. Hist. 4, 38. Quinctil. 6, 2 extr. Orbem agimus et naufragum, et periclitantem: quorum induere Personas, quid attinet, nisi affectus assumamus? An eodem modo cogitauit, aut eandem Personam induit Cicero, cum scriberet Cn. Pompeio

Pompeio — Quinctil. 3, 8, 50. Cic. Off. 3, 43 Ponit enim Personam amici, quum induit iudicis. Personam philosophi induere, et sibi ipsi hoc nomen inscribere Id. Tusc. 5, 73. *Aliter* Quinct. 4, 1 Declamaturus autem maxime positas in affectibus causas, propriis Personis debet induere. Persuasionem sibi scientiae falsam induerunt Idem 1, 1. *Vid. h. l. Burm. idemque ad Petron. c. 4.* Tacit. Ann. 16, 28 Nisi contra instituta, et caerimonias maiorum Proditorem palam, et hostem Thrasea induisset. Id. ibid. 2, 15 Qui ne bellum tolerarent, Seditionem induerunt. Liu. 1, 56 Comes his additus L. Iunius Brutus Tarquinia sorore regis natus, iuuenis longe alius ingenio, quam cuius Simulationem induerat. Tacit. Ann. 12, 13 Quorum rex Hyliates Societatem Meherdatis palam induerat. Speciem iudicii induere non poterat Id. ibid. 15, 69. Liu. 40, 12 *pr.* Nunc non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percussoris Speciem induit. Tacit. Hist. 4, 57, 4 Galbam et infracta tributa hostiles Spiritus induisse. Plin. 23, 1 At nos e diuerso fumi amaritudine Vultustatem indui persuasum habemus. Martial. 2, 41 Vultus tu indue magis seueros, Quam coniux Priami, nurusque maior. Vultum animi sui sibi Sen. de Benef. 2, 2. ¶ 5 *Cum Praepositione* In videtur idem quod subire, intrare facio. In mentes hominum induit cum audiendi quadam illecebra apologos Aesopus Gell. 2, 29. *Legitur et* Induxit. Virg. Aen. 7, 20 Quos hominum ex facie dea saeva potentibus herbis Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum. Cic. de Diuin. 2, 44 c. 19 Placet Stoicis anhelitus terrae — cum se in nubem induerint — tum et fulgores et tonitrua existere. Induit se Reipub. Sen. de Clem. 1, . . . i. *Implicuit.* Quinctil. 12, 1, 3 Qui in grauissimas frequenter legum, semper vero malae conscientiae poenas a semetipsis improviso rerum exitu induantur. *Alii legunt* Inducantur. Plaut. Casin. 1, 1, 25 Proin tu te in laqueum induas, i. suspendas. *Sed* Quinct. 5, 7, 11 *de testibus*, Turbantur, et a patronis diuersae partis induuntur in laqueum, i. capiuntur simpliciter. Cic. Verr. 2, 101 in captiones v. v. Hic videte, in quot laqueos se induerit: quorum ex nullo se vnquam expediret. Se non purgavit, sed indicavit atque induit Id. pro Muraen. c. 25. i. *implicuit.* Id. Verr. 5, 165 Sua confessione induatur ac iuguletur necesse est. Quasi dicat, Sua confessione conuincatur. Id. ibid. 2, 105 Videte, vt dum expedire sese vult, induat. At quemadmodum sese induit priore actione? Id. ibid. 5, 72. Cic. Acad. 4, 18 Philo autem, dum noua quaedam commouet, quod ea sustinere vix poterat, quae contra Academicorum pertinaciam dicebantur, et aperte mentitur, vt est reprehensus a patre Catulo, et (vt docuit Antiochus) in id ipsum se induit, quod timebat. i. *vt ipse dicit*, Eo, quo minime vult reuoluitur. In fraudem induimus nos Lucret. 4, 815. *Sed etiam ad vulnera refertur.* Virg. Aen. 10, 681 Animo nunc huc, nunc fluctuat illuc, An sese Mucrone ob tantum dedecus amens Induat, et crudum per costas exigat enssem. Ouid. Am. 2, 10, 31 Induat aduersis contraria pectora Telis Miles, et aeternum sanguine nomen emat. *Sic* Stimulis se induere Caes. B. G. 7, 82. *et* Vallis acutissimis Id. B. G. 7, 73.

INDVENS, entis. Partic. Vulg. Int. Leuit. 8, 7. et Coloss. 3, 10.

INDVTVS, a, um. Partic. [*περιβεβλημένος*] Vestes indutae Virg. Georg. 3, 364. Exunias indutus Achillis Idem Aen. 2, 275. Conf. Curt. 4, 15, 27. et 7, 9, 3.

INDVTVS, ūs. m. [*ἐνδύσις*] Tacit. Ann. 16, 4 Nisi ea, quam indutui gerebat, veste detergeret. Animan. 30, 24 Valentinianus indutibus imperatoriae maiestatis ornatus. Idem 30, 5 Horrentes indutibus rigidis. Synmach. Epist. 3, 10 Indutui esse.

INDVTILIS, c. Adi. Caes. R. R. c. 135, 2 Vomis (*al.* Vomerris) indutilis optimus erit, qui eximi et indui s. indi potest.

INDVMENTVM, i. n. [*ἐπίδημα, περιδημα, ἀμπεχόνη*] Id quo induimur. Gell. 16, 19 Arionem cum fidibus et indumentis, cum quibus se in salum eiacularat, extitisse. Idem 5, 7. Cic. de N. D. 1, 68 Quod quum efficere vultis, indumenta tamen corripitis. *Legendum ex antiquo codice*, In dumeta. Conf. Lactant. de Op. Dei c. 13. et Aur. Vict. de Caes. c. 21.

INDVCVLA, ae. f. [*ἐνδυμάτιον*] Plaut. Epid. 2, 2, 39 Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?

INDVPERO, f. ENDOPERO, āre. *Pro Impero.* Solon, ne quid nimis, induperabit Hygin. fab. 221. Conf. Enn. ap. Fest. in Nauus: et ap. Hessel. p. 110. Nauorum imperium seruare est Induperantum pro Insuperantum, quod habent libri.

INDVPERATOR, ōris. m. [*ἀντοκράτωρ*] *Pro Imperator*, apud Poetas, per eam figuram, quae Epenthesis dicitur. Cic. de Diuin. 1, 107 Omnibus cura viris vter esset induperator. Ex Ennio. Iuuen. Sat. 4, 28 Quales tunc epulas ipsum glutisse putemus Induperatorem? Conf. Gell. 18, 9. Lucret. 4, 964. et 5, 1226. Et Sidon. Carm. 7, 75 314. *Al.* Endoperator.

INDVPEIOR, īri. [*ἐμποδιζομαι*] *Pro Impedior.* Materies indupedita Lucret. 1, 240. Idem 4, 68 Et multo citius, quanto minus indupediri Pauca queunt. *Al.* Endopeditus, etc.

INDVRO, āre. [*σκληρῶν*] *Durum facere.* Plin. 8, 52 Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutoque se tergorantes. *de fuis.* Idem 15, 17 Punica, aqua marina feruente indurari oportet. Nives indurat Boreas Ouid. Met. 6, 692.

INDVRATVS, a, um. Partic. Glacies indurata, Quae induruit, et concretionem durior facta est Liu. 21, 36 *extr.* *Al.* rectius, in durata, etc. Milites Iustin. 6, 4, 13. 7, 2, 6. 9, 3, 10 etc. Ora indurata cornu Ouid. Met. 14, 503. *de mutato in auem.* Robora indurata flammis Stat. Theb. 4, 64. Liu. 30, 18 Induratus praeter spem resistendo, hostium timor, ne in audaciam vertat periculum est. *Compar.* Sen. de Ira 1, 11 Quid Germanis indurarius ad omnem patientiam, vt quibus magna ex parte non tegumenta corporum prouisa sunt, etc.

INDVRANDVS, a, um. Partic. Indurandus est animus, et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus Sen. Epist. 52.

INDVRATIO, ōnis. f. *Vox frequens apud Theologos, praefertim* Augustin.

INDVRATOR, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. *σωμωτής*, indurator.

INDVREO, ēre. *sive* INDVRESCO, ēre. [*σκληρύνομαι*] *Durum fieri.* Columel. 2, 21 Ante quam ex toto grana indurescant. Sic 12, 15 Ante quam indurescant ficilia. Plin. 16, 7 Indurescunt in modum gallae. In prauum Quinctil. 1, 3, 12. Venter indurescit Cels. 4, 12 *pr.* Corpus induruit vsu Ouid. Trist. 5, 2, 5.

INDVRIOSVS, a, um. Adi. et INDVRIOSE. Adu. *leguntur a quibusdam ap.* Val. Max. 3, 4, 2. et Calliod. 5, 1. *Al.* industrius et industrie.

INDVS, i. m. [*Ἰνδός*] *Fluvius a quo India nominata est: quem in iugo Caucasi montis, quod vocatur Paropamisus, aduersus Solis ortum effusum aiunt, in seque XIX annes recipere. Meminit Cic. de N. D. 2, 130. Et Plin. 6, 20. Hic ab incolis dicitur Sandus. Conf. Curt. 8,*

9, 2. Ouid. Fast. 3, 720. Iustin. 3, 4, 20.
INDVSIOR, ari. Dep. *Vestiri.* Mart. Capell. 1 Cum ipsum tonantem induuis indufari cernerent. Idem 2 Lana indufari.

INDVSIATVS, a, um. *Vestitus.* Apul. Miles. 2 p. 123 Pueri calamistrati, pulchre indufati. Idem 10 p. 153 Indufatus adolescens.

INDVSIVM, i. n. [*χιτωνίανος*] *Vestis interior, super qua mox subucula sumebatur. Varro L. L. 4, 30 ludibundus suo more Intusium dicit, quum ait, Vnum quod foris, a palam palla: alterum quod intus, a quo intusium. Hinc Non. 14, 18 Indusium est vestimentum, quod corpori intra plurimas vestes adhaeret, quasi intusium. Laudat deinde Plauti locum, quem statim damus voce INDVSIATA.*

INDVSIARIVS, i. m. *Qui industria conficit.* Plaut. Aul. 3, 5, 35 Patagiarum, indufarii, flammearum, violarii.

INDVSIATA, vel INTVSIATA, ac. f. *Idem quod Indusium.* Plaut. Epid. 2, 2, 47 Quid istae, quae quotannis nomina inueniunt noua, tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum, caescium, indufiatam, patagiatam, caltulam, etc. Vid. Non. et Varro supra.

INDVSTRIA, ac. f. [*σπουδή, ἀσπρη, φιλοπονία* Gloss. Lat. Gr.] *Studium, et diligentiam notat, ac naturae opponitur. De erymo vid.*

INDVSTRIVS. Donatus ad illud Ter. Andr. 4, 5, 55 Paullam interesse censes, ex animo omnia, Vt fert natura, facias, an de industria, sic commentatur, Industria, scientia, et prouidentia: ea enim, quae discimus, et scimus, operatione genita et industria quadam scimus. Rutilius Lup. de Fig. sentent. Epiploce p. 4 ex Lycurgo, At mihi mirum videtur, (ironice) quod tam excelsum boni gradum homo summum laboris exceperit? Nam cui praesto est sua voluntas, industrius fit necesse est: industriam vero scientia consequitur: ex scientia copia et facultas ingenii nascitur, ex qua facultate vera et facili felicitas laudis oritur. Neque enim temere diligens studium virtutis fructus fortunae fallit. Plaut. Most. 2, 1, 1 Iuppiter supremus summis opibus atque industriis me perisisse, et Philolachetem cupit herilem filium. Plin. Epist. 3, 7 pr. Ex Proconsulatu Asiae gloriam reportauerat, maculam veteris industriae laudabili otio abluerat. Cic. . . Vt industria nostra tuae morem geramus voluntati. Idem Verr. 3, 35

40 In quo meam industriam ac diligentiam spectari volo? Virg. Georg. 3, 209 Sed non vlla magis vires industria firmat, Quam Venerem, et caeci stimulos auertere amoris. Sallust. Iugurth. c. 95 Nunquam super industriam fortuna fuit. Illa tumultu gaudens non est industria Sen. Epist. 3. Cic. pro L. Manil. 29 Illae sunt virtutes im-

45 peratoriae, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo. Ter. Prol. Adelp. 25 Facite aequanimitas Poetae ad scribendum augeat industriam. Industria et conatus Cic. Act. Verr. 1, 35. Ibid. 5, 179

Hominum nobilium non fere quisquam nostrae industriae fauet. Cic. Verr. 3, 35 In quo meam industriam ac diligentiam spectari volo?

50 Agilis, vid. AGILIS. Cic. Tusc. 4, 43 c. 19 de Demoflene, Qui dolere se dicebat, si quando antelucana victus esset industria. Acuat se Diligens industria Phaedr. 2, 1, 4. Militaris, vid. MILES.

55 Cic. pro Cael. 45 c. 19 Ingenium saepe, etiam si industria non alitur, valet tamen ipsum suis viribus: sed inerat ratio et bonis artibus instituta, et cura et vigiliis elaborata. Haec igitur est Industria. Augere industriam, vid. AVGEO. Cic. in Orat. 6 Aut languescat industria. Ponere industriam Id. Fam. 3, 9. De industria aliquid facere, Dedita opera, vel data opera. Scribon. 206. 271.

60 Ter. Andr. 4, 5, 56 Paullum interesse censes, ex animo omnia, vt fert natura facias, an de industria? Cic. Off. 1, 24. et Verr. 2 c. 12. Ex industria Idem Quinctil. 1, 9. et Liu. 26, 51. Industria, Ablatiuus, idem, quod De industria. Plaut. Truc. 1, 1, 37 Atque haec celamus nos damna industria, quum iam rem fidemque nosque nosmet

65 perdimus. Plur. Cic. in Verr. 3, 7 c. 4 Odistis hominum nouorum industrias.

INDVSTRIVS, a, um. Adi. [*εὐφρῆς, ἀρχίλνς*] *Diligens, et considerate, studioseque agens negotium iuum.* Cic. Verr. 3, 53 c. 21 Nympho est Centuripinus, homo nauus et industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. Idem Tusc. 2, 35 Itaque industrios homines illi studiosos, vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laboriosos. Industrium (inquit Festus) antiqui dicebant Indostruum, quasi quidquid ageret, Intro strueret, et studeret domi. Si placet erymon, potius dicam, indostruere esse simpliciter instruere:

70 industrium autem, qui instruat diligenter, et paret omnia, seque adeo ipsum, ad agendum aliquid. Homo vigilans et industrius Cic. Att. 8, 11. Acer et industrius vir in rebus gerendis Id. Tusc. 5, 57 c. 20. Gens Iustin. 1, 7, 12. Compar. Plaut. Most. 1, 2, 71 Quo neque industrior de iuuentute erat arte gymnastica, disco, hastis, pila,

80 cursu, armis, equo, etc. Cato apud Priscian. Ed. Putsch. 3 p. 601 Imperator laudem capit, exercitum meliorem et industriorem facit.

INDVSTRIE. Adu. [*εὐφρῆς*] *Ingeniose.* Quinctil. 5, 12 Fortiter et industrie tutatus contra piratas, etc. Caes. B. C. 3, 95. et B. G. 7, 60. Conf. Flor. 1, 6, 2. Iustin. 13, 2, 9. et 43, 5, 3. Compar. Cic. pro Domo 27 c. 11 Quis apud Populum Romanum de illius dignitate industrius, quis Senatui saepius dixit?

85 INDVSTRIOSVS, a, um. Adi. Val. Max. 3, 4, 2. Sen. de Prouident. c. 2.

INDVSTRIOSE. Adu. Genus scripturae industriose excoluit Suet. f. Incertus de Vita Iuuenalis. Add. Cassiodor. Epist. 1. Cato apud Charif. p. 181.

INDVVIÆ, arum. f. Pl. Plaut. Men. 1, 3, 9 Induuiæ tuæ atque vxoris exuuiæ. Conf. Sallustian. de Gub. Dei 1 p. 22. et Prudent. Psychom. 579.

95 INDVVIVM, i. n. [*φλοιός*] *Pro Cortice arboris, quo ipsa induitur.* Plin. 13, 4 Vtilem sibi arborisque induuis circulum mira pernicitate tum homine subeunte. De palmis.

INEA, vid. sub INA.
INEBRAE Aues, Quae in auguriis aliquid fieri prohibent, et prorsus omnia inebra appellantur, quae tardant vel morantur agentem, Festus. Vet. Gloss. inebra, ὄρνειον μαυρευτικόν. Isidor. 12, 7 In-

hibae dicuntur, si aduersae sunt, quod inibeant, id est, vetent: si prosperae,

prosperae, praepetes. *Quod de etymo est, non videtur absurdum ab inihibendo dictas primum esse: sed admodum variasse scripturam antiquitus, indicio est, quod a Festo refertur Enubro, inihibenti: Gloss. Enibra, ἐναντία. Enibericus, ἔνυβρος. Embrum (pro Enibrum) πραγμάτιος (f. πραγμάτος) ἐρισθλαβής. Porro Seru. ad Aen. 3, 246 vocantur Inihbrae, ut etiam editum est in Burmanniana. Quod vero ibi monetur, inihbras f. inebras esse easdem, quae ab eodem Seruio ad 461 (leg. 361) inferae dicuntur, et alterutrum locum ex altero corrigendum, viderint otiosiores.*

INEBRIO, āre. [*μεθύω*] *Vino implere, ebrium facere.* Plin. 10 12, 22 Palma, quae vocatur adipfos, vescentes inebriat. Idem 17, 26 Quoniam inebriatis radicibus nocent. Iuuen. Sat. 9, 113 Et miseram vinofus inebriat aurem, i. implet susurris et narratiunculis.

INEBRIATVS, a, um. Partic. Sidon. Epist. 1, 5 Aër venenatis flatibus inebriatus.

INEBRIATIO, onis. f. *Apud Firmic.*

INEBRIATOR, oris. m. Tertull. aduerf. Marc. 5, 18 Sanctorum inebriatores.

INEDIA, aë. f. [*ἀστία*] *Fames et tempus, quo quis ab edendo abstinit.* Cic. de Fin. 5, 82 c. 27 Vigiliis et inedia necatus. Plin. 20 11, 54 (53) Homini non utique septimo letalis inedia. Imperiosa, vid. IMPERO. Sustinere inediam Celf. 1, 3. Consumi inedia Scribon. 104. *Inedia differt a Fame, quod Fames semper est cum cupiditate edendi; Inedia vero etiam sine appetitu, ut in aegrotis, aut qui voluntariam mortem inedia arcessunt, ut Plin. Epist. 3, 7 pr. Silius*

Italicus inedia vitam finit. Suet. Tib. c. 54 Mori inedia destitanti, per vim ore diducto, infulciri cibum iussit.

INEDAX, ācis. Gloss. Gr. Lat. ἰδοβάγος, inedax.

INEDITVS, a, um. Adi. [*ἀνέκδοτος*] *Causa inedita. Vid. CAUSA.*

INEFFABILIS, e. Adi. [*ἄφατος, ἀναύδητος, ἀνευφώνητος*] *Quod effari non possis, aut exprimere.* Plin. 28, 2 Non est facile dictu, externa verba, atque ineffabilia derogent fidem validius, an Latina inopinata, etc. Idem in praef. 5. et Apul. Miles. 8 p. 204.

INEFFABILITER. Adu. Augustin. Enchir. c. 89. Idem de Trin. 3, 3. et Lactant. 2, 9.

INEFFABILITAS, atis. f. Augustin. Epist. 112, 13.

INEFFICAX, ācis. Adi. [*ἀνήνυτος*] Plin. 27, 12 Inefficacius, quam superiora. Idem 34, 11 Fit et ex candido aere squama, Cypria longe inefficacior. Exceptio Modestinus in l. si mulier D. de iure dotium. Studia Firmic. 5, 15. et 6, 10. Sen. de Ira 1, 10 Ratio sine affectu inefficax. Vet. Gloss. ἀδρανής, segnis, inefficax, socors, ignauus. Superl. Gruter. Inscript. p. 415 n. 10 PARENTES INEFFICACISSIMI.

INEFFICACITER. Adu. Paul. 1. 2 Dig. quae sent. sine app. refe. Inefficaciter condemnatus. Symmach. Epist. 6, 53 Inefficaciter postulata.

INEFFICIENTIA, ae. f. Cassian. de Incarn. Dom. 7, 3.

INEFFIGIATVS, a, um. Adi. [*ἀνεκίονιστος*] *Informe, quod non est factum ad aliquam effigiem, vel nullam alicuius rei formam aut effigiem refert.* Gell. 17, 10 Namque, ut illa bestia fetum ederet ineffigiatum informemque, lambendoque id postea, quod ita edidisset, conformaret et fingeret Tertull. de Anima c. 9.

INEFFIGIABILIS, e. Adi. Tertull. ibid. c. 24 pr.

INEFFRENATVS, a, um. Adi. Vet. Interp. Iren. lib. 5.

INEFFUGIBILIS, e. Adi. Adrafea, ineffugibilis necessitas vltionis Apul. de Mundo extr.

INEFFVSVS, a, um. Adi. Ineffusum laxa crinem Apul. Met. 2 p. 122, 6. Sed Elmenh. disiungit in effusum eodem sensu.

INELABORATVS, a, um. Adi. [*ἀκατέργαστος, ἀνεύργητος*] *Quod artificio non satis excultum est, et vitio datur.* Quinctil. 4, 1 Nec tamen deducta semper atque circumlita, sed saepe simplici ac inelaboratae similis, nec verbis vultuque nimia promittens, etc. De oratione prooemii. Alii legunt Illaboratae. Item circumlata. Sen. de Tranquill. c. 1 Oratio inelaborata. Conf. Lucil. per Douf. p. 12.

INELĒGANS, antis. Adi. [*ἀμύσος, ἀπαρόκαλος*] *Eleganti contrarium.* Plin. 37, 10 Carmen dicatum Veneri, non inelegans. Idem 21, 25 Vestes tuetur odore non ineleganti. de heliobryso. Cic. de Clar. Orat. 281 c. 81 Ineratque ingenium satis acre, et orationis non inelegans copia. Deliciae illepidae atque inelegantes Catul. 6, 2.

INELEGANTER. Adu. [*ἀμύσος*] Cic. de Fin. 2, 26 c. 9 Primum diuisit ineleganter. Gell. 17, 2 Non inusitate dixit, nec ineleganter.

INELVCTABILIS, e. Adi. [*ἀκαταπάλαυστος*] *Quod vitari non potest, hoc est domari, et lucta cuinci.* Virg. Aen. 8, 334 Ineluctabile fatum. Idem Aen. 2, 324 Venit summa dies, et ineluctabile tempus Dardaniae. Coenum Stat. Theb. 9, 502. i. E quo nequeas emergere. Ineluctabilis factorum vis Paterc. 2, 57, 3.

INELŌQVENS, entis. Adi. Eloquenti contrarium. Lactant. de Opif. Dei c. vlt. M. Tullius eloquentiae ipsius vnicum exemplar, ab indoctis et ineloquentibus, quia pro vero nitebantur, saepe superatus est.

INELOQVAX, ācis. Adi. Nouatian. de Trin. 29 Gemitibus ineloquacibus, ἀνεκλαλήτοις, ineffabilibus.

INELOQVIBILIS, e. Adi. Lactant. 7, 11 Ineloquibiles immortalitatis suae fructus capit.

INELVIBILIS, e. Adi. Ineluibiles sibi maculas inusserunt Lactant. de Ira Dei c. vlt. al. plures, indelebiles.

INEMENDABILIS, e. Adi. [*ἀνεπινοήσματος*] *Quod emendari non potest: ut, Affectus* Sen. de Ira 3, 41. Add. Idem Epist. 57. Error Val. Max. 7, 2, 2. Prauitas inemendabilis Quinctil. 1, 1.

INEMENDATVS, a, um. Adi. Hieron. adu. Ruffin. 3, 9. Augustin. Ep. 54.

INEMERIBILIS, e. Adi. Non, quia aut substantiae ipsi inemeribile sit, aut Deo impossibile Tertull. de Resurr. Carn. c. 18. Inemeribile substantiae, quod illa sustinere et velut stipendium mereri non possit. Meremur, quod nobis euenit, contingit.

INEMORIOR, ēriē, ōri. Dep. Hor. Epod. 5, 34 Quod posset infossus puer Longo die bis terque mutatae dapis Inemori spectaculo. h. e. Emori in spectaculo, etc.

INEMTVS, a, um. Adi. [*ἀπλητος*] *Non emtus.* Martial. 1, 172 Saltus aprum, campus leporem tibi misit inemtum. Inemtae ruris dapes Columel. 11, 3. Virg. Georg. 4, 135. Tacit. Hist. 2, 60, 6 Consulatus inemtus. Fundus l. 2 D. de L. Commissor.

- INENARRABILIS**, e. Adi. [*ἀδιήγητος*] *Quod enarrari non potest.* Plin. 8, 7 Sed Pompeiani amissa fugae spe misericordiam vulgi inenarrabili habitu quaerentes, supplicauerunt. *Et* 10, 2. Munus Martialis. 2, 10. Natura fluminum inenarrabilis Sen. Nat. Qu. 3, 22. Ratio quaedam latens est inenarrabilis Quinct. 11, 3, 177. Subtilitas Plin. 21, 1.
- INENARRABILITER**. Adu. Liu. 41, 15 Iecur omne inenarrabiliter absumtum.
- INENARRATIVS**, a, um. Adi. [*ἀνεδιήγητος*] Gell. 12, 6 Quod inenarratum relinquamus. Idem 19, 14.
- INENATABILIS**, e. Adi. Inenatabile profundum Tertull. de Idolol. c. 24.
- INENODABILIS**, e. Adi. [*ἀκατάλυτος*] Cic. de Fato 18 c. 9 Nec quum haec ita sint, est causa cur Epicurus fatum extimescat, et ab atomis petat praesidium, easque de via deducat, et vno tempore fuscipiat res duas inenodabiles, vnam, vt sine causa fiat aliquid etc. Apul. Apol. 1 p. 276 Capillus inenodabilis diutina incuria.
- INENORMIS**, e. Adi. Inenormis proceritas Apul. Met. 2 sub init. i. modica, qui normam non excedat, vt ibid. succulenta gracilitas.
- INENVNTIABILIS**, e. Adi. Incomprehensibile et inenuntia-
bile esse Censorin. de Die Nat. c. 18.
- INEO**, iui, itum, ire. [*ἴσασμι, ἐμβατεύω*] *Ingređi.* Plaut. Ca-
fin. 3, 6, 25 Si tu iubes, inibitur tecum. i. *Ingređiar tecum.* Idem
Cist. 4, 2, 32 Neque prorsum iniiit hac: hic stetit etc. *vestigia in*
25 *pulvere considerans dicit.* Plin. Paneg. 13 Tentoria. Cic. prb
Corn. Balbo 25 Qui si suis decretis legibusue sanxissent, ne quis suorum
ciuium castra imperatorum Pop. Rom. iniret. Tacit. Ann. 3, 11 Vt
ouans iniret. *Item* Ann. 6, 2 Inire curiam. *Et* Ann. 13, 35 Sta-
tionem. *Et* Ann. 15, 58 Spectaculum. Taurus iniiit caelum Ouid.
30 *Fast.* 5, 617. Iniiit te vnquam febris? i. *Nunquamne te corripuit*
febris? Plaut. Fragn. 2, 12. ¶ 2 *Formulae ordine Sub-*
stantiuorum elementari. Sen. de Benef. 5, 8 Horum quomodo iudex
inibit Aestimationem, quum sermo et dubitatio, et vultus meriti
gratiam destruat? Animum inire societatis Pompon. in l. plane
35 D. pro socio. Ter. Andr. 5, 1, 5 Immo enim quam maxime abs
te postulo, atque oro Chremē, vt Beneficium verbis Initum dudum,
nunc re comprobēs: vt Gratiam inire. *Scilicet* Gratia est beneficium.
Liu. 34, . . . Atque ego nonnullarum cupiditatum ne Causam quidein
aut rationem inire possum. Certamen Cic. de Fin. 4, 31. Virg.
40 Aen. 5, 114. Communionem sagariam Vlpian. in l. cum duobus D.
pro socio. Connubia famulae Ouid. Amor. 2, 7, 21. Consilium
de re aliqua Plaut. Pseud. 1, 5, 129. Cic. Fam. 9, 24 Nam et Aquini
et Fabrateriae Consilia sunt inita de me. Consilium cum ali-
quo, *pro Capere consilium* Cic. ad Brut. 15. Liu. . . . Qui
45 regni recuperandi Consilia inissent. Caes. B. G. 3, 11 His initis
Consiliis oppida muniunt. Consilium multae calliditatis iniiit Ouid.
Fast. 3, 380. Consortium inter fratres initum Vlpian. in l. cum
duobus D. pro socio. Consulatum, *Ingređi dignitatem Consula-*
rem: Caes. B. C. 1, 5 Qua ex die Consulatum iniiit Lentulus. Con-
50 *uiuium, pro Ire ad:* Cic. pro Rosc. Amer. 52 Conuiuia cum patre
non inibat: quippe qui ne in oppidum, etc. Idem Verr. 3, 105
Quocum inire Conuiuium nemo vnquam nisi turpis impurusque volu-
isset. *Conf.* Tacit. Ann. 15, 52, 1. *Et* 4, 10, 4. Cic. de Arusp.
Respon. 39 Quum vxorem foremque non discernis, quum quod in-
55 eas Cubile non sentis. Curiam, *vid. supra.* Cic. pro L. Ma-
nil. 41 Vnde illam tantam celeritatem, et tam incredibilem Cursum
inutum putatis? Virg. Aen. 5, 583. Dapes cum aliquo Stat.
Silu. 1, 6, 48. Decus, i. *Incipere* Virg. Ecl. 4, 11. Domos
ignotas Ouid. *Fast.* 3, 160. Epulas Tacit. Ann. 15, 52, 1. *Vid.*
- CONVIVIUM**. Foedus Propert. 4, 4, 60. Plaut. Cistell. 1,
1, 8 Ego vos amo, et eo a me maximam inistis Gratiam. *Sic*
Curc. 3, 1, 35 Inire Gratiam solidam et grandem. Cic. Fam. 4, 2
Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabamur. *Id.*
Verr. 4, 143. *Conf.* Ter. Eun. 3, 5, 3. Cic. de Arusp. Resp. c. 23.
65 Liu. 36, 5 Apud regem Gratiam initam volebant. Cic. Att. 7, 9
Quod ille si faciat, iam cum bonis omnibus summam ineat Gratiam.
Praepositionibus subintellectis: Cic. Att. 1, 14 Intellexi hominem
moueri, vtrum Crassum inire eam Gratiam, quam ipse praetermississet,
an esse, etc. Idem Off. 1, 50 Sin erunt merita, vt non incunda, sed
70 referenda sit Gratia. Ter. Adel. 5, 7, 16 Ego lepidus ineo Gratiam.
Vbi Donatus, Ineo gratiam, In gratiam eo, hoc est, amicos comparo.
Ter. Heaut. 2, 3, 62 Perge obsecro te, et caue, ne falsam Gratiam stu-
deas inire. *Vid.* Inire Beneficium. Suēt. in Caes. c. 20 Inito
Honore, primus omnium instituit, vt, etc. Stat. Achil. 1, 281
- 75 Non colla iugo, non aspera praebet Ora lupis, dominique negat cap-
tius inire Imperia, i. *imperata facere.* Plin. in Paneg. 11, 5
Ac ne Inducias quidem, nisi aequis conditionibus, inibant. Liu.
3, 8. 10, 11. *Id.* 5, 17 Auspicia de integro repeterentur, et Interre-
gnum iniretur. Limen vitae, i. *Gigni* Lucret. 3, 681. Magistrat-
80 tum Cic. de Fin. 2 et 3. *Id.* Verr. 1, 125 Posteaquam Verres Magi-
stratum iniiit, etc. i. *Insignia magistratus cum imperio assumfit.*
Add. Cic. Phil. 3 extr. Columel. 5, 3, 1 His igitur velut primordiis
talis ratiocinii perceptis, non difficulter Mensuras agrorum inibimus.
Virg. Aen. 5, 846 Ipse ego paullisper pro te tua munera inibo. Ne-
85 gotationem Pompon. in l. si negotia D. de negot. gest. Nexum,
Vinciri, deuinciri, illigari, et detineri Liu. 7, 19. *Vid.* Nexus, in
NECTO. Plin. Epist. 9, 16 Cum historicorum more scribas, Nu-
merum iniri non potuisse. Liu. 38, 23 Numerus interfectorum
haud facile iniri potuit. *Conf.* Tacit. Ann. 2, 83. Plaut. Perf.
90 2, 5, 16 Quid iam? SA. quia boues bini hic sunt in crumena. T.
emitte fodes, ne enicet fames, inire Pastum. *b. e. Sine eos pascere.*
Cic. de Diuin. 1, 51 Quum Pericula praeliorum iniret audacius. *de*
Decio. Praelia Virg. Georg. 4, 314. Liu. . . . Hoc vlti-
mum vtrinque initum finitumque est Praelium. *Add.* Cic. Off. 1 c. 11.
- 95 Pugnam et praelium Plaut. Amph. 2, 2, 112. Ter. Heaut. 4, 2, 7
Quid agam? aut quid comminiscar? Ratio de integro incunda est
mihi. *consilium denuo capiendum.* Cic. Verr. 3, 10 Mihimet incunda
Ratio, et via reperienda est, qua ad Apronii quaestum, siue adeo
qua ad istius ingentem immanemque praedam possim peruenire. Cic.
100 Philipp. 5, 53 De agro Campano separatim cognoscerent, inirentque
Rationem de commodis militum veteranorum augendis. *Add.* Att.
12, 20. Idem Fam. 13, 29 Adiuues, inearque Rationem, quemadmo-
dum ea mulier Romam perducatur. i. *Consideres.* Cic. Fam. 5, 20
Nam et Voluffi liberandi meum fuit consilium: vt et multa tam gra-
105 vis a Valerianis praedibus, ipsique T. Mario depelleretur, a me inita
Ratio

Ratio est. Cato de R. R. c. 2 Vbi ea cognouit, Rationem inire oportet operarum, dierum, etc. computare Cic. contra Rull. 2, 66 Inietur Ratio quaestus de vestra pecunia. Sic ex primis edit. et MSS. etiam Gracu. Inibitur Manu. Cic. de N. D. 3, 71 c. 29 Medea modo et Atreus commemorabantur a nobis heroicae personae inita subductaque Ratione, nefaria scelera meditantes. i. consilio capto, deliberato, ne peccasse imprudentia lapsi, vel furore aliquo impulsu videantur. Liu. 28, 8 Sed vix Rationem inire posse, vtrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum. Ter. Phorm. 2, 2, 30 Haec, cum Rationem inreas, quam sint suauias, et quam cara sint, Ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praesentem Deum? Sic optimi quique: non ratione, ut quidam. Caeterum Donatus, interpretatur, aestimes, intelligas. Sedes lucidas inire Hor. Carm. 3, 3, 34. in sidera referri. Planc. ad Cic. Fam. 10, 8 Vt potius cum pluribus Societatem defendendae libertatis iniremus, quam cum paucioribus, etc. 15 Virg. Ecl. 1, 56 Saepe leui Somnum suadebit inire fufurro. Spectaculum et Stationem, vid. supra n. 1. Suffragia inire, ire in suffragia, sententias ferre Liu. 3, 71. Conf. 34, 2 pr. Tentoria, vid. supra. Thalamum Ouid. Met. 4, 328. Idem ibid. 3, 282 — Multi Nomine diuorum Thalamos iniere pudicos. Tribu- 20 natum, ut Magistratum Cic. de Legib. 3, . Idem Att. 11, 20. Viam, pro Ingredi Propert. 2, 35, 8. Cic. pro Muraen. 26 Inite Viam: praesto aderat sapiens ille, qui inire Viam doceret. redite viam, eodem duce redibant. Vias ignotas Ouid. Rem. Amor. 578. Viam, pro rationem: Liu. 1, 23 extr. Ineamus Viam aliquam, qua sine magna clade, sine multo sanguine vtriusque Populi decerni possit. Idem 35, 7 pr. Via fraudis inita. ¶ 3 Pro Coire, de Venere, Inire debent feminas Verres Pallad. Feb. 26, 1. Columel. 7, 3, 12 de ouibus, Vt eadem ratione matrices ineamur. Plin. 8, 44 Arcerique vtrumque genus ab altero narrant, nisi in infantia eius generis, quod ineamur, lacte hausto. Plin. 10, 63 Ineamur a partu sexto mense. Sed etiam de hominibus vsurparunt. Huc refertur Plaut. Casin. 5, 2, 44 Surgo ut meam. In primis Antonius in epistola ad Augustum apud Suet. c. 69 Quid te mutauit? Quod regnam in eo? Vxor mea est. — Tu deinde solam Drusillam inis? Ita valeas, vti tu hanc epistolam cum leges, non inieris aut Terentillam etc. 35

INIENS, euntis. Partic. [*ἰσόμενος*] Absolute positum, de incipientibus maioribus rebus adhibetur: ut, Ineunte Aetate, etc. Ab ineunte Adolescentia Tac. Orat. 8, 9. Cic. de Senect. 53 Sunt pueritiae certa studia: num igitur ea desiderant adolescentes? sunt et ineuntes Adolescentiae: num ea iam constans requirit aetas, quae dicatur, media? Cic. Off. 1, 122 c. 34 Ineuntis enim Aetatis inscitia, senum constituenda et regenda prudentia est. Cic. pro Corn. Balb. 16 Et ab ineunte Aetate relictis rebus suis omnibus in nostris bellis, nostris cum imperatoribus esse versatum: nullius laboris, nullius praelii expertem fuisse. Id. pro Deiot. 28 Quibus ille studiis ab ineunte Aetate se imbuerat. Conf. Id. de Orat. 1 c. 21. Aeuo ex ineunte Lucr. 2, 742. Anno ineunte Suet. Tiber. c. 51 et 61. Ianuario ineunte cura vt Romae sis Cic. Att. 1, 1. Alia exemplaria habent Ianuario mense, vt etc. 50 Cic. de Senect. 52 Itaque ineunte Vere, in iis quae relicta sunt, existit tanquam ad articulos farmentorum ea, quae gemma dicitur. Caes. B. G. 2, 2 Iis nuntiis, literisque commotus Caesar: duas legiones in citeriore Gallia conscripsit, et ineunte Aestate in vltiorem Galliam qui deduceret, Q. Pedium legatum misit. Add. Cic. pro Marc. c. 12 extr. et ad Att. 4, 2. Ab ineunte Vita Gell. 14, 1. 55

INITO, are. Frequent. ab Ineo. Diomedes 2 p. 336 pr. Ineo, inis, inito dicimus. Pacuuius, Loca arida initas.

INITVS, us, m. [*ἰνιδασμός*] Coitus. Plin. 8, 42 de equis, Nec tamen quindecim initus eiusdem anni valet tolerare. Ibid. 60 c. 44 Et quae non primo initu generare coeperit. Ouid. Fast. 4, 94 de Venere, Perque suos initus continet omne genus. Ingressus, Introitus: Lucr. 1, 13 Tuumque, o Venus, Significant initum percussae corda tua vi.

INITVS, a, um. Adi. Aestate inita Caes. B. G. 2, 2. Ratio inita et subducta Cic. de N. D. 3 c. 29. Societas potentia inita Paterc. 2, 65, 2. 65

INITIVM, INITIO, etc. vid. suo loco.

INEPTVS, a, um. Adi. [*ἀνεπίτηδιος, ἀπερόκαλος, ἀφύης*] Non aptus. Cic. de Orat. 2, 17 c. 4 Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus, idque in sermone nostri consuetudine perlate patet. Nam qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinuus, aut multus est, is ineptus dicitur. Add. Idem ibid. c. 5. it. 1 c. 24. Donatus ad 75

Andr. 1, 5, 23 Ineptum dici ait, Quod a quouis reprehendi potest. Ter. Adel. 1, 1, 38 Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es. Minus ineptus Ter. Eun. 2, 1 extr. Non ineptus, vid. NON. Ter. Andr. 1, 5, 22 Censen' vllum me verbum potuisse proloqui: aut vllam causam, ineptam saltem, falsam, iniquam? obmutui. Char- 80

tae Hor. Epist. 2, 1, 270. Labor Plin. Epist. 1, 9. Ter. Adel. 3, 3, 17 Inepta Lenitas patris, et facilitas praua. Lusus Ouid. Trist. 2, 223. Negotium ineptum et Graeculum Cic. Tusc. 1, 86. Rifu inepto res ineptior nulla est Catul. 40, 21. Via inepta, Incommoda, difficilis. Cic. Att. 16, 13 Longulum sane iter, et via inepta. Ineptum est de tam perspicua istius impudentia pluribus verbis disputare Cic. Verr. 1, . Idem in Orat. 29 Hoc esse Atticum in Lysia, non quod tenuis sit atque inornatus, sed quod nihil habeat insolens aut ineptum. Superl. Quinctil. 11, 3 Discursare ineptissimum. Disputatum est, habeantne Graeci nomen, quod Inepto re- 90

spondeat. Cic. de Orat. 2, 18 c. 4 statim post verba, quae initio protulimus; Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Graecorum natio: itaque quod vim huius mali Graeci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt: vt enim quaeras omnia, quomodo Graeci ineptum appellant, non reperies. Hinc Ang. Politianus Miscell. Cent. 1, 1 Nec vllus eorum, inquit, quamlibet inquirendo se torserit, inepti reperire adhuc, aut excogitare vocabulum potuit. Laborauit quidem Guil. Budaeus de Ass. p. 13 protulitque ἀόρημος, ἀπερόκαλος, ἀπίθανον, καὶ σκαίων, καὶ μάταιον, καὶ ἀφύης, καὶ ἀπεικός. Sed eundo per singula refutatus est a I. C. Scaligero, cuius hac de re declamatio edita inter illius epistolas et orationes, p. 422 — 447 Festinauit ergo A. Schottus Nod. Cic. 4, 1 cum contra Ciceronem scripsisse ait Scaligerum. Eandem causam se egisse ait in diff. de optimo interpretandi genere, etc. Interim Priscianus 1. 13, 6 p. 963 Putsch. ineptus, transtulit κωφός. Vet. Gloss. ἀνόητος, ineptus, mente captus. Illud apparet, puto, ineptum esse alienum a lo- 105

co, tempore, personis, negotio: praesertim vero magnum conatum in re parua. Caeterum non puto esse Graecum nomen aptius, quam ἀνάρμοςον, quod etiam non facile ad repellendum a notione inepti, fatetur Scaliger. Certe Aristoph. Nub. 905. Τυφογέρον εἰ καὶ ἀνάρμοςον optime ineptus red-
 5 dicitur: et est sane ἀρμόζεν Latinum aperere, unde ineptus eadem ratione, ut ab illo ἀνάρμοςον.

INEPTIO, ñui, ïre. [ἀπαδόλλω] Facere aut Dicere quod neque loco, neque tempori, neque rebus, neque personis conueniat. Ter. Phorm. 2, 3, 73 Non agam? immo non desinam, donec perfecero hoc. P. ineptis. Idem Adel. 5, 8, 11.

INEPTIA, ae. f. [ἀπαδολία, ἀπειροκαλία] Quod in Plurali saepius reperitur, tam verborum, quam factorum est. Ter. Phorm. 4, 3, 43 Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias. Plaut. Merc. Prol. 26 Ineptia, stultiatque adeo, et temeritas. Cic. Fam. 3, 7

15 Quaesio etiamne tu has ineptias, etc. Idem Tusc. 1, 92 c. 37 Ineptiae paene aniles. Lectores ineptiarum Catul. 15, 1. Facere aliquid ineptiarum Idem 6, 14. Sueton. Grammat. 21 de C. Melisso, Sexagesimum aetatis annum agens libellos Ineptiarum, qui nunc locorum inscribuntur, componere instituit, absoluitque centum et quin-
 20 quaginta, quibus et alios diuersos postea addidit.

INEPTE. Adu. [ἀπειροκαλως] Minus apte, et imprudenter. Plaut. Mostel. 2, 2, 74 Interdum inepte stultus es. Cic. Tusc. 1, 11 Inepte sane quis est enim, etc. Idem Acad. 1, 13 c. 4 Nam etsi non sus Mineruam, ut aiunt, tamen inepte quisquis Mineruam docet.
 25 Non inepte dicere Cic. de Cl. Orat. c. 82. Moliri aliquid inepte Hor. de Arte Poët. 140. Compar. Lactant. 3, 17 Ineptius delirare. Superl. Idem 1, 12 Fabula ineptissime ficta. Quinctil. 11, 3 Ineptissime fieri.

INEPTIOLA, ae. f. Auson. Epist. Gryph. ante Eidyll. 11 Fuit
 30 ineptiolae huius ista materia.

INEPTITVDO, ïnis. f. pro Ineptia. Caecilius ἀρπαζομένη, Qui homo ineptitudinis cumulatus, cultum oblitus est. Non. 2, 455.

INEQVITO, ïre. Apul. Met. 3 pr. Commodum puniceantibus phaleris Aurora roseum quatiens lacertum caelum inequitabat. Et
 35 6 p. 177, 40 Aurora commodum inequitante. Metaphorice ponitur ut insultare, inuehi. Macrobi. 7, 15 Quae ergo coniecit de carne

lutulenta, audet inequitare Philosophiae, de incorporeis et vere diuinis certa ratione tractanti. de medicina loquitur. Et Arnob. 5 p. 170
 40 Non quo nobis dulce sit tam foedis inequitare mysteriis. h. e. illis recensendis vobis insultare. Idem 7 p. 235 Frustra inequitas nobis.

INEQVITABILIS, e. Adi. Non equitabilis. Curt. 8, 14, 4 Imber, violentius quam alias fusus, campos lubricos et inequitabiles fecerat.

INERMO, ïre. [ἀφονλίζω] Armis spoliare Festus.

45 INERMIS, e. Adi. [ἀνοπλος, ἀοπλος] Qui armatus non est. Cic. ad Brut. 10 Perterritos, inermes, sauejos non sunt nostri duces, perfecti. Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 27 Cedam inermis armatis, innocens nocentibus, etc. Adolescentes Nep. 10, 9, 3 et 6. Arcus Stat. Silu. 1, 2, 80. Dextra Virg. Aen. 11, 414. Hostis Propert. 4, 1, 148. Vulgus Ouid. de Arte Am. 3, 46. Inermis ac
 50 nudus in differendi arte, per translationem Cic. de Fin. 1, 22. Amor Tibul. 2, 5, 106. Carmen Propert. 4, 6, 32.

INERMVS, a, um. Adi. [ἀθωρακιστος] Idem. Cic. Fam. 11, 12 Ita enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis
 55 inermis, perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. Inermi Cic. pro Caec. c. 22 in MS. Palat. al. inermes. Sallust. in Iugurth. 107 pr. Neque quemquam decere, qui manus armauerat, ab inermis pedibus auxilium petere. Sic enim legit Nonius 8, 75 qui etiam laudat Sisennae, Plerisque inermis in castra perfugiunt. Sall. Iugurth.
 60 99 Singulos prae se inermos mittere. Add. Tac. H. 3, 6, 4. Omnia cedebant armatis nuda et inerma Lucret. 5, 1291. Vulgus inermum Virg. Aen. 12, 131.

INERRO, ïre. [πλαναίνομαι] Plin. Epist. 1, 6 extr. Experieris non magis Dianam montibus, quam Mineruam inerrare. Ignis in-
 65 errat aedibus Stat. Silu. 1, 5, 58.

INERRANS, antis. Part. [ἀπλανής] Inerrantes stellae, quae et Fixae dicuntur, quod suo loco moueri non appareant. Cic. de N. D. 2, 55 c. 21 Habent igitur suam sphaeram stellae inerrantes ab aetherea coniunctione secretam et liberam. Conf. n. 54.

70 INERRABILIS, e. Adi. Qui errare non potest. Apul. de Dogm. Plat. p. 56 Globorum caelestium supremus inerrabili motu censetur. Idem de Mundo p. 234 Orbis qui inerrabilis dicitur.

INERS, ertis. Adi. [ἀπράγμων] Sine arte Ignauus. Fest. Cic. de Fin. 2, 115 c. 34 Sed lustremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a maioribus nominabantur. Ter. Andr. 3, 5, 2 Atque hoc confiteor iure obtigisse, quandoquidem tam iners, tam
 75 nulli consilii sum. Gerro, iners, fraus heluo Ter. Haut. 5, 4, 10. Virg. Ecl. 1, 28 Libertas: quae fera tamen respexit inertem. Cic. Verr. 2, 192 At homo inertior, ignauior, magis inter mulieres nequam, quam impura inter viros muliercula, etc. Conf. Idem de Sen. c. 11. Vno vitio minus vitiosus, quod iners, quod somniple-
 80 nus, quod imperitus, quod ἀπρακτότατος Idem Att. 1, 14. Plin. 8, 21 Iuxta hanc fera appellatur catoblepas, modica alioquin, caeterisque membris iners, caput tantum, etc. Inertes opera amici

85 Plaut. Bacch. 3, 6, 13. Plin. 9, 6 Illae ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, et pondere suo oneratae. Columel. 6, 27 Quod si admiffarius iners in Venerem est, odore perfricatur, deterfis spongia feminae locis. ¶ 2 Substantiua. Aetas iners, Senectus Ouid. Trist. 4, 8, 3. quae tardos facit. Anima Ouid. Met. 13, 76.

90 Idem Fast. 1, 168 Tempora commisi nascentia rebus agendis, Totus ab auspicio ne foret Annus iners. Causam reddit Ianus, cur primo die anni quisque suas artes delibet agendo. Brachia Ouid. Met. 5, 548. Bruma Hor. Carm. 4, 7, 12. Caro Idem Serm. 2, 4, 41. Corda Virg. Aen. 9, 55. Corpora Idem ibid. 2, 364. Frigus Ouid. Met.

95 8, 790. per Synecdochen quod facit tardos. Ignauum atque iners genus interrogationis Cic. de Fato 26. de Sorite. Glacies Hor. Carm. 2, 9, 5. Glebae, Pigrae, nihil producentes Virg. Georg. 1, 94. Id. Georg. 4, 25 In medium seu stabit iners, seu proluet humor. Ingenium Ouid. Amor. 1, 15, 2. Lucus, Quietus Stat. Theb. 10, 86.

100 Oculos stupor vrget inertes Virg. Georg. 5, 523. Cic. de L. Agr. 2, 90 Itaque illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam, ratione et consilio maiores nostri ad inertissimum et desidiosissimum Otium perduxerunt. Pectus Ouid. Trist. 3, 7, 22. Pondus Idem Met. 1, 8. Querelae, Languidae: Liu. 1, 59 pr. Mouet tum

105 patris moestitia, tum Brutus castigatior lacrimarum atque inertium quer-

querelarum. Plin. 31, 7 f. 39 Refrigerandoque salem faciunt inertem nec candidum. Sic 20, 22 f. 93 Blitum iners ac sine sapore. Et 23, 4 f. 45 Oleum e nuce iuglande iners et graui sapore. Scriptor Hor. Epist. 2, 2, 126. Cic. de Fin. 1, 3 Rudem enim esse omnino in nostris Poëtis, aut inertissimae Segnitiae est, aut fastidii delicatissimi. Senectus Sen. Herc. fur. 9. Senectus iners, ignaua, somniculosa Cic. de Senect. 36 c. 11. Somni Ouid. Amor. 2, 10, 19. Conf. Claud. Conf. Hon. 3, 41. Tempus abibit iners Ouid. de Arte Am. 3, 60. Terra Hor. Carm. 3, 4, 45. Truncus iners iacui Ouid. Amor. 3, 7, 15. Versus Hor. de Arte Poët. 445. Vita Tibul. 1, 1 pr. i. *Quieta*. Compar. Cic. Verr. Act. 1 extr. et Ouid. Trist. 4, 8, 3. Superl. Cic. Fin. 1 c. 2. Et Hirt. B. Afr. c. 57.

INERTIA, ae. f. [*ἀδράνεια*] Modo pro Ignorantia artis, modo pro Otio, modo pro Ignauia usurpatur. Columel. in Praefat. 2 Non igitur fatigatione, quemadmodum plurimi crediderunt, nec senio, sed nostra scilicet inertia minus benigne nobis arua respondent. Cic. pro Rosc. Com. 24 c. 8 Non propter inertiam laboris, sed, etc. Id. de Orat. 1, 68 Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiae nostrae. Inertia, ignauia, desidia, luxuria Auct. ad Her. 1, 8. Opposita: Cic. in Partit. 35 c. 10 Animi autem, aut quemadmodum affecti sunt, virtutibus, vitiis, artibus, inertis: aut quemadmodum commoti cupiditate, metu, voluptate, molestia. Idem Fam. 12, 20. Laboris inertia Cic. pro Rosc. Com. 24 c. 8. Mollis Hor. Epod. 14, 1. Paullum Sepulchrae distat inertiae Celata virtus Hor. Carm. 4, 9, 29. Strenua, Diligentia sine arte, et imprudens Hor. Epist. 1, 11, 28. Accusare inertiam, vid. ACCUSO. Afferre inertiam, vid. AFFERO. Castigare segnitiam hominum atque inertiam Cic. de Orat. 1, 185. Nec fecit inertia serum Ouid. ex Pont. 3, 4, 57. Coarguit fuga laboris inertiam, et desidiam Cic. pro Muræn. 66. Condemnare aliquem inertiae Idem de Orat. 1, 172. Condemnare se nequitiae et inertiae Cic. in Catil. 1, 4 c. 2.

INERTICVLVS, a, um. Adi. [*ἀμεθύσιος*] Plin. 14, 2 Inerticulam e nigris appellauere, iustius sobriam dicturi, inueterato praecipue commendabilem vino, sed viribus innoxiam. de vite. Colum. 3, 2.

INERVDITVS, a, um. Adi. [*ἀπαιδευτος*] Non eruditus. Suet. de Clar. Gramm. c. 15 Praeterea priscorum Catonis verborum ineruditissimum furem. Cic. Acad. 4, 132 Modo ne quis illud tam ineruditum, absurdumque respondeat. Non tam ineruditus sum, qui existimem Cic. pro Domo c. 34.

INERVDITE. Adu. Quintil. 1, 10 p. 89 Non inerudite ficta materia. Gell. 7, 3 Cato inerudite principio nimis insolenti vsus est.

INERVDITIO, ònis, f. Gloss. Vet. Ineruditio, ἀπαιδευσις. Conf. Vulg. Int. Sirac. 4, 30.

INERVANS, antis. et INERVATVS, a, um. Adi. Sunt qui legant Prudent. Cathem. 8, 63. et contra Symmach. 2, 143. ubi alii rectius enervans et enervatus. Licentiose primam utroque loco Poëta corripit, quae videtur fuisse mutandi occasio.

INESCO, are. [*δολοεἶν*] Decipere. Translatio a piscibus et aui- bus, quae proprie Inescari dicuntur, b. e. Oblata esca decipi. Ter. Adel. 2, 2, 12 Numquam rem facies, abi, nescis inescare homines, Sannio. Petron. c. 140 Sicut muta animalia cibo inescantur, sic homines non caperentur, nisi aliquid morderent.

INESCATVS, a, um. Part. Liu. 22, 41 Annibal id damnum haud aegerrime pati, quin potius credere velut inescatam temeritatem ferocioris Consulis.

INESCATIO, ònis, f. Augustin. . . .

INESCATORIVM, i. n. Sarisb. 3, 7.

INESVS, a, um. Adi. ἄβρωτον, inrosum, inefum Gloss.

INESVS, ùs, m. Inesus, atque omne, quidquid dici potest, in grauida refert Plin. 7, 6. Sic legi volebat Salmasius, et interpretabatur esum, f. cibum adeo. Sed restituit vel retinuit vulgatum incesus, Harduinus.

INEVECTVS, a, um. Adi. Tendit inuectus caelum super omne Virgil. in Culice v. 340. Sed post Scalig. sic editur, Ne quisquam propriae fortunae munere diues Iret in euectus, caelum super omne.

INEVITABILIS, e. Adi. [*ἀπαραίτητος, ἄφυκτος*] Quod vitari non potest. Fatum ineuitabile Curt. 4, 6, 17. Fulmen Ouid. Met. 3, 301. Conf. Sen. Epist. 49. et Quaest. Nat. 2, 50. Ius rigidum, et ineuitabile mortis Ouid. ad Liuiam 443. Plin. in Paneg. c. 42 Magnum et ineuitabile, ac toties cuique experiendum malum. Numen Stat. Theb. 9, 549. Ineuitabilis Pestis, occulta fraude grassans Quintil. Decl. 13.

INEVITABILITER. Adu. Augustin. Enchir. c. 13.

INEVOLVTVS, a, um. Adi. Vadas et redeas ineuolutus Martial. 11, 1. de libro.

INEXAMINATVS, a, um. Adi. Non examinatus. Firmic. 1, 2 Inexaminatae partis allegationes. Add. Mart. Capell. 9 p. 383.

INEXSATVRABILIS, e. Adi. [*ἀκόρετος*] Infatiabilis. Virg. Aen. 5, 781 Iunonis grauis ira et inexcitabile pectus. Conf. Arnob. 2 p. 71.

INEXCITABILIS, e. Adi. Sen. Epist. 84 Oppressus inexcitabili fomno.

INEXCITVS, a, um. Adi. Non excitatus. Ardet inexcita Aulonia atque immobilis ante Virg. Aen. 7, 623.

INEXCOCTVS, a, um. Adi. Vertere inexcocctam glebam Sidon. Carm. 7, 381.

INEXCOGITABILIS, e. Adi. Lactant. 1, 8. et 4, 8. Tertull. adu. Valent. c. 27.

INEXCOGITATVS, a, um. Adi. [*ἀδιανόητος*] Quod excogitatum et praemeditatum non est. Plin. 36, 15.

INEXCVLTVS, a, um. Adi. [*ἀδιακόσμητος*] Gell. 13, 23 pr. M. Cato, Consularis et Censorius, publicis iam priuatisque opulentis rebus, villas suas inexcultas et rudes, nec tectorio quidem praelitas fuisse dicit.

INEXCVSABILIS, e. Adi. [*ἀπροφάσιτος*] Ouid. Met. 7, 511 Gratia diis; felix, et inexcusabile tempus. quod non praebet occasionem vel obtentum excusandi, et negandi vobis auxilium. Onera Vipian. in l. si fideicommissum D. de iudiciis.

INEXCVSSVS, a, um. Adi. Seruos eos ipsos inexcussos esse volo. i. non excuti Scaeu. l. 23 §. 2 ff. de peric. leg.

INEXERCITATVS, a, um. Adi. [*ἀμελέτητος*] Exercitato Contrarium. Famem facilius fert inexercitatus quam exercitatus homo Cels. praef. fin. Cic. de Senect. 64 c. 18 Quibus qui splendide

vsi sunt, hi mihi videntur fabulam aetatis peregrisse: nec tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse. Sic Tusc. 2, 38 c. 16 Inexercitatum militem. Cic. de Orat. 2, 2 Omnium caeterarum rerum oratio mihi crede ludus est homini non hebeti, neque in-

exercitato, neque communium literarum et politioris humanitatis experti. Conf. Sen. Epist. 11. et Nep. 18, 3, 3.

INEXERCITVS, a, um. Adi. Idem. Cic. Tusc. 5, 113 c. 38 Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum philosophum, etc. Ex vetusto codice legitur, Non ignobilem Eretricum philosophum. Fluctuat lectio. Conf. Macro. 7, 8. Frontin. 2, 1, 9. in MS. vid. Keuchen. ibid. Tertull. Apol. c. 47.

INEXERCITABILIS, e. Adi. Vet. Interpr. Iren. 4, 75.

INEXESVS, a, um. Adi. Min. Fel. p. 332 Poenale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur, quae laceret, non exedat. i. consumat.

INEXHAUSTVS, a, um. Adi. [ὑπέραντος] Quod non potest, exhauriri. Cic. de Fin. 3, 7 c. 2 Erat enim, vt scis, in eo inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat. de Catone. Virg. Aen. 10, 174 — Ast Ilua trecentos Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis.

INEXORABILIS, e. Adi. [ἀπαραιτήτος, ἀκήλητος] Quod exorari non potest. Cic. Q. Frat. 1, 2 In literis mittendis (vt saepe ad te scripsi) nimium te inexorabilem praebuisti. Claustris inexorabilibus offerata arca Val. Max. 4, 8 extr. Custos Quinctil. Decl. 10

extr. Fatum Virg. Georg. 2, 591. Iudex Cic. Tusc. 1 c. 5. Liu. 2, 3. Leges, rem surdani, inexorabilem esse, salubriorem, etc.

INEXORATVS, a, um. Adi. Arnob. 3 p. 114 Non rogatus.

INEXORTVS, a, um. Adi. ἀναγκρτον, inexortum Gloss. quod initio caret.

INEXPECTATVS, a, um. Adi. [ἀπροσδόκητος] Expectato contrarium est. Quinctil. 9, 2 Illis non accedo, qui schema esse existimant, etiam si quid nobis ipsis dicamus accidisse inexpectatum. Alia exemplaria habent Inopinatum. Add. Idem 8, 3. Sen. Epist. 107 pr. Hostis inexpectatus in armis adest Ouid. Met. 12, 61.

INEXPEDITVS, a, um. Adi. Non expeditus, tardus. Rusticus, senior, inexpeditus in rebus obeundis Arnob. 7 p. 247. Cuncta, quae scripta sunt, inexpeditissimum vobis est traducere, inuertere, Id. 5 p. 182. i. difficillimum.

INEXPEDIBILIS, e. Adi. Per moras inexpedibiles populandi amittere copiam Ammian. 31, 13.

INEXPERRECTVS, a, um. Adi. [ἀνέξυπνος] Ouid. Met. 12, 317 Sopitus venis et inexperrectus Aphypnas.

INEXPERTVS, a, um. Adi. [ἀπειρος] i. Intentatum, et nulla experientia probatum. Virg. Aen. 4, 415 Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat. Conf. Curt. 4, 4, 2. et 9, 2, 27. Fides Curt. 6, 7, 9. Tacit. Hist. 2, 4, 7 Integra quies, et inexpertus belli labor. Remedia Curt. 3, 5, 15. Quaestiones genus inexpertum

Plin. Epist. 8, 14. Conf. Sil. 3, 496. Actiue. Hor. Epist. 1, 19, 86 Dulcis inexpertis cultura potentis amici, Expertus metuit. i. his,

qui experti non sunt, qui periculum non fecerunt. Cum Datio. Liu. 23, 18 extr. Exercitum in tectis habuit aduersus omnia mala saepe ac diu duransem, bonis inexpertum atque insuetum. Item cum Accusatiuo, media Praepositione. Idem 6, 18 pr. Iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto. Tacit. Hist. 21, 5, 1

Legiones ciuili bello inexpertae.

INEXPERIENTIA, ae. f. Tertull. de Anima c. 20.

INEXPIABILIS, e. Adi. [ἀναφοσίωτος] Quod expiari non potest. Cic. Tusc. 2, 72 Tum e Pontificio iure de caerimoniis sepulcrorum intelligi licet: quas maximis ingeniis praediti nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent. Cic. in

Pison. 81 Si aspernetur amicitiam meam, seseque implacabilem inexpiabilemque praerberet. Cic. de Arusp. Resp. 4 Ac paene huius imperii pestibus bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum. pro Pertinaci. Conf. Cic. Phil. 13, 1. Liu. 4, 35. Fraudes Cic. Tusc.

1, 52. Odium inexpiabile Romanorum in Annibalem Liu. 39, 51.

INEXPIABILITER. Adu. Augustin. de Genes. ad Lit. 11, 13.

INEXPIATVS, a, um. Adi. Augustin. Epist. 56.

INEXPLANABILIS, e. Adi. Mart. Capell. 4 p. 95.

INEXPLANATVS, a, um. Adi. [ἀνομάλωτος] Inexplanata lingua, b. e. Impedita, neque agilis, neque etiam complanata, vt aperte proferre possit. Plin. 11, 37 §. 65.

INEXPLEBILIS, e. Adi. [ἀπλητος] Quod expleri non potest. Cic. Tusc. 5, 16 c. 6 Quid vero illum, quem libidinibus inflammatum et furem videmus, omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate. Ibid. 4, 21 c. 9. Plin. 11, 25 Itemque quum sitiunt inexplebiles potu. Stomachus Sen. Ep. 89 extr. Inexplebilis virtutis, veraeque laudis homo Liu. 28, 17. Actiue, quod non explet, vt Infatiabilis, Apul. Flor. 4 p. 363, 11 Crateram Philosophiae inexplebilem, nectaream.

INEXPLETVS, a, um. Adi. [ἀπλήρωτος] Caedes inexpletae Stat. Theb. 8, 667. i. Nondum completae. Idem Theb. 2, 518. et Silu. 3, 3, 8. Bustum, Infatiabilem Lucan. 2, 176. Lacrimans inexpletum Virg. Aen. 8, 559. b. e. Inexplebiliter. Nomen pro Adverbio Seruius. Annis inexpletis ripis Prudent. Apoth. v. 755.

INEXPLICABILIS, e. Adi. [ἀνεκπύωτος] Quod explicari non potest. Plin. 23, 1 De generibus singulis differere, immensum, et inexplicabile est. Error viarum inexplicabilis Plin. 36, 13. Fraudes Cic. Tusc. 1 c. 30. al. inexpiabiles. Si inexplicabiles rectum sit, fraudes comparabuntur laqueis. Plin. 5, 5 Ad Garamantas iter in-

explicabile adhuc fuit. Laquei Quinctil. 5, 10, 101. Res Cic. Att. 10, 2. et 8, 3. Series Quinctil. 5, 143. Viae inexplicabiles continuis imbribus, b. e. Vnde sese quis facile extricare non queat Liu. 40, 33.

INEXPLICABILITER. Adu. Apul. Miles. 2 pr. et Augustin. Epist. 155.

INEXPLICATVS, a, um. Adi. Arnob. 7, . . Stat. Theb. 2, 511. et Prudent. Cathem. 3, 153.

INEXPLICITVS, a, um. Adi. [ἀνεκλεπτος] Intricatus, involutus, obscurus, et qui facile explicari non potest. Martial. 9, 48 Democritos, Zenonas, inexplicitosque Platonas.

INEXPLORATVS, a, um. Adi. [ἀνεξέταστος] Contrarium Explorato. Liu. 26, 48 Non altitudo moenium, non inexplorata stagni vada, etc. Plin. 35, 6 Apportatur et Indicum ex India, inexploratae adhuc inuentionis mihi. de aramento.

INEXPLORATE, siue INEXPLORATO. Adu. [ἀνεξέταστος] Incerto,

Incerto, sine exploratione atque indagatione. Gell. 5, 19 Sed arrogationes non temere, nec inexplorate committuntur. Liu. 6, 30 pr. Inexplorato pabulatum cohortes misere. Idem 21, 25. et 22, 4.

INEXPUGNABILIS, e. Adi. [ἀμυχτος, δαμαχνητος] Quod expugnari non potest. Liu. 2, 7 Ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore. Cic. Tusc. 5, 41 Volumus enim cum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum, etc. Acerbitas inexpugnabilis Pallad. Sept. 17. Cor inexpugnabile telis Ouid. Trist. 4, 10, 65. Exercitus Iustin. 37, 4, 2. Pectus inexpugnabile amori Ouid. Met. 11, 767. Probationes Quinctil. 5, 10. Conf. Gell. 18, 3.

INEXPUGNATIVUS, a, um. Adi. Paull. Nolan. Epist. 18 n. 5.

INEXPVTABILIS, e. Adi. [ἀναπίδμητος] Quod exputari vel numerari non potest. Columel. 9, 4, 6 Verum ex cunctis, quae propositi, quaeque omisi, temporis compendia sequens (nam inexputabilis numerus erat) saporis praecipui mella reddit thymus.

INEXSORBILIS, e. Adi. Offensum numen inexorbili me saevitia premit Apul. Met. p. 627 Stew. at Elmenhorst. p. 258, 2 legit inexorbili.

INEXSTINCTIVUS, a, um. Adi. [ἀσβετος] Qui non exstinguitur. Ouid. Fast. 6, 297 Ignis inextinctus templo caelatur in illo, etc. 20 Libidinis inextinctae homo Ouid. Fast. 1, 413. Melius putamus sic scribi, quam S omisso.

INEXSTINGVIBILIS, e. Adi. Idem. Flamma inextinguibilis Lactant. 7, 19. Ignes Arnob. 2 p. 52. Sitis Scrib. Larg. Comp. 105. Varr. Cato, vel de Liber. educand. Male enim consuetudo diu importata est inextinguibilis: apud Nonium 2, 479. Testificatio Arnob. 6 p. 194.

INEXSTIRPABILIS, e. Adi. [ἀνεκθύρευτος] Quod exstirpari et erui non potest. Plin. 15, 20 Radices multae atque altae, et ideo inextirpabiles.

INEXSVPERABILIS, e. Adi. quod quidam scribunt **INEXVPERABILIS** eliso S post X. [ἀήττητος] Quod superari non potest. Monumentum inextuperabile Liu. 42, 54. Inextuperabilis vis fati Liu. 8, . . . Idem 5, 34 Alpes inde oppositae erant, quas inextuperabiles visas haud equidem miror, nulla dum via superatas. Conf. Liu. 21, 30. et 37, 53. Pro Inuictio. Sen. Epist. 111 extr. Is qui Philosophiam in remedium suum exercuit, ingens fit animo, plenus fiduciae, inextuperabilis. Conf. Epist.

INEXTERMINABILIS, e. Adi. Claud. Mamert. 2, 10. Vulg. Int. Sap. 2, 23.

INEXTIMABILIS, e. Adi. Arnobii esse dicitur. Credo positum pro Inaestimabili.

INEXTRICABILIS, e. Adi. Quod extricari non potest: aut unde quis extricare se non potest. Plin. 36, 13 Inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem. Virg. Aen. 6, 27 Hic labor ille domus, et inextricabilis error. Plin. 20, 21 Semen stomachi inextricabilia vitia sanat.

INEXTRICABILITER, Adu. Apul. Met. 11 p. 269 Inextricabiliter contorta fatorum licia.

I N F

INFABRE, Adu. [ἀναεργής] Cui contrarium Affabre, quod Polite et eleganter significat. Liu. 36, 40 Aureos torques transtulit MCCCCLXX, ad haec auri pondo CCXLV. argenti infecti factique in Gallicis vasis non infabre suo more factis, duo millia CCCXL. pondo, etc. Scalptum infabre Hor. Serm. 2, 3, 22. Infabre, Foede: vt Affabre, Pulchre: Pacuvius, Barbaricam pestem navibus nostris obtulit noua figura factam commissam infabre. Nonius 1, 192.

INFABRICATIVUS, a, um. Adi. [ἀνακτισμένος] Fabricato contrarium. Virg. Aen. 4, 400 Frondentesque ferunt ramos, et robora siluis Infabricata, fugae studio.

INFACETIVUS, vel INFICETIVUS, a, um. Adi. [ἀκομπος] Faceto contrarium. Plaut. Truc. 2, 4, 4 Quid tam infacetus Lemno adueniens? Ed. Gron. Inficetus. Dictum non infacetum Plin. 19, 8. Sed Hard. f. 42 inficeto. Infacetum Sueton. Gr. 23 extr. Homo non infacetus Cic. Off. 3, 58 c. 14. Nihil varietatis annotatum Graeuio. Lepore non infaceto Plin. 37, 1. Mendacium non infacetum Cic. pro Cael. 69 c. 30. Sic certe MSS. quidam et editi. Al. Inficetum. Scripturam infacetus contra Voffsum vindicarat Borrich. Cogitt. p. 133. qui tamen fatetur, tertiam Vocalem placuisse Catullo. Et puto sine varietate legi 22, 14 Idem inficeto est inficetior rure, simul Poëmata attigit. Et 43 extr. O saeculum insipiens et inficetum. Contra Martial. 5, 79 Sed quod non graue sit, nec infacetum Parui tibia Condylis sonabit.

INFACETIAE, mel. INFICETIAE, arum. f. Pl. [ἀνευρημαλία] Pleni ruris et inficetiarum Annales Catul. 36, 19.

INFACETE, Adu. Suet. Vesp. c. 20. Conf. Patere. 2, 33, 4. et Solin. c. 1. al. Inficete. Plin. 35, 4 Ostendens picum inficetissime Gallum exserentem linguam. Conf. de historia Quinctil. 6, 3, 38 ubi diuersas narrationes contulimus.

INFACVNDIA, ae. f. Gell. 11, 16 Tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia. i. Imperitia dicendi.

INFACVNDVS, a, um. Adi. Inelegans. Liu. 4, 49 Et Tribunus plebis vir acer, nec infacundus nactus inter aduersarios, etc. Compar. Infacundior homo Liu. 7, 4.

INFAECO, are. Sordidum et immundum facere. Infaecare animam carnis concretionem Tertull. de Anima c. 53.

INFALLIBILIS, e. Adi. Vox frequens apud Ecclesiasticos.

INFAMIS, e. Adi. [δυσώνυμος, δυσκλήης] quasi Sine fama, turpis, qui male audit. Cic. Verr. 4, 20 Quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames tuis stupris flagitiisque fecisti. Homines caeteris vitiis atque omni dedecore infames Cic. pro Cluent. 130 c. 47. Stupro infamis Vell. 2, 45. Non semper ad civilem aliquam turpitudinem refertur, quae impediatur, quo minus aliquis testis, iudex, integrae famae, esse possit; sed quidquid est aduersi rumoris indicat. Ter. Heaut. 5, 4, 14 Non si ex capite sis natus meo, item vt aiunt Mineruam ex Ioue, ea causa magis patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri, pater ad filium. Alpes infames frigoribus, Horrendae et pertimescendae propter frigora. Liu. 21, 31 Ob id meritum commatu copiaque rerum omnium et vestimentis est adiutus, quae infames frigoribus Alpes praeparare cogebant. Liu. 8, 18 pr. Illud peruelim (nec omnes auctores sunt) proditum falso esse: venenis absumptos, quorum mors infamem Annum pestilentia fecerit, sicut proditur. 105

Carmen Ouid. Rem. Amor. 254. Cic. Diu. Verr. 24 Ceratam vni-
cuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. Di-
gitus medius Infamis dictus est ab antiquis propter ignatiam, quoniam
indigere videatur aliorum defensione. Perf. 2, 33 Infami digito Iustrali-
bus ante saluius Expiat. Genus infame Danaï. Hor. Carm. 2, 14,
19. Ludi Propert. 3, 14, 3. Materias infames, siue quis ma-
vult dicere inopinabiles, quas Graeci ἀδόξως ὑποδέσους appellant, et ve-
teres adorti sunt etc. Gell. 17, 12. Nomen Plin. 33, 3. Os in-
fame Dolabellae, Turpe et immundum Cic. Philipp. 11, 7. Terrae
infames caede Ouid. Met. 13, 400. Vita Lucret. 3, 42. Superl.
Seru. in Aen. 12, 603 Mors infamissima l. 34 Cod. de Decurion. Infa-
missimam suscipiens vilitatem.

INFAMISSIME. Adu. Capitol. in Pertin. c. 13 Cornificiae in-
famissime dicitur adhaesisse.

15 INFAMIA, ae. f. [δυσκλεια] Nota, macula, probrum, nota
turpitudinis: ubi idem obseruandum, quod modo de infami diximus, non
semper ciuilem et velut legitimam infamiam intelligi; sed etiam quemuis
sinistrum rumorem, qui existimationem laedat. Ter. Andr. 2, 6, 13 Ca-
vit, ne vnquam infamiae ea res sibi esset. Suet. de Clar. Gram. c. 23

20 Sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres vsque ad infamiam oris.
Cic. Verr. 3, 132 Nihil ad tuas aures de infamia tua peruenisse. Ho-
minum Immortalis est infamia: etiam tum viuit, quum esse credas
mortuam Plaut. Perf. 3, 1, 27. Sen. Epist. 102 Quomodo fama
non est vnus sermo, nec infamia vnus mala existimatio. Metus

25 infamiae Tacit. Hist. 4, 72. Intactus infamia, vid. INTACTVS.
Temporis infamia Ouid. Met. 1, 211. Inueterata Quinctil. 6, 5.
Mendax Hor. Epist. 1, 16, 39. Vetus infamia est in saxo Ouid.

30 Met. 2, 707. Accedere in infamiam Plaut. Trin. 1, 2, 84. Cic.
pro Cael. 23 c. 10 Qui istius facti non modo suspicione, sed ne infa-
mia quidem est aspersus. Vbi suspicio est grauius quid infamia, quas
modo ad rumores etiam ab omni verisimilitudine abhorrentes pertinet.
Aspergi Nep. 7, 3, 6. Attingit eum infamia, Auertere ab infa-
mia, vid. bh. vv. Colligere infamiam Iustin. 3, 4, 10. Con-
flare Cic. pro Cluent. 79. Concipere Idem Diu. Verr. 49. De-

35 lere ac tollere potestis conceptam huic ordini turpitudinem atque infa-
miam Cic. Act. Verr. 1, 49. Ter. Andr. 2, 6, 13 Cauit, ne vn-
quam infamiae ea res sibi esset. Eximere aliquem infamiae, vid.
Poenae eximere, in EXIMO. Fugere vel Effugere infamiam Cic.

40 Fam. 1, 1. Habere infamiam Idem pro Flacc. 95. Infligere
malignum infamiae vulnus Firmic. 6, 10. Mart. in l. ietus D. de
iis, qui notantur infamia, Ietus fustium infamiam non importat: sed cau-
sa, propter quam id pati meruit: si ea fuit, quae infamiam damna-
to irrogaret. Irrogare infamiam Papinian. in l. ex ea causa, quae
infamiam non irrogat D. de postulando. Vlpian. in l. quid ergo §.

45 ex compromisso D. de iis, qui notantur infamia. Rursus ibid. in fine.
Inurere infamiam alicui Cic. Cat. 1 c. 6. Laborare infamia Vlpian.
in l. furti §. 1 D. de iis, qui notantur infamia. Leuare sese infa-
mia, vid. LEVO. Liberare infamia, vid. LIBERO. Cic. Prou.
Conf. c. 15. Notari infamia Vlpian. in l. 2 in princ. D. de iis,
50 qui notantur infamia. Et in l. furti §. 1 D. eod. tit. Rursus in l.
parentes D. eod. tit. Infamiam potentia Oppressit Curt. 10, 4, 19.
Firmic. 5, 1 Matrimonium contrahet cum muliere vidua, vel quae
publica pulsetur infamia. Spargere aliquem infamia Firmic. 6,
14. Subire infamiam Cic. Q. Frat. 3, 1. Conf. Iustin. 27, 1, 3.

55 Vrgeri infamia Cic. de Prou. Conf. c. 12.

INFAMO, are. [ἀτιμῶ, παραδειγματίζω] Ignominiam, vel no-
tam inurere, famam alterius quocumque modo laedere. Quinctil. 10, 1
extr. Deinde quum se iactaret, eodem modo dicere, Senecam infama-
bat. Sen. . . . Desinant denique infamare nos tanquam in-
60 credibilia iactantes. Vid. Tacit. Hist. 1, 64, 7. Infamare parricidii
Quinctil. Decl. 8. Temeritatis Sen. Ep. 22 med. Animum
infamare timore Ouid. ex Pont. 3, 6, 43. Ferrum infamare veneno
Sil. 3, 273. Sed malit Heins. inflammare. Fides infamatur Quin-
ctil. 10, 1. Tua grauitas et moderatio aliorum infamet Iniuriam

65 Cic. Fam. 9, 12. Quinctil. 2, 15 pr. Qui quum longe sit a volun-
tate infamantium oratoris officia, finem artis temere comprehendit.
Diulgare. Liu. 40, 7 extr. Infamandae rei causa ianuam obserari iu-
bet. Columel. 1, 7, 7 Ita fit, vt et actor et familia peccent, et
ager saepius infametur, tanquam sterilis, aut parui redditus. Idem

70 9, 8 Non sunt degeneres intermiscendae, quae infament generosas.
Infamatur vterque, i. Infamia notatur Paullus in l. non est D. de ritu
nuptiarum.

INFAMANS, antis. Part. Infamantia bellum funera Stat. Theb.
9, 96. Vid. Quinctil. supra.

75 INFAMĀTVS, a, um. Part. [ἀτιμωτός] Ouid. Met. 14, 446
Et procul infidias, infamataeque relinquunt Testa deae. Infamatam
deam, Circen vocat. Nep. 7, 11, 1 Hunc infamatam a plerisque tres
historici laudibus extulerunt.

INFAMATIO, ōnis. f. ICT.

80 INFAMĀTOR, ōris. m. Dig.

INFANDVS, a, um. Adi. [ἀγένητος] Quod vix fari quis possit,
propter turpitudinem, crudelitatem, stultitiam etc. Varro ap. Non. 1,
275 Postremo nemo aegrotus quidquam somniat Tam infandum, quod
non aliquis dicat Philosophus. Ter. Eun. 4, 3, 22 Perii, obse-
85 cro tam infandum facinus mea tu, ne audiui quidem. Martial. 9, 10
Immatura dabant infandas corpora poenas. Amor Virg. Aen. 4,
85. Liu. 4, 32 Infandae colonorum caedis et defectionis auctores.
Casus Virg. Aen. 8, 578. Dies Idem ibid. 2, 132. Dolor Virg.
Aen. 2, 3. Ignes Idem ibid. 1, 525. Labores Virg. Aen. 1, 597.

90 Merces Liu. 5, 49. Cic. de Orat. 2, 322 Ex aduersario iisdem lo-
cis fere contraria. Ex re, si crudelis; si infanda, si praeter opinio-
nem, si immerito, si misera, si ingrata, etc. Senones Sil. 4, 160.
Superlat. apud Quinctil. 3, 8 Iam fero infandissima.

95 Infandum. [ἀγένητον] Interiectio, quemadmodum Malum, et similia
poni solent. Virg. Georg. 1, 479 Infandum: sistunt amnes, terraeque
dehiscunt. Idem Aen. 1, 225 Nauibus (infandum) amissis vnus
ob iram Prodiunur. Infandum, pro Infande: Nomen pro Ad-
verbio. Potest tamen hoc loco etiam esse Interiectio dolentis.
Seruius.

100 INFANS, antis. c. [βρέφος, νήπιος] Puer, qui nondum fari coepit.
Cic. Verr. 1, 153 Iste infanti pupillae fortunas patrias ademit. Ab
infante, vid. AB. Animofus non sine DIs infans Hor. Carm. 3,
4, 20. Crassus Iuuen. Sat. 13, 163. Generofus Stat. Silu. 4,
7, 41. Liu. 31, 12 In Sabinis incertus infans natus masculus an
95 femina esset. Parui Lucret. 1, 187. Semestris Liu. 21, 62.
6 Y Conf.

Conf. Gruter. p. 679 n. 7. de infante VII annorum. Continere infantem alio, *vid. CONTINEO.* Editus in lucem iacuit sine viribus infans Ouid. Met. 15, 221. Expressus infans omnibus membris Quinctil. 2, 4. Infestat infantes editos plenilunium, *vid. INFESTVS.* Remouere infantem, a lacte depellere Plin. 28, 7. Vagitat infans Stat. Silu. 4, 8, 35. Quinctil. 6, 1, 39 Transtulis patronus — puellam — infantem suam frigidissime reportauit. Tac. A. 15, 23, 3 Quartum intra mensem defuncta infante. *De Brutis et Auibus etiam dicitur,* Plin. . . . Quadrupedes infantes suos cognoscunt. Idem 10, 61 *de vespertione.* *Adi. capitur pro Paruo.* Plin. 22, 22 *de boleto,* Nec tunicae minor gratia in cibo infantis boleti. Ossa infantia Ouid. Met. 4, 517. Ouid. in Ibin 229 Gutturaque imbuerant infantia, lacte canino. *Item Fast. 4, 146 Tutus vt infanti vagiat ore puer.* Ouid. Fast. 6, 145 Pectoraque exforbent auidis infantia linguis. *Conf. Heins. ad Ouid. Her. 9, 86.* Plin. 10, 33 Ipsum verum nidum mollibus plumis floccisque consterunt tepesciendis ouis, simul ne durus sit instantibus pullis. ¶ 2 *Sine aetatis respectu non facundus, orationis facultate destitutus.* Cic. de Clar. Orat. 77 Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse. Idem pro Cluent. 51 Tum vero ita sum perturbatus, vt omnia time- 20 rem: si nihil dixissem, ne infantissimus: si multa in eiusmodi causa dixissem, ne impudentissimus existimarer. Idem Q. Fratr. 3, 4 Omnino nihil accusatore Lentulo subscriptoribusque infantius: nihil illo consilio sordidius. *Ad Heren. 2, 16 c. 11 Dum caute et expedite loqui volunt, infantissimi reperiuntur.* Prud. Perist. 10, 3 Lar- 25 gire contum carmen infantissimo. Cic. de Inu. 1, 4 c. 3 Verissimum mihi videtur, quodam tempore neque in publicis rebus infantes et insipientes homines solitos esse versari, nec vero ad priuatas causas magnos ac disertos homines accedere. Infans Historia Cic. de Clar. Orat. 101 c. 26. Pudor Hor. Serm. 1, 6, 57. Verecundia enim 30 nos elingues facit. Porphy. Statuae, i. Mutae Hor. Serm. 2, 5, 39. Illa Hortensiana omnia fuere infantia Cic. Att. 10, 18. *Sensus est: Quum omnia promississet Hortensius, nihil praestat, more infantium.* ¶ 3 Infans, interdum Infandus est. Accius ap. Non. 1, 275 Priusquam infans facinus oculi vescuntur mei. *Conf. NEFANS.* 35 **INFANTIA**, ae. f. [*ἡλικία*] Aetas puerilis et inadulta. Plin. 9, 8 Atque etiam gestant fetus in infantia. Infantia dicitur, quum quis rem dicendo non potest explicare. Cic. Att. 4, 16 Quomodo ergo absolutus omnino *ποροπαύματα* accusatorum incredibilis infantia, id est L. Lentuli, L. Ter. quem fremunt omnes praeuaricatum. Cic. de 40 Orat. 3, 42 c. 35 *apud Non. 1, 257* Modo hoc constat, neque infantiam eius, qui rem nouerit, sed eam explicare dicendo non queat, neque inscitiam illius, cui res non suppetat, at verba non desint, esse laudandam. *Ad Her. 2, 17 c. 11* Vt huius infantiae garrulam disciplinam contemneremus. Idem in Orat. 236 Res autem sic se habet (vt 45 breuissime dicam quod sentio) compositae et apte sine sententiis dicere, infania est: sententiose autem, sine verborum et ordine, et modo, infantia. Idem in Topic. 82 c. 21 Possitne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam. *Conf. Suet. Gramm. c. 9.* Soluimus infantiam deliciis Quinctil. 1, 2. Est sua etiam studiis in- 50 fantia Quinctil. 1, 1 p. 19 *Burm.* Ab infantia, *vid. AB.* Infantia nasi madidi, *vid. NASVS.* Plin. 15, 19 Mox lacteum humorem, hoc est infantiam pomi absumunt.

INFANTARIVS, a, um. *Adi. Amans infantes, certe gestans.* Martial. 4, 88 55

Infantem secum semper tua Bassa, Fabulle,

Collocat, et lusus deliciasque vocat.

Et quod mireris magis, infantaria non est.

Ergo quid in causa est? pedere Bassa solet.

Nempe conicit deinde culpam suae incontinentiae et foetoris in infantem ea ratione, qua catellos quaedam circumgestire dicuntur solere. Sic Tertull. ad Nation. 1, 2 *cum de accusationibus Christianorum agit,* Porrigenda quaestio in socios consciosque. Perducerentur infantarii (qui 60 apportarunt infantes) et coqui, (qui coxere) et ipsi canes pronubi (cuersores lucernarum) emendata res esset. 65

INFANTICIDA, ae. m. Tertull. Apol. c. 4. et ad Nation. 1, 15.

INFANTICIDIVM, i. n. Idem *ibid.* et Apol. c. 2.

INFANTILIS, e. *Adi. Iustin. 17, 3, 20 Paruulum infantilibus blandimentis inductus diu protexit.* Apul. Met. 5 p. 164 Infantilis 70 vterus.

INFANTO, are. *Infantis instar nutrire.* Tertull. adu. Marc. 1, 14.

INFANTVLA, ae. f. *Dimin.* Apul. 10 p. 252. Sidon. Epist. 7, 2.

INFANTVLVS, i. m. Apul. Met. 8 p. 207 Gerebamus infantu- 75 los et mulieres.

INFARCIO, f. **INFERCIO**, si, tum, ire. [*ἐπιβύω*] Implere. vt, Parietes infarcire, *apud Plin. 35, 14.* Columel. 12, 53, 2 Et maxime in eas partes, quibus ossa relicta sunt, largum salem infarcito. i. *Indito.* Suet. Tib. c. 53 Mori inedia destinanti, per vim ore de- 80 ducto, inferciri cibum iussit. *Sed meliores infulciri.* Cic. in Orat. 231 c. 69 Quae vitia qui fugerit, vt neque verbum ita traiciat, vt id de industria factum intelligatur: neque inferciens verba, quasi rimas expleat, etc.

INFAS, antique pro *Infans*, Ennii esse dicitur. *Sed inde videtur, sumtum, quod H. Columna ad Ennium p. 290 generatim dicit, veteres dixisse aduenies, abses, infas, pro adueniens, absens, infans.* ¶ 2 *Infas, pro Nefas.* Gloss. Lat. Gr. *Infas, ἀδέμιον.* *Vid. INFANS n. 2.*

INFASCINATVS, a, um. *Adi. Vnde* 90

INFASCINATE. *Adu. ἀβασαντος Gloss. Gr. Lat.*

INFASCINABILIS, e. *Adi. ἀβασαντος Gloss. Gr. Lat.*

INFASTIDITVS, a, um. *Adi. Quod fastidium non mouet. Infastiditum fers ipse ad busta cadauer Sidon. Carm. 16, 123. Add. Calliodor. Ep. 41.* 95

INFATIGABILIS, e. *Adi. [ἀνάματος] Qui non defatigatur.* Plin. 28, 19 Dentes quidem eorum maximi, equis quoque adalligati, infatigabilem cursum praestare dicuntur. Val. Max. 3, 2 ext. 1 pr. Pugna. Sen. Epist. 66 Seruare animum infatigabilem.

INFATIGABILITER. *Adu. Augustin. Epist. 32. Ven. Fortunat. Epist. inter Carm. 8, 14 et 15.* Gloss. Gr. Lat. *ἀνάματος, Infatigabiliter.*

INFATIGATVS, a, um. *Adi. Mart. Capella 6 p. 190.*

INFATVO, are. [*μωροποιέω*] Reddere stultum et fatuum. Cic. pro Flacc. 47 Habebat enim rhetor iste adolescentes, etc. neminem 105

quidem adeo infatuare potuit, ut ei numum vllum crederet. Idem Philipp. 3, 21 c. 9 Ut hominem stultum magis etiam infatuere mercede publica. Adulatio infatuat Sen. Epist. 60. Conf. Sen. P. Suavor. 2 extr.

5 **INFAVORABILIS**, e. Adj. *Faure et approbatione indignus.* *ἀνεύθυνος* Gloss. Gr. Lat. Nec infavorabilis sententia est Celf. l. 6 ff. de Collat.

INFAVORABILITER. Adu. Non infavorabiliter respondere Vipian. l. 2 §. 6 ff. de decur. et fil.

10 **INFAVSTVS**, a, um. Adj. [*ἀκαίριος*] *Infelix, infortunatus.* Ouid. Met. 14, 529 Bella infausta gerunt, multumque ab vtraque cruoris Parte datur.

INFECTOR, INFECTVS, Part. vid. **INFICIO**.

INFECTVS, a, um. Adj. [*ἀνεργαστος, ἀδραστος*] *Non factus.*

15 Plaut. Amph. 3, 2, 3 Ea quae sunt facta, infecta esse acclamat. Ibid. 2, 1, 85 Utinam di faxint infecta dicta re eueniant tua. i. *Utinam quae dicis non ita esse, vel vana esse, res ipsa ostendat.* Argentum infectum, Signato opponitur. Liu. 36, 40 Argenti infecti tulit in aerarium quatuordecim millia pondo septingenta triginta duo, et signati bigatorum XVII millia viginti tria.

20 Cursu infecto deposcit praemia Propert. 2, 5, 25. Damnum infectum, quod nondum factum est, sed metuitur, et prohibitum itur. Cic. in Topic. 22 At si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non debet praestare quod fornix vitii fecerit. Conf. Plin. 36, 2. et Ict.

25 Dona infecta facere Plaut. Most. 1, 3, 27. i. *Irrita, reuocare donationem.* Facta infecta loqui Stat. Theb. 3, 430. Foedus Virg. Aen. 12, 243. Cato c. 2 Vbi cognouit quomodo fundus cultus fiet, operaque quae facta, infectaque fient. Pace infecta, Non facta. Ter. Eun. 1, 1, 8 Infecta pace, vltro ad eam venies, indicans te amare, et ferre non posse. Conf. Liu. 30, 31 extr.

30 Pensa infecta reponunt Ouid. Met. 4, 10. Re infecta abire Liu. 9, 32. Sacra infecta relinquunt Ouid. Met. 6, 202. Scelus Virg. Aen. 6, 742. Victoria Liu. 9, 23. Diffingere, infectumque reddere Hor. Carm. 13, 29, 47. Infecta facere, Quod factum est corrumpere. Plaut. Casin. 4, 4, 9. et Truc. 4, 2, 17. Infectum fieri non potest Plaut. Aul. 4, 10, 15. Quid vis fieri? factum est, illud fieri infectum non potest Ter. Phorm. 5, 8, 4. Plin. Paneg. 80, 3 Intercedere iniquitatibus magistratum, infectumque reddere quidquid fieri non oportuerit. Liu. 9, 11 Nemo quemquam deceperit, omnia pro infecto sint, recipiant arma, quae per pactiorem tradiderunt. Infectum volet esse dolor quod suaserit Hor. Epist. 1, 2, 60.

¶ 2 Infectum, non quod factum non est, sed quod fieri non potest. Sall. Iug. c. 76 pr. Sed rex nihil iam infectum Metello credens, i. *Nihil esse putans, quod non efficere Metellus possit.* Apul. Met. 1 p. 15, 18 Pric. Ego vero inquam nihil impossibile arbitror; sed utcumque fata decreuerunt, ita cuncta mortalibus prouenire. Nam et mihi et tibi, et cunctis hominibus multa vsu venire mira, et paene infecta, quae tamen ignaro relata fidem perdant. Paene infecta, i. *quae paene dicas impossibilia.* ¶ 3 Infectus ab Inficio, vid. h. v.

35 **INFELIX**, icis. Adj. [*κακοδαίμων*] *Contrarium Felici; Miser, calamitosus.* Ter. Eun. 2, 2, 13 At ego infelix, neque ridiculus esse, neque plagas pati possum. Ibid. 5, 5, 1 Proh fidem deum facinus foedum: o infelicem adolescentulum. Idem Adel. 4, 2, 1 Nae ego homo sum infelix. Add. Cic. pro Quint. c. 30. Infelix et aerumnosus Cic. Verr. 5, 161. Animi infelix Virg. Aen. 4, 529. Cura Ouid. Trist. 2, 1. Dolor Idem ibid. 4, 9, 8. Plin. in Praef. Obnoxii profecto animi et infelicis ingenii est, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere. Tellus infelix frugibus Virg. Georg. 2, 239. Idem Ecl. 3, 37 Infelix lolium, i. e. Infocundum: vid. Seru. ad loc. Infelicio domi quam militiae Liu. 5, 12. Virg. Aen. 12, 608 Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem. Seruius: Infelix fama, Rerum infelicitium nuntia. Adversus: ut interpr. Seru. ad Aen. 7, 309. et 1, 330. Item Exsecrabilis Inauspicatus: Arbori infelici suspendito Cic. pro Rabir. perduell. reo 13. et Liu. 1, 26. Infelicissimi parentes Inscr. Grut. p. 668 n. 12. et 673 n. 10. Infelicissima puella Inscr. Grut. p. 670 pr.

INFELICITAS, atis. f. [*κακοδαίμωνία, δυσπραγία, δυστυχία*] *Aduersa vel incommoda fortuna, calamitas.* Ter. Adel. 4, 2, 5 Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo satis decernere. Cic. de Fin. 2, 68 Beate autem viuere, alii in alio, vos in voluptate ponitis: item contra omnem infelicitatem in dolore. Damnare infelicitatis tempora, vid. DAMNO. Infelicitates Apul. Dogm. Plat. 2. p. 17.

INFELICITER. Adu. [*δυστυχώς*] Ter. Eun. 2, 3, 35 Dum sequor hanc, sit mihi obuiam. P. incommode hercle. CH. immo enim uero infelicitate. Liu. 1, 45. et 2, 35. Compar. Sen. Controu. 5, 33 Infelicitus supersunt.

INFELICITO, are. *Infelicem et miserum facere.* Plaut. Casin. 2, 3, 30 Dii me et te infelicitent, si ego in os meum vini guttam indidi. Vid. mox **INFELICO**.

INFELICO, are. *Habent multis locis Codices Plautini, quod testatur Pareus in Lex. Crit. V. g. Epid. 1, 1, 11 ubi etiam Gronou. DI immortales infelicitent! Casin. 2, 3, 30, ubi Gron. DI me et te infelicitent. Merc. 2, 3, 99 Hercle illunc DI infelicitent, quisquis est. Sic etiam Gronou. Ut et Poen. 2, 1, 1 DI illum infelicitent omnes, qui etc. Sic et Rud. 3, 6, 47. Et 4, 6, 21 Hercules istum infelicitent, cum sua licentia: ad quem locum pulchre annotat Taubmannus, videri infelicitent et similia debere illorum cautioni, qui metro consulere vellent; cum non dubitauerint Poetae in pronuntiando contrahere etiam voces omnibus suis literis scriptas.*

INFENSVS, a, um. Adj. [*μηνίσιον*] *Quod habet formam Participii ab Infendo, i. offendo. Neque enim multum differunt infensus et offensus. Notat certe iram et studium nocendi.* Ter. Andr. 1, 3, 7 Me infensus seruat, ne quam faciam in nuptiis fallaciam. Plaut. Merc. 4, 5 suppos. 14 Verum si non amant, oderunt, molesti itidem atque difficiles, garruli, ofores, infensi, iracundi, sibi suisque inuidi. Suet. in Vitell. c. 14 Nullis tamen infensior quam vernaculis. al. Offensor. Cic. Diu. Verr. 42 Iam nunc timeo quidnam pro offensione hominum, qui illi inimici, infensique sunt, et expectatione omnium, et magnitudine rerum, dignum eloqui possim. Infenso atque inimico animo ire in aliquem Cic. Verr. 2, 149 c. 61. Dictis infensus amaris Prosequitur victos Stat. Theb. 2, 660. Ignem infensum corripit Virg. Aen. 5, 641. Natura hominum generi infensa atque inimica Cic. Tusc. 4, 58. Opes principibus infensae, i. *Formidabiles* Tacit. Ann. 11, 1, 2. Idem ibid. 14, 56 Vitat comitantes, rarus

per urbem, quasi valetudine infensa. *Compar.* Claudian. de Rapt. Proserp. 3, 201 — Phlegra nobis infensior aether. Vopisc. Aurel. c. 36 Incidit ut libertum suum infensorem sibi minando redderet.

INFENSE. Adu. Tacit. Ann. 5, 3, 6 Tiberius infense inuectus. 5
Compar. Liu. 34, 15 Infensus hostes pro vallo pugnabant. Cic. Orat. c. 51 Isocrati est auersatus infensus. *al.* Impensus.

INFENSO, *äre.* [*ἐξθραύω*] Tacit. Ann. 13, 41 *pro* Infensum esse, vel praebere se, plane ut infestare; Ut quasi infensantibus deis exitio tradi crederetur. *Pro* Infestare, Tacit. Ann. 6, 34 Adequitate castris, infensare pabula. Bello infensare Armeniam Id. Ann. 13, 37, 1.

INFER, *antiquum nomen, unde* Inferior. Cato de R. R. c. 149 Vbi pyrus florere coeperit, prato irriguo: vbi super, inferque vicinus permittet, tum decedito. *Sic* Citer et Exter, v. v. 15

INFERAX, *äcis.* Adi. Siluae inferaces Hieron. Homil. 2. *Et* Frob. p. 185, Colon. 369. Tom. 3.

INFERCIO, *vid.* INFARCIO.

INFERIVS, a, um. Adi. *Epitheton rerum, quae inferuntur in sacris, i. offeruntur.* Sic Inferium vinum quid esset, explicat Arnob. 20 7 p. 236 sq. Operae pretium est etiam verba ipsa depromere, quibus, cum vinum datur, uti ac supplicare consuetudo est. *Maestus* hoc vino inferio esto! Inferio, inquit Trebatius, verbum ea causa est additum, eaque ratione profertur, ne vinum omne omnino, quod in cellis atque apothecis est conditum, ex quibus illud quod effunditur, 25 promptum est, esse sacrum incipiat, et ex vñibus eripiatur humanis. Addito ergo hoc verbo, solum erit, quod inferetur, sacrum, nec religione obligabitur caeterum etc. *sunt enim pluscula.* Est haec formula apud Caton. R. R. 132, 2 Maestie vino inferio esto. *Et* bis 134, 3. Festus, Inferium vinum id, quod in sacrificando infra paterae labrum 30 ponebatur: quo etymologiam docere, puto, voluit. *Vid.* Scal. ad Varr. de L. L. p. 77^r

¶ 2 *Omissio Substantiuo* oblationes, vel dapes, inferiae sunt, ut ait Seru. ad Aen. 10, 519 Sacra mortuorum quae inferis soluuntur. *Et* Inferiae dicta Sacrificia, quae Diis Manibus inferebant, Festus. *De* his Virg. Aen. 3, 66 Inferimus tepi-

do spumantia cymbia lacte, sanguinis et sacri pateras. Ouid. Trist. 3, 3, 81 Tu tamen extincto feralia munera ferto. Virg. Aen. 9, 215 Absenti ferat inferias. *Vid.* Kirchm. de Fun. Rom. 3, 22. et Turneb. 4, 22.

Virg. Aen. 10, 519 Viuentes rapit; inferias quos innolet umbris. *Annuae parentationes sic etiam dictae.* Suet. 40

Calig. c. 15 Inferiasque his annua religione publice instituit. *Conf.* Idem Claud. c. 11. et Vitell. c. 11. Cic. de N. D. 3, 42 Tertius est ex

Idaeis Digitis, cui inferias asserunt. Dare inferias manibus Ouid. Fast. 5, 422. *Conf.* Curt. 7, 9, 21. et 10, 1, 30. Ferre inferias

alicui Virg. Aen. 9, 215. Mittere Idem Georg. 4, 545. *et* 45 Aen. 11, 82. Mittere inferias extincto alicui Ouid. Met. 11, 381.

Add. Cenotaph. Pisan. *Reines.* Infer. Cl. 7, 12. Sacrare umbris aeternas inferias Stat. Theb. 3, 363. Tacit. Hist. 2, 95, 2 Apud

bonos inuidiae fuit, quod exstructis in Campo Martio aris, inferias Neroni fecisset: caesae publice victimae cremataeque etc. Flor. 2, 50

18, 12 Ut destinata morte in praelium ruerent, quum sese primum epulis quasi inferiis impleuissent. *Vid.* ibi *Freinsb.* *Conf.* Iustin. 14, 4, 13. et 18, 4, 13.

INFERIALIS, e. Adi. *Funeris.* Apul. Met. 8 p. 169 Officiis inferialibus statim exactis. *Conf.* Idem Miles. 1 pr. 55

INFERIOR, *vid.* INFERVS.

INFERMENTATVS, a, um. Adi. [*ἄζυμος*] Fermento carens, non fermentatus. Paullin. Nat. Fel. 8, 47 Infermentatis pulsi quia panibus olim Aegypto. *i. ante quam fermentare possent et quantum opus esset rarefcere atque acfcere.* 60

INFERNAS, *ätis.* Adi. *sicut* Supernas. Plin. 16, 39 Et ideo Romae infernas abies supernati praefertur. Infernatia ligna sunt quae ex Apennino, parte qua inferum mare spectat, caeduntur: supernatia e diuerso. Vitruu. 2, 10 Ideo infernates, quae ex apricis locis appor-

tantur, meliores sunt, quam quae ab opacis de supernatibus 65 aduehuntur.

INFERNVS, a, um. Adi. [*κατώτερος, κατωχθόνιος* Gloss. Lat. Gr. ὁ κάτω] Infernus fluctus, quasi Infimus et profundus. Plin. 2, 47 Quoniam ille infernus fluctus ex imo maris spirat. Fulmina,

cum e terra exsiliunt ignes Sen. Q. N. 2, 49. *Deinde epitheton est* 70 earum rerum et personarum, quas apud inferos esse commenti sunt, quae post mortem timentur, ad quae post mortem et per sepulturam peruenitur. Aquae Ouid. Trist. 1, 5, 20. Tac. Germ. 43, 6 Nigra scuta, tin-

ctia corpora, atras ad praelia noctes legunt: ipsaque formidine atque umbra feralis exercitus terrorem inferunt, nullo hostium sustinente nouum ac velut infernum Aspectum. Carcer infernus Sen. Ep. 82. Dii, quibus Superi opponuntur Liu. 31, 31. *Respicit*

ad c. 30 Omnia sepulcra monumentaque diruta esse in finibus suis, omnium nudatos manes, nullius ossa terra tegi. Lacus, Pl. Tibull. 2, 7, 40. Pallor infernus Apul. Met. 10 p. 243, 11. Cic. de 80

N. D. 2, 114 Hic sese infernis e partibus erigit Hydra. Infernae tristitia vela Ratis Prop. 2, 20, 72. *de* cymba Charontis. Rex, Pluto

Virg. Aen. 6, 106. Sedes Ouid. Met. 3, 504. Stagna Liu. 8, 24 pr. Tenebrae Hor. Carm. 4, 7, 25. Valles Ouid. in Ibin 77.

Vmbrae Martial. 1, 37. 85

INFERNVS, i. m. [*ἄδης* Gloss. Lat. Gr.] Orcus. Varro apud Non. 4, 226. Saltem infernus, tenebro, κακὸς δαίμων, atque habeat homines sollicitos, quod eum peius formidant, quam fullo vlulam. *Sed quid si Adiectiuum est, et leg.* Infernus tenebrius. Inferni certe pro Inferis dicti Prop. 2, 22, 49 Sunt apud infernos tot milia formosarum. *Sed* Iul. Obseq. 105 Fremittus armorum ex inferno auditus. *Et* 106 Fremittus ex inferno ad caelum ferri visus, simpliciter loca subterranea indicat. *De* hoc nomine disputatum in Cur. Post. Cellar. p. 268. et Ol. Borrich. Cogit. p. 134. et Analect. p. 17. Andr. Borrich. App. p. 50. et Vindic. p. 115. Buchner. ad Venant. 95

de Resurrect. p. 33. *Vnde* denique illud conficitur: Vox est apud Ecclesiasticos vsitatissima, nescio an aliunde satis probata.

INFERNA, *örum.* n. Pl. Idem. Tac. Hist. 5, 5 de Iudaeis, Corpora condere quam cremare, e more Aegypto, eademque cura et de infernis persuasio, caelestium contra. *Intelligit, puto, Nominati-* 100

uum inferna int. loca, negotia. *Sic* Sen. Herc. fur. 423 ex persona Megarae coniugis Herculeae, de marito suo. Inferna tetigit, posset ut supera assequi. *Interrogata* erat, Animosne meris inferis coniux facit? Solin. 55 Proximus inde Acherusius specus, quem foraminis caeci profundo ad vsque inferna aiunt patere. *De* Christianis 105

105

non est dubium. V. g. Lactant. 6, 3, 11. Et tamen Inferos potius dicere amant.

INFERNALIS, c. Adj. Prudent. adv. Symmach. 1, 388 Hae sunt deliciae Iouis infernalis. Alcim. Auit. 2, 290 Infernali iam dudum nocte sepultis.

5 INFERO, fers, intuli, illatum, inferre. [*ἐπιφέρειν*] Intro ferre, siue portare. Plaut. Curc. 1, 1, 72 Me inferre Veneri noui iam ientaculum. Paullus in l. Senatus D. de contrahenda emt. et venditione, Senatus censuit, ne quis domum villamue dirueret, quo plus sibi
10 acquireretur, neue quis negociandi causa eorum quid emeret venderetue: poena, in eum qui aduersus Senatusconsultum fecisset, constituta, vt duplum eius, quanti emisset, in aerarium inferre cogetur: in eum vero qui vendidisset, vt irrita fieret venditio. Fisco quingentos solidos Macer in l. Imperatores D. de iure fisci. Her-
15 mogenianus in l. Aufertur eod. tit. Ita simpliciter pro Soluere ponit Scaeuola l. de accession. D. de diuers. temp. praef. Videri te concessisse venditionem, si pecuniam non intulisses. Caes. B. G. 6, 19 Funera sunt pro cultu Gallorum magna et sumtuosa: omniaque quae viuis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia.

20 Plaut. Truc. 2, 7, 19 Velut meretrix meum herum miserum sua blanditia intulit in pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, amicis. Inferre se, vt conferre se, sed illud uehementius: Cic. in Vatin. 31 Tu in templum Castoris te cum C. Fidulo atrato, caeterisque tuis furiis funestum intulisti. Idem in Pison. 55 Triennio post Macedonicus
25 Imperator in urbem se intulit, vt nullius negotiatoris obscurissimi reditus vnquam fuerit desertior. Liu. 2, 14 Adeo concitato impetu se intulerant Hetrusci, vt funderent ipso incurfu Aricinos. Sic 4, 33 Et ipse princeps calcaribus subditis euectus, effreno equo in medios ignes inferitur. Idem 33, 36 Inferentem se ferociter hostem, etc.

30 Per medios infert se Virg. Aen. 1, 443. Sed etiam pro Incedere, et composito quasi gradu cum fastu ambulare: vel, etiam simpliciter In-
gredi et intrare. Plaut. Mil. 4, 2, 54. Idem Perf. 5, 2, 25 Huius bae, quam basilice te intulisti, et facete. Se flammae Vell. 2, 74, 4. Equus se infert campo Virg. Georg. 2, 145. Cic. pro Caecin. 13

35 Verfabatur quoque eo tempore in his rationibus auctoris et partitionis: atque etiam se ipse inferebat et intrudebat, et in eam opinionem Celsenniam adducebat, vt mulier, etc. i. Ingerebat, vt vulgo dicunt. De mortuis etiam dicitur, cum sepeliuntur. Cic. de Legib.
40 2, 55 Iam tanta est religio sepulcrorum, vt extra sacra et gentem inferri fas negent. Sueton. Aug. c. 101 Iulias — vetuit sepulcro suo inferri. Vlp. in l. 2 D. de Religiosis et sumtibus funerum, Qui mortuum in locum alienum intulit, tenebitur in factum actione. Idem in titulo De mortuo inferendo l. 1 Qui inferendi mortuum ius
45 habet, non prohibetur inferre. Mortui corpus, cum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quo hi, qui ad supplicium dati Nep. 4, 5, 5. Hinc ad sacrificia mortuis oblata refertur: Virg. Aen. 3, 66 Inferimus
repido spumantia cymbia lacte Sanguinis et sacri pateras. Hinc Inferiae dictae, v. v. 2 Sed multo latius patet usus huius
Verbi, quod apparebit ex recensu Substantiuorum, quae illi iunguntur.

50 Plin. 8, 47 Tonitrus solitariis quibus Abortus inferunt. h. e. Cusam esse abortus. Vid. ABORTOR. Actionem cum aliquo, est Agere aduersus aliquem Paullus in l. Ex facto §. vlt. D. de peculio. Liu.
1, 30 extr. Quum bellum vtrunque summa ope pararent, vertique in eo res videretur, vtri prius Arma inferrent, occupat Tullus in agrum
55 Sabinum transire. Cic. Att. 9, 1 Iouem imperauisse, vt Italiae Bellum inferret. Conf. Curt. 3, 10, 8. Bellum contra patriam
Cic. Philipp. 2, 53 c. 22. Plin. 12, 8 Item laurino folio et ibi spina tradita est, cuius liquor aspersus oculis, Caecitatem infert omnibus animalibus. Caes. B. G. 2, 14 Qui huius consilii principes fuissent,
60 quod intelligerent, quantam Calamitatem ciuitati intulissent, in Britanniam profugisse. Plin. 18, 28 Quaeque nunquam annonae intulere Caritatem. Caes. B. G. 1, 39 Quorum alius alia Causa illata, quam sibi ad proficiscendum necessariam esse diceret, petebat, vt eius voluntate discedere liceret. Hirt. de B. Hispan. 1 Propter
65 pecuniae magnitudinem aliqua ei inferebatur Causa, (i. accusabatur) vt eo de medio sublato, ex eius pecunia, latronum largitio fieret. Sic mox Crimen. Liu. 4, 43 Consulibus, Tribuni pleb. Certamen intulerunt, vt pars Quaestorum ex plebe fieret. Liu. 29, 3 Omnibus pacis modo iniuriose agentibus magna Clades illata. Classes
70 Oceano Lucan. 10, 36. Cic. Verr. 5, 105 Quum ipse praedonum socius putaretur, alijs proditoris Crimen inferret, vt paullo ante Causam, et mox Litem, Quaestionem. Contraria: Auct. ad Heren. 4, 48 Accusatoris officium est, inferre Crimina: defensoris, diluere et propulsare. Desperationem Iustin. 22, 7, 7. Caes.

75 B. C. 2, 2 Magnisque vltro illatis Detrimentis, eos, qui eruptionem fecerant, in oppidum reiciebant. Dolorem Plin. 24, 5. Cic. in Parad. 4 Nisi forte, quum parietes disturbabas, aut quum tectis sceleratas Faces inferebas, meorum aliquid ruere, aut deflagrare arbitrabare. Cic. Att. 9, 12 Me meis ciuibus Famem, vastitatem inferre Italiae. Liu. 27, 28 pr. Ibi duo duces sagaciter moti sunt, alter ad inferendam, alter ad cauendam Fraudem. Liu. 9, 40 Is nouus terror additus, quum ex parte vtraque circumuassisset aciem, et ad terrorem hostium legiones Rom. redintegrato clamore intulissent Gradum. Gradum inferunt, quasi recentibus auxiliis aucti Tacit. Hist. 3, 25.

85 Hostem se alicui Virg. Aen. 10, 66. Ignominiam Liu. 34, . . . Iniuriam sociis Caes. B. G. 1, 36. Cic. Off. 1, 23 Sed iniustitiae genera duo sunt: vnum eorum qui inferunt: alterum, eorum qui ab iis, quibus infertur, si possunt, non propulsant iniuriam. Inuidiam Iustin. 8, 1, 10. Papinian. in l. 2 D. Ne de statu defunct. Praescriptio quinque annorum, quae statum defunctorum tuetur, specie Litis ante mortem illatae non fit irrita. Litem capitis in aliquem Cic. pro Cluent. 116. Lumine illata Curt. 8, 2, 21. et c. 6, 22. Lumen in clarissimum solem Quinctil. 5, 12. Plin. 14, 22 Approbavit plane, quanta per temulentiam Mala terrarum orbi intulisset. Malum in
95 domum alicuius Nep. 2, 9, 2. Cic. in Parad. 3, 2 Et aequae peccare se, si priuatis, ac si magistratibus Manus inferantur. In vetusto exemplari legitur Adferant. Vid. mox Vim, Vulnere inferre. Manus turba armatas in illum intulit Ouid. in Ibin 614. Memoriam sempiternam in domum suam Cic. Off. 2, 76. Liu. 4, 1 pr. Et Mentio primo sensim illata a Tribunis, vt alterum ex plebe Consulem liceret fieri. Conf. Curt. 8, 1, 38. Liu. 26, 20 Nihilo minor fama apud hostes Scipionis erat, quam apud ciues, sociosque: et diuinatio quaedam futuri, quo minus ratio timoris reddi poterat, eo opportune maiorem inferens Metum. Moestitiam Cic. Tusc. 1, 106. Caes. B.

100 C. 3, 75 Neque vero Pompeius cognito consilio eius, Moram vllam ad
6 Y 2

insequendum

insequendum tulit, *i. moram nullam fecit.* Morsus alicui Ouid. Met. 11, 58. Mortem, *Occidere* Plin. 27, 2. Idem 10, 74 *extr.* Aspitem Necem intulisse catulo auctor est Philarchus. Cic. pro Font. 33 Age vero nunc inferte Oculos in curiam, introspicite penitus in omnes Reipublicae partes. Tacit. Ann. 15, 49 Et Lucanus Aeneus, Plautiusque Lateranus Consul designatus, viuida Odia intulere. Cic. pro Caecin. 39 c. 14 *pr.* Vtrum Pedem quum intulero, atque in possessionem vestigium fecero, tum expellar, atque deiciar, *etc.* Pedem inferunt, vrgentque, et impulsos semel terrore eodem agunt quo coeperunt Liu. 10, 33. Plaut. Amph. 2, 2, 101 Neque meum Pedem huc intuli etiam in aedeis. Cic. pro Cluent. 95 Et penitus perspicere debetis quid mali, quantum Periculi vnicuique nostrum inferre possit vis Tribunicia, *etc.* Periculum capitis Cic. Off. 2, 50. Liu. 4, 29 *pr.* Dictator prorupto vallo iam in castra Praelium intulerat. Probrum castis, labem integris, infamiam bonis Cic. pro Cael. 42. Papinianus in l. 2 D. Ne de stat. defunct. Non esse libertatis Quaestionem filiis inferendam, propter patris vel matris memoriam post quinquennium a morte non retractatam, conuenit. Columel. 1, 7 Nam et ipsi diripiunt, et ab aliis furibus non custodiunt, sed nec conditum cum fide Rationibus inferunt: ita fit, vt actor et familia peccent. Conf. Sueton. Iul. 47, 2. et Flor. 2, 2, 5. Sepulcro inferri Suet. August. c. 101. Cic. Off. 1, 144 Turpe enim, valdeque vitiosum, in re seuera conuiuio dignum aut delicatum inferre Sermonem. Id. de Orat. 1, 29 Ibi vt ex pristino Sermone relaxarentur animi omnium, solebat Cotta narrare, Crassum Sermonem quendam de studio dicendi intulisse. Caes. Bell. Gall. 2, 25 Signa inferre, et manipulos laxare iussit. Conf. Liu. 4, 18. Cic. pro Flacc. 5 Damnatus est is, qui Catilinam Signa patriae inferentem interemit. Socium se infert Aeneas Virgil. Aen. 4, 242. Caes. B. G. 2, 25 Huius aduentu Spe illata militibus, ac redintegrato animo, *etc.* Stuprum reginae, *pro Stuprare* Cic. Off. 3, 38. Stuprum puluinaribus Bonae deae Idem de Arusp. Resp. 8. Et in Parad. 3 Quamcumque in domum Stuprum intulerint, eandem esse labem libidinis. Cic. pro Flacc. 45 Pro quo quum a P. Varino Praetore pecuniam accepisset, celauit suos ciues, vltroque iis Sumtum intulit. Idem de Arusp. Resp. 3 Supplicia neque a sociorum moenibus prohibere, neque hostium vrribus inferre poterunt. Caes. B. C. 3, 38 Ex fremitu equorum illata Suspicionem, ad suos se recipere coeperunt. Cic. pro Mil. 71 Satis declarat se non Terrorem inferre vobis. Terrorem intulerat Ioui Horat. Carm. 3, 4, 49. Columel. 1, 1 Nec minori fide pro virili parte Tributum nobis intulerunt Lysimachus et Cleobulus. *Paullo ante dixerat*, Aliquod stipendium nostro studio contulerunt. Liu. 35, 45 *pr.* Aduentum eius et maiestatem ad Verecundiam inferendam Romanis maiorem vim habituram quam arma. Vestigia aliquo Lucret. 6, 758. Cic. in Catil. 2, 1 Iam mihi Consuli hoc ipso in templo iure optimo Senatus Vim et manus intulisset. Caes. B. G. 5, 28 Multis vltro Vulneribus illatis. Sic Idem Bell. C. 2, 6 Multa nostris de improuiso imprudentibus atque impeditis Vulnera inferebant.

ILLATIO, ōnis. f. [*ἀσφοδᾶ*] Vlpianus in l. 2 D. de religio-
sis et sumtibus funerum, De ea autem illatione Praetor sensit, quae
sepulturae causa fit. *it. Solutio tributorum.* Cassiodor. Epist. 2, 16. et
conclusio *sylogismi* Apul. Dogm. Plat. 3 p. 34, 15 quem statim dabimus.

ILLATIŪVS, a, um. Adiect. Illationem inferens. Apul. l. c.
Dico autem Illationem, vel Illatium Rogamentum, quod Acceptio-
nibus colligitur et infertur.

INFERTVS, a, um. Part. *pro Illatus.* Vt, Infertum vinum
Isidor. 20, 3.

INFERSVS, a, um. Adi. Caro stercoribus inferfa Tertullian.
adu. Marc. 3, 10.

INFERTOR, ōris. m. Glossar. Gr. Lat. *παραδέρης*, structor,
infertor.

INFERTILIS, e. Adi. Apud Columel. . . .

INFERTILITAS, ōtis. f. Gloss. Gr. Lat. *ἀγονία*.

INFERSVS, a, um. Adiect. [*ὁ κέρω*] *ab Infra dictum est, quod*
infra est. Inferum limen Plaut. Merc. 5, 1, 1. Varro apud Non.

1, 221 Nubes aquali frigido, velo leues caeli cauernas aurea subduxe-
rant, aquam vomentes inferam mortalibus. Mare Cic. Attic. 9, 3.

Idem Tusc. 1, 64 c. 26 Eademque ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit, vt omnia supera infera, prima vltima, media vide-
remus. Liu. 31, 31 Dii superi inferique. ¶ 2 Inferi,

orum. m. Pl. [*οἱ κέρω*] *Defuncti vita, in quantum sub terra sunt,*
ipsi illi loci, in quibus versari putantur; DI, quos illis praesse aiunt,
monstra, etc. Cic. de Inu. 1, 46 c. 29 Probabile est — Impiis

apud inferos poenas esse praeparatas. Et Tusc. 1, 10 c. 5 Triceps apud
inferos Cerberus, *etc.* Et Tusc. 1, 36 c. 16 Vt deos esse natura opina-

mur, qualesque sint, ratione cognoscimus; sic permanere animos ar-
bitramur consensu nationum omnium: qua in sede maneat, quales-
que sint, ratione discendum est. Cuius ignoratio finxit Inferos —

In terram enim cadentibus corporibus, hisque humo tectis — sub
terra censebant reliquam vitam agi mortuorum, *etc.* Redux ab

inferis conspectus Apul. Met. 11. Ab inferis excitare Cic. Cat. 2 c.
9. Reuocare Id. pro Mil. c. 29. Liu. 26, 32 Si ab inferis existat

Rex Hiero. Patere. 2, 48, 2 Quam apud superos habuit magnitudi-
nem illibatam detulit ad inferos. Iustin. 11, 15, 15 Precari superum
inferumque numina. Cic. pro Cluent. 171 Nunc quidem quid

tandem illi mali mors attulit? nisi forte ineptis, ac fabulis ducimur,
vt existimemus, illum apud inferos impiorum supplicia perferre, ac
plures illic offendisse inimicos, quam hic reliquisse. Plaut. Aulul.

2, 7, 6 *ludens in ambiguitate vocabuli, de coquis in puteo coquentibus,*
Si autem deorsum comedent, si quid coxerint, superi incoenati sint,
et coenati inferi. Inferi aperientur Lactant. 7, 20, 1. *i. sepulcra.*

¶ 3 Inferior, [*κατώτερος, ἡττων*] Compar. ab Inferus. Inferior
horret, quidquid peccat superior P. Syr. Cic. Tuscul. 4, 7 In-
ferior ambulatio. Idem Diu. Verr. 61 Tu quum omnibus rebus

inferior sis, hac vna in re te mihi anteferri putas oportere, quod
Quaestor illius fueris: ego, si superior caeteris rebus esses, te hanc
vnam ob causam accusatorem repudiari putarem oportere. Cic.

Off. 1, 116 c. 32 Timotheus Cononis filius, qui, quum belli laude non
inferior fuisset, quam pater, ad eam laudem, doctrinae et ingenii
gloriam adiecit. Ex loco inferiore Scribon. 84. Multo inferior

Marte et armis Propert. 2, 8, 39. Cic. Acad. 4, 73 Quis hunc phi-
losophum non anteponit Cleanthi, Chryshipo, reliquisque inferioris
Aetatis? Vinci ab inferiore Cic. pro Quint. c. 31. Idem de Ami-
cit. 7 Hanc esse in te sapientiam existimant, vt omnia tua in te posita

105

- esse ducas, humanosque Casus virtute inferiores putes, *i. minoris facere casus, quam virtutem.* Copiis inferior Nepos 14, 8, 4. Fortuna inferior Cic. Fam. 13, 5. Genere inferiore orto cedendum putauit Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 27. Inferius, *Adu.* Ouid. Met. 208 Inferiusque suis fraternos currere Luna Admiratur equos. Caelum fidet inferius mari Horat. Epod. 5, 79. *h. e. descendet inferius, quam sit mare.* Tacit. Ann. 3, 3, 1 Tiberius atque Augusta publico abstinere, inferius maiestate sua rati, si palam lamentarentur.
- 4 Infimus, a, um. *Superl.* [κατώτατος] Plaut. Curc. 4, 1, 14 In loco infimo boni homines atque dites ambulant. Ter. Eun. 3, 2, 36 Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos homines. Cic. de Legib. 3, 15 Homo omnium infimus et sordidissimus. Infima Condicio et fortuna seruorum Cic. Off. 1 c. 13. Infimus cuius Idem Verr. 3, . . . *cui contrarium est Summus: ut pro Fonteio 17 Non modo cum summis ciuitatis nostrae viris, sed cum infimo ciue Romano quisquam amplissimus Galliae comparandus est? Faex populi Cic. ad Q. Fratr. 2, 6 (8). Auxilia infimorum Cic. Cat. 3 c. 5. al. infimorum.* Aduersus infimos etiam iustitia seruanda Idem Off. 1, 34 c. 13. Infima fortuna homines Cic. de Fin. 5, 52 c. 19. Ab infima plebe completi gradus templorum Idem Att. 4, 1. De gente infima Horat. Carm. 2, 3, 22. Cic. pro Flacc. 24 c. 11 Si quidem infimo loco natum, nullo splendore vitae, nulla commendatione famae defenderem: tamen, etc. Infimis precibus aliquid petere, quibus nos infimos facimus et abiicimus, ut quod petimus, facilius impetremus: Liu. 29, 30 pr. Ab eo supplex infimis precibus auxilium itineri, quoniam bello non poterat, quatuor millia Maurorum impetrauit. *Contraria:* Cic. de Fin. 1, . . . In quo nihil aequae nec summum, nec infimum, nec medium, nec vltimum, nec extremum sit.
- INFIMIOR, ōris. Interpr. Iren. 2, 14 Infimiores illorum.
- 30 INFIMĀTES, um. m. Pl. *Qui sunt infimae sortis.* Charis. 1 p. 20 pr. Inuenimus optimas, et infimates legimus. Plaut. Stich. 3, 2, 37 Summates viri, summi accumbent, ego infimatis infimus. *Sic laudat b. l. etiam Priscian. 7 p. 762 extr. ut Infimatis sit Nominatiuus.*
- INFIMO, āre. *Ad ima detrudere.* Apul. Miles. 1 p. 106 pr. Manes sublimare, Deos infimare.
- 35 INFIMATVS, a, um. Part. Apul. de Deo Socr. p. 44 Ingenia ad miseras infimata.
- INFIMITAS, ātis. f. *Conditio infimi.* Ammian. 17, 13 Ad infimitatem obsequiorum venire. Idem 29, 2 Ipsa sortis infimitate ad omnia praecepta.
- 40 INFERILIA, ium. n. Pl. *Subterranea.* κατώχθονια, Gl. Lat. Gr. INFERVEO, ēre, *sive* INFERVESCO, inferbui, ēre. [ἐπιζῆω] Idem quod Feruere. Cato c. 108 Facito bis aut ter inferueat. Idem c. 90 Et far parum facito, et fabae tertia pars vt inferueat. Hor. Serm. 2, 4, 67 Hoc vbi confusum sectis inferbuit herbis, Corycioque, etc. *Vtitur* Scribon. 37. 188 etc. Mel Atticum ter inferuere facito Columel. 12, 38. Obtendensque manum, solem inferuescere fronti Arcet Sil. 13, 341.
- 45 INFERVEFACIO, ēci, actum, ēre. [ζεοποιῶ] Columel. 9, 12 Omnia eadem aequis ponderibus in vnum laeuigata, et fictili vase cum aminaeo vino inferuefacta. Idem 12, 17 Liguatumque acetum inferuefaciant. *Est* Scribon. 271. et al.
- 50 INFERVEFIO, ēri. Scribon. Larg. c. vlt. Posteroque et tertio die quum inferuefiunt, reconduntur.
- 55 INFESTATIO, INFESTATVS, INFESTATOR, vid. infra INFESTO.
- INFESTIŪVS, a, um. Adi. [ἀρεπής] *Inficetus, iniucundus.* Gell. 1, 5 Homo subagresti ingenio et infestiuo.
- 60 INFESTIŪVITER. Adu. *Inficete, sine lepore.* Gell. 9, 9 Caetera vertit non infestiuiter.
- INFESTVS, a, um. Adi. [δυσμενής] *Qui alicui malum infert: et est plus quam Inimicus, iamque aduersus eum fertur.* Plaut. Casin. 3, 5, 41 Numquid mihi quoque minatur? p. tibi soli infesta est plus quam cuiquam. Indulgentia ferocem atque arrogantem et infestum facit Cic. Att. 10, 11. Latrocinii infestior factus est Af. Poll. ad Cic. Fam. 10, 31. Antigonus ei fuit infestissimus Nep. 18, 10, 3. Cic. pro Rosc. Amer. 88 Is, qui ardens avaritia feratur infestus in suos. Idem Verr. 3, 12 Quis hunc audet dicere aratoribus infestum aut inimicum fuisse? Liu. 9, . . . Qui vias latrocinii, pascuaeque publica infesta Habuerant. Cic. pro Quint. 10 Cum ei summam per iniuriam omnia inimica atque infesta fuerint. Acies infestae, vid. ACIES. Ager infestus ab nobilitate, vid. AB. Amor Catull. 96, 11. Cic. ad Brut. 16 Benefacta pro debitis exigimus: quae aliter eueniunt, vt decepti ab his, infesto Animo reprehendimus. Ayma Ouid. Epist. 5, 91. Bellum infestissimum Liu. 9, 12. Cic. Verr. 1, 12 Clamore Populi Romani infesto atque inimico excitatum. Concio Curt. 7, 2, 1. Dictis infestis discerpere aliquem Catul. de Coma Beren. l. 65, 73. Enses Stat. Achil. 1, 131. Fortuna, cui Prospera opponitur Pseudo-Cic. ad Octau. Hasta Virgil. Aen. 10, 876. *i. in vulnus parata* Seru. Hostes Ouid. Amor. 1, 7, 19 Caes. B. G. 8, 47 Infestisque Itineribus commeatus complures, qui comportabantur in hiberna Romanorum, interceptabantur. Sic B. C. 3, 79. Sic, Infestum mare Cic. Att. 9, 22. Latrones Hor. Serm. 2, 1, 42. Cic. de Rep. 3 apud Non. 13, 6 Nam quum quaereretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum vno myoparone, Eodem, inquit, quo tu orbem terrae. Add. Cic. Attic. 9, 19 extr. Mater crudelis et infesta huic Idem pro Cluent. 12. Oculis infestis conspici Cic. in Catil. 17. Idem Verr. 3, 127 Qua de causa excitatum esse dicamus in aratores tam infestum Odium atque tantum? Plebs infestior Liu. 2, 42. Prouincia, non ab hostibus aut praedonibus tuta: Cic. de Inuent. 2, 10 Quod tamen excursionibus et latrocinii infestam Prouinciam redderent. Add. Idem pro Lig. c. 8. Quietem infestam facere alicui Lucret. 5, 981. Cic. Fam. 10, 31 Nam Saltus Castulonensis, qui semper tenuit nostros tabellarios, etsi nunc frequentioribus latrocinii infestior factus est, tamen, etc. *h. e. periculofus.* Senectus, molesta et grauis: Liu. 1, 47. Tum vero in dies infestior Tullii Senectus, infestius coepit regnum esse. Signa infesta, dicuntur, quae aduersum tendunt: hoc est vexilla in hostem euntia, vt molestiam inferant. Haec Valla 4, . . . Caes. B. G. 6, 7 Illi vbi praeter spem quos fugere credebant, infestis Signis ad se ire videntur. Sic Liu. 4, . . . Tela Virg. Aen. 5, 582. Terra infesta colubris Ouid. Met. 4, 619. Vulnere infesto insequi aliquem Virg. Aen. 2, 529. *i. iam iam infligendum vulnus minari.* Infestus, etiam dicitur, Cui infesti sunt inimici: qui in discrimine ver-
- 105 satur, et insidiis. Gell. 9, 12 Infestus ancipiti quoque significatione est:

est: nam et is Infestus appellatur, Qui malum infert culpam; et contra, Cui aliunde impendet malum, is quoque Infestus dicitur. Cic. pro Rosc. Amer. 30 c. 11 Filii vita infesta, saepe ferro atque infidiis appetita. Sic Catull. 113, 4. Cic. pro Rabir. 10 Qui vestram Libertatem non acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legum munitam esse voluerunt. Nomen infestius Liu. 9, 34. Add. Idem 1, 47 pr. Cic. pro Planc. 1 Dolebam, Iudices, et acerbere ferebam, si huius Salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua benevolentia, praesidio, custodiaque texisset. Conf. Drakenb. ad Sil. 12, 399. Cort. ad Sall. Catil. 15, 4. Infestum, a Festinando dici putat Nigidius apud Gell. 9, 12 Qui enim instat (inquit) alicui, eumque properans vrget, opprimereque eum studet festinatque: aut contra, de cuius periculo et exitio festinatur: is vterque infestus dicitur, ab instantia atque imminentia fraudis, quam vel facturus alicui, vel passurus est. Conf. Non. 1, 255. Sed Vossius ducit a Festus, a, um. Quid si idem Inhostus? v. v.

INFESTE. Adu. Liu. 26, 13 Age contra, quae illi infeste in nos fecerint, repetite. Infestius concursus est Liu. 44, 4. Idem 2, 55 Quo ferocius clamitabat, eo infestius Circumscindere et spoliare licet. Contendere infestissime Cic. pro Quint. 66 c. 21. Dissuadere infeste domum Vellei. 2, 45, 3. Exprobrare infeste Suet. Tib. c. 51. Interrogare infestissime Quint. 12, 8.

INFESTO, are. [*ἐνοχλέω*] Infestum et malo obnoxium reddere. Plin. 7, 2 Quos a gruibus infestari Homerus quoque prodidit. de Pygmaeis. Aquas infestat Charybdis Ouid. Amor. 2, 11, 18. Plin. 15, 5 Arborem ipsam fertilitate consumi: musco praeterea rubro infestari. Animos rudes superstitione Columel. 11, 1. Asia infestatur angustiis Plin. 6, 11. Greges Iustin. 43, 2, 9. Infantes infestat editos plenilunium Plin. 7, 6. Vellei. 2, 73, 3 Vindicatum armis ac ductu patris sui Mare infestare piraticis sceleribus. Munitiones Hirt. Bell. Alex. c. 3. Vineta infestantur Austris et Euris Columel. 3, 12 extr.

INFESTATVS, a, um. Part. Mare latrocinii ac praedationibus infestatum Vellei. 2, 73, 3. Infestatissimus Orof. praef. ad Augustin. al. infestissima.

INFESTATIO, ōnis. f. [*δυσμείνεια, ἀπέχθεια*, Vet. Gl.] Tertull. Apol. c. 1 Domesticis iudiciis nimis operata sectae huius infestatio obstruit defensionem, i. odium.

INFESTATOR, ōris. m. Qui infestat. Plin. 6, 28 Nomadas infestatoresque Chaldaeorum Scenitae claudunt.

INFIBVLA, ae. f. Idem quod fibula. Hoc vocabulum Tertull. de Pall. c. 1 restitui iubet Iun. ubi diuisim legitur, Pallii habitus — in fibulae morsu humeris acquiescebat.

INFIBVLO, vel INFIBLO, are. [*ἐμφορῶ, παρνεύω*] Celf. 7, 25 Infibulare quoque adolescentulus quidam valetudinis causa confecerunt, Eiusque haec ratio est, etc. Damus eam voce FIBVLA, n. 4.

¶ 2 Est etiam culinariae verbum, et significat, cuts vel intestino confixio aut alligato prohibere, ne effluere impensa possit. Apic. 8, 7 ubi docet porcellum farsilem facere, subaperies auriculam sub cutem (cutem sub auricula) mittes impensam — postea charta praeccludes et infibulabis — Cocto fiblas tolles, etc.

INFIBVLATVS, a, um. Partic. Infibulati flamines aereis fibulis Festus.

INFICETVS, vid. INFACETVS.

INFICIAS, et INFICIATOR, vid. INFICIOR.

INFICIENS, entis. Adi. i. nihil faciens. Neque ipsae sunt inficientes, nec non oderunt inertes. Varr. R. R. 3, 16, 8. de apibus. Idem de L. L. 4, 8 p. 60, 15 Et facere verba dicimus, et qui aliquid agit, non esse inficientem. Simile Indicens, ubi damus plura.

INFICIO, ēci, ectum, ēre. [*βάπτω, παρεμβύω*] Intingere, imbuere. Plin. 7, 15 Ad omnem contactum adhaerens, praeterquam filo, quod tale virus infecerit. de menstruis mulierum. Ibid. c. 56 Inficere lanas Sardibus Lydi: subaud. Inuenerunt. Acquor infecit sanguine de praelio nauali Horat. Carm. 3, 6, 34. Aquas infecit sanguis Ouid. Epist. 9, 142. Caelum arcus inficit longo curuamine Id. Met. 6, 64. Capillos nigro colore inficiunt filiquae crui Plin. 22, 25. Caput senecta infecit Tibull. 1, 8, 42. Cultros infecit sanguine Ouid. Met. 15, 135. Diem volumina fumi infecere Idem Met. 13, 602. Spurcissimo Humore me infecerunt Apul. Met. 1 p. 122. Locum inficere sanguine Tacit. Hist. 2, 55. Manus cortex nucis inficiens Ouid. de Nuce 156. Phaedr. 4, 6, 16 Hic caede patris Pelliadum infecit Manus. Ora pallor albus inficit Horat. Epod. 7, 15. Ora rubor igneus Lucan. 5, 214. Pocula inficere veneno, quod barbari dicunt, Venenare, vel Intoxicare Virg. Georg. 2, 128. Riui sanguine rubro inficiet Horat. Carm. 3, 13, 8. Inficere tabe inuidiae Ouid. Met. 2, 784.

¶ 2 Metaphor. Inficere artibus, pro Imbuere: Cic. de Fin. 3, 9 c. 2 extr. Sed tamen iam puer infici debet his artibus, quas si dum est tener, combiberit, ad maiora veniet paratior. Prout illum Consuetudo infecit Senec. ad Marc. c. 7. Cuiditatibus principum et vitiis infici solet ciuitas Cic. de Legg. 3 c. 13. Idem de Legg. 1, 47 Qui teneros ac rudes quum acceperunt, inficiunt et flectunt, vt volunt. Deliciis, otio, languore, desidia animum Cic. Tuscul. 5, 78. Liu. . . . Hoc luxu et peregrinis infecti moribus. Cic. Att. 1, 13 Sed vereor, ne hoc, quod infectum est, serpat longius, i. inquinatum, contaminatum: a labe metaphora deducta, quae ex oleo facta, serpit late in ea re, quam semel infecit. Conf. Casaubon. ad Pers. p. 224.

INFECTVS, a, um. Partic. [*βεβαιμμένος*] Tinctus. Plin. 11, 37 Mulieribus etiam palpebrae infectae quotidiano: tanta est decoris affectatio, vt tingantur oculi quoque. Aquae infectae sanguine Ouid. ex Pont. 3, 4, 108. Corpus infectum Scribon. 185. Creta rubiae radice Vitruu. 7, 14. Sueton. in Calig. c. 49 Inuenta et arca ingens variorum venenorum plena, quibus mox a Claudio demersis infecta Maria traduntur non sine piscium exitio. Mons caede ferarum infectus Ouid. Met. 3, 143. Tela infecta sanguine Stat. Theb. 9, 187.

¶ 2 Infectus, Non factus: vid. suo loco.

INFECTVS, ūs. m. [*ἐπίσπις*] Inficiendi ratio. Plin. 8, 48 De reliquarum infectu, suis locis dicemus.

INFECTIO, ōnis. f. Idem. Vet. Gloss. Infectio, ἐπίσπις, ἐπίμμο. Vid. etiam Eumen. Panegy. Constantii Caesaris c. 18. ubi tamen Critici refragantur: et Octau. Horat. 1, 1.

INFECTIVVS, a, um. Adi. Vitruu. 7, 14 Haec infectiua appellantur, de pigmentis quibusdam.

INFECTOR, ōris. m. [*ἐκφύς*] Qui lanas inficit, et imbuat aliquo colore. Plin. 20, 7 Quarto infectores lanarum vtuntur, quod

glastum vocant. Cic. Fam. 2, 16 extr. Curtius noster Dibaphum cogitat, (*sacerdotium, auguratum*) sed infector eum moratur, *sive Caesar, sive populus, a quo sperat auguratum*. Festus, Infectores, qui alienum colorem in lanam coniciunt: offectores, qui proprio colori nouum efficiunt, an efficiunt? Infector succus, *quo lanae vel quidpiam aliud tingitur, et inficitur*. Plin. 11, 3. *vid. Sen. Quaest. Nat. 3, 23. Add. Scribon. 57.*

INFECTORIVS, a, um. Adi. Marcell. Emp. c. 4 Infectorium alumen.

INFECTORIVM, i. n. Gloss. Gr. Lat. *σαφειον, infectorium.*

INFICIOR, vel potius INFITIOR, ari. [*ἀνέομαι, ἐξήνομαι*] Negare, non fateri. *Respexit tale quid Festus, Infiteri, non fateri. Est simile Verbum illis Participiis Indicente me, inficientes et similibus. Possis etiam dicere, primum infitias dictas esse eadem ratione, qua inducias, et inde demum infitari deriuatum. Illud maneat, a fatendo duci, et scribendum per T, ut scribi testatur Pareus in MSS. Plaut. Amph. 2, 2, 147 Tu, qui quae facta infitari.* Cic. pro Cluent. 162 Quis tum posset arguere ab Oppianico tentatum esse iudicium pecunia? quis id hoc tempore infitari potest? Idem in Catil. 3, 11 c. 5 Nam

quum id posset infitari, repente praeter opinionem omnium confessus est. Idem pro Cluent. 162 Florio legatum ex testamento infitiatum esse. Et Verr. 4, 104 Earum autem rerum nullam sibi iste neque infitianti rationem, neque defendendi facultatem reliquit. Amicitiani infitari Curt. 7, 1, 26. Contumelias Tac. Ann. 2, 14. Pretium rex infitiatum Ouid. Met. 11, 205. Festus, Infitari, creditum fraudare. *vid. INFITIATOR.*

INFICIATVS, melius INFITIATVS, a, um. Part. Amicos infitiatum Ouid. ex Pont. 1, 7, 27.

INFICIANDVS, melius INFITIANDVS, a, um. Aliud Partic. Ouid. Amor. 2, 17, 265 Non erit hic nobis infitandus amor. Fama Idem Epist. 9, 4.

INFICIAS, melius INFITIAS, [*ἐξαρῶς ἄμυ*] tantum Accusatiui Casus, et Pluralis Num. solum, cum EO, is, iungitur sine Praepositione: ut, Ire infitias, Negare. Plaut. Cist. 4, 1, 9 Quid nuntias super anu? L. A. Scelestio rem nullam in terra esse alteram, Omnia infitias ire ea, quae dudum confessa est mihi. Ter. Adelph. 3, 2, 49 Si infitias ibit, testis mecum est annulus, quem amiserat. Gell. 16, 19 Nautas stupefactos conuictosque infitias ire non quisse. Quintil. 3, 7 Nec infitias eo esse quasdam, etc. Non ibo infitias Tac. Ann. 15, 2, 3. Quintil. Pr. 7 extr. Neque infitias eo, quaedam esse, quae demonstrari possint. Liu. 31, 31, 9 Neque infitias imus, Siciliam prouinciam nostram esse. Al. Infitiati sumus, quae saepius confundi in Liuii libris, obseruat Drakenb.

INFICIATOR, melius INFITIATOR, oris. m. [*ἐξαρῶτης*] Qui negat se vel debere, quod actor petit, vel commississe, quod accusator obiicit. Cic. de Orat. 1, 168 c. 37 Quod petitoris causa comparatum esse non intelligebat: ut si ille infitiator probasset iudici ante petitam esse pecuniam, quam esset coepta deberi. Idem in Catil. 2, 21 c. 10 Hosce ego non tam milites acres, quam infitiores lentos esse arbitror. Cic. pro Placco 48 c. 20 Nolite existimare, non vnam et eandem omnibus in locis esse fraudatorum et infitiatorum impudentiam. Quintil. 7, 2, 50 An credibile sit — petitorum calumniari, an reum infitiatorem esse vel furem? Martial. 1, 98 (104) In ius 6 fallax atque infitiator eamus. Infitiator soluti

Sidon. Ep. 3, 13.

INFICIATIO, melius INFITIATIO, onis. f. [*ἐξάρωνος*] Negatio. Cic. de Orat. 2, 105 c. 25. Sic in Partit. 102 Primus ille status rationem habet iniqui criminis, ipsam negationem infitiationemque facti. Nuda Quintil. 5, 13, 7. *Add. Idem proem. 8, 9.*

INFICIATRIX, mel. INFITIATRIX, icis. f. Prudent. Psychom. v. 632 — fidei fraus inficiatrix.

INFICIALIS, mel. INFITIĀLIS, e. Adi. [*ἀρῶτης*] Ut, Inficialis status, Quo itur infitias, et negantur obiecta. Cic. in Topic. 92 c. 24 Itaque aut inficialis, aut coniecturalis prima appellatur. *Vid. Quintil. 3, 6, 15 et 31.*

INFIDELIS, *vid. mox post INFIDVS.*

INFIDVS, a, um. Adi. [*ἀπιστος, ἀνομοδός*] A Fido, fidis derivatur, quod habet primam longam; significat autem Eum, cui non est fidentum. Cic. de Prouinc. Consul. 33 Caeterae partes a gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certe immanibus et barbaris. *Contraria:* Cic. de Amic. 53 c. 15 Tum, quum exul esset, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, cum iam neutris gratiam referre posset. Liu. 7 extr. Et propter

Latinorum infidum iam diu Foedus, Priuernates, etc. Fratres Virgil. Georg. 2, 496. Mare Lucret. 2, 557. Liu. 9, 45 pr. Ad Aequos inde veteres hostes, caeterum per multos annos sub specie infidae Pacis quietos versa arma Romana. Proditio Ouid. de Arte Am. 3, 578. Plin. 36, 15 Super omnia erit populi furor, sedere ausi tam infida, instabilique Sede. Societas regni infida Liu. 1, 14. Socius Idem 24, 45. Seruitia Liu. 2, . . . Vir Propert. 1, 6, 18. Vulgus Horat. Carm. 1, 35, 25. Infida omnia atque infesta facere Liu. 1, . . .

INFIDE. Adu. *Apud Firmicum esse dicitur.*

INFIDELIS, e. Adi. [*ἀπιστος*] Qui non stat promissis, et promissam fidem non exsoluit, quin potius violat. Neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam Cic. Off. 3, 106 c. 29 ex Poeta. Plaut. Afin. 3, 2, 15 Vbi fidentem fraudaueris, vbi hero infidelis fueris. Liu. 23, . . . Sociis superbis atque infidelibus. Allobrox nouis rebus

infidelis Horat. 16, 6. *Contraria:* Cic. Fam. 15, 4 His ego subsidiis ea sum consecutus, quae nullis legionibus consequi potuissem, ut ex alienissimis fociis amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem. Arbitrae non infideles meis rebus Horat. Epod. 5, 50. *Comparat.* Plaut. Capt. 2, 3, 83 Obsecro, Infidelior mihi ne fuas, quam ego sum tibi. *Superlat.* Cic. Fam. 9, 1 Cum me in res turbulentissimas infidelissimis fociis demissem. *Homini a religione Christiana alieni habet significationem apud Ecclesiasticos, ut Saluian. de Gub. D. 5 pr.*

INFIDELITER. Adu. Cic. ad Brut. 1 Minus putarim reprehendendum, si inutiliter aliquid Senatui suaserim, quam infideliter. *Sed inter eas est vox ista, unde suppositas arguit has epistolas Marklandus p. 116. Superlat.* Saluian. contra Auarit. 3 p. 122 Si qui ex istis morte appropinquante filios non habent, quaerunt infidelissime, etc.

INFIDELITAS, atis. f. [*ἀπιστία*] Fides violata, perfidia. Caes. Bell. G. 8, 23 Infidelitatem eius sine vlla perfidia iudicauit comprimī posse.

posse. *Add. Idem B. C. 2, 33. Cic. pro Mil. 70 c. 26* Quantae infidelitates in amicis.

INFIGO, xi, xum, ěre. [*ἐπιήγυμι*] *Intus figere. Gladium infingere hosti in pectus Cic. Tuscul. 4, 49 c. 22. Ictus corpori Id. Tusc. 2, 20. Sagitta infigitur arbore, pro In arbore Virgil. Aen. 5, 504. Venabula sagittarum praetereuntibus Plin. 8, 8. Praecipue illa infigat animis Quinct. 1, 8, 14. Quidquid infixum et ingenitum est Sen. Ep. 11. Plin. Epist. 1, 20 pr. Praeuaricatio etiam cursim et breuiter quae sint inculcanda, infigenda, repetenda. Cic. pro Cluent. 17 Hoc quod in communibus hominum sensibus, atque in ipsa natura Positum atque infixum est. Quinctil. 9, 2, 4 Alia repetitione, alia commoratione infigere.*

INFIXVS, a, um. Partic. [*ἐμπεφυμένος*] *Animus infixus in patriae caritate Cic. ad Brut. 15. Dolor infixus animo haeret Idem Philipp. 2, 64 c. 26. Infixus pectori Dolor Quinct. 9, 2, 26. Hostis infixus moenibus Sil. 11, 173. Cic. de Natur. Deor. 1, 49 In eas imagines Mentem intentam, infixamque nostram intelligentiam capere, quae sit et beata natura et aeterna. Pila infixi in tergis hostium Liu. 27, 14. Religio infixi animis Idem 29, 18 pr. Liu. 3, 71 Eo se Rem Vetustate oblitteratam, caeterum suae memoriae infixam afferre. Telum infixum educere Ouid. Met. 13, 393. Vultus infixus stridet sub pectore Virg. Aen. 4, 689. Vultus haerent infixi pectore Virg. Aen. 4, 4.*

INFICTVS, pro **INFIXVS**, l. 7 ff. de Incend. et ruina.

INFIGVRATVS, a, um. Adi. Theod. Priscian. 2, 1 Febbris simplex et infigurata, quae typum nondum habet, ut loquuntur hodie.

INFIGVRABILIS, e. Adi. Idem. Ammian. 24, 4 Compage scutorum, velut testudine infigurabilium fornicum, operiebantur.

INFIMVS, vid. **INFERVS**.

INFINDO, ěre. [*ἐνορίζω*] *Findendo efficere in alia re. Virgil. Ecl. 4, 33 Oppida, quae iubeant telluri infindere sulcos. Sic Idem Aen. 5, 142.*

INFIDIBVLVM, i. n. Turnebus, Infidibula ab Infindendo nomen sunt adepta, quibus tanquam infunduntur vasa angusti oris, ut urcei, vel dolia per tectorium, ut humor aut vinum infundatur. Melius infundibula vel infudibula. Haec ille. Infidibula in MSS. leguntur apud Caton. R. R. c. 10 et 11. ubi al. infundibula.

INFINITVS, a, um. Adi. [*ἀπειράτος, ἀπέραντος*] *Finito contrariam habet significationem. Cic. pro Rosc. Com. 24 Qui tantas et tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiari. Altitudine infinita spelunca Cic. Verr. 4, 107. Auxilia regum Eutrop. 4, 9, 2. Cic. Catil. 3, 8 c. 4 Caedemque infinitam ciuium fecissent. Celeritate infinita perfanat (emplastrum) Scribon. 221. i. immensa. Immensa, infinita, immoderata Cupiditas Auctor ad Herenn. 2 c. 22. Dolor infinitus Scribon. 190. 194. Dolores infiniti Idem 198. Aquarum Ductus Spartian. in Hadr. c. 20. Genus infinitum inuenerat ad innumerabilem pecuniam corripendam Cic. Verr. 2, 5. Id. Verr. 2, 8 Postquam M. Antonii infinitum illud imperium fenserant. Labor rerum forensium infinitus Cic. de Orat. 1, 1. Nobilitas Eutrop. 6, 18, 2. Potestas Liu. 3, 9. Pondus auri argenteique Eutrop. 2, 16, 5. Quaestiones Cic. Acad. 4, 117. i. generales non definitae. Sed hic passim etiam infinitae numero intelligi. Apud Rhetoras autem Infinita quaestio est nullis neque personis, neque temporibus notata. Vid. Cic. Partit. c. 1 et 18 etc. Quinctil. 8, Pr. 8. Spatium Lucret. 2, 1052. 55*

INFINITVS, a, um. Adi. [*ἀπειράτος, ἀπέραντος*] *Finito contrariam habet significationem. Cic. pro Rosc. Com. 24 Qui tantas et tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiari. Altitudine infinita spelunca Cic. Verr. 4, 107. Auxilia regum Eutrop. 4, 9, 2. Cic. Catil. 3, 8 c. 4 Caedemque infinitam ciuium fecissent. Celeritate infinita perfanat (emplastrum) Scribon. 221. i. immensa. Immensa, infinita, immoderata Cupiditas Auctor ad Herenn. 2 c. 22. Dolor infinitus Scribon. 190. 194. Dolores infiniti Idem 198. Aquarum Ductus Spartian. in Hadr. c. 20. Genus infinitum inuenerat ad innumerabilem pecuniam corripendam Cic. Verr. 2, 5. Id. Verr. 2, 8 Postquam M. Antonii infinitum illud imperium fenserant. Labor rerum forensium infinitus Cic. de Orat. 1, 1. Nobilitas Eutrop. 6, 18, 2. Potestas Liu. 3, 9. Pondus auri argenteique Eutrop. 2, 16, 5. Quaestiones Cic. Acad. 4, 117. i. generales non definitae. Sed hic passim etiam infinitae numero intelligi. Apud Rhetoras autem Infinita quaestio est nullis neque personis, neque temporibus notata. Vid. Cic. Partit. c. 1 et 18 etc. Quinctil. 8, Pr. 8. Spatium Lucret. 2, 1052. 55*

INFINITVS, a, um. Adi. [*ἀπειράτος, ἀπέραντος*] *Finito contrariam habet significationem. Cic. pro Rosc. Com. 24 Qui tantas et tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiari. Altitudine infinita spelunca Cic. Verr. 4, 107. Auxilia regum Eutrop. 4, 9, 2. Cic. Catil. 3, 8 c. 4 Caedemque infinitam ciuium fecissent. Celeritate infinita perfanat (emplastrum) Scribon. 221. i. immensa. Immensa, infinita, immoderata Cupiditas Auctor ad Herenn. 2 c. 22. Dolor infinitus Scribon. 190. 194. Dolores infiniti Idem 198. Aquarum Ductus Spartian. in Hadr. c. 20. Genus infinitum inuenerat ad innumerabilem pecuniam corripendam Cic. Verr. 2, 5. Id. Verr. 2, 8 Postquam M. Antonii infinitum illud imperium fenserant. Labor rerum forensium infinitus Cic. de Orat. 1, 1. Nobilitas Eutrop. 6, 18, 2. Potestas Liu. 3, 9. Pondus auri argenteique Eutrop. 2, 16, 5. Quaestiones Cic. Acad. 4, 117. i. generales non definitae. Sed hic passim etiam infinitae numero intelligi. Apud Rhetoras autem Infinita quaestio est nullis neque personis, neque temporibus notata. Vid. Cic. Partit. c. 1 et 18 etc. Quinctil. 8, Pr. 8. Spatium Lucret. 2, 1052. 55*

INFINITVS, a, um. Adi. [*ἀπειράτος, ἀπέραντος*] *Finito contrariam habet significationem. Cic. pro Rosc. Com. 24 Qui tantas et tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiari. Altitudine infinita spelunca Cic. Verr. 4, 107. Auxilia regum Eutrop. 4, 9, 2. Cic. Catil. 3, 8 c. 4 Caedemque infinitam ciuium fecissent. Celeritate infinita perfanat (emplastrum) Scribon. 221. i. immensa. Immensa, infinita, immoderata Cupiditas Auctor ad Herenn. 2 c. 22. Dolor infinitus Scribon. 190. 194. Dolores infiniti Idem 198. Aquarum Ductus Spartian. in Hadr. c. 20. Genus infinitum inuenerat ad innumerabilem pecuniam corripendam Cic. Verr. 2, 5. Id. Verr. 2, 8 Postquam M. Antonii infinitum illud imperium fenserant. Labor rerum forensium infinitus Cic. de Orat. 1, 1. Nobilitas Eutrop. 6, 18, 2. Potestas Liu. 3, 9. Pondus auri argenteique Eutrop. 2, 16, 5. Quaestiones Cic. Acad. 4, 117. i. generales non definitae. Sed hic passim etiam infinitae numero intelligi. Apud Rhetoras autem Infinita quaestio est nullis neque personis, neque temporibus notata. Vid. Cic. Partit. c. 1 et 18 etc. Quinctil. 8, Pr. 8. Spatium Lucret. 2, 1052. 55*

INFINITE. Adu. [*ἀνευ μέτρου*] *Sine modo et ratione aut mensura. Cic. in Parad. 6, 3 Illi aurata tecta in villis, et sola marmorea facienti, et signa, tabulas, supellectilem, et vestem infinite concupiscenti, etc. Infinite secari atque diuidi possunt Id. Acad. 1, 27.*

INFINITO, [*ἀπειρίτως*] *Ablatiuus vice Aduerbii. Plin. 25, 8 Procedente persuasione illa, quidquid in Creta nascitur, infinito praestare caeteris eiusdem generis alibi genitis.*

INFINITAS, ātis. f. [*τὸ ἀπειρον*] *Vniuersitas, generalitas, vel perpetuitas. Cic. Acad. 4, 118 Is enim infinitatem naturae dixit esse, e qua omnia gignerentur. de Anaximandro. Laudat Non. 2, 413. Locorum infinitas Cic. de Natur. Deor. 1, 73 c. 26. Mundorum Ammian. 15, 1. Infinitatem assignare, vid. ASSIGNO.*

INFINITIO, ōnis. f. Cic. de Fin. 1, 21 c. 6 Infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo est, i. infinitas, siue infinitudo. Conf. Non. 2, 469.

INFINITIVVS, a, um. Adi. [*ἀπαιρημένος*] *Vnus ex Modis Verbi: Vox peculiaris. Diomedes 1 p. 331 extr. Infinitiuus, qui et perpetuus Numeris et Personis. Ideo dictus infinitiuus, quod parum definitas habet Personas et Numeros. — Vnde imperonatium hunc quoque nonnulli et insignificatum dixerunt, quoniam parum tali sermone definita est persona. Perpetuus etiam non immerito appellatur, si quidem perpetuum est, quod finem non habet. Priscian. 8 p. 822 med. Infinitiuus est, qui et Personis et Numeris deficit, vnde et nomen accepit infinitiui, quod nec Personas nec Numeros definit, et eget vno ex quatuor supra dictis Modis (Indicatiuo, Imperatiuo, Optatiuo, Subiunctiuo) vt significet, aliquid perfectum, etc. Add. Isidor. 1, 8. Mart. Capella 3 p. 83.*

INFINIBILIS, e. Adi. Apul. de Dogm. Plat. p. 50 Materia cum viduata sit sine, infinibilis recte videri potest. Mart. Capell. 2 p. 46 Vniuersum totum infinibilis patris profunditate coercitum.

INFIRMVS, a, um. Adi. [*ἀδυνός, ἀναράστος*] *Quod firmo contrarium est, Imbecillis et debilis. De valetudine Cic. Acad. 1, 14 Et simul affidamus, inquam, si videtur. Sane istud quidem, inquit. Sum*

enim admodum infirmus. Tales esse sani perseveremus, quales nos futuros profitemur infirmi Plin. 7, 26. Optimos esse nos, dum infirmi sumus Ibid. Infirmus valetudine Vell. 2, 70, 1. *Sed latius patet.* Cic. in Pison. 64 Nunc etiam in hac quotidiana, assidua, urbanaque vita splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam, operam forensam, consilium, auxilium, auctoritatem, sententiam Senatoriam nobis, aut, ut verius dicam, cuiquam es infirmissimo ac desperatissimo ante laturus? Infirmissimi Columel. 3, 10, 6 *dicuntur infidelissimi.* Milites infirmiores Caes. B. C. 1, 64. *ut de Firmo observauimus.* Quinctil. 4, 1 Si nos infirmos, et impares agentium contra ingenii dixerimus. Infirmi ad resistendum Caes. B. C. 3, 9. Sum paullo infirmior Hor. Serm. 1, 9, 71. Quinct. 6, 1, 44 Quem melius infirmus Actor tacitis iudicum cogitationibus reliquisset. *de affectu.* Aetas Ouid. Fast. 6, 599. Ter. Hec. 3, 1, 31 Pueri inter sese quam pro leuibus noxis iras gerunt. quapropter? quia enim qui eos gubernat Animus, infirmum gerunt. Artus infirmos baculo sustinet Ouid. Met. 6, 27. Caput Horat. Epist. 1, 17, 14. Causae leuissimae et infirmissimae Cic. pro Cluent. . . . Cibus, *pauci nutrimenti* Cels. 2, 18 *per totum.* Classis inops et infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum Cic. Verr. 5, 85. Corpus Ouid. Epist. 19, 7. Lacerti Idem Met. 10, 407. Mens Ouid. Epist. 19, 7. Nuptiae, *Frioolae et quae duraturae non sunt:* Ter. Phorm. 5, 1, 6 Quod ut facerem, egestas me impulit, quum scirem, infirmas nuptias hasce esse. Res infirma et nugatoria probandum Cic. pro Caecin. 64. Saporis infirmi vinum, *Ingenerosum, debile, et quod linguam non ferit, aut penetrat:* Columel. de Arb. c. 3 Montibus cliuisque difficulter vineae conualescunt: sed firmum probumque saporem vini praebent. Humidis et planis locis robustissimae, sed infirmi Saporis vinum, nec perenne faciunt. Senecta Tibull. 1, 4, 27. Tempus infirmissimum aetatis Cic. Acad. 4, 8. Valetudo infirmissima Id. de Orat. 1, 200 c. 45 *extr.* Conf. Id. de Clar. Orat. c. 48 *extr.* Vires Tibull. 4, 1, 2. Cic. Verr. 4, 95 c. 43 Aetate affecta, et Viribus infirmis homo.

INFIRMIS, e. Adj. Ammian. 20, 6 Coagmenta lapidum recens fructuorum madoreque etiam tum infirmium.

INFIRMITAS, atis. f. [*ἀδυναμία*] *Imbecillitas, debilitas.* Cic. de Senect. 33 Ut enim infirmitas puerorum, et ferocitas iuuenum. Animi Cic. pro S. Rosc. c. 4. Corporis Idem de Clar. Orat. 313 c. 91. Gallorum, *Inconstantia:* Caes. Bell. Gall. 4, 5 Iis de rebus Caesar certior factus, et infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles, et nouis plerumque student. Idem 4, 13. Colum. 3, 10, 7. Laterum Cic. de Clar. Orat. 202. Mentis Senec. Ep. 11. Ter. Hec. 1, 2, 101 Quid adhuc habent infirmitatis Nuptiae? Plin. Epist. 141 Pareo, Collega clarissime, et infirmitati Oculorum, ut iubes, consulo. Valetudinis Cic. Off. 1, 26.

et Fam. 7, 1. Virium, *Impotentia* Caes. Bell. Gall. 7, 26. Puerilis Quinctil. 2, 3. Ultima corporis Cels. 2, 6. Quinctil. 4, 1 Ipsi autem litigatoris persona tractanda varie est, nam tum dignitas eius allegatur, tum commendatur infirmitas. Impeditus infirmitate, *i. Morbo Vlpianus in l. si cui, in fine D. ex quibus caus. maior.*

Onerare infirmitatem discipulorum Quinctilian. 1, 2, 27. Separare infirmitatem a robustioribus Idem 2, 2, 14 *de queris, ac adolescentibus loquitur.* Quantum nostra Valebit infirmitas Quinctil. pro oem. 1. Cic. Fam. 6, 7 Solutum existimatur, alteri maledicere: tamen cauendum est, ne in petulantiam incidas. Impeditum, seipsum laudare, ne arrogantiae vitium subsequatur. Solum vero liberum, alterum laudare, de quo quidquid detrahas, necesse est infirmitati, aut inuidiae assignetur.

INFIRME. Adu. [*ἀδυνως*] *Imbecilliter, impotenter.* Cic. Fam. 15, 1 His rebus allatis, etsi intelligebam, socios infirmie animatos esse, et nouarum rerum expectatione suspensos, etc. *Ad fidem refertur ut in FIRMVS et INFIRMVS monuimus.* Compar. Suet. August. c. 90 Tonitrua et fulgura paullo infirmius expauescebat.

INFIRMITER. Adu. Arnob. 7 p. 250 Quam infirmiter inualideque dicatur, ipsa rerum inaequalitas indicabit.

INFIRMO, are. [*ἀδυνω*] *Debilitare, infirmum reddere, refellere.* Cic. Diu. in Cacc. 29 c. 9 Nec ea dicam, quae si dicam infirmare non possis. Idem Att. 6, 1 Caeteri infirmant *πολιτεύματα* Catonis. Cic. in Partit. 45 In confirmandis autem nostris argumentationibus, infirmandisque contrariis, saepe erunt accusatori, etc. Idem de Orat. 2, 331 Contrariis infirmandis et tuis confirmandis. Cic. de Inuent. 1, 83 c. 44 Nam his rebus auctoritas iudicati maxime potest infirmari. Idem pro Arch. c. 4 Quid enim horum infirmari potest? Cic. Acad. 4, 18 Hoc quum infirmat, tollitque Philo, iudicium tollit incogniti et cogniti. *Vid. modo sub Legem.* Idem pro Rosc. Amer. 45 c. 15 Ille quomodo crimen commenticium confirmaret, non inueniebat: ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam reperire non possum. Infirmare fidem testis ad iudicem, *Infirmum reddere, et ostendere periurum esse testem* Cic. pro Rosc. Com. 45. Idem Att. 15, 26 *pr.* Dubitans, utrum morem gerat Leptae, an Fidem infirmet Silio. Legatum African. in l. si feruus legatus §. si feruus alienus D. de legat. 1. Quinctil. 7, 2 Quacramus ergo, num infirmari in aliqua parte lex possit. Liu. 34, 3 *pr.* Ut vnam tollendo legem caeteras infirmetis. Cic. pro Caccin. 51 c. 18 Quae lex, quod foedus aut pactio, quod testamentum non infirmari aut conuelli potest? Transactio infirmatur Vlpian. in l. eleganter §. item D. de condict. indebiti. Veritatem laudatur Cic. pro Quint. 10 *ex falsa, credo, lectione.* Nam est ibi, Ut — acquitatem — consistere et confirmari patiamini.

INFIRMATVS, a, um. Partic. Cic. in Pison. 44 c. 19 Horum alter sic fuit infirmatus conscientia scelerum suorum, ut, etc. Idem pro Caecin. 38 Si sententia huius interdicti diminuta aut infirmata sit. Ammian. 17, 5 Infirmato imperii robore. Hermogen. in l. aufertur D. de iure fisci, Infirmato contractu.

INFIRMATIO, onis. f. [*ἀδυνωσις*] *Confutatio.* Cic. de Inuent. 1, 16 c. 11 Iudicatio est, quae ex infirmatione et confirmatione rationis nascitur, controuersia. Infirmitas rerum iudicatarum Cic. pro L. Agr. 2, 8 c. 3.

INFIT. [*ἐπιγίνεται, ἀρχεται* Gloss. Lat. Gr.] *Verbum defectiuum,* pro Incipit vsurpatur, auctore Festo. Plaut. Aulul. 2, 4, 39 Infit ibi postulare plorans, eiulans, etc. Idem Afin. 2, 2, 75 Me infit percontarier. Idem Rud. prol. 51. Lucret. 3, 514 Commutare animum quicumque adoritur et infit. Et 5, 1207 Tunc aliis oppressa malis in pectore cura Illa quoque expergefatum caput erigere infit. Virg. Aen. 11, 242 Et Venulus dicto parens sic farier infit. Sil. 12, 67.

Interdum illud fari vel dicere omittitur. Liu. 1, 28 Tum ita Tullus infit. Et 3, 71 Ibi infit, annum se tertium et nonagesimum agere. Add. 1, 23. Sic Virg. Aen. 5, 708 Isque his Aeneam solatus vocibus infit.

INFITEOR, ēri. i. non fateri, Festus.

INFITIOR cum cognatis. Vid. INFICIOR.

INFIXVS, vid. INFIGO.

INFLACCIO, ēre. Marcescere. Non. 2, 323 Inflacciebunt conditiones repudiato et reddito. ex Ennio. Sed Mercer. p. 110 Sin flacciebunt, etc.

INFLAGRO, āre. Solin. c. 5 Sarmenta licet viridia ignem sponte concipiunt, et nullo inflagrante halitu, ab ipso numine fit accendium.

INFLAMMO, āre. [φλέγω, επιφλέγω] Incendere. Cic. Verr. 4, 106 Quam quum inuestigare et conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse taedas iis ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt. Urbem inflammandam Cassio attribuit Cic. Catil. 4 c. 6. Idem Verr. 5, 90 c. 35 Classē pulcherrimam Pop. Rom. in litus expulsam et eictam, quum primum aduerserasceret, inflammari, incendique iussit. Cic. de Fin. 1, 51 Quas nulla praeda vnquam improbe parata minuit, sed auget potius atque inflamat. Inflammati, *translat. pro Vehementer appetere, et desiderare aliquid*: Cic. de Amicit. 27 Honores vero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, vt nihil inanius esse, nihil leuius existiment. Amore magno inflammatus Virg. Aen. 3, 330. Cupiditate aliquid auferendi Cic. Verr. 4, . . . Furoribus Idem de Legib. 3, 22. Incendiis cupiditatum Id. de Fin. 5, 32. Odiis Stat. Theb. 3, 338. Rabie equi inflammantur Plin. 35, 8. Scelere et furore Cic. Verr. 5, 160. Spe potiendi Idem de Fin. 1, 60. Studium Id. pro L. Manil. 21. Cic. Fam. 1, 7 Omnem gloriam ad quam a pueritia inflammatus fuisti, omni cura atque industria consequare. Idem Verr. 5, 159 Neque cuiusquam ad inflammandos vestros animos eloquentia requiratur. Animum inflammauit amore Virg. Aen. 4, 54. Cic. Verr. 2, 89, 19 Eum autem inimicissimi Sthenii domum suam inuitant, vt animum eius in Sthenium inflammarent ementiendo aliquid et criminando. Inuidiam, *pro Augere* Cic. Verr. Act. 1, 2. Inflammata inuidia Idem de Legg. 3 c. 11. Mentis inflammatae in aliquem Id. pro Domo c. 23. Populum in improbos Cic. de Orat. 1 c. 46.

INFLAMMATIO, ōnis. f. [φλογωσις, φλεγμωνή] Cic. de Orat. 2, 193 c. 46 Saepe enim audiui, Poētam bonum neminem sine inflammatione animorum existere posse, et sine quodam afflatu quasi furoris. *Alias medicorum fere est. Vt, Inflammationes mammarum Plin. 20, 21 quas Graeci phlegmonas vocant, nempe quando propter nimium humorem collectum in aliqua parte, veluti cuiusdam ignis ardor sentitur. Immodica infl. Cels. 6, 6, 1 fin. Morgagn. rescribit, Modica inflammatio, ex Editis et aliis et MSto. Excitat inflammationem Cels. 1 praef. Infert inflammationem Scribon. 183 Leuare inflammationes Cels. 2, 28. Occupat inflammatio Idem 6, 6. Remittit se inflammatio Id. 4, 5. Reprimere inflammationem Cels. 7, 26. Idem 5, 26 Nam modo Super inflammationem rubor ambit.*

INFLAMMANter. Adu. Gell. 10, 3 Acriter et inflammanter facit.

INFLAMMATOR, ōris. m. Apud Firmic. . . .

INFLAMMATRIX, icis. f. Apud Mamert. Paneg. Iulian. c. 3. et Marcellin. 14 1.

INFLATIO, INFLATVS, vid. INFLO.

INFLECTO, xi, xum, ēre. [εγκλίπτω, επικλιπτό] *Auget simplicis Flectere, significationem, vel Intus flectere.* Caes. B. G. 1, 25 Quum ferrum se inflexisset. Cic. Verr. 5, 30 Vbi primum ex alto sinus ad urbem ab litore inflectitur. Radices in nodum, *Incuruare* Columel. 5, 6. Capita inflectentes Catul. Argon. 62, 255. Colla inflectere ad aliquid Propert. 4, 9, 51. Plin. 6, 57 A Caspio mari Scythicoque Oceano, in eam cursus inflectitur, ad Orientem conuersa litorum fronte. Cic. ad Quir. post redit. 8 Frater erat vnus, qui suo squallore vestros oculos inflecteret. i. *Conuerteret ad se.* Idem de N. D. 2, 49 Nam quum duo sint genera fiderum, quorum alterum spatiis immutabilibus ab Ortū ad Occasum commicans, nullum vnquam cursus sui vestigium inflectat. Cic. pro Muraen. 60 Vt leuiter inflectendus potius, quam corrigendus esse videaris. Lacrimis aliquem Stat. Theb. 8, 715. Cic. pro Caecin. 73 c. 26 Quod enim est ius ciuile, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia possit? Magnitudinem animi tui ne vnquam inflectas cuiusquam iniuria Cic. Fam. 1, 7. Idem de Clar. Orat. 83 Hic primus inflexit orationem, et eam mollem, teneramque reddidit, *ne rigida esset et dura.* Sensus alicuius Virg. Aen. 4, 22. Voces cantu Tibull. 1, 7, 37.

INFLEXVS, a, um. Partic. [επικλιπής] Inflexus remus Cic. Acad. 4, 19. Aratrum Virg. Georg. 1, 162. Bacillum leuiter a summo inflexum Cic. de Diuin. 1, 30 c. 17. Carina Catul. Argon. v. 10. Ceruix Virg. Aen. 3, 631. Conf. Mela 1, 17. Colum. 4, 6. Cornu Ouid. Fast. 4, 181. Plin. 8, 15 Cornibus ita in se inflexis, vt non sint vtilia pugnae. Genu Propert. 3, 9, 6. Ferit et obliquo ictu et inflexo Plin. 11, 25 de Scorpione. Puppis Idem 9, 30. Et 10, 29 Nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo. Inflexa iuxta tempora supercilia derisores significant Plin. 11, 52. b. e. *Ad tempora prominentia.* Vox inflexa ad miserabilem sonum, b. e. *Conuersa* Cic. de Orat. 2, 193 c. 46. Add. Id. in Orat. c. 17.

INFLEXIO, ōnis. f. [επικλιπή] Cic. de Vniuers. 27 Omnis enim orbis eorum quasi helices inflexione vertebat. Laterum Idem de Orat. 3 c. 59.

INFLEXVS, ūs. m. Idem. Sen. de Brev. Vitae c. 12 Vocem inflexu modulationis torquere. Arnob. 2 p. 57 Inflexibus flexuosus adire.

INFLEXIBILIS, e. Adi. [καμπτός] *Quod inflecti non potest.* Plin. 7, 19 Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, torvitatemque naturae duram et inflexibilem. Animus Augustin. Ep. 254. Dolorem inflexibilem (opisthotonon vocant) leuat vrina caprae auribus infusa Plin. 28, 12. Iudicium Sen. Epist. 95. Obstinatio Plin. Epist. 10, 97.

INFLĒTVS, a, um. Adi. *Non fletus.* Valer. Flacc. Argon. 6, 651 *de saxo in caput Monefi vibrato*: Flexit ad ignotum caput inflectumque Monefi. *Ignobilem signat Monefum, et obscuro loco natum: vt per Defletos duces, Nobilitate insignes.* Et Virg. Aen. 11, 372 Nos animae viles inhumata inflectaque turba. Conf. Aufon. Parental. Carm. 10.

INFLĪGO, xi, ctum, ēre. [προσβάλλω, ἐμβάλλω] Fligo an-

tiquum verbum, significabat ferire, pulsare. Colaphum infligere, quod et impingere dicitur Plin. 8, 36. Legitur in vetusto codice, Infracio colapho. Cic. in Vatin. 20 c. 8 Si ad caetera vulnera, quibus putasti Rempub. deleri, hanc quoque mortiferam plagam infixisses auguratus tui. Cic. in Pison. 63 c. 26 Ut mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem infixierint. Vfus Paullus in l. Caius D. de vsuris et fruct. et caus. Cic. in Pison. 32 Quae meus discessus Reipub. vulnera infixit? Conf. Id. Phil. 2 c. 21.

INFLICTVS, ūs. m. Arnob. 3 p. 111 Quorum inflinctu et mobilitate lingua fonos articulatur.

INFLICTIO, ōnis. f. Theod. Cod. l. 9 tit. 13 Multae inflictione corrigere.

INFLO, āre. [*φυσάω, ἐμφυσάω, φυσίω*] Turgescere. Cic. Acad. 4, 86 Et simul inflauit tibicen, a perito carmen agnoscitur. Sic Varro de R. R. 3, 13 Vidisti ad inflatam buccinam certo tempore apros et capreas conuenire ad pabulum. Virg. Ecl. 5, 2 Boni conuenimus ambo, Tu calamos inflare leues, ego dicere versus. Exanimat lentus spectator, sedulus inflat Hor. Epist. 2, 1, 178. Idem Serm. 1, 1, 21 Quid causae est, quin illis Iuppiter ambas Iratus Bucas inflat? Carbasus inflatur Austro Virg. Aen. 3, 357. Nec dum audierant inflari Classica Virg. Georg. 2, 539. Cic. de Orat. 3, 223 Quem seruum sibi ille habuit ad manum, cum eburneola solitus est habere fistula, qui staret occulte post ipsum quum concionaretur, peritum hominem, qui inflaret celeriter eum Sonum, quo illum aut remissum excitaret, aut a contentione reuocaret. Quasi diuino quodam Spiritu inflari Cic. pro Arch. c. 8. al. afflari. Venas inflauit libido Hor. Serm. 1, 2, 33. Venas inflatus hesterno Iaccho Virg. Ecl. 6, 15. Hor. Serm. 2, 5, 98 Crescentem tumidis infla sermonibus Vtrem. Apud Medicos cibus Inflat Corpus Scribon. 190. Genae inflantur Idem 186. Intestina inflantur Id. 188. Intro flare, siue Flando iniicere: Cato de R. R. c. 97 De modo palumbi faciendi, Palumbum recentem vt pressus erit, ei fabam coctam tostam primum dato, ex ore in eius os inflato item aquam. Per translationem vt de tibicine imperito Cic. de Legib. 1, 6 Fannii autem aetate coniunctus

Antipater paullo inflauit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palaestra. Animos rumor inflat, i. Auget, et excitat: Cic. in Pison. 89 c. 36 Quo in oppido, quum tibi spe falsa, quod Q. Acharium non esse successurum putares, animos rumor inflasset, quo te modo, etc. Idem de Orat. 2, 212 c. 53 Ex hac vi (mouendorum affectuum) non nunquam animi aliquid inflandum est illi lenitati (morum). Sic legi pro influendum vel inflammandum, iubet etiam Pearcius. Liu. 35, 42 pr. Et quibus mendaciis de rege, multiplicando verbis copias eius, exererat multorum in Graecia animos, iisdem et regis spem inflabat, etc. Rursus Idem

ib. c. 49 pr. Mentiendo inuicem, iactandoque vires, quas non haberent, inflasse vana Spe, atque inflatos esse. Spem inflare dixit Curtius 3, 2, 10. Conf. 5, 10, 3.

INFLATVS, a, um. Partic. [*πεφυσιαμένος*] Varro de R. R. 3, 13 Ad buccinam inflatam conuenire. Verba inflata et anhelata grauius Cic. de Orat. 3 c. 11. Saepius per translat. vt, Cic. pro Muraen. 33 Quum contento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam spe atque animis inflata peteret. Iactatione feueritatis Liu. 29, 37. Laetitia atque insolentia Cic. Philipp. 14, 15 c. 6. Animus inflatus, Elatus, superbiens: Cic. Tusc. 3, 19 Sic igitur inflatus et tumens animus in vitio est. Capilli Ouid. de Arte Am. 3, 145. Colla inflata tumescunt Idem Met. 6, 377. Fluuius inflatus aquis Liu. 23, 19 pr. Compar. Tertull. de Pall. c. 4 Vestis inflatior. et Metaph. Liu. 39, 53 Iuuenis inflatior redierat.

INFLATE. Adu. Idem. Caes. B. C. 3, 79 Latius inflatusque multo quam res erat gesta, fama percrebuerat.

INFLATVS, ūs. m. [*φυσωαίς*] Cic. Acad. 4, 20 c. 7 Qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt, aut Andromacham. Sic Tusc. 2, . . . Cic. de Clar. Orat. 192 c. 51 Sic oratori populi aures tanquam tibiae sunt: eae si inflatum non recipiunt, aut si auditor omnino tanquam equus non facit, agitandi finis faciendus est. Inflatus diuinus, pro Afflatu et inspiratione: Cic. de Diuin. 1, 12 c. 6 Tum aliquo instinctu inflatuque diuino futura renuntiat.

INFLABILIS, e. Ad. Quod inflari potest. Laetantius de Opific. Dei c. 11 de pulmone, Ideoque ne plenum quidem viscus effecit, sed inflabile, atque aëris capax, vt paulatim spiritum reciperet. i. Quod inflari possit. Act. dixit Caes. Aurel. Tard. 3, 2 Inflabilis virtutis qualitas. et 5, 1 Allium inflabile.

INFLATIO, ōnis. f. [*φύσα, ἐμφύσημα*] Flatum in corpore generatio. Cic. de Diuin. 1, 62 Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quaerenti vera contrariam. Inflatio ventris Columel. 6, 6. Stomachi Plin. 20, 10. Cels. 4, 5 Cibis deinde calidis, neque infantibus, eodemque modo calidis potionibus: primo aquae, post vbi resedit inflatio, vini austeri. Add. Scrib. 89. Coli inflatio Idem 263. Intestinorum tenuium inflatio Id. 116. 93. 263. Interanea inflatione correpta Id. 176. Vrgeri inflationibus Id. 104.

INFLATOR, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. ἐμφυσήτης.

INFLABELLO, āre. Tertull. aduers. Valentin. c. 23 Omnibus elementis atque corporibus ignis inflabellatus est.

INFLOREO, ēre. vel INFLORESCO, ēre. Videtur tractum quendam et successionem florum notare. Claud. de Laud. Stil. 3, 124 Pristina Romuleis infloruit artibus aetas.

INFLVO, xi, xum, ēre. [*ἐσθλω, ἐπιβλω*] Intus fluere. Varro de R. R. 1, 13 Itaque periti (qui possunt) vt eo aqua influat, eo nomine faciunt. Cic. Tusc. 1, 94 c. 39 Apud Hypanin fluuium, qui ab Europae parte in Pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae vnum diem viuunt. Idem de Diuin. 1, 78 c. 35 Fluminaque in contrarias partes fluxerint, atque amnes mare influxerint. Per translationem, magna multitudine ingredi Cic. de Prouinc. Conf. 32 c. 13 Influente in Italiam Gallorum maximas copias repressit. Idem de Legib. 2, 38 c. 15 Assentior enim Platoni, nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi fonos. Sed Influare se in gratiam hominum significat Cic. Off. 2, 3 Sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, vt in vniuersorum animos tanquam influere possimus. Idem de Amicit. 95 Quibus blanditiis C. Papyrius Consul nuper influebat in aures concionis, quum ferret legem de Tribunis plebis rescindiendis. Influere nobis bonum dicitur Quod vltro venit Sen. Epist. 51. Sensim influere Quinctil. 1, 2. Dolor influit menti Ouid. ad Liu. 395.

INFLVENS, entis. Partic. [*ἐπιπέτων*] Plin. 31, 4 Mutant saporem et influentes riuu. Adde Curt. 8, 9, 8. Plerumque tralate: Cic. de Prouinc. Consul. 32 c. 13 Influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit. Fortunae influentis dona Sen. Thyest. 6. Negotia influentia, *Confertim siue simul et ubertim ruentia* Plin. Pa- 5 neg. 81, 2.

INFLVIVM, i. n. Legitur in vno, qui superest, MS. Vellei. Patere. 2, 120, 6 Ita catenas illisit capiti suo, vt protinus pariter sanguinis cerebrique influuio exspiraret. *Varia tentant viri docti*, effluuio, profluuio: *quid si dedit auctor*, in fluuio, i. dum fluit sanguis. 10

INFLVXVS, ūs. m. Firmic. 1, 1 Si ex folis stellarum influxibus pendeamus. *Et alibi frequenter*. Vid. Vorst. de Latin. susp. c. 14 p. 109. et Antibarb. Cellar. p. 57. it. Cur. Post. p. 218.

INFLVXIO, ōnis. f. Macrob. Somn. Scip. 1, 12 Materialis influxio in corpus. 15

INFŌDIO, ōdi, ossum, ěre. [*κατορύττω*] Intus fodere. Cato c. 3 Vineae, si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato aut infodito. Infodere corpora terrae Virg. Aen. 11, 205. Conf. Nep. 4, 5, 5. Vnguibus infodiunt fruges Virg. Georg. 3, 535. Infodere sulcum Columel. 3, 13. 20

INFOSSVS, a, um. Partic. [*κατωρυμάτος*] Plin. 13, 13 Maiore etiamnum miraculo, quod tot infossi durauerunt annis. Puer infossus humo Hor. Epod. 5, 32. Infossa cerebro vulnera Stát. Theb. 8, 534.

INFOSSIO, ōnis. f. Pallad. Febr. t. 16 Infossio totius corporis. 25

INFOECVNDVS, melius **INFECVNDVS**, a, um. Adi. [*ἄφορος*] *Fecundo contrarium, Non ferax, Sterile*. Plin. 11, 54 Oua incubari intra decem dies edita vtilissimum est; vetera aut recentiora infecunda. Ager arbori infecundus Sallust. Iugurth. c. 17. Folia Plin. 12, 10. Fons Ouid. Trist. 3, 14, 34. Natura Stat. Silu. 3, 30 1, 167. Semina Virg. Georg. 2, 48. Compar. Columel. 2, 4, 7 Infecundior materia mista pinguiori fegetem minus vberem reddit. Prudent. aduers. Symmach. 2, 954 Infecundior annus.

INFECVNDE. Adu. *Idem*. Gell. 19, 3 per *Metaph.* Infecunde atque ieiune laudare. 35

INFECVNDĪTAS, ātis. f. [*ἀφορία*] *Sterilitas*. Columel. prooem. 1 Saepenumero ciuitatis nostrae principes audio culpantes, modo agrorum infecunditatem, modo caeli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem. Adde Tacit. Ann. 4, 6, 7. Foliorum Hieron. adu. Heluid. c. 1. 40

INFOEDERATVS, a, uni. Adi. *Non foederatus*. Tertull. Prae- script. aduers. haeref. c. 12.

INFORMIDABILIS, e. Adi. *Omnis erit iudex informidabilis illi* Coripp. 2, 354.

INFORMIDĀTVS, a, um. Adi. *Non formidatus, abs quo nihil 45 periculi timetur*. Sil. 15, 241 Hinc tacite nitens informidatus adire, etc.

INFORMIS, e. Adi. [*ἄμορφος, ἄοχημος*] *Sine forma*. Plin. 7, 15 Ea est caro informis, inanima, ferri icum et aciem respuens. Informis res, et Formata, *contraria* Auct. ad Heren. 4, 67. Liu. 21, 26 extr. Alueos informes, nihil dummodo innare aquae, et cape- 50 re onera possent, curantes, raptim faciebant. Cadauer Virg. Aen. 8, 264. Vrfas parere informem Carnem, quam lambendo paulatim figurent Plin. 8, 36. Exitus repentinus, et informis Tacit. Ann. 6, 49. Hiemes Hor. Carm. 2, 10, 15. Limus Virg. Aen. 6, 416. Nota Propert. 1, 5, 16. Regna Lucan. 2, 7. Situs Hor. Epist. 55 2, 2, 118.

INFORMITER. Adu. *Idem*. Augustin. Confess. 12, 29 Informiter sonat.

INFORMĪTAS, ātis. f. Solin. in prooem. Scabrae informitatis proditio. *Vfus saepe Augustinus*. 60

INFORMVS, a, um. Adi. *Idem ac Informis, ex mente Iunii ad Tertull. de Pallio c. 2. et Stewechii ad Arnob. p. 78 Not.*

INFORMO, āre. [*ἰνοροπῶω, σχηματοποιῶμαι*] *Plus est quam de- formare, nempe formam rei dare vel re ipsa, vel describendo*. Virg. Aen. 8, 426 His informatum manibus iam parte polita Fulmen erat. 65 Seru. In quendam formam designatum et compositum: *quod refellit illud iam parte polita, unde plane perfectum intelligimus, cui nihil praeter partem polituras deesset*. Cic. Orat. 33 Referamus nos igitur ad eum, quem volumus inchoandum, et eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognouit Antonius. *Ad perfecti Oratoris formam de- 70 scribendam, tribuamus illi talem eloquentiam, etc.* Ibidem 7 At ego in summo Oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. *Idem de Fin. 4, 45 Quodque dicitis informari non posse virtutem, si quidquam, nisi quod honestum sit, numeretur, i. formam illius veram constitui.* Areas informare Columel. 11, 3, 13. Cli- 75 peum Virg. Aen. 8, 447. *Causa informata est* Cic. pro Quint. c. 10. Id. de N. D. 1, 39 c. 15 Magnam turbam congreget ignotorum deorum, atque ita ignotorum, vt eos ne coniectura quidem informare possimus, quum mens nostra quiduis videatur cogitatione posse Depingere. Effigiem informat Latiam Sil. 17, 525. Funis informa- 80 tur Colum. 2, 2, 10. Inania Visa siue cogitatione informantur, siue in quiete, siue per vinum, siue per insaniam Cic. Acad. 4 c. 16. Quinctil. prooem. Vnus liber accedet, in quo nobis orator ipse informandus est, *describendus, qualis et quantus sit*. Ita, Aetas puerilis artibus ad humanitatem informari solet Cic. pro Arch. 4 c. 3 pr. *forma- 85 ri, fingi.*

INFORMATVS, a, um. Partic. *Institutus*. Cic. Off. 1, 13 c. 4 Vt nemini parere animus bene a natura informatus velit, nisi praecipienti aut docenti, etc. Ita est informatum anticipatumque mentibus nostris Cic. de N. D. 1 c. 27. Informata cogitatio *Idem Att. 90 1, 1 Coniecturam significat, praesertim quum initio epistolae Cicero scribat, Quod coniectura prouideri possit. Vt non nominatim, sed generatim esset proscriptio informata* Cic. Att. 11, 6 pr. *i. instituta, non nominati homines, sed genera hominum.*

INFORMATIO, ōnis. f. [*ἰνοροπῶσις*] *Notio a natura animo 95 impressa, quae ad formam illius et essentiam pertinere videatur*. Cic. de N. D. 1, 43 c. 16 Quae est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat *πρόληψιν* Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quidquam, nec quaeri, nec di- 100 sputari potest. *Et alibi in eod. lib. ut c. 17 et 36.* Cic. in Partit. 102 Ita primus ille status, et quasi conflictio cum aduersario, coniectura quadam: secundus autem definitione, aut descriptione atque informa- tione verbi, etc. tractandus.

INFORMĀTOR, ōris. m. *Qui informat, vel instituit*. Ter- 105

tull. adu. Marc. 4, 22 Moses populi informator, qui formam reipubl. Iudaicae constituit. Et ibid. 1, 2 Scandali informator Cerdon. Occurrit etiam in Dig.

INFORMATRIX, icis. f. *ICt. in Cod.*

5 INFORMABILIS, e. Adj. Qui formari nequit. Tertull. adu. Praxean c. 27 Deum immutabilem et informabilem credi necesse est.

INFORO, are. [*ἐναγορεύω*] a Foro compositum, verbum fictitium, quod forte significet, In forum diuulgare, aut In forum vocare, sed cum allusione ad verbum forare, quatenus obscenum quid notare potest. Plaut.

10 Curc. 3, 31 Licetne inforare, si in comitari non licet? C. non inforabis me quidem: non mihi placet tuum profecto nec forum nec comitium. Plin. 17, 14 Timebant prisci truncum findere. Mox inforare ausi, medio, ipsique medullae calamum imprimebant. Hard. ex MSS. Imperare, dubitatque de Latinitate Inforare in hoc usu. Sed aptissimum certe hic verbum est inforare, quod non simpliciter perforare significat s. traicere, sed foramen deprimeret, in quod immittatur furculus.

15 INFORTVNATVS, a, um. Adj. [*δυστυχής*] Calamitosus, aerumnosus. Ter. Eun. 2, 3, 17 O infortunatum senem. Firmic. 6 c. vlt. Praesertim si eos maleuolae stellae minaci et infortunata radiatione respiciant. Compar. Cic. Att. 2, 24 Nihil me infortunatus: nil fortunatius est Catulo. Superl. Apul. Met. 4 p. 157 Infortunatissimus maritus.

INFORTVNIVM, i. n. [*ἀτύχημα, δυστύχημα*] Calamitas. Crassum infortunium Plaut. Rud. 3, 5, 53. Mediocre, vid. MEDIO-

25 CRIS. Ter. Adel. 2, 1, 24 Si attigisses, ferres infortunium. Liu. 1, 50 extr. Ne id quidem Turnum tulisse taciturnum ferunt: dixisse enim nullam breuiorem esse cognitionem, quam inter patrem et filium: paucisque transigi verbis posse: ni pareat patri, habiturum infortunium esse. Inuenire infortunium, vid. INVENIO. Laedent tua me infortunia Horat. de Arte Poët. 103. Maetare infortuniō Plaut. Curc. 4, 3, 5. Multare infortunio, vid. MVLTATA, ae.

INFORTVNITAS, atis. f. [*δυστυχία*] Gell. 6, 1 Itidem sunt bona et mala, felicitas et infortunitas, dolor et voluptas.

INFOSVS, vid. INFODIO.

35 INFRA. [*ἐνερθε, νερθε, ὑπενερθε*] Praepositio Accusatiuo Casui feruens, cui contrarium est Supra. Cic. Acad. 4 c. 40 Supra infra, dextra sinistra, ante post. Hor. Sat. 2, 8, 22 post mentionem Maecenatis conuiviae, Nomentanus erat supra ipsum, Porcius infra. In medio lecto accubuit Maecenas: caput ipsius protendebatur ad pectus Nomentani, pedes post Porcii tergum. Suet. Calig. c. 24 Cum omnibus sororibus stupri consuetudinem fecit, pleneque conuinio singulas infra se vicissim collocabat, vxore supra cubante. Cic. Fam. 9, 26 Accubueram hora nona apud Volumnium Eutrapelum, et quidem supra me Atticus, infra Verrius. Infra, refertur etiam ad dignitatem. Ter.

45 Eun. 3, 2, 36 Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos homines. i. Quem ego posthabeo etiam infimis. Liu. 28, 43 Sic senem se perfunctum, et me infra aetatem filii sui posuit. Infra classem, qui non sunt Classici, i. primae classis Catoni apud Gell. 7, 13. Infra censum et ingenium alicuius Hor. Serm. 2, 1, 75. Infra se putare vel iudicare aliquid Plin. in Paneg. 76, 6. Idem Epist. 8, 6, 2 Conferant se — Marit — infra Pallentis laudes iacebunt. Infra hoc pondus Scribon. 121. Multo infra, pro Minoris pretii: Plin. 19, 3 Nascitur in Perside large, sed multo infra Cyrenaicum. Infra, ad numerum relatum Plin. 10, 54 Oua incubari infra decem dies edita vtilissimum: vetera aut recentiora, infecunda. Quo loco vetera exemplaria legunt, Intra. Sed 18, 26 In eum diem ternadena subiicito aestate tota, hieme pauciora, non tamen infra nouena. Idem 30, 13 Vulnera recentia conglutinant terreni, adeo vt nervos quoque abscissos illis solidari infra septimum diem persuasum sit. De vermibus loquitur.

60 ¶ 2 Aduerbiū est, quando sine Casu ponitur. Plaut. Truc. 1, 1, 16 Infra sin iecit rete, piscis ne effugiat cauet. Quae infra scriptae sunt res Scribon. 269. Infra quam, vt Supra quam: Cic. de N. D. 2, 135 Ipsius autem partes eae, quae sunt infra, quam deuoratur, dilatantur: quae autem supra, contrahuntur. Ira legit Budaeus. Al. infra, in quas id, quod deuoratur, descendit. Al. Infra id quod.

65 INFRACTIO, INFRACTVS, vid. INFRINGO.

INFRAENO, s. INFRENO, are. [*ἐγκλωβώω*] Proprie est Equis frena imponere. Liu. 37, 20 Pauci stabant impauidi equi, eos ipsos non sternere, non infrenare, aut ascendere facile poterant. Currus infrenant alii Virg. Aen. 12, 287. Adde Sil. 4, 316. Currus: i. e. Equos: Seruius. Metaph. Plin. 9, 31 extr. Quod vbi videre nautici, statim pluribus ancoris nauigia infrenant, i. sistunt. Idem 32, 1 Infrenat impetus, et domat mundi rabiem nullo suo labore, non retinendo, aut alio modo quam adhaerendo. de echineide pisce.

75 INFRAENATVS, s. INFRENATVS, a, um. Part. [*ἐγκλωβωτός*] Liu. 37, 20 Non stratos, non infrenatos magna pars habebant equos. h. e. Frenatos, seu Frenis munitos. ¶ 2 Sed etiam Infrenati equites, Quorum equi frenos non habent. Liu. 21, 44 Quocumque circumtuli oculos, plena omnia video animorum ac roboris: veteranum peditem, generosissimarum gentium equites frenatos et infrenatos. Add. Gronou. ad Liu. 37, 20. Burm. ad Quinctil. Decl. 13, 8 p. 281.

80 INFRENIS, e. et INFRENVS, a, um. Adj. Sine freno. Virg. Aen. 4, 41 Infreni Numidae. Claudian. Nilo 20 Infrenis Garamas. Metaph. pro Vehementi. vt, Infrenus cursus Colum. 10, 215 pro Petulanti et indomito, pro Eo, quod frenum nolit: vt, Gell. 1, 15 Prodigia et infrenis lingua.

85 INFRENATIO, onis. f. Tertull. adu. Marc. 1, 29 Quae libidinis infrenatio in castratione.

90 INFRAGILIS, e. Adj. [*ἀβήκτος*] Quod frangi non potest. Ouid. Trist. 1, 5, 53 Si vox infragilis, pectus mihi firmiter esset, Pluraque cum linguis pluribus ora forent. Animum infragilem tenere Idem ad Liu. 354. Infragilis Plin. 20 in proem.

95 INFRANGIBILIS, e. Adj. Qui frangi nequit. Sen. de Vit. Beat. c. 9 Quum tibi dicam, summum bonum est infrangibilis animi rigor et providentia, subtilitas, sanitas, libertas, decor; aliquid ultra quaeris? Alii malunt Infragilis.

INFRASCRIPTVS, quod ex Gruteri Inscriptt. adfert Borrich. Cogit. p. 136 diuissim melius scribitur.

100 INFREMO, ere. [*ἐμβρόμομαι*] Sil. 3, 230 Nec bellum raptis tam dirum mille carinis Acrius infremuit, trepidumque exterruit orbem.

INFRENDIO, ere. et INFRENDO, ere. [*ἐμβρόχω*] Valde frendere; proprie significat Dentes prae nimia ira concutere et inuicem collidere. Virg. Aen. 3, 664 Dentibus infrendens gemitu, graditurque

que per aequor iam medium. Virg. Cul. 175 *Scaliger ita legi vult ex MSS. Obuia toruo saepius arrepens infrendere, ubi editur arripiens infringere. De serpente irato.*

INFREQVENS, entis. Adi. [*ἀπυκνος, σπάνιος*] *Parum frequentatum. ut, Infrequens Senatus, Paucorum Senatorum conuentus* Liu. 3, 6. Cic. Q. Frat. 2, 12 Nam pridie Idus, quum Appius Senatum infrequentem coëgisset. *Qui non frequentat: Vnde Infrequens miles dicitur a Festo, Qui diutius abest a signis.* Plaut. Trucul. 2, 1, 19 *Quin ubi nihil det, pro infrequente eum mittas in militia domum.* Aur. Vict. de Viris Illustr. c. 43. Cic. Q. Frat. 3, 9 f. vlt. *Et sum equidem, ut scribis, et Romae, et in praediis infrequens.* Cultor infrequens deorum Hor. Carm. 1, 34, 1. Interdictum Vlpian. in l. 1 D. de migrando. *Cum Genitiuo: Gell. 13, 24 Non vsque temere eo Infrequens sum vocum Latinarum, quas subsicuo aut tumultuario studio colo, ut hanc ignorem interpretationem vulgariam, i. non adeo parum vtor libris et lingua Latina, non ita imperitus sum.* Copiae infrequentiores imponuntur Caes. B. C. 3, 2. *Qua infrequentissima vrbis sunt* Liu. 31, 23.

INFREQUENTIA, ae. f. [*σπανία*] *Raritas et paucitas.* Cic. Q. Frat. 3, 1 *Summa infrequentia, quum vellet exire, a COSS. retentus est.* Liu. 2, 23 *Nec agi quidquam per infrequentiam poterat Senatus.*

INFREQUENTATVS, a, um. Adi. Sidon. Epist. 4, 10 *Vt rebus amicitia vegetetur, quae verbis infrequentata torpuerat.* Idem Epist. 9, 15 *Metrum infrequentatum durius textitur.*

INFRICO, ui et aui, ātum, āre. [*ἐντριβω*] *Idem quod Fricare, et Fricando confundere, vel Fricando etiam illinere.* *Dicimus autem Infricare vas cinere, et Cinerem infricare vasi.* Columel. 12, 30 *Et pondo quadrantem amphoris singulis infricato et oblinito.* Plin. 30, 3 *Et ideo tolerabilius est passeris pullorum sarmentis crematorum cinerem ex aceto infricare.*

INFRICĀTVS, a, um. Partic. [*ἐντριβεις*] Plin. 26, 8 *Et infricata Polemonia, aristolochiae decocto foliis.* *Add. Idem 30, 12.*

INFRICTVS, a, um. Adi. *Idem.* Plin. 20, 13. Marc. Empir. c. 10.

INFRICTIO, ōnis. f. Cels. 8, 11 *fn. Infrictionem membro adhibere.*

INFRIGESCO, ěre. *Defrigescere.* Cels. 5, 25, 4 *Cum infixit catapotia fiunt.* *Add. Veget. 3, 28.*

INFRIGĪDO, āre. *Refrigerare Medici antiqui.* Theod. de Diaet. c. 1 et 2. Cael. Aurel. 1, 1, 44. *Vid. Voss. de Vit. L. L. 4, 2 40 p. 727. Borrich. Cogit. p. 138. Secunda corripitur* Macrob. 1, 24, 1. *Infrigo* Macer. 2, 3, 7.

INFRIGIDATIO, ōnis. f. Veget. 1, 29 *Sudoris subita infrigidatio.*

INFRIGO, xi, ctum, ěre. [*ἐντριβω*] *Simul frigo, vel in passella, aut alio quouis instrumento.* Plin. 20, 13 *Dederunt et cum bitumine infrictam potionem propter anhelitum. Sed variatur. Nam quidam Infractam, Elzeu. Infrictam. de ruta.*

INFRINGO, ěgi, actum, ěre. [*ἐπιλάζω*] *Idem quod Frangere, certe conari frangere.* Plin. 22, 6 *Ne infidens ales infringat. Lilia infringere* Ouid. Met. 10, 191. *Lingua infringitur* Lucret. 3, 156. *i. debilitatur, ut loqui non possit.* *Lumbos et latus infrigi* liminibus Horat. Epod. 11, 33. *Ouid. Met. 9, 208 de Hercule furente, Saepe retentantem totas infringere vestes — videres. Pingit Herculem detrabere conantem vestem Nessi sanguine venenatam, sed retentantem altera manu, ne simul cutis et viscera, quibus illa inhaerebat, deriperet.* Lucret. 6, 142

*Sunt etiam fluctus per nubila, qui quasi murmur
Dant infringendo grauitur; quod item fit in altis
Fluminibus magnoque mari, cum frangitur aestu.*

¶ 2 *Per translationem quocunque modo debilitare vel mollire adeo significat.* Cic. Att. 7, 2 *Ego autem, quum sciam, quam sis fortis, vehementius esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, et propemodum infringat.* Liu. 38, 16 *Non tamen ita infregit Animos eorum, ut abisterent imperio.* Terent. Adel. 2, 1, 46 *Homini misero plus quingentos Colaphos infregit mihi. Vbi Donatus: Ut illudens hoc fecisse Aeschinus videatur, cum sonitu se colaphizatum significat. Infregit autem, illisit, inflixit: ut sit sensus, Inflixit homini misero plus quam quingentos Colaphos. Infringere esse cum motu vehementi imponere, iniicere ostendit etiam Stat. Theb. 2, 555 Abscisiss infringens cautibus vncas Exsuperat iuga dira Manus, i. manibus comprehendens saxa eminentia, evititur. Sic Articulos infringere* Quint. 11, 3, 158 *est leuiter tractis et inflexis strepitum illum minutum excitare. Sic Stat. Achill. 1, 575 Modo dulcia notae Fila lyrae — monstrat ducitque manum, digitosque sonanti infringit citharae, de Achille Deidamian docente. Amoliri: Caes. B. C. 2, 19 (21) Caesar habita concione Cordubae, omnibus gratias generatim agit, ciuibus Romanis, quod, etc. Gaditanis, quod Conatus aduersariorum infregissent. Deos humilli precatu* Stat. Achil. 1, 144. *Difficultatem montis* Colum. 2, 4. *Cic. pro Corn. Balb. 15 Est enim labes huius saeculi quaedam, et macula, virtuti inuidere, velle ipsum florem Dignitatis infringere. Tacit. Ann. 4, 19 Nec infringendum Consulis Ius, cuius vigiliis nitetur. Cic. in Orat. 6 Quare non est, cur eorum, qui se studio eloquentiae dederunt, Spes infringatur, aut languescat industria, i. Valde frangatur. Tribunatus infringi et debilitari videbatur* Cic. de Orat. 1 c. 7. *Caes. B. C. 3, 101 Vt primus excursus, visque militum infringeretur, aciesque distenderetur, etc. Add. ib. c. 92. Vi-res alicuius* Propert. 1, 14, 17.

INFRACTVS, a, um. Partic. [*ἐπιλάζεις*] Columel. 8, 17, 15 *Nuces digitis infractae sunt dandae. Metaphor. Virg. Aen. 12, 1 Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos Defecisse videt. Vid. Erythraei Ind. Seruius tamen maiorem esse sensum contendit, si Infractos intelligamus pro Robustis et validis: h. e. Qui prius solebant infracti esse. Male, puto. Aevo infracto* Sil. 15, 651. *Cic. Post red. ad Quir. 19 c. 8 Eum tamen vidi, quum esset summa senectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renouato. Budaeus hic contra libros legit, Non modo infracto animo, ut Infractus Non fractum significet. Plin. 8, 50 Auriculis longis infractisque, armis quam villosissimis, etc. Quas infractas aures vocat Plinius, eae* Colum. 7, 6, 2 *sunt flaccidae et praegrauantes. De Capris utroque loco sermo est. Infractus Furor tuus inanes faciebat impetus* Cic. pro Domo c. 24. *Ira infracta constitit* Ouid. Met. 6, 61. *Loquela blanda infracta* Lucret. 5, 231. *Magnitudo animi interrita, ac ne fortuna quidem infracta* Curt. 8, 14, 44. *Add. 6, 2, 21. et 9, 2, 30. Minae infractae* Sil. 7, 125 *vt Irac cassae v. 123. Liu. 38, 14 Et oratio fuit summissa et infracta,*

- extenuantis opes suas, vrbiumque suae ditionis egestatem querentis. Te negas infractio Remo commoueri Cic. Acad. 4 c. 25. Idem Att. 9, 12 Tum poterimus deliberare, non scilicet integra Re, sed certe minus infracta, quam si vna proieceris te. Rex armis infractus Vell. 2, 37, 2. Add. c. 39, 1. Veritas pluribus modis infracta Tacit. Hist. 1, 1. Vires infractae ad praelia torpent Virg. Aen. 9, 499. Virtus infracta Stat. Achil. 2, 213. Vocem infractam, capillumque arte compositum etc. Gell. 3, 5. Compar. Pericles oratione nulla ex parte infractiore concionatus est Val. Max. 5, 10 ext. 1. ¶ 2
- 10 Infractus pro non fracto, cum diligenter quaesierint Vorstius, Pareus, Cellarius, reliqui, nondum habet auctorem Hieronymo antiquiorem, et Symmach. Epist. 1, 3 Fractae opes infractos animos repererunt. INFRACTIO, ōnis. f. [ἐπιλάσις] Ut, Infractio animi, pro Inconstantia, vel fractione. Cic. Tusc. 3, 14 c. 7 Verisimile est igitur, in quem cadit aegritudo, in eundem cadere timorem, et infractionem quandam animi, et demissionem.
- 15 INFRIIO, āre. [ἐπιλάσις] Friare, et in minutas partes comminuerre, cum notatione loci, quo cadant ille minutiae. Cato R. R. 29, 84, 2. In aquam Id. 156, 4. Columel. 8, 5, 22 Atque ita paullum triti salis vulneribus infriatur. Idem 7, 5, 12 Superfusoque aceto, vel aeris aerugine infriata.
- 20 INFRONS, ondis. Adi. Ouid. ex Pont. 4, 10, 31 Hic agri infrondes, hic spicula tincta venenis. b. e. Agri sine frondibus et arboribus.
- 25 INFRONTATE. Adu. Impudenter. Fulgent. Exposit. sermon. antiq. 22 Catillare est per alienas domos infrontate gyrare. Vid. Salmas. ad Vopisc. in Numeriano c. 13.
- INFRUGIFER, a, um. Adi. Idem atque infructuosus. Infrugifera arbor Vet. Hor. Scholiastes ad Carm. 2, 15, 4.
- 30 INFRUCTVŌSVS, a, um. Adi. [ἀκαρπος] Quod fructum non fert. Columel. 11, 2, 32 Post quem diem sera et infructuosa sit huiusmodi rerum cultura. Idem 8, 4 Infructuosas vites, secundas sic facito. Sic Plin. 16, 26 Fiunt quaedam loci vitio infructuosa. Fralate. Epistola Sen. Controu. 19. Malitia Tacit. Hist. 1, 51, 2.
- 35 Praeces Plin. Epist. 8, 23. INFRUCTVŌSE. Adu. Idem. Epistolae Hieron. 89, 5. et Augustin. 9, 4 et 137. it. de C. D. 21, 9.
- INFRUCTVOSITAS, ātis. f. Tertull. de Resurr. carnis c. 33. INFRVNITVS, a, um. Adi. Proprie videtur esse qui frui nescit, 40 stupidus ad vsum bonarum rerum, ἀπαρόκαλος, ut est in Vet. Gloss. Festus, Fruniscor et frunitum dixit Cato, nosque cum adhuc dicimus infrunitum, certum est, antiquos dixisse frunitum. Sen. de Benef. 3, 16 extr. Infrunita et antiqua est, quae nescit matrimonium vocari vnum adulterium quasi dicat, nescit frui bonis saeculi. Sen. de Vita 45 Beata 23 Sapiens nec iactabit diuitias, nec abscondet: alterum (iactare) infruniti animi est etc. νόμῳτοι enim siue nuper diuitias consecuti, nondum frui illis possunt. Laudatur etiam Val. Max. 5, 7 ext. 1 Seleuci regis filius Antiochus nouercae Stratonices infrunito amore correptus. Sed ea est coniectura Lipsii; libri omnes infinito, quod merito 50 tuentur posteriores, praeter Pighium. Sed etiam Gellio 4, 9 praeter rem tribuitur a Carrione. Libri omnes, Verba si perpetua, et infinita, et obtundentia — neque laudabilia, neque vtilia sunt. Ἀπερὸνολογία damnatur, cum finis nullus sit dicendi, etiam si vtaris verbis bonis. Simus itaque contenti interim Festi et Senecae auctoritate, cui accedit Vulg. 55 Ecclesiastici 23, 6 Anima irreuerenti et infrunitae ne tradas me.
- INFVCO, āre. Fuco tingere. Cic. de Orat. 3, 100 c. 25 extr. In scriptis et in dictis non aurium solum, sed animi iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur. Infucare aliquid, Tegere ita fallaciam, ut non deprehendatur: Plaut. Mil. 2, 6, 46 Nunc pol ego metuo, 60 ne quid infucauerit. Merum Id. Cist. 1, 1, 21. Vid. Taubmann. p. 435 et 822. Gronouii ed. habet utrobique infuscare.
- INFVCATIO, ōnis. f. Apud Arnob. . . .
- INFVDIBVLVM, vid. INFVNDIBVLVM.
- INFVLA, ae. f. [στῆμα et στῆματα Vet. Gloss.] Desinente 65 Festo sunt filamenta lanca, quibus sacerdotes et hostiae, templaque velabantur. Sic enim legendum pro velabant, iam monuit Scaliger. Erymon suppeditat Varro de L. L. 6, 3 p. 70, 6 quem locum ex comparatis Scaligeri et Scioppii editionibus sic constituimus: (Et ita visum etiam Dion. Vossio ad Caes. B. Ciu. 2, 12) Infulas dictas apparet in hostiis, quod 70 filamenta e lana, quae adduntur infra (pro vulg. intra) hostiarum cornua velamenta erant. Nempe infulae sunt quasi inferulae, dependentia circa caput filamenta, quae a vitta s. vittis constringuntur. Velamenta vocantur infulae etiam a Liuiō, cuius loca damus mox n. 5. et infra in VELAMENTVM. Non moramur Isidorum 19, 30, qui haec permutare 75 videtur, dum vittas ab infula dependentes facit, in quo consentientem, an praeeuntem? habet Seruium ad Aen. 10, 538 Infula cui sacra redimebat tempora vitta. Qui contulerit inter se loca, quae hic dabuntur, et in VITTA, non metuimus, ne verum nos dixisse, non videat. Quin ipse Isidorus, ubi dixit, Infula est fasciola sacerdotalis capitis alba in modum 80 diadematis, a qua vittae ab vtraque parte dependent, addit, quae infulam vinciunt. Vnde et vittae dictae, quod vinciant. Vltima vera sunt; sed non satis superioribus, cohaerent. Nec Scaligeri etymologian nostrae, b. e. Varronianae, ut putamus, praefereamus, qui Infulare vel Infulare veteribus amicire, velare significasse autumat. Infulas depen- 85 disse a vitta, docet Lucret. 1, 88 de Iphianassa s. Iphigenia dicens, Quod simul Infula virgineos circumdata cultus Ex vtraque pari malarum parte profusa est. Virg. Georg. 3, 487 Lana dum niuea circumdatur infula vitta: quis non videt, vitta constrictam et alligatam Infulam vtrique dependisse, et velasse caput? Eodem sensu Ouid. ex Pont. 3, 2, 74 90 Ambiat ut fuluas infula longa comas: dumque parat sacrum, dum velat tempora vittis: vittis adstringentibus infulas, quas latius quiddam et velando capiti aptum fuisse, ipsum velamenti nomen indicat. Semper ergo una sunt infula et vitta. Satis autem est alterum memorasse apud intelligentes rerum: unde promiscue non nunquam haec duo poni videntur, 95 salua interim propria vtriusque significatione. Adhibita autem infula ¶ 2 primo in hostiis, capitis, oculorum praesertim obnubendorum causa, ne ad conspectum ictus contremiscent fugamque, quod mali ominis erat, molirentur. De hac infula agunt loci, quos ex Varrone, Lucretio, Virgilio, Ouidio hic usque excitauimus. Sic Caligula apud Sueton. c. 27 100 aliquem, qui se pro salute ipsius deuouerat, cunctantem pueris tradidit verbenatum infulaturnque, qui votum reposcentes per vicus agerent, quoad praecipitaretur ex aggere. Itaque tractauit miserum hominem ut victimam. Hinc Flor. 4, 2, 92 Quae omnia velut infulae in destinata morti victimam congerebantur, de honoribus in Caesarem paullo 105 ante caedem collatis. ¶ 3 Templorum etiam fuisse infulas, et Festo

Festo iam indicatum est. Dion. Voss. ad Caes. B. C. 2, 12 emendat hac parte Festum, et legit hostiae tempora pro hostiae templaque velabantur. Sed fauet vulgatae lectioni Virg. Aen. 4, 457

Praeterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niueis et festa fronde reuinctum.

De ead. re Ouid. Epist. 7, 99 Est mihi marmorea sacratus in aede Si-
chaeus, Appositae frontes velleraque alba tegunt. Haec vellera pro
infulis accipere nihil prohibet. Certe Vellera infulae sunt Stat. Theb.
2, 95. Hic Laius

Tiresiae vultus, vocemque, et vellera nota
Induitur. Mansere comae, propexaque mento
Canicies, pallorque suus. Sed falsa cucurrit
Infula per crines, glaucaeque innexus oliuae
Vittarum prouenit honos. Ac deinde v. 120
Dixit, et abscedens — ramos ac vellera fronti
Deripuit, etc.

Et quo minus de templo miremur, Liu. 30, 36 Velata nauis infulis et
ramis oleae Scipioni occurrit, in portu Carthaginis. Et Prudent.
Peristeph. 4, 79 Sacerdotum domus infulata memoratur. ¶ 4 20
Praesertim autem Sacerdotum fuere Infulae. De Tiresia, Sacerdote et
Vate Apollinis, modo vidimus. Cic. Verr. 4, 110 c. 50 Praesto mihi sa-
cerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt. Virg. Aen. 2, 429
Nec te tua plurima, Panthu, Labentem pietas, nec Apollinis infula
textit. De Vestalibus Prud. in Symm. 2, 1035 Interea dum torta vagos
ligat Infula crines. Stat. Theb. 4, 218

Vatem cultu Parnassia monstrant
Vellera, frondenti crinitur castis oliuae:
Albaque puniceas interplicat Infula cristas.

De alio sacerdote bellatore. Stat. Theb. 7, 717 Excussis apparuit Infula 30
cristis. Iustin. 23, 8 Repente vniuersorum templorum antistites,
simul et ipsi vates (Delphici) sparsis crinibus cum insignibus atque in-
fulis pauidi vecordesque in primam aciem pugnantium prouunt.
Lucanus 5, 147 de Phemonoe, Torta priores Stringit vitta comas, cri-
nesque in terga solutos Candida Phocaica complectitur Infula lauro. 35
Sic Fratrum arualium apud Gell. 6, 7 insigne spicea corona et albae
Infulae. Infulae etiam sunt quas Fetialibus tribuit Liu. 1, 32 capite
velato; filo lanae velamen est. Hinc in ipsam Ecclesiam transit, sed
serius. Vid. Dufresnius: et Adr. Steger de Infulis sacrae dignitatis in-
signibus §. 14. Ipse quoque Apollo Vatum praeses Infulam habet. 40
Martian. Capell. 1 p. 8 Clario (eum enim esse Apollinism, infra doce-
mus) fidibus perfonanti, atque interserta laurigeram infularum lubrico
implexoque crine redimito. Sertae laurigerae, sunt vittae, quae infulas
continent. Ergo Poetae quoque, ceu Vates, Infulam sibi tribuunt.
Stat. Silu. 4, 4, 93 postquam absolutam a se Thebaida dixit, et vittas 45
nomine votifera in arbore suspensas, pergit: Nunc vacuos crines alio
subit Infula nexu, Troia quidem magnusque mihi tentatur Achilles.

¶ 5 Supplicum etiam Infula erat et pacem petentium. Caes. B. Ciu.
2, 12 Tum hostes — inermes cum infulis sese porta foras vniuersi
proripiunt. Huc pertinet illa nauis cum infulis, de qua n. 3. ex Liu. 30, 36.
Nec dubium est, easdem intelligi Liu. 24, 30 Ramos oleae ac vela-
menta alia supplicum porrigentes, ut 25, 25 Legati Tycha et Neapoli
cum infulis et velamentis venerunt, precantes, ut a caedibus et ab in-
cendiis parceretur. Tacit. Hist. 1, 66 Haud ignari discriminis sui
Viennenses velamenta et infulas praeferebant — arma, genua, vesti- 55
gia prehensando.

¶ 6 Infulae igitur velut sanctos atque
uoluntates praestant. Sen. Consol. ad Helu. c. 13 Qui aduersus saeuissi-
mos casus se extollit, et ea mala, quibus alii opprimuntur, euerit,
ipsas miseras Infularum loco habet. Et Epist. 14 Ad philosophiam
ergo confugiendum est. Hae literae, non dico apud bonos, sed apud 60
mediocriter malos infularum loco sunt — Nunquam sic contra
virtutes coniurabitur, ut non philosophiae nomen venerabile et sa-
crum maneat.

¶ 7 Puto etiam in crepundiis et ornamentis
puerorum fuisse Infulas, quibus forte illos ab iniuria munire et egregie
ornare vellent. Inducunt me, ut ita putem, duo loci Ciceronis. Alter est 65
de Orat. 3, 73 c. 21 Pamphilumque nescio quem sinamus in infulis
tantam rem (Eloquentiam) tanquam pueriles delicias pingere. Vide-
tur pictor ille pinxisse Eloquentiam τὸν λόγον, pueruli instar pulchre exor-
nati. Alter de L. Agrar. 1 c. 2 de agro Corinthio, et utriusque Cartha-
ginis, His insignibus atque infulis imperii venditis, quibus ornatam 70
vobis maiores vestri temp. tradiderunt. Tertull. de Anima 39 in-
ter puerperii superstitiones, Vteri infulis apud idola confectis redimiti,
genimina sua daemoniorum candidata profitentur.

¶ 8 Se-
quiori demum aetate ad Magistratum et Principum adeo Regumque maie-
statem indicandam adhiberi hoc nomen coepit. Spartian. Hadr. 6 Mar-
cium Tuberonem post Mauritaniae praefecturam, infulis ornatum
Pannoniae Daciaeque ad tempus praefecit: Aduocat hic Casaubonus
Gloss. Isid. Infula, sacerdotalis vitta, et administratio iudicialis. Sal-
masius ita constituit et explicat h. l. Infulis ornatum Pannoniae (i. titu-
lo praefecturae Pannonicae) Daciae quoque praefecit. Sed Barth. ad 80
Stat. Theb. 2, 95 p. 321 interpretatur sanctiorem et plenorem potestatem.
Melius, puto, Salmasius. Imp. Constantin. 1. 1 C. de temp. et repar.
appell. Si quis per absentiam nominatus ad duumviratus aliorumue
honorum Infulas. Cassiod. Varr. 2, 1 Curules infulas praestitimus
Candidato, i. magistratum curulem, consulatum. Vid. Brossius ad h. l. 85
Sic l. 1 C. de Consul. Pares Infulis dicuntur, qui utriusque sunt consula-
res. Add. de Infulis Consulatus, et Praefectorum Praetorio l. 66 C.
de Decur. Adeo vulgare est huic aetati Infulas pro honore ponere, ut
non difficile sit, ab imo ad summum gradum ascendere, ab ingenuitatis in-
fulis, quae conditioni seruili opponuntur l. 4 C. de Praep. Sacri cubic. 90
ad ipsius Imperatoris Infulas l. ult. Cod. de quadr. praefec. in ipso fine,
Ex eo tempore valitura, quo nutu diuino imperiales suscepimus infu-
las. Iam Treb. Pollio Gall. c. 10 de Odenato, quod se fortibus fa-
ctis dignum tantae maiestatis infulis declarauit. Conf. laudatus Stegeri
libellus, de Infulis sacrae dignitatis insignibus.

INFVLĀTVS, a, um. Adi. Infula ornatus. Suet. Calig. c. 27
Cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatumque. Domum infu-
latam iam vidimus e Prudent. Hymn. Mart. Caesaraugust. f. Peri-
steph. 4, 79.

INFVLICIO, ire. Pro Ingerere. Sen. Epist. 114 Non desinit 100
omnibus locis hoc verbum infulcire. Suet. Tiber. c. 53 Mori inedia
destinanti infulciri, per vim ore diducto, cibum iussit.

INFVLGENS, entis. [ἐπιφύλαξις] Partic. sine Verbo, Idem quod
Fulgens. Laudatur Catul. Argon. f. 63, 386 Saepe pater ditium tem-
plum infulgente reuifens, etc. Sed meliores templo in fulgente. 105

INFVLLONICATVS, a, um. Adj. ἄγυατος Gloss. Gr. Lat.

INFVMO, ãre. [ὑποκαπνίζω] Ad fumum ficare. Apul. Met. 1. p. 106 (ubi Elmenh. infumare) Al. Deos infumare. Plaut. . . Atque hilas infumatas, et fumen. Plin. 28, 9 Et infumata pilis oculorum medetur. de cerussa.

INFVMBVLVM, i. n. vid. INFVRNIBVLVM. Nempe aliqui apud Plinium 24, 15 non Infurnibulum, neque Infundibulum, sed Infumibulum legunt Harduin. f. 85 Infurnibulum recepit.

INFVNDO, ũdi, ũsum, ĩre. [ἐγχέω, ἐχέω, ἐπιχέω] Ex Simplicii intelligitur. Poculum infundere alicui Hor. Epod. 5, 77. Infundere faucibus Columel. 6, 6. Gemmas margaritasque mare litioribus infundit Curt. 8, 9. Cic. Tusc. 1, 61 Vtrum capacitatem aliquam in animo putamus esse, quo tanquam in aliquod vas ea, quae meminimus, infundantur? In naribus infundere Col. 6, 4, 2.

INFVNDERE per nares Idem 6, 5, 3. Metaphor. Geminum agmen vrbi infudit Flor. 3, 21, 6. Hinc illa immensa agmina infusa in Graeciam Curt. 5, 6, 1. Cic. de Clar. Orat. 62 Quam homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus. Idem de Orat. 2, 355 c. 87 Vt illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere. Cic. de Legib. 3, 32 c. 14 Quo perniciosius de Repub. merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem. Cic. Philipp. 11, 13 At hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit, i. non fraudi usus, sed vi, ut in iumentis curandis. Infundere cribro, pro In cribrum

Sen. de Benef. 7, . . . Supra fundere: Virg. Georg. 1, 385 Certatim largos humeris infundere rores.

INFVSVS, a, um. Partic. [ἐχυσθεῖς] Plin. 20, 13 Infuso in aures succo. Capiti infusa Scribon. 2. Infusae per cornu res 7. — naribus 8. Collo infusus amantis Ouid. Epist. 2, 93. Maria terrae Plin. 32, 11. Mens per artus Virg. Aen. 6, 26. Pax per aequora Sil. 7, 258. Populus Virg. Aen. 5, 552. Id. ibid. 9, 461 Iam sole infuso, iam rebus luce reiectis. Subauditur Terris. Verecundia Cic. ad Q. Frat. 2, 10. Al. rektius insulsa. Infusum Scribon. 1. saepius perfusum ac veluti maceratum humore.

INFVSVS, ũs. m. [ἐχυσθεῖς] Plin. 24, 6 Sonitus aurium emendat infusu, strumas illitu.

INFVSVSIO, ũnis f. Idem. [ἐπίχυσθεῖς] Oui infusio Scribon. 20. Plin. 20, 21 Vuluas et cibo et infusione mollit in oleo. Pall. Febr. 25, 22 Infusio caelestis, i. imber.

INFVSVSOR, ũris. m. Prudent. Cathem. 4, 11 Infusor fidei.

INFVNDIBVLVM, i. n. [χώνη] Instrumentum, quo in vasa oris angusti infundimus liquores. Columel. 3, 12 Raram supra modum velut per infundibulum transmittere imbres. Bibere infundibulo apposito Vopisc. Aurel. c. vlt. Infundibulum Vitruu. 10, 10. vocat Illud, quod paulatim frumentum molis suggerit. Conf. INFIDIBVLVM. Variant enim valde libri in hoc nomine. Sic apud Pallad. loco quem damus statim in INFVRNIBVLVM, Infidibulum habent alii, alii Infudibulum, Infundibilum, Infidubulum. Sic Infudibulum editur Cato, 10, 1. 11, 2. Conf. Colum. 3, 18, 6.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

INFVRNIBVLVM, i. n. Caminus paruus mobilis, qui furni spiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud Plinium 24, 15 f. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Sic ex bonis libris post Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetusti codices, Per. infundibulum.

I N G

INGEMINO, ãre. [ἐπιδηλασιάζω] Simplicii hoc addit compositio, ut Frequentius geminare significet. Virg. Georg. 1, 411 Tum liquidas corui presso ter gutture voces Aut quater ingeminant. Hostiles ingeminant opes Ouid. Fast. 6, 568. Neutrum: Virg. Georg. 1, 333 — ingeminant Austri, et densissimus imber. Seruius Ingeminant pro Ingeminantur positum esse asserit. Clamor ingeminat Virg. Aen. 5, 227. Curae ingeminant Id. ibid. 4, 531.

INGEMINATVS, a, um. Partic. [ἐπιδηλασμένος] Nobilitas ingeminata Ouid. ex Pont. 4, 16, 44. i. paterna et materna.

INGEMO, ui, ũtum, ĩre. [ἐπίσένω, κατασένω] Idem quod Gemo. Virg. Georg. 1, 46 Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere. Agris ingemere, In agris gemere prae labore Tacit. de Germ. 46, 7. Laboribus ingemens Hor. Epod. 5, 31. Malis ingemuisse propriis Ouid. ex Pont. 1, 2, 10. Morituro nemo ingemit Sen. Herc. Oet. 13. Iacentem ingemuere Inachidae Stat. Theb. 9, 2. Caesos ingemunt gnati Patres Sep. Hert. Oet. v. 1785. So-

INGEMO, ui, ũtum, ĩre. [ἐπίσένω, κατασένω] Idem quod Gemo. Virg. Georg. 1, 46 Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere. Agris ingemere, In agris gemere prae labore Tacit. de Germ. 46, 7. Laboribus ingemens Hor. Epod. 5, 31. Malis ingemuisse propriis Ouid. ex Pont. 1, 2, 10. Morituro nemo ingemit Sen. Herc. Oet. 13. Iacentem ingemuere Inachidae Stat. Theb. 9, 2. Caesos ingemunt gnati Patres Sep. Hert. Oet. v. 1785. So-

INGEMO, ui, ũtum, ĩre. [ἐπίσένω, κατασένω] Idem quod Gemo. Virg. Georg. 1, 46 Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere. Agris ingemere, In agris gemere prae labore Tacit. de Germ. 46, 7. Laboribus ingemens Hor. Epod. 5, 31. Malis ingemuisse propriis Ouid. ex Pont. 1, 2, 10. Morituro nemo ingemit Sen. Herc. Oet. 13. Iacentem ingemuere Inachidae Stat. Theb. 9, 2. Caesos ingemunt gnati Patres Sep. Hert. Oet. v. 1785. So-

INGEMO, ui, ũtum, ĩre. [ἐπίσένω, κατασένω] Idem quod Gemo. Virg. Georg. 1, 46 Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere. Agris ingemere, In agris gemere prae labore Tacit. de Germ. 46, 7. Laboribus ingemens Hor. Epod. 5, 31. Malis ingemuisse propriis Ouid. ex Pont. 1, 2, 10. Morituro nemo ingemit Sen. Herc. Oet. 13. Iacentem ingemuere Inachidae Stat. Theb. 9, 2. Caesos ingemunt gnati Patres Sep. Hert. Oet. v. 1785. So-

hum ingemuit Ouid. Met. 14, 407. Ingenuistis voce huius au-
dita Liu. 4, 49.

INGEMISCO, ère. [*εμπίχω*] Idem quod Primitium. Pueri
Spartiatæ non ingemiscunt verberum dolore laniati Cic. Tusc. 5 c. 27.
Id. ibid. 2, 21 Quem vidit nemo vlli ingemiscentem malo. Ex Poëta. 5
Vid. Idem de Orat. 1, 230. Sen. Herc. Oct. 1732 Ingemiscit ignis
ad durum iecur.

INGEMISCENDVS, a, um. Part. Amnian. 30, 7 Clades in-
gemendas vindicare.

INGENERO, Ære. [*ἐμφύομαι*] Ex Simpliciter intelligitur. Cic. de 10
Fin. 5, 24 Et illum appetitum rerum a natura accommodatarum, in-
generatum putauerunt omnibus, qui continentur ea commendatione
naturæ, qua se ipsi diligunt. Ingenera: nunc sunt genitalia

tempora mundi Colum. 10, 196. Generationem plantarum in horto tuo
promoue. Deus ingenerat iras Stat. Theb. 4, 230. Cic. L. Agr. 15
2, 94 Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis femi-
nis, quam ex his rebus, quæ ab ipsa natura loci, et a vitæ consue-
tudine suppeditantur, quibus alimur, et quibus viuimus. Ingene-
rat amorem in eos, etc. Cic. Off. 1, 12 c. 4. Ingenerauit natura
societatem vtrisque Liu. 5, 27. Ingenerata familiae tuæ fruga- 20
litas Cic. pro Sext. 21 c. 9. Non decet Tam vetus sine liberis No-
men esse, sed indidem semper Ingenerari Catull. 62, 212. in hoc ge-
nere generari, in hac familia.

INGENERASCO, ère. Idem quod Ingenero, a quo descendit, vt
a Labo, Labasco; ab Integro, Integrasco, etc. Lucret. 3, 746 25
Et iam caetera de genere hoc, cur omnia membris Ex ineunte aevo
ingenerascunt, inque genuntur. Sic iam editur. Alii aliter.

INGENITVS, vid. INGIGNO. ¶ 2 Ingenitus, a,
um. Adj. Non genitus. Arnob. 1 p. 17.

INGENICVLVS, i. m. Qui Graecis Engonasis dicitur, Nixus 30
genibus, sideris nomen. Firmic. 8, 17. Manil. 5, 639. Vid. EN-
GONASIS.

INGENICVLO, Ære. Hygin. Astron. 2, 6 dicit, postquam Her-
culem tela deficerent, se ingeniculasse. Conf. Lamprid. Heliog. c. 5.

INGENICVLATVS, i. m. Idem sidus Herculis. Vitruu. 9, 6 35
Res Ingeniculati.

INGENIVM, i. n. [*ἐπιφύα, ἀρχιγεν, τὸ*] Proprie Natura di-
citur cuique ingenita. Plaut. Bacch. 2, 3, 42 Immo ingenium auidi
haud pernoram hospitis. Ter. Andr. 1, 1, 66 Nam qui cum inge-
niis conflictatur eiusmodi. Vbi Donatus, Ingeniis, hominibus. 40

Idem Heaut. 1, 1, 99 Ingenio te esse in liberos leni puto. Inge-
nium patris habet, quod sapit: i. Moribus aut prudentia similis est pa-
tri, siue Patrem refert moribus Plaut. Poen. 5, 4, 28. Liu. 3, 36 pr.
Ille finis Appio alienae personae ferendae fuit, suo iam inde vivere
ingenio coepit. Ad vires animi a voluntate diuersas interdum re- 45
feritur. Cic. de Fin. 5, 36 c. 13 Prioris generis (eorum, quæ inge-
nerantur suapte natura) est docilitas, memoria: quæ fere omnia ap-
pellantur vno ingenii nomine, easque virtutes, qui habent, ingeniosi
vocantur: deinde distinguit alterum genus magnarum verarumque vir-
tutum, quas appellamus voluntarias, vt prudentiam temperantiam, 50
fortitudinem, iustitiam, et reliquas eiusdem generis. Feruidus in-
genio Ouid. Met. 14, 485. Tacit. Hist. 1, 24 Is mobilissimum
quemque ingenio, etc. Saenior ingenio Ouid. Met. 1, 126.

¶ 2 Substantiua: Acies acris ingenii, vid. ACER. Acumen in-
geniorum, vid. ACVMEN. Amor Ouid. Amor. 1, 9, 33. 55
Quæ docta Facultas Ingenii, linguaeque modus! responsa verentur
Legati Claud. Conf. Honor. 4, 515. i. facundia. Genus praecox
ingeniorum Quinctil. 1, 3. Gratia ingenii Idem in proem. 1.
Igniculi ingenii Id. ibid. 6. Cic. in Brut. 59 Vt hominis decus
ingenium, sic ingenii ipsius lumen est eloquentia. Imbecillitas in- 60
genii Plin. Epist. 4, 18. Magnitudo ingenii Cic. Acad. 4, 1. Mo-
numenta ingeniorum Quinctil. 3, 7. Natura ingenii praestans vir
Idem 12, 1, 25. Natura humani ingenii Idem in proem. 1. Suc-
cus ingenii Id. ibid. Tarditas Id. 1, 1. Turpitude Patere.
2, 69. Plin. Epist. 4, 20 Tu ingenii simul dolorisque velis latissi- 65
me vectus es. Vena benigna Hor. Carm. 2, 18, 9. Vigor
Ouid. Met. 8, 254. Virtutes Quinctil. in proem. 6. ¶ 3

Epitheta: Abruptum ingenium, vid. ABRVMPPO. Cic. in Orat.
18 Item Vir acerrimo ingenio. Vid. ACER. Acutum, cui con-
trarium est Retusum Cic. de Diuin. 1, 79. Vid. ACVO. Alieno 70
ingenio orationes formare Suet. Domit. c. 20. Ambiguum Plin.
Epist. 4, 2. Aptius ingenium flammis Ouid. Met. 14, 26. Bo-
num, vid. BONVS. Caeste Ouid. de Arte Am. 1, 185. Can-
didum Hor. Epod. 11, 16. Capax Ouid. Met. 8, 533. Coacta
Sen. de Tranq. An. c. 6. Confirmatum et corroboratum, vid. 75
CONFIRMO. Contusum Plin. Epist. 8, 14. Copiosissimum,
vid. COPIA. Diues Ouid. Trist. 2, 335. Diuinum Cic. Acad.
4, 117. Dulcissimum Plin. Epist. 8, 12. Durum Hor. Carm. 3,
21, 13. Eminens Quinctil. in proem. 6. Plin. Epist. 2, 13 In-
genium excelsum, subtile, dulce, facile, eruditum in causis agendis. 80
Exercitum adulatione Tacit. Hist. 4, 40. Eximium Cic. Tusc. 5,
68. Expertum Tacit. Hist. 4, 42. Cic. in Orat. 48 Nihil
enim feracius ingenii, his praesertim, quæ disciplinis exulta sunt.
Ingenia feracia vocat Cicero, Quæ multa facile solent excogitare, quale
fuit ingenium Archiae Poëtae, de quo ita idem Cicero pro Arch. 18 85
Quoties ego hunc vidi, quum literam scripisset nullam, magnum nu-
merum optimorum versuum, de iis ipsis rebus, quæ tum agerentur,
dicere ex tempore? quoties reuocatum, eandem rem dicere commu-
tatis verbis atque sententiis? Feruentius anni rapido ingenium
Hor. Serm. 1, 10, 63. Fortius Ouid. Epist. 19, 6. Fortunatius 90
arte ingenium Hor. de Arte Poët. 295. Fractum et contusum Plin.
Epist. 8, 14. Gnauum Liu. 3, . . Grande doloris Ouid.
Met. 6, 574. Martial. 2, 44 O grande ingenium mei sodalis.
Hebetatum, fractum, contusum, tardum Plin. Epist. 8, 9. Igno-
tum Tacit. Hist. 4, 42. Illustre Idem ibid. Cic. pro Cael. 1. 95
Imbecillum Quinctil. 2, 8. Immansuetum Ouid. Met. 15, 85.
Immemor Cic. in Brut. 174. Imperspicua, incerta, fallaciaque
sunt iudicium Plin. Epist. 1, 20. Importunum, vid. b. v. Indo-
cile Sen. Thyest. 3. Iners Ouid. Amor. 1, 15, 2. Infelix, vid.
f. l. Ingens Hor. Serm. 1, 3, 34. Inhumanum Ter. Eun. 5, 100
2, 41. Inquietum, Insanabile, vid. bb. vv. Insanum Plin.
Epist. 4, 7. Integrum, Inuerecundum, vid. bb. vv. Iucun-
dum et elegans Quinctil. 5, 13. Lene Ter. Heaut. 1, 1, 99.
Liberale, vid. f. l. Liberius, quam virginem decet Liu. 4, . .
Limatius Plin. Epist. 1, 20. Magnum Cic. Acad. 4, 1. Malum 105

- Quinctil. 1, 3. Medium, Mediocre, Memorabile, *vid. hb. vv.* Mite Ouid. Met. 13, 187. Iuven. Sat. 4, 82. Plin. Epist. 1, 11 Est alioqui Regulo tam mobile ingenium, vt plurimum audeat, plurimum timeat. Molle Ouid. Epist. 15, 84. Multiplex Cic. Att. 6, 2. Obnoxium, *vid. OBNOXIVS.* Cic. in Brut. 110 Quamquam iis quidem non omnino ingenium, sed oratorium ingenium defuit. *Quod autem sit Oratorium ingenium, ipse de Orat. 1, 113 ita quasi describit:* Animi, atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui ad excogitandum acuti, et ad explicandum ornandumque sint vberes, et ad memoriam firmi atque diuturni. Par Cic. pro Corn. Balb. 1. Paruum Hor. Epist. 1, 3, 22. Peracre Cic. de Orat. 3, 124. Perelegantis ingenii vir Hesiodus Patere. 1, 7 pr. Pingue Ouid. Met. 11, 148. Prauum hominis Plin. Epist. 3, 9. *non ita procul a fine.* Ingenium quondam fuerat Pretiosius auro Ouid. Amor. 3, 8, 3. Probabile Cic. in Brut. 180. Ingenium est omnium hominum a labore Procliue ad libidinem Ter. Andr. 1, 1, 50. Prontum ad asperiora Druso erat Tacit. Ann. 1, 29. Pudicum Ter. Hec. 1, 2, 77. Pulcherrimum Plin. Epist. 8, 12. Martial. 9, 51 Ingenium mihi Gaure probas sic esse pusillum, Carmina, quod faciam, quae breuitate placent: Rectum utroque vorsum Plaut. Capt. 2, 3, 8. Rude Quinctil. 1, 2. Sacuum Plin. Epist. 4, 22. Solers Sen. Theb. 1, . . . Cic. de Orat. 2, 135 Subacto mihi ingenio opus est: vt agro non semel aratq, sed nouato et iterato, quo meliores fetus possit et grandiores edere. Summa Plaut. Capt. 1, 2, 62. Tardum Cic. de Orat. 2, 117. Id. de Amicit. 66 Neque enim fidum potest esse multiplex ingenium, et tortuosum. Plin. Epist. 1, 16 Laudabam Saturnini ingenium, etiam antequam scirem, quam varium, quam flexibile, quam multiplex esset. Velox, ac mobile Quinctil. 6, 4. Iuven. Sat. 3, 73. Venerabile Iuven. Sat. 15, 145. ¶ 4 Verba: Abundare ingenio Cic. Fam. 4, 8. Acuere ingenium Quinctil. 1, 4. *Vid. ACVO.* Aequiparans ingenium mores Ouid. ex Pont. 2, 5, 44. Alere ingenium Quinctil. 1, 8. Assequi ingenium, *vid. ASSEQVOR.* Auferre famam ingenii Quinctil. 4, 1. Certare ingenio Lucret. 2, 11. Claudicat ingenium Idem 3, 454. Comminuere vires ingenii Ouid. ex Pont. 3, 3, 34. Conferre ingenium, Consumere ingenium in musicis, *vid. hb. vv.* Recta ingenia debilitat verecundia, perversa confirmat audacia Plin. Epist. 4, 7. Declinare ab ingenio alicuius, *vid. DECLINO.* Deficit ingenium Ouid. Fast. 2, 123. Detrectat liuor ingenium Homeri Idem de Rem. Amor. 365. Dissidere ab ingenio alicuius Id. Epist. 7, 36. Dare vela ingenio Id. Fast. 3, 790. Exercere ingenium multiplici, variaque materia Quinctil. 2, 4. Facere ingenium alicui Propert. 2, 1, 4. Fregerrunt mala ingenium meum Ouid. Trist. 3, 14, 33. Amicum ingenio Fretum, non suo Ter. Heaut. prol. v. 22. Habere ingenium in numerato Quinctil. 6, 3. Habere multum ingenii ad fingendum Cic. pro Font. 30 c. 14. *Lactandi ingenii gratia* Quinctil. 3, 1. Clarissimum deinde Homeri Illuxit ingenium, sine exemplo maximum Patere. 1, 5 pr. Vbi Intenderis ingenium, valet Sall. Catil. c. 51. Inuestigata ingenii oracula Ouid. Met. 15, 146. Imbuere ingenium artibus, *vid. IMBVO.* Immutare ingenium moribus, *vid. IMMUTO.* Immutatur ingenium coactum egestate, *vid. IMMUTO.* Inducere sibi ingenium nouum, *vid. INDVO.* Ingurgitare ingenium poculis, *vid. INGURGITO.* Laborare ingenio, *vid. LABORO.* Manent ingenia senibus, *vid. MANEO.* Minuunt ingenium labores Ouid. ex Pont. 3, 4, 11. Mollitur ingenium ab arte Idem de Arte Am. 3, 545. Mouent ingenium mala Id. ibid. 2, 43. *h. e. Pericula reddunt hominem iniuriosum.* Noscere ingenium, *vid. NOSCO.* Offerre Tacit. Ann. 14, 3, 4. Ornatus bono ingenio, *vid. ORNATVS.* Perspicere ingenium et naturam pueri Quinctil. 1, 4. At non ingenio Quaesitum nomen ab aeuo Excidet: ingenio stat sine morte decus Propert. 3, 1 extr. Ter. Hec. 1, 2, 38 Si mihi fidem das te taciturnam, dicam. PH. ad ingenium Redis. *Vbi Budaeus ex Donato, A se discesserat seruus loquax, qui aliquantisper tacere abstinuerat.* Add. Ter. Adelph. 1, 1, 46. Cic. Diuin. Verr. 57 Rediit ad se, atque ad mores suos. Liu. 2, 22 Ita Volscis suum Rediit ingenium. Respondent, *vid. RESPONDEO.* Seruire ingenio Propert. 1, 7, 7. Subdere stimulos ingenii Ouid. Trist. 5, 1, 76. Substitit ingenium malis Idem Epist. 15, 196. *Sum:* Ingenium Galli pulchra Lycoris erat Martial. 8, 73. Plaut. Cistcl. 2, 1, 7 Ita mihi ingenia sunt, quod lubet, non lubet iam id continuo. *i. Ita ingenium mihi varium est.* Ingenio diuino esse Cic. Acad. 4, 117. Tractare ingenia Quinctil. 1, 2. Valere ingenio Idem 1, 8. Ouid. Amor. 1, 16, 4. Vt alterius ingenio Tac. Hist. 1, 90. *i. eloquentia. Alium sensum habet ap. Petron. c. 112.* ¶ 5 *Obs.* Ingenium animi de pecudibus Colum. 6, 1, 1. Ingenio arbuta nata sunt, non confita Naen. ap. Non. 4, 235. Crines ingenio suo flexi Petron. c. 126. Campi suoapte ingenio humentes Tac. Hist. 5, 14. Plin. 14, 1 Succique tantum gratia ex his pluribus modis ad caeli mores folique ingenia. Lactis ingenia et proprietates Gell. 12, 1. Ligni Idem 3, 6. Montis Tacit. Hist. 2, 45. Loci Flor. 2, 6, 16. Situs Idem 2, 17, 3. Herbarum, Mundi, Metallum, etc. *Vid. Barth. ad Claud. de Rapt. Proserp. 1, 143. Drakenb. ad Sil. 4, 90. et 16, 46.* ¶ 6 Ingenium pro excogitato, exquisito. Ingenium magnificentiae, *i. ingeniosa magnificentia* Plin. Paneg. 25, 5. Nepotinus sumptibus omnium prodigiorum ingenia superauit, commentus nouum balnearum usum, portentosissima genera ciborum Suet. Calig. c. 37. Exquisita ingenia coenarum Plin. Paneg. c. 49. Quonam modo noctium suarum ingenia notescerent Tacit. Ann. 16, 20, 1. Decoris ingenia Tertull. de Hab. Mul. c. 2. Atrocita poenarum ingenia Id. de Resurr. c. 8. INGENIOLVM, i. n. *Apud Arnob. 5 p. 157. et Hieron. adu. Ruf. 3, 4 extr.* INGENIOSVS, a, um. Adi. [*ευρηής, ἀγχιός, δαιδαλός*] Ingenio optimo et alacri praeditus. Cic. de Fin. 5, 36 c. 13 Docilitas, memoria: — appellantur vno ingenii nomine: easque virtutes, qui habent, ingeniosi vocantur. Idem pro Cluent. 52 Homo in primis ingeniosus, et in dicendo exercitatus. *Compar.* Cic. pro Rose. Com. 31 c. 11 Quo quisque est solertior, et ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosus. Ingeniosior est ad cogitandum Simulatio veritate Plin. Pan. c. 55. *Superl.* Cic. pro Muraen. c. 30 Homo ingeniosissimus M. Cato. Ager ingeniosus ad segetes Ouid. Fast. 4, 684. *i. frugum fertilis.* Egestas Claud. de Rapt. Proserp. 1053, 31. Gula Martial. 13, 62. Res est Ouid. Amor. 1, 8, 62. Mira-

Miracula ingeniosa fecit natura Plin. 7, 2. Vox mutandis ingeniosa sonis Ouid. Amor. 2, 6, 18. Furtum ingeniosus ad omne Id. Met. 11, 3, 3. In poenas Id. Trist. 2, 342. In Culpam Id. ibid. 288. Martial. 1 praef. Improbe facit, qui in alieno libro (*contra voluntatem auctoris interpretando*) ingeniosus est.

INGENIOSE. Adu. [*ἐπιφάνως*] Subtiliter, et cum ingenio. Cic. de Invent. 1, 8 c. 6 Nam satis in ea videtur ex antiquis artibus ingeniose et diligenter electas res collocasse. Tractantur ista ingeniose Cic. Acad. 4 c. 27. Plin. 15, 13 Nec aliud pomum ingeniosius geminatum est. Compar. Sen. Controu. 10 Hanc controuersiam declamauit longe ingeniosius. Superl. Vell. 2, 48, 3 Homo ingeniosissime nequam.

INGENIATVS, a, um. Adi. Apto ingenio praeditus. Plaut. Mil. 3, 1, 133 Lepide ingeniatus. Add. Gell. 12, 2. Ingeniatus ad astutiam Apul. Florid. 4 p. 360.

INGENO, ěre. Idem quod Ingigno. Verbum est antiquum. Lucret. 3, 745 Ex ineunte aevo ingenerantur, inque genuntur. Add. Manil. 5, 135 His etiam ingentur visendi ignota cupido.

INGENS, entis. Adi. [*ἐπιμεγέθης, παραμεγέθης*] Dicitur, ut inquit Festus, augendi consuetudine, ut Inclamare, Inuocare. Quia enim Gens, populi est magnitudo, Ingentem per compositionem dicimus, quod significat Valde magnum. Sed magis placet esse ab censendo, quasi quod censeri vel aestimari ob magnitudinem non satis potest.

Aceruus ingens Virg. Georg. 1, 185. Achilles, vid. ACHILLES. Amore ingenti perculsus Virg. Georg. 2, 476. Animus, Fortis, 25 magnus et constans Plin. in Paneg. c. 35. Sic apud Hor. Serm. 2, 7, 102 — ingens Virtus atque animus. Animos ingentes tollere

Virg. Georg. 2, 207. Ingentes Animos in pectore versant Id. ibid. 4, 83. Arbos Id. ibid. 2, 81. Argentum Virg. Aen. 1, 466. Argumentum Id. ibid. 7, 791. Ius fabula in clipeo Turni iniusta. 30 Bellum Id. ibid. 1, 279. Caedes Id. ibid. 9, 242. Cauerna

Virg. Aen. 2, 20. Clamor Id. ibid. 9, 43. Concurfus Id. ibid. 5, 611. Confidentia Ter. Andr. 5, 3, 5. Corpus Virg. Aen. 1, 192. Curae Id. ibid. 1, 208. Dolor Id. ibid. 5, 172. Facinus Ter. Adelph. 4, 7, 3. Flagitium Hor. Serm. 2, 4, 82. Fletus Virg. Aen. 5, 765. Fragor Id. ibid. 8, 527. Gaudium Plin. 7, 42. Genus ingens a proavis Virg. Aen. 12, 225. Gladius Tacit. Agric. 36. Gloria Virg. Aen. 2, 325. Ter. Eun. 3, 1, 1

Magnas vero agere gratias Thais mihi? G. ingentes. Cic. in Lael. c. 26 cum adduxisset h. l. addit, Satis erat respondere magnas, ingentes inquit. Semper auget assentatio id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. Ignis Plaut. Capt. 4, 2, 63. Liu. 34, 58 Et quae stratae ruinis atque incendiis erant, ingentibus impensis aedificauerit. Iras ingentes concipit Ouid. Met. 1, 166. Laetitia Virg. Aen. 3, 99. Luctus Id. ibid. 6, 868. Machina 45

Hor. Epist. 2, 2, 73. Metus Virg. Aen. 6, 491. Moles Id. ibid. 5, 118. Murmur Ouid. Met. 7, 644. Nominis ingentis rex Liu. 30, 17 pr. Obsidio Virg. Aen. 8, 647. Paratus Tacit. Hist. 2, 95. Cic. L. Agr. 2, 69 Hic ager omnis quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Pluuia 50

Virg. Georg. 1, 325. Pudor Idem Aen. 10, 871. Rus Idem Georg. 2, 412. Saxum Idem Aen. 6, 616. Sonitus Id. Georg. 2, 306. Spiritus ingentis vir Liu. 21 praef. f. c. 1. Stridor Virg. Aen. 7, 65. Testis Plin. 7, 30. Vagitus Virg. Aen. 6, 426. Ventus Idem Georg. 1, 334. Virtus Hor. Serm. 2, 7, 102. 55

Vitium Id. ibid. 2, 3, 91. Vmbra Virg. Georg. 2, 297. Vox Id. ibid. 1, 477. ¶ 2 Construitur cum Genit. et Ablat. Animi ingens feminae Tacit. Ann. 1, 69. Add. Sall. Fragm. Hist. 3. Animis ingens Virg. Aen. 11, 641. Armis ingens Id. ibid. 11, 641. Corpore Id. ibid. 11, 641. Eloquio Stat. Silu. 1, 4, 35. Geni- 60

nisque securibus ingens Grat. v. 68. i. horrendus. Conf. Burm. ad Val. Flacc. 2, 104. Compar. Symmach. Epist. 8, 31 Solatur tamen sollicitudinem meam, quod parsimonia tibi familiaris est, quod cognata sapientia et aduersis fortunae animus ingentior. Superl. Veget. de Re Milit. 4, 8 Rotae de lignis viridibus ingentissimae fabricantur. ¶ 3 Alibrariis permisceri Ingens et Vrgens, notat Drakenb. ad Sil. 2, 255. et 6, 265.

INGENVVS, a, um. Adi. [*ἐλευθέριος, γνήσιος, ἐγγενής*] Proprie Natiuus, et opponitur Manu factis. Ut, Ingenuos fontes Lucret. 1, 230. et Aufon. Mosella v. 65. Signum Aufon. Vrb. 3, 11. i. 70 nota genitiua. Fundit opes ager ingenuas Prudent. Hymn. ante Cib. v. 51. ¶ 2 Deinde apud antiquos Ingenui erant Legitime suscepti, et Spuriis oppositi. Liu. 10, 8 An Romae vnquam fando audistis, patricios primo esse factos, non de caelo demissos, sed qui patrem

ciere possent: id est, nihil ultra, quam ingenuos? Deinde Liberi et ex 75 liberis nati, de quo vide ICros. Opponuntur hi Libertinis: ita Plaut. Mil. 3, 1, 189 Ingenuamne an libertinam? Add. Martial. 3, 32. Boëth. ad Topic. Cic. 3. ¶ 3 Refertur denique quasi per metaphoram ad ingenium, etc. de eo, qui liberalis et minime seruilis ingenii sit. Iuuen. Sat. 11, 154 Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris. Amor Hor. Carum. 1, 27, 16. Animo ingenuo facere aliquid Catul. 66, 38. Artes siue Disciplinae: i. Liberales, et ingenuis, hoc est liberis, dignae. Cic. de Fin. 2, 68 Sint ista Graecorum: quamquam ab his philosophiam et omnes ingenuas disciplinas habemus. Idem . . . Ut omittam has artes elegantes et ingenuas. 85

Add. Cic. de Orat. 3 c. 6. et Fam. 4, 3 extr. it. de Fin. 5 c. 18. Ouid. ex Pont. 1, 6, 7. et 2, 7, 47. Color Propert. 1, 4, 13. Corpus Ouid. Epist. 5, 144. Crines Stat. Silu. 2, 1, 44. Martial. 10, 82 deprecatur affectandi officium, Sed si non fias quadrante beator vno Per gemitus nostros, ingenuasque cruces. Ὀξύμωρον est ex repugnantia. Crux seruire supplicium: affectatio, quam etiam liberalis conditionis et animi homines patronis praestant, Martiali crux est, licet ingenua. Facies, quae et Liberalis dicitur: h. e. Elegans. Plaut. Poen. 5, 2, 17 Facies quidem pol ingenua est. Add. Martial. 3, 32. Facta, Viris ingenuis digna: h. e. Nobilia. Plaut. Milit. 4, 1, 1795

Vah, egone, vt ad te ab libertina esse auderem internuntius, qui ingenuis factis responderet? Genae Ouid. Amor. 1, 7, 52. Martial. 6, 11 Non minus ingenua est et mihi Marce Gula. ipse quoque gustum habeo, quo vos nobiles vobis placetis, non sum ἀπειρώκαλος, aut obtusi a cepis et allio palati. Sic Ouid. Tr. 1, 4, 71 Illi corpus erat 100

durum patiensque laborum, Inualidae vires ingenuaeque mihi. Add. Martial. 10, 47. Nempe ingenui et liberales non student iis viribus, neque illis praestant, quibus fabri, baiuli et alii seruilibus operis assueti. Martial. 3, 46 Inualidum est nobis ingenuumque Latus. Indoles Plaut. Mil. 3, 1, 38. Meretrix Plaut. Mil. prol. 1. Mores Aufon. Mos. 105

v. 442. Pudor Catull. 59, 81. Puer Hor. Carm. 3, 24, 55.
Vires, vid. modo Gula ingenua.

INGENVITAS, ātis. f. [*ἐλευθεριότης*] *Liberalitas, nobilitas, honestas.* Cic. Verr. 1, 152 c. 58 Vestitus enim neminem commouebat is quem illi mos et ius ingenuitatis dabat. *de toga praetexta pueri loquitur.* Sic eod. libr. 113 c. 44 Eripies igitur pupillae togam praetextam? detrahes ornamenta non solum fortunae, sed etiam ingenuitatis? Cic. de Orat. 2, 242 Praestet idem ingenuitatem et ruborem suum verborum turpitudine et rerum obscenitate vitanda. *h. e. Honestatem et verecundiam homine libero dignam.* Suet. Aug. c. 74 Valerius Messala tradit neminem vnquam libertinorum adhibitum ab eo coenae, excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem. Sublatis ingenuitatibus seruitutes Arnob. 2. Liu. 8, 28 Ingenuitatis memor adolescens. Prae se ferre probitatem quandam et ingenuitatem
15 Cic. Acad. 1, 33 c. 11.

INGENVE. Adu. [*ἐλευθερίως*] *Libere ac simpliciter: vt, Ingenue loqui.* i. *Vt liberum hominem decet, nihil timidum, nihil seruire.* Cic. Fam. 5, 2 Quod me abs te cupisse laudari, aperte atque ingenue confitebar. Idem de Fin. 3 c. 17 Quis autem honesta in
20 familia institutus, et educatus ingenue, non ipsa turpitudine, etiam si eum laesura non sit, offenditur?

INGERO, sī, stum, ěre. [*ἐπιχειρῶ, ἐπιμεβάλλω, ἐπιεισφῆρω*] *Copiose adferre, et infundere.* Plaut. Pseud. 1, 2, 24 Tu, qui vrnari habes, aquam ingere: face plenum ahenum sit cito. Colum. 5,
25 9 Deinde ingerendi minimi lapides, vel glareae mista pingui solo. *Metaph.* Ingerere se: i. *Affectare aliquid.* Plin. in Paneg. c. 86 Praefectum Praetorii non ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere. Periculis se ingerit Sil. 10, 5. i. *offert cupide et incaute, in ea se conicit.* Sic pro obtrudere ponitur Cic. Verr. 3,
30 69 c. 28 Ingerebat ille Artemidorum — et eiusmodi recuperatores, quorum cuius Rom. nemo erat. Sen. de Benef. 1, 12 Ingratis quoque memoria cum ipso munere incurrit, vbi ante oculos est, et obliuisci sui non sinit, sed auctorem suum ingerit et inculcat. *Sed ponamus Substantiua nomina ordine elementorum.* Aquam ingerere modo
35 adfuit ex Plaut. Pseud. 1, 2, 24. Cibum vel potionem aegrotis; pro Porrigere. Cels. . . Et ingerere cibum fastidiosus. Idem Praef. 1 Febricitanti cuidam et magna siti affecto aquam frigidam ingessit. Coniucia alicui Hor. Serm. 1, 5, 11. Plaut. Pseud. 1, 3, 135 In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus, i. *frustra male dicimus.* Idem Asin. 5, 2, 75 Nunc vxorem me esse meministi tuam? modo quum dicta in me ingerebas, odium, non vxor eram. Sic Liu. 2, 45 Probra. Plin. 10, 1 *de struthiocamelis*, Ungulae iis ceruinis similes, quibus dimicant, bifulcae, comprehendendis Lapidibus vtilis, quos in fuga contra sequentes ingerunt pedibus. Ligna
40 foco Tibul. 2, 1, 22. Plaut. Pseud. 1, 3, 125 Ingere Mala multa, i. *maledicta.* Sic Ter. Andr. 4, 1, 16 Ingeram Mala multa: atque aliquis dicat, nihil promoueris. Tacit. Ann. 1, 72, 2 Nomen Patris patriae, Tiberius a populo saepius ingestum repudiavit. Sic Dial. de Orat. 7 Quorum Nomina prius parentes liberis suis ingerunt? Osculum alicui Suet. de Clar. Gramm. 23. Ter. Phorm. 5, 7, 95 Nisi sequitur, Pugnos in ventrem ingere. Primordia, vid. PRIMORDIUM. Probra Liu. 2, 45. Sacrilegium Sen. de Benef. 1, 4. Saxa in subeuntes Liu. 2, 65. Scelus sceleri Sen. Thyest. 8. Columel. 2, 10 Et similiter, quum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus. Liu. 24, 34 Postremo, vt sui vulnere intacti
45 Tela in hostem ingererent. Plin. 12, 14 Alexandro Magno in pueritia sine parsimonia Tura ingerenti aris, etc. Liu. 3, 68 pr. Quid tandem priuatae res vestrae, quo in statu sunt? iam vniciuique ex agris sua damna nuntiabantur. quid est tandem domi, vnde ea expleatis? Tribuni vobis amissa reddent ac restituent? Vocis Verborumque, quantum voletis, ingerent, et criminum in principes. Tacit. Hist. 3, 84 Et ingestis Vulneribus concidit. Pro, Inflictis. Add. Burm. ad Quinctil. Decl. 16, 9 p. 330.

INGESTVS, a, um. Part. Praeter dicta, Humo ingesta contumulari Ouid. in Ibin 460.
INGESTVS, ūs. m. Tertull. de Resurr. Carn. c. 42 Immortalitatis ingestus.
INGESTIO, ōnis. f. Mart. Capell. . .
INGESTO, āre. Frequent. Apul. Met. 11 p. 264, 37 Huius alueli
50 felicitis nitens Carbasus litoris votum ingestans progerebat. *h. e. huius nauis splendidum velum inscriptum vel intextum ostentabat votum litoris feliciter attingendi.* Dedimus lectionem Elmenh. Sed Florid. p. 379, 2 literis votum ingestibus progerebat.

INGESTABILIS, e. Adi. [*ἀβάστακτος*] *Quod gestari non potest.* Plin. 7, 6 Ingestabile onus crurum, et inguinum leuis tumor.
INGIGNO, genui, genitum, ěre. [*ἔγγενωσάω*] *Vna et simul gignere.* Cic. de Fin. 5, 33 c. 11 Siue, vt doctissimis viris visum est, maior aliqua causa atque diuiniore hanc vim ingenuit, siue hoc ita sit
55 fortuito.

INGENITVS, a, um. Part. Natali et ingenita sterilitate laborantibus Columel. 3, 7, 2. Ingenitum corpori eorum virus exitiale serpentibus Plin. 7, 2. Quidquid fixum et ingenitum est, lenitur arte, non vincitur Sen. Epist. 11. Lucan. ad Pison. 92 Ingenitae stat nobilitatis in illo Pulcher honos, et digna suis natalibus ora.
85 INGITAS, ātis. f. Quasi Indigitas; Paupertas, inquit Perottus, laudatque Plaut. Poen. 4, 2, 85 Profecto ad ingitatem lenonem rediget, si has adduxerit. Sed etiam antiquissima Exemplaria legunt Incitas.

INGLOMERO, āre. [*ἐσπομῆσάω*] *Idem quod simplex, nempe colligere velut in glomerem s. globum.* Stat. Theb. 1, 350 Sed plurimus
90 Auster Inglomerat noctem, et tenebrosa volumina torquet.

INGLORIVS, a, um. Adi. [*ἀκλήs, ἄδοξος*] *Qui nullam laudem aut gloriam sua virtute aut fortitudine consecutus est, et veluti ignobilis.* Virg. Aen. 9, 548 Ense leuis nudo, parmaque inglorius alba. Idem Georg. 4, 94. it. 2, 486. Tacit. Hist. 3, 59, 4 Nec ipse
95 inglorius militiae. Sil. 12, 39 Inglorius ausi, i. *Qui efficere, quod tentabat, non potuit.* Cic. Tusc. 3, 81 c. 24 Quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem peruenturus. Idem de Legib. 1, 32 Propter honestatis et gloriae similitudinem, beati, qui honorati sunt, videntur: miseri autem, qui sunt inglorii. Vita Id. Tusc. 3 c. 34.
100 Vox Stat. Silu. 5, 3, 138. Idem Theb. 9, 109 Comantem Perstrinxit galeam, conuulsae cuspide longe Diffugere iubae: patuitque ingloria cassis, i. *decore suo et ornamento iubarum priuata.*

INGLVTINATVS, a, um. Adi. ἀκόλλητος Gloss. Gr. Lat.
INGLVTIO, ĩre. Alterum inglutiri non potest Const. Afer de
05 N. H. Oesophago ad inglutendum concedere Id. ibid.

INGLVVIES, ei. f. [*λαιμαργία*] *Ventris rapacitas, voracitas.* Ter. Eun. 5, 4, 15 Harum videre ingluuiem, fordes, inopiam. Hor. Serm. 1, 2, 8 Hunc si perconteris, aui cur, atque parentis Praeclaram ingrata stringat malus ingluuie rem. Ventris Saluian. de Gubern. 1 p. 36. ¶ 2 Pro Gurgulione s. gula potius, quae prima et propria significatio videtur, ab ingluendo. Apul. Met. 1 p. 109 Restis ad ingluuiem adstricta, spiritus officia discluderet. Hinc etiam pro Sinu gutturis, in quem aues recentes cibos demittunt, et condunt. Columel. 8, 5 de gallinis, Nam si vacua non est ingluuies, cruditatem significat: abstinerique debent, dum concoquant. Virg. Georg. 10 3, 481 Anguis Piscibus atram Ingluuiem ranisque loquacibus explet. Seru. interpretatur Ventris capacitatem. ¶ 3 Pro Copia et affluentia posuisse videtur Firmic. 4, 18 Publicis custodiis, vel carceribus, aut catenarum nexibus faciet obligatos, ita vt eos infensa criminum deturpet semper ingluuies. Sed forte veruſto more scriptum erat Inluuies, quod nunc scribimus Illuuius: atque per ignorantiam ex Inluuies factum Ingluuius.

INGLVVIOVS, a, um. Adi. Apud Fest. in Ingluuius. et Isidor. 10 lit. I Ingluuiosus a Gula et voracitate dictus.

INGRANDESCO, ẽre. [*ἐπιιδώμι*] *Grandem fieri.* Columel. 20 11, 3 At circa Calendas Martias, locis apricis, licet porrum (si iam ingranduit) transferre. Idem 2, 10 Quae, vt celeriter prodeat, et ingrandescat, ante quam feratur, fimo arido permisceri debet.

INGRANO, ẽre. *Aceruos granorum facere, seruandi causa.* Fragm. Gloss. Anglic.

INGRĀTVS, a, um. [*ἄχαρις*] Adi. *Passivae significationis, Quod non est gratum et acceptum: pro quo nihil debere nos putamus.* Donatus, Ingrata, quae ab inimicis fiunt, ac recusantibus. Sed quid ego haec autem nequidquam ingrata reuoluo Virg. Aen. 2, 101. Plin. 15, 25 Minus quinquennium est, quod prodire, quae vocant laurea, non ingratae amaritudinis. Ioci non ingrati Ouid. Fast. 3, 738. Labor Sall. Catil. c. 37. Onus Catull. 66, 142. Oratio, cui opponitur hucunda Quinctil. 8, 3. Curt. 4, 11, 14. Sapor Columel. 7, 8. Superbia ingrata Veneri Hor. Carm. 3, 10, 9. Tempora Idem Epist. 1, 1, 23. Virus Plin. 10, 26. ¶ 2 In-

gratus actiue, [*ἀχαριστος*] qui non meminit accepti beneficii, vt gratiam habeat. Ter. Andr. 1, 5, 43 Adeone me ignauum putas, adeone porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum, etc. De ingratis multa Sen. de Beneficiis in primis vero 3, 1 sqq. Ingrato homine terra nihil peius creat Auson. Epigr. 140. Dixeris maledicta cuncta, quum ingratum hominem dixeris P. Syrus. Sen. de Benef. 2, 26 Ingratos facit aut nimis sui suspectus, aut auiditas, aut inuidia. Haec deinde persequitur singula. Cic. de Amicit. 42 Propterque invidiam in exilium missus esset, ingratae patriae iniuriam non tulit, quam ferre debuit. Sen. de Benef. 3, 7 Non est gloriosa res gratum esse, nisi tutum est ingratum fuisse. Et mox, Quid sit ingratus, nulla lex monstrat. Saepe et qui reddidit, quod accepit ingratus est; et qui non reddidit, gratus. Martial. de Spectac. 10 Laeserat ingrato leo perfidus ore magistrum. Ingratus animus Sen. Epist. 1. Gell. 4, 18 Non igitur sumus aduersum deos ingrati. Vir aduersus merita Caesaris ingratisissimus Vell. 2, 69, 1. Cic. de N. D. 1, 121 Quum Epicurus in Democritum ipsum, quem secutus est, fuerit ingratus. Add. Auẽt. ad Her. 4 c. 40. Ingratus, Inuitus, et coactus, inquit Donatus. Ter. Eun. 2, 1, 14 Opus faciam, vt defatiger vsque: ingratus vt dormiam. Compar. Sen. de Benef. 2, 27 Vix labra diduxit, et ingrator, quam si tacuisset, fuit. et Cic. Att. 8, 4. Ingratisissimus omnium Sen. de Benef. 3, 1. Confunditur in MSS. cum Iratus: quod vid.

INGRATE. Adu. [*ἀχαριστως*] Cic. pro Deiot. 30 c. 11 Quamvis ingrate et impie necessitatis nomen repudiauertis. Id. Fam. 12, 60 1 Sed immoderate quidam et ingrate nostra facilitate abutuntur. Plin. 27, 2 Quod si quis illa forte ab homine excogitari potuisse credit, ingrate deorum munera intelligit. Tacit. Hist. 1, 52, 4 Oppressa Capitonis consilia ingrate tulisset. Non ingrate nominando M. Varronem Plin. 18, 3. i. Libenter.

INGRĀTIS. Adu. [*ἀχαριστί*] Praeter gratiam et meritum, Non vltro inquit Donatus. Plaut. Casin. 2, 2, 22 Atque ingratis, quem non volt, ei nubet hodie. Ter. Heaut. 3, 1, 37 Ea coacta ingratis post illa coepit victum vulgo quaerere. Al. ingratiis. Contraria: Cic. Verr. 4, 19 Reticebunt, quae poterunt libenter: dicent, quae necesse erit, ingratis. Vetus exemplar scriptum habet Gratis. Vid. Parei Lex. Crit. p. 607. Gifan. ad Plaut. Caf. 2, 5, 7. Cellar. ad Laetant. 2, 10 extr.

INGRATIA, ae. f. *Contrarium Gratiae.* Tertull. de Poenit. c. 1 Poenitet fidei, amoris, simplicitatis, patientiae, misericordiae, prout quid in ingratiam cecidit. Add. Ibid. c. 3. Sed vsitator est Ablatiuus pluralis absolute sumtus. Plaut. Caf. 2, 5, 7 Vobis inuitis atque amborum ingratiis. Conf. Merc. 2, 4, 11. et Ter. Phorm. 5, 6, 94 Tuis ingratiis. Sed aliquando abit pronomen et accipitur aduerbiallyter. Nep. 2, 4, 4 Vt ingratiis ad depugnandum omnes cogentur. Et Plaut. Curc. 1, 1, 6 Tamen est eundem, quo imperauit ingratiis. Add. Ter. Heaut. 3, 1, 37.

INGRATITVDO, inis. f. [*ἀχαριστία, ἀγνωμοσύνη*] A Cicerone non dicitur. Maluit enim Graece dicere, ad Atticum scribens 9, 7 his verbis, Sed meruisse illum de me puto, vt ἀχαριστίας crimen subire non audeam. Neque Seneca, cui vel centies nominis huius adhibendi occasio, et prope necessitas, oblata est. Vt adeo refugisse videntur formam hanc, in quam non minus facile incidere poterant, quam postremae aetatis homines. Itaque non attulit antiquiorem auctorem diligens aliquin talium patronus Borrichius in Cogitatt. quam Firmic. 5, 1 90 Multos fouendo suscipiet, ac multis vitae alimenta praestabit, sed erunt circa ipsum ingratitudinis vitio inquinati. Lemmata Valerii Maximi, si etiam ab auctore esse concedas; tamen illud, ad quod prouocatur, 5, 3 de ingratitudine non agnoscunt MSS. sed de ingratis; vt capite 2 de gratis. Adhuc antiquior auctor non est laudatus Cassiod. Varr. 5, 8 Moderate si quidem nouit iniuncta sibi complere prudentia, et sine ingratitudinis naeuo delegata explicabili procurare consilio.

INGRATIFICVS, a, um. Adi. [*ἀχαριστί*] Idem quod Ingratus. Cic. pro Sext. 121 ex Poeta, O ingratici Argiui, inanes Graii, immemores beneficii.

INGRĀVO, ẽre. [*ἐπιβαίνω*] *Grauem facere, vel Corrumperre, et quasi Grauiter afficere.* Plin. 19, 8 Postea iisdem fruticibus vtuntur, si non saeuitia hiemis ingrauat, quando impatientissimum est frigorum. Puppent ingrauat Stat. Theb. 5, 402. Ingrauat haec laeuus Drances, i. Exaggerat Virg. Aen. 11, 220. Languere

coepit annis ingrauantibus Phaedr. 6, 11, 3. *i. Molestiam afferentibus.*

INGRAVIS, e. Adi. *Valde grauis apud Vlp. l. 3 pr. ff. D. de S. C. Silan. legi vult Erythr. Ind. Virg. in Infractus. Sed recte Gothofr.* Si quis in graui valetudine affectus.

INGRAVATVS, a, um. Adi. Spartian. in Seu. c. 21 Ingrauius morbo. Vulg. Int. Exod. 7, 14.

INGRAVATE. Adu. *Non grauate.* Ammian. 17, 21 Obsecundabant imperiis ingrauate. Idem 18, 2 extr.

INGRAVATIO, ōnis. f. Theod. Cod. 7 t. 13 Perpetuae ingravationi addici.

INGRAVESCO, ěre. [*βαρύνω*] *Grauem, vel molestum fieri.* Plin. 31, 7 Vix credibili pondere ingrauescat. Ingrauescit in dies malum Cic. ad Brut. 10. *Contraria:* Id. de Senect. 36 Et corpora

quidem exercitationum defatigatione ingrauescunt: animi autem se exercendo leuantur. Ingrauescentem morbum praeuidere Id. de

Diuij. 2, 15. Cic. Att. 10, 14 Alter ardet furore et scelere, nec remittit aliquid, sed in dies ingrauescit. Ingrauescit annona, *Carrior fit.* Id. pro Domo 11 c. 5 Nam quum ingrauesceret annona, vt

iam plane inopia ac fames timeretur. Atque alias alii complent magis, ex aliisque Suscipiunt aliae pondus magis, inque grauescunt Lucret. 4, 1247. *i. grauidae fiunt.* Nimirum etiam grauis dicitur pro

grauida.

INGRAVESCENS, entis. Partic. [*βαρύνων*] Ingrauescens

aetas, *i. Senectus.* Cic. de Amicit. c. 10 Mutari etiam mores hominum saepe dicebat: alias aduersis rebus, alias aetate ingrauescente.

Id. Epist. 2, 1 extr. ad Curionem, Quare hoc animo in nos esse debbis, vt aetas nostra iam ingrauescens in amore atque in adolescentia (tua) conquiescat.

INGRAVIDO, ěre. *Idem quod Grauidare.* Paullin. Nat. Felic. 9, . . .

INGRAVIDATVS, a, um. Adi. Augustin. Confess. 7, 5 Talia voluebam pectore meo misero ingrauidato curis mordacissimis.

INGREDIOR, ědi. Dep. [*ἔδω, εἰσάδω, ἐποδῶ, εἰσέρχομαι, ἐκασάδω*]

Incedere, tum intrare, et hinc incipere. Quum primum posse ingredi coepit Planc. ap. Cic. Fam. 10, 17 sc. ex valetudine conualescens.

Virg. Georg. 3, 75 Continuo pecoris generosi pullus in aruis Altius ingreditur. Cic. Att. 2, 23 Si dormis, expergiscere: si stas, ingre-

dere: si ingrederis, curre: si curris, aduola. Plin. 8, 5 Elephantum gregatim semper ingrediuntur. Idem 11, 51 Qui celerius fari coepere, tardius ingredi incipiunt. Campo ingreditur Virg.

Aen. 10, 763. Curru ingredi Ouid. Met. 13, 252. Ter. Hec. 3, 4, 5 Nescis, quid mali praeterieris, qui nunquam es ingressus mare. Conf. Burm. ad Quinct. Decl. 6, 21 p. 149. Decimum nonum Annum

ingressus Vell. 2, 61, 1. *Aggredi et incipere:* Cic. Att. 15, 11 Ea negabam oportere praeterita, assentiebam tamen: quamquam ingressus essem dicere, quid oportuisset. Causam Id. Fam. 6, 1. Id. de

Diuin. 2, 2 De diuinatione ingressi fumus his libris scribere. Scribere ingressi Id. Top. init. Colles ingreditur Ouid. Met. 14, 846.

Cic. Att. 15, 10 Frustra vero, qui ingrediar matris consilium, quum vtatur precibus. *Vetus lectio sic habet:* Frustra vero, quid ingrediar? Matris consilio, quum vtatur, vel etiam precibus, quid me interponam? Consulatum Quinctil. 6, 1. Cic. pro Caecin. 79 c. 28

Qui quum istam disputationem mecum ingressus esset. Fatis ingressus iniquis Virg. Aen. 3, 17. Cic. de Orat. 3, 217 Quo nunc me

vertam? quod iter incipiam ingredi? *ex quodam Poeta.* Iter pedibus Id. de Senect. 34. et Columel. 1, 3. Mare Ter. Hec. 3, 4, 5. Liu. 31 praef. Iam prouideo animo velut, qui proximis litoris vadis

inducti Mare pedibus ingrediuntur, quidquid progredior, in vastiorem me altitudinem ac velut profundum inuehi. Cic. Att. 15, 11

Quam Orationem, quum ingressus essem, Cassius interuenit. Quinctil. 1, 10, 2 Nam iisdem fere annis aliarum quoque disciplinarum studia ingredienda sunt. Cic. in Somn. Scip. 19 Quamquam a pueritia

Vestigiis ingressus patriis et tuis, decori vestro non defui. Id. Off. 1, 118 Quod tempus a natura ad deligendum, quam quisque viuendi

viam sit ingressurus, datum est. Vulgarem Viam Quinctil. in proem. 1. Cic. Acad. 4, 114 Officia describas, quam vitam ingrediar, definias. *Cum Praepositionibus:* Caes. B. G. 2, 4 Qui

Teutonos Cimbroque intra fines suos ingredi prohibuerint. Idem ibid. 5, 9 extr. Nostrosque intra munitiones ingredi prohibebant.

Ingressi in fundum Cic. pro Caecin. . . In conspectum populi Plaut. . . In iram, In fycophantiam, In causam, In orationem, In spem, In vitam, etc. *passim apud Auctores.* Cic. Fam. 2, 2 Sed aliter atque ostenderam facio, quo ingredior ad explicandam rationem sententiae meae. Ingressi per scenam Plin. 7, 20.

INGREDIENS, entis. Partic. [*εἰσάδων*] Iter ingrediens Sil. 15, 506. Inambulans atque adscensu ingrediens arduo Cic. de Orat. 1 c. 61. *Add.* Virg. Aen. 8, 309. Ouid. Met. 8, 442.

INGRESSVS, a, um. Partic. Ingressus tribunatum Vell. 2, 6, 2. *Idem etiam atque Aggressus.* Tum pater Anchises lacrimis ingressus obortis Virg. Aen. 6, 867. Id. Aen. 4, 107 Sic contra est ingressa Venus. Quinctil. praef. 6 Haec ex tua voluntate maxime

ingressus. Virtus eadem ingressa animum Tiberii Vell. 2, 121, 1.

INGRESSIO, ōnis. f. [*εἰσάδωσις*] Cic. Tusc. 4, 2 Cuius vt arma sumit, ingressio laetitiam attulit focis, terrorem autem hostibus, Idem Philipp. 5, 9 c. 4. Id. in Orat. 11 c. 3 Ac video hanc primam ingressionem meam, non ex Oratoris disputationibus ductam, sed e media philosophia repetitam. *b. e. Disputationis initium.* Cic. in Orat. 20 c. 59 Interdum cursus orationis est incitator, interdum moderata ingressio.

INGRESSVS, ūs. m. [*πρόσδωσις*] Incessus. Cic. de N. D. 1, 95 Ingressus, cursus, etc. Plani Sil. 10, 413. Vestigiis odorari ingressus hominis improbi Cic. in Pison. 83 c. 34. Vestigia et ingressus orationis Id. de Orat. 1, 161. *Initium:* Quinctil. 9, 4 Si

pars posterior in clausula deprehendatur, rursus prior ingressu. Id. 10, 1. Ingressus et quasi primordium gerendorum honorum l. vn. §. 6 ff. de Off. quaest. Ingressu contractus l. 7 §. 5 ff. de pact. Ingressu, vid. IN Praepositionem. Ciuilis et humanus dicendae sententiae ingressus Quinctil. 3, 4. Opportunus Idem 2, 4.

INGRVO, ěre. [*ἐκπύρω*] *Simul et confertim, veluti gruum more inuadere.* Virg. Aen. 12, 628 Ingruit Aeneas Italis, et praelia miscet. Plaut. Amph. 1, 1, 81 Crebri hostes cadunt, nostri contra ingruunt. Aestate ingruente Columel. 11, 3. Fato Liu. 4, 32. Frigus Columel. 4, 29. Horror armorum Virg. Aen. 2, 301.

Imber ferreus Id. ibid. 12, 284. Metus, Imminet, impendet, accedit,

dit, prope est Plin. 9, 30. Liu. 6, . . . *Aliam in partem terror ingens ingruerat.* Morbi Plin. 7, 50 extr. Liu. 5, 21 pr. *Haec precatus superante multitudine, ab omnibus locis urbem aggreditur, quo minor ab cuniculo ingruentis periculi sensus esset.* Radii Solis Plin. 2, 18. Senio ingruente Idem 5, 52. Vis Quinctil. 3, 8. 5 *Vmbra vitibus* Virg. Georg. 2, 410. *Ingruere in:* Liu. 4, 29 *Primo in agrestes ingruerant morbi.* Idem 26, . . . *Eadem in viros ingruit fortuna.*

INGVEN, inis. n. [*βυβών*] *Pars corporis circa pudenda, praefertim superior et ad latera, quod apparet consideranti Celsi doctrinam de intestini prolapsi in scrotum curatione* 7, 20. *V. g. Intestina a scroto repulsa inguinibus inmorantur.* — *Ab inguine vsque ad testiculum incidi debet, etc.* Virg. Ecl. 6, 75 *Scyllam memorat Candida succinctam latrantibus inguina monstris.* Horat. Epod. 7 extr. *Quod fascinum, ut superbo prouoces ab inguine, etc.* Veget. Mulom. 3, 3b, 2 *De inguibus (f. leg. inguinibus) soluendae sunt venae: de bubus.* Deinde vero pro ipsis partibus quas pudor velat, ponitur. Sueton. in Neron. c. 29 *Virorum ac feminarum ad stipem deligatorum inguina inuaderet.* Liu. 7, 10 *Ventrem atque inguina.* Obscenum Hor. Serm. 1, 2, 26. *Tument tibi, quum inguina* Ibid. v. 116. 20 *Quid enim Venus ebria curat? Inguinis et capitis, quae sint discrimina nescit* Iuuenal. 6, 299. *Destillat ab inguine virus* Virg. Georg. 3, 281. *Quid sibi vult illud* Apul. Met. 1 p. 104 pr. *Qua bacillum inuersi teli ad occipitium per inguen subit.* *Pro Tumore inguinis videtur posuisse* Lucilius, qui *βυβών* et a Graecis dicitur. *Eius verba* 25 *sunt, Inguen ne existat, papulae, tama, ne boa noxit.* Turneb. 15, 15. Plin. 21, 20 f. 83 *Xyris strumas, vel panos, vel inguina discutit.* *Sic Febris ex inguine, i. Febris ex bubone, vel tumore praeter naturam in inguine* Cels. 3, 5 pr. ¶ 2 *Inguen etiam arundini tribuit* Plin. 16, 36 f. 65 *Latera arundini calamoque in rotunditate bina, super nodos alterno semper inguine, ut alterum ad dextra fiat, alterum superiore geniculo ad laena per vices. Inde exeunt aliquando rami, qui sunt calami tenues. Inguen igitur est ea pars nodi f. geniculi, unde exit germen f. ramus: seruata analogia corporis animalis.*

INGVINARIA, ae. f. [*βυβώνιον*] *Herba inguinum doloribus utilis.* Plin. 26, 9 *Inguinaria (quam quidam argemonen vocant) passim in vepribus nascens, ut profit inguinibus, in manu tantum habenda est.*

INGVINĀLIS, e. Adi. *Ad inguen spectans.* *Inguinalis herba* Apul. de Herb. c. 60. 40

INGVRGĪTO, are. [*ἐμφορῶμαι, ἀμυρῶζω*] *Significat vel ingurgitem se conuicere, vel instar gurgitis abundare.* *Proprie locutus est* Plin. 17, 2 *docet utile esse niues diutinas sedere.* *Causa* — quod liquorem sensim praebent, purum praeterea leuissimumque, quando nix aquarum caelestium spuma est. Ergo humor ex his non vniuersus ingurgitans diluensque, sed quomodo sititur (prout fitis terrae postulat) destillans, velut ex vbere alit omnia, quae non inundat. *Etiam illa prior notio superest apud Solin. c. 5 (Salm. 11) Quantamque sui partem ingurgitauerit, tantam it perditum.* *Salmasius reposuit gurgiti intinauerit, et sic priorem editionem ab ipso auctore emendatam* 50 *arbitratur p. 74, a C. Idem Solin. c. 56 (Salm. 53) de conchis margaritarum, Ne fuscetur lapides solis calore, subsidunt, et se profundis ingurgitant.* *Quod de Salmasii sententia ita mutauit in altera editione, Subsidunt in profundum, et se gurgitibus ab aestu vindicant, p. 821, a A. Ingurgitare itaque est se in gurgitem, in profundum mergere; 55 et hinc metaphorice, cibum, potum, voluptates quascunque intemperanter inuadere, et in eas se velut in gurgitem quandam conuicere.* Gell. 15, 2 *Crebris et ingentibus poculis omne ingenium ingurgitabat.* *Poculis potest Datius esse.* Cic. de Fin. 2, 23 c. 8 *Nolim enim mihi fingere afotos, ut soletis, qui in mensam vomant, et qui de conuiuio auferrantur, crudique postridie se rursus ingurgitent.* *Poculis crebris grandibusque singulos ingurgitare* Apul. Met. 7 p. 192. *Merum ventri auditer* Idem Met. 3. *Ingurgitat in se merum auariter, tanquam in gurgitem ingerit,* Plaut. Curc. 1, 2, 35. Cic. Philipp. . . *Idem quum se cibus ingurgitauisset.* *Toto corpore me ingurgitauit* 65 *Petron. c. 86. de libidinosi tactibus.* Cic. in Pison. 42 c. 18 *Nunquam te in tot flagitia ingurgitasses.* *Ingurgitare se in philosophiam* Gell. 5, 16. *honeste, ut Heluo librorum.* *At Ingurgitare Se in copias alicuius, i. Auidius se ingerere, ut solent famelici et voraces* Cic. Philipp. 2, 65 c. 27. 70

INGVRGITĀTVS, a, um. Partic. *Petron. c. 79 Anus diutius ingurgitata ne ignem quidem admotum sensit.* *Macrob. Somn. Scip. 1, 3 Temeto ingurgitatus.*

INGVRGITATIO, ōnis. f. *Apud Firmic. 5, 8.*

INGVSTĀBĪLIS, e. Adi. [*ἀγευστος*] *Quod gustari non potest.* 75 *Ingustabilis fons* Plin. 2, 106. *Idem 16, 26 Femina post Autumnum fert baccas acerbas et ingustabiles cunctis animantibus.*

INGVSTĀTVS, a, um. Adi. [*ἀγευστος*] *Non gustatus.* Hor. Serm. 2, 8, 30 *Vt vel continuo patuit, quum passeris, atque Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi.* Sed 80

INGVSTO pro *Gustandum dare, legitur apud Tertull. aduers. Gnost. f. Scorp. c. 7 Latio ad hodiernum Ioui in media vrbe sanguis humanus ingustatur.* *Quod ita exprimit* Minuc. Fel. 21, 15 *Iupiter vester — quum Latiaris vocatur, cruore perfunditur.* *An ingustatur est Libatur, gustandus nempe?* 85

I N H

INHABĪLIS, e. Adi. [*ἀνεπιτήδιος*] *Non aptus.* Columel. 2, 1 *Progenerandis esse fetibus inhabilem.* *Inhabilis ad agendum* 90 *Caius in l. 1 in fine D. Quod cuiusque vniuersit. nomine.* Liu. 26, 16 *Sine consilio publico, sine imperio multitudinem nullius rei inter se sociam, ad consensum inhabilem fore.* *Inhabilis magnitudinis nauis, quam sexdecim versus remorum agebant* Idem 33, 30. *Inhabile imperitis telum ad remittendum* Idem 24, 34. 95

INHABĪTO, are. [*ἐνοικέω*] *Idem quod Habitare.* Liu. 24, 3 *Procul ii, qui inhabitabantur. sed incertus locus est: vid. Gronou. de cuius sententia Drakenb. edidit, Arx procul iis, quae habitabantur.* *Inhabitat animus in oculis* Plin. 11, 37 f. 54. *Al. habitat.* *Certius* Plin. 6, 17 f. 20 *Nec ante dimidiam fere longitudinem — inhabitatur* 100 *ea regio.* *Et 5 pr. de Afris, Alias castella fere inhabitant.*

INHABITĀNS, antis. Partic. Plin. Epist. 7, 27, 6 *Inde inhabitantibus tristes diraeque noctes.* *Apul. Met. 1 p. 18, 11 Flor. Densa inhabitantium aedificia.* *it. Vulg. Sirac. 10, 2. etc.*

INHABITĀBĪLIS, e. Adi. [*ἀνοικητος*] *Quod habitari non* 105

- potest.* Cic. de N. D. 1, 24 c. 10 Atqui terrae maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus. *Add.* Mela 3, 7 *fin.* ¶ 2
Pro eo qui inhabitatur, Arnob. 1, 3 *pr.* Ipsi homines denique, quos per inhabitabiles oras terrae sparfit prima incipiensque natiuitas, etc.
- 5 *διὰ τὴν οὐκ ἐκείνην.* Ita accepit etiam Heraldus, et vix potest aliter.
 INHABITATIO, ōnis. f. Tertull. contra Marc. 3, 24. et
 Vulg. Int. Sap. 9, 15. Fulgent. Epist. 4 ad Prob.
 INHABITATOR, ōris. m. Hieron. adu. Heluid. c. 1. Vlpian.
 l. 1 §. vlt. D. furti adu. naut. Nouat. de Trinit. c. 29. Augustin.
- 10 *Retract.* 1, 7.
 INHAEREDITO, āre. Vulg. 4 Esdr. 7, 67. *At*
 INHAEREDO, āre. Saluian. contr. Auar. 2 p. 384.
 INHAEREO, ēre. [*ἐπιφύομαι, ἐπιλαμβάνω*] *Idem quod Adhaerere.* Columel. 5, 11 *extr.* Cacumina deinde oliuae, sicut matri in-
- 15 haerent, vtraque parte adradito. Plin. Epist. 5, 16 *pr.* Vt illa patris ceruicibus inhaerebat: vt nos amicos paternos et amanter et modeste complectebatur. Inhaerebat oculis memoria imaginis, *Semper prae oculis erat, et versabatur ob oculos* Id. ibid. 7, 27, 6. *Al.* inerrabat. Studio oneratus inhaesi Ouid. Met. 8, 54. Columel. 9, 8
- 20 Et si eandem petit caeli partem, prioribus inhaeret vestigiis. Virtutes semper Inhaerent voluptatibus Cic. de Fin. 1, 68. Id. Tusc. 1, 33 c. 15 Sed nescio quomodo inhaeret in mentibus, quasi, etc. Sic de Orat. 2, 163 Inhaerere in rei natura.
- 25 INHAERENS, entis. Partic. [*προσίσχων*] Humeris abeuntis inhaerens Ouid. Trist. 1, 3, 79. Opinio inhaerens et penitus insita Cic. Tusc. 4 c. 11. Multi superstitionibus vanis pertinaciter inhaerentes, obdurant se contra manifestam veritatem Lactant. 1, 1.
- 30 INHAERESCO, ēre. [*ἐπιλαμβάνομαι*] *Idem quod Inhaereo.* Cic. de N. D. 2, 144 c. 57 Prouisum etiam, vt si qua minima bestiola conaretur irrumperere, in fordibus aurium, tanquam in visco inhaeresceret. Inhaerescunt penitus in mentibus Id. Tusc. 3, 3 c. 2.
- 35 INHAESIO, ōnis. f. Apud Augustin.
 INHĀLO, āre. [*ἐμπνεύω*] *Halitum in aliquem emittere.* Cic. in Pison. 13 c. 6 Et quum isto ore foetido teterrimam nobis popinam in-
- 40 inhalasses, excusatione te vti valetudinis. *i. Halitum popinam redolentem in nos exhalasses, et effudisses.*
 INHALĀTVS, a, um. Part. *Afflatus.* Apul. Met. 2 p. 190 Id genus friuolis inbalatis.
 INHALATIO, ōnis. f. *Inspiratio.* Apud Plin. vt aiunt Lexica:
- 45 *negant indices.*
 INHALĀTVS, ūs. m. *Idem.* Apul. Met. 2 p. 219 Patentis oris inhalatu cinanneo.
 INHĀMO, āre. *Hamo inuoluere.* *Tralate:* Sidon. 9, 9 Vncatis syllogifinis volubilem tergiuersantium linguam inhamare.
- 50 INHIBĀE *ques vid.* INEBRAE.
 INHĪBEO, ui, itum, ēre. [*ἐνέργω, ἀποστέγω*] *Ex In et Habeo compositum; est rem inceptam, ne procedat, impedire.* Festus: Inhibere, Cohibere. Virg. Aen. 12, 693 Parcite iam Rutuli, et vos tela inhibete Latini. Cic. Verr. 5, 163 c. 63 *pr.* Si te illius acerba imploratio et vox miserabilis non inhibebat, Curt. 7, 2 *pr.* Infesta concio vix inhiberi potuit, quin protinus saxa in eum iaceret. Plin. 2, 5 *de elementis,* Et leuia ponderibus inhiberi quo minus euolent. Aluum, *i. Sistere: cui contrarium est Soluere* Plin. 19, 8. Idem 20, 7 Nec vlla res maiorem in cibus auiditatem incitat, inhibetque eadem. Calcitratus Plin. 8, 44. Curfus inhibebat equorum Ouid. ad Liu. 229. Sed conicit Hensf. Burmanno probante Sustentabat aquas, curfusque inhibebat adaequor. Dolores Plin. 20, 3. Fletus Ouid. Trist. 5, 1, 56. Liu. 1, 48 Restitit pauidus, atque inhibuit frenos. Inhibere Imperium significat, quasi potestatis et magistratus telum stringere. Liu. 37, 51 Et ad populum et in Senatu magnis contentionibus certatum est, et imperia inhibita vltro citroque, et pignora capta, et multae dictae, et Tribuni appellati. Plaut. Stich. 5, 4, 18 Vtrum fontali, an Libero imperium te inhibere mavis? *i. Vtrum praesse (hoc est imperitare) aquae vel vino ministrando.*
- 65 *Vel bibere vinum vel aquam.* Liu. 3, 38 de Decemuiris, Tentationem eam fore abolendi sibi magistratus, ni consensu resisterent, imperioque inhibendo acriter in patres praeferois animi, conatus aliorum comprimerent. Et c. 50 Imperium si quis inhiberet, et viros et armatos se esse, responderetur. Sic Liu. 4, 51 Consuli damnum aliamque coercitionem detrectantibus militiam inhibenti. Idem 36, 28 Phaeneas Aetolos, Certum habeo, inquit, te imprudencia labi, qui nobis imperes, quae moris Graecorum non sint. Ad haec consul, Nec, Hercle, inquit, magnopere nunc curo, quid Aetoli satis ex more Graecorum factum esse censeant: dum ego more Romano imperium inhibeam in deditos. Vid. Gron. ad h. l. et ad 3, 59. Verbo inhibere imperium est illud exercere, et prout opus vel volupe est adhibere, illoque uti. Mentem inhibere a turpi probro Catul. 88, 4. Liu. 3, 59 Inhibito salubriter Modo nimiae potestatis, quod interpretatur Gronou. imposito modo potestati. Sic Vim inhibere. Nauem inhibere retro, est Quum remiges non tantum procursum nauis sustinent et sistunt, sed etiam repente retrorsus agunt, id quia sit nauis in puppim retroacta, ideo Graeci πρὸ μὲν κρούσασθαι καὶ ἀνακρούσασθαι vocant. Idque fieri solebat vel in fuga moderata, vt cauerent puppim obuerrere proris hostium insequentium; vel in appulsu ad litus, vt puppis statim litori
- 85 *obuersa parata esset ad nouum cursum.* A puppi porro religabatur funibus s. oris ad litus, a prora iaciebantur anchorae. Pulchre ista ex Graecis praesertim scriptoribus illustravit, et Latinis qua interpretandis qua emendandis adhibuit Gronou. Obsf. 4, 26 et passim ad Liuii loca, quae laudamus. Breuiter quoque ostendit Graeu. ad Cic. Fam. 12, 13. Liu. 30, 10, 17 Vt quaeque rostrata nauis retro inhibita, onerariam post se trahebat, scindi videres vincula. *Add.* Id. 26, 39 Quum rostris concurrissent, neque retro nauem inhiberent, nec dirimi ab se hostem paterentur. Hinc nautae inhibere remis dicuntur, quum nauem retro vertere volentes, currentis impetum, remorum impressione retardant.
- 95 Cic. de Orat. 1, 153 c. 33 *extr.* Vt enim incitato nauigio, quum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum et cursum suum intermisso impetu pulsuque remorum: sic in oratione perpetua, quum scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum, scriptorum similitudine, et vi concitata. Inhibere nauigium Cicero existimabat esse ἐνέχων, hoc est sustinere et sistere. Alio tamen loco se reprehendit, ad Atticum 13, 21 Inhibere (inquit) illud tuum, quod valde mihi arriferat, vehementer displicet. Est enim verbum totum nauticum, quamquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, quum inhiberi essent remiges iussi. Id non esse eiusmodi didici heri,
- 105 quum ad villam nostram nauis appelleretur. Non enim sustinent, sed alio

alio modo remigant, id ab *ἔπιπυρον*, remotissimum est. Quare facies, vt ita sit in libro quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni, si forte mutauit. *Et postea subdit*, Inhibitio autem remigum motum habet, et vehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim. *His verbis intelligimus* Ciceronem in Acad. Epochen, id est *Aurigae retentionem, quum currum incitatum retinet, bortatu Attici vertisse* Inhibitionem: *quum tamen primum Retentionem recte vertisset: postea vero mutasse, et Retentionem in libro reponendum mandasse.* *Add. mox Remos inhibere.* Nauseas inhibere, *Vomitiones sistere et arcere.* Plin. 20, 14 Nauseas cum sale et polenta in frigida aqua pota inhibet. Profluuium sanguinis Idem 28, 2. Remos, *Vltra non progredi, quod minus est, quam illustrata modo formula, Retro nauem remis inhibere.* Quinctil. in praef. 12, 4 Vnum modo in illa immensa vastitate cernere videtur M. Tullium, qui tamen ipse, quamuis tanta, tamque instructa nauis, hoc mare ingressus, contrahit vela, inhibetque Remos. *i. subsistit, cum inhibere remis nauem sit retro agere in puppim. Sed non dissimulat laudatus ante Gronouius p. 413 sibi totum hoc inhibere remos non valde placere, ac malle se etiam apud Fabium legi remis.* *Et sic apud German. Arato 344*

Vt cum decurrens inhibet iam nauita remis

Auerfamque ratem voti damnatus ad oram

Perligat, optatam cupiens contingere terram.

Sic legit Gronou. l. c. p. 407. Lucan. 3, 659 Postquam inhibent remis puppes et rostra reducant, *intell. remiges.* *Sic Burm. Gronouio p. 416 placebat* Postquam inhibent remi puppes et rostra recedunt. *Spein inhibere legibus, i. habere in legibus edi volebat Gruterus Cic. de L. Agr. 3, 6 c. 2. Sed seruata lectio vulgata a Gronouis et Graeuio, Sed tamen habet in illis legibus spein nonnullam ille, etc.* Cic. Philipp. 13, 37 c. 13 Ita sibi conuenisse cum Dolabella, vt ille Trebonium, et si posset etiam Brutum, Cassium, discruciatos necaret, eademque ipse inhiberet supplicia nobis. *Inhibere supplicium, sic dictum a Cicero videtur, vt Inhibere imperium, etc. vid. Gron. ad Liu. 3, 59. Liu. 30, 10 Speculatoriae naues permittae cum hostium nauibus, inhibere saepe Tela cogebant metu, ne ambiguo ictu suis inciderent. Plin. 20, 7 E contrario nasturtium Venerem inhibet, animum exacuit. Liu. 4, 56 Et consulibus quoque ab ea potestate Vim super tali re inhibitam, vt legi vult. Gron. ad 3, 58 pr. i. adhibitam, vt Imperium, Supplicium, Modum. Vires suas Ouid. ex Pont. 1, 7, 51.*

INHIBITVS, a, um. Partic. *Vt, Inhibitus cursus. Curt. 4, 16, 16. Lacrimae Idem 10, 6, 3. Inhibitus salubriter modus nimiae potestatis Liu. 3, 59. Vid. Gronou. ad loc.*

INHIBITIO, ōnis. f. [*ἐπιπύρον*] Cic. Att. 13, 21 Inhibitio remigum.

INHIBRAE dicuntur aues in auspiciis, quae volatu quasi inhibent et prohibent agere. *Seru. ad Aen. 3, 246 Alites si fuerint prospere praepetes, si aduersae inhibrae dicuntur. Vid. INEBRA.*

INHINNIO, ire. Ille puellis primus inhinuiuit *Prudent. in Symmach. 1, 57.*

INHIO, are. [*χαίω*] Valde os aperire, ad recipiendum bolum: per translationem, vehementer adspirare ad aliquid. *Plaut. Stich. 4, 2, 25 Nam illic homo tuam hereditatem inhiat, quasi esuriens lupus. Hor. Serm. 1, 1, 70 Congestis vndique faccis Indormis inhians. de auaro. Dum Parthico inhiat auro Flor. 3, 11, 2. Gazis inhians Sen. Herc. fur. 3. Cic. in Catil. 3, 19 c. 8 de Romulo, Paruum atque lactantem vberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Dicitur alias Mammam appetere. Tonuit inhians tria Cerberus ora Virg. Georg. 3, 483. Aliquem inhiare, Vehementer appetere eius aduentum Plaut. Truc. 2, 3, 18. Bona mea inhiant Idem Mil. 3, 1, 120.*

INHIANter. Adu. Cupide. *Apud Augustin. Confess. 9, 8. 60 Et Epist. 112, 8.*

INHIATIO, ōnis. f. Cupiditas. *Treb. Poll. in Gallien. c. 9 Scrutantes omnia atque vnius cuiusque vultum mira inhiatione mirantes.*

INHONESTVS, a, um. Adi. [*αἰσχρὸς*] Honesto contrarium. *Cic. Q. Frat. 1, 1, 6 extr. Inhonestissima cupiditas. Idem de Fin. 3, 14 Nisi quod turpe, inhonestum, indecorum. Quid hoc ioco inhonestius Val. Max. 7, 8, 9. Exitus non inhonestus Propert. 2, 26, 58. Mors Idem 2, 8, 28. Vulnus Virg. Aen. 6, 497. Pro Deformi posuit Ter. Eun. 2, 3, 65 Illumne obsecro inhonestum hominem mulierem senem. Pro Immundis et sordidis Idem ibid. 5, 4, 16 Quam inhonestae solae sint domi atque auidae cibi.*

INHONESTE. Adu. [*αἰσχρὸς*] *Ter. Andr. 4, 6, 2 Quae se inhoneste optauit parare hic diuitias. Cic. Att. 2, 1 Accusauit Nasicam inhoneste. Compar. Capitolin. in Vero c. 8 Inhonestius indulsit liberis.*

INHONESTO, are. [*αἰσχρῶ*] Dedecorare. *Ouid. Trist. 4, 8, 9 Ne cadat, et multas palmas inhonestet adeptas. Heins. spurium censet hoc distichon.*

INHONESTAS, atis. f. Contrarium Honestati. *Tertull. contra Marc. 5, 5 Infirmi et inhonesti et pusillitati et contemptui deputari possunt. Idem aduers. lud. c. vlt. Omni inhonestate prostratus.*

INHONESTATIO, ōnis. f. *Apud Hieron. . .*
INHONESTAMENTVM, i. n. *Deonestamentum. Apul. 85 Apol. p. 275 Ne quid maculae aut inhonestamenti in me admittam. Conf. Isidor. 2, 21.*

INHONORO, are. [*ἀτιμάζω*] Honore priuare. *Tertull. de Resur. Carn. 10 Carnis non substantia sed actus inhonoretur. Add. Id. adu. Marc. 4, 15. et de Fuga in Persec. c. 5.*

INHONORĀTVS, a, um. Partic. [*ἀτιμῶς*] Honorato contrarium. *Cic. Tusc. 3 c. 34 Inhonorata vita. Suet. in Claud. c. 11 Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum, ac sine grata mentione transmisit. Dimittere aliquem inhonoratum Liu. 37, 54. Quaeque inhonoratae, non et dicemur inultae, de sacrificio non oblato Ouid. Met. 8, 280. Mors Sil. 4, 607. Transire aliquid inhonoratum Quinctil. 1, 5. Compar. Liu. 33, 23 Triumphus inhonoratior, minus honoratus. Superl. Idem 35, 12 Thoas Aetolorum praetor, conquestus quod omnium Graeciae gentium ciuitatumque inhonoratissimi post eam victoriam essent. i. praemiis expertes. Add. Flor. 2, 8. Ouid. Met. 13, 41.*

INHONORĀBĪLIS, e. Adi. *Idem. Tertull. aduers. Marc. 3, 17 Si inglorius, si inhonorabilis meus erit Christus.*

INHONORIFICVS, a, um. Adi. *Non honorificus. Sen. de Const. Sap. c. 10 Humilitas animi contrahentis se ob factum dictumque inhonorificum.*

INHONORVS, a, um. Adi. [*ἀτιμωτός*] Plin. 5, 30 Aliaeque inhonorae ciuitates. Neque inhonoros finens Eutrop. 10, 7. Facies Sil. 10, 391. Sacerdos Stat. Theb. 3, 567. Signa (militaria) Tac. Hist. 4, 62, 5.

5 INHORREO, ēre. [*ὀφθαλμω*] Valde horrere. Non minus quam simplex primo de terrore, tum de pilis a terrore vel a frigore erectis, tum de multitudine rerum velut erigentium se, et ob id ipsum terribilium dicitur. Liu. 8, 8 Haud secus, quam vallo septa inhorreret acies. Virg. Aen. 10, 711 de apro, Substitit, infremuitque ferox, et inhorruit armos. Periculo inhorruī frigore Petron. c. 17. Mihi pili inhorruerunt Petron. c. 63.

INHORRESCO, ēre. [*ἐκὸφθαλμω*] Idem. Plin. 10, 14 Inhorrescunt edito ouo, excutiuntque sese. Daemones, adiurati per Deum verum et solum, inhorrescunt Minuc. Fel. p. 255. Cic. de Orat. 3, 155 Inhorrescit mare. Add. Idem de Diu. 1 c. 14. Petron. c. 114. Virg. Georg. 1, 314 Spicea iam campis quum messis inhorruit, et quum Frumenta in viridi stipula lactentia turgent. i. e. Intremiscit, ait Seruius. Agitatus inhorruit aēr Quid. ex Pont. 3, 3, 9. Virg. Aen. 3, 193 Tum mihi caeruleus supra caput astitit

20 imber Noctem hiememque ferens, et inhorruit vnda tenebris. i. e. Horridior facta est per tenebras: Seruius.

INHORTOR, āri. Dep. Apul. Met. 8 p. 164 Ed. Pricaei: Iubilationibus et huiuscemodi vocibus nobis inhortantur. Idem 9 sub fin. Participio passivae est usus: Canes pastoricos, villaticos, feros in

25 eorum exitium inhortatos immitti praecipit.

INHOSPITVS, a, um. Adi. [*ἀξέσπετος*] Quod hospitio proprium et aptum non est ac commodum, vel propter asperitatem, vel propter incultum loci statum. Vnde Litora inhospita Ouid. Trist. 3, 11, 7. Regna Ouid. Met. 11, 284. Tecta Idem ibid. 1, 218. Virg. Aen.

30 4, 41 Et Numidae infreni cingunt, et inhospita Syrtis. Vbi Seruius: Inhospita, Barbara, aspera. Hor. Epist. 1, 14, 19 — Nam quae infersa, et inhospita tesqua Credis, etc. i. Asperissima loca, accessu difficilia.

INHOSPITALIS, e. Adi. [*ἀξέσπετος*] Inhabitabilis. Plin. 6 in praef. Pontus Euxinus antea ab inhospitali feritate Axenos appellatus est. Caucasus Hor. Carm. 1, 22, 6. Litus, i. Desertum, incultum, asperum Plin. in Paneg. c. 34. Idem 9, 8 Iniuriae potestatum inhospitales ad visendum venientium, Hipponenses in necem eius compulerunt.

40 INHOSPITALĪTER. Adu. Idem. Tertull. aduers. Marc. 4, 24. INHOSPITALĪTAS, ātis. f. [*ἀξέσπετος*] Hospitalitati Contrarium. Cic. Tusc. 4, 27 c. 11 Quae autem sunt his contraria, ea nasci putantur a metu, etc. vt inhospitalitas est.

INHOSTVS, a, um. Adi. [*ἀνέναντος*] Iniquum et iniustum significat, vt vult Salmaf. ad Solin. p. 24, aC. eamque vocem Arnobio a se restitutam ait ex MSS. Porro illam tribuit Tacito Hist. 2, 31 Vitellius ventre et gula sibi inhostus, quod esse in Codice Flor. etiam obseruat Pichena. Sed editur sibi ipsi hostis; a Gronouio ex MS. sibi met hostis. Etiam Ann. 15, 25 est in bonis libris, Bellum anceps an pax inhosta placeret? pro quo ex Lipsii coniectura receptum est inhonesta. Aliquando in mentem venit, essentiae vicina, aut eadem adeo inhostus et infestus, vt Horcūm et Fercūm?

INHVMĀNVS, a, um. Adi. [*ἀνέναντος*] Crudelis, humanitatis expertus, communi naturae sensu priuatus. Ter. Phorm. 3, 2, 24

55 Hiccinē? quod homo inhumanissimus Pamphilam meam vendidit? Add. Hec. 1, 2, 11. Inhumanus homo Cic. Verr. 2, . . . Et pro Quintio II Praeco. Ter. Eun. 5, 2, 41 Non adeo inhumano ingenio sum, Chae-rea etc. h. e. Inimicus non sum, quantum putas Donatus. Quis inhumanior Cic. Verr. 2 extr. Barbaria Ouid. Trist. 3, 9, 2. Crudelitas Liu.

60 24, 5. Gens Laet. 4, 26. Litora Solin. c. 21. Negligentia Cic. Off. 1, 130. Exculto animo Nihil agreste, nihil inhumanum est Cic. Att. 12, 46 extr. i. durum. Tacit. Hist. 2, 70 Protritis arboribus, atque frugibus dira vastitas, nec minus inhumana pars viae, quam Cremonenses lauro, rosisque constrauerant, extructis altaribus. Securitas Tac.

65 Hist. 3, 83. Hox inhumana et scelerata Cic. de Fin. 3, 64. Sic, Inhumanior libido Liu. 31, . . . 2 In admiratione praestantiae Apul. Met. 5 p. 162, 13 Lauacro pulcherrimo et inhumanae mentis lautitiae eas (sorores suas Psyche) opipare reficit. Sic 12 p. . . Inhumanus aspectus, et de Deo Socr. . . . Caelestis et

70 inhumana sententia.

INHVMĀNE. Adu. [*ἀνέναντος*] Inciuiliter, imprudenter. Ter. Heaut. 5, 5, 1 Enimvero Chremes nimis grauiter cruciat adolescentulum, nimisque inhumane. Cic. Off. 3, 30 c. 6 Inhumane facere. Conuiciari alicui inhumane Quinctil. 3, 8. Inhumane muta oratio Nazar. Pan. c. 16. Inhumanus dicere Cic. de Amic. c. 13.

INHVMĀNĪTER. Adu. [*ἀνέναντος*] Idem. Cic. Q. Frat. 3, 1, 6 Non possum scribere, me miratum esse illum tam inhumaniter fecisse, vt sine meis literis proficisceretur.

80 INHVMĀNĪTAS, ātis. f. [*ἀνέναντος*] Cic. Philipp. 2, 8 Sit hoc inhumanitatis tuae. Mansuetudinem in crudelitatem inhumanitatemque conuertere Cic. Verr. 5 c. 44. Idem de Orat. 1, 99 Quod ego non superbia, neque inhumanitate faciebam. Impudens, crudelis, et immoderata inhumanitas Idem pro Deiot. c. 12.

85 INHVMĀNATIO, onis. f. et INHVMĀNATVS, a, um. Adi. De Christo humanitatem assumente Cod. de summa Trin.

INHVMECTVS, a, um. Adi. Idem atque Siccus. Cael. Aurel. Acut. 2, 37 Inhumectum et siccum corpus.

90 INHVMIGO, āre. Humectare. Liu. Andron. apud Non. 1, 311 Confluges vbi conuentu campum totum inhumigant. Al. Inhumidant.

INHVMĪMO, āre. [*ἐνταφιάζω*] In terra recondere, aut humo operire. Plin. 17, 18 Non inhumare taleas, aut ficcare prius, quam ferantur, vt ilius compertum.

INHVMĪTVS, a, um. Adi. Non humatus, Insepultus. Cic. de Diuin. 2, 143 Is quum esset proiectus, inhumatus, ab omnibusque desertus iaceret, amica corpus eius texit pallio. Corpora inhumata mandemus terrae Virg. Aen. 11, 22. Conf. Idem 4, 620. Funus

100 Lucan. 7, 820.

INĪBI. [*ἐκῆ*] Adu. in loco: quiddam maius quam Ibi significans. Plaut. . . . Nos domum properamus: vos inibi adeste. Idem

105 Pers. 1, 3, 45 Marsupium habeat: inibi paullum praesidii, Quā familiarem

liarem suam vitam oblectet modo. Apuleius Met. 1 p. 29, 3 Flor. Inibi iste Milo diuersatur. Et Met. 2 p. 47, 5 Assidue respiciens praeministrantem Fotidem inibi recreabar animi, et alias saepius utitur. Cic. Philipp. 14, 5 Quod sperare nos quidem debemus, P. C. aut inibi esse, aut iam esse confectum. Add. Cic. Agrar. 1 c. 7. 5
 Cat. R. R. c. 18. Inibi, pro Sic et mox, inquit Nonius 2, 427. Caecilius Plotio, Liberne es? non sum: verum inibi est. Pacuuius, Profecto aut inibi est; aut iam potiuntur frugum. Est ergo idem, quod in eo est. Plaut. Capt. Argum. 5 Et inibi emit olim amissum filium. i. Inter illos. Sed Gronou. in ibus, i. iis. 10
 INIDONEVS, a, um. Adi. Non idoneus. Vnde INIDONEE. Adu. Apud Apul. Met. 4 p. 155 Inidonee celebrari laudibus. al. aliter.
 INIECTO, INIECTVS, vid. INICIO.
 INIENS, vid. INEO. 15
 INIGO, egi, actum, ere. Intro agere, impellere. Varro de R. R. 2, 2 In nutritu quum parere coeperunt, inigunt in stabula ea, quae habent ad eam rem seclusa. de ouibus. Capras dicunt Athenis in arcem non inigi Varro R. R. 1, 2. Idem 3, 10 Folia eius decerpentes dant, ne si inegerint vbi nascitur, aut obterendo perdant, aut ipsi cruditate pereant. Voraces enim sunt natura. de anseribus. Inegerint, h. e. Pastum egerint in eum campum, in quo Seris herba nascitur. Vid. Fest. 20
 INICIO, eci, ectum, ere. [ἐπιτίθημι, ἐμβάλλω] Intro iacere. Ter. Andr. 1, 1, 113 Quae sese voluit in ignem iniicere, prohibui. 25
 Iniicere se in medios hostes Cic. pro Domo 14. In agmen medium se iniicit Virg. Aen. 2, 408. In flammam Cic. pro Cluent. 79. In fraudem Plaut. Truc. 2, 2, 43. Interius iniectum emplastrum in fistulas Scribon. 208. Plin. 8, 40 Accenso regis Lyfimachi rogo, iniicit se flammae. de cane. Acetum iniicere Scribon. 196. i. infundere inuito, qui tauri sanguinem bibit. Liu. 5, 28 extr. Quum perequisset aciem promissa repetens, tantum iniicit ardoris, vt non ultra sustinuerint impetum. Arma regnis Stat. Theb. 1, 241. Beneficium Sen. de Benef. 1, 1. Brachia collo Ouid. Met. 3, 389. Cic. Verr. 5, 24 iste hominibus miseris innocentibusque iniici Catenas iubet. Sic Frena, it. Manicas iniicere. Liu. 34, 4 Vultis hoc Certamen vxoribus vestris iniicere Quirites, vt diuites id habere velint, quod nulla alia possit? i. occasionem certaminis suppeditare. Cic. Att. 7, 3 Quod si ista nobis Cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque approbas, etc. Liu. 3, 64 Iniecta Contentione, Duellius COSS. ad subsellia accitos quum interrogasset, etc. Liu. 35, 25 In concilio omnium ad bellum extemplo capessendum inclinatae sententiae erant: literae T. Quintii Cunctationem iniecerunt, quibus auctor orat Praetorem etc. Cic. Fam. 11, 10 Quamtamque Cupiditatem hominibus iniiciat vacuitas. Curam alicui, Afferre ei sollicitudinem: Ter. Adel. 4, 5, 76 Itaque adeo magnam mihi iniicit sua commoditate Curam, ne forte imprudens faciam quod nolit, sciens cauebo. Hor. Serm. 1, 6, 49. Formidinem alicui Cic. Verr. 3, 68. Frena licentiae Hor. Carm. 4, 15, 11. Cic. Philipp. 13, 20 Qui se totius belli fluctibus circumiri, quam illum aut egredi, aut progredi maluit: Mutinamque illi exultanti, tanquam Frenos furoris iniicit. Plaut. Amph. 3, 1, 15 Atque in horum familiam Frustrationem hodie iniiciam maximam. i. Decipiam eos. Fugam inimicis, Cogere inimicos in fugam Plaut. Pseud. 2, 1, 15. Cic. de Diuin. 1, 19 Et Capitolinis iniicit sedibus ignes. Ex Poeta. Laqueum alicui Liu. 1, 26. 55
 Manicas iniicite huic mastigiae Plaut. Capt. 3, 5, 1. vt Catenas, Vincula. Manum, pro Viminiferre Sen. in Consolat. ad matrem. Plaut. Trucul. 4, 2, 49 Post id ego te Manum iniiciam quadrupli, venefica. i. in ius te rapiam, et tecum agam quadrupli. Verbum fori, cum iure nostro utimur etiam manu adhibita, Lex XII tabb. apud Festum voce Struere, Si caluitur pedemue struit, Manum endo iacito: permittit reum tergiversantem manu prehendere. Ita in vindictis Liu. 3, 44 Virgini venienti in forum minister Decemviri libidinis Manum iniicit. Metaph. Cic. pro Rosc. Com. 48 Ipsa mihi veritas Manum iniicit, et paullisper consistere, et commemorari cogit. i. Retiuit me, et subsistere coegit. Sic Plin. Epist. 10, 19 Itaque et quieti eius inieci Manum, et exegi, vt me in Bithynia consilio instrueret, i. Otiosum Nymphidium nactus, continuo nauare mihi operam coegi, quasique vsui meo vindicaui, vt me consiliis suis adiuuaret. Cic. pro Milon. 85 Cui primum Mentem iniicit, vt etc. vi irritare, ferroque laceessere fortissimum virum auderet. Vid. mox INIECTIO. Huc respicit Virg. Aen. 10, 419 Iniecere Manum Parcae, vbi Seruius, Traxerunt debitum sibi. Et sermone vsus est iuris. Nam Manus iniectio dicitur, quoties, nulla iudicis auctoritate expectata, rem nobis debitam vindicamus. Ouid. Am. 1, 4, 40 Oscula si dederis, siam manifestus amator: Et dicam, mea sunt! iniiciamque Manus. Et 2, 5, 30 Iniiciam dominas in mea iura Manus. Et Fast. 4, 90 Aprilem memorant ab aperto tempore dictum, Quem Venus iniecta vindicat alma Manu. Sen. Consol. ad Helu. 11 Animus ipse facer et aeternus, cui non possit iniici Manus. i. vis fieri. Cic. Verr. 2, 135 Hoc iniecto Metu iudicibus, nouo more, nullo exemplo, etc. Liu. 1, 19 Deorum Metum populo iniiciendum ratus est. Plaut. Caf. 3, 3, 26 Iam pol ego huic aliquem in pectus iniiciam Metum. Missilia Liu. 6, . . . Naribus iniici Scribon. 10. Intus nares iniici Id. 46. i. intra. Nomen meum operis ediderat, imperitis iniecerat Cic. pro Domo c. 6. i. Condictos homines iussit nominare Ciceronem, imperiti bis credidere. Pallium alicui Cic. de N. D. 3, 83. Particulam spongiae iniicere naribus paullo pressius, i. immittere Scribon. 46. Pauorem Liu. 4, . . . et 28, . . . Periculum, vid. PERICVLVM. Periculum mortis Cic. pro Caecin. 83. Idem pro Muraen. 48 Atque ex omnibus illa Plaga est iniecta petitioni tuae, non tacente me maxima. Liu. 26, 6 pr. Quorum corporibus quum completa esset fossa, velut aggere aut Ponte iniecto, transitum hostibus dedit. Donec Iniiciat Radios in mea vina dies Propert. 4, 6 extr. Religio-nem Liu. 8, . . . Cic. pro Caecin. 97 Quum Aretinae mulieris libertatem defenderem, et Cotta Decemviris Religionem iniicisset, non posse sacramentum nostrum iustum iudicari, etc. Scrupulum homini, In dubium aut dubitationem immittere, vt incertum sit quid agere debeat Ter. Phorm. 5, 8, 30. Cic. pro Cluent. 76 c. 28 Hic tum iniectus est hominibus Scrupulus, et quaedam dubitatio, quidnam esset actum. Spem, Spei et expectationis causas dare. Cic. Att. 10, 7 Iniecta autem mihi Spes quaedam est velle mecum, etc. Idem Att. 3, 22. Ter. Phorm. 4, 4, 10 Iniecta est Spes patri, posse illam excludi. Supra Stercus iniectum Cic. de Diu. 1 c. 27. Studium alicui, pro Inflammare, et impellere atque instigare Suet. de Cla- 105

ris Rhet. 3. Caes. B. G. 1, 46 Multo maior alacritas, studium-
que pugnandi maius exercitui iniectum est. Cic. pro L. Agr. 2, 79

Quid omnia transmarina vestigialia iuuabunt, tenuissima Suspensione
praedonum aut hostium iniecta? Terrorem alicui Cic. Verr.

5 5, . . . Timorem Liu. 4, . . . Cic. Att. 5, 20 Et Parthis ti-
mor iniectus. Conf. Nep. 7, 3, 3. Trepidationem Liu. 3, . . .

Cic. Catil. 3, 7 Ne si nihil esset inuentum, temere a me tantus Tumul-
tus iniectus ciuitati videretur. Liu. 38, 33 Quum illi deos et fidem

10 legatorum testarentur, et legati et Praetor summoueret turbas, et pro-
tegeret Lacedaemonios, Vinculaque iam quosdam iniicientes arceret,
crescebat tumultus concitata turba. *Vt Catenas etc.* Cic. de Fin.

3, 76 Recte iniectus, cuius etiam si corpus constringatur, animo ta-
men Vincula iniici nulla possunt. Varro de R. R. 1, 17 Ad ini-

15 ciendam Voluptatem his praefecturae, honore aliquo habendi sunt.
Iniici simpliciter Scribon. 40. Inicio illud, *pro eo, quod quis di-*

cat, *Addo quod, vel Hoc etiam accedit.* Varr. R. R. 1, 18 Inicio illud,
quod modum neque vnium, etc. *Ex vetusto tamen Cod. legitur Mitto*

illud. Iniicere in sermone, *Sermone indicare velut obiter, per oc-*
casione. Cic. Fam. 12, 16 Qui mihi cum in sermone iniicisset.

20 INIECTVS, a, um. Part. [*ἐπιπέμμετος*] Liu. 27, 32 Raptus
ab suis, atque alteri equo iniectus fugit. Pellis Nep. 17, 8, 2.

Comae iniectae collo Ouid. Fast. 2, 772. Quum libido ad id, quod
videtur bonum, iniecta et inflammata rapiatur Cic. Tusc. 4 c. 6. *ubi*

male Dauis. inlecta.

25 INIECTVS, ūs. m. [*ἐπιπέμμετος*] Plin. 8, 16 Vix credibili modo
torpescente tanta illa feritate, quamuis leui iniectu operto capite, ita
vt deuinciatur non repugnans. Iniectus animi Lucret. 2, 738.

Oculorum iniectum fuscipere Arnob. 1.

30 INIECTIO, ōnis. f. [*ἐπιπέμμετος*] *Vt, Manus iniectio. Est au-*
tem Manus iniectio, ius domini in re capienda et vindicanda quam agno-
scit suam. Sen. de Constant. Sap. 5 Habebat secum Stilpon vera

bona, in quae non est manus iniectio. *Loquitur de bonis, quae Fortuna*
non potest iniecta manu tanquam sua reponere. Lex XII tabb. apud

35 Gell. 20, 1, 45 Aeris confessi rebusque iure iudicatis triginta dies iusti
sunt. Post deinde manus iniectio esto, in ius ducito etc. Quin-

ctil. 7, 7 extr. Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio
fit: liberti heredem sequantur. *Hae sunt leges. Iam sequitur, Li-*

40 bertii filium quidam fecit heredem, inuicem petitur manus iniectio:
et patronus negat ius patris illi fuisse, quia ipse in manu patroni fue-

rit. *Respondent ergo sibi haec, Patrono est manus iniectio in liber-*
tum: libertus est in manu patroni. Vlpian. l. 10 de in ius voc.

45 §. 1 Prostituta contra legem venditionis, venditorem habebit patro-
num, si hac lege venierat, vt, si prostituta esset, fieret libera. At si

venditor, qui manus iniectioem excepit etc. Conf. Paullus l. 9 D.

de seruis exportandis. *Vbiq; iniicere manus est vindicare vel sibi*
in seruitutem, vel in libertatem: iniectio manus sunt vindiciae s. ius

45 *vindicandi.* ¶ 2 Tertull. de Pudic. c. 13 Iniectioes Sa-
tanae sunt *τὰ νοήματα, consilia, cogitata.* Conf. Idem adu.

Marc. 3, 21 pr.

50 INIECTO, are. Frequēt. [*ἐπιπέμμετος*] Stat. Theb. 9, 133
Ausus erat furto dextram iniectare Leonteus. Sil. 3, 183.

INIECTIVVS, a, um. Adi. *Vt, Status controuersiarum inie-*
ctiuus Aggen. Vrb. de Limit. p. 63. conf. p. 78.

55 INIECTIONALE, is. n. *Idem quod Clyster.* Octau. Horat. 4
Obstare iniectionali.

INIMICVS, i. m. [*ἐχθρός, ἀνεχθής*] Amico contrarium. Hostis.

60 Plaut. Perf. 3, 1, 23 Nam inimici famam, non ita vt nata est ferunt.
Vir post diuortium vocatur inimicus a Ictis: vid. Gentil. Parerg. 1, 21.

Taubm. ad Plaut. p. 74 f. ad Amph. 3, 2, 20. Liu. 39, 28 extr. Quo

in numero me esse apud vos velitis, refert: si tanquam inimicum et
hostem insectari propositum est, pergite. Acerrimus, vid. ACER.

65 Arox Virg. Georg. 1, 407. Certus, vid. CERTVS. Peruicax Quinct. 5, 7.
Capere inimicos Ter. Andr. 4, 2, 12. Colligere inimicos vid. COLLIGO.

70 Cic. de Fin. 5, 28 Necessè est quidem, si quis sibi ipsi inimicus est, cum quae
bona sunt, mala putare. Tacit. Hist. 1, 26 Consiliique quamuis

egregii, quod non ipse afferret, inimicus. Inimicissimus, *Subst.*
pro Inimico maximo Nep. 23, 12, 2. et Cic. pro Milon. 25 c. 9 Nam

75 *utroque loco reperitur cum Pronomine, Inimicissimum suum. Verba*
Ciceronis, Vbi vidit homo ad omne facinus paratissimus fortissimum

80 virum inimicissimum suum, certissimum cof., palam agere coepit et
aperte dicere, occidendum Milonem. ¶ 2 *Alias Adiecti-*

85 *uum est.* Cic. Verr. 2, 149 Quod eos infenso animo atque inimico ve-
nisse dicatis. Annis inimicus pontibus Sil. 3, 453. Cic. Verr.

1, 12 Meminerit se priore actione Clamore Populi Romani infesto at-
que inimico excitatum. Consilia patriae inimica Nep. 4, 3, 3.

90 Inimica est multorum Conuersatio Sen. Ep. 7. Ensis Virg. Aen. 2,
600. Fames Ouid. Fast. 4, 767. Fortuna Virg. Aen. 5, 356.

Gens inimica mihi Idem ibid. 1, 71. Ignis Virg. Georg. 4, 330.

80 Lues Sil. 17, 97. Numina Virg. Aen. 2, 622. Pectore inimico
fatur Idem ibid. 11, 556. Vis inimica propinquat Virg. Aen. 12,

150. Vomitiones inimicae oculis maxime ac dentibus Plin. 11, 53.

95 Plaut. Capt. 3, 4, 26 Viden' hunc quam inimico Vultu tuetur? *Com-*
parat. Cic. Att. 9, 15 Nunc etiam impurum et sceleratum puto, nec

tamen mihi inimiciorem quam sibi. Idem Fam. 3, 8 Nihil potest
85 esse inimicius. Et de Amicit. 59 Negabat vllam vocem inimicio-

90 rem amicitiae potuisse reperiri quam eius. *Add. Idem Verr. 4 c. 43.*
et in Pis. c. 31. *Superl.* Nep. 14, 5, 4 Inimicissimum quem ha-

95 bere. *Conf. Idem 23, 7, 3. Columel. 12, 50 Inimicissima oleo*
anurca. ¶ 3 *Inimicus et Mimicus confunduntur a libra-*

100 *riis. Vid. MIMICVS.*

INIMICITIA, ae. f. [*ἐχθρος, ἐχθρα, ἀνεχθρα*] Cic. Tusc. 4,
21 c. 9 Inimicitia, ira vlciscendi tempus obseruans. *Vsitatius tamen*

105 Inimicitiae, arum. Inimicitiae sunt inter eos Ter. Andr.
5, 2, 11. — cum aliis Cic. pro S. Rosc. c. 6. Gra-

ues Quinctil. 6, 3. Iustae, vid. IVSTVS. Cic. pro Rabir.

110 Post. 32 Neque me vero poenitet Mortales inimicitias sem-
piternas amicitias habere. Truces Hor. Epist. 1, 20, 49. Ap-

petere inimicitias, vid. APPETO. Ter. Phorm. 2, 3, 23 Ni ita
existimassem, nunquam tam graues ob hanc inimicitias Caperem in

115 nostram familiam. Tacit. Ann. 5, 11 Nam Trio facilis Capeffen-

dis inimicitias. Communicare, vid. COMMVNICO. Conci-

120 pere, vid. CONCIPIO. Contrahere Quinctil. 7, 2. vid. CON-

TRAHO. Deponere, vid. DEONO. Gerere Nep. 25, 11, 5.

125 Infitas habere et gerere, vid. INSERO. Indicare, vid. INDICO.

130 Cic. Verr. 5, 181 Tacitae magis et occultae inimicitiae timendae sunt,
quam

quam indictae et apertae. Intercedere inimicitias cum aliquo
Cic. pro Cacl. 32 c. 13. Persequi Idem Diu. Verr. 66. Ponere
vel deponere Cic. Att. 4, 13. Idem Verr. 5, 182 Inimicitiae sunt?
subeantur labores? suscipiantur. Cic. Off. 1, 8 Nam aut inimi-
citas, aut laborem, aut sumtus Suscipere nolunt. Idem Fam. 2, 14 5
et 18. — cum quo Nep. 14, 10, 2. Venire ad inimicitias Cic.
ad Q. Fratr. 29. qui numerus quid sibi velit, nescio. Vocare ad ini-
micitias Cic. Fam. 11, 3.

INIMICO, are. [*ἐχθραίνω, ἐχθρὸν ποίω* Gloss. Lat. Gr. et Gr. Lat.]
Inimicum facere. Hor. Carm. 4, 15, 20 Et miseras inimicat vrbes. 10
Adde Stat. Theb. 2, 419 Hostiles inimicent classica turmas, Vet. Schol.
ad bellum commoueant. Apud Q. Ciceronem etiam de Petit. Consul.
37 c. 12 *legebatur in primis editionibus*, Sin autem id neges, statim ab-
alienant se et inimicantur: quod Corrado et Lambino auctoribus post
mutarunt ita, et certe abalienes, et statim, et plures. Non indignum 15
certe Ciceronis fratre verbum, ostendit Horatius. Aufon. Epist. 24,
63 Liuor ubi iste tuus (o Nemesis) ferrugineumque venenum Oppor-
tuna tuis inimicat pectora fucis. Sidonius Apoll. 5, 19 pr. Facinus
indignum, quodque nos vosque inimicasset, nisi protinus scissem, te
nescisse faciendum. *Vtitur etiam* Io. Sarisber. Policrat. 2, 27. 5, 17. 20
6, 5 quem laudat cum reliquis Sauaro ad Sidon. l. c. Conf. AMICO.

INIMICALIS, e. Adi. Aduersarius. Sidon. Epist. 1, 3 Stimu-
lis inimicalibus excitari.

INIMICE. Adu. [*ἐχθρῶδης*] Hostiliter, aduerso animo et con-
trario. Cic. Philipp. 2, 34 Ego autem, vide quam tecum agam non 25
inimice. Idem de N. D. 1, 5 c. 3 Inimice insectari. Idem pro
Quintio 66 c. 21 Inimicissime atque infestissime contendere.

INIMICITER. Adu. [*ἐπεχθῶς*] Accius, Placare hostem fero-
cem inimiciter accensum. apud Non. 11, 41. Vid. Gell. 3, 8.
Charif. p. 181. Priscian. p. 1011.

INIMITABILIS, e. Adi. [*ἀμίμητος*] Quod quis imitari non
potest. Laudatur Quinctil. 2, 17 (2) Opera quaedam nobis inimitabi-
lia. Certiora Idem 10, 2, 19. et 8, 3, 25. Inimitabilis huma-
nae rationi Sapor Quinctil. 1, 10, 7. Vell. 2, 97, 3 Morum dul-
cedo inimitabilis. 30

ININDE. Adu. [*ἐκείθεν*] Ex eo loco. Liu. . . . Ita exerci-
tus ininde domos abducti. Locus fortasse corruptus. 35

ININITIATIVS, a, um. Adi. Non inceptus. Claud. Ma-
mert. c. 23.

ININTERPRETABILIS, e. Adi. Sermo ininterpretabilis 40
Vulg. Hebr. 5, 11. Conf. Tertull. adu. Valent. c. 14.

ININTELLIGIBILIS, e. Adi. Inintelligibilis Dei splendor
Ambros. Offic. 1, 14.

ININVENTIBILIS, e. Adi. Ininuentibilia iudicia eius Ter-
tull. adu. Hermog. c. 45.

ININVESTIGABILIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 2, 2. et 45
5, 14. it. adu. Hermog. c. 45.

INIQUVS, a, um. Adi. [*ἀνόματος*] Non aequatus nec planus,
Impar, difficilis et cui par non sis. Liu. 2, 31 Cum Aequis post ali-
quanto pugnatum est, inuito quidem Consule, quia loco iniquo sub-
eundum erat ad hostes. Ascensus Liu. 28, 16. Conf. Idem 22, 28.
Caes. B. G. 2, 10 et 27. Sallust. Iugurth. 54 Praeterea iniquum

sibi certamen cum hostibus. al. inimicum, male conf. Virg. modo
Pugna iniqua. Paludem iniquam Tacit. Ann. 1, 63, 3 Quae elu-
clatu nimium erat difficilis. Iniquum defensantibus agmen Tacit. 55
Ann. 2, 5, 4.

¶ 2 [*ἀνόμος, παράνομος*] Qui contra aequi-
tatem facit, iniustus. Ter. Andr. 1, 2, 16 Sed ea nunc me exquirere,
iniqui patris est. Idem Heaut. 2, 1, 1 Quam iniqui sunt patres in
omnes adolescentes, iudices. Inimicus. Ter. Prol. Adel. 2 Post-

quam Poëta sensit scripturam suam ab iniquis obseruari, et aduersa-
rios rapere in peiorem partem, etc. Iratus, infestus. Hor. Serm. 60
2, 7, 14 — Vertumnis quotquot sunt, natus iniquis.

¶ 3
Dicitur de omni re, quae modum, vel certe vires nostras excedit: Virg.
Georg. 4, 147 Verum haec ipse equidem spatii exclusus iniquis Prae-
tereo. Vid. Seru. ad loc. Ibid. 1, 164 — Iniquo pondere ra- 63
stri. Iniquum merum dixit Val. Flacc. 3, 65. i. Plus iusto. Idem

3, 486 Haeret Hylas lateri gressusque moratur iniquos. Q. Seren.
Sam. Carm. 38 v. 713 Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua.
Conf. Burm. ad Flacc. et Sammon. ll. cc.

¶ 4 Alia Substan-
tiua: Ter. Eun. 2, 1, 6 Ego quoque vna pereo, quod mihi est ca- 70
rius: ne istuc tam iniquo patiare Animo. Animis certatis ini-
quis Virg. Aen. 10, 7. Animo iniquissimo mori Cic. de Sen. c. 23.

Casus Virg. Aen. 6, 475. Cic. Att. 8, . . . Mea quae semper
fuerit sententia, primum de pace vel iniqua Conditione retinenda.

Curatio iniqua Cacl. Aurel. Acut. 1, 15, 26. est praua, incommoda, ab- 75
furda. Cic. pro Caccin. 64 Puto te ipsum Piso perspicere, quanto
ista sit angustior iniquiorque defensio, quam, etc. Iudex Ouid.

Met. 13, 190. Legem sancimus Hor. Serm. 1, 3, 67. Litus
Hor. Od. 2, 10, 3. Mente iniqua ferre aliquid Ouid. Met. 8, 634.

Penates Hor. Od. 2, 4, 15. Pondera Vlpian. in l. Si quis a me D. 80
de action. emt. Pretium pietatis iniquum Ouid. Epist. 14, 129.

Pugna, Non aequa et impar, nempe quum pedes contra equitem decertat:
Virg. Aen. 10, 889 — Pugna congressus iniqua. Sermones,
pro Obtreclationibus. Cic. Fam. 1, 9 Quorum iniqui sermones quum
ad me per homines honestissimos perferuntur. Sidus iniquum 85
gentibus Lucan. 10, 35. Vultu iniquo spectare aliquem Ouid. de

Arte Am. 1, 313. ¶ 5 Subst. Me a te contra iniquos me-
os solere defendi Cic. Fam. 11, 27, 18.

INIQUARE. [*παράνομῶς*] Perturbare, iniquum aegrumque red-
dere. Laberius, Aequum animum indignanti iniquat contumelia ap. 90
Non. 2, 444.

INIQUITAS, atis. f. [*ἀνομάλια*] Liu. 7, 34 Si ab eo consilio
iniquitate loci deterrerentur. Add. Idem 21, 33. Caes. B. G. 3, 2.
Contentus iniquitate, vid. CONTINEO. Iniquitas hominum,

[*παράνομία, παράνομημα*] Iniuria aut malignitas. Plin. 12, 19 Id ac- 95
cideritne ob iniquitatem praepotentium, an forte, non satis constat.
Omnesque eas iniquitates sui quaestus causa constituisse Cic. Verr. 3
c. 16. Cic. Att. 1, 11 Nihil tam exercitum esse nunc Romae, quam

candidatos, omnibus iniquitatibus. Iniquitas temporis, Difficultas
et pericula praesentia Cic. pro Rosc. Amer. 1. Sic Liu. 35, . . . 100
Nam si quod aliquando seruierunt temporum iniquitate pressi, etc.

Iniquitas corporis, vid. mox INQUIETITAS.

INIQUERE. Adu. [*παράνομως*] Iniuste. Plaut. Caf. 3, 4, 27 Aut
quod ego vnquam erga Venerem inique fecerim? Inique iniu-
rius Plaut. Epid. 4, 1, 24. Ter. Adelph. 2, 2, 3. Sannio interro- 105
VOL. II.

gatus Te audio cum hero nescio quid concertasse, ait Nunquam vidi iniquius certationem comparatam, quam quae hodie inter nos fuit. Ego vapulando ille verberando defessi sumus. *Conf.* Gell. 20, 1. Cic. pro Cluent. 57 c. 21 *pr.* Iam hoc quoque prope iniquissime comparatum est, quod, etc. Ne eum circumuentum inique iniqui irrideant Ter. Hec. Prol. v. 54. Inique pacisci Cic. Verr. 3, 37. Idem ad Brut. 4 At hoc ipsum, inquires, inique facis, qui hostilis animi in Rempubl. homines, ciues apelles.

INITIVM, i. n. [*ἀρχή*] *Principium et velut ingressus rei maioris, Initium vocatur: ut, Initium orationis* Quinctil. 4, 1, 1. Ter. Andr. 4, 2, 26 Immo etiam narrationis incipit mihi initium. Idem Hec. 5, 3, 23 Hic adeo his rebus anulus initium fuit inueniendis. Ib. 3, 3, 1 Nequeo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum. Initio, *Ablatiuus, pro In initio.* Cic. Fam. 1, 7 Redeoque ad illud, quod initio scripsi. Cic. de Orat. 1, 121 Adolescentulus vero sic in initio accusationis exanimatus sum, etc. Cic. ad Brut. 10 Cui Consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Papinian, l. 123 D. de verb. obligat. Si flagitii faciendi, vel facti causa concepta sit stipulatio, ab initio non valet: i. *Omnino, plane non valet, Gr. τὴν ἀρχὴν, sic ut nunquam valeat, nec ex ea actio competat.* Ad initia Scribon. 90. In initiis Id. 22. 134. 179. Inter initia Id. Ep. Comp. 19. 38. *Vid. Rhod. Lex. Scribon. Disciplinae initia Ep. vulgo Principia.* Initiis Idem 21. *it.* 62. Initium irac Ter. Hec. 3, 2, 16.

Illa initia, quae Graece elementa dicuntur Cic. Acad. 1, 26 c. 7. Initia ac Semina, *idem* Quinctil. 2, 20, 6. Abrupta Idem 3, 8, 68. *Mediocre, vid. MEDIOCRIS.* Vell. 2, 76, 4 Obscurissimis initiis natus Saluidienus parum habebat summam accepisse, ni, etc. Peritum, *vid. PERITVS.* Praecedentia Quinctil. 1 prooem. Prima initia prospera fuerunt Iustin. 4, 3, 6. Cic. ad Herenn. 1, 14 c. 9 Rem breuiter narrare poterimus, si non ab ultimo initio repetere volumus, i. *primo.* Capere initium Caes. B. G. 1, 2. Quinctil. 2, 11 Iam hinc ergo nobis inchoanda est ea pars artis, ex qua capere initium solent. Destinare sibi certa initia Quinctil. 2, 11. Dare initium alicuius rei Idem 3, 2. Ducere initium ex re aliqua Quinctil. 2, 17. Ducere rerum initium ac legum suarum alicunde, *Incipere.* Cic. de L. Agr. 2, 17. Sic Att. 9, 11 Nec vero dubito, quin exitiosum bellum impendat, cuius initium ducetur a fame. Facere initium, *Idem.* Cic. Philipp. 14, 36

Pansa Consul, Imperator initium cum hostibus configendi fecerit. Facere initium a re aliqua Quinctil. 4, 2. Facere initium a capite Scribon. Ep. *fn.* — Ex emplastris 200. Habere initia Scribon. 206. Parotidas initia habentes discutere ib. Inducti his initiis, omnia vera diligimus, *vid. INDVCO.* Introducere initium, *vid. INTRODVCO.* Pellere initium sermonis, *vid. PELLO.* Cic. Att. 10, 18 Vt male posuimus initia, sic caetera sequuntur. Proficisci initium Cic. Fam. 9, . . . Quaerere initium Id. ib. 12, . . . Patere 2, 88 *extr.* Immane noui, ac resurrecturi belli ciuiliis restinxit initium. Sumere initium Varro R. R. 2, 4, 9. Quinctil. 8, 6. Suscipere initium Cic. Fam. 4, . . . Tradere initia disciplinae Scribon. Ep. *med.* ¶ 2 Initia. [*μυστήρια*] Cereris sacra, et alii ritus, his similes, occulti, dicebantur. Varro de R. R. 3, 1, 5 Cui consentaneum est, quod initia vocantur potissimum ea, quae Cereri fiunt sacra. *Vult probare, vitam rusticam esse omnium antiquissimam. Et sane arcana illa sacra habebant, quantum scitur commemorationem*

quandam antiquissimae conditionis, et originum. Idem Varro 2, 4, 9 A suillo genere pecoris immolandi initium primum sumtum videtur, cuius vestigia, quod initiis Cereris porci immolantur, et quod initiis pacis foedus cum feritur, porcus occiditur, et quod nuptiarum initio antiqui reges — porcum immolant. Pacis initia et initium nuptiarum videntur sacra auspicalia. Cic. de Legib. 2, 36 c. 14 dicit Mysteria appellari initia, quibus ex agresti vita, ex culti ad humanitatem sumus, tanquam ea sint vitae principia. Ita vocantur etiam Cybeles mysteria et sacra. Arys Cybelem sic alloquitur apud Catull. 61, 9 Tua Mater initia, etc. Arnob. 5 p. 169 Cypriae Veneris abstrusa illa initia praetereamus, quorum conditor indicatur Cinyras rex fuisse etc. Et p. 184 Vnde igitur probamus historias has omnes rerum esse gestarum conscriptiones? Ex sollempnibus scilicet sacris atque

initiorum mysteriis, vel quae statis fiunt temporibus ac diebus, vel quae in abdito traduntur initiatis, moris proprii perpetuitate seruata. Neque enim credendum est, sine suis originibus haec esse, frustra atque inania fieri, nec habere coniunctas primis institutionibus causas. Iustin. 5 *pr.* Alcibiades insimulatur mysteria Cereris initiorum — enuntiauisse. Initiorum dies dicuntur a Liuius, *Quibus sollempnia sacrificia celebrabantur, in quibus nefas erat inesse non initiatos: Acarnanes (inquit 31, 14) duo iuuenes per initiorum dies non initiati, templum Cereris imprudentes religionis cum caetera turba ingressi sunt. Idem 39, 13 Tres in anno statos dies habuisse, quibus interdum Bacchis initiarentur, etc. et pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies Initiorum fecisse. Hinc apparet Initia dici pro Initiationibus. Erant vel maiuscula vel minuscula: vid. Scalig. ad Tibull.*

INITIAMENTA, ōrum. n. Religionis prima dogmata. Sen. Epist. 90 Haec eius initiamenta sunt, quibus non municipale sacrum, sed ingens deorum immortalium templum mundus hic referatur. Initiantur maritus et vxor liberis Quinctil. Decl. 1 p. 31. INITIO, āre. [*μύω, τέλω*] *Sacris imbuerere.* Cic. de N. D. 1, 119 c. 42 Vbi initiantur gentes orarum vltimae. Ex Poeta. Idem Tusc. 1, 29 c. 13 Reminiscere, quoniam initiatus es, quid agatur mysteriis. Idem de Legib. 2, 22. Plin. 30, 2 Magicis etiam coenis eum initiauerat. Cereri initiantur Tertull. de Pall. c. 4. *vid. Salmas. p. 352.* Arnob. 5 p. 168 Quis est enim, qui credat, honestatis aliquid in ea re esse, quam initiant viles Galli. *de sacris Cybeles.* Et p. 170 *pr.* Illa mysteria, quibus Phrygia initiatur etc. Quinctil. 1, 2, 20 Neque enim est sanctius sacris iisdem, quam studiis initiari. *Add.* 12, 10, 14. Varro apud Non. 2, 310 Quum primo cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab Edulibus Edusae, a potione Potinae nutricis. Forte leg. sacrificabant et nutrices. Quinctil. Declam. 1, 13 p. 31 Alius diceret, maritum et vxorem, nisi liberis initiarentur, non fortissimis corporum vinculis inhaerere. Male hic relatus est locus Plauti Casin. 2, 3, 9 Qui postquam amo Casinam, magis initio munditiis Munditiam (ut personam) antideo. i. anteo, supero. Initio est principio, primo. Hinc Ecclesiasticis est baptizare, ut e. c. Tertull. de Monogam. c. 8. ¶ 2 Initiari est Inchoare et auspiciari. Firmicus 2, 12 *pr.* Ver initiatur, quum primam Arietis partem Sol fuerit ingressus.

INITIANTES, qui initiantur. Vitruu. 7 praef. sub *fn.*

INITIANTES, qui initiantur. Vitruu. 7 praef. sub *fn.*

INITIANTES, qui initiantur. Vitruu. 7 praef. sub *fn.*

INITIANTES, qui initiantur. Vitruu. 7 praef. sub *fn.*

INITIANTES, qui initiantur. Vitruu. 7 praef. sub *fn.*

INITIANTES, qui initiantur. Vitruu. 7 praef. sub *fn.*

INITIATIVS, a, um. Part. *Praeter loca iam indicata huc referimus ista Metaphorica.* Plin. Epist. 5, 15, 8 Rationes legebam inuitus et cursim. Aliis enim chartis, aliis sum literis initiatus, quas intelligam melius, quibus magis iuuer. Aurel. in l. 1 D. de officio praefecti praetorio, His cunabulis praetorio praefectorum auctoritas initiata, in tantum meruit augeri, ut appellari a praefectis praetorio non possit. Vix primis quidem apicibus sufficienter initiatus Sidon. Ep. 2, 1. Sed proprie: Mida ab Orpheo sacrorum sollempnibus initiatus Phrygiam religione impleuit Iustin. 11, 7, 14.

INITIATIO, ōnis. f. *Ipse actus initiandi, sacris dici potest, de quo multa Apul. Met. 11. Sed sic vocatur etiam omnis illa occultorum ex parte Sacrorum celebratio.* Suet. Neron. c. 34 Peregrinatione quidem Graeciae Eleusiniis sacris, quorum initiatione impii et scelerati voce praeconis submouentur, interesse non ausus est. Arnob. 5 p. 171 med. Sacra et ritus initiationis ipsius, quibus Sabadii nomen est. Tertull. Apol. c. 7 Semper etiam piaee initiationes arcent profanos, et ab arbitris cauent.

INITIATOR, ōris. m. [*μυσουργός* Gloss. Gr. Lat.] *Qui initiat.* Tertull. adu. Marc. 4, 14. et Ambros. Epist. 13.

INITIATRIX, icis. f. Saluian. de Auarit. 4 p. 165.

INITIALIS, e. Adj. *Primordialis.* Apul. Met. 11 p. 259 Natura rerum parens saeculorum progenies initialis. Add. 4 p. 156.

INITIALIA, ium. n. [*τελεταί, μυσήρια*] *Idem quod initia, s. mysteria, ut vult Salmas. ad Capitolin. M. Philos. 27 ubi ita legit ex MSS. Athenis fuit et initialia Cereris (vulg. inter alia Cereris templum) adiit, ut se innocentem probaret, et sacrarium solus ingressus est. Nempe voce praeconis abesse iubebantur profani. Vid. INITIATIO. Initialia ergo vel Initialia fuerint eadem, quae initia s. mysteria.*

INITIVS, vid: INEO.

INIUCVNDVS, a, um. Adj. [*ἀρεπής*] *Iucundo contrarium.* Cic. de Fin. 1, 3 c. 1 extr. Minime nobis iniucundus labor. Iniucundus odor Plin. 25, 7. Iniucundus Tac. Agric. c. 22 extr. dicitur, qui sermone asper est.

INIUCVNDE. Adu. [*ἀρεπής*] Cic. Att. 1, 20 (s. ult.) Quae res mihi asperius a nobis atque nostris, et iniucundius actae videbantur.

INIUCVNDITAS, ātis. f. [*τὸ ἀρεπές*] Cic. de N. D. 2, 138 c. 55 Sed tamen praetersundum est, ne quid habeat iniucunditatis oratio.

INIUDICATIVS, a, um. Adj. [*ἀδίκαιος, ἀκατάκριτος*] *Non legitime iudicatus.* Gell. 13, 23 Decem hominibus vitam eripis, iudicata causa, iniudicatis, indemnatis. Idem 5, 10 Rem iniudicatam reliquerunt, causamque in diem longissimam distulerunt. Add. Quintil. 10, 1, 67 Id — iniudicatum relinquo.

INIUGES, [*ἄζυγες*] *Boues dicuntur a Festo, qui sub iugo non fuerunt.* Fulgent. de prisco serm. 10. Manilius Chrestus lib. quem de Deorum hymnis scripsit, ait Mineruae iniuges boues sacrificari, id est iugum nunquam ferentes, illa videlicet de causa, quod et virginitas iugum nesciat maritale, et virtus nunquam sit iugo prementi subiecta. Haec Fulgentius. Add. Macrobi. Sat. 3, 5. Versus aeneas iniuges appellat Diomedes 3 p. 498 Qui nulla conjunctionis Sylaba copulantur, sicut, Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis. Nullus enim conjunctionis nexus occurrit.

INIUGATIVS, a, um. Adj. *Idem.* Sidonius Carm. sub Ep. ult. l. 1 Vinxit ad tauri latus iniugati.

INIUNGO, ĩre. [*ἐπιθήμι, προσάγω*] *Simul iungere.* Iniungere pondus bobus Columel. 6, 2, 7. Idem 5, . . . Itaque pingui terra singulis brachiis licebit bina iniungere flagella. Adiungere. Liu. 4, 19 Consul muro brachium iniunxit. Vid. Gronou. Dictatoribus magistri equitum iniungebantur. Pompon. l. 2 §. 19 D. de orig. Iuris. Ad scrobem, cui arbor iniuncta est Pallad. Febr. 4, 10. 60

Item simpliciter, pro Iniungere munus. Plin. Epist. 10, 55 Inter prima iniungo mihi. Liu. 26, 36 Si quid iniungere inferiori velis. Vict. de Viris Illustr. c. 50 Iterum cum Claudio Nerone inimico suo Consul, ne Respubl. discordia male administraretur, amicitiam cum eo iniunxit, et de Asdrubale triumphauit. sed vera lectio iunxit. 65

Arborem scrobi iniungere, i. in ea plantare Pall. Febr. 10, 1. Add. Pall. 1, 6, 5. Brut. ad Cic. Fam. 11, 13 Tam si quo etiam casu Isaram se traiecerint, ne quod detrimentum Reipubl. iniungant, summa a nobis dabitur opera. Caes. B. C. 1, . . . Cum omnibus inimicis in gratiam redierat, quorum ille maximam partem illo affinitatis tempore iniunxerat Caesari. Iniuriam Liu. 3, 65 extr. Vid. 70

mox in fine. Laborem alicui Quinctil. in proem. 1. Vid. Burman. ad loc. Laborem sibi Plin. Epist. 7, 6 extr. Marem feminae asinum equae Col. 6, 37, 2. Liu. 3, 35 Comitiorum illi habendorum, quando minimus natus sit, munus consensu iniungunt. 75

Idem 26. Necessitatem, Astringere et cogere Plin. Epist. 10, 74 pr. Officium Columel. 11, 1. Onera alicui Caes. B. C. 2, 18. Poenam Vlpian. in l. 2 D. de praeuari. Pallad. 1, 6, 9 Pro macie vel soliditate vitium nutrienda Sarmenta putator iniungat. Scandulas fenestellis Colum. 8, 3, 6. Seruitutem, In seruitutem redigere, et seruos facere. Caes. B. G. 7, 77 vers. fin. Atque his aeternam iniungere seruitutem. Tormentum sibi Plin. in Paneg. c. 86 pr. Cicero-

nem non usum hoc verbo, monet Nizolius, ne casu omissum putes. Et tamen positum in quibusdam dictionariis video. Cic. de N. Deor. 3, 23 Itaque ab impia temeritate in Deos in homines iniunxit iniuriam. 85

Sed ibi quidem nihil tale. Respici videtur 3, 84 c. 34 extr. ubi de Dionysio iam sine varietate legitur, Ita ad impietatem in deos, in homines adiunxit iniuriam.

INIUNCTVS, a, um. Part. [*προσάχθεις*] *Manus iniunctae pedibus Sen. Thyest. l. 6. Iabolenus in l. Qui domum D: Locati, Qui domum habebat, aream iniunctam ei domui vicino proximo locauerat. Cassiod. 5, 19 Iniuncta peragere, i. imperata facere.*

INIUNCTIO, ōnis. f. Sidon. Epist. 9, 2 Iniunctione confundor. Dixit, Quae tamen literae plurimum nobis honoris, plus oneris imponunt. 95

INIURATIVS, a, um. Adj. [*ἀνώμοτος*] *Iurato est contrarium.* Plaut. Amph. 1, 281 Nam iniurato scio plus crederet mihi, quam iurato tibi. Cic. pro Caecin. 3 Quum id iurati dicunt, quod ego iniuratus insimulo. Et Off. 3, 108 c. 29 Iuravi lingua, mentem iniuratum gero. Per epistolam, quod volēt, iniuratus probabit Cic. pro Flacco c. 36. Idem pro Rosc. Com. 4 Tibi vero Piso diu liberandum et concoquendum est, vtrum potius Chereae iniurato in sua lite, an Manilio et Luscio iuratis in alieno iudicio credas. Iudices iurati Ascon. praef. Pariter iurati iniurati que fugiunt Liu. 10, 41. 105

INIURIA, ae. f. [*ὑβρις, ἀδμία*] *Dicitur est, quod non iure fiat.*

Vlpianus *ait* in l. 1 D. de iniuria, et famos. libel. Omne enim quod non iure fit, iniuria fieri dicitur, hoc generaliter. Specialiter autem iniuria dicitur contumelia. Interdum iniuriae appellatione damnum culpa datum significatur: ut in lege Aquilia dicere solemus. Interdum iniquitatem iniuriam dicimus. Nam quum quis iniuste vel inique sententiam dixerit: ex eo iniuriam dicam, quod iure et iustitia caret, quasi non iniuriam. Contumeliam autem a contemnendo. Iniuriam autem fieri Labeo ait, aut re, aut verbis. Re, quoties manus inferuntur: verbis autem, quoties non manus inferuntur, sed conuicium fit. *Haecenus* Vlp. Pacuuius ap. Non. 5, 32 Patior facile iniuriam, si est vacua a contumelia. Spretaeque iniuria formae Virg. Aen. 1, 31. Iniuria saepe numero dicitur Laesio quaecumque sine respectu ad ius violatum. Duo genera caelestis iniuriae, alterum tempestates — alia, quae silente caelo ferenisque noctibus fiunt Plin. 18, 28 *extr.* Semper iniuria melius fieri *linum* Idem 19, 1. *Et sic passim.* Matres omnes filiis in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse Ter. Heaut. 5, 3, 15. Plin. Pa-neg. 38, 5 Minuere orbitatis iniurias. Sterilitatis Idem ibid. c. 30, 2. *Add. c. 37, 1.* Liu. 42, 1 Iniuria Consulis etiamsi iusta. Iniuria, *passive*: ut, Iniuriae civium, *i. Quae civibus inferuntur.* Cic. de In-vent. 1, . . . Plin. Epist. 3, 4 Veniebat in mentem priores nostros etiam singulorum hospitem iniurias accusationibus voluntariis execu-tos. *Actiue fere ubique occurrit.* Columel. 3, 20 Ne nunc mille tem-pestatum iniurias persequar. Plin. 8, 48 *de vestibus.* Ab iniu-ria obliuionis se afferere Plin. Epist. 3, 5. Obnoxius iniuriis, *vid.*

25 OBNOXIUS. Opportunus iniuriae, *Facilis ad accipiendam iniuriam.* Plin. 9, 31 *de cancriis*, Pinnoteris autem vocatur minimus ex omni ge-nere, ideo opportunus iniuriae. ¶ 2 *Epitheta*: Atrox iniuria, *vid.* ATROX. Breuis Ouid. Met. 3, 267. Grauis Vlpian. l. Sed si vnus §. Quaedam iniuriae D. de iniuriis. Inignis, *vid.* INSIGNIS. Intolerabilis Vlpian. in l. 2 D. de iis, qui sui vel alien. iur. sunt. Laeues et nullius momenti Vlpian. in l. Sed si vnus §. Quaedam iniuriae D. de iniuriis. Longa Virg. Aen. 1, 341. ¶ 3 *Verba*: Cic. Off. 3, 72 Quotus enim quisque reperietur, qui impunitate et ignoratione omnium proposita, abstinere possit iniuria? Accipere iniuriam Quintil. 8, 5. Cic. Tusc. 5 c. 19. *vid.* ACCIPIO. Admittere, *i. Facere.* Caius in l. si plures serui D. de iniuriis, Tan-to maior iniuria, quanto a pluribus admittitur, immo etiam tot iniuriae sunt, quot et personae iniuriam facientium. Cic. pro Flacco 104 At Flaccum iudices, si (quod dii immortales omen auertant) gra-uis iniuria afflixerit. Afficere iniuria, *vid.* AFFICIO. Agere iniuriarum Quintil. 3, 6. Animaduertere iniuriam, *vid.* ANIMAD-VERTO. Circumretit vis atque iniuria quemque Lucret. 5, 1151. Concedere iniuriae, *Cedere periculo et succumbere.* Sallust. in Iugurth. c. 14 *extr.* Utinam emori, fortunis meis honestus exitus esset, ne vi-vere contentus viderer, si defessus malis, iniuriae concessissem. Confertur iniuria in personam alicuius Paulus in l. eum, qui nocen-tem §. si iniuria mihi fiat ab eo D. de iniuriis. Contlare iniuriam Cic. pro Rosc. Amer. 1. Confociare iniuriam, Contegere iniuriam, *vid. bb. vv.* Cic. Fam. 1, 9 Grauisissimas iniurias communis con-cordiae voluntaria quadam obliuione contriueram. Conueniri iniu-riarum Vlpian. in l. iniuriarum actio §. si quis me prohibeat D. de iniuriis: *et in l. nec magistratibus, eod. tit.* Damnatus iniuria-rum, Decernere iniuriam, Defendere alicui iniuriam, *vid. ff. ll.* Defendere iniuriam foribus: *i. Prohibere, ne quod damnum inferatur* Plaut. Most. 4, 2, 19. Detrahere ab iniuria Cic. Fam. 5, 2. Do-lere, *vid. mox Vlcisci.* Experiri iniuriarum Vlpian. in l. non so-lum §. plane D. de iniuriis: *et in l. iniuriarum actio §. si quis per iniuriam, eod. tit.* Ter. Hec. 3, 1, 27 Non maximas, quae maxi-mae sunt interdum irae, iniurias faciunt. Ibid. 4, 4, 70 Facis huic adeo iniuriam. *Vbi* Donatus, Facis iniuriam, pro Facis in-iuste. Cic. Off. 1, 34 *de iustitia*, Maximam autem partem ad ini-uriam faciendam aggrediuntur, *etc.* *Conf.* Idem de Amic. c. 21. *Contraria.* Anton. ad Cic. Att. 10, 8 Qui tibi vt beneficium daret, prius iniuriam fecit. Facere iniuriam virgini, *est Stuprum inferre* Plaut. Aul. 4, 10, 64. *Burman. ad* Quintil. Decl. p. 476. Iactam et immisam a te nefariam a me iniuriam semper duxi: peruenisse ad me, nunquam putavi iniuriam in aliquem Cic. in Parad. 4, 1. Im-ponere iniurias alicui, *vid.* IMPONO. Inducere iniuriam testa-mento aduersus liberos suos Maximus in l. 4 D. de inoffic. testam. Inferre iniuriam, et Propulsare, *contraria* Cic. Off. 1, 24 c. 7. *de in-iustitia.* Iniungere, *vid. mox* Pati iniuriam *et add. modo dicta in* INIUNGO *extr.* Insectari iniuriam alicuius, *vid.* INSECTOR. Sallust. Iugurth. c. 14 *extr.* Nunc neque viuere libet, neque mori licet sine dedecore P. C. Oro vos per liberos, atque parentes vestros, per maiestatem Pop. Rom. subuenite mihi misero, ite obuiam iniuriae. Laborare alterius iniuria, Lacerare iniuria, Leuare iniurias, Lu-crificare iniuriam, Negligere iniurias, *vid. bb. vv.* Occupare per iniuriam bona alicuius Vlpian. in l. item apud Labeonem §. si quis bona D. de iniuriis. Offerre iniuriam Ter. Hec. 5, 1, 14. *Vbi*

80 Donatus, Offerimus iniuriam non merenti: Reddimus ei, qui mere-tur. *Contraria.* Vlpian. in l. 3 D. de iniuriis, Illud relatum per-aeque est: eos, qui iniuriam Pati possunt, et facere posse. *Paullo post*, Namque hi iniuriam Pati solent, non facere. *Ibidem frequenter.* It. Cic. de Amic. c. 21. Patiuntur iniuriam oculi Scribon. 23. *i. dolorem f. malam affectionem.* Liu. 3, 65 Cauendo ne metuant homines metuendos vitro se efficiunt: et iniuriam a nobis Repulsam, tanquam aut Facere aut Pati necesse esset, Iniungimus aliis. Persequi iniuriam Cic. Verr. 2, 9. Prohibere se, et suos ab iniuria Caes. B. G. 2, 32. Propulsare iniuriam Cic. pro Rosc. Amer. 145. *et de Off. 1 c. 7.* Prose-quatur suam iniuriam Neratius in l. pater D. de iniuriis. Redundat ad dominum iniuria seruo facta Vlp. in l. item apud Labeonem §. interdum iniuria D. de iniuriis. Vlpian. in l. sed si vnus §. si cum ante iudicem D. de iniuriis, Qui enim accepit satisfactionem, iniuriam suam remisit: nam etsi nuda voluntate iniuriam remisit: indubitate dicendum est, ex-stingui iniuriarum actionem non minus, quam si tempore abolita fuerit iniuria. *Paullo post*, §. filiofamilias, Quia remittit atque donat iniuriam. Repellere, *vid. modo* Pati. Reuellere iniurias Cic. Att. 5, 20. Soluere iniuriam, *Vindicare et vlcisci* Sall. in Oratione Lepidi ad Populum. Sub-actus iniuria Liu. . . . *i. Coactus.* Teneri iniuriarum Vlpian. in l. 3 D. de iniuriis: *et in l. iniuriarum actio §. si quis de honoribus, eodem titulo.* Cic. Verr. 2, 9 A te peto, vt meas iniurias perinde doleas, vt me existimas et dolere tuas, et Vlcisci solere. ¶ 4 Iniuria, *Ablatiuus, qui aduerbialiter ponitur pro eo, quod est, Sine causa et immerito.* Plaut. Epid. 5, 2, 50 Maxima hercle iniuria vincit asto. Ter. Heaut. 3, 3, 20 Syre, pudet me. s. credo: neque id iniuria. Cic.

Cic. in Catil. 1, 17 Iniuria suspectus ciuibus suis. Iniuria dispertire, *i. iniuste, inaequaliter* Plaut. Aulul. 2, 5, 5. Iniuria tua factum est, *Per te* Idem Truc. 1, 2, 66. Non iniuria tibi illud accidit, *Non immerito* Cic. de Nat. Deor. 3, 89. Nec iniuria, *i. non sine causa, non abs re* Cic. Q. Fratr. 3, 8. Hoc horret Milo, nec iniuria Id. 5 pro Rosc. Amer. 116.

INIVRIOR, āri. Dep. Senec. de Const. Sap. c. 9 Omne fortuitum circa nos facit, et iniuriatur. Plus victoriatum est, quam iniuriatum Tertull. adu. Gnost. c. 6.

INIVRIVS, a, um. Adi. [*ἰβριος*] Nomen est comicum, quo etiam oratores vtuntur, *i. e.* qui audet aliquid contra ordinem iuris. Sic Seruius ad Aen. 9, 107. Ter. Heaut. 2, 3, 79 Multis modis iniurius Clitipho est: neque ferri potis est. Idem Andr. 2, 3, 3 Ipsus sibi esse iniurius videatur: neque id iniuria. Iniurium est: *i.* Iniquum, et vim Aduerbii habet, *inquit* Donatus. Vid. Plaut. Curc. 1, 1, 65. *it.* Aulul. 4, 7, 19. Ter. Hec. 1, 1, 14 Tamen eandem pol esse omnibus, iniurium est. *s.* iniurium est autem vlisci aduersarios? Cic. Off. 3, 89 c. 23 Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebitne eam sapiens, si potuerit? Negat: quia sit iniurium. 20

INIVRIE. Adu. pro Iniuriose. Naenius Lycurgo: Oderunt dii homines. Iniuriose egone, an ille iniurie facimus. Nonius 2, 429. Superl. Iniuriissime Ammian. 16 p. 156.

INIVRIOSVS, a, um. Adi. [*ἰβριος, ἰβριος*] Qui infert iniuriam. Cic. Off. 1, 44 c. 14 Primum in eo peccant, quod iniuriosi sunt in proximos. Ictus iniuriosus, *Dammum inferens et periculosus*: Plin. 17, 24 Aut circumfossor iniurioso ictu verberauit. Vita iniuriosa facinorosaque, *Plena sceleribus et iniquitatibus, nempe aliis noxia.* Cic. de Legg. 1, 40 c. 14 Quod si poena, si metus supplicii, non ipsa turpitudine deterret ab iniuriosa facinorosaque vita, nemo est iniustus. 30 Venti Hor. Epod. 17, 34. In socios vero ipsos iniuriosum et contumeliosum est Cic. pro Corn. Balb. 24. Iniuriosum est rapto viuere Sen. Epist. 71 ad fin. Compar. Sen. Controu. 2, 12 Nescio an aduersus patrem iniuriosior sis, quod abstulisti illi heredem, an quod dedisti. Superl. Adrian. Imp. apud Vopisc. in Saturn. c. 8 de Aegyptiis, Genus 35 hominum seditiosissimum, vanissimum, iniuriosissimum.

INIVRIOSE. Adu. [*ἰβριος*] Cic. ad Brut. 13 Qui si eripuerit se nobis (quod velim temere atque iniuriose de illo suspicati sint homines) oro atque, *etc.* Add. Idem ad Q. Fratr. 1, 1, 7. Val. Max. 2, 9, 2. Vlpianus in l. nec magistratibus D. de iniuriis, Nec magistratibus licet aliquid iniuriose facere. Compar. Cic. pro L. Manil. 11 c. 5 Maiores vestri saepe mercatoribus ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt. Superl. Augustin. Octogint. Quaeft. 82 Iniuriosissime cogitantur.

INIVRVS an dixerunt antiqui, ut Periuirus? Plaut. Perf. 3, 3, 4 *Enter conuicia lenoni dicta est iniure in omnibus MSS.* Significabit hominem iniurium in alios, vel quicum nulla est societas iuris, cum ipse sit sine iure. 45

INIVSSVS, ūs. m. [*ἰνευ τῆς προτάξεως*] fere in Ablatio usurpatur: ut, Iniussu meo vel tuo: *i. te non praecipiente.* Ter. Phorm. 2, 1, 1 Itane tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo? Cic. de Senect. 73 Vctatque Pythagoras iniussu Imperatoris, id est Dei, de praesidio et statione vitae decedere. Conf. Id. Tusc. 1 c. 30. Liu. 2, 12 Consulum iniussu et ignaris omnibus.

INIVSSVS, a, um. Adi. [*ἰνευ*] Horat. Serm. 1, 3, 1 Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos Vt nunquam inducant animum cantare rogati, Iniussi nunquam desistant: *h. e.* Quando non iubentur, neque rogantur. Iniussa virefcunt gramina, *i. sine cultu* Virgil. Georg. 1, 55. Id. Ecl. 6, 9 Non iniussa cano. Haec iniussa veniunt, iniussa discedunt Sen. Ep. 11. 60

INIVSTVS, a, um. Adiect. [*ἰδίκος, ἄδικος*] Iusto contrarium. Ter. Adelph. 1, 2, 18 Homine imperito nunquam quidquam iniustus. Iniustus, qui iustam magnitudinem excedit: Virg. Georg. 3, 347 Iniusto sub faece viam dum carpit: Seruius. Ita Ascon. interpretatur Iniustas inimicitias Cic. pro Milon. . . per Magnas inimicitias. Amor Ouid. Fast. 2, 779. Auribus loqui Id. Epist. 12, 176. Bellum Ouid. Met. 5, 210. Quinctil. Decl. 13 Cur iniusto quotidie Iugo bouum colla deteruntur? *i. iniquo et graui.* Ius Ouid. Trist. 5, 10, 43. Lex Tibull. 1, 5, 58. Nouerca Virg. Ecl. 3, 32. Onus imponere Cic. in Orat. 35. Pax, vid. PAX. Regna tenebat Ouid. Met. 5, 277. Sententia Id. Met. 11, 172. Vir maleficus et iniustus Cic. Tusc. 5, 57 c. 20. Non iniustissimum dicitis Arnob. 2 p. 51.

INIVSTE. Adu. [*ἰδίκος*] Inique. Plaut. Pseud. 2, 2, 18 Non soles respicere te, quum dicas iniuste alteri? Iniuste facta Cic. de Fin. 1 c. 16. Idem de Fin. 2, . . . Quam multa vero iniuste fieri possunt, quae, *etc.* Superl. Sall. Jug. c. 85 sub fin. Iniustissime Tertull. adu. Marc. 4, 7 extr. 75

INIVSTITIA, ae. f. [*ἰδίκη*] Iniquitas. Ter. Adelph. 3, 2, 4 Tot res repente circumuallant, vnde emergi non potest, vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia. Idem Heaut. 1, 1, 82 Eum ego eieci hinc miserum iniustitia mea. Cic. Off. 1, 41 c. 13 Totius iniustitiae nulla capitalior est, quam eorum, qui cum maxime fallunt, id agunt, vt viri boni esse videantur. 85

I N L vid. I L L

INLICITATOR, ōris. m. Fest. *i. emtor.*

INLOCABILIS filia, cassā dote Plaut. Aulul. 2, 2, 10. et ex eo Varro L. L. 4, 2. 90

I N N

INNABILIS, INNANS, vid. INNO.

INNARRABILIS, e. Adi. Innarrabilibus nocte dieque sonis Lactant. de Phoenice, v. 54 ex MS. Voss. 95

INNASCOR, natus sum, asci. [*ἐγγίνομαι*] Simul nasci. Cic. Off. 1, 64 Sed illud odiosum est, quod in hac elatione et magnitudine animi, facillime pertinacia et nimia cupiditas principatus innascitur. Ter. Andr. 4, 1, 1 Tanta vecordia innata cuiquam vt fiet, *etc.* Innatum est omnibus id vitium Ter. Hec. 4, 1, 28. Cic. de Fin. 2, 99 Innatam esse homini probitatem. Felix vrenda innascitur agris Hor. Serm. 1, 3, 37. 100

INNATVS, a, um. Partic. Cic. de Natur. Deor. 1, 44 c. 17 Intelligi necesse est, esse Deos, quoniam infitas illorum vel potius innatas cognitiones habemus. Idem Topic. 69 Specie autem com- 105

parantur, vt antepnantur, quae propter se expetenda sunt, iis, quae propter aliud: et vt innata atque insita, assumtis et aduenticiis: integra contaminatis. Eodem innati solo, quod incolunt Iustin. 2, 6, 4. i. ἀντιόξοτες. Innatus dicitur homo alicui rei, Ad quam natura factus est, certe quae in parentibus etiam fuit. Senec. de Const. ad Polyb. 21 Sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus est tantum, sed etiam innatus, sic esse fundatum. Cic. Verr. 5, 139 c. 53 Reliqua est ea causa Iudices, quae non iam recepta, sed innata: neque delata ad me, sed in anima sensuque meo penitus affixa atque insita est. Idem Verr. 4 c. 48 pr. Hoc — ipsis Siculis tam persuasum est, vt animis eorum insitum atque innatum esse videatur. Innatus in nobis amor cognitionis et scientiae Cic. de Fin. 5, 34. Amor habendi Virgil. Georg. 4, 177. Cupiditatem scientiae quandam insitam, vel potius innatam habemus Cic. de Fin. 4, 4 c. 2. Dulcedo rerum nobis innata est Sen. Ep. 9. Lapis renibus innatus Scribon. 145. Libido Ouid. Met. 6, 458. Probitas gratuita homini innata, non inuitata voluptatibus Cic. de Fin. 2, 99. Innatissimus Basil. Groning. de Orat. 7, 8. Robora innata rupibus Ouid. Epist. 7, 35.

5
10
15
20
25
30
35
40
45
50
55
60
65
70
75
80
85
90
95
100
105

¶ 2 Innatus apud Christianos scriptores alio sensu usurpatur, sc. pro Non natus. Tertullianus adu. Valentinian. c. 15 Materia quam innatam volunt. Prudent. Apoth. 246 Natum scimus ab innato.

INNASCIBILIS, e. Adi. Qui nasci non potest, apud Ecclesiasticos scriptores. Vid. Tertull. de Praescript. aduers. haeret. c. 46. Maximus Taurin. in Expos. Symboli.

INNATO, āre. [ἐννήχουμαι] Ad simplex Nato adiungit vim suam Praepositio. Columel. 12, 4 Vbi non innatent, sed semper sint iure submersa. Plin. 8, 40. Innatare in fluuium Plin. 8, 40. Cic. de Nat. Deor. 2, 123 c. 78 Itaque quum pisciculi parui in concham hiantem innatauerint. Virgil. Georg. 2, 451 Necnon et torrentem vndam leuis innatat alnus. Flumini Plin. 8, 25. Idem 18, 35 Innatans aquis pluma. Sal fontibus quibusdam innatat Plin. 31, 7. Innatat terrae fluuius Idem 5, 9. Vnda dulcis freto innatat Ouid. ex Pont. 4, 10, 63. Lactuca innatat stomacho Horat. Sermon. 2, 4, 59. Innatantes membranas impresso pollice abducere Scribon. 37 de palpebris. Olei modo innatat Plin. 12, 25. Hinc dicuntur ea Innatare, quae manifesta, conspicua, et in superficie quasi sunt. Columel. 4, 1, 7 Repastinata humus — condensata subsidit, ac velut innatantes radices vitium summo solo destituit. Quinctil. 7, 1, 45 Illi, quibus — cura in proximo est, haec velut innatantia videbunt, ἑπιπολάζοντα, quae facile in oculos incurrunt, non demersa in puteo Heracliti. Ita 10, 7, 28 Innatans verborum facilitas.

INNATURALIS, e. Adi. Ad innaturales transire amplexus Sarisb. 1, 4.

INNAVIGO, āre. Scelerum fluctibus innavigare Scriban. in Prodigio.

INNAVIGANS, antis. Partic. Mela 2, 1 Sinistro latere innavigantium apposita.

INNAVIGABILIS, e. Adiect. [ἀπλευρος] Fluuius innavigabilis, Vbi quis nauigare non potest. Liu. 5, 13 Insignis annus hieme gelida ac niuosa fuit, adeo, vt viae clausae, Tiberis innavigabilis fuerit.

INNECTO, xui, xum, ěre. [ἐνείσω] Nectere, circumligare, colligare. Virgil. Aen. 8, 661 Tum lactea colla Auro innectuntur. Palmas amborum innexuit armis paribus Idem Aen. 5, 425. Brachia collo Stat. Theb. 4 ad fin. Cervicibus innecti Tacit. Hist. 4, 46, 7. Colla innectens ambobus lacertis Ouid. Met. 11, 240. Fauces laqueo Id. Met. 10, 378. Pedem vinculis innexa columba Virg. Aen. 5, 511. Tempora fertis innectunt Ouid. Trist. 5, 3, 8. Fraus innexa clienti Virg. Aen. 6, 609. Morandi causas innecte Idem Aen. 4, 51. Moras innectere Stat. Theb. 5, 743. Tacit. Ann. 6, 36 Quia Hyrcanis, Carmaniisque Per affinitatem innexus erat.

INNERVIS, e. Adi. Inneruis animus Sidon. Ep. 1, 6. i. mollis, viribus destitutus, vt eneruis.

INNEVVS, ūs. m. Apul. Met. 2 p. 115 Innexu germanitatis vna coaluimus.

INNIDIFICO, āre. Innidificatur nido lapis aëcites Plin. 10, 3. al. inaedificatur. Vid. Salmaf. ad Solin. p. 178.

INNITOR, itī. [ἐπειδω, ἐπεπειδω] Inhaerere, incumbere. Varie construitur. Datiuo: Quinctil. 6, 2 Omnia curae tutelaeque vnus innixa. Baculo innitens Ouid. Met. 14, 655. Cubito innixa Virg. Aen. 4, 690. Arator innixus stiuae Ouid. Met. 8, 218. Fractae innititur hastae Stat. Theb. 12, 144. Tacit. Ann. 3, 30, 6 Igitur incolumi Mecaenate proximus, mox praecipuus, cui Secreta imperatorum inniterentur. Ablatiuo: Cic. Acad. 4, 89 — Intendit crinitus Apollo Arcum auratum luna innixus. ex Poëta. Salus incolumitate eius innititur Tacit. Ann. 15, 60, 4. Liu. 4, 19 Et ipsa hasta innixus se in pedes excipit. Hac arte innixus Hercules arces tetigit igneas Horat. Carm. 3, 3, 10. Humero dextro innixus Propert. 1, 20, 44. Cic. de Arusp. Resp. 66 c. 27 Etenim vix haec, si vndique fulciamus, iam labefacta, vix inquam innixa in omnium nostrum humeris cohaerebunt. Innixus in aliquem Plin. 7, 53.

INNO, āre. [ἐννέω] Vt Innato, v. v. Cic. de Natur. Deor. 2, 100 Quot genera, quamque disparia partim submersarum, partim fluitantium et innantium beluarum. Liu. 21, 26 Nihil, dummodo innare aquae et capere onera possent, curantes. Fluuios innare rapaces Virgil. Georg. 3, 142. Classis innat mare Sen. Thyest. f. 3. — Mari Tac. Ann. 1, 70.

INNANS, antis. Part. [ἐννέων] Hor. Carm. 3, 17, 7 Et innantem Maricae Litoribus tenuisse Lirim.

INNABILIS, e. Adi. Vbi nari, natari, nauigari non potest. Ouid. Met. 1, 16 Sic erat instabilis tellus, innabilis vnda. Et Virg. Aen. 6, 438 Tristifera palus innabilis vnda. Sic etiam MSS. quidam. Seruius alique Inamabilis.

INNOBILITATVS, a, um. Adi. Quae nobilitates maritos habuerant, ne innobilitatae remanerent Lamprid. Heliog. c. 4. De consulari speciatim dignitate sermo est.

INNOCENS, entis. Adi. [ἀδύως, ἀκακος] Cic. Tuscul. 5, 41 Innocens dicitur non qui leuiter nocet, sed qui nihil nocet. Ter. Adelph. 2, 1, 1 Obsecro populares feret misero atque innocenti auxiliium. Cic. pro Rosc. Amer. 56 Innocens si accusatus sit, absolui potest: nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. Innocens, integer, religiosus vir Idem Verr. 4, 7. Pater innocentissimus Cic. Verr. 4 c. 33. Vir bonus et innocens Idem de Clar. Orat. 179 c. 48. Mulier Horat. Carm. 3, 24, 18. Seruus innocentissimus

mus Sen. Contr. 21. Cic. Fam. 7, 19 Epistolam tuam, quam accepi ab L. Arruntio, concidi innocentem: nihil enim habebat, quod non vel in concione legi posset. Martial. 1, 78 Quis curam neget esse te deorum, Propter quem fuit innocens Ruina? Damnare innocentem Cic. Tusc. 1, 100 c. 42. Factorum innocens sum Tacit. Ann. 5 4, 34. Pro Innocuo: Plin. 23, 1 de uuis, Innocentiores, quae decerpae diu pependere: qua ventilatione etiam utiles fiunt stomacho aegrisque. Cibus innocentior Plin. 23, 7 f. 67. Fungi Idem 22, 23. Victus Id. 19, 4. Horat. Carm. 1, 17, 21 Hic innocentis pocula Lesbii Duces sub umbra.

INNOCENTER, Adu. [*ἀθώς*] *Innoxie*. Cic. in Sallust. Ante, quam eos res suae gestae, et vita innocentissime acta commendauit. Innocenter viuere Quinctil. 7, 4. Plin. 18, 32 Omnia, quae caeduntur, carpuntur, tondentur, innocentius decrefcente luna, quam crescente fiunt.

INNOCENTIA, ae. f. [*ἀνοκία, ἀνευθύνια*] *Integritas, siue, ut Cic. Tusc. 3, 16 c. 8 ait, Affectio animi talis, quae noceat nemini.* Sallust. in Iugurth. c. 46 pr. Vbi quae Metellus agebat, ex nuntiis accepit simul, et de innocentia sua certior Romae factus diffidere, ac tum demum veram deditioem facere conatus est. Innocentiae plus periculi quam honoris est Idem Iug. c. 31. Vbi libido dominatur, innocentiae leue praesidium est Cic. in Orat. 4. 65. Singularis integritas atque innocentia idem Diu. Verr. 27. Summa integritate et innocentia vir Cic. Philipp. 3, 25 c. 10. Mutua, vid. MVTVVS. Constat de eius innocentia, vid. CONSTO. Inge- 25 nii praesidio, poena iudiciorum liberare innocentiam Cic. de Orat. 1, 202. Etiam dicitur de Abstinentia, et opponitur Auaritiae. Cic. de L. Manil. 36 c. 13 Quanta innocentia debent esse Imperatores? quanta in rebus omnibus temperantia?

INNOCIA, ae. f. [*ἀβλαβεία*, pro Innocentia, apud Glossas. Vid. Salmaf. ad Solin. p. 325.

INNOCVVS, a, um. Adi. [*ἀβλαβής*] *Actiue et Passiue accipitur. Innocens, qui non nocet.* Lucan. 3, 482 Vt grandine tecta Innocua percussa sonant. Martial. 7, 11 Ludimus innocuis verbis. Genus Ouid. Fast. 1, 442. Iter Idem Fast. 4, 800. Opem monstrare Ouid. de Rem. Amor. 252. Virgil. Aen. 7, 230 Litusque rogamus Innocuum. Vbi Seruius: Innocuum, non quod nulli noceat, sed quod vindicatum nulli possint nocere: quae eadem sententia est, quam Grot. de I. B. et P. ad 2, 2, 13 habet, cuius vindicatio nulli possit nocere. ¶ 2 Sed etiam passiuè Virgil. 10, 301 Donec rostra tenent sicum, et sedere carinae Omnes innocuae, i. nihil laesae, quidquid arguetur Valla 6, 17 innocuas dici, quod non nocuerint, neque sibi, neque vectoribus. Innocuum illaesum, hic interpretatur Non. 5, 94. Sic Claudian. in Cons. Honor. 4, 195 — Subita cum luce comarum Innocuus flagrarat apex. Sic Spatiofo belua rictu Cepit, et innocuum vasta ructauit ab aluo Paullin. de Iona apud Barth. ad Claud. p. 602.

INNOCVE, Adu. Idem. Innocue viuite: numen adest Ouid. A. A. 1, 640. Suet. Domit. c. 19 Sagittas tanta arte direxit, ut omnes per interualla digitorum pueri manum dispanfam pro scopulo praebentis innocue euaderent.

INNODO, are. Spiritis categoricis lubricas quaestiones innodare Sidon. Epist. 9, 9.

INNODATVS, a, um. Part. [*ἐνδεδεμένος*, Gloss. Gr. Lat.] Innodato gutture laquei nexibus interire Ammian. 28, 5. Conf. Idem 30, 7 extr. causa multis ambagibus innodata l. fin. §. 1 Cod. de compensat.

INNOMINATVS, a, um. Adi. Sarisber. 2, 27. INNOMINABILIS, e. Adi. Deus indictus innominabilis Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 3 Adde Tertullian. aduers. Valent. c. 27. Sarisb. c. 1.

INNOTESCO, are. [*διαγνωρίζομαι*] *Notum fieri.* Plin. 35, 11 Ctesilochus Apellis discipulus petulanti pictura innotuit. Sceleribus innotescere Valer. Max. 8, 14, 3. Libellis nostris innotuit illa Ouid. Amor. 3, 12, 7. In maius innotescere Tac. Hist. 4, 50, 1.

INNOTESCENTIA, ae. f. Sarisber. in Epist. INNOTITIA, ae. f. Ignorantia. Gell. 16, 13 extr. Obscura, obliterataque sunt municipiorum iura, quibus uti iam per innotitiam non queunt. Ita Gronou. ex optimis quibusque libris, nisi quod ignotitiam quidam habent.

INNOTO, are. Neque eos circulos corpore siderum innotauimus Hygin. Astron. 4, 1. Sed Scheff. annotauimus conicit: notauimus edidit Munkerus.

INNŌVO, are. [*ἐγκαινίζω*] *Novum facere.* Cic. in Pison. 89 c. 36 Quo te modo ad tuam intemperantiam scelerate innouasti? re-creasti. Liu. 21, . . Caetera visu quam dictu foediora terrorem innouarunt.

INNOVĀTVS, a, um. Part. Minut. Fel. c. 11, 7 Resurgere, corporibus innouatis.

INNOVATIO, ōnis. f. Apul. in Trism. p. 95 Innouationem omnium rerum, quae in mundo sunt per alternationem faciunt. Tertull. contra Marc. 1, 1. et Arnob. 1 p. 7 Rerum innouatio. Id. 3 p. 104 Successionis perpetuae innouatione durare.

INNOXIVS, a, um. Adi. [*ἀκαταίματος, ἀνπεύθυνος*] *Obnoxio contrarium est: significat autem Innocentem, carentem culpa, inculpatum, siue eum, qui minime nocet.* Plaut. Capt. 3, 5, 7 Decet innocentem feruum atque innoxium, confidentem esse, suum apud herum potissimum. Innoxium plecti Nep. 1, 8, 4. Liu. 5, 29 Pessimo exemplo innoxii denis millibus grauis aeris condemnati sunt. Conf. Id. 4, 42 et 44. Comparat. M. Cato apud Priscian. 3 p. 601 Quantoque suam vitam superiorem atque ampliorem, atque antiquiorem in animum inducent esse, quam innoxiiorem, per duplex ii, ut fiat Comparatiuus una Syllaba auctior quam Positiuus. Leo innoxius, Non nocens: Plin. 8, 10 Idem satiati, innoxii sunt. Lucan. 9, 727 Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris Serpitis aurato nitidi fulgore Dracones. Saltus, In quibus nullum est periculum: Plin. 3, 5 Tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii saltus. Serpens Virg. Aen. 5, 92. Verba non innoxia Id. Georg. 2, 683. ¶ 2 Passiue, cui non nocetur, [*ἀπήμων*] Columel. 2, 10 Sic condita, erit a curculionibus innoxia. Idem 5, 9 Ut sit innoxius ab iniuria pecorum, i. ne laedatur a pecoribus. Columel. 12, 44 de malis Granatis seruandis, Praesertim quum liceat etiam detracta arboribus eadem innoxia custodire. Sallust. in Catil. 39, 2 Hi magistratus prouincias aliaque omnia tenere, ipsi innoxii, florentes, sine metu aetatem agere, caeterosque iudiciis terrere. Lucan. 9, 892 Gens 105

vnica terras incolit a faeuo serpentum innoxia morsu. Curt. 9, 4
 11 Leuiores (nauigia) — in ripam tamen innoxia expulsa sunt.

INNOXIE. Adu. Idem. Minut. Fel. c. 33 Deum caste, innoxie, religioseque coluerunt.

5 INNOX, pro Innocens. Gloss. Gr. Lat. Innox, ἀβλαβής. Conf. Salmast. ad Solin. p. 325. Isidor. 10 n. 1.

INNŪBĪLVS, a, um. Adi. [ἀνέφελος] Idem, quod Serenus. Lucret. 3, 21 — Semperque innubilis aether Integit, etc.

10 INNŪBĪLO, āre. Obscurare. Solin. c. 66 Si purum fuerit, quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum. Si turbidum: aut pallorē languescunt, aut ruffo innubilantur.

INNŪBĪS, e. Adiect. [ἀέθριος] Sine nubibus, fudus et clarus. Sen. Herc. Oct. 237 Namque vt reluxit pellicis captae decus et fulsit Iolae: qualis innubis dies.

15 INNŪBO, pfi, ptum, ěre. proprie significat Ad domum viri transire. Non. 2, 431 Innubere positum (pro) transire, quod hae, quae nubunt, ad domos maritorum transeunt. Lucil. Sat. 6 Suam enim inuadere atque innubere censent. Liu. 1, 34 Lucunoni contra omnium heredi bonorum, quum diuitiae iam animos facerent, auxit ducta in matrimonium Tanaquil, summo loco nata, et quae haud facile iis, in quibus nata erat, humiliora fineret ea, quae innuplisset, quae lectio Gronouiana a Drakenborchio etiam retenta, firmatur verbis Nonii. Ouid. Met. 7, 861 Ne thalamis Auram patiare innubere nostris.

25 INNŪPTA. Partic. [ἀγάμητος] Non nuptus. Decus innuptarum Catull. Arg. 62, 78. Puellae Virg. Aen. 2, 238. h. e. non nuptae. Cic. de Orat. 3, 217 c. 56 Qua tempestate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis, i. contra ius factis.

30 INNŪBA. [ἀγαμος] Idem. Permaneo innuba Ouid. Met. 14, 142. De Sibylla, quae perpetuam virginitatem seruauit. Laurus Idem Met. 10, 92. Pallas Aufon. Epigr. 106. Vestalis Prudent. adu. Symm. 2, 1072.

INNŪCLEATVS, a, um. Adi. Vucae passae, innucleatae Plin. Valer. 1, 7 ex quibus nuclei non exenti.

35 INNŪMERABILIS, e. Adi. [ἀναρίθμητος] Quod numerari non potest. Cic. Verr. 3, 8; Cognoscite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam. Idem de Fin. 2, 29 Reperiam Multos vel innumerabiles potius, non tam curiosos, nec tam molestos, quam vos estis, quibus quidquid velim, facile persuadeam. Multitudo Cic. post redit. in Senat. II. Pecunia Id. pro Quint. c. II. Mundi Cic. Acad. 4, 55 c. 17. Series annorum Hor. Carn. 3, 30, 4.

40 INNŪMERABILĪTER. Adu. [ἀναρίθμητως] Lucret. 5, 274 Aera nunc igitur dicam, qui corpore toto Innumerabiliter priuas mutatur in oras.

45 INNŪMERABILĪTAS, ātis. f. [τὸ ἀπειρον] Cic. de Nat. D. 1, 73 c. 26 Tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitateinque mundorum, eorum, etc. Add. ib. 109 c. 39.

50 INNŪMERĀLIS, e. Adi. [ἀπειρος] Idem quod Innumerabilis, sed antiquum. Lucret. 2, 1083 — caetera, quae sunt, Non esse vnica, sed numero magis innumerali.

INNŪMĒRVS, a, um. Adi. [ἀνόρισθμος] Idem. Plin. 2, 3 Innumerae rerum effigies. Idem 5, 27 Immensus ipse, et innumera- rum gentium arbiter. Cic. de Orat. 2, 94 c. 22 Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cuius e ludo tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt. Gentes Virgil. Aen. 6, 706. Hoste cinctus Ouid. Trist. 5, 12, 20. Numero innumero Lucret. 2, 1053. et 3, 780. ¶ 2 Innumerus, vt Turnebo placet, orationem denotat, quam Profam vocamus, in epitaphio comici

60 Plauti apud Gell. 1, 24 Et numeri innumeri simul omnes collacrimarunt: cuius sententiam esse putat, illius Poetae casu non tantum est versus, sed etiam solutam orationem lacrimas profudisse. Id, vt censeam, inquit, facit Aufonius, in quo innumeros ita accipi reperisse videor in Protreptico ad Nepotem v. 48 Tu flexu et acumine vocis Innumeros numeros doctis accentibus effer. Sed haud paullo melius Scalliger intelligit numeros, s. versus comicos, multum liberiores, et proinde minus numeros, quam sunt v. g. carmina lyrica. Sic de dithyrambis Horat. Od. 4, 2, II Numerisque fertur lege solutis. ¶ 3

70 Innumerus, vanus, nullo in numero habendus: Barth. Adu. 1, 2 hoc laudat Vindician. ad Valentin. Aliquando potuimus — vanas, et innumeras querimonias refutare. Ex Graeco εἴς ἐν πολέμῳ ἐναρίθμητος.

INNŪMERŌSVS, a, um. Adi. [ἀπειρών] Idem. Plin. 10, 65 Ex omnibus, quae perfectos fetus, vel tantos et innumeros edunt, supra cuncta est murium fetus Sic olim. Sed nunc legitur, Ex omnibus, quae perfectos fetus, suos tantum et numerosos edunt.

75 INNŪMERĀTVS, a, um. Adi. Idem. Tertull. adu. Marc. carn. 2, 17 Innumerata Dei miracula.

80 INNŪO, ěre. [ἐπιτρέω] Signo capitis quid significare. Laudatur Cic. pro Muraen. 51 Atque ille, vt semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque innuit. Exemplar vetus legit, quod secuti sunt post Grut. Induit. Idem Fam. 13, 79 Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio et innuo. Sed recte hodie editur Munio. Auctor ad Herenn. 4, 36 c. 26 Quod si iste suos hospites rogasset, immo innuisset modo. Abiens innuit mihi Ter. Eun. 4, 5, 9. Conf. Non. 5, 65.

INNŪTRIO, ěre. [ἐντρέφω] Idem quod Nutrire, vel Simul nutrire. Sen. Epist. 2 Certis ingeniis immorari et innutriti oportet, si velis aliquid trahere, etc. De lectione variorum auctorum.

90 INNŪTRĪTVS, a, um. Partic. Innutriti dicimur alicui rei, In qua educati sumus. Sen. in Consol. ad Polybium c. 21 extr. Sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus est tantum, sed innatus, sic esse fundatum, etc. Plin. Epist. 9, 33. Innutritus tamen vicissim, vt huiusmodi composita solent, pro Eo, qui est sine nutritione. Cael. Aurel. Acut. 1, 17 Aegrotantem innutritum relinquere.

INNŪTRITIO, ōnis. f. Apud ICtos in Cod.

INNŪTRIBĪLIS, e. Adi. Iuscellum innutribile Cael. Aurel. Acut. 2, 9.

INNŪTRICĀTVS, a, um. Adi. Orosius, . . . In malis innutricati et nati.

I N O

INO, ūis. f. [Ἰνώ] Cadmi filia, vxor Athamantis regis, quae a Graecis Leucothea dicitur, teste Cic. Tusc. 1, 28. Ouid. Met. 4, 527 refert, quemadmodum Ino cum Melicerta filio sese in mare praecipitem dederit,

dederit, *factique sint ambo dii marini, ipsa Leucothea, ille Palaemon.* Ouid. *Fast.* 6, 545 Leucotheae Graeci, Matuta vocabere nostris. *Flebilis* Hbrat. de *Arte Poët.* 123. *Accusat.* Hygin. f. 4 Postea resciscit, Inonem in Parnasso esse, atque bacchationis causa eo peruenisse.

INŌVS, a, um. Adi. [*Ἰνώος*] Ouid. *Met.* 4, 497 — at illi Inosque sinus, Athamanteosque pererrant. *Adde Stat. Silu.* 2, 2, 35. et 4, 3, 60. Ouid. de *Arte Ain.* 3, 176.

INOVEDIO, ire. *Non parere.* Ambros. *Serm. Epiph.* 1 A paradiso recessistis superbiendo, inobediendo et cibum prohibitum comedendo.

INOBAVDIO, ire. *Idem.* Tertull. *adu. Marc.* 3, 16 Exaudi eum, ne inobaudieris eum.

INOVEDIENS, entis. Partic. Vulg. *Interpr.* Deut. 8, 20. et Tit. 1, 10.

INOVEDVS, a, um. Adi. *Idem.* Inobeda cessatio Arnob. 7 p. 248. *Conf. Salmas. in Solin.* f. 24.

INOVEDIENTER. Adu. *Idem.* Augustin. de *Ciu. Dei* 14, 17 Aduersus damnatam culpam inobedientiae, voluntatem libido inobedienter mouebat.

INOVEDIENTIA, ae. f. Augustin. *modo laudatus.* Hieron. *Quaest. Hebr.* in 2 Reg. 1. Saluan. de *Gubern. Dei* 1 p. 20. et de *Auar.* 4 p. 299.

INOBAVDIENTIA, ae. f. *Idem.* Tertull. *adu. Marc.* 4, 17 Qui et inobaudientiam illis exprobrare potest.

INOVEDTOR, ari. Dep. Inobectari in filiis hominum Tertull. *adu. Hermog.* c. 18. *i. delectabatur.*

INOVEDITERATVS, a, um. Adi. *Non obliterated.* Tertull. de *Anima* c. 24 Et homini obliuiosissimo inobliterateda perseverabit scientia naturalium.

INOVEDITVS, a, um. Adi. [*ἀνεπίληστος*] *Memor.* Ouid. ex *Pont.* 4, 15, 37 Semper inobliterateda repetam tua munera mente.

INOVEDITVS, a, um. Adi. [*ἀβράπτωτος*] Ouid. *Met.* 7, 356 Deucalioneas effugit inobrutus vndas, *b. e. non obrutus.*

INOVEDVRO, are. [*ἐπισκοπέω*] *Obscurum reddere, ita, ut nulla fere supersit memoria.* Cic. *Philipp.* 9, 10 c. 5 Cui si statuam in rostris decreto vestro statueritis, nulla eius legationem posteritatis inobscu-rabit obliuio.

INOVEDVRABILIS, e. Adi. Tertull. de *Anima* c. 3.

INOVEDPTVS, a, um. Adi. *Non septus.* Lactant. de *Opific. Dei* c. 8 Aurium foramina voluit Deus esse nuda, et inobseptas.

INOVEDQVENS, entis. Adi. [*ἀπειθήης*] Inobediens. Senec. *Hippol.* 10 v. 1068 Inobsequentes protinus frenis equi rapuere cur-rum. *Conf. Tertull. adu. Marc.* 4, 17 *extr.*

INOVEDVANS, antis. Part. Homines Pallad. 1, 35.

INOVEDVANTIA, ae. f. *Hanc vocem aiunt legi debere* Suet. August. c. 76. *ubi vid. Casaub. et Torrent. it. Gesner. ad Quinctil.* 4, 2, 107. Inobseruantia, neglectus diaetae.

INOVEDVATVS, a, um. Adi. [*ἀδιαφύλακτος*] *Non obser-vatus.* Martial. 8, 33 Luserat hoc casus, nisi inobseruata maneret. *Vid. Ouid. Met.* 4, 341. et 2, 544. *Curfus Sen. Ep.* 40. *Sidera* Ouid. *Fast.* 3, 111. *Tempus Sen. Quaest. Nat.* 3, 26. *Varietas Plin.* 28, 5. *Negotiationum specie inobseruati portas aperuerunt suis* Frontin. *Strat.* 3, 2, 8.

INOVEDVABILIS, e. Adi. [*ἀνεπιτήρητος*] *Quod obseruari non solet, vel etiam non potest.* Plin. 2, 17 Cuius est maxime inobseruabilis cur-sus. Catull. *Arg.* 62, 115 — inobseruabilis error.

INOVEDLETVS, a, um. Adi. *Vestimenta et calceamenta in-detruta et inobsoleta manserunt* Tertull. de *Resurr. Carn.* c. 58.

INOVEDDVVS, a, um. Adi. [*ἀδύτος*] *Non occiduus.* *Vt, Visus innocidui, i. oculi semper vigilantes* Stat. *Theb.* 6, 277 *de Argo.* 60 *Aeuum Nemesian. Cynege.* v. 105. *Axis innociduus, Polus Arcticus, qui nunquam occidit, sed semper apparet* Lucan. 8, 175 — *Sed qui non mergitur vndis Axis innociduus gemina clarissimus Arcto.* *Triones Claud. in Gigant.* 11. *Continua et innocidua vita* Arnob. 2 p. 68.

INOVEDCO, are. [*ἑωλοκοπέω*] *significat Cooperire: quod fit, quum semen in agro seminatum est, et glebas sarculis aut cratibus dissoluimus, ut semen humo contegatur.* Columel. 2, 8 *Nam semen quod sicco solo ingestum et iam innocatum est, perinde ac si repositum in horreo, non corrumpitur.* *Idem* 3, 15 *Seritur ergo prius inmundata, innocata-que, et aequata pastinatione.* *Add. Id.* 11, 2.

INOVEDVLO, are. [*ἐνοφθαλμίζω*] *significat Oculum, f. Gemmam unius arboris alteri adhibere, seu oculum arboris unius inferere in aliam.* Colum. 11, 2 *His quidem diebus arbores ficorum inoculantur. Quod genus infitionis emplastratio vocatur.* *Add. Apul. Flor.* p. 343. *Iustitiae affectus pectoribus inoculandus* Macrobi. *Somn. Scip.* 1, 1. *Sed Tertull. de Anima* c. 19 *Aut vnde nox illis (arbusculis) et frutices inoculantur, et folia formantur, et germina inslantur, etc. De solius naturae operibus videtur loqui, cum oculos protrudit.*

INOVEDVLATVS bullis aureis Apul. *Met.* 6 p. 185. *i. exornatus.*

INOVEDVLATIO, onis. f. [*ἐνοφθαλμισμός*] Colum. 5, 11 *Tertium quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolae emplastrationem: vel, ut quidam, inoculationem.* *Add. Plin.* 17, 14.

INOVEDVLATOR, oris. m. [*ἐνοφθαλμιστής*] Plin. 18, 33 *Hunc caueat insitor calamis, gemmisque inoculator.*

INOVEDORO, are. [*ἐνοδμίζω*] *Odore inficere.* Colum. 11, 3 *Nam sic sata, et rursus sic recondita existimantur, neque acerrimi saporis existere, neque mandentium halitus inodorare.* *de alliis.*

INOVEDORVS, a, um. Adiect. [*ἀνοδμος*] *Quod est sine odore, Quod odorandi sensu et facultate caret.* Gell. 7, 6 *Quaedam animalium alia carent alio, et aut caeca natura gignuntur, aut inodora, inauritate. Quaedam exemplaria legunt, Inora, i. sine ore.* *Add. Non.* 2, 463. *ubi inodora et inaudita, Mercer.*

INOVEDENSVS, a, um. Adi. [*ἀπρόσκαπτος*] *Ad quod quis non offendit.* *Curfus inoffensus honorum* Tacit. *Hist.* 1, 48, 5. *Iter inof-fensum* *Idem Ann.* 1, 56. *Martial.* 14, 214 — *inoffensa curret arundo via.* *Inoffensas voluptates transmittere, per translationem* Plin. *Epist.* 6, 4. *Lumen inoffensum oculorum* Pallad. 1, 3. *In-offensa copulatio vocum, Aures non offendens, non aspera, sed dulcis* Quinctil. 1, 10, 23. *Sic* 1, 1, 31 *Inoffensa literarum inter se coniunctio.*

Inoffensa tempora a valetudine viuere, Nullo morbo lasa et offensa Gell. 2, 1 *de Socrate.* *Vita* Ouid. *Trist.* 1, 8, 1 *citra vllum malum transacta.* *Pedem inoffensum referre, i. qui non offenderit ad lapi-dem, aut aliud* Tibull. 1, 7, 62.

INOVEDENSE. Adu. *Inoffensus* Gell. 6, 2.

INOFFICIOSVS, a, um. Adi. [*ἀχάροτος*] *Qui contra officium facit, vel, qui nullum officium praestat amico.* Cic. Att. 13, (27) *Aliter enim fuisset et in hos inofficiosi, et in nosmetipfos.* Priuignus Apul. Apol. p. 336. *Inofficiosum testamentum, ut ait Paullus Iuriscons. dicitur, Quod non ex officio pietatis paternae confectum est, filiis sine legitima causa exheredatis.* Cic. Verr. 1 c. 42 *Testamentum P. Annii fecerat non improbum, non inofficiosum, non inhumanum.* Conf. Quinct. Decl. 264. Apul. Apol. p. 337.

INOFFICIOSE. Adu. *Idem in Dig.*

INOFFICIOSITAS, atis. f. Ruricius Epist. 2, 15. et Saluian. Ep. 3 p. 303.

INOLENS, entis. Adi. *Non olens, quod nullum spirat odorem.* Lucret. 2, 849 *Quod licet ac possis reperire inolentis oliui Naturam, nullam quae mittat naribus auram.*

INOLESCO, inoliui et inoleui, inolitum, ere. [*ἀδύνομι, ἐπιφύομι*] *Crescere in alio, inualescere.* Columel. 5, 10 *Amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adiicito, et ita librum arboris inolescere finito, i. supercrescere, crescendo tegere lapidem.* Virgil. Georg. 2, 77. Sil. 8, 582 — *Quo-gurgite tradunt Duritiem lapidum merlis inolescere ramis. de Silaro.* Inoleuit, actiue: Gell. 12, 5 *Natura omnium rerum, quae nos genuit, induit nobis, inolevitque in ipsis statim principiis quibus nati sumus, amorem nostri et caritatem, i. inolescere fecit.*

INOLESCENDVS, a, um. Adi. Macrob. Sat. 5, 11 *In moribus inolescendis magnam fere partem nutricis ingenium et natura lactis tenet. Inolescendis videtur dixisse, pro Ingenerandis. Totidem verbis repetita ex Gell. 12, 1, 20.*

INOMINALIS, e. Adi. *Quod est mali ominis.* Gell. 5, 17 *Ante diem quoque quartum Calendas, vel Nonas, vel Idus, tanquam inominalem diem plerique vitant.* Conf. Macr. Sat. 1, 16.

INOMINATVS, a, um. Adi. [*δύσφημος*] *Male ominatus, Infelix.* Horat. Epod. 16, 38 *Aut pars indocili melior grege: mollis, et exspes Inominata perprimat cubilia, i. infausta, et nullo felici omine fabricata.*

INOPACO, are. [*ἐπιονιάζω*] *Opacum reddere, et obscurum.* Columel. 8, 15 *Media rursus terrena pars esse debet, ut colocasiis conferatur, aliisque familiaribus aquae viridibus, quae inopacant auium receptacula.*

INOPEROR, ari. Dep. *Deus inoperatus est in Christum valentiam suam* Tertull. adu. Marc. 5, 17.

INOPERATVS, a, um. Adi. *Otiosus.* *Nec natura Dei inoperatam debuit continuisse bonitatem* Tertull. adu. Marc. 2, 11.

INOPERTVS, a, um. Adi. *Non opertus, apertus.* *Capite inoperto* Sen. de Beat. Vit. c. 13. *Inoperta ac confessa veritas* Idem de Ot. Sap. c. 30. *Add. Prud. Cath. 3, 117.*

INOPIA, vid. INOPS.

INOPINOR, ari. Dep. *Opinor.* *Misit librum, quem promiserat: Verrili, inopinor, Flacci erat* Gell. 18, 7. *Gronou. opinor.*

INOPINANS, antis. [*ἀδοκίω*] *Partic. sine Verbo: certe negatiue positum.* Caes. B. G. 6, 29 *Multos in agris inopinantes deprehendit.* *Add. Idem 4, 4. Quinct. 5, 10 A praeparatis inopinantes.* Plin. Epist. 3, 2 *Inopinantis, nescientis.* Conf. Nep. 14, 3, 4. Liu. 27, 48. Iustin. 1, 10, 15. et 2, 4, 19. vid. INDICENS.

INOPINANTER. Adu. [*ἀπροσδοκίως, Gl. Lat. Gr.*] *pro Subito, et praeter expectationem.* Suet. in Tiber. Caes. c. 60 *In paucis diebus, quam Capreas attigit, piscatori, qui sibi secretum agenti, grandem mulum inopinanter obtulerat, etc.*

INOPINATVS, a, um. Adi. vel Partic. Pass. [*ἀδοκίητος*] *Non opinatum, improuifum, quod praeter spem et opinionem euenit.* Cic. Tusc. 3, 76 *Haec enim fere tum habemus in promptu, nihil oportere inopinatum videri. Inopinati capti sunt* Frontin. Strat. 3, 6, 4. *Quinctil. 5, 13 Patronus etiam inopinatis frequenter occurrit.* Cic. Verr. 2, 24 c. 8 *Noua tibi haec sunt, et inopinata? Noua et inopinata causa* Papinian. in l. 3 D. de condict. indebit. *Improuifum et inopinatum hoc illi accidit* Cic. Verr. 2, 99 c. 28. Liu. 3, 26 *Nihil tam nec inopinatum, nec tam insperatum accidere potuit.*

Repentina et inopinata, grauiora Cic. Tusc. 3, 45. *Dictu inopinatum et mirabile* Idem in Parad. 5. Cic. de Natur. Deor. 2, 123 *Vt in araneolis: aliae quasi rete texunt, vt si quid inhaeserit conficiant: aliae autem, vt Ex inopinato obseruant, et si quid incidit, arripiunt, idque consumunt.* Repente ex inopinato Sueton. Galba c. 10. *Inopinata res et recens* Cic. pro Domo 14 c. 4. *Fraus* Sil. 7, 134. *Plin. 28, 2 Neque est facile dictu, externa verba atque ineffabilia, derogent fidem validius, an Latina inopinata, et quae*

70 *ridicula videri cogit animus. Non inopinata* Nep. 19, 4, 3. *Sensus inopinatissimus* Augustin. de Trin. 7, 1.

INOPINATE, et INOPINATO. Adu. [*ἀδοκίητος*] *Idem, quod Praeter spem.* Liu. 34, 28 *Qui ad id, quod futurum erat, ne inopinate accideret.* Id. 26, 6 *Quum inopinato in castra Romana*

80 *Numidae, Hispanique cum elephantis irrupissent. Inopinate occupare* Sen. ad Helu. c. 5. *Add. Spon. Misc. Er. Ant. p. 203. Ferret. Mus. Lap. p. 106.*

INOPINABILIS, e. Adi. [*ἀνοπος*] *Quod quis nunquam existimasset futurum.* Gell. 17, 12 *Infames materias, siue quis mauult dicere inopinabiles.* Idem 11, 18. It. 17, 9 *Profunda quaedam et inopinabilis latebra, de ratione occulte scribendi.* Res Aurel. Vict. in Dioclet.

INOPINVS, a, um. Adi. [*ἀνυπόητος*] *Idem quod Inopinatus.* *Dolor inopinus* Stat. Theb. 1, 249. *Gaudia* Idem Silu. 1, 2, 46. *Quies* Virg. Aen. 5, 857. *Siccitas* Plin. Pan. c. 30. *Turbo* Sil. 12, 185. *Inopina facies laborum* Virg. Aen. 6, 104.

INOPPORTVNVS, a, um. Adi. [*ἀκαιρος*] *Opportuno contrarium.* Cic. de Orat. 3, 18 c. 5 *Etenim est huic loco nostro sedes non inopportuna sermoni.*

95 INOPS, opis. Adi. [*ἀπτήμων, ἀκλήρος, ἀλγίος*] *Pauper, egens, cui non sunt opes.* Plaut. Trin. 3, 2, 63 *Nolo ego mihi te tam prospicere, qui meam egestatem leues: sed vt inops infamisque sim.* Cic. Off. 2, 36 *Nam quum premeretur inops multitudo ab iis, qui maiores opes habebant, etc. Vetus exemplar habet, In initio multitudo. In-*

100 *ops ab amicis, Amicorum auxilio destitutus.* Cic. pro Domo 58 c. 22 *Tam inops autem eram ab amicis, aut tam nuda Respublica a magistratibus? Inops ad ornandum, et expedita ad inueniendum, disciplina Hermagorae* Idem de Clar. Orat. 263. *Et de Clar. Orat. 247 c. 70 Non tardus sententiis, non inops verbis, voce canora, facetus*

105 *fatis.* *Aequi inops* Stat. Theb. 12, 445. *Cic. de Amic. 26 Quod si forte*

si forte (vt fit plerumque) ceciderint, cum intelligitur, quam fuerint inopes Amicorum. Animi inops Virgil. Aen. 4, 300. Inops animi est, Qui in aduersis citius deficit, nec stabili aliquo potest consilio subuenire: Donatus. Inops animi, sine animo, sine consilio: Seruius. Auxilii inops Liu. 3, 7. Consilii inops Idem 26, 18. Ouid. Met. 9, 745. Criminum A. Dial. de Caus. corr. eloq. c. 12. Dicendi sapientia inops Cic. de Inuent. 1, 3. Fortunae inops Tac. Ann. 4, 23. Humanitatis Cic. de Orat. 2 c. 10. Mentis inops Ouid. Met. 2, 200. Pacis inops terra Idem ex Pont. 2, 2, 96. Rationis inops Stat. Theb. 1, 373. Regnorum inopes Idem Theb. 12, 508 Plin. 16, 1 Inopesque Remedii illae. Rerum inopes versus Horat. de Arte Poët. 312. Somnique cibique Ouid. Met. 14, 429. Virorum inopes Tacit. Hist. 2, 6. Abundans et Inops, contraria Cic. de Cl. Orat. 238. Aerarium inops et exhaustum Id. Verr. 3, 164. Amicus Horat. Serm. 1, 2, 5. Dii bene fecerunt, inopis me quodque pusilli Finxerunt animi, raro et perpauca loquentis Hor. Sat. 1, 4, 17 Amor Lucret. 4, 1136. Domus Ouid. Met. 8, 822. Cic. de Fin. 3, 51 Quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. Senectam trahere Ouid. Met. 7, 2. Senectae metuens inopi Virg. Georg. 1, 186. Turba Id. Aen. 6, 325. Victus Ouid. Met. 1, 312.

INOPIA, ae. f. [*ἀνοπία*] *Egestas, indigentia.* Cic. de Amicit. 26 Humilem sane relinquunt, et minime generosum (vt ita dicam) ortum amicitiae, quam ab inopia, atque indigentia nasci volunt. Instructa inopia est in diuitiis cupiditas P. Syrus. Plaut. Merc. prol. 30 Inopia, contumelia, et dispendium. Cic. de Inu. 1, 88 Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis. Inopia et solitudo alicuius Idem Q. Fratr. 1, 1. In summa inopia senectus lenis esse non potest, ne sapienti quidem, nec insipienti etiam in summa copia non grauis Cic. de Senect. 8. Inopia, faues, et summa annonae caritas Idem Offic. 3, 50. Argentaria inopia, vid. Argentarius, in ARGENTVM. Argenti Plaut. Rud. 3, 2, 3. Amicae est mihi inopia Idem Merc. 3, 4, 65. Argumentorum Cic. pro Rosc. Amer. Cibariorum Caes. Bell. G. 3, 18. Cic. Attic. 6, 3 Magna igitur, vt vides, sollicitudine afficior, magna inopia Consilii. Crinum inopia summam laudem alicui vitio dare Idem pro Rosc. Amer. 48. Frugum inopia et Copia, contraria Cic. pro Domo 17 c. 7. Frumenti et commeatus Caes. Bell. Gall. 3, 7. Loci Liu. 1, 33. Suet. Calig. c. 56 Aliis per inopiam Occasionis titubantibus. Rei frumentariae Cic. pro Domo 11 c. 3. Stipendii Plin. 7, 45. Cic. pro Domo 80 Quod facile potuit propter inopiam Tecti in foro pernoctans. Incessit ambos inopia, vid. INCESSO. Leuare inopiam, vid. Leuo, in LEVIS. Mederi inopiae frumentariae, vid. MEDEOR. Inopia et ieiunitas oratori cauenda Cic. de Clar. Orat. 202.

INOPIOSVS, a, um. Adiect. [*ἀνοπίσμενος*] *Sine ope.* Plaut. Poen. 1, 1, 2 Saepe ego res multas tibi mandauit Milphio dubias, egenas, inopiosas consilii. *Antiquum.*

INOPIIDATVS, a, um. Adi. *Sine oppido.* Singulos sparfos inoppidatos nunc inauditis indictionum generibus exhaurit Sidon. Ep. 5, 13. inoppidata, *ἀόκητα, ἀλιμένα, Gloss.*

INOPTATVS, a, um. Adi. *Non optatus.* Lacrima est indicium inoptatae rei Sen. Excerpt. Controu. lib. 8 vlt.

INOPTABILIS, e. Adi. Inoptabilis officinae disciplina Apul. Met. 9 p. 222.

INORDINO, are. Colum. 11, 3, 9. *al. ordinandi, quod malim.*

INORDINATVS, a, um. Adi. [*ἀδιάρτατος*] *Quod non est ordinatum et dispositum.* Cic. de Vniuers. 7 c. 3 Idque ex inordinato in ordinem adduxit. Inordinati et incompositi milites Liu. 22, 50. Inordinati hostes, effusi et fessi Idem 35, 29. Inordinatissimi pili Plin. 22, 22 c. 45. Inordinata folia sunt pomis Id. 16, 24.

INORDINATE. Adu. Febres inordinate redire dicunt Cels. 3, 3 extr. Conf. Id. 4, 25.

INORDINATIO, onis. f. Apul. ad Asclep. p. 92.

INORDINATIM. Adu. Ammian. 19, 7.

INORDINALITER. Adu. C. Aurel. Acut. 3, 4.

INORIOR, iri. Dep. [*ἀνιόχω*] *Idem quod simplex Orior.* Tac. Ann. 11, 23 Recentia haec: quid si memoria eorum inoriretur?

INORNO, are. *Exornare: Act.* Tertull. adu. Valent. c. 12. Pass. Idem de Anima c. 19.

INORNATVS, a, um. Adi. [*ἀκόσμος*] *Non ornatus.* Cic. in Orat. 29 Dum intelligamus, hoc esse Atticum in Lyfia, non quod tenuis sit atque inornatus: sed quod nihil habeat insolens atque ineptum. Non ego te meis chartis inornatum fileri patiar Hor. Od. 4, 9, 30. Nuda et inornata breuitas Cic. de Orat. 2, 265. Capilli Ouid. Met. 5, 472. Caput Tibull. 2, 3, 29. Crines Ouid. Met. 9, 3. Nuda atque inornata inuentio Auctor ad Herenn. 4, 70 c. 56. Mulier Cic. in Orat. 78. Tenuis et inornatus orator Id. in Orat. 29. Verba Hor. de Arte Poët. 234.

INORNATE. Adu. [*ἀκόσμως*] Auctor ad Herenn. 4, 43 c. 31 Hoc pacto non inornate poterimus, et in laudando et in laedendo aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus dicere.

INORO, are. *Oram poculi coronare. Certe ita* Tertull. de Refurr. Carn. 16 At enim et calix — de coronis quoque potatoris sui inorabitur, i. coronabitur, quae glossa a quibusdam in contextum assumpta est.

INORATVS, a, um. Adi. *Non oratus.* Cic. pro Rosc. Am. 26 c. 9 Re inorata reuerterunt, legatione ne perlata quidem ad Sullam.

INORVS, a, um. Adi. *Sine ore, qui os non habet, quales Astomos describit* Plin. 7, 2. Gell. 7, 6 Quaedam animalium alia alio carent: et aut caeca natura gignuntur, aut inora, inauritave. Alii le-

INORABILIS, e. Adi. Peruico Ajax animo atque inorabili Acc. ap. Non. 8, 28. *i. quem orare nolis, nedum exorare speres.*

INOTIOSVS, a, um. Adi. [*ἀνοχολος*] *Inotiosa actio* Pop. Lacinias apud Quinctil. 11, 3 extr. *sed varietas est lectionis et explicationis.*

INOVA NS, antis. Adi. Inouanti gradu comitari Apul. Met. 11 p. 264, 12.

INPANNIS, f. IMPANNIS *vna voce, Lipsius antiq. Lectt.* 5, 13 *legi volebat, et interpretabatur pannis carentem, apud* Plaut. Afin. 1, 2, 16. *Sed recte Gronou. Sordido vitam oblectabas pane, in pannis, inopia. Mendici ipsi non impannes sunt, si lubeat eo verbo interim' uti, non carent pannis; sed sunt in pannis, i. pannis et laciniis centonibusque male vestiti.*

INQVAM, vid. INQVIO.

INQVANTVM. Adu. [*ὅσον, ἢ ὅσον, καὶ ὅσον*] *i. Tantum, quantum, quod forte melius disiungitur.* Quinctil. 2, 10 Et declamatio in quantum maxime potest, imitetur eas actiones, in quarum exercitationem reperta est. Plin. in Paneg. c. 10 Audita sunt vota tua, sed in quantum optimo illi et sanctissimo seni utile fuit. Sen. Epist. 125. Rationem tu ad summum euoca, in quantum potest plurimum crescere.

INQVANTVMCVNQVE. Adu. Senec. de Tranquil. vit. f. de Const. c. 15 Inquantumcunque illa vel numero vel magnitudine creverunt, eiusdem naturae erunt. *Etiā hoc melius disiungitur.*

INQVASSATVS, a, um. Adi. *ἄθραυστος*, Gloss. Lat. Gr.

INQVIES, ētis. f. [*ἀνησυχία*]. *Cura, sollicitudo, molestia, aut magis proprie vigilia, et quietis nocturnae carentia.* Mollis Catull. 15 64, 38. Plin. 14, 22 Furiales somni, et inquietas nocturna. Gell. 19, 9 Vt interea labor hic vigiliarum et inquietas, suauitate paullisper vocum atque modulorum acquiesceret.

INQVIES, ētis. Adi. *Inquietus, qui est sine quiete.* Sallust. Hist. 1 apud Priscianum p. 704 Humanum genus inquietas, et indomitum. Plin. in praef. Nat. Hist. Animus inquietas pascitur opere. Apul. Met. 1, . . . Qua contentione et inquieti procacitate praeditus asinus, Patere. 2, 68, 3 Vir inquietas. Apul. Met. 2 p. 121, 39 Animo et corpore ad libidinem inquietas et petulans.

INQVIETVS, a, um. Adiect. [*ἀκόμητος, ἀνήσυχος*] *Quieto contrarium: ut, Inquietus animus, b. e. turbulentus* Liu. 1, 46. Inquietus homo, et ad Tribunatum spirans Idem 3, 46. Inquietas ingenia, et in nouas res auda Liu. 22, 21. Inquietas nox, in qua non quieuius: Idem 5, 42 Lux deinde inquietam noctem infecuta est. Praecordia Hor. Epod. 5, 95. Siluas inquietas fecit aper Sen. Herc. 30 Oct. f. 12. *Compar.* Plin. Epist. 1, 9 Nullis rumoribus inquietior. Ammian. 22, 7 Tandem alios inquietiores inueni. *Supert.* Senec. de Benefic. 7, 27 Inter affectus inquietissimos rem quietissimam quaerere. Vopisc. Saturn. c. 1 Oriundus ex gente hominum inquietissima.

INQVIETE. Adu. Solin. c. 43 Mons ingenito igne per aeternum feruidus et inquiete iugis flagrantibus. *Compar.* Ammian. 15, 5 pr. Dynamius inquietus agens. *Conf.* Idem 27, 3 pr.

INQVIETO, āre. [*ἐκταράττω*] *Quietem alterius turbare.* Columel. 8, 5 Ne incubantes nutrices ab aliis auibus inquietentur. Ne inquietaretur viciniae silentium per milites indicere solebat Suet. Cal. c. 55. Idem August. c. 53 Ne quem officii causa inquietaret. Id. in Calig. c. 59 Satis constat prius quam id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos. *Add.* Id. Claud. c. 9. et Ner. c. 34. Quinctil. 11, 3, 80 Et mouere, et digito inquietare nares. Num alio genere furiarum declamatores inquietantur Petron. c. 1. Magistratum inquietans caudicibus Vlpian. in l. 1 §. secundo loco D. de postulando. Victoriā inquietare Tacit. Hist. 3, 84. Locorum mutationibus inquietari Sen. Epist. 2. Nullis rumoribus inquietare Plin. Epist. 1, 9. Inquietari ab aliis quibus debet, non potest is, qui bonis cessit Vlpian. l. 4 D. de cessione bonorum. Hoc nomine eam inquietari nolo l. Titia 34 §. Gaius 3 D. de Legat. 2.

INQVIETATVS, a, um. Adi. Suet. Calig. c. 26 Inquietatus fremitu. Idem supra. Sidon. Epist. 2, 12 Sollicitudo inquietata. *Conf.* Petron. c. 100.

INQVIETATIO, ōnis. f. [*σφαιδασμός*] Liu. 22, 17. Sen. Suas. 2. INQVIETATOR, ōris. m. Tertull. de Spectac. c. 23 pr. An Deo placebit auriga ille tot animalium inquietator?

INQVIETITAS, ātis. f. Caelio Aurel. Tard. 5, 10, 94 *restitui vult Rutgerf. V. L. 1, 3 p. 87 ubi sic legitur*, Omnibus igitur collectionibus generatis — sequitur febricula vehemens, inordinata, et saepe cum rigore, et torpore frigido, vel iniquitate (Rutg. inquietitate) corporis, tum loci feruor incendiosus etc. *Interpretatur Ammannus inquietudine, iactatione, vexatione.*

INQVIETVDO, ōnis. f. [*ἀναστροφή*] Sen. de Benef. 2, 8 Tamen si inquietudinem Tiberius, ne hoc quidem modo, quo putabat, potuit effugere. Solin. c. 1. Saluan. contra Auar. 2 p. 82. Lib. 10 C. t. 31 l. 54.

INQVILINVS, i. m. [*ἔνοικος, μέτοικος*] *Quasi Incolinus, vel incolens aliena; Qui in alieno priuato habitat: proprie tamen in conducto, siue in vrbe, siue ruri, ut ait Valla 4, 56.* Festus, Inquilinus, Qui eundem colit focum, vel eiusdem loci cultor. Ex In et Culina. *Rigaltiana tamen etymologia, quam damus in COLLVM non videtur contemnenda.* *Conf.* Voss. Etym. p. 149. et Isidor. 9, 4. Suet. Claud. c. 44 Inquilini priuatarum aedium, atque insularum. Inquilini praediorum Idem ibid. c. 38. Cic. Philipp. 2, 105 c. 41 At vero te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum. Idem Att. 14, 9. *Aliquando accipitur pro Cohabitatore.* Martial. 1, 87 Vicinus Nouio, vel inquilinus Sit, si quis Nouium videre non vult. *Adiectiue, pro Peregrino.* Sallust. Catil. c. 31 M. Tullius inquilinus ciuis vrbis Romae. Inquilini opponuntur Colonis l. 6 Cod. de Agric. Ammian. 30, 18 Perpetui carcerum inquilini. Tertull. de Anima c. 38 Inquilinus carnis anima.

INQVILINA, ae. f. Varro apud Non. 4, 444 In quarum locum subierunt inquilinae, impietas, perfidia, etc. Cic. Fam. 15, 18 85 Vbi Philosophia? tua quidem inquilina. Al. Inculina. Plaut. Perf. 4, 4, 79 Virgo fucum factura lenoni, roganti, Vbi tu nata es, respondet. Vt mihi mater dixit, in culina in angulo ad laeuam manum. *Hoc vult ita dictum Lips. ant. Lect. 1, 9 ut intelligi posset* Inquilina, *i. ciuis Attica.* *Add.* Voss. Art. Gramm. 1, 18. Anima inquilina est carnis Tertull. de Resurr. Carn. c. 46.

INQVILINATVS, ūs. m. Tertull. de Anima c. 38 Desiderabit inquilinus toto inquilinatus sui tempore. *Conf.* Sidon. Epist. 5, 19.

INQVINO, āre. [*μολύνω*] *Maculare, deturpare* Cunire est Stercus facere, unde et Inquinare, *Cognatum est Coenum, de quo vid. Voss. Etym.* Cic. Tusc. 1, 72 c. 30 Quibus caecati velut domesticis vitulis atque flagitiis se inquinassent. Agros ereptos Reipublicae turpissimis possessoribus inquinare Cic. Philipp. 2, 43. Amicitiam nomine criminoso Idem pro Planc. 46. Amplexus inquinat illa tuos Ouid. Fast. 3, 496. Aqua turbida et cadaueribus inquinata Cic. Tusc. 5, 100 97. Caput merdis inquirer albis Hor. Serin. 1, 8, 37. Comitia largitione inquinare Cic. de Petit. Conf. 44. Factum vitii inquinatum Idem Off. 3, 60. Liu. 29, 37 de Nerone et Liuio Censoribus, Foedum certamen inquinandi Famam alterius cum suae famae damno factum est. Humanitatem ciuitatis domestica inhumanitate Cic. pro Deiot. 32. Locum venenis Ouid. Met. 14, 56. de Circe. Manus inquinare

inquinare medicamento Scribon. 80. Inquinat egregios adiuncta
superbia Mores Claud. Conf. Hon. 4, 304. Nuptias Hor. Carm. 3,
6, 18. Ordinem amplissimum Caius in l. 1 D. de collusione detegen-
da. *Loquitur de seruis, qui se gerunt pro ingenuis.* Se libidinibus
Cic. Tusc. 1, 72. Segetem lolio iniecto Vlpian. in l. si seruus ser- 5
uum §. inquit lex D. ad legem Aquiliam. Seruitium inquinatum,
deformatum, peruersum, conturbatum Cic. de Arusp. Resp. 25.
Splendorem obscurare et inquinare Idem de Fin. 5, 22. Tempus
aurcum inquinavit aere Hor. Epod. 16, 64. Vestimenta inquinare
Vlpian. in l. si seruus seruum §. si quis vestimenta D. ad legem Aqui- 10
liam. Vita omnibus vitiis inquinata Cic. pro Rosc. Amer. 68 c. 24.
Vellus inquinare murice, pro *Tingere, inficere.* Martial. 4, 4 Quod
his murice vellus inquinatum.

INQVINATVS, ior, illimus. [*μολυντός*] Quis in voluptati-
bus inquinatior Cic. pro Cael. c. 6. Foedior atque inquinatior Id. 15
de Arusp. Resp. 51. Et pro Flacc. 53 c. 22 Nihil enim illo inquina-
tius. *b. e. Sordidius et turpius.* Ore, lingua, manu, omni vita in-
quinatus homo Cic. pro Cael. 78. Lauare et purgare inquinatum
Cato c. 65. Sermo inquinatissimus Cic. Verr. 3 c. 26. Sordidissi-
ma et inquinatissima ratio Cic. Off. 2, 21 c. 6. 20

INQVINATE. Adu. [*μειολυμένως*] *Sordide, turpiter.* Cic.
de Clar. Orat. 140 c. 37 Itaque diligenter loquendi laude caruit, ne-
que tamen est admodum inquinate locutus. *Add. ib. c. 74.*

INQVINAMENTVM, i. n. [*μύσος*], contagio Gloss. Gr. Lat.
[*μολυσμός*] *Sordes et immunditia.* Gell. 2, 6 Cuius significationis 25
multo assiduoque vsu totum verbum ita contaminatum est, vt iam
squalor de re nulla alia, quam de inquinamentis solis dici coeperit.
Conf. Macro. 6, 7. Tertull. de Spectac. c. 10.

INQVIO, is, it. *i. Dico.* [*ἰνκνῶ*] *Verbum defectiuum tertiae*
Coni. quod in his fere tantum personis legitur; (vid. Priscian. l. 10) 30
Cic. de Orat. 2, 56 Aucupari verba oportebit, inquo: vt ea, quae
sunt frigidiora vitemus. *Ex vetusto codice legitur, In quo.* Catull.
10, 27. Conf. Voss. de Analog. 3, 11. Perf. 1, 112 Hoc iuuat, hic,

inquis, veto quisquam faxit oletum. Iuuen. Sat. 3, 21 Quando ar-
tibus, inquit, honestis. Conf. Nep. 23, 2, 3. Communi sensu pla- 35
ne caret, inquisimus Hor. Serm. 1, 3, 66. Inquiunt: Cic. Verr. 4,
54 Vbi sunt Pamphile, inquiunt, scyphi? Idem de Orat. 2, 259
Tu vero inquisti, molestus non eris. Cic. Verr. 2, 45 Ergo, in-
quiet aliquis, donauit Pop. Syracusano illam hereditatem. *Vid. Prisc.*

10 pr. Ter. Heaut. 4, 7, 1 Eccum me, inque. *Add. Plaut. Pseud. 40*
1, 5, 124. Auct. ad Heren. 4 c. 3 Quid enim tibi vis, aliquis in-
quiat? *Modus potentialis. i. Dicere potest, vel poterit.* Inquito, Fu-
turo Imperatiui: Plaut. Aul. 4, 10, 58 Ita di faxint, inquito. *Anti-*

quum est. Haec in vsu sunt: reliqua olim lecta, Inquinus, Inquitis, In-
quiam, Inquite, Inquirem, etc. Inquam, *i. Dicebam, vel dixi* 45
Plaut. Capt. 3, 1, 19. Ter. Andr. 4, 2, 32 Matura. D. iam inquam
hic adero. Cic. Philipp. 2, 112 c. 44 Hunc vnum diem, hunc vnum
inquam hodiernum diem defende si potes. Conf. Cic. pro Deiot. c. 3.
et Att. 8, 3.

¶ 2 Inquo vel Inquo etiam esse polluere,
colligas ex Varronis loco, quem laudat Non. 2, 757 ubi ita Mercerus ex 50
bonis libris: Et vt in grege opilio oues minus idoneas remouere so-
let, quas reiculas appellat: saepe enim vnus puer petulans atque im-
purus inquit (al. inquinat) gregem puerorum. Sic etiam editum Ven.
1498 f. *Vid. COINQVIO ubi iuspicati iunus ipsum inquo vel inquam*
forte a prima illa notione caedendi (caedendo profanandi) ductum: cum 55
etiam sermones caedere dicant Romani.

INQVIRO, siui, situm, ĩre. [*ἐπιζητέω, μεταλλάω, ἰσπεύω*] *In-*
uestigare. Cic. Tusc. 2, 25 Amore mortis inquirens terminum mali.
Ex Poëta. Iustin. 3, 4, 10 Ad sedes inquirendas proficiscuntur Par-
shenias. Cic. Tusc. 3, 3 c. 2 Veramque illam honestatem expetens, 60
quam vnā natura maxime inquirat. *Sic Grut. Gron. Quidam requirit.*
Idem Off. 1, 125 c. 34 Peregrini autem atque incolae officium est, ni-
hil praeter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minime-
que esse in aliena Repub. curiosum. In: Cic. pro Muraen. 75 Scis

tu illum accusationem cogitare, inquirere in competitores, testes quae- 65
rere? Idem Verr. Act. 1, 6 Itaque quum ego diem in Siciliam in-
quirendi perexiguam postulauissem, inuenit iste, qui sibi in Achaïam
biduo breuiore diem postularet. *i. Exiguum tempus eundi in Siciliam*
causa inquirendi de Verris criminibus. Cic. Off. 2, 44 c. 13 In hunc
oculi omnium coniciuntur, atque in eum quid agat, quemadmodum 70
viuat, inquiritur. Filius ante diem patrios inquit in annos Ouid.
Met. 1, 148. Conf. Digerō Annos. Fama totum inquit in orbem
Ouid. Met. 12, 63. In patrium et vasa inquirere Sen. Epist. 1.

Cic. in Brut. 82 de Caluo, Quod dicendi genus quamquam scienter
elegantem tractabat, nimium tamen inquirens in se, atque ipse 75
se se obseruans, metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum san-
guinem deperdebat. Nimium inquirens in se, quod nesciret manum de
sabula tollere, ut est in proverbio, *κακιστότεχνος.* Cic. Philipp. 11, 10
Occulta enim erant vitia non inquirenti.

INQVISITVS, a, um. Part. [*ἐπιζητηθείς*] Liu. 10, 40 Ter- 80
tiam, quam ipse pro inquisita ac sibi comperta affert. Idem 22, 7
Flaminii corpus magna cum cura inquisitum non inuenit. ¶ 2
Non exquisitus, inexploratus: Plaut. Amph. 4, 1, 9 Quaestionem in-
quisitam amittere. Conf. *Ibid.* 2, 2, 217.

INQVISITE. Adu. Gell. 1, 3 Compar. Theophrastus super hac 85
re inquisitius quam Cicero disseruit, *i. diligentius, accuratius.*

INQVISITIO, ōnis. f. [*ἐπιζήτησις*] *Inuestigatio.* Cic. Off. 1,
13 c. 4 In primisque hominis est propria veri inquisitio atque inuesti-
gatio. Instituti operis inquisitio Quinctil. Tryph. Firmic. 5, 13
Sol homines faciet profundae cogitationis, et qui res magnas et oc- 90
cultas sagaci semper inquisitione perquirant. Plaut. Casin. 3, 1, 16
Sed tu caue inquisitioni ne mihi sis. *i. Fac te domi inueniam.* Cic.
pro Muraen. 44 Non placet mihi inquisitio candidati, praenuntia re-
pulsae. *Nempe inquit futurus accusator, ut modo vidimus.* Idem
Verr. 2, 11 c. 4. Agere inquisitionem, *vid. AGO.* 95

INQVISITOR, ōris. m. [*ἐπιζητητής*] *Qui inuestigat, inquit.*
Plin. 8, 40 Scrutatur vestigia atque persequitur, conitantem ad fe-
ram inquisitorem loro retrahens, etc. *de canibus.* Cic. Verr. 1, 6
c. 2 Ille Achaicus inquisitor. Plin. Epist. 3, 9 Norbanum Licinia-
num legatum et inquisitorem reum postulauit. Conf. Suet. Caes. c. 1. 100
Et Sen. Nat. Quaest. 6, 13. vel Macro. Somn. Scip. 1, 11 pr.

I N R

INRECTVS, a, um. Adi. Vulpinari dictum ab inrecto (*i. non*
recto) sed intorto vulpium cursu Non. 1, 226. 100

INREDIVIVVS, a, um. Adi. Catull. 17, 3 *de ponte, Vereris, irrediuivus Ne supinus eat, i. irreparabilis, ut ne quidam superius rediuiva v. v.*

INRELIGIOSE. Adu. Tacit. Ann. 2, 50.

INREMISSE. Adu. Ammian. 29, 2.

INRESTINCTVS, a, um. Adi. Sil. 3, 29 *Inrestincta foci servant altaria flammae.*

INRIGIDO, are. Vnde

INRIGIDATVS, a, um. Part. Sed melius pluviae si sit decocta liquore, Et sic sub dio prius inrigidata bibatur Macer. 1, 3, 4 *sec. Barth. Adu. 12, 20.*

INRIMOR, ari. Dep. Cum occultos peruestigans inrimare sinus Pacuu. *apud Non. 4, 395. i. perscrutaris, perquiris.*

INRVFATAM defruto lenticulam si tibi obtulero, statim totos primatus tuos vendas Tert. de Ieiun. contra Psych. *sub fin. Est ergo inrufatus rubicundus.*

I N S

INSALVBRIS, e. Adi. [*ἀνυγιής*] Quod est Salubri contrarium. Plin. 18, 5 *Neque secundissimis locis insalubrem agrum parandum.* Gell. 19, 3 *Manet quod est gratius et sordidius et insalubrius.* Plin. 23, 1 *Vinum si sit fumo inueteratum, insaluberrimum est.*

INSALVBRITAS, atis. f. Plin. 31, 3 *tit. De qualitate aquarum, insalubritate, commoditate.*

INSALVBRITER. Adu. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 *Non tenaciter tantum, sed etiam insalubriter vincuntur.* Conf. Saluian. de Auar. 3 p. 90 et 92.

INSALVTARIS, e. Adi. Apul. Met. 2 p. 195 *Stewech. Licet insalutare non erit.*

INSALVTATVS, a, um. Adi. Sidon. Epist. 4, 10 *Annis iam multis insalutatus.* Per *mesin* Virg. Aen. 9, 289 *Inque salutatam linquo.*

INSANCTVS, a, um. Adi. Gloss. Gr. Lat. *Insanctus, ὁ μὴ ἄγιος.*

INSANA, ae. f. *Herba, quae et Hyoscyamus vel Symphoniaca dicitur.* Plin. 16, 44. Apul. de Herb. c. 4.

INSANVS, ior, illimus. [*μανικός, μανιάδης, μὲλαγχολικός*] *Non sanus, qui non est sani consilii, et qui non habet mentem integram: tum magnum, et modum quacunque ratione excedens, insanum vocari solet.* Ter. Eun. 2, 2, 23 *Hic homines prorsus ex stultis insanos facit.*

Ibid. 5, 2, 22 *Abi hinc insana.* Amor Virg. Ecl. 10, 44. Ouid. Epist. 1, 6 *Vtinam — Obrutus infans esset adulter aquis. i. tumultuantibus, furiose aestuantibus.* Sic Fluētus. *Concio insanissima* Cic. pro Mil. c. 17. *Curfu infano concita* Ouid. Met. 3, 711. *Dolor* Virg. Aen. 2, 776. *i. magno* Seru. *Fames, vid. FAMES.* Flu-

ētus infani, *ut p. a. Aquae* Virg. Ecl. 9, 43. *Forum, Litigiosum* Seruius: Virg. Georg. 1, 481. *Iurgia* Ouid. Fast. 1, 73. *Labori infano indulgere, Magno* Seruius: Virg. Aen. 2, 776. *Malum infanum est in hospitium diortū ad Cupidinem* Plaut. Trin. 3, 2, 47.

Mens Tibull. 2, 7. *Moles insanæ substructionum* Cic. pro Mil. c. 20. *Vid. Substructiones insanæ.* *Montes Infani, proprio nomine, sunt in Sardinia, commemorati* Liu. 30, 39. *et Floro 2, 6, 35 Sardiniam* Gracchus arripuit. *Nihil illi gentium feritas, Insanorum, nam sic vocantur, immanitas montium profuere.* *Sidera insana* Caprae, *Tempestuosa Acron interpretatur* Hor. Carm. 3, 7, 6. *Vates* Virg.

Aen. 3, 443 *de Sibylla.* *Turbo* Stat. Theb. 1, 366. *Vires insanæ* Austri Ouid. Met. 12, 510. *Vites quidem et triseræ sunt, quas ob id Insanas vocant, quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent* Plin. 16, 27. *Substructiones insanæ* Capitolii Plin. 36,

15, *quas ita mirantur homines, ut parum sanos putent, qui tantum pecuniae et laboris impenderit.* *Compar.* Cic. Verr. 4 c. 18 *extr. Similis istius cupiditas, hoc etiam acrior atque infanior, quod illa cupiebat, etc.* *Vtēr est infanior horum?* Hor. Serm. 2, 3, 82. *Superl.* Cic.

pro Rosc. Amer. 33 c. 12 *Hominem longe audacissimum nuper habuimus in ciuitate, C. Fimbriam, et quod inter omnes constat, nisi inter*

65 *eos, qui ipsi quoque insaniant, insanissimum.* ¶ 2 *Insanum, aduerbialiter ponitur pro Valde.* Plaut. Bacch. 4, 5 *pr. Insanum magnum molior negotium.* *Idem* Mostel. 3, 3, 5 *Quoiusmodi gynæceum! quam et porticum! TE. insanum bonam.* Conf. INSANE.

INSANE. Adu. [*μανικός*] *Vehementer, et cum impetu: quia infani omnia faciunt veluti cum quodam furore.* Plaut. Mil. 1, 1, 24 *Si vnum epityrum edam apud illum esuriens insane bene.* *Laudat hunc locum* Varro de L. L. 6, 5 p. 79, 5 *et addit, Dicit insane; quod infani faciunt omnia vehementer.* *Proprie idem* Plaut. Curc. 1, 3, 20 *Bonum est pauxillum amare sane, insane non bonum est.* *Compar.* Hor.

75 Serm. 1, 10, 34 *In siluam non ligna feras insanus.* Sulp. Seuer. Dial. de Virt. Mon. c. 3 *Sed Episcopi quidem in libris ipsius insanus scripta memorabant.* *Superl.* Augustin. Epist. 238 *Vt ea quae restant insanissime desperentur.*

INSANIO, iui, ire. [*μανίνομαι, παραπίπτω*] *Desipere, et insanum fieri.* Ter. Adel. 2, 1, 43 *Minime miror, qui insanire occipiunt ex iniuria.* Conf. Liu. 7, 39. Ter. Eun. 3, 5, 8 *Sanus sim, anne insaniam.* Ibid. 1, 1, 16 *Incerta haec si tu postules Ratione certa facere, nihilo plus agas, quam si des operam, ut cum ratione insanias.* *Insanire amore alicuius* Plin. 10, 37. *In alienos insanus insanisti*

85 Cic. in Orat. c. 67. *Amoribus insanire* Hor. Serm. 1, 4, 27. Cic. Verr. 4, 39 *Vt sine vlla dubitatione insanire omnibus, ac furere videretur.* *Nisi ego infanio: i. Nisi valde aberro, et a communi sensu sum alienus.* Cic. Att. 7, 10 *Adhuc certe (nisi ego sanio) stulte omnia, et incaute.* Ter. Phorm. 4, 3, 37 *Primo homo insanibat, i. nimium postulabat.* *Insanire libet quoniam tibi, i. stultam sponsonem facere* Virg. Ecl. 3, 36. *Insanit enim* Seruius, *cum ait, Insanire esse* Carmen componere: quod Poëtae, dum carmina conscribunt, furore corripit dicantur. Vnde *Infani dicantur Poëtae.* *Insanire de sumtuosis* Plaut. Mil. 3, 1, 160. *Auct. ad Her. 4, 63 c. 50* *Tanetsi in Tusculano*

95 *quidem coepi insanire, et in iisdem fundamentis aedificare.* *Insanire insaniam hilarem* Sen. de Vita beata c. 12. *al. hilare.*

INSANIENS, entis. Partic. [*μανιόμενος*] Ter. Adel. 4, 2, 23 *Verum venit post insaniens, prae ira.* *Bosphorum insanientem tentare* Hor. Carm. 3, 4, 30. *Sapientia insaniens* Idem Carm. 1, 34, 2

100 *Philosophia Epicurea.*

INSANITVRVS, a, um. Part. Cic. Att. 13, 29 *Othonem vincas volo: nec tamen insaniturum illum puto.*

INSANIA, ae. f. [*μανία*] *Dementia.* Plur. Plaut. Aulul. 4, 4,

15 *Laruae hunc, atque intemperiae insaniaeque agitant senem.* An

105 *est quidquam similius insaniae, quam ira? quam bene Ennius initium dixit*

dixit insaniae Cic. Tusc. 4 c. 23. Idem Fam. 4, 1 Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias. Conf. Plin. 26, 11. Amabilis Hor. Carm. 3, 4, 6. Febricitantium Cels. 2, 7. De cuius tribus generibus Idem 3, 18. Lewis Hor. Epist. 2, 1, 118. Summa Idem Serm. 2, 3, 221. Abesse ab insaniam, Adiuuare insaniam alicuius, Concupiscere ad insaniam, Connectere insaniam, vid. ff. 11. Insania villarum, pro Luxuria, et nimis sumtuosa aedificatione. Cic. Q. Frat. 3, 1 Ea villa quae nunc est, tanquam philosophia videtur esse, quae obiurgat caeterarum villarum insaniam. Vnde, Insanae substructiones: vid. supra. Plin. 36, 15 P. Clodius, quem Milo occidit, Iestertium centies et quadragies octies (740000 floreni imperiales sunt) domo eruta habitauit: quod equidem non secus, ac regum insaniam, miror. Frui aliena insaniam Prou. apud Plin. 18, 5. i. rem alii caram vili pretio comparare. Insania orationis, cui Sanitas opponitur: Cic. in Brut. 283 Insultitatem enim et insolentiam, tanquam insaniam quandam orationis, odit: sanitatem autem et integritatem, quasi religionem et verecundiam oratoris probat. Insaniam dixit, quasi Insaniam.

INSANITAS, aetis. f. [παραιληψία] Idem. Cic. Tusc. 3, 9 c. 5 Insipientia autem quasi insanitas, quae est insaniam, eademque demencia. Ibid. 3, 8. Conf. Non. 2, 414.

INSANITER. Adu. Pomponio auctore, Metuo illum: iocari nescit, ludit nimium insaniter.

INSANABILIS, e. Adi. [ἀθεράπευτος] Quod sanari non potest. Cic. pro Sext. 44. Ego vero si mihi vni pereundum fuisset, ac non accipienda plaga mihi insanabilis illa mortifera, quam Reip. imposuisset. Caput Hor. de Arte Poët. 300. Cic. in Orat. 89 c. 26 Parcet et amicitias et dignitatibus, vitabit insanabiles contumelias. Dolor Quinctil. in proem. 6. Ingenium, Quod corrigi et emendari non potest. Liu. 1, 28 Nunc quoniam tuum insanabile ingenium est, tu tuo supplicio doce humanum genus ea sancta credere, quae a te violata sunt. Morbus Cic. Tusc. 5 c. 1. Seneceus insanabilis morbus est Sen. Epist. 108. Vulnere Cels. 5, 26, 1 et 2. Vitium insanabile Scribon. 171. Insanabiles Idem 102. Compar. Liu. 28, 25 Laetari quod nihil tristius nec insanabilius esset.

INSANABILITER. Adu. Marcell. et Faust. in lib. Prec. ad Imp. p. 19 Ed. Sirmond. Cum animi morbo insanabiliter aegro.

INSATIABILIS, e. Adi. [ἀκόρετος] Quod satiari non potest. Animus insatiabilis Liu. 4, 13. Cupiditas insatiabilis veri videndi Cic. Tusc. 1, 44. Conf. Idem Fin. 1 c. 13. Iustin. 17, 1, 11. Lupi Ouid. in Ibin 172. Sanguinis insatiabilis Iustin. 1, 8, 13. Voluptas Cic. de Fin. 4, 12 c. 5.

¶ 2 Insatiabile, Quod non sariat. Cic. de N. D. 2, 98 Quorum omnium incredibilis multitudo insatiabili varietate distinguitur. Ibid. 2, 155 c. 62 de Sole et sideribus, Nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior, et ad rationem solertiamque praestantior. Sic Inexplebilis. Vincibilis. Indocilis.

INSATIABILITAS, aetis. f. Ammian. 31, 12 Ed. Gruter.

INSATIABILITER. Adu. [ἀκόρητος] Plin. Epist. 9, 6 Quos ego quum recorder in re inani, frigida, assidua tam insatiabiliter desiderare, capio aliquam voluptatem, quod hac voluptate non capiar. Lucret. 3, 920 At nos horribilo cineractum te prope busto Insatiabiliter deslebimus. Conf. Tacit. Ann. 4, 38. Quinctil. Decl. 18 p. 244.

INSATIATVS, a, um. Adi. Stat. Theb. 6, 305 Etenim insatiatus eundi Ardor, et hiberno par inconstantia ponto. Prudent. Psych. 478.

INSATIETAS, aetis. f. Plaut. Aul. 3, 5, 13 Animis avidis atque insatietatibus neque lex neque tutor capere est qui possit modum.

INSATIVVS, a, um. Adi. Quod non feritur. Laudatur Plin. 19, 12 Hoc insatiuis, rumex vocatur, nasciturque fortissimum. Sed rectius legitur distinctim, In satiuis: illic enim Siluestri opponitur Satiua.

INSATVRABILIS, e. Adi. [ἀκόρητος] Quod saturari non potest. Cic. pro Sext. 110 c. 51 Libelli pro vino etiam saepe oppignabantur, manebat insaturabile abdomen; copiae deficiebant.

INSATVRABILITER. Adu. [ἀκόρητος] Cic. de N. D. 2, 64 c. 25 Ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit aetas temporum spatia, annisque praeteritis insaturabiliter expletur. Fortunat. Hymn. Pasch. 3, 7, 79.

INSATVRATVS, a, um. Adi. Auien. Arat. Phaenom. v. 183.

INSCALPO, ere. [ἐγκολάπτω] Quinctil. 1, 1, 27. Sed vid. INSCVLPO. Et Laetant. Phoen. 153 Inscalpunt sacro in marmore formam.

INSCALPTVS, a, um. Part. Plin. 36, 5 In columnarum spiris inscalpta nominum argumenta.

INSCENDO, di, sum, ere. [ἀναβαίνω] Idem quod Ascendere. Currum inscendere Plaut. Men. 5, 1, 110. Idem Afin. 3, 3, 112 Inscende actutum. Et Amph. 1, 1, 296 Quadrigas si nunc inscendas Iovis, atque hinc fugias. Equum inscendit Suet. Neron. c. 48, 1. Plaut. Afin. 3, 3, 112. Idem Aul. 4, 6, 12 Atque inscendam aliquam in arborem, indeque obseruabo aurum vbi abstrudat senex. Plaut. Afin. 4, 1, 31 Neque in lectum inscendat proximum. Idem Mil. 2, 1, 38. Matronam inscendere Apul. Met. 10 p. 249. Conf. Idem 7 p. 197. Cato c. 127 Supra pilam inscendat, et saliat decies, et deambulet. ¶ 2 Pass. Gell. 5, 2 Haud vnquam sese ab alio inscendi, nisi a rege, passus sit. de Bucephalo, Alexandri equo. Equo inscensu Suet. Tit. c. 4, 4. Grabatulo Apul. Met. 2 p. 122.

INSCENSIO, onis. f. In nauim inscensio Plaut. Rud. 2, 6, 19.

INSCENSVS, us. m. Equarum inscensus Apul. Met. 7 p. 149.

INSCIENS, entis. Adi. [ἀγνοῶν] Ignarus, inquit Donatus. Cic. Att. 7, 2 Discedere a puero insciente me? Add. Id. Fam. 1, 9 et 5, 2. Plaut. Trin. 1, 2, 130 Me absente, atque insciente, inconsultu meo, aedes venales haec inscribit literis. Inscitus, stultus: Ter. Phorm. 1, 2, 9 Quid istuc? G. scies: modo vt tacere possis. D. abi sis, insciens. Vbi Donatus, Nunc pro inscito posuit: vel inscientem modo stultum dicit, alias ignarum. Imprudens, i. Per imprudentiam: Ter. Heaut. 4, 1, 19 Si peccaui, mi Chreme, insciens feci. C. id equidem ego, etiam si tu neges certo scio, te inscientem atque imprudentem dicere, ac facere omnia. Idem Andr. 4, 5, 43 Iocularium in malum insciens paene incidi. Cic. Fam. 16, 21 Haec introducta consuetudine saepe inscientibus nobis et coenautibus obrepit. Conf. Nep. 18, 11, 4. Et 23, 9, 4. Alfenus Vartus l. 34 D. de vsurpat. Si feruus insciente Domino rem peculiarem vendidisset, emptorem vsu capere posse. Frustra affingi huic nomini in h. l. significationem positivam, vt idem sit quod sciente, iam viderunt viri doctissimi, et ipsa negotii consideratio satis docet.

INSCIENTIA, ac. f. [*ἀγνοία*] *Ignorantia*. Inscientia multa versatur in vita Cic. Acad. 4 c. 48. Idem pro Sulla 40 c. 14. Vos denique in tantis tenebris erroris et inscientiae clarissimum lumen praetulistis menti meae. Caes. B. G. 3, 9. Navigationem impeditam propter inscientiam locorum paucitatemque portuum sciebant. Propter lini inopiam atque eius usus inscientiam Caes. B. G. 3, 13. Cic. de N. D. 3, 90 c. 37. Deo ne excusatio quidem est inscientiae. Inscientia belli Nep. 14, 7, 4. Conf. Gronov. ad Liu. 22, 25. Cic. Acad. 1, 41 c. 11 de Zenone, Quod erat sensu comprehensum, — si ita erat comprehensum, ut comuelli ratione non posset, scientiam: sin aliter, inscientiam (*ἀνεπιστημοσύνη*) nominabat: ex qua existeret etiam opinio. — Sed inter scientiam et inscientiam comprehensionem illam, quam dixi, collocabat, eamque neque in rectis neque in pravis numerabat etc. Haec vox recte etiam a Manutio et Davisio ex MSS. restituta Cic. de N. D. 1, 1. De qua tam variae sunt doctissimorum hominum tamque discrepantes sententiae, ut magno argumento esse debeat, causam, id est, principium philosophiae, esse inscientiam. Vid. Davis. Breuiter, Admiratio est filia inscientiae s. ignorantiae, eademque mater philosophiae. Cic. de Diuin. 1, 118 c. 52. Male coniecta maleque interpretata, falsa sunt, non rerum vitio, sed interpretum inscientia. Al. inscitia. Quae duo nomina a librariis permixta, obseruauit etiam post alios Burm. ad Quinctil. 9, 4 p. 841.

INSCIENTER, Adu. [*δι' ἀγνοίας*] i. Per imprudentiam, siue ignorantiam. Cic. in Topic. 33 c. 8. Ut si partiri velis tutelae, inscienter facias, si vllum praetermittas. Conf. Liu. 25, 10. Superl. Inscientissime Hygin. Astron. 2, 12.

INSCINDO, ère. Concordiam Pet. Chrysolog. Serm. 149 extr. i. rumpere.

INSCITVS, a, um. Adi. [*ἀσφύς*] Inelegans et male compositum, quod displicet. Locus inscitus Suet. Neron. c. 28, 4. Ter. Hec. 5, 1, 14. Nam si id nunc facis, facturae es, bonas quod par est facere, inscitum offerre iniuriam tibi me inmeresti, iniquum est. Plaut. Men. 2, 3, 85. Mulier haec stulta atque inscita est. Idem Rud. 3, 1, 5. Mirum atque inscitum somniaui somnium. Plaut. Truc. 1, 2, 90. Verum esse insciti credimus, nae ut in aestu motuantur irae. Idem Bacch. 4, 10 pr. Plaut. Cist. 4, 2, 12. Sed nonne ecastor ego sum multo inscitior, etc. Ita legit Lambinus; sed pleraque exemplaria exhibent, Non sum scitior. Ne inscitiores audiant ac discant Gell. 19, 10 extr. Cic. de Diuin. 2, 127. Quid inscitius autem est quam, etc. i. Absurdus. Idem de N. D. 2, 36 c. 13. Plaut. Most. 5, 2, 16. Sed tu istic quid confugisti in aram hanc inscitissimus?

INSCITE, Adu. [*ἀμαδῆς*] Imperite, incomite, impolite, ineleganter. Plaut. Trin. 1, 2, 58. Si quid scis me fecisse inscite, aut improbe. Columel. 5, . . . Nam id plurimum refert, inscite non facere. Cic. de Fin. 3, 25. Inscite autem medicinae et gubernationis vltimum cum vltimo sapientiae comparatur. Conf. Quinctil. 11, 3. Superl. Inscitissime Gell. 10, 16.

INSCITVLVS, a, um. Adi. Non inscitula anicula Non. 1, 41 ex Afranio.

INSCITIA, ac. f. [*ἀμαδίη, ἀνεπιστημοσύνη*] Inscientia, ignorantia, imprudentia. Caes. B. G. 3, 13. Pelles pro velis alutaeque tenuiter confectae, siue propter lini inopiam, atque eius usus inscientiam. Sed inscientiam meliores. Ter. Heaut. 4, 1, 17. O Iupiter, tantam inesse animo inscitiam? Idem Phorm. 1, 2, 27. Ut opponitur Scientiae, siue cognitioni? Tacit. Ann. 11, 25. Isque illi finis inscitiae erga domum suam fuit. Idem Ann. 15, 58. Sed quo fidem inscitiae pararet. Pro Imperitia: Tacit. Hist. 1, 90. Inscitiam potius legionum, quam audaciam increpans. Antiquitatis inscitia Gell. 11, 6. Aedificandi Tacit. Germ. 16, 2. Ineuntis Aetatis Cic. Off. 1 c. 34. Legum Hor. Serm. 2, 1, 81. Regendi naues Tacit. Agric. 28, 4. Rerum Idem Epist. 1, 3, 33. Temporum Plin. 7, 48. Veri Hor. Serm. 2, 3, 43. Capitalis, vid. Capitalis, in CAPVT. Debilis Perf. 5, 99. Ex inscitia laborare, vid. LABOR.

INSCIVS, a, um. Adi. [*ἀνεπιστημων*] Qui nescit. Cic. Acad. 4, 22. Quam si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio? Triphonius in l. bona fides D. depositi, Latro spolia mihi abstulit, deposuitque apud Seium inscium de malitia deponentis. vtrum latroni, an mihi restituere Seius debeat? Inscia ac temeraria turba Liu. 24, 48. Inscii quid in Heduis gereretur Caes. B. G. 7, 77. Inscius omnium rerum Cic. de Clar. Orat. 191 c. 83. Acti Ouid. Epist. 8, 33. Aeu venturi Virg. Aen. 8, 627. Armorum Quinctil. 2, 12. Malorum Stat. Theb. 4, 793. Accusatio iunctum: Turpil. Epiclero, At enim scies quae fuisti inscius. Nonius.

INSCIE, Adu. Apul. de Deo Socr. p. 43. Omnes sed inscie metuunt.

INSCRIBO, psi, ptum, ère. [*ἐπιγράφω*] Cic. Att. 4, 1. Etsi omnia aut scripta esse a tuis arbitror, aut etiam nuntiis, ac rumore perlata, tamen ea inscribam breui, quae te puto potissimum ex meis literis cognoscere. Inscribam, subaud. In his literis. Sed MSS. scribam. Cic. Tusc. 1, 34 c. 15. Quid nostri philosophi? nonne in his ipsis libris, quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt? Conf. Id. pro Arch. 26 c. 11. Cic. Fam. 12, 2. In statua, quam posuit in rostris, inscripsit, Parenti, optime merito. Tibull. 4, 1, 38. Ut nostrum tantis inscribam nomen in actis. Cic. in Catil. 1, 32 c. 13. Sit denique inscriptum in fronte vnus cuiusque ciuis quid de Re pub. sentiat. Idem de Orat. 2, 355 c. 87. Ut illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere. Plaut. Trin. 1, 2, 131. Quia rure dum sum, ego vnus sex dies, me absente, atque insciente, inconsultu meo, Aedes venales hasce inscribit literis. Aedes illico mercede inscripsi Ter. Heaut. 1, 1, 92. Plin. Paneg. 47, 4. Parens tuus hanc ante vos principes arcem publicarum Aedium nomine inscripserat. Basis inscripta est, indicatque nomen Martial. 9, 45. Cellae inscriptae nomina Idem 11, 46. Plaut. Fragm. 2, 37. Corpus tuum vulneribus inscribam. Plin. 22, 1. Barbarorum feminae maresque etiam apud Dacos et Sarmatas Corpora sua inscribunt. b. e. Signa quaedam suis corporibus imprimunt, quo venustiores appareant. Deos inscribere sceleri Ouid. Met. 15, 128. auctores dixerunt sceleris. Dexteram meam leto inscribenda tuo est Ouid. Met. 10, 199. mibi imputanda mors tua. Dominum inscribi alicui rei Sen. Epist. 99. Facies sua quemque Deorum inscribit Ouid. Met. 6, 74. Ita accurate depicti sunt DI, facie et habitu, ut illis tanquam inscriptione nominis nosci queant. Flores inscripti nomina regum Virg. Ecl. 3, 106. Libri falso inscripti Quinctil. 1, 24. Xenophontis Liber qui Oeconomicus inscribitur Cic. Off. 2 c. 24. Gell. 17, 9. de Scytale Laconica, Literas deinde in eo loro per transversas iuncturarum 105 oras, versibus a summo ad imum proficiscentibus inscribebant. Medicum

dicum se inscribere monumento suo Plin. 29, 1. Nomen inscripsit sacrum semivisto stipite Lucan. 8, 792. Notis lapis inscriptus Tibull. 1, 3, 54. Iocrates eum librum, qui Panathenaeicus inscribitur, quarto et nonagesimo anno scripsisse dicitur Cic. de Senect. 13. Idem Tusc. 1, 57 In illo libro, qui inscribitur Memnon. Cic. Att. 6, 3 Q. Cicero puer legit, ut opinor, et certe epistolam inscriptam patri suo: solet enim aperire, idque de meo consilio, si quid forte sit, quod opus sit sciri. Puluis inscribitur hasta Virg. Aen. 1, 482 de Troilo ab equis suis raptato. Sen. de Vita beata 12 Inscribunt deinde sapientiam Vitiis, abscondenda profitentur. i. Dant illis sapientiae titulum. Sic de Breuitate vitae . . . Inscribere deos vitiis. Ouid. Met. 15, 120 supra. Plin. 18, 3 de operibus rusticis, quae tractauerant olim principes viri, At nunc eadem illa vinciti pedes, damnatae manus, inscripti Vultus exercent. Est et forense verbum, significans idem ac Subscribere, vel Accusare: Vide l. ult. C. de Iniuriis. Rufin. Hist. 15 Eccl. 11 Inscribitur est accusatus.

INSCRIPTVS, a, um. Partic. [ἐπιγεγραμμένος] Notatus, descriptus; ut Lapidēs, Libri, etc. Vid. modo in INSCRIBO. Liu. 2, 41 extr. Signum inde factum esse, et inscriptum, Ex Cassia familia datum. Serui inscripti: i. Signo iniusto notati Plin. 22, 3. Conf. 20 Gell. 17, 9. Martial. 8, 75 Quatuor inscripti portabant vile cadauer, i. stigmatē notati. Conf. E. Vinet. Not. ad Auson. p. 207. Inscripitaque Deus qui nauigat alno, i. picta Stat. Theb. 8, 270. Nempe Scribere, ut γράφω etiam est pingere. ¶ 2 Substant. Gell. praef. Op. 9 post indices librorum plures commemoratos, Et quaedam alia inscripta nimis lepida, multasque prorsum concinnitates redolentia. ¶ 3 Non scriptus. Lucil. apud Non. 1, 169 Faciunt idem, quod illi, qui inscriptum e portu exportant clanculum, ne portorium dent. Oportet scilicet profiteri dominum, deinde scribere portitorem, quid exportetur etc. Varro de R. R. 2, 1 Ne si inscriptum pecus pauerit, lege Censoria committat multam. Inscripsi malefici actio in schola, stellationum in foro significat, ut ostendit Cuiac. Obs. 9, 13. Inscripsi malefici sit actio lex declamatorum, v. g. Sen. Exc. Controu. 5, 1. Quinctil. Decl. 252 et 344 ubi vid. Aerodius. ac 370. Apparet autem, inscriptum vocari ἀγραφοῦν, lege non comprehensum, ut Decl. 370 Fabius ait, quod nunquam timere maiores. Hinc Cuiacio et Aerodio auctoribus non dubitavi Quinctil. 7, 4, 36 ita edere, Praeter haec finguntur in scholis et inscripti (vulg. scripti) malefici quaestiones, in quibus aut hoc quaeritur, an scriptum sit? aut hoc, an malefium sit? raro vtrumque. Hinc intelligitur illud Senecae Exc. Contr. 3 praef. p. 428 Deinde libuit Ciceroni de Cestio (Ciceronis absurdo obtrektatore) in foro satisfacere. Subinde nactus eum in ius ad praetorem voco: et cum quantum volebam iocorum conuiciorumque effudissem, postulauī, ut praetor nomen eius reciperet lege (illa ficticia, cui Romae non erat locus) inscripti malefici. Tanta illi perturbatio fuit (homini scholastico, et in declamatorio solum opere iactato, cum videre talem postulationem posset) ut aduocationem peteret, (quasi serio res ageretur) Deinde ad alterum praetorem eduxi, et ingrati postulauī, cuius criminis ipsius quoque non dabatur actio Romae, nisi in illo foro declamatorio, etc.

INSCRIPTIO, ōnis. f. [ἐπιγραφή] Modo Titulus, modo Nota. Statuum cum inscriptione praeclara decernere Cic. Phil. 13 c. 4. Plin. 29, 1 Hinc illa infelicis monumenti inscriptio Turba se medicorum periisse. Idem 7, 58 Indicio erit tabula antiqui aeris cum inscriptione tali. Inscriptiones, propter quas vadimonium deserui possit Plin. praef. p. 5, 1 Hard. Inscriptiones frontis, pro Stigmatibus Sen. de Ira 3, 3. Conf. Suet. Calig. c. 27. Patere. 2, 104 Eoque nomine decreta ei cum speciosissima inscriptione operum ornamenta triumphalia. Accusatio, Inscriptionum libelli Vlpian. l. 2 §. 8 ad leg. Iul. de Adulter. Conf. Alex. Imp. leg. 3 Cod.

INSCRIPTILIS, e. Adi. Diomed. Gramm. p. 413 Vox confusa est inscriptilis, scribi, literis explicari, non potest.

INSCRIPTURA, ae. f. Tertull. adu. Valent. c. 30 Nobis inscriptura huius feminis, i. regula huic femini praescripta.

INSCRVTOR, ari. Macrob. Saturn. 7, 1 Si Homerū latentem prudentiam inscruteris altius.

INSCRVTABILIS, e. Adi. [ἀνεξερευνήτος] Quod scrutando satis cognosci non potest. Prosper de Ingrat. c. 36. August. Epist. 106. Nouat. Trin. c. 8.

INSCVLPO, pti, ptum, ēre. [ἐγκολλῶ, ἐγγλύφω] Sculpendo imprimere literarum vel alias figuras. Diomedes l. p. 374 post med. negat Sculpo verbum esse, sed a Scalpo deriuari Insculpo, ut a calco inculco, etc. Sed vid. SCALPO. Caeterum variare libros etiam in hoc verbo, et fluctuare inter inscalpo et insculpo, obseruamus. Vid. v. g. Bunem. ad Laetant. Phoenic. 153 quem dedimus in INSCALPO. Gemma insculpenda l. 13 §. 5 D. Locati. Plin. Epist. 8, 6 Placuit aere signari omnes honores fastidiosissimi mancipii, quosque repudiasset, quosque, quantum ad decernentes pertinet, gessisset, incisa et insculpta sunt publicis, aeternisque monumentis. Quinct. 1, 1, 27 Non inutile erit, Literas tabellae quam optime insculpi, ut per illos velut sulcos ducatur stilus. Nomina tesseri Justin. 3, 5, 10. Postibus cornua Ouid. Met. 15, 620. Saxo aliquid Hor. Serm. 2, 3, 90. Tumulo elogium insculpsisse Suet. Clar. Gramm. 1, 12.

INSCVLPTVS, a, um. Partic. Liu. 2, 33 Foedus cum Latinis, columna aenea insculptum, monumento est, Postumum Cominium bellum gessisse cum Volscis. Cic. de N. D. 2, 12 c. 4 Omnibus enim innatum est, et in animo quasi insculptum, esse deos. Idem Acad. 4 c. 1 extr. Ut literis consignamus, quae monumentis mandare volumus, sic ille (Lucullus) in animo res insculptas habebat. Sortes in robore insculptae priscaerum literarum notis Cic. de Din. 2 c. 41. Plin. 36, 5 Sunt certe etiamnum in columnarum spiris insculpta nomina eorum argumenta, rana, atque lacerta. Al. Insculpta. Idem 7, 20 Et alia mirifica facere, quae insculpta monumento eius spectantur. Suet. Neron. c. 41, 6 Insculptum monumento militem Gallum, ab equite Romi, oppressum trahi crinibus.

INSECO, secui, sectum, aere. [ἐντέμνω] Secare ex parte, incipere, secare. Columel. 12, 47 Quidam oliuam non contundunt, sed acuta arundine infecant. Idem 4, 15 Sequentē deinde anno infecatur superior pars curuaturae vsque ad medullam.

INSECTVS, a, um. Partic. [ἐμπεριδείξω] Plin. 10, 37 Quod auro insectis alarum articulis quaesiere aliqui, non, etc. Dentes insecti pectine Ouid. Met. 6, 58. de opere textili. ¶ 2 Insecta [ἐντομα ζῶα] genus animalium, de quo audiamus Plinium. Is librum 10 ita finit, Verum ad insecta transeamus: haec namque restant inmensae subtilitatis animalia — deinde librum 11 ita incipit, Multa

haec et multigenera, terrestrium volucrumque vita. Alia pennata ut apes, alia utroque modo, ut formicae: aliqua et pennis et pedibus carentia: iure omnia insecta appellata ab incisuris, quae nunc certum loco, nunc pectorum atque alii, praecineta separant membra, tenui modo fistula cohaerentia. Aliquibus vero non tota incisura, eam ambiente ruga, sed in aluo aut superne tantum imbricatis flexili vertebrae, etc. Ibidem c. 28 pr. Insectorum quaedam binas gerunt pennas, ut muscae; quaedam quaternas, ut apes: membranarum et cicadae volant: quaternas habent, quae aculeis in aluo armantur: nullum, cui telum in ore, pluribus quam binis aduolat pennis, etc. sunt enim plura.

INSECABILIS, e. Adi. [ἀσπαστος] Quod secari et diuidi non potest, quales sunt atomi. Quinctil. 2, 17 Ne hi quidem, qui ignem aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt. Idem 3, 3. Conf. Vitruu. 2, 2. Sen. Epist. 118. Lactant. de Ira Dei c. 9 et 10. Et Mart. Capell. 7.

INSECTIO, ōnis. f. Gell. 18, 9 Antiqui narrationes sermonesque infectiones appellarunt. Vid. mox INSEQVE.

INSECTURA, ae. f. Incisura. Sen. Quaest. Nat. 1, 7 Totidem redderet (virgula) soles quot habuit infecturas.

INSECTOR, āri. Vid. INSEQVOR.

INSEDATVS, a, um. Adi. [ἀσάστος] Non sedatus, turbulentus, commotus. Laudatur Cic. in Partit. 77 c. 22 Simulque altitudo animi in capiendis incommodis, et maxime iniuriis, et omne quod est eius generis, graue, infedatum et turbulentum. Sed Lambin. Grut. Gron. Graue, sedatum, non turbulentum.

INSEDABILIS, e. Adi. Vnde INSEDABILITER. Adu. [ἀσάστος] Lucret. 6, 1174 Infedabiliter sitis arida corpora mersans.

INSEDI, infessum. Vid. INSIDEO.

INSEDLVS, a, um. Gloss. Gr. Lat. ἀσάστος, infedulius.

INSEMINO, āre. [ἐνσπείρω] Inferere. Gell. 19, 5 Qui aquam niualem frugibus sane et arboribus secundam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrem esse, tabem et morbos sensim atque in diem longam visceribus infeminare.

INSEMINATVS, a, um. Part. Vitruu. prooem. 8 Terra ex caelestium imbrum conceptionibus infeminata. Conf. Arnob. 2 p. 93.

INSEMITATIO, ōnis. f. [ἀσπίδα] Gloss. Lat. Gr. ubi semita non est.

INSENECO, ui, ēre. [ἐννεσκόω] Diutissime immorari, quaeque in eo aetatem consumere, et senem fieri. Quinctil. 10, 3 Singulis actionum partibus infenescere. Libris et curis infenuit Hor. Epist. 2, 2, 82. Tacit. Ann. 4, 6, 6 Quum plerisque iisdem Negotiis infenescerent.

INSENSIBILIS, e. Adi. [ἀσάστος] Quod non sentiri potest. Gell. 17, 10 Inenarrabile esse ait et propemodum insensibile. Morbus Ser. Sammonic. 34. ¶ 2 Qui non sentit. Lactant. 7, 3, 7 Nam si haec omnia, quae videmus, Dei membra sunt; iam insensibilis ab his constituitur deus; quoniam membra sensu carent;

et mortalis, quoniam videmus membra esse mortalia. Sic Simulacra vocat Vana et insensibilia 1, 20, 22. Et 6, 13, 13.

INSENSILIS, e. Adi. [ἀσάστος] Idem. Lucret. 2, 864

— necesse est

Ex insensilibus tamen omnia confiteare

Principiis constare.

Idem 887 Ex insensitibus ni credas sensibile gigni.

INSENSATIO, ōnis. f. Vet. Interp. Iren. praef. 1.

INSENSATVS, a, um. Adi. Augustin. de Genes. ad Lit. 3, 12. Tertull. de Praescr. c. 27. Et adu. Marc. 4, 43. Vulgata Gal. 3, 1.

INSENSVALIS, e. Adi. Cassiodor. Epist. 2, 40 Tanta vis est conuenientiae, ut rem insensualem sponte se mouere faciat, quia eius sociam constat agitatum.

INSEPARABILITER. Adu. Macrobius in Somn. Scip. 1 c. vlt. Singula, quae inseparabiliter inuoluta rerum necessitas in se vinxit. Lactant. 3, 11 Inseparabiliter connexa.

INSEPARABILIS, e. Adi. Sen. Epist. 85 Et iuncta semper est, atque inseparabilis. Idem ibid. 118. Conf. Apul. Met. 9 p. 224 Sidon. Epist. 9, 9. Cyprian. Epist. 1, 1. Compar. Inseparabilior Trinitas Aug. de Trin. 15, 23.

INSEPARABILITAS, ātis. f. Aug. ibid. pr. Et Epist. 29 et 268.

INSEPARATVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Prax. c. 9 et 18.

INSEPTVS, a, um. Adi. i. septus. Hunc insepulum ingenti quodam et inexplicabili muro Sen. de Benef. 4, 19. Festus tamen,

¶ 2 Insepulum, non septum: ponitur et pro non aedificatum. Verum monet Salmas. ad Spartian. p. 31 non posterius delendum esse.

INSEPELIBILIS, e. Adi. ut, Insepelibilis stultitia. Vid. Erasmi. Adag.

INSEPVLTVS, a, um. Adi. [ἀθάνατος] Non sepultus. Cic. pro Milon. c. 33 Frangetis impetum viui, cuius vix sustinetis furias insepulti? Idem Catil. 4, 11 c. 6 Cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos aceruos ciuium. Ne quis insepultus esset,

natura prospexit Sen. Ep. 92 extr. Proiicere insepultos Liu. 29, 9. Membra Hor. Epod. 5, 99. Mors, Vbi arcesur sepultura is, qui supplicio est affectus Sen. de Tranquill. vitae 14. Pater insepultus Sen. Theb. f. 1. Cic. Philipp. 1, 5 c. 2 Nam quum serperet in vrbe infinitum malum, idque maneret in dies latius: iideinque bustum in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam effecerant, etc. Caesaris funus vocat insepultam sepulturam, propterea quod raptim ac turbulente, non more modoque factum erat. Sepultura autem significat Humationem, atque actum ipsum sepeliendi: funus alias, et prope exsequias ipsas, ut hoc loco, et de Legib. 2, 56 Nec de mortui laude, nisi in publicis sepulturis dici licebat.

INSEQVE, vel INSECE. [ἐννεσ] Dic, narra: ab Insequo, vel ut Velio Longo apud Gell. 18, 9. magis placuit, Inseco. Hinc Insecendo ex Catone, et Insece Musa ex Ennio refert, qui dedita opera hoc verbum tractat, et omnino videndus est toto capite Gell. 18, 9. Add. Insecis apud Fest. Conf. Bos. ad Cic. Att. 1, 16 p. 103 Graeu. Nobis satis est ponere ex Gellio versus Ennii, Insece Musa, manu Romanorum

Induperator, Quod quisque in bello gessit cum rege Philippo. Et Liuii Andronici, qui primum Odyssae versum sic reddidit, Virtum mihi, Camoena, insece versutum. Catonis denique verba sunt: Eiusmodi scelera nefaria, quae neque insecendo (narrando) neque legendo audiui.

INSEQVOR, ūtus sum, sequi. [ἐπινοώ] Idem significare videtur,

detur, quod Statim sequi. Virg. Aen. 1, 91 Insequitur clamorque vi-
rūm, stridorque rudentum. Cic. Tusc. 1, 94 Nonne modo pueros,
modo adolescentes in cursu a tergo insequens nec opinantes insecuta
est senectus? *Vbi ex vetusto codice rectius legitur* Afflicta. Sic de
Clar. Orat. 41 c. 10. Fugientem insequitur Ouid. Met. 11, 468. 5
Cineres atque ossa alicuius insequi Virg. Aen. 5, 787. Conuellere
vimen insequor, *i. Insto* Idem ibid. 3, 32. Pergam atque insequar
longius Cic. Verr. 3, 51 c. 20. Casus per tanta pericula insequitur
Virg. Aen. 1, 620. Epistola Epicuri Stilponem insequitur Sen.
Epist. 9. *Conf. Nep. 25, 9, 2.* Fortuna insequitur viros Virg. Aen. 10
1, 244. Languor insequitur Lucret. 3, 173. Nimbus Virg. Aen.
4, 161. Cic. de Fin. 1, 50 Plerumque improborum facta primo Su-
spicio insequitur, deinde sermo. Insequi, *Persequi et insectari est,*
Cic. pro Rosc. Amer. . . . Quid vis amplius? Ecquid insequeris? quid
oppugnans? Quinctil. 12, 10. Clamore insequi ac minis Cic. pro
Cluent. 24 c. 8. Idem Att. 14, 14 Sed homines beneuolos, quales-
cunque sunt, graue est insequi Contumelia. *Cum Datus* Cic. Tusc.
2, 67 c. 27 Si cui nauiganti praedones insequantur, deus quis dixerit,
etc. Sic editur a Grutero, inde ex MSS. Sed praestabat credo antiqua
lectio Aldi, Steph. caeterorum, Si cui nauiganti, quem praedones infe-
quantur. 20

INSEQUENS, entis. Partic. [*ἰνσηόμενος*] Pseudo-Cic. ad Octau.
Quae non insequens hora antecedente calamitosior Populo Romano il-
luxit? Intolerantius insequentes legio decima tardauit Caes. B. G.
7, 51. Annus insequens Postumium Cominium et T. Largium Con- 25
sules habuit Liu. 2, 18 *pr.* Idem 2, 59 Iter in insequentem Dicim
pronuntiari quum iussisset, prima luce classico signum profectio-
nis dedit. Tempore insequenti Patere. 1, 6, 1. Per insequens biduum
Scribon. 122. Diebus insequentibus Idem 104.

INSECVTVS, a, um. Partic. [*ἰνσημέτος*] Plin. 7, 11 Rursus in 30
alia, quae septem mensium edito puerperio, insecutis mensibus gemi-
nos enixa est.

INSECVTIO, ōnis. f. Apul. Met. 8 p. 208 Caecae festinationis
temeritate ac metu incertae insecutionis.

INSECVTOR, ōris. m. Tertull. Apol. c. 5. Prudent. Hymn. 35
Epiph. 126.

INSEQVENTER. Adu. [*ἰνσημένως*] Gell. 10, 29 Obscure et
insequenter particula illa posita.

INSECTOR, āri. Frequent. [*καταδιώκω*] *Persequi.* Cic. pro
Font. 1 Insector vltro, atque insto accusatori iudices: insector inquam, 40
ae flagito testes. Existinat, non te insectatum esse amicos paternos
Anton. ad Cic. sub Att. 14, 13. Plaut. Capt. 3, 4, 18 Nam istic hastis
insectatus est domi matrem et patrem. Idem Rud. 3, 6, 5 lapidibus.
Cic. de Fin. 2, 80 c. 25 Sit ista in Graecorum leuitate peruersitas, qui
maledictis insectantur eos, qui de veritate dissentiunt. Cic. Att. 5, 17 45
Ibi forum agit, quum ego sum in prouincia: quam eius iniuriam non
insector. Non equidem insector Hor. Epist. 2, 1, 69. Terram
insectari rastris, *Sarrire* Virg. Georg. 1, 155. ¶ 2 Insecto,
voce affinis legitur apud Plaut. Capt. 3, 4, 61. Jam illic nos insectabit la-
pidibus, nisi illunc iubes comprehendere. Idem Poen. 3, 1, 21. 50

INSECTANTER. Adu. Gell. 19, 3 Insectanter et grauiter vi-
tuperari.

INSECTATVS, a, um. *Pass. ab Insecto.* Hirt. B. Alex. c. 17
Miles ab his insectatus constiterat. *Item Act. ab Insector:* Tacit.
Hist. 2, 96, 3 In hunc modum Vitellius disseruit Praetorianos infe- 55
ctatus.

INSECTATIO, ōnis. f. [*διωξις*] Liu. 7, 1. Idem 3, 65 Sine
insectatione potestatis. Idem 22, 34. Quinctil. 5, 7 Quod insecta-
tionis genus est permistum defensionis legimus in orationibus plurimis.
Inhumana fortunae insectatio Quinctil. 6, 5. Abstineret insectatione, 60
vid. ABSTINEO. Tanta est hominum insolentia et nostri inse-
ctatio D. Brut. ad Cic. Fam. 11, 1. *Conf. Tacit. Ann. 2, 55, 3. 12, 40, 1.*
et 15, 18, 3.

INSECTOR, ōris. m. Liu. 3, 33 Vt aurae popularis secta-
tor euaderet, pro truce saetioque insectatore plebis. Quinctil. 10, 165
extr. Seneca egregius vitiorum insectator.

INSERĒNVS, a, um. Adi. [*ἐπισηρικός*] Nubilus. Stat. Silu.
1, 6, 21 Non tantis Hyas inferena nimbis Terras obruit aut, *etc.*

INSERO, ēui, itum, ēre. [*ἐνεστέλλω, ἐμψιτεύω*] *Serere, i. plan-*
tare significat, ut simul ad locum respectus habeatur, ubi aliquid planta-
tur. Virg. Ecl. 1, 74 Inserere nunc Meliboeae puros, nempe in alias
arbores. Inferere frumentum arboribus: *b. e. Inter arbores frumen-*
tum seminare: qui mos adhuc apud Italos durat. Columel. 5, 7 Arbo-
ribus rumpotinis si frumentum non inferitur, in vtramque partem vi-
giati pedum spatia interueniunt. *Proprie autem est scisso vel cortice* 75
nudato trunco, surculum fecundae arboris in sterilem imponere. Varro
de R. R. 1, 40 Si in pirum siluaticam inueneris pirum quamuis bonam,
etc. In quacumque arborem inferas, si eiusdem generis est, *etc.*
Quae verno tempore inferebantur Varro R. R. 1 c. 41. Vitem Co-
lumel. de Arborib. c. 8. Ouid. Met. 14, 630 Fissa modo cortice 80
Virgam inferit. Columel. 5, 11 Omnis surculus omni arbori inferi
potest. Hortos Columel. 3, 21. Idem de Arborib. c. 8 Humida
loca, de Vua alba: sicca, de nigra inferito. ¶ 2 *Metaph.*
Inferi et donari ab arte non possunt omnia Cic. de Orat. 1, 114 c. 25
de motibus animi ad eloquentiam necessariis. Hoc forte malis referre 85
ad Infero, rui. Vitiorum aliqua inuenit tibi natura Hor. Serm. 1,
3, 35. *De his praesertim, qui alienae genti accenseri se aut alios vo-*
lunt, ex hortensii re desumptum hoc verbum adhibetur. Ouid. Met. 13, 33
Quid sanguine cretus Sisyphio — Inferit Aeacidis alienae nomina
gentis? Val. Max. 6, 2 ext. 1 Inferit se tantis viris mulier alieni- 90
geni sanguinis. Plin. 35, 2 Exstat Messalae oratoris indignatio, qua
prohibuit inferi genti suae Leuinorum, alienam imaginem. Tacit.
Ann. 6, 2, 2 Cum repente Tagonius Gallus, dum ignobilitatem suam
magnis nominibus inferit, per ridiculum auditur. *An hoc allusit*
Hor. Carm. 1, 1 *extr.* Quod si me lyricis vatibus inferis? *i. immeren-* 95
tem licet illi choro addis. Hinc Infiticius et Infitiuus. *Conf. INSERO*
inferui, de quo p. p.

INSITVS, a, um. Partic. Mala insita fert pirus Virg. Georg.
2, 33. *Et Subst. Insitum, intell. semen, s. Surculus ipse ex vna arbore*
refectus et in aliam implantatus. Columel. 4, 29 Tum quod ex in- 100
sita profundit, subligandum, ne vento surculus motus labefactetur,
explantetur tener pampinus. Idem de Arbor. c. 26. Postea paleato
luto bene subacto oblitito totam plagam, et spatium, quod est inter
surculos, vsque eo, vt duobus digitis insita existant. *Conf. Varr. R. R.*
1, 41. ¶ 2 *Saepe per translationem adhibetur:* Cic. de Fin. 105

4, 4 c. 2 **Habere etiam insitam** quandam vel potius innatam cupiditatem scientiae. Amor cognitionis insitus menti Cic. de Fin. 4, 18 c. 7. **Civis** urbis insitus Sallust. in Cic. 6, 61 ed. Wasse. **Feritas** Liu. 34, 20. **Horror** insitus mortalibus Lucret. 5, 1164. **Inimicitias** insitas habere et gerere cum nomine Pop. Rom. Cic. pro Font. 23. **Malum** insitum in natura Idem Verr. 3, 177. **Mos** insitus vitio genti, inter latrocinia militiam exercendi Liu. 28, . . . **Difficile** est, si quid est penitus insitum **Moribus**, id subito euellere Cic. ad Q. Frat. 1, 1. **Notio** naturalis et insita in animis nostris inest Cic. de Fin. 1, 31. **Odiū** quantum insitum animis Valer. Max. 6, 3, 1. **Opinio** insita penitus, et vetusta Cic. pro Cluent. 4. **Vim** insitam promouet doctrina Hor. Carm. 4, 4, 37. *i. Naturalem, ait Acron.* **Vitium** insitum et innatum animis Cic. Verr. 4 c. 48.

INSITVS, ſis. m. [*ἐγκέτρισις*] *Idem quod Insitio.* Plin. 14, 3
15 **Et** haec sunt publica sunt genera: caetera regionum locorumque, aut ex his inter se insitu mista.

INSITIO, ōnis. [*ἐγκέτρισις*] Columel. 5, 11 Tria genera porro insitionum antiqui tradiderunt: vnum, quo resecta et sissa arbor resectos surculos accipit. *Add. Id. 4, 29.* **Quid.** Rem. Amor. 195
20 **Venerit** insitio, fac ramum ramus adoptet. Cic. de Senect. 54 c. 15
Nec Conditioes modo delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricultura solertius.

INSITICIVS, a, um. Adi. [*ἐγκέτρισις*] *Quod est insitum, adscitum.* Insiticii et bigenerimuli Varr. R. R. 2, 8, 1. **Sermo** insiticius, et inductus, *Non natiuus, sed aliunde arcessitus, cui Patrius opponitur* Plin. Epist. 4, 3, 5. **Neque** enim coniectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, quum hoc insiticio et inducto tam praeclara opera perfeceris. **Somnus** Varr. R. R. 1, 2, 5 *qui inter diei negotia inseritur.* *Idem est*

30 **INSITIVVS**, a, um. Adi. [*ἐγκέτρισις*] *Quod inseritur, in locum non suum.* Gell. 12, 1 **Corpusque** et animum benigne ingenitis primordiis inchoatum, insitio, degeneſique alimento laeſis alieni corrumpere. Cic. pro Sext. 101 c. 47 **Quumque** insitium Gracchum contra vim multitudinis incitatae censu prohibuisset. **Libri** insitui, 35 *quorum mater est adultera* Phaedr. 3, 3, 10. **Pira** Hor. Epod. 2, 19. *Conf. mox INSERTIVVS.*

INSITOR, ōris. m. [*ἐγκέτρισις*] *Qui inserit.* Plin. 18, 33 **Hunc** caueat insitor calamis. **Propert.** 4, 2, 17 **Insitor** hic soluit pomosa vota corona. **Hoc** nomine flamen Cerealis inuocabat Deum, *ut* 40 *probat Seru. ad Virg. Georg. 1, 21.* *Ex Fabio Pictore.*

INSERO, rui, ertum, ěre. [*ἐμβάλλω, ἐπιτίθημι*] *Immittere, interponere, immiscere.* *Quod Praesenti tempore neque forma, neque significatione distat ab eo, quod proposuimus; verum supra illud considerauimus, in quantum ad satum et propagationem vegetabilium pertinet; et Praeteritum* 45 *habet insēui, Participium insitum. Iam persequimur reliqua.* Columel. 6, 4 **Nausea** discutitur, si integrum gallinaceum crudum ouum ieiunis faucibus inferas. **Caput** inferere in tentorium Liu. 8, 36. Cic. de Orat. 2, 162 c. 39 **Qui** omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima mansa (ut aiunt nutrices) infantibus pueris in os inferant.

50 **Collum** in laqueum Idem Verr. 4, 37 c. 17. **Seminecisue** hirci referato pectore cales **Inferere** Sammonic. 782. **Conciones** operi Iustin. 38, 3, 11. **Epistola** exenterato lepori inseritur Idem 1, 5, 10. **Exemplum** breuitati operis Ibid. 38, 3, 11. **Quinctil.** 2, 2 **Qualis** illius fuit, qui Grana ciceris ex spatio distante missa, in acum continuo et sine frustratione inferebat, *b. e. Immittebat.* **Ter. Heaut.** 3, 3, 3 **Viden?** ego te modo Manum in sinum huic meretrici inferere? **Subtegmen** inseritur acutis radiis Ouid. Met. 6, 56. **Plin.** 31, 4 **Quaedam** terrae imbribus sicciore sunt, velut in Narniensi agro, quod admirandis suis inseruit Cicero, siccitate lutum fieri prodens, imbre puluerem. **Stat.** Silu. 5, 5, 72 **Inserui** Vitae, *infantem sustuli, educari pro meo iussi.*

60 **Bellis** ciuilibus se Ouid. Met. 3, 117. **Conditio** inseritur stipulationi, *i. Ponitur in stipulatione* Iulianus in l. impossibilis D. de verb. obligat. **Consilium** aliquod, *Addere, adiungere:* Plaut. Poen. 4, 2, 105 **Et** illud autem inferendum est consilium vernaculum. Liu. 27, 23 *pr.* **Cum** 65 **iis**, adeo minimis etiam rebus, praua religio inserit Deos, mures in aede Iouis aurum rosisse. Idem 35, 17 *pr.* **Admissi** plures dum suas quisque nunc querelas, nunc Expostulationes inserit, aequa iniquis miscentes e disceptatione altercationem fecerunt. **Fabula** inseritur huic loco Liu. 5, 21. **Iocos** historiae turpes inseruisse Ouid. Trist. 70 2, 444. **Quinctil.** 2, 1 **Nonne** Laus ac vituperatio certaminibus illis frequenter inseritur? **Locos** inferere moris est Idem 2, 10. **Et** 2, 4 **Quod** vix vllus est tam communis Locus, qui possit cohaerere cum causa, nisi aliquo propriae quaestionis vinculo copulatus: appareatque eum non tam insertum, quam applicitum. **Opinionem,** *vid.*

75 **OPINIO.** **Quid.** Amor. 3, 7, 9 **Osculaque** inseruit cupidae luctantia linguae.

INSERTVS, a, um. Partic. **Paterc.** 2, 60, 4 **Commentariis** falsis insertis. **Falces** insertae affixaeque longuriis Caes. B. G. 3, 14. **Virg.** Aen. 3, 152 — **Qua** se Plena per insertas fundebat Luna Fenestras. **Insertas**, aut clatratas: aut non fertas: ut sit quasi insertas, *i. Non* 80 *clausas.* **Et** dictum quomodo Asprosque molares, pro Asperos, etc. **Seruius.** *Possunt vel fenestrae, i. clatri, craticulae insertae intelligi s. impositae a fabricis: vel insertae fenestrae sunt, per quas inseruit se hunc splendor.* *Conf. INSERTIM.* **Praedia** agris inserta Plin. 85 **Epist.** 3, 19 *pr.* Idem 10, 57 **Penna** per transuersas inserta nares. **Vopiscus Firmo** c. 3 **Nam** et vitreis quadraturis bitumine — insertis domum induxisse perhibetur: *nempe bituminis ope parietibus inmissa et inserta vitra.*

INSERTA, ae. f. **Ornamentum** esse aiunt, laudantque Publ. Syr. 90 *ap. Gell. 17, 14* **Frugalitas** inserta est rumoris boni. **Scal. ad Manil.** p. 411 *interpretatur ad verbum emblema: miraturque haesitatum ea de re, quomodo emblema Latine diceretur tempore Tiberii apud Suet. c. 71.* **Laudat** etiam Tertullianum de Idolol. qui profanas literas insertas idolorum praedicationis dixerit. **Locus** est c. 10 *et ita editur,* Si fidelis literas doceat, insertas idolorum praedicationes sine dubio dum docet commendat. **B. Rhenan.** insertas idolorum praedicatione, sine dubio, etc. *Hic itaque locus non fauet insertae: sed aut literas habet insertas et quasi distinctas praedicatione, aut praedicationes insertas et immistas literis.* **Nec firmitus est, quod in eodem libro esse dicit insignia dignitatum insertas.** **Locus** est c. 18 **Caeterum** purpura vel caetera insignia dignitatum et potestatum, insertae dignitati et potestatibus idololatriae ab initio dicata, habent profanationis suae maculam. *Hic nullas dignitatis insertas equidem video, sed video idololatriam dignitati et potestatibus insertam, s. admixtam.* **Iam redeamus ad Syrum: habeat etiam** 100 **ille sibi postliminio suam Miseriam, quam praeferrunt libri ante Scaligerum editi,**

- Virg. Aen. 11, 531 Arripuitque Locum, et filius infedit iniquis. *Vbi Seruius, Infedit, proprie: nam Infidere, est Dolose aliquem expectare: vnde et Infidiae nominatae sunt. Molibus villarum Tac. Ann. 4, 67.*
- 3 Pro Infidiari posuisse quibusdam videtur
Lactant. de Opific. Dei 1 c. 8 Aduersarius noster salutem infidet. *Sed magno consensu optimorum librorum edidit post Cellarium Bunemannus, summa ergo prudentia est pedetentim procedere, quoniam utrobique Saltus infidet, et offensacula pedibus latenter opponit. Sic proprie Liu. 32, 6 Quos saltus infedisit rex.*
- 10 INSIDEOR, essis sum, āri. Pass. [ἐφιδερόμαι] Liu. 25, 13 pr. Viacque omnes hostium praesidiis infiderentur. Equus infidetur Gell. 18, 5.
- INSIDENS, entis. Part. [ἐπικαθήμενος] Infidens equo Liu. 27, . . . Cura infidens assidua Idem 1, 21. Mala Cic. Tusc. 4, 84
- 15 INSESSVS, a, um. Part. [ἐφιδροσός] Occupatus. Liu. 7, 34 pr. Consul exercitum incaute in saltum caua valle peruium, circaque infessum ab hoste induxit. Albus infessis Tac. Histor. 3, 1, 4. Cubilia monstris horrendis infessa Stat. Theb. 12, 236. Humus infessa tanto pondere Idem Silu. 1, 1, 56. Montes praesidiis infessi Tac. Ann. 13, 39, 2.
- INSESSOR, ōris. m. Symmach. Epist. 2, 48 Insestor viarum.
- INSIDIAE, arum. f. Pl. [ἐνδρα, ἐπιβουλή] Dolosa expectatio ad aliquem aggrediendum. Caes. B. G. 2, 11 Infidias veritus. Cic. Off. 3, 68 Suntne igitur infidias, tendere plagas? Vigilandum est semper; multae infidias sunt bonis Cic. pro Planc. c. 24 ex Incerto. Idem Att. 13, 10 Marcellus infidiis interfectus est. Tac. Ann. 11, 26, 3 Si praeuenirent Claudium, ut infidiis incautum, ita irae properum. Iter per infidias Ouid. Met. 2, 71. Maris infidi infidias Lucret. 2, 557. Tac. Ann. 11, 19 Nec Irritae, aut degeneres infidias fuere aduersus transfugam, et violatorem fidei. Absunt infidias a vatibus, vid. ABSVM. Adhibere nimis infidiarum, vid. NIMIS. Cic. Off. 1, 109 c. 30 Qui nihil ex occulto, nihil De infidiis agendum putant. Sic quidam elidere. Sed meliores ex infidiis, ut Cic. in Orat. 380 c. 12. Non Ex infidiis, sed aperte ac palam elaboratur, ut verbis, etc. In talibus Infidias sunt locus occultus, vnde fit impetus. Si infidiis dicatur sine Praepositione, vel per infidias, modus et ratio nocendi occulta indicatur. Plaut. Afin. 5, 2, 31 Auepemus ex infidiis clanculum, quam rem gerant. Capere ex infidiis, vid. CAPIO. Circumuenire per infidias, vid. CIRCUMVENIO. Capi infidiis Virg. Georg. 1, 426. Cic. pro Milon. 27 Clodius ante suum fundum Miloni infidias Collocauit Caes. B. G. 3, 37. Comparare infidias alicui per aliquem Cic. pro Cluent. 46. Componere infidias alicui Tibul. 1, 6, 4. Considerare in — Consergere ex infidiis, vid. CONSERGO. Dare infidias Plaut. Stich. 2, 3, 52.
- 45 Disponere infidias Quinct. 4, 2. Ero hic ego in infidiis Terent. Phorm. 1, 4, 52. Excipere infidiis aliquid Virg. Ecl. 3, 18. Explorat lupus infidias ouilia circum Idem Georg. 3, 537. Extruere infidias Iustin. 43, 4, 8. Facere infidias Terent. Eun. 3, 3, 26. Cic. Fam. 15, 3 Ita mecum locutus est, ut nullas infidias neque vitae suae, neque regno diceret se aut intelligere Fieri, aut etiam suspicari Iustin. 16, 1, 10. Nepos 7, 9, 2. Cic. Off. 3, 35 Paci, quae nihil Habitura sit infidiarum, semper est consulendum. Incidere in infidias Idem Fam. 7, . . . Instruere infidias alicui Catul. 21, 7. Iustin. 24, 2, 1. Instruere infidias in aliquo loco Cic. pro Cluent. 55 189. Interit ex infidiis Alexander Phaereus Idem Off. 2, 26 c. 7. Interficere aliquem per infidias Idem pro Domo 59. Iustin. 16, 1, 8. Intrare infidias, vid. INTRO. Intrare in infidias Caes. B. C. 3, 38. Latere in — Locare infidias alicui, vid. Loco in LOCVS. Locati in infidiis viri fortes ab imperatrice Cic. pro Cael. 67. Mandare rem aliquam infidiis Iustin. 5, 2, 5. Maturare infidias alicui Sallust. Catil. c. 33. Meditari infidias alicui Virg. Ecl. 5, 60. Moliri infidias aibus Idem Georg. 1, 271. Niti infidiis, vid. NITOR. Opponere alicui infidias, vid. OPONGO. Plaut. Poen. 3, 1, 46 Ei Paratae, ut sint infidias de auro et de seruo meo. Parare infidias vitae alicuius Cic. pro Rosc. Amer. 26 c. 9. Parare infidias et tecta arma Ouid. Fast. 3, 638. Cic. Fam. 15, 2 Rex mihi Patefactis infidiis non egere exercitu Pop. Rom. visus est. Sic Tac. Ann. 11, 9. Petere aliquem infidiis Ouid. Met. 9, 622. Cic. de L. Agr. 2, 48 Isti penitus abstrusas infidias se Posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem. Ponere in infidiis: b. e. In loco, ubi infidias factae sunt. Cic. pro Deiot. 23 c. 7 Quid? ille signa aenea in infidiis Posuerat? Struere infidias Tacit. Ann. 2, 65. Ouid. Met. 1, 198. Subactus infidiis Virg. Aen. 12, 494. Subiicere infidias Quinct. 5, 7. Esse in infidiis, vid. IN, et supra
- 75 Ero, etc. Tendere infidias alicui Cic. pro Rosc. Com. 46 c. 16. Iustin. 43, 4, 8. Vertere infidias in aliquem Idem 16, 4, 8.
- INSIDIOR, atus sum, āri. Dep. [ἐνδρεω, ἐπιβουλεύω, λοχία, λοχίζω] Infidias parare et instruere. Martial. 12, 11 Si te delectant animosa pericula, Tuscis (Tutor est virtus) infidiamur apris. Cic. in Orat. 210 c. 62 Non enim id agit, ut infidietur et obseruet, sed fauet. Hostibus infidior Ouid. Met. 13, 212. Lupus infidiatus ouili Virg. Aen. 9, 59. Tempori infidiari Liu. 23. Conf. Patere. 2, 21, 2. Passive: Cic. pro Cael. 21 Magnum crimen in legatis infidiandis. 2 Asiue, Igne cremantur Serui, qui salutem dominorum suorum infidiauerunt Callistr. l. 28 §. 11 de Poenis. Sed Haloander infidiati erunt. Quod Seruius Danielis monet Aen. 1, 719 legi in quibusdam libris infidiat, idque interpretatur infidias faciat, illud nugatorium pronunciat Heins. ad locum. Add. Voss. de Anal. 3, 7. Duker. de Latinit. Ictor. p. 328 sq.
- 90 INSIDIANS, antis. Part. Iustin. 43, 4, 10 Regi infidiant infidias tenduntur. Idem 6, 6, 6 Lacedaemonii securis infidiantes. Caes. B. G. 8, 19 Ab infidiantibus accipere detrimentum. Propert. 3, 6, 37 Natura infidians.
- INSIDIATVS, a, um. Part. Virg. Aen. 9, 59 — pleno lupus infidiatus ouili.
- INSIDIOSVS, a, um. Adi. [ἐπιβουλετικός] Infidiis plenus, fallax: Cic. Verr. 2 c. 78 Quis acerbior? quis infidiosior? quis crudelior vnquam? Plin. 29, 1 In qua conditione infidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt. Alloquio infidiosus Iustin. 9, 8, 8. Amicus Cic. pro Domo c. 11. Facies infidiosa oculis Ouid. Epist. 15, 22. Caius in l. Qui petitorio §. Qui D. de rei vindicatione, Culpae autem reus possessor est, et qui per infidiosa Loca seruum misit, si is periit. Latro Martial. 14, 20. Princeps infidiosissimus Plin. Paneg. extr. Quies infidiosa Stat. Silu. 1, 4, 57. Verba Ouid. Epist. 20, 210.

INSIDIOSE. Adu. [*ἐπιβύλιος*] *Dolose fraudulenter.* Cic. Off. 3, 68 Ratio ergo hoc postulat, ne quid insidiosè, ne quid simulate, ne quid fallaciter. Sceleratissime et insidiosissime tractare aliquem Cic. Q. Frat. 1, 3 extr. Insidiosè spem falsam ostendere Idem pro Rosc. Amer. 110 c. 38.

INSIDIANTER. Adu. *Idem.* Iustin. 6, 6, 6 Sed Lacedaemonii securi, insidianter absentiam Arcadum speculati, castellum eorum expugnant. *Al.* Insidiantes.

INSIDIATOR, ôris. m. [*λοχίτης, ἐπιβύλιος*] *Qui tendit insidias* Cic. pro Milon. 19 c. 7 Insidiatori vero et latroni, quae potest afferri iniusta nex? Nep. 21, 2, 2 Imperii insidiator. *Idem* 14, 9, 4. Insidiator viae Cic. in Catil. 2, 27. Fugere insidiatorem Hor. Serm. 2, 5, 25.

INSIDIATRIX, icis. f. Ammian. 24, 17 Insidiatrix manus. *Idem* 27, 23.

INSIDIO, is. *mutatur Praeteritum a Sedeo, propter significationis affinitatem, infedi, infessum, ère.* [*ἐπιβύλιος*] *Deorsum se immittere.* Virg. Aen. 6, 707 Ac veluti in pratis, ubi apes aestate serena Floribus insidunt variis, etc. Quintil. Decl. 13, 4 Non potes imperare apibus tuis, — ne hortorum meorum floribus insident. Lucan. 20, 3, 407 Illis et volucres metuunt insidere ramis. *Sic Burm. qui νέωλογία quadam de auibus dici hoc verbum, observat post Heinsum ad Ouid. Met. 1, 367: et coniecit Statio Theb. 3, 387 etiam insidere olim lectum fuisse.* Colum. 2, 2, 22 Insidat ceruicibus iugum. Pallad. 1, 4, 1 Nullus illi limus insidat *i. in ea subsidat.* Virg. Aen. 1, 719 25 Interdum gremio fouet (*Cupidinem personatum Ascanium*) inscia Dido, Insidat quantus miseræ deus *i. in illam paullatim descendat, imasque medullas occupet.* *Al.* insideat. Sed insidat auctoritas librorum et sententia comprobatur. Quintil. 1, 4, 11 Litera I sibi insidit, *i. imponitur, ut duplo longior fiat.* Idem 10, 7, 2 Moras et secessum et silentium quaeret, dum illa verba fabricentur, et memoriae insidant, et vox et latus praeparetur? Cic. de Orat. 2, 122 c. 28 Nihil quisquam unquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus insederit. Insidò, Insideo, Insisto saepe permiscetur a librariis. Drakenb. ad Sil. 5, 3.

¶ 2 *Passive.* Stat. Theb. 2, 36 Stat sublimis apex, ventosque, imbresque serenus Despicit, et tantum fessis insiditur astris.

INSIDENS, entis. Part. [*ἐπιβύλιος*] Plin. 21, 19 Cauendus in his sitis celeriter insidens.

INSIGNIS, e. Adi. [*δίασημος, παράσημος*] *a Signo derivatur, quasi Aliquo signo ab aliis discretus, et separatus.* Festus: Insignes appellantur boues, Qui in femine et in pede album habent, quasi Insigniti. Virg. Georg. 3, 56 Nec mihi displiceat maculis insignis, et albo. *Per translationem, Clarus, praestans, nobilis: quasi ob notam aliquam, siue bonam siue malam conspiciendus.* Insignis enim (*ut ait Festus*) tam ad Laudem, quam ad Vituperationem inflecti potest. Cic. de Fin. 3, 25 Is cui contingit, ut iure laudetur, habet insigne quiddam ad decus et ad gloriam. Idem de Legib. 3 c. 8 Insignis ad deformitatem puer. Liu. 24 extr. Id modo eius anni in Hispania insigne ad memoriam est, quod etc. Arte insignis Cels. 1 praefat. 50

Auro et purpura insignis Liu. 34, 7. Virg. Aen. 4, 134 — ostroque insignis et auro Stat sonipes. Bellis insignior Claud. in pr. Conf. Stil. 1, 28. Clade duplici dies insignis Liu. 6, 1 extr. Coma insignis Suet. Neron. 20, 6. Crinibus insignis Phoebus Ouid. Amor. 1, 1, 2. Debilitate insignes Sueton. Calig. c. 26, 9. Facie insignis 55 Virg. Aen. 9, 583. Facundia insignis Cels. 1 praef. Forma insignis Euryalus Virg. Aen. 5, 295. Genere nequaquam tam insignes, quam vitiis nobiles Cic. de Petit. Conf. 10. Monstris insignia et prodigiosa corpora Quintil. 1, 1. Notis omnibus turpitudinis insignis homo Cic. pro Rabir. 24. Idem Att. 1, 9 Pure loquuntur, cum humanitatis sparsae sale, tum insignes amoris Notis. Phaleris insignis equus Virg. Aen. 5, 310. Pietate vir insignis Idem ib. 1, 10. Titulis insignis auorum Lucan. 8, 73. Versibus insignem te pudet esse meis Propert. 3, 24, 4. Vitiis insignis Ouid. ex Pont. 4, 13, 14. Camoena insignis Hor. Carm. 1, 12, 39. Facies insignis Phaedr. 3, 8, 65

Facta Ouid. Epist. 3, 121. Furor insignis equarum Virg. Georg. 3, 266. Improbitas Cic. de Orat. 2, 273. Impudentia Idem Verr. 4, 66. Idem Fam. 7, 6 Cum aliquo insigni Indicio meae erga te benevolentiae. Idem pro Caecin. c. 13 Quid tu tam insigni accepta Iniuria postulabis? Laude insigni ferre aliquem Virg. Aen. 1, 625-70

Malefacta Lucret. 3, 1027. Metus Idem 3, 1027. Miseria Cic. de Orat. 273. Idem Att. 14, 14 (13) Accedit, ut ne in ipsum quidem Clodium, meum insigne Odium fuerit unquam. Opera Phaedr. 1, 11. Paucitas Iustin. 13, 7, 4. Periurium insigne atque illustre Cic. de Arusp. Resp. 36. Res insignis ad memoriam crudelitatis Idem pro Domo 43. In Re tam insigni tamque atroci Id. pro Caecin. 37. Idem de Orat. 2, 259 Hoc insigni aliqua et nota Re notari volo. Cic. de Fin. 2 c. 22 Cuius quantum Studium, et quam insigne fuerit erga me temporibus illis, quae nota sunt omnibus, scire necesse est utrumque vestrum. Temeritas Idem Acad. 1, 44. Id. 80

de Amic. 102 c. 27 Virtutem enim semper amaui illius viri, quae extincta non est: nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui, sed etiam posteris erit clara et insignis. Visus insignis et illustis Cic. de N. D. 1, 12. Idem Q. Frat. 1, 1 Caueamus quantum efficere et consequi possumus, ut ne quod in nobis insigne 85 Vitium fuisse dicatur. Insigne, *pro Facinore aliquo insigni, magno et nobili.* Ter. Eun. 5, 6, 31 Nam iam diu causam quaerebat senex quamobrem insigne aliquid faceret. Compar. Insignior contumelia Liu. 4, 4 Insigniora monumenta vetustatis. Idem 10, 15. Superl. Insignissimum spectaculum, *s. restius, insignissimis (viris) spectaculum* Tertull. de Spect. c. 12 pr. Insignissima religio Idem Apol. c. 21 pr.

INSIGNE, is. n. [*παρασημον, σύμβολον*] *Notam et signum significat.* Plin. 7, 19 Sed haec parua naturae insignia in multis varie cognoscuntur, ut in Antonia Drusi nunquam exspuisse, in Pomponio — nunquam ructasse. Clementiae insigne Caesari proprium et peculiare Plin. 7, 25. Familiarum Sueton. Cal. c. 35 *i. cognomina.* Morbi insignia fasciolae, cubital, focalia Hor. Serm. 2, 3, 254. Insignia virtutis multi sine virtute affecti sunt Cic. Fam. 3, 13. Caes. B. G. 2, 20 Vexillum proponendum, quod erat insigne, quum ad arma concurrere oporteret. Cic. de Orat. 3, 133 c. 53 Meminerant illi S. Aelium — transuerso ambulanti foro, quod erat insigne, cum qui id faceret, facere ciuibus omnibus consilii sui copiam. Idem Acad. 4, 36 c. 11 Quomodo — confidere sibi poterunt? Vt enim confidant, notum his esse debet insigne veri. *Vulgo hodie crite-* 105

rium vocant. Nempe insigne est quidquid hanc vim habet, ut aliquid agnosci facile et dignosci possit. Cic. Att. 1, 3 Minerva singulare est insigne eius Gymnasii. Stellae aureae, insignia Castoris et Pollucis Idem de Diu. 1, 75 c. 34. Idem in Pison. 73 c. 30 Pacis est insigne et otii toga, contra autem arma tumultus atque belli. Cic. Verr. 1, 152 c. 58 de bulla puerili, Quod ornamentum pueritiae pater dederat, indicium atque insigne fortunae. Huc alludens Cic. contra Rull. 1, 6 c. 2 His insignibus atque infulis imperii venditis, quibus ornatam vobis maiores vestri Reimp. tradiderunt. de agris publicis. Cic. ad Q. Frat. 1, 1, 10 c. 4 Maiora praefereant fasces illi ac secures dignitatis insignia, quam potestatis. Et pro Sext. 17 c. 7 Qui ad delendum senatum — se illis fascibus caeterisque insignibus summi honoris atque imperii ornatos esse arbitrabantur. Virg. Aen. 2, 389 Mutemus clipeos, Danaumque insignia nobis Aptemus. Cic. Fam. 3, 13 Insignia enim virtutis multi etiam sine virtute assecuti sunt. De his Cic. pro Sulla 26 c. 9 Sibi haberent honores, sibi imperia, sibi provincias, sibi triumphos, sibi alia praeclarae laudis insignia. Sallust. in Catil. c. 36 pr. Cum fascibus atque aliis imperii insignibus ad Manlium in castra tendit. Imperatores bene meritis insignia tribuebant inagistratum. Tacitus Ann. 11, 38 extr. Decreta Narcisso Quaestoria insignia a Claudio Caesare. Ab eodem insignia Praeturae Crispino decreta fuerunt ib. 4 extr. Contra ea Cic. pro Sulla 88 c. 31 Domus erit, credo, exornata: aperientur maiorum imagines: ipse ornatum et vestitum recuperabit? Omnia haec amissa sunt, omnia generis nominis, honoris insignia atque ornamenta, vnius iudicii calamitate occiderunt. Ambitus damnatus fuerat. Cic. de Nat. Deor. 1, 100 c. 36 Cum ipsum mundum, cum eius membra, caelum, terras, maria, cumque horum insignia, solem, lunam, stellasque vidissent. Sed insignia potest ad membra referri. Belli superbum insigne rostrata corona Virg. Aen. 8, 683. Capitis summi praeclarum insigne Lucret. 5, 1137. Moeroris insignia Cic. in Pison. 18 vestis mutata. Vittae tenues insigne pudoris Ovid. de Arte Am. 1, 181. Ennius apud Macrob. 6, 1 Inde volans secum abstulit hasta Insigne, etc. i. cristam in cono galeae. Cic. pro Sext. 57 c. 26 Rex sedens cum purpura et sceptro et illis insignibus regis. Add. 58. Idem Philipp. 3, 12 Esset enim ipsi certe statim seruiendum, si Caesar ab eo regni insigne accipere voluisset. Conf. Virg. Aen. 8, 506. Liu. 2, 7 Insignia imperii populo submissa, i. fasces. Barbara insignia Ovid. ex Pont. 3, 4, 109. Decorum insigne Virg. Aen. 2, 392. Regium Tac. Ann. 4, 56. Liu. 24, 5 Qui Hieronem — nec vestis habitu, nec alio villo insigni differentes a caeteris ciuibus vidissent, conspexere purpuram ac diadema, ac satellites armatos; quadrigisque etiam alborum equorum interdum ex regia procedentem. Insignia, item sunt Navium symbola, seu Picturae in proa. Caes. B. C. 2, 4 Conspicataeque naues triremes duae nauem D. Bruti, quae ex insigni facile agnosci poterat. Conf. Tac. Ann. 6, 34, 4. Apud Plautum etiam Effusus oculus Insigne vocatur, quippe quo aliquis internoscitur Curc. 3, 30. Etiam insigne dicitur, quodcumque eminet, et conspicuum est maxime. Cic. Orat. 134 c. 39 de figuris, Eadem est ratio horum, quae sunt orationis lumina, et quodam modo insignia.

INSIGNARIUS, i. m. Gloss. Gr. Lat. *δπλαροχος*, Insignarius, armiger.

INSIGNIO, lui, itum, ire. [*ἐνεμαίνω, ἐπιστημαίνωμαι, σφραγιζω, ἐπισφραγιζω*] Signis notare, vel distinguere. Auctor ad Herenn. 3, 37 c. 22 de imagine memoriae causa efficta, Si qua re deformabimus, ut si cruentam, aut coeno oblitam, aut rubrica delibutam inducamus, quo magis insignita sit forma. Auro insignibat clipeum Io Virg. Aen. 7, 790. Insignire aliquem, i. Clarum facere Plin. Epist. 8, 22. Illud temperantius non excerpere se, nec insigniri, nec misceri omnibus Sen. Epist. 18. Tac. Ann. 16, 13, 1 Tot facinoribus foedum annum etiam DI tempestatibus et morbis insigniuere. Cum omnis annus funeribus et cladibus insigniretur Idem Agric. 41, 5.

INSIGNITVS, a, um. Part. [*ἐπιστημος*] Quaedam confirmatio insignita atque impressa intelligentia Cic. Top. c. 5. Idem de Diu. 1, 64 Sed tribus modis censet deorum appulsu homines somnare: vno, etc. Altero quod plenus aer sit immortalium animorum, in quibus tanquam insignitae notae veritatis appareant. Insignitos pueros parere Plaut. Fragm. Part. 1, 128 i. pravis notis deformes. Compar. Tac. Ann. 4, 51, 2 His partae victoriae spes, etsi cedant, insignitius flagitium. Capito insignitior infamia fuit Idem ib. 3, 70, 4. Ignominia insignitior Liu. 7, 15. ¶ 2 Substantive. Plin. 27, 4 Oculorum vitia omnia sanari ea conuenit, priuatim prurigines et scabiem genarum: item insignita ac liuida, illita cum melle. Add. Ibidem c. 12.

INSIGNITER. Adu. [*διασήμεως*] Praeter caetera sui generis, cum eminentia. Plaut. Caf. 5, 4, 31 Mihi quidem edepol, insigniter facta est magna iniuria. Cic. de Orat. 2, 349 Nec improbum notari, ac vituperari sine vitiorum cognitione, satis insigniter atque aspere posse. Idem in Partit. 80 Parentibus, amicis, hospitibus praecipue atque insigniter diligendis. Idem Philipp. 3, 10 c. 4 Quis autem rex vnquam fuit tam insigniter impudens? Insigniter exultans Apul. Met. 8 pr. f. p. 201, 35. Congruentissima voce insigniter acclamant Id. Apol. p. 320, 31. Insigniter clarus Iustin. 7, 2, 13. Compar. Nep. 17, 3, 2 Insignius ornari. Paull. Nolan. 24 de Natal. 9 S. Felic. 144

INSIGNITE. Adu. [*παρασήμεως*] Idem. Plaut. Men. 5, 7, 19 Neu finas in me insignite fieri tantam iniuriam. Idem Rud. 3, 2, 29 Immo hercle insignite inique. Insignite improbus, pro Insigniter, et cum quadam exsuperantia aliorum improbitatis. Cic. pro Quint. 73 c. 23 Neque tamen quisquam inuentus est tam insignite improbus, qui, etc. Comparat. Liu. 8, 13 Quo insignitius omissa res Aemilio superioris anni Consuli exprobraretur. Sigonius dicit in vetustis libris legi, Insignius.

INSIGNITOR, oris. m. Augustin. de Ciu. Dei 21, 4 Aurifices insignitores gemmarum.

INSIGNO, are. Gloss. *ἐγκαρτερω* Insignare, incisare. Schol. Iuven. 10, 55 Genua incerare deorum interpretatur, Insignis insignare, vota facere. Vid. INCERO.

INSILE, is. n. Ab Infilendo; Instrumentum textorium. Lucret. 5, 1351

Textile post ferrum fit, quia ferro tela paratur: Nec ratione alia possunt tam laeuia gigni Infilia, ac fusi, radii, scapique sonantes. Vbi interpres antiquus, Infilia sunt, ut arbitror, Suspendicula, seu maui appellare Perpendicula, quae telam examinant demissam. Infilia

filia dicta, quoniam Applausa pectine tela, resultant et subfiliunt (haec conueniunt antiquae rationi, ad perpendicularum suspensa tela: sed addunt) Sunt qui Instrumentum ligneum pedibus textricis suppositum intelligant: cuius duo complanata ligneola refurgunt alternis, et resident, licia telae contrahi et aperiri cogentes. Haec intelligi possent, ut factum a Gifanio et Martinio etiam, de illis, quae Scamilla vulgo vocant, lignis transversis, a tela dependentibus, quae dum calcant texens, distrabit alternatim fila staminis, ut traici radii ope subtemen possit: modo telam ad horizontem extensam constaret, non suspensam ad perpendicularum. Huc respiciens forte Is. Voss. legit Enfilia, Obseru. ad Catul. p. 249. Enfilia haec fuerint forte a forma et similitudine qualicunque ensis appellata, et conueniant cum arundine, de qua Ouid. Met. 6, 55 Stamen fecernit arundo, quo facto Inferitur medium radiis subtemen acutis. Lambinus huc aduocauit Insubulos, quos in textrini instrumento sic memorat Isid. 19, 29 Insubuli quia infra et supra sunt, vel quia insubulantur. Enumeratio reliqui apparatus docet, insubulos, vel insubula, insublaue (quibus opus est Lambino ob secundam longam) esse eam rem, de qua hic agimus, cuius ope fila staminis nunc hoc nunc alio modo distrabi, transmittique posset subtemen. Epitheton leuia etiam huc magis quam ad scamilla pedibus insilienda conuenit, etc. Quae contra syllabam, si longam moneri possunt, illa euanescent, si legas enfilia per tres syllabas.

INSILIO, ui vel iui vel ii, ultum, ire. [*ἐπισηδῶν, ἐισάλλομαι, ἐνάλλομαι*]. Salire cum notatione loci quo salitur. Plaut. Rud. 2, 3, 26 E nauis timidae ambae in scapham insiluiimus, quia videmus, etc. Lucan. 3, 621 Insiluit solo nociturus pondere puppi. Al. Puppim. Tergo alicuius insilire Ouid. Met. 12, 345. Vndis insilit Idem ib. 8, 142. Insilire in equum Liu. 6, 7, et 8. In cruciatum Plaut. Mil. 2, 3, 8. Saltu Plin. 8, 16. Supra lignum Phaedr. 1, 3, 20. Suet. Claud. c. 21 Qui feros tauros per spatia Circi agunt, insiliuntque defessos. Quinqueremem ex scapha Iustin. 25, 4, 8.

INSVLTVRA, ae. f. [*ἐπισηδῶσις*] Plaut. Mil. 2, 3, 9 Tu sali solus: nam ego istam insulturam, et desulturam nihil moror.

INSULTO, are. [*ἐπισηδῶμαι, ἐπισηδῶν*] Frequent. a Salio, quasi Saepius et cum impetu subire: et modo Datio, modo Accusatio iungitur. Virg. Georg. 3, 116 — Equitem docuere sub armis Insultare solo, et gressus glomerare superbos. Floribus insultant haedi Virg. Georg. 4, 11. Iacenti insultare Ouid. Trist. 2, 571. Insultare malis, rebusque aegrescere laetis Stat. Theb. 2, 18. Alicui, pro Irridere, et contumeliosius in aliquem aut dicere aliquid, aut facere. Sueton. Caes. c. 22. Cic. Verr. 5, 131 c. 50 Num tibi in calamitate insultare, etc. Virg. Aen. 8, 570

— Neque finitimo Mezentius unquam
Huic capiti insultans, tot ferro sacua dedisset
Funera.

Inueniam, quae — Nec mihi tam duris insultet moribus Propert. 2, 4, 7. Laudatur ex Sallust. . . Multos a pueritia bonos insultauerat, pro usitatore bonis. Sed sic etiam proprie Ter. Eun. 2, 2, 54 Sine biduum hoc praetereat, qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus: nae tu istas faxo calcibus saepe insultabis frustra. Tacit. Ann. 4, 59 Qui nunc patientiam senis, et segnitiam iuuenis iuxta insultet. Insultare in omnes solebat Epicurus, sine acumine vlllo, sine auctoritate Cic. de Nat. Deor. 2, 74. Absolute sine casu Virg. Aen. 10, 20. Cernis, ut insultent Rutuli? i. Per cauillationem irrideant, ut Seruius interpretatur. Liu. 6, 43 Etiam minime toleranda superbia insultat.

INSULTANS, antis. Part. [*ἐπισηδῶν*] Fremit aequore toto insultans sonipes Virg. Aen. 11, 600. Idem 2, 329. et 8, 570. Equis insultans Lucret. 3, 1045. Sic enim legendum est cum plerisque libris: non cum Lambino, Aquis.

INSULTATIO, ōnis. f. Quinct. 8, 5 Non tam probatio, quam extrema quasi insultatio. Idem Trib. Mar. Decl. c. 10.

INSULTATORIVS, a, um. Adi. Tertull. aduers. Marc. 5, 10 extr.

INSULTATORIE. Adu. Sidon. Epist. 1, 7 pr.

INSULTABVNDVS, a, um. Adi. August. Epist. ad Casul. 86.

INSIMILIS, e. Adi. Dissimilis. Festus.

INSIMVL. Adu. [*ἄμα*] Significat Vna. Stat. Silu. 1, 6, 36 Et gentes alis infimul togatas. Flor. 2, 20, 1 Tota infimul regna veniebant. Idem praef. n. 3 Pariter atque infimul magnitudinem populi ostendere.

INSIMVLO, are. [*ὑποκρίνω, ἐπισιμήπτωμα*] Simulo et fingo aliquid contra alium. Festus, Infimulare, Crimen in aliquem confingere. Cic. Verr. 2, 59 c. 24 Infimulant hominem fraudandi causa discessisse. Idem pro Sulla 17 Sullam interea nemo infimulauit, nemo nominauit. Ter. Heaut. 1, 2, 30 Quod illum infimulant durum, id non est. Auaritiae aliquem Idem Phorn. 2, 3, 12. Cic. Verr. 1, 128 c. 49 Dicit rem incredibilem Verrem infimulat Auaritiae et Audaciae. Ironia est. Cupiditatis Idem ib. 4, 33. Flagitii Idem Att. 10, 19 (17.) Fraudis Liu. 34, . . . Peccati se infimulant, qui in luctu sunt, quod dolere intermiserint Cic. Tusc. 3, 64 c. 27. Probri Idem Philipp. 2, 99. et Plaut. Amph. 1, 2, 15. Proditionis Caes. Bell. Gall. 7, 20. Repetundarum infimulari Quinct. 4, 2. Veneficii Tac. Ann. 4, 54, 4. Criminationibus falsis Vell. 2, 77, 3. Crimine infimulari Liu. 24, . . . it. 6, 16. Criminibus falsis infimulasse virum Ouid. Epist. 6, 22. Facinus infimulare aliquem Plaut. Amph. 2, 2, 188. Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi collibitum fiet meo viro, me infimulare falsum facinus tam malum Idem 229. Aperte infimulare Cic. pro Cluent. 180 c. 64 de accusatione non falsa aut ficta, sed suspiciosa, et ut res docuit vera. Itaque alias additur Falso, ut Cic. Verr. 5, 107 c. 41 Non enim possum quemquam infimulare falso.

¶ 2 Pro simplici simulare poni dicitur apud Cic. de Offic. 3, 98 c. 26 Furere infimulauit, ne coiret ex Poeta, de Vlysse. Sed affimulauit editur. Multo minus huc conuenit, quod ex Verr. 2, 59 statim initio dedimus Infimulant hominem fraudandi causa discessisse. Est enim ibi manifeste idem, quod accusent.

INSIMVLATVS, a, um. Part. Cic. Verr. 3, c. 7 Villicus impulsu tuo infimulatus. Conf. Sallust. Fragm. c. 13. et Caes. B. G. 7, 20. et Suet. Vitell. c. 6, 2.

INSIMVLATIO, ōnis. f. [*ἐπισιμήπτωσις*] Cic. Verr. 3 c. 9 Primum infimulatio est repentina, capitalis, atque inuidiosi criminis. Idem pro Font. 22 c. 13 In falsam atque iniquam probrorum infimulationem vocabatur.

INSIMVLATOR, ōris. m. Apul. Apol. p. 293 Piscium infimulatus.

lator, i. *Magiae, quae ex piscibus est, accusator.* Pacat. Paneg. Theod. c. 43 Te purgare eodem teste, quo insimulatore voluisses.

INSINCĒRVS, a, um. Adj. Cruor insincerus Virg. Georg. 4, 285. Acies, scil. Oculorum Prudent. Hamart. 4. Protágoras insincerus philosophus Gell. 5, 3. i. *Captiosus, fallax.*

INSINVO, āre. [*ἰνυομαι, ἰσθόμαι, παρηγοῖν*] In sinum immittere. Propert. 3, 7, 28 Quum tibi — omni Tempore tam faciles insinuantur opes i. *velut in sinum tuum confluant.* Sisenna

Histor. 4 apud Non. 1, 287 Agmen perturbatum pedites insinuant, ac loco commouent. Hic insinuant videtur significare cedere cogunt, ut sinus et cauum quiddam fiat, quo loco fuerat linea recta. Paulo aliter

Caes. B. G. 4, 33 de *essedariis*, Cum se inter equitum turmas insinuaere, ex *essedis* defiliunt, et pedites praeliantur. Sol aestum insinuat per septa domorum Lucret. 6, 859. Cic. ad Brut. 16 Ne

defatigare, neu diffidas semper in praesentibus malis prohibendis: futura quoque, nisi ante sit occursum, explores, ne se insinuent. Dolorem oculis quae gignunt insinuando Lucret. 4, 332. Insinuare

aliquem alteri Suet. de Clar. Gram. c. 21. Aliquem animo alterius Plin. in Paneg. c. 62. Terris ratem Aulien. Arat. v. 31. Cic. de Amic. 99 Callidus ille et occultus ne se insinuet, studiose cauendum est. De *assentatore loquitur.* Idem pro Caecin. 13 c. 5 Aebutius

— qui se eius in familiaritatem insinuasset hac ratione, ut cum aliquo suo compendio negotia mulieris — susciperet. Plaut. Mil. 2, 1, 27 Miles insinuat sese ad amicam heri mei, Occipit matri eius suppalparier, etc. Etiam omittitur Pronomen Se. Cic. de Orat. 1, 90

c. 20 Idque cum argumentis docuerat, quod ita nati essemus, ut et blandiri et suppliciter insinuare iis, a quibus esset petendum, et aduersarios minaciter terrere possemus, et rem gestam exponere, etc. Idem

Verr. 3, 157 Videtis, ut moueat Apronium, quibus rebus ac numeribus insinuet in familiaritatem Metelli? Plaut. Cistell. 1, 1, 94 Inde in amicitiam insinuauit cum matre, et necum simul. Tertio ante

versu dixerat, Obsecro quo is homo insinuauit pacto ad te? Cic. Fam. 4, 13 Nam et complectar eius familiarissimos, qui me admodum diligunt, multumque necum sunt, et in ipsius Consuetudinem, quam

adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo. Idem de Orat. 2, 149 Deinde ut in iis locis, quos proponam paullo post, peruoluatur animus, ut se penitus insinuet in Causam, ut sit cura et cogitatione intentus. i. *Ut interiora causae perspiciat, pernoscatque.* Liu. 40, 21

extr. In praesentia dat ei, ut per omne obsequium insinuaret se in quam maxime Familiarem usum, ut elicere omnia arcana, etc. posset. Cic. Tusc. 5, 34 Etsi Zeno Cittieus aduena quidam, et ignobilis verborum opifex, insinuasse se in antiquam Philosophiam videtur. Idem

de L. Agr. 2, 12 c. 5 Quum familiariter me in eorum Sermonem insinuarem, ac darem, celabar, excludebar. Insinuauerat Suspicio

animis Liu. 40, 37 i. *Subierat animos.* Insinuat, pro Insinuatur: Insinuat pauor: Seruius.

INSINUVANS, antis. Partic. Varro L. L. 4, 10 Venit diuinitus pullis insinuans se ipsa anima.

INSINUVATVS, a, um. Part. Suet. Oth. c. 2 Per hanc insinuatus Neroni. Idem in Vita Hor. 3 Deinde Augusto insinuatus. Id. Calig. c. 12, 4. Insinuatis manibus Apul. Met. 9 p. 219, 21 pro In sinum compressis, gestus otiosorum. Vid. *Pric. ad Apul. p. 485.*

INSINUATIO, ōnis. f. [*παραγγυή, ἔφοδος*] Pars orationis, i. Callidus et subtilis aditus ad persuadendum, ut ait Seruius in Aen. 11, 410. Cic. de Inuent. 1, 20 c. 15 Insinuatio est oratio quadam dissimulatione et circuitione obscure subiens auditoris animum. Vid. *Quinct. 4, 1, 42.*

INSINUATOR, ōris. m. Arnob. 1. Tertull. ad Nat. 2, 1. INSINUATRIX, icis. f. Augustin. Epist. 135 Epistola rei novae insinuatrix.

INSIPO, āre. [*ἐπιπόσω*] Festus: Insipare iniicere, unde fit dissipare. Et Insipere Farinam iacere pultis. Pultis recte, *puso, editur.* Al. pullis. Certe Cato de R. R. 85 Pulstem Punicam sic coquito — Ita insipito in aulam (collam) nouam. Varro L. L. 4, 22 p. 27, 23 De victu antiquissima Puls, appellata — quod ita sonet cum aqua feruenti insipitur. Est igitur proprium hoc verbum in pulte. Quid si hoc etiam pertinet, sed aliquantum corruptum est illud

Non. 10, 3 ex Pomponio, Facite, ut ignis feruat, ligna instipite (al. insipite) far concidite. Lubenter insipite ad far retulerim. Sed hoc harioolari est.

INSIPIDVS, a, um. Adj. Sine sapore. Firmic. 2, 12 Sapor falsus et insipidus. Paull. Nolan. Epist. 39 n. 4 Ultra betam incoctam insipidi. Compar. Gell. 6, 1 ex Chryssippo. Nihil est prorsus, inquit, insipidius, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent itidem mala.

INSIPIENS, entis. Adj. [*ἄφρων*] Sipienti contrarium. Cic. de Fin. 2, 50 c. 15 Quid turpius quam sapientis vitam ex insipientium sermone pendere? Idem de Amic. 54 c. 15 Neque quidquam fortunato insipiente intolerabilius fieri potest. O Saeculum insipiens et inficetum Catull. 41, 8. Compar. Insipientior Cic. de Diu. 2 c. 23

extr. Superl. Insipientissimus Sen. Nat. Quaest. 2, 59.

INSIPIENTIA, ae. f. [*ἀφροσύνη, κφραδία*] Imprudentia, dementia. Plaut. Amph. prol. 36 Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est.

INSIPIENTER. Adu. [*ἀβέλως*] Imprudenter. Cic. de Sen. 68 c. 19 At sperat adolescens diu se victurum, quod sperare idem senex non potest, insipienter sperat, qui enim, etc. Lactant. 1, 22.

INSISTO, iti, itum, ěre. [*ἐπιμένω, ἐφίσταμαι*] Stare, incipere, cum notatione loci. Plaut. Amphit. 5, 1, 11. Vbi quisque institerat; concidit. Tum omnino ne mouentur quidem, (stellae) sed ad quoddam tempus insistent Cic. de N. D. 2 c. 20. Plin. 34, 8 Proprium eiusdem, ut vno cruce insisterent signa, excogitasse, ut ait Varro De *statuis.* Ramis tremulis insistens Sil. 7, 671. Cic. Acad. 4, 94 Sin autem vsque ad nouem, verbi gratia, sine dubitatione respondes pauca esse, in decimo insistis, etc. Insistere digitis Plin. 10, 47. Hastae, i. *Inniti* Aur. Vict. de Viris Illust. c. 27

extr. Virg. Aen. 11, 573 Utque pedum primis infans vestigia plantis institerat, iaculo palmas oneravit acuto, etc. Et Aen. 6, 563 Nulli fas casto sceleratum insistere limen. ¶ 2 *Vsus Metaphoricus late patet.* V. g. Obfirmare animum significat Ter. Hec. 3, 5, 34 Verum vide ne impulsus ira, praeue insistas. Cohaerere: Quinct. 8, 5 Vnde soluta fere oratio e singulis non membris, sed frustis collata, structura caret: quum illa rotunda, et vndique circumcisa insistere inuicem nequeant. Cic. Verr. 3, 172 Quot vultis esse in vno furto peccatorum gradus? ut si singulis insistere velim, progredi iste non

non posset. Cic. in Orat. 221 c. 66. Saepe accidit, ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum. Ne insistas credere huic, b. e. Ne verbis illius pergas credere. Plaut. Capt. 3, 4, 53. Conf. Gell. 5, 10. et Cic. Fam. 10, 16. et de Orat. 3 c. 1. *Virgere, perseverare; Graniter laborare, donec quid sit absolutum.* Caes. B. G. 3, 14 Neque satis Bruto, qui classi praeerat, vel Tribunis militum, Centurionibusque, quibus singulae naues erant attributae, constabat, quid agerent, qua ratione pugnae insisterent. *Alii legunt, Aut quam rationem pugnae insisterent.* Ter. Phorm. 1, 4, 15 Aut qua quaerere insistam via? Cels. Praef. extr. Ob quae competit illa quidem non oportere negligere, sed iis quoque insistere. Columel. 3, 10 Nec ego abnuerim in hoc me insistisse argumentari. Insistere curae rerum Plin. 28, 1. Rebus illustribus Cic. Acad. 4 c. 29. Rebus magnis Tibull. 4, 1, 135. In re aliqua Quinct. 3, 6. Cic. pro Sext. 141 Tum in tanta gloria insistentes, ut eis omnia humana leuiores videri debeant, etc. Caes. B. G. 6, 5. Hac parte Galliae pacata, totus et mente et animo in bellum Treuerorum et Ambiorigis insistit. Cic. de Orat. 3, 374 Quonam igitur modo tantum Munus insistemus, ut arbitremur, etc. i. *Insistuemus.* Negotium aliquod, *Persequi* Plaut. Mil. 3, 3, 55. Partem disciplinae insistere Scribon. Ep. Cic. Verr. 4, 110 Insistebat in manu Cereris dextra simulacrum pulcherrime factum Victoriae. i. *Erat.* Spei Tac. Hist. 2, 46. Studiis suo nixu Quinct. 1, 12. Cic. de Orat. 3, 30 c. 9 Quibus Vestigiis primum insitit, in iis fere soleo perorare. Vestigiis alienis, i. *Inhaerere, et sequi aliena vestigia* Quinctil. in 25 Prooem. 3. Vestigiis laudum suarum Liu. 5, 30. Cic. de Orat. 3, 6 Vestigium illud ipsum, in quo ille postremum insitisset. Viam et iter, *Proscisci et ambulare* Plaut. Mil. 3, 1, 195. Ter. Eun. 2, 3, 3 Vbi quaeram? vbi inuestigem? quem perconter? quam insitam viam? Qua quaerere insitam via Idem Phorm. 1, 4, 15. Viam agendi aliquid Virg. Georg. 3, 164. Cic. pro Caes. 41 Et interdum multas Vias adolescentiae lubricas ostendit, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset.

INSISTENS, entis. Part. Cic. de Diu. 2, 128 c. 62 Naturam dico, qua nunquam animus insistens motu carere potest.

INSITIO, ōnis. f. *Progressioni opponitur.* Cic. Tusc. 1, 62 c. 26 Aut qui errantium stellarum cursus, progressiones, institutiones notauit? Sic legendum ostendit Manutius. *Libri enim omnes legunt Institutiones. Vocat enim Cicero Stellarum institutiones, Quam omnino non mouentur, sed ad quoddam tempus insistant, siue consistunt: ut de N. D. 2, 54* Iisdemque spatiis hae stellae, quas vagas dicimus, circum terram feruntur, eodemque modo oriuntur et occidunt: quarum motus tum incitantur, tum retardantur, saepe etiam insistant.

INSITIO, **INSITICIVS**, **INSITVM**, **INSITIVVS**, vid. **INSERO**, fui.

INSOCIABILIS, e. Adi. [*ἀνοιώνυτος*] Quod coniungi non potest. Plin. 16, 43 Quaedam, et inter se et cum aliis insociabilia glutino, sicut robur: sed nec fere cohaerent, nisi similia natura. Gens indomita et insociabilis Liu. 37, 1. Idem 27, 39. Regnum insociabile, quod socium ferre non potest. Tac. Ann. 13, 17, 1. Insociabilis omnibus Liu. 27, 39.

INSOLABILIS, e. Adi. Paullini esse dicitur.

INSOLABILITER. Adu. [*ἀπαρμυθήτως*] Hor. Epist. 1, 14, 7 Fratrem moerentis raptō et de fratre dolentis Insolabiliter.

INSOLATIO, **INSOLATVS**, vid. **INSOLO**.

INSOLENS, entis. Adi. [*ἀγνής*] Insuetus, qui id, de quo dicitur, facere non soleat Donatus ad Ter. Andr. 5, 4, 4 Quid tu Athenas insolens? Addit locum Sallustii, Insolens vera accipiendi. Ignarus et insolens Cic. de Orat. 1, 207 c. 48. Insolens verbum, Quo non vtuntur Latini auctores. Caesar apud Gell. 1, 10 Vt tanquam scopulum fugias inauditum, atque insolens verbum. Sic Quinctil. 4, 58. Cic. de Orat. 1, 207 Deprehensum equidem me, inquit Antonius, plane video atque sentio, non solum quod ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atque insolens, etc. Artium malarum insolens animus Sallust. Catil. 3. Bellorum insolens Tacit. Hist. 1, 87. Caes. B. C. 2, 36. Colendi ruris Gell. 19, 12. Contumeliae animus insolens Tacit. Hist. 2, 88, 3. Et Apul. Apol. 275, 23 Laudis assuetudine quanto Contumeliae insolens, multo tanto ex animo laborat. Cic. Att. 2, 21 Itaque ille amicus noster insolens Infamiae, semper in laude versatus. Vbi interpret, i. *Insolitus infamiam audire.* Obsequii insolens Tacit. Hist. 3, 53, 1. Parenti salubribus consiliis insolens Sulpic. Seu. Hist. 2, 4. ¶ 2 Insolens, [*ἀλαζών*] Arrogans, intemperans, qui modum et rationem excedit, immodestus, immodicus, immoderatus. Donatus in Ter. Andr. 5, 4 pr. Insolens, et Arrogans intelligitur: Qui praeter legem agit humanam et naturalem, Insolens dicitur. Cic. pro Marcell. 9 c. 3 In victoria, quae natura insolens et superba est. Idem de Senect. c. 10 de Nestore, Nec erat ei verendum, ne vera de se praedicans, nimis videretur aut insolens, aut loquax. Achilles insolens, vid. **ACHILLES**. Exercitus Hor. Carm. 1, 16, 21. Fastidium Cic. de Fin. 1, 10. Hostis Hirt. B. Alex. 8, 80 Laetitia Hor. Carm. 2, 3, 3. Ludus Idem ibid. 3, 29, 50. Ostentatio Cic. in Parad. 6. Idem pro Rosc. Amer. 23 Qui in sua re fuisset egentissimus, erat (ut fit) insolens in aliena, etc. Hirt. B. Alex. c. 8 Hi praecipue in victoria insolentes. Compar. Caes. B. G. 8, 13 Secundis nimisque rebus insolentiores. Sen. Suas. 9 Nihil insolentius nouitio diuite. Superl. Cic. Fam. 8, 12. Suet. Vespas. 15, 2 Homines insolentissimi, summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scantiana iurant. Nomen insolentissimum Quinctil. in prooem. 14. Conf. Val. Max. 2, 7 pr. Sen. de Brev. Vit. c. 16.

INSOLENTER. Adu. [*ἀνδῶς*] Cic. de Inuent. 1, 43 c. 28 Deinde natura eius euenire vulgo soleat, an insolenter ac raro. *Arroganter et superbe: ut, Insolenter se efferre* Cic. Tusc. 4, 39. Et Att. 1, 13 (16) Insolenter gloriari. Liu. 2, 45 Tandem superant externa: adeo Superbe, insolenterque hostis eludebat. Insolenter et arroganter Plin. 35, 10. Quinctil. 1, 5, 9 Alterum genus barbarissimi accipimus, quod fit animi natura, ut is, a quo insolenter quid aut minaciter, aut crudeliter dictum sit, barbaramente locutus existimetur. Compar. Caes. B. C. 3, 46 Pompeiani insolentius nostros premere ceperunt. Festiuitatis insolentius abuti Cic. in Orat. c. 52. Superl. Val. Max. 3, 2, 21 Insolentissime obequitantem interemit. Lactant. de Mort. Pers. c. 9 Insolentissime agere coepit.

INSOLENTIA, ae. f. [*ἀνδεια*] Insuetudo, res non consueta et solita. Cic. de Orat. 1, 99 c. 22 Sed me hercule istius disputationis insolentia, atque earum rerum, quae me traduntur in arte inscitia. Liu. 37, 49 Et offenderunt aures insolentia sermonis. Cic. pro

- Deiot. 5 c. 2 Mouteor etiam loci ipsius insolentia. Et pro Cacl. 75
Fama adolescentis paullum haesit ad metas notitia noua mulieris, et
infelici vicinitate et insolentia voluptatum. ¶ 2 Est etiam
Insolentia, [ἀλαζονία] Arrogantia, superbia. Cic. Tusc. 1, 48 Quae
5 quidem cogitans soleo saepe mirari nonnullorum insolentiam philoso-
phorum, qui naturae cognitionem admirantur. Ex arrogantia
odium, ex insolentia arrogantia Cic. de Inuent. 1, 42. Insolentiam
et iactationem hominum ferre, vid. IACIO. Optima vindex insolentiae
varietas humanae conditionis Val. Max. 4, 7 extr. Pari insolentia ac
10 vanitate Suet. Vitel. c. 10. Plur. Phaedr. 4, 25, 30 Integritatis qui
sincerae conscius A noxiorum premitur insolentiis. Nihil sumtus et immodici,
qui scilicet in coenas fiunt, et res alias: Cic. Fam. 9, 20 In Epicuri nos
aduersarii nostri castra coniecimus, nec tamen ad hanc insolentiam, sed
15 ad illam tuam lautitiam, veterem dico, quam in sumtum habebas.
- INSOLESCO, ēre. [κλαζονεύομαι Gloss. Cyr. ἀναβρένεσθαι, ὑπερφανεύεσθαι,
κατεντροφᾶν Gloss. Lat. Gr.] Insolescentis Tertull. de Anim. c. 30. Al. inol.
Iustin. 31, 8, 7 Secundis rebus insolescere. Sallust. Catil. c. 6 Per
licentiam insolescere animum humanum. Conf. 20 Tacit. Ann. 2, 63, 5. Et Gell. 7, 3.
- INSOLET, pro solet. Insolet mulier decimo mense parere Caecil. ap. Gell. 3, 16.
- INSOLIDVM, siue INSOLIDO. Adu. [ἐις δλόκληρον] Integre. Scribuntur interdum coniunctim; melius diuiduntur: id quod hodie
25 ubique fieri arbitror. Sen. de Benef. 3, 4 Praesentia nondum tota
insolido sunt: potest illa casus aliquis incidere. Debere in solidum
pecuniam Iabul. De duobus reis l. secunda. Obligari in solidum
Ulpian. De duobus reis l. His verbis. Spondere in solidum Iulian.
De duobus reis l. Reos.
- INSOLIDVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 15, 202 Herba nitens, et
30 et roboris expers Turget, et insolida est. In descriptione veris.
- INSOLITVS, a, um. Adi. [ἀσυνήθης] Non suetus. Virg. Georg. 1, 476
Insolitis tremuerunt motibus Alpes. Vbi Seruius: Insolitis aut nouis,
id est nunquam antea in Alpibus factis, aut magnis et maioribus solito.
35 Rarum et insolitum Plin. in Paneg. c. 60. Clamor Stat. Theb. 1, 431.
Eloquium Hor. de Arte Poët. 217. Exercitus insolitus ad laborem Caes. B. C. 3, 85. Cic. Verr. 1, 94
c. 37 Cur pudentissimas electissimasque Feminas in tantum virorum
conuentum insolitas inuitasque prodire cogis? Sallust. Fragm. c. 2
40 Genus armis ferox et seruitii insolitum. Ratio insolita dicendi Cic.
pro L. Manil. 3 c. 1. Rem insolitam apportare auribus Lucret. 5, 101.
Versus insoliti Iustin. 2, 7, 1. Victoria Cic. pro L. Manil. 45. Sallust.
in Iugurth. c. 39 Pars dolere pro gloria imperii, pars insolita Rerum
bellicarum timere libertati.
- INSOLITE. Adu. [ἀσυνήθως] Gell. 1, 2 Intempestiue ac insolite
45 differebat. Quidam legunt, Insubide. Insolite accidere Augustin. de Doctr. Christ. c. 23 extr.
- INSOLICITVS, a, um. Adi. Infoliticus dies, ἀμνήμονος ἡμέρα Gloss. f. leg. ἀμνήμονος.
- INSOLVM, si audinius Non. 2, 426, veteres pro Insolitum
50 dixerunt. Afranius Crimine, Orbitatem senectuti tuae malam metui,
quod insolum non venit, haeco ac dementi. Addit etiam illud Afranii,
Virgine, Ne veniret, quod nunc agitur, insolum. Sed pulchre munet
post Manut. ad Cic. Epist. 9, 26 Mercerius ad p. 124, 17 videri falli
55 Nium, legendumque utroque loco, in solum venire. De qua formula
vid. SOLVM.
- INSOLO, āre. [ἠλιάζω] Ad solem ficcare. Columel. 4, 17, 8 Nam et sic
facilius insolatur humus, et fructus percoquitur, i. Solem admittit.
Idem 12, 39, 2 Insolare vuas.
- INSOLĀTVS, a, um. Partic. [ἠλιασμένος] Columel. 4, 27, 3
60 Super hoc materiae, quae fructum habent, melius conualescunt, et
vuae commodius insolatae percoquuntur. Add. 12, 43, 2. Insolati
dies et tepidi, apud Columel. Illustres, quibus sol lucet 11, 3, 51. Vasa
Col. 12, 18, 6.
- INSOLATIO, ōnis. f. [ἠλιασμός] Plin. 21, 14 Candidissima
65 vero fit, post insolationem etiamnum recocta. De cera. Insolatio,
etiam vocatur a recentioribus Corporis exercitatio in sole, apricatio, de
qua re Plin. Epist. 3, 5, 10. et 6, 16, 5. Perf. 4, 17 Assiduo curata
cuticula sole.
- INSOLVIBILIS, e. Adi. [ἀλυτός] Quod solui non potest.
70 Quinctil. 5, 9, 3 Vbi est signum insolubile, ne lis quidem est: i. necessarium,
quod separari et abesse non potest: insolubile quia velut problema est,
quod aliter non potest solui. Insolubiles causae sunt, Quae mutuis
inuicem nexibus vincuntur: et dum altera alteram facit, ita
75 vicissim de se nascuntur, vt nunquam a naturalis societatis amplexibus
separentur Macrobi. in Somn. Scip. 1 c. vlt. pr. Insolubile, Quod
solui pretio, s. pensari non potest Sen. de Benef. 4, 12 Dicetis beneficium
debitum insolubile esse. Mundus insolubilis Min. Fel. c. 34.
- INSOLVIBILITAS, ātis. f. Sidon. Epist. 4, 11 Quaestionum
80 quarumpiani insolubilitas.
- INSOLVIBILITER. Adu. Macrobi. Somn. Scip. 1, 6 Insolubiliter vincuntur.
Aug. Ciu. Dei 21, 10 Insolubiliter alligari.
- INSOLVTVS, a, um. Adi. pro Non soluto. Laudatur Sen. de Benef. 2, 26
Inde est, vt omnia meruisse se existimet, et insolutum accipiat,
85 nec satis pro suo pretio aestimatum putet. Al. In solutum, quod melius, v. v.
Insoluta loca. Vid. EXTREMITAS n. 2.
- INSOMNIVM, i. n. [ἐνύπνιον] Quod per somnium videmus, vt ait
Seruius ad Aen. 4, 9. Macrobi. in Somn. Scip. 1, 3 primo ponit
90 infomnium esse ἐνύπνιον. Deinde, est enim ἐνύπνιον quoties cura
oppressi animi corporisue siue fortunae, qualis vigilantem fatigauerat,
talem se ingerit dormienti — Haec — vna cum somno auolant, et
pariter euanescent. Hinc et infomnio nomen est, — quia in ipso
somnia tantummodo esse creditur, dum videtur; post somnium nullam
sui vtilitatem vel significationem relinquit. Tibull. 3, 4, 1 Dii
95 meliora ferant, nec sint infomnia vera. Cic. de Senect. 44 Caret ergo
etiam vinolentia et cruditate, et infomniis. Falsa ad caelum mittunt
infomnia Manes Virg. Aen. 6, 896. Idem 4, 9. Exercent rapidam
truculentam infomnia mentem Sil. 10, 357. Vexant me infomnia
Ouid. Trist. 3, 8, 27.
- INSOMNIA, ae. f. [ἀγρυπνία] Antiquis dicebatur pro Vigilia. Caecilius Plotio
100 apud Non. 3, 113 Consequitur comes infomnia: ea porro insaniam affert.
Donatus in illud Ter. Eun. 2, 1, 13 Aut mox noctu te adigent horsum infomnia:
Legitur, inquit, et Adiget: vt sit Infomnia, numeri singularis. Pacuu. apud Charif. p. 68
Perdita illuue atque infomnia. Sallust. Fragm. 4, 26 Infomniis occidere.
105 Vid.

Vid. h. l. Carrio. Conf. Idem Catil. c. 27. Suet. Calig. c. 50 Incitabatulr infomnia maxime. Gell. 6, 4 extr. Eademque infomnia cruciatos periisse. Conf. Plaut. Merc. 1, 1, 25. Et Lauremb. Antiq. p. 235. Infomnia, orum etiam dici, videbimus voce INSOMNIO SVS.

INSOMNIS, e. Adi. [*ἄγρυπνος, ἀσπνοε*] *Sumni expertus, et quidem inuitus a morbo, vel a metu. Sic enim a peruigili distinguere videtur. Tacit. Ann. 1, 65, 1 Apud Romanos inualidi ignes, interruptae voces, atque ipsi passim adiacerent vallo, oberrarent tentoriis, infomnes magis quam peruigiles. Noctem infomnem ducere Virg. Aen. 9, 167. Adul. Tacit. Hist. 2, 49, 3. Oculi Stat. Theb. 3, 328.*

INSOMNIETAS, atis. f. Theod. Priscian. 2, 1 Infomnietates procurare. Plin. Valer. 1, 35 Infomnietatem pati.

INSOMNIO SVS, a, um. Adi. [*ἰνυπνιαστικός*] *Qui infomnia torquetur. Cato c. 157 Omnis, qui infomniosus est, hac eadem curatione sanum facies. Explicat Plin. 20, 9 f. 33 Infomnia etiam (sic legitur pro infomniam vel infomniis) vigiliasque tollere decoctam (brassicam). Ergo non est, quem Somnia vexent, sed qui dormire non potest.*

INSONO, ui, itum, are. [*ἰνοχτω*] *Idem quod simplex. Lucan. 1, 578 Infonere tubae, et quanto clamore cohortes, etc. Calamis 20 agrestibus insonat Ouid. Met. 11, 161.*

INSONVS, a, um. Adi. [*ἀνοχος*] *Quod est sine sono ac strepitu. Apul. Met. 3 p. 137 Suspenso et insono vestigio me perducit. Idem de Mundo p. 66 Ex literis aliae sunt insonae, (mutae) semisonantes aliae. Ammian. 27, 12 Passibus insonis repentes. Conf. Idem 29, 5. 25 Onomast. vet. Insonus, ἀφωνος.*

INSONS, ontis. Adi. [*ἀθωος, ἀναίτιος*] *Qui extra culpam est: Innocens, inquit Festus. Si bonus est, insons: contrarius et reus est sons Aufon. in Technopaegn. Liu. 4, 15 pr. Etiam si regni crimine insons fuerit. Vid. Plaut. Amph. 3, 2, 14. Liu. 34, 32 Insons 30 publici consilii. Fraternal sanguinis insons Ouid. Met. 13, 149. Amici infontis castum indignabar Virg. Aen. 2, 93. Casas infontes cremare Ouid. Trist. 3, 10, 66. Culpa insons Liu. 22, 49. Qui non nocet: Hor. Carm. 2, 19, 29 Te vidit insons Cerberus aureo Cornu decorum.*

INSOPITVS, a, um. Adi. [*ἀνεύνατος*] *Qui sopiri se non patitur, Peruigil. Ouid. Met. 7, 36 — Cur non tauros, exhortor in illum, Terrigenasque feros, insopitumque draconem? h. e. Infomnem. Conf. Lucan. 9, 357.*

INSOPIBILIS, e. Adi. *Idem. Mart. Capella l. 4 et 9.*

INSORTITVS, a, um. Adi. Plaut. Casin. 2, 4, 7 Si non impetrauit, spicula etiam infortita sunt mihi. *Al. melius in fortitu, diuisim.*

INSORDESCO, ere. *Sordibus oppleri, sordidum fieri. Deiectu caducae frondis ager inforduit Sidon. Epist. 5, 13. Nimbis inforduit 45 aether Rutil. It. 1, 617.*

INSPARSVS, a, um. Adi. *pro inspersus ab INSPARGO. f. INSPERGO, v. v. Farina Plin. 26, 14.*

INSPATIANS, antis. *Fare age, quem videat Babylonis ab arce tyrannus Innocuus inter flammam procul inspatiantem Prudent. 50 Apoth. v. 198 Weiz. Cellar. vero v. 130 exspatiantem.*

INSPECIOSVS, a, um. Adi. *Puer non inspeciosus Petron. c. 74.*

INSPECIATVS, a, um. Adi. *Informis. Species et Forma saepe idem. Substantia informis et inspeciata Tertull. adu. Valent. c. 10. 55*

INSPECTIO, **INSPECTO**, **INSPECTVS**, *vid. INSPICIO.*

INSPERANS, antis. Adi. [*ἀνεκπιζων*] *Qui non sperat. Ter. Andr. 3, 4, 24 In nuptias conieci herilem filium: feci hodie, vt fierent insperante hoc, atque inuito Pamphilo. Insperanti mihi cecidit, vt 60 in istum sermonem dilaberemini Cic. de Orat. 1, 96 c. 21. Conf. Salust. de Rep. Ord. 2, 12. Cic. pro Marc. c. 7. Vid. INDICENS.*

INSPERATVS, a, um. Adi. [*ἀελλπτος*] *Quod non sperabatur. Insperata accidunt Magis saepe, quam quae speres Plaut. Most. 1, 3, 40. Consilium insperatum Cic. Philipp. 4, 3 c. 1. Ter. Heaut. 3, 1, 5 65*

Celem tam insperatum Gaudium, quum illi nihil periculi ex indicio fiet? Malum insperatum nec opinatum Cic. Tusc. 3, 28. Ter. Eun. 3, 5, 57 An ego Occasionem mihi ostentatam, tam breuem, tam optatam, tam insperatam amitterem? Pecuniae insperatae repentinaeque Cic. in Catil. 2, 20. Tellure insperata potiti Virg. Aen. 70

*3, 278. Victoria insperata, sperata quandoque certior Iustin. 10, 5, 3. Superl. Plaut. Poen. 5, 3, 8 O mi heros salue, Hanno insperatissime mihi, tuisque filiis. Ex insperato, Adu. [*ἀνεκπιζωσ*] Praeter spem et opinionem. Plin. 25, 2 Seruatusque est ex insperato. Conf. Liu. 2, 35. et 44, 5.*

INSPERABILIS, e. Adi. [*ἀνεκπιζωσ*] *Quod sperari vix poterat. Gell. 4, 18 Pacemque et victoriam vobis peperit insperabilem. Ammian. 15, 11 Nuntius insperabilis.*

INSPERATE, vel **INSPERATO**. Adu. Non, 1, 150 Insperato abiit. Plaut. Aul. Arg. 1, 14 Aulam insperato inuenit. Apul. Met. 9 p. 235 Insperato et longe contra eius opinionem resistens. Compar. Val. Max. 3, 8 ext. 2 Et qui vehementius noceat, insperatius prodest.

INSPERGO, si, sum, ere. [*ἐπιπέσσω*] *Idem fere quod Aspergere, liquorem aliquem spargendo iniicere. Cic. de Diuin. 2, 37 c. 16 85 Cor est in extis, iam abscedet simul ac molam et vinum insperferis. Oleam sale Cato c. 65. Potioni aliquid Plin. 12, 17.*

INSPERSVS, a, um. Part. *Nauis inspersi egregio corpore Hor. Serm. 1, 6, 67.*

INSPERGENDVS, a, um. Partic. Columel. 11, 2 Hoc eodem 90 tempore, stercoris pars in prata digerenda, pars olei, et caeteris arboribus inspergenda.

INSPERSIO, onis. f. Pallad. Mart. t. 9 Ruta folius cineris inspersione contenta.

INSPERSVS, us. m. *Corium obfirmatum cineris inspersu 90 Apul. Met. 7 p. 197. Comae fordentes inspersu cineris Idem 9 p. 231.*

INSPICIO, exi, ectum, ere. [*εἰσπράω, ἐπισκοπέω*] *Plus est quam aspicere: significat enim penitus cognoscere, et obseruatione accurata prosequi; Ter. Adelph. 3, 4, 52 Denique inspicere tanquam in speculum in vitas omnium iubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi: 10 quod praeceptum senilis sapientiae deridiculo habens seruus, Postremo, tanquam in speculum, in patinas inspicere iubeo, et moneo, quid facto vsus sit. In primis, qui emere volunt inspiciunt rem venalem. Horat. Sat. 1, 2, 86 Regibus hic mos est; ubi equos mercantur, opertos Inspiciunt, etc. Plaut. Most. 3, 1, 144 Cupio hercle inspicere has aedes. 10*

- Sic, Inspicere agrum Columel. 1, 3, 1. *it.* 1, 4, 1 *de emturiante patre familias.* Sic Inspicere praedium Cic. Fam. 9, 7. Hominem propius Plin. Epist. 10, 1. Cic. Philipp. 2, 44 Visne igitur te inspiciamus a puero? Aurum credo inspiciere volt, ne surreptum fiet Plaut. Aul. Prol. 39. Hominem propius Plin. Epist. 4, 15, 3. Penitus et domi 1, 10, 2. Familiariter Paneg. 87, 3. Cic. Att. 12, 20 (13, 1) Est igitur animus in Hortis: quos tamen inspiciam, quum venero. Marfupium Plaut. Men. 2, 1, 29. Opus maius inspice Ouid. Trist. 2, 63. Sententiam alicuius, *pro Anxie attendere quid velit.* Plaut. Mil. 2, 1, 51 Ego quoniam inspexi mulieris sententiam, cepi tabellas, consignavi clanculum. Aliquem experimentis, *Experientia probare et cognoscere.* Columel. 1, 8 Eligendus est rusticis operibus ab infante duratus, et inspectus experimentis. Fides inspicienda duro tempore Ouid. Trist. 1, 4, 26. *Conf.* Iustin. 38, 8, 12 et 16. Idem 34, 1, 4. et 2, 15, 7.
- INSPICIENS, entis. Partic. Vulg. Interp. Sirac. 17, 16.
- INSPECTVS, a, um. Partic. [*εἰσθεωρούμενος*] Inspectae sunt apud portitores literae Plaut. Trin. 3, 3, 66 et 81 quod interdum factum resp. causa videtur. Inspecta omni re Idem Aul. in Periocha acrost. 7.
- INSPECTVRVS, a, um. Partic. [*εἰσθεωρούμενος*] Virg. Aen. 2, 47 Aut haec in nostros fabricata est machina muros Inspectura domos, venturaque desuper vrbi.
- INSPECTOR, oris. m. [*εἰσθεωρῶν*] Qui rem aliquam venalem pro potestate cognoscit. Plin. 37, 7 de Sandastro s. Garamantite gemma, Accedit religio narrata a siderum cognitione ab inspectoribus, quoniam fere stellarum Hyadum et numero et dispositione stellantur.
- INSPECTIO, onis. f. [*εἰσθεωρία, εἰσθεωρήσις* Gloss. Lat. Gr.] Columel. 1, 4 Nam prima inspectione neque vitia, neque virtutes abditas ostendit, *h. e. Primo oculorum intuitu.* Diligens rei alicuius consideratio: Cic. Philipp. 2, 81 c. 32 Nos enim obnuntiationem solum habemus: Consules et reliqui magistratus etiam inspectionem. Sed Spectio est in libris optimis, *v. v.* Abstineret inspectione, *vid.* A B S T I N E O. In inspectione positae artes Quinctil. 2, 18. Constare inspectione Idem 2, 17 *extr.* Inspectio ipsa saepe etiam falsum 35 deprehendit Idem 5, 5.
- INSPECTRIX, icis. f. Ambros. Epist. 64.
- INSPECTVS, us. m. Apul. Met. 10 p. 254 Oculi inspectu minaces. Ammian. 22, 1 Inspectu iecoris praedoctus.
- INSPECTO, are. Frequent. [*εἰσθεωρῶμαι*] Attente et cum diligentia intueri. Plaut. Poen. 3, 3, 69 Illinc procul nos istuc inspectabimus. Cic. ad Brut. 4 Quod utinam inspectare possis timorem de illo meum. Inspectare de tegulis Plaut. Mil. 2, 2, 17. Inspectaui per impluuium Idem ibid. 2, 2, 4. Suet. Caes. c. 86 Sunt, qui putent confisum eum nouissimo illo Senatusconsulto, ac iureiurando etiam 45 custodias Hispanorum cum gladiis inspectantium se remouisse, *i. custodientium, e suo conspectu nunquam illum dimittentium. Est haec omnium fere MSS. et veterum editt. lectio, mutata a Casaubono in sectantium.*
- INSPECTANS, antis. Partic. Cic. Verr. 4, 160 Hinc illa crux, in quam, ciuem Romanum iste multis inspectantibus sustulit. 50 Idem de Diuin. 1, . . . Inspectante et rege et populo. Idem Fam. 1, 9. Et Caes. B. G. 7, 25. Et B. C. 2, 20. Solin. c. 7.
- INSPECTATIO, onis. f. *Consideratio.* Sen. Nat. Quaest. 6, 4 Quorum est adeo mihi dulcis inspectatio, vt quamuis, etc. *Conf.* Tertull. adu. Marc. 2, 17, et 4, 35.
- INSPECTATOR, oris. m. Symmach. Epist. 6, 9 Adhibiti inspectatores muro.
- INSPICIVM, i. n. *Sollemnis vox in sacrificiis. Vid. Barth. Aduers. 25, 11. Et Buleng. de Sort. c. 6.* Extorum inspicia Tertull. adu. Marc. 1, 1.
- INSPICO, are. *In spicae formam findere et acueret stipitem pinneum, vt facile accendatur, faxque fiat adeo.* Virg. Georg. 1, 292 Ferroque faces inspiciat acuto. *Vbi Seruius; Acuto ferro incidit ad speciem et imaginem aristarum.*
- INSPIRO, are. [*ἐμπνέω, ἐκπνέω, ἐμψύχω*] Ventum seu spiritum infundere. Columel. 1, 66 Sed granaria scalis adeantur, et modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur, *h. e. Versus Aquilonem aperiantur, vt sint perflatiles.* Quinctil. 10, 3 Inspirantes ramis arborum aurae, volucrumque cantus. Literae inspirare Gell. 2, 3 est illam cum aspiratione, *s. H proferre.* Amorem inspirat tacitum Stat. 70 Silu. 1, 2, 194. Occultum inspires ignem Virg. Aen. 1, 688. Venenum inspirant morsibus Idem Georg. 4, 236. *Videtur etiam significare spiritum recipere, vires sumere inter ipsum laborem.* Sen. Epist. 31 pr. Surge et inspira: et cliuum istum vno, si potes, spiritu exsuperas. Sic omnes libyi: Respira est a criticis: quod tamen ad pleniorum requiem 75 pertinere putem, quam hic indulget Seneca. *Inspirant; qui magno conatu opus habent, respirant, qui volunt a quietescere. Et hinc ipsum illud inspirare diuinum ortum esse videtur.* Quinctil. 2, 5, 8 Quanta deinceps in diuidendo prudentia, quam subtilis et crebra argumentatio, quibus viribus inspiret ad *ἐδυσιασμών* oratorium refero hic et 5, 14, 32.
- 80 *Pass.* Qui inspirari solent, fatuari dicuntur Iustin. 43, 1, 8.
- INSPIRANS, antis. Partic. Virg. Aen. 7, 351. Gell. 2, 3.
- INSPIRATVS, a, um. Part. Vates inspirati Iustin. 18, 5, 7. *Proprie Trita testa oculo inspirata per fistulam Columel. 6, 17, 7.*
- INSPIRATIO, onis. f. Solin. c. 12 Fontes poti inspirationem faciunt literariam. Gratia diuinæ inspirationis Tertull. de Pat. c. 1.
- INSPIRAMENTVM, i. n. Idem. Cael. Aurel. Tard. 2, 13.
- INSPIRATOR, oris. m. Cael. Aurel. Tard. 1, 5.
- INSPIRITALIS, e. Adi. *Non spiritalis.* Paullin. Epist. 22. 90 al. 7.
- INSPISSATVS, a, um. Adi. Caro inspissata Veget. de Re Vet. 2, 30.
- INSPLEDESCO, ere. Gloss. Gr. Lat. *ἐκλάμπω.*
- INSPOLIATVS, a, um. Adi. [*ἀνυπόδουτος*] Spoliato contrarium. Quinctil. 7, 2 Hominem occisum esse constat, non in solitudine, vt a latronibus suspicer: non praedae gratia, quia inspoliatus est: non haereditatis spe, quia pauper fuit: odium igitur in causa. Sacrum et inspoliatum fanum Sall. de Rep. ord. 1, 2 *extr.* Virg. Aen. 11, 594 — corpus et arma Inspoliata feram tumulo.
- 100 INSPVMO, are. Tertull. Apol. c. 12 O sacrilegia conuicia! infrendite, inspumate.
- INSPVO, ui, utum, ere. [*ἐμπνέω*] Super aliquid spueret. Plin. 31, 9 Datusque lingendus, et oculis iumentorum inspuitur. *de sale.* In faciem Petron. c. 75. In frontem mediam hominis Sen. de Ira 1053, 38. *Conf.* Suet. Vespas. 7, 5.

INSPVTO, Ære. Frequent. [*ἰνσπύωμαι*] *Spitto aliquem foedare. Dicimus autem Insputare aliquem et alicui.* Plaut. Capt. 3, 4, 22. Et eum morbum mihi esse, vt, qui me opus sit insputarier. Et paulo post, Quibus insputare saluti fuit, atque iis profuit. Vid. DESPVO, ubi ex Plinio et Apuleio haec de comitali morbo explicantur.

INSTABILIS, etc. **INSTANS**, **INSTANTER**, vid. **INSTO**, as.

INSTAR. Indecl. [*ἴστωμα*, *ἀπεικόνισμα* Gloss. Vet.] *Conuenientiam non formae modo et figurae, sed magnitudinis etiam, vel, vt malunt philosophi, qualitatis et quantitatis, i. similitudinem pariter et aequalitatem, significat.* Et vel simpliciter Nominatio et Accusatio usurpatur, vel, vt volunt, intellecta Praepositione ad, secundum, etc. Saepè possis illi substituere nomen exempli vel exemplaris.

Seruius ad Aen. 2, 15 Nomen instar est indeclinabile, licet Probus instaris declinauerit, vt nectaris. Idem Seru. ad Aen. 2, 15. et 12, 923 negat Praepositionem recipere hoc nomen, licet, inquit, Serenus Lyricus ad instar dixerit, quod in idoneis auctoribus non inuenitur.

Pittacus Indiae auis est; instar illi minimo minus quam columbarum Apul. Flor. p. 346. Liu. 35, 49 Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum instar in castris regis. Idem 26, 28 extr. Initio milites Cannenses dati duarum instar legionum, i. Circiter. Virg. Aen. 2, 15 Instar montis equum diuina Palladis arte Aedificant. Columel. 2, 5 In campo rarius, in colle spissius acerui stercoris instar quinque modiorum disponuntur. Cic. Fam. 15, 4 Eranam autem, quae fuit non vici instar sed urbis, etc. Plin. in Paneg. c. 37 Ciuitasque Romana instar erat odii et discordiae, et orbitatis, quum clarissima pignora salua ipsorum pietate distraheret.

Ouid. Met. 4, 135 Oraque buxo Pallidiora gens exhorruit, Aequoris instar, Quod tremit, exigua cum summum stringitur aura. Potest intelligi Orat, vel vt esset instar. Iustin. 18, 5, 11 Ex frequentia hominum velut instar Ciuitatis effectum est. Tacit. Ann. 3, 36 Igitur C. Cestius Senator disseruit, principes quidem instar Deorum esse. Cic. Off. 2, 27 Patrocinio vero se vfos, aut clientes appellari, Mortis instar putant. Virg. Aen. 12, 923 Volat atri Turbinis instar Exitium dirum hasta ferens. Cic. Fam. 9, 6 Equidem hos tuos Tusculanenses dies instar esse Vitae puto, exemplum vitae felicitatis. Idem Att. 10, 4 Eam vero (epistolam) quae Voluminis instar erat, saepe legendam, sicuti facio, etc. Plato mihi vnus est instar omnium Cic. de Cl. Orat. c. 51. Iustin. 4, 4 Mittitur Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat, i. Sed qui solus tantum potuit, quantum omnes auxiliari. Vid. Id. 36, 3, 2. Virg. Aen. 6, 865 — Quantum instar in ipso est? q. d. quantum consummari adolescentis exemplum. Vlpian. De noui operis nuntiatione l. Stipulatio, Si proponatur instar quoddam, et quasi facies quaedam operis facta. Suet. Caes. c. 61 Cuius (i. Equi) etiam instar pro aede Veneris genetricis postea dedicauit. Cic. Att. 16, 5 extr. Mearum epistolarum nulla est ἀναλογία, sed habet Tiro instar septuaginta, i. Circiter. Sic Varro R. R. 1, 1, 10 Instar librarum VII. Saepius ita Columella.

¶ 2 Quidquid Seruius dicat, Instar admittit nonnunquam Praepositionem AD, et significat Ad similitudinem. Apul. de Mundo p. 72, 39 Ad hoc instar mundi salutem tuetur deus, i. ad hunc modum, ad hoc exemplum. Idem Met. 9 p. 232, 16 Lactucæ veteres — quae — ad instar scoparum — exolescunt. In eodem p. 235, 27 Iste quoque ad instar infelicissimi sui filii iugulum sibi multis ictibus contrucidat. Apul. Met. 10 p. 248, 14 Ad instar asinariae Paphaës complexus meos ardentem expetebat. Laudatur etiam pro hac constructione Pacuuius apud Auct. ad Herenn. 2, 36 c. 23 Fortunam insanam esse et caecam et brutam perhibent philosophi: saxique ad instar globosi praedicant esse volubilem. Sed vetera exemplaria secuti recentiores edunt Saxoque illam instare globoso praedicant volubili. Instare est Infinitus modus verbi Insto.

INSTAVRO, Ære. [*ἀπκαθίστημι*] *Renouare, et quasi Instar alterius facere.* Festus, Instaurari, ab Instar dictum: quum aliquid ad pristinum similitudinem reficitur. Conf. Isidor. 19, 10. Macrobi. Saturn. 1, 11. Et Voss. Etymol. p. 267. Martinus deducit ab Instare, vt sit Facio insistere. Cic. pro Rosc. Amer. 153 Cauete per deos immortales Iudices, ne noua et multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur, ad Sullae proscriptionem respicit. Instaurare epulas Virg. Aen. 7, 146. i. Denuo imponere mensae. Plin. 31, 2 In villa sua Academia nomine, Cicero monumentum sibi instaurauerat, ceu vero non et in toto orbe fecisset. Cic. Att. 1, 13 Idque sacrificium, quum Virgines instaurassent, pollutum scilicet a Clodio. Liu. 5, 52 Recordamini, quoties sacra instaurantur, quia aliquid ex patrio ritu negligentia casuue praetermissum est. Idem 32, 1 Ferae Latinae Pontificum decreto instauratae sunt, quod Legati ab Ardea questi in Senatu erant, sibi in monte Albano Latinis carnem, vt assolet, datam non esse. Add. Liu. 37, 3. Virg. Aen. 10, 543 Instaurant Acies Vulcani stirpe creatus Caeculus, etc. Seruius: Ante fufas Acies accipimus ex eo, quod dixit Instaurant. Virg. Aen. 2, 451 Instaurati Animi, regis succurrere teclis, i. vt succurrerent. Cic. de Prouinc. Consul. 19 c. 8 in Pisonem et Gabinium, Periculum sit, ne instauratas maximi Belli reliquias ac renouatas audiamus. Idem pro Domino 6 Et tibi et gladiatoribus tuis instaurandae Caedis potestatem non fecisse, i. denuo faciendae. Choros Virg. Aen. 4, 145. Comissionem Iustin. 12, 13, 7. Virg. Aen. 4, 63 Aut ante ora deum pingues spatiantur ad aras, Instauratque Diem donis. Seruius: Instaurat ideo, quia iam supra sacrificauerat. Epulas certatim instaurant Virg. Aen. 7, 146. Idem ibid. 3, 62 Ergo instauramus Polydoro Funus. Honores Idem ibid. 5, 94. Honos instauratur Sil. 13, . . . Incendia instaurare Sallust. Fragm. 1, 16. Iter ad Argos Stat. Theb. 2, 473. Ludos Liu. 2, 36, 27. et 21, 33, 42. Cic. de Arusp. Resp. 21 c. 10. Et de Diu. 1 c. 26. Columella 11, 2, 98 Ipsis Kalendis Ianuariis auspicandi causa omne genus Operis (rustici) instaurant, i. de nouo illo anno faciunt. Iuuen. Sat. 15, 74 Et infestis Pugnam instaurare sagittis. Dixerat, Subsidiis aucti. Sacrum instaurari imperat Stat. Theb. 11, 232. Scelus illud pristinum renouauit et instaurauit quaestorium Cic. Act. in Verr. 1, 11 c. 3. Societas instauranda Suet. Neron. c. 57, 4. Tunicas sibi densas aduersus hiemem instaurant (quotannis nouas faciunt ad superioris exemplum) bombyces. Vias instaurare Stat. Theb. 5, 9.

INSTAVRATVS, a, um. Partic. Patere. 2, 66, 1 Instauratum Sullani exempli malum. Vid. plura supra.

INSTAVRATIO, ònis. f. [*ἀπκαθίστασις*] Cic. de Arusp. Resp. 23 c. 11 Et mentes deorum immortalium ludorum instauratione placantur? Conf. Liu. 2, 36.

INSTAVRATICVS, a, um. Adi. Instauraticus dies, ludis Circensibus additus Macrobi. Saturn. 1, 11.

INSTAVRATIVVS, a, um. Adj. [*ἰστανευστικός*] Cic. de Diuin. 1, 55 c. 26 Itaque ludis intermissis instauratiui constituti sunt.

INSTAVRATOR, ōris. m. Ammian. 27, 3 Nomen inscribebat non vt veterum instaurator, sed conditor. Reines. Class. Infer.

2, 31 **TYPO APOLLONIO INSTAVRATORI MOENIVM NOSTRORVM.** Vid. Alcim. Auit. ad Sōror. 438 cum Interpr.

INSTERNO, strāui, strātum, ěre. [*ἰστανεύω, ἰστανεύω*] In aliquem sternere, operire, superextendere. Suet. Claud. c. 18 Ar-

ctiore autem annona ob assiduas sterilitates detentus quondam medio foro, a turba, conuiciisque ac simul fragminibus panis ita instratus, vt aegre, nec nisi postico, euadere in palatium valuerit. Sic etiam Burm.

Al. infestatus. Liu. 30, 10 Tabulasque super instrauit, vt peruium nauium ordinem faceret. Val. Fl. 3, 463 Pars ardua celsis Insternunt tabulata feris. Pelle leonis. Insternor Virg. Aen. 2, 722.

15 Terra insternar auita, in patria mea sepeliar Stat. Theb. 3, 213.

INSTRĀTVS, a, um. Partic. Conuiciis et Panibus instratus Suet. Claud. c. 18, 3. Equus speciosus instratus Liu. 34, 7. Torus humilis et modice instratus Suet. Aug. c. 73. Tori instrati super

pelle leonis Sil. 7, 290. Ornata regio instratus Plin. 8, 42.

20 **INSTRĀTVM**, i. n. [*σπῶμα*] Omnis vestis stragula insternendi causa parata, inquit Vlp. in l. instrato 45 ff. D. de Verb. et rer. signif. Sed variat lectio; Gothofr. et alii diuisim in strato et in stratum. Sed

Cato de R. R. 10, 3. et 11, 4 Instrata asinis siue varietate sunt in supelle-

25 **INSTRAGVLVM**, i. n. Cato R. R. c. 10 Culcitas, instragula, puluinos.

INSTIGO, āre. [*καροῦνω, κενεῖζω*] a Stigo, verbo obsoleto, ἀπὸ τῆς σίζω deducto, quod est Pungo: et significat Incitare, vt solent stimulis iumenta, irritare, instinguere. Onomast. stigo, ἐρεθίζω. Terent.

30 Phorm. 5, 7, 67 Non hercle ex re istius me instigasti Demipho. Idem Andr. 4, 2, 9 Age si hic non insanit satis sua sponte, instiga.

Variis instigat vocibus alas Virg. Aen. 11, 730. Sequentem instigant studiis Idem ibid. 5, 228. Iracundiam instigare Sen. Epist. 10.

Vires instigat alitque Tempestiua quies, maior post otia virtus Stat.

35 Silu. 4, 4, 33. Ad arma Patere. 1, 16, 1. Canem in aliquem Petron. c. 95. Conf. Ouid. Met. 3, 243. Liu. 33, 47 In fensi et irati Romanos in Annibalem et ipsos causam odii quaerentes instigabant.

Instigari sermonibus alicuius Columel. 11, 1. Instigante quasi numine Col. 10 praef. 4. Cic. in Pison. 26 c. 11 An tu eras Consul,

40 quum in palatio mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus iniectis instigante te? Liu. 10, 19 Haec precatus velut instigante dea, et ipse Collegae, et exercitus virtutem adaequauit ducis.

INSTIGĀTOR, ōris. m. Papin. in l. Ob haec D. de iis, qui not. infam. Callido testamento videris accusationis instigator fuisse.

45 Aufon. Epist. 17 Superfluous instigator agitabo.

INSTIGATRIX, icis. f. Tacit. Hist. 1, 51, 4 Acerrima instigatrix aduersus Galbianos, pars Galliarum quae Rhenum accolit.

INSTIGATIO, ōnis. f. [*καροῦσις*] Auct. ad Herenn. 2, 47 c. 30 Amplificatio, est res quae per locum communem instigationis

50 auditorum causa sumitur.

INSTIGĀTVS, ūs. m. Vlp. in l. 1 §. Sed et si D. Si quadrup. paup. Sed et si instigatus alterius fera damnum dederit.

INSTILLO, āre. [*ἐπιπέζω, ἐπιπέζω, καταπέζω*] Stillando adidcere. Cic. de Senect. 36 c. 11 Namque haec quoque nisi tanquam

55 lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. Plin. 20, 1 Et foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur. Balsama instillans auribus Sammonic. c. 1. Humor sensim instillatus Quinctil. 1,

2. Merum instillat in ignes Ouid. Epist. 19, 153. Mero instillato restituenda lingua Id. Trist. 3, 3, 22. Cic. Tusc. 2, 25

60 Guttae, quae saxa assidue instillant Caucafi: Ex Aeschylō: i. Guttatim cadunt super saxa. Per translationem, In animum immittere, et leniter infundere. Cic. Att. 9, 7 Attulit vberimas tuas literas, quae mihi quiddam, quo stare, instillarunt. Sic edebatur ante Victorium.

Postea editum, Mihi quiddam quasi animulae instillarunt, vel

65 restillarunt. Praeceptum instillare auriculis Hor. Epist. 1, 8, 16.

INSTILLATIO, ōnis. f. [*ἐπιπέλαξις*] Infusio stillatim et guttatim facta. Plin. 29, 6 f. vlt. Aures purgat fel pecudis cum melle: canini lactis instillatio sedat dolorem.

INSTIMVLO, āre. [*κατακενῶ*] Instigare, et stimulis quibusdam impellere. Ouid. Fast. 6, 508 Dissimulata deam Latias Saturnia Bacchas Instimulat fictis infidiosa sonis. Verbis instimulat eum

70 Id. Met. 14, 495.

INSTIMVLATVS, a, um. Part. Marcellus in l. 3 D. de inofficioso testamento, Quod plerumque accidit, quum falso parentes

75 instimulati, liberos suos testamento vel exheredant, vel praetereunt.

INSTIMVLĀTOR, ōris. m. Cic. pro Domo 11 c. 5 Seditionis instimulator et concitator tu fuisti. Al. Stimulator. Sed sic Gruter.

Gloss. Gr. Lat. ἐγκεντρῆς, Instimulator.

INSTINGVO, inxi, ěre. Idem quod Instigo. Gell. 17, 20

80 Haec admonitio Tauri non modo non repressit, sed instinxit nos ad elegantiam Graecae orationis verbis Latinis adfectandam. Conf. Tertull. de Anima c. 26.

INSTINCTVS, a, um. Adj. [*ἐνθουσιάζης*] Incitatus, instigatus. Liu. 9, 40 His cursor vocibus instinctos milites in praelium

85 ducit. Instincta in bellum Achaia Vell. 1, 12, 1. Cic. Verr. 5, 187 c. 72 Quodam furore et audacia instinctum. Amore Musarum instinctus Lucret. 1, 923. Arrogantia instincti Samii Val. Max. 1,

5 ext. 1. ubi vid. Vorst. Velut fanatico instincti cursu Liu. 4, 33 pr. Errore truculentissimo ciuitas instincta Val. Max. 3, 8 ext. 3. Fu-

90 rore sacro mens instincta Lucan. 5, 150. Metus Furore instinctus, scelere praiceps Cic. pro Domo c. 55 extr. Iniuriis instinctus Suet. Caes. c. 19, 4. Quinctil. 2, 11 Aut murmure incerto, vel classico instincti, concitatissimum corporis motum non enuntiandis, sed quaerendis verbis accommodant. Oraculo quodam Delphico

95 instinctus Quinctil. 10, 1. Conf. N. Heins. ad Sil. 8, 244. et 15, 135. Talibus instinctus Ouid. Fast. 6, 597.

INSTINCTVS, ūs. m. [*ἐνθουσιάζης*] Instigatio, et quam Inspirationem diuinam vocant. Cic. Tusc. 1, 64 Sine caelesti aliquo

100 afflatusque funduntur. Instinctu, inflatusque diuino futura praenuntiare Id. ibid. 1, 12 c. 6. Instinctu alicuius facere, Suasu et impulsione. Plin. in Paneg. c. 73 Multa fecimus sponte, plura instinctu quodam et imperio. Auaro cupiditatis instinctu res alienas rapere

Iul. Firmic. 3, 6. Dearum instinctu Val. Max. 1, 6 ext. 3. Conf.

105 Frontin. Strat. 2, 7, 12.

INSTINCTOR, ōris. m. [*ὠδῆτης*] Tacit. Hist. 1, 22 Nec deerat, inquit Ptolemaeus, sceleris instinctor. *h. e. Impulsor.* Acerimus belli instinctor Id. ibid. 4, 68, 8. Ammian. 21, 12. Dissensionum instinctor Ammian. 30, 1.

INSTIPO, āre. *Densare, inculcare.* Gloss. Lat. Gr. Instipat, 5
ἐνσπείζει. Marcell. Emp. c. 10 Instipari nauibus.

INSTIPVLOR, āri. Dep. [*ἐπεγορεύω*] Non videtur differre a Simplic. Plaut. Pseud. 4, 6, 6 Minae viginti lanae, ac saluae sunt tibi hodie, quas abs te est instipulatus Pseudolus. Sic certe Priscian. 8 p. 794 et Gron. Stipulatus alii. Significat autem, ut ex 1, 5, 122 sq. intelligitur, abs te promitti sibi curauit. Plaut. Rud. 5, 3, 25 Ni dolo malo instipulatus sis, i. promitti tibi curaueris, promissionem acceperis.

INSTITA, ae. f. [*νεσπίς* Vet. Gl.] Fascia est variis usibus destinata. Incipiamus ab antiquissima, quam norimus, illius mentione. Horat. Serm. 1, 2, 29 Sunt, qui nolint tetigisse, nisi illas, Quarum subfuta talos tegat instita veste. Seru. ad Aen. 2, 616 Limbus est pars vestis extrema, quae instita dicitur, ut Horatius deinde laudat *h. l. ad quem ista* Vet. Schol. Cruqu. Periphrasis matronarum, quia matronae stola vtuntur ad imos vsque pedes demissa, cuius imam partem ambit iustita subfuta, id est, coniuncta. Instita autem Graece dicitur *τὸ περιπέδιλον*, quod stolae (Fabric. togae) subsuebatur, qua matronae utebantur: erat enim tenuissima fasciola, quae praetextae adiciebatur (Fabr. quae praetexta dicitur, cui consentiunt editi. antiquissimae). Notamus hic, tam dici posse vestem subfutam, cui instita adiecta est, quam ipsam institam vesti suae subfutam. Deinde Fabricianam lectionem togae meliorem putamus, et suspicamur, quae toga esset alias, eam stolam fieri accedente et subfuta instita. Denique etiam in hoc praestare Fabricianam lectionem, quod non praetextae adieci institara, sed ipsam institam praetextam, id est, assutam et in ora attextam tanquam limbum, dicit. Res est obscura: sed videbamur nobis, si quis nobis det, quae diximus, multa intelligere, quam adhuc factum est, melius. Pergamus ad alia testimonia. Quid. Art. Am. 1, 31 Este procul vittae tenues, insigne pudoris, Quaeque tegis medios, instita longa, pedes. Toga libertinarum ad medios tantum pedes descendit; instita longa, metonymice, quae producit et longam facit togam, ut Stola fiat, medios pedes, *intectos toga, velat ac tegit.* Hinc eodem sensu Trist. 2, 241 Quas stola contingi sumtaque vitta vetat. Vid. STOLA. Hinc pro matrona ponit Institam idem Poeta de Arte Am. 2, 600 In nostris instita nulla iocis. Maneat, ergo institam illam antiquam Horatii et Ouidii esse fasciam satis latam, quae togae subfuta stolam efficiat, vel certe stolam velut producat, ut ea talos, imosque pedes tegat. Hoc est *περιπόδιον* in Vet. Gl. et *περιπέδιλον*. Hanc pallam vocat Horat. Sat. 1, 2, 99 *firecte capio* Vet. Schol. Palla pro peripodio posuit, quod dicunt tunicae pallium. Sic non sola toga, sed tunica etiam suam institam habuerit: quod in medio relinquimus.

¶ 2 Instita etiam de alio omni fasciarum genere dicitur. V. g. de illis, quibus intenduntur lecti. Petron. 97 Imperavi Gitoni, ut raptim grabatum subiret, annecteretque pedes et manus institis, quibus sponda-culcitam ferebat, etc. Et c. 20 Duas institas ancilla protulit de sinu, alteraque pedes nostros alligauit, altera manus. Stat. Theb. 7, 654 Candida pampineo subnectitur instita pilo, i. thyrso. Scribon. Comp. 133 Oportet ventrem *hydropici* constringere extra instita longa. L. 23 Vestis, §. 1 de auro et arg. leg. Institae sunt inter ea, quae vestibus accessio- nis loco cedunt. Vulg. Int. Io. 11, 44 de Lazaro mortuo Ligatus manus et pedes institis, *νεσπίας*. Caeterum instita Horatii ac Naso- nis etiam ad hoc genus referenda fuerit, et cruralem fasciam significabit, si vera sit lectio Horatii, quod praestare non ausim equidem, quam quidam libri Seruii habent, nominatim Fabriciani et Stephaniani ad Aen. 2, 616 Quarum substricta talos tegat instita veste. Sententia enim foret, quarum etiam substricta veste non appareant nuda crura, quippe quae tegantur institis. Quod etiam accommodari posset ad Ouidii illud, Quaeque tegis medios instita longa pedes. Huic sententiae fauet etiam appellatio *περιπέδιλον*, *περιπόδιον*, quae similis est illis *περικελίς*, *περικνήμιον*, et fasciae, qua obuoluantur pedes, pulchre conuenit. Sed satis est, nec enim de Periscelide Britannica sermo est.

INSTITIO, vid. INSISTO.

INSTITO, āre. Frequent. Caes. B. G. 1, 25 Rursus institare et praelium redintegrare. Al. Instare.

INSTITOR, ōris. m. [*κάπηλος, πωλιγκάπηλος*] Negotiator appellatus ex eo est (ut ait Vlpian. l. 3 D. de Institoria actione) quod negotio gerendo institat. Nec multum facit, tabernae sit praepositus an cuilibet alii negotiationi. Et l. 4 Cuiusque igitur negotio praepositus sit, institor recte appellabitur. Et l. 5 §. 4 Plin. 18, 25 c. 60 Seruant id fidus, Vergilias, etiam vestis institores, — Nubilo occasu pluuiosam hiemem denunciat, et statim augent lacernarum pretia; sereno asperam, et reliquarum vestium (pretia) accendunt. Sed etiam eos institores dicendos placuit, quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam et distrahendam, quos vulgo circuitores appellamus. Sed et muliones quis proprie institores appellet. Item fullonum et sarcinatorum praepositus: sed et stabularii quoque, loco institorum habendi sunt. Sed et si tabernarius seruum suum peregre mitteret ad merces comparandas et sibi mittendas, loco institoris habendum Labeo scripsit. Conf. etiam ea, quae sequuntur, it. Iulius Paul. Recept. Sent. l. 2 tit. 8 de Institoribus. Mercis institor Liu. 22, 25 extr. Iuven. Sat. 7, 221 Institor hibernae tegetis, niueique ca- durci. Liu. 26, 16 Vrbi frequentandae multitudo incolarum libertinorumque, et institorum, opificumque retenta. Martial. 7, 60 Institor temerarius. Pigmentarius institor Scribon. 22. Mundus demissis institor in tunicis Propert. 4, 2, 38. Discinctus Ouid. de Arte Am. 1, 421. Institor eloquentiae Quintil. 8, 3, 12. i. Venditor, ostentator, et mercator. Idem 11, 1, 50 Commo- veaturne quisquam eius fortuna, quem tumidum ac sui iactantem, et ambitiosum institorem eloquentiae in ancipiti forte videat?

INSTITORIVS, a, um. Adi. [*καπηλινός*] Quod ad instito- rem pertinet. Suet. Claud. c. 27 Dispositae per litora et ripas diuersoriae tabernae parabantur, insignes ganeae, et matronarum institorias operas imitantium, atque hinc inde orantium, ut appelleret. Sed vehementer variat lectio. Burmannus dedit Insignes ganeae et matrona- rum institorio, copas imitantium. Sic Institorium esset opus et pro- fessio institoris. Institoria actio dicitur, Qua dominus institorem con- uenit, vel pro institore conuenitur. Vlpian. in l. Quicumque D. de Institoria actione, Si libitinarus (quem Graeci *περιστήν* vocant) ser- vum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit, dandum in eum quasi institoriam actionem, quamuis et furti et iniuriarum actio competeret.

INSTITRIX, icis. [καπηλῆς] Si fides Perotto, a Plauto vocatur Ancilla, quae pro domina negotiatur.

INSTITVO, ui, ūtum, ěre. [προαιρέομαι, ἄρχομαι] Ex In et Statuo; significat plus quam Statuo, vel Decerno, nempe ipsum initium actionis, aut operis. Ad solum decretum raro refertur; forte Ter. Phorm. 4, 2, 14 Petam hinc vnde a primo institui: - forte etiam Cic. Verr. 2, 57 c. 23 Tu qui institueras (edicto arbitrator) in eos animadvertere, qui perperam iudicassent. Sed Vlp. in l. Si maritus D. ad legem Iuliam, de Adulteriis, Si maritus praeuenerit, accusareque instituerit, (i. ut dictum l. 2 §. 8 libellos inscriptionum deposuerit) tempora non cedunt patri: quia accusationem instituere non potest: hic plus quam conatum, initium quoddam, notat, et ita aliquoties illo tit. Ter. prol. Eun. 18 Quae proferentur post, si perget laedere ita, vt facere instituit. Cic. in Verr. . . Verum, vt institui dicere.

15 i. Coepi. Idem pro Cluent. 8 c. 3 Quaesio, vt me Iudices, sicuti facere instituitis, benigne, attenteque audiatis. Quin Instituire facere, interdum est Facere, simpliciter. Vid. Casaub. Not. in Nou. Test. Luc. 1, 1. it. Act. 1, 1. et 11, 15. Gothofr. ad l. 2 §. 1 ff. de O. I.

20 Cic. de Fin. 4, 34 Phidias potest a primo instituere signum, idque perficere. Suscipere, instituere, et perficere aliquam rem Idem Fam. 5, 12. Et videtur verbum in officinis ortum, ubi primo instituunt rude opus textores, figuli, statuarii, pictores, quod deinde expoliant. Sed praestat elementorum ordine etiam hic ponere Substantiua.

25 Actionem instituere Vlp. in l. De eadem D. de except. rei iud. Actionem Iustin. l. 4 Tit. de poena tem. litig. Actiones Vlpian. l. Pomponius §. 1 D. de Procuratorib. Cic. Fam. 13, 18 Nam et

Amicitia peruetus mihi cum eo est, vt primum in forum veni, instituta. Pro nostra non instituta, sed iam inueterata Amicitia Id. ibid. 3, 9. vid. ibi Gronou. Cic. Verr. 4, 21 Fecisti item vt praedones solent: qui quum communes hostes sint omnium, tamen aliquos sibi instituunt Amicos, quibus non modo parcant, verum etiam praeda quos augeant.

30 Amphora coepit institui currente rota cur vrcus exit? Hor. de Arte Poët. 22. Ter. Phorm. 1, 5, 10 Ita sum irritatus, Animum vt nequeam ad cogitandum instituere. Add. Ibid. 2, 1, 10. In Animo Ter. Adolph. 1, 1, 13. Arbores Suet. Galb. c. 1. Plaut. Most. 1, 2, 1 Recordatus multum, et diu cogitavi, Argumentaque multa in pectus institui ego, atque in corde meo. Idem Epid. 3, 2, 27 Verum nunc ego Astutiam hanc institui: deueniam, etc. Auctionem Cic. Att. 7, 3 p. 672 Graeu. Au-

40 ditoria instituere Suet. Rhet. 6, 3. Cic. Acad. 1, 43 Cum Zenone, inquam, vt accepimus, Arcefilas sibi omne Certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi, etc. Vid. Suet. Neron. c. 12, 8. et Domit. c. 4, 9. Ciuitates instituere, et leges scribere Cic. de Orat. 1, 86. Collegium, pro eo, quod Fundare dicunt

45 Plin. Epist. 10, 52. Cic. Att. 1, 1 Et postea prorsus ab instituta nostra, paucorum dierum Consuetudine longe refugit. Conuiuia Suet. Tit. c. 7, 5. Cursum Ter. Phorm. 5, 6, 8. Cic. pro L. Manil. c. 14 Non avaritia ab instituto Cursu ad praedam aliquam revocauit, non libido ad voluptatem, etc. Virg. Aen. 7, 109

50 Corpora sub ramis deponunt arboris altae, Instituuntque dapes, et adorea liba per herbas. Subiiciunt epulis.

Caes. B. C. 1, 16 Caesar conquiri milites, qui ab eo discesserant, Delectumque institui iubet. Diligentiam instituere non dixit Cic. Fam. 16, 20. quod in hoc loco annotatum erat; sed ita, Confido si diligentiam, quam instituisti (i. vt. adhibere) adhibueris, cito te firmum fore. Epulas Sil. 11, 272. Exemplum Plin. Epist. 4, 29.

Cic. pro Caecin. 53 Probauit omnibus M. Curium, qui Heres institutus esset, ita, etc. Vid. HERES. Heredem ex asse, vel omnibus bonis Plin. Epist. 5, 1. Idem 7, 36. Historia institui nisi praeparato otio non potest, nec exiguo tempore absolui Cic. de Legib. 1, 9. Ter. Adolph. 1, 1, 13 Vah, quemquamne hominem In animo instituere, aut parare quod sit carius, quam ipse est sibi? Cic. Fam. 15, 5 Instituto Itinere securitatem diligentiamque focis et Reip. praesta. Iter institutum rumpere Hor. Carm. 3, 27, 5. Legem inquam et miseram conditionem periculis hominum instituere Cic. pro Muraen. 60. Litem Triphonius in l. Filius D. de inoffic. testam.

55 Ludos instituit celebri certamine Ouid. Met. 1, 446. Mercatum domestieum rerum aliquarum Cic. Philipp. 3, 30. Caes. B. G. 5, 11 Labieno scribit, vt quamplurimas posset, his legionibus, quae sunt apud eum, naues instituat. Plin. 7, 56 Quinqueremen instituit Nesichthon Salaminius, i. facere instituit, primus fecit. Negotium, Aggredi opus Plaut. Poen. 4, 2, 103. Nundinas Plin. Epist. 5, 4 pr. Officinam Cic. Verr. 4, 54. Quinctil. 6, 4 Neque enim de risu, sed de vrbantate est Opus institutum. Cic. de Fin. 5, 86 Audi igitur, inquit, Luci: tecum enim, vt ait Theophrastus, mihi instituenda Oratio est. Oratorem, i. describere, et ita etiam formare docendo Quinctil. in proem. 1. Ornithoboscium, vid. ORNITHOBOSCIVM. Poenam in aliquem Cic. pro Domo 126.

60 Portorium vini Id. pro Font. 9. Quinctil. 7, 2 Si vnum respondeamus, videndum est, in re Quaestionem instituamus, an in scripto, Cic. pro Quint. 12 Qui ab adolescentulo Quaestum sibi instituisset sine impendio. Plaut. Stich. 3, 1, 26 Si tu hanc Rationem instituis, amicam ego habeo Stephanium, etc. Caes. B. C. 1, 42 In praesentia similem rationem operis instituit. Regnum Plaut. Rud. 4, 2, 30. Ita seruum par videtur frugi Se instituere Idem Amphitr. 3, 3, 4. Segetes Varr. R. R. 1, 37. Caes. B. G. 5, 36 Longiorque consulto ab Ambiorige instituitur Sermo. Cic. de Orat. 2, 296 c. 73 Quum mihi Sermo cum hoc ipso Crasso multis audientibus esset de te institutus, etc. Idem Tusc. 2, 10 Est igitur ambulans ad hunc modum sermo ille nobis institutus, et a tali quodam ductus exordio. Sudes multae praeustae, magnus muralium pilorum numerus instituitur Caes. B. G. 5, 40. Sumtus Cic. pro Flacc. 33. Tabellarios certos Id. Fam. 14, 18. Textrinum Id. Verr. 4, 58. Tutorem filiorum orbitati Id. de Orat. 1, 228. Vestigia retro instituit Lucret. 4, 474. h. e. Retrocedit. Vineam nouellam Columel. 5, 5. non procul a fine. Cic. Agrar. 2 c. 25. Vitam sapienter, Disponere et formare. Ter. Andr. 1, 1, 40 Sapienter vitam instituit. Vitem, pro Conferere, vt de Vineam modo vidimus, Suet. de Clar. Gramm. 23, 5

65 Et agros adeo coleret, vt vitem manu eius institutam satis constet C. C. C. L. X. vasa edidisse. Vid. Idem 1, 2. Hinc Instituire, absolute apud Iurisconsultos pro Arbores vel vineas in aliquo loco ponere, vt Paul. l. Dominus §. in conducto D. locati cond. In conducto fundo si conductor sua opera aliquid necessario vel vtiliter auxerit vel aedificauit, vel instituerit. Turnebus. ¶ 3 Instituire [καθηγεῖται, παιδεύειν]

70

75

80

85

90

95

100

105

110

115

120

125

130

135

140

145

150

155

160

μαδευειν] *Docere, instruere.* Cic. pro Quint. 69 c. 21 Qui apud te esset educatus: quem tu a puero instituis, ut nobili ne gladiatorum quidem haereret. Aliquem instituere, et ei praecepta dare Idem ibid. 84. Aliquem instituere et imbuere Cic. Philipp. 10, 20. Adolescentem Idem pro Cael. 39. Artem aliquem Id. de Orat. 1, 5 186. Ad lectionem aliquem Quinctil. 1, 7. Ad scenam aliquem Cic. de Clar. Orat. 203. Idem Verr. 3, 161 c. 69 Eos instituere atque erudire ad maiorum instituta atque civitatis disciplinam, non ad tuas turpitudines debuisti. Bonum in arando Columel. 6, 2, 8. Institueré a se villicum Idem II, 1, 5. Rudem ad dicendum Cic. de Orat. 2, 162. Literis Graecis Id. de Clar. Orat. 173. Quinctil. 1, 27 Socrates iam senex institui lyra non erubescerebat. Pueros Suet. Tib. c. 44, 2.

INSTITVENS, entis. Partic. Institvens sermonem referre Cic. de Orat. 3 c. 1. 15

INSTITVTVS, a, um. Partic. [*κατασκευασμενος*] Plaut. Pseud. 2, 3, 10 Iam instituta, ornata cuncta in ordine habeo. Male instituta ratio exitum reperire non potest Cic. de N. D. 1, 105 c. 37. Turres, testudines, munitionesque Caes. B. G. 5, 52. Divinitus multa a maioribus inuenta atque instituta sunt Cic. pro Domo pr. 20 Id. de Fin. 3 c. 3 Instituti a natura, *eruditi, formati.* Quinctil. 2, 11 Bene instituto ac satis exercitato. Diligentia alicuius bene institutus aliquis Cic. de Clar. Orat. 239. Doctrina liberaliter institutus Id. de Orat. 2, 126 c. 39. Cic. pro Domo 141 Neque institutas caerimonias persequi. Idem pro Cluent. 64 Nihil tam remotum ab accusacione, quam Cluentius et natura, et voluntate, et instituta ratione vitae. 25

INSTITVTVM, i. n. [*κατασκευασις, ἔθος*] Quod quis instituit. Mos, Lex, Consuetudo, quidquid facere coepimus cum consilio pergendi. Quinctil. 1, 2, 16 de Chryssippo, Nam is, quamvis nutricibus trimum dederit, tamen ab illis quoque iam informandam, quam optimis institutis mentem infantium iudicat. Cur autem ad literas non pertineat aetas, quae ad mores iam pertinet? Instituta referuntur ad mores. Institutorum rei militaris liber primus, etc. inscribitur in MSS. opus Vegetii. Ita apud Valerium Max. 2, 2 lemma habet De magistratu atque ordinum officiis et institutis; 2, 3 de militaribus institutis; 2, 6 de externis institutis. Cic. Acad. 1, 17 c. 4 Illi autem, qui Platonis instituto, in Academia coetus erant et sermones habere soliti. Id. Att. 4, 17 Puto te existimare me nunc oblitum consuetudinis atque instituti mei, rarius ad te scribere, quam solebam. 40

Leges et instituta iuris publici Cic. de Clar. Orat. 268 c. 77. Idem in Pisonem 30 Qui eius civitatis, in qua in principum numero vultis esse, non leges, non instituta, non mores, non iura noritis? Caes. B. G. 1, 1 Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. More institutoque maiorum Cic. pro Muraen. 1. Mos in quantum in usu est, Institutum in quantum a viris sapientibus coepit. Cic. Off. 1, 1 Te abundare oportet Praeceptis institutisque philosophiae. Id. Fam. 2, 12 Genus institutorum et rationum mearum, dissimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione provinciae. Id. ibid. 5, 17 Non putavi esse alienum institutis meis, haec ad te scribere. 50

Maiorum instituta Nep. Praef. n. 3. Cic. pro Cael. 50 Si qua mulier sit huiusmodi, qualem ego paullo ante descripsi, tui dissimilis, vita institutoque meretricio: cum hac, etc. Id. Verr. Act. 1, 13 Innumerabiles pecuniae ex aratorum bonis nouo nefarioque instituto coactae. Patriae instituta Nep. 17, 4, 3. Nefandum, vid. NE-55

FANDVS. Plin. . . Haec sunt rerum principia et instituta naturae: nempe ut leges motus et naturae dicimus. Liu. 6, 10 Militem ex instituto dare. i. ex pacto, cui satisfacere alias solebant. Abduci ab institutis suis pecunia, b. e. A proposito, et sententia. Cic. Verr. 4, 12 Veruntamen abducuntur homines nonnunquam etiam ab institutis suis magnitudine pecuniae. Conf. Id. Diuinat. Verr. c. 2. Institutum vitae capiendum, b. e. Viuendi ritus siue ratio et modus Cic. de Fin. 4, 40. Consequi institutum, vid. CONSEQVOR: Decedere instituto Liu. 37, 54. Cic. Fam. 13, 56 Nobis autem in hac causa nihil aliud opus est, nisi te ius instituto tuo dicere. For-65

mare mentem institutis Quinctil. 1, 2. Tacit. Ann. 6; 32 Instituta Parthorum infumit. Perficere instituta Cic. de Diuin. 2, 5. Id. Fam. 5, 12 extr. Ea quae habes instituta perpolies. Tacit. Hist. 4, 64 Instituta, cultumque patrium Resumite. Tenere aliquod institutum in omnibus Cic. Verr. 4, 46. Id. Att. 9, 8 Scilicet et meo 70

instituto Vfus sum. b. e. Feci, quemadmodum consueueram. Eodem Vti instituto Nep. Praef. n. 4. Institutum et natura opponuntur. Vid. mox INSTITVTIO n. 2.

INSTITVTIO, onis. f. [*κατασκευασις*] Doctrina, Instructio. Cic. Off. 1, 7 Magis ad institutionem vitae communis spectare videntur. Idem Acad. 4, . . . Sunt enim mihi nota, propterea, quod earum ipsarum rerum, de quibus agimus, prima institutio et quasi disciplina illo libro continetur. Idem Q. Frat. 1, 1, 16. Puerilis Quinctil. 1, 1. De institutione Oratoria ipse titulum suo operi fecit Quinctilianus in prooemio ad Tryphonem. Cic. de Orat. 3, 31 Iis-80

dem praeceptis atque in vna institutione formari. Rationem institutionemque suam conseruare Id. Att. 1, 14. Id. de N. D. 2, 35 c. 13 Neque enim dici potest, in vlla rerum institutione non esse aliquid extremum atque perfectum, i. in vlla rerum classe aut genere. Cic. Verr. 5, 180 Horum nos hominum sectam atque institutionem 85

persequimur. *Vetus exemplar habet Instituta.* Stoica Sen. de Benef. 2, 20. Plin. 16, 4 Longum est, nec ex institutione operis, differere, quisnam Romanorum primus acceperit. *Vetus codex habet, Nec instituti operis.* Cic. Off. 1, 7 c. 2 Omnis enim, quae a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci. i. Prae-90

ceptio et propositum de aliqua re agendi, vel Disputatio et tractatio ipsa. ¶ 2 Institutio, ut Graecorum νόμος, naturae opponitur. Cic. Top. 90 c. 23 Aequitatis loci cernuntur bipartito, natura et instituto. Natura partes habet duas, tuitionem sui, et vliscendi ius. Institutio autem aequitatis tripartita est. Vna pars legitima est, altera conueniens, tertia moris vetustate confirmata. ¶ 3 Institutiones vocauit ipse Iustinianus *compensariam illam iuris doctrinam, iussu ipsius in IV libros collatam.* Vid. Prooemium Instituti. unde simul apparet, antiquiorem etiam esse illum titulum: Igitur post libros quinquaginta digestorum — in quatuor libros easdem institutiones partiri iussimus, 100

ut sint totius legitima scientiae prima elementa — Quas ex omnibus antiquorum institutionibus, et praecipue ex commentariis Caii nostri, tam institutionum, quam rerum quotidianarum — compositas, etc. ¶ 4 Institutiones stellarum Cic. Tusc. 1, 62 c. 25. cum nihili sint, merito coniecturae Manutii subscribere posteriores, In-105

stitutiones, cum stare videntur s. insistere. Vid. Institutio sub INSISTO.

INSTITVTOR, ōris. m. *Præceptor.* Lamprid. in Commod. c. 1 In aula institutor. Treb. Poll. c. 3 Morum et actuum imperialium institutor. Ammian. 14, 8 Veteres institutores, i. *Vrbium conditores.* Conf. Pacat. Paneg. Theod. c. 8. Augustin. Epist. 123.

5 Tertull. de Monog. c. 4.

INSTO, ōti, ōtum, āre. [*ἰστυμι*] *Vrgere, Insectari.* Cic. pro Font. 1 Insector vltro, atque insto accusatori — et flagito testes. Idem Verr. 1, 69 c. 27 Caedere ianuam saxi, instare ferro: ligna et sarmenta circumdare. Liu. 27, 14 pr. Seu vicit, ferociter instat

10 vicitis; seu victus est, instaurat cum victoribus certamen. Acrior instat Virg. Georg. 3, 538. Cupidius instare, vid. CVPIDVS.

Impensius instat Ouid. Met. 7, 323. Lenius instando taedia tolle tui Id. de Arte Am. 1, 718. Vi instat Virg. Aen. 2, 491. Mar-

15 tial. 7, 96 Instent mille licet, premantque curae, Nostris carminibus tamen vacabit. Instare res aliqua dicitur, *Quando vrget.* Cic. Tusc. 3, 10 Sed id alias: nunc quod instat. Virg. Ecl. 9, 66 De-

fine plura puer, et quod nunc instat agamus. *h. e. Quod maxime necessarium est.* Cui Proconsul genitor, praefectus auunculus instat

20 Aufon. Eidyll. 5, 44. *i. quem velut cogunt exemplo suo ad virtutem, vt Cicero Aduersariam vocat Expectationem, etc.* Cic. pro Quint. 34 c. 10 Verum quoniam tibi instat Hortensius, vt eas in consilium.

Euincuntque instando, vt literae sibi ad Tarquinius darentur Liu. 2, 4. Quinctil. 7, 3 Patronus vero quoties poterit, instabit huic loco, vt

25 nihil credibile sit factum esse sine causa. Famae instandum, *vt illa vtamur* Tacit. in vita Agric. 18. Plin. 7, 52 E duobus fratribus

Equestris ordinis Confidio maiori accidisse, vt videretur exspirasse, apertoque testamento recitatum heredem minorem fumeri instituisse:

30 interim eum, *etc.* Furto feruidus instat Virg. Aen. 9, 350. Maioribus animis instat Ouid. de Arte Am. 2, 535. Virg. Aen. 1, 504

Talis erat Dido, talem se laeta ferebat Per medios instans Operi, re-

35 gnisque futuris. Plin. in Paneg. c. 18 Et inde offensae, gratiaeque pariter securi, instat Operibus, adsunt exercitationibus: arma, moenia, viros aptant. Idem Epist. 6, 11 Etsi qui audiebant, me

aemulari, meis instare Vestigiis videbantur. *i. imitari.* Proprie

40 Liu. 27, 2 Marcellus vbi lux fugam aperuit, sociis cum praesidio modico Numistrone relictis, praepositoque his L. Furio Purpurione Tribuno militum, vestigiis institit sequi. *Iunge Instituit sequi, et se-*

qui vestigiis. Cic. Att. 2, 1 pr. Ita vulgo, qui instabant, vt darem sibi quod ornarent, iam exhibere mihi molestiam destiterunt. Sic

45 3, 15 Te instante facient. Conf. Curt. 6, 7, 28. Plaut. Cas. 2, 5, 33 Non me hercle opinor posse, ita vxor acriter tua instat, ne mihi detur. Ter. Heaut. 5, 2, 22 Magis vnum etiam instare, vt conficerentur nuptiae. Instare vsque adeo donec Plaut. Cistel. 2, 3, 40.

¶ 2 *Interdum non multo plus est, quam alloqui.* Virg. Aen. 12, 47

45 Vt primum fari potuit sic institit ore. *Sed nimirum iam ante locutus fuerat Turnus, et vehementer quidem.* Verum Val. Fl. 1, 301 Ecce coronatae visa est tutela carinae Vocibus his instare duci. *i. alloqui*

ducem. Sil. 7, 458 Dumque hic (*f. haec*) aligeris instat Cytherea. *i. Cupidines alloquitur et hortatur.* Plaut. Curc. 3, 6 Si magis me

50 instabunt ad Praectorem, sufferam. *Forte fuit mi, i. mihi. Quamquam nec Accusatus in hoc verbo plane insolitus est.* Plaut. Cistel. 4, 2, 11 Quisue sustulit? et vtrum hac, an illac iter institit? Id. Asin. 1, 1, 39 Estne hoc vt dico Litane? L. rectam instas viam. *i. Sic res*

habet, vt dicit. *Absolute,* Sallust. Catil. c. 60 Veterani virtutis

55 pristinae memores, cominus acriter instare, illi haud timidi resistunt. Instare factum, *Contendere rem sic se habere, vt dicimus* Plaut. Merc. 2, 1, 18. Ter. Andr. 1, 1, 120 Ego illud sedulo negare factum: ille instat factum. Instat ire ad eum, *i. Perseuerat* Plaut. Mil. . .

Instat capi stationes, *i. Vt capiantur* Liu. 32, 11 extr. ¶ 3

60 *Adesse, propinquum vel proximum esse:* Sallust. in Catil. c. 15 Consul optimum factu ratus noctem, quae instabat, antecapere, ne quid eo spatio nouaretur, *etc.* Caes. B. C. 1, 80 Instabat agmen Caesaris, atque vniuersum imminebat. Bellum instans Cic. Philipp. 11, 24. Bona multa instans a me tibi, *Proximum est, vt ego te diuitem*

65 *faciam* Plaut. Pers. 4, 3, 22. Caedes instans miseris Virg. Aen. 8, 537. Dies instabat Lucan. 5, 5. Exitium cum (*pro ei*) instat Plaut. Poen. 4, 2, 96. Ludi magnificentissimi instans Cic. in Pison. 65. Id. Fam. 12, 14 Et nunc non minora Pericula Reip. a Dolabella instarent, quam ab Antonio. Id. in Catil. 2, 11 c. 5 Quibus ego

70 confido Poenas aut instare iam plane, aut certe appropinquare. Ter. Adelph. 3, 2, 9 Quem neque fides, neque iusiurandum, neque illum misericordia repressit, neque reflexit: neque quod Partus instabat prope. Senecta instans Hor. Carm. 2, 14, 3. Plaut. Poen. 4, 2, 97 Prius quam vnū iniectum telum est, tum instat alterum.

75 ¶ 4 *Pro instituire, i. incipere.* Cic. Fam. 10, 16 Flagitare senatus institit Cornutum. *Vid. Graeu.*

INSTATURVS, a, um. Adi. Liu. 10, 36 Ni cedenti instaturum alterum timuissent. Frontin. Strat. 2, 6, 10 Fugientibus instaturos victores.

80 INSTANS, antis. Partic. [*ἰστανός, ἀνασής*] *Quod imminet, et vrget, certe praefens est.* Bellum Caes. B. G. 6, 4. Milites Ibid. 8, 14. Periculum Nep. 4, 3, 5. Cic. Tusc. 4, 11 Quae enim venientia metuuntur, eadem efficiunt aegritudinem instantia. Idem de Fato c. 12 Vt praeterita ea vera dicimus, quorum superiore tempore vera fuerint instantia: sic futura, quorum consequenti tempore vera erunt instantia, ea vera dicemus. Quinctil. 5, 10 Praeteritum, instans, futurum. *Add. Tac. Hist. 3, 36, 1. De instantibus*

verissime iudicare Nep. 2, 1, 4. Sustinet instantes Ouid. Met. 5, 162. *i. urgentes.* *Compar.* Quinctil. 9, 3 Fons quidem vnus,

90 qui acriora facit et instantiora, quae dicimus. Tacit. Hist. 4, 83, 6 Species terribilior et instantior. Idem Ann. 2, 56, 1. et Paullin. Petrocor. Vit. Martin. 5, 659. *Superl.* August. Retract. 1, 19 extr. Ad instantissimam petitionem.

INSTANTIA, ae. f. [*ἰστανσις*] *Continua intentio et assiduitas.*

95 Gell. 6, 2 Si fato omnia mouentur — peccata quoque hominum, et delicta non succensenda, neque inducenda sunt ipsis, voluntatibusque eorum, sed necessitati cuidam et instantiae, quae oritur ex fato, *i. urgenti necessitati, et impulsioni.* Plin. 3, 5, 18 Quid est enim, quod — haec instantia non possit efficere. Instantia in oratione, pro

100 Vehementia vel elatiore stilo. Idem Epist. 5, 8, 10 Haec vel maxime vi, amaritudine, instantia: illa tractu et suauitate atque etiam dulcedine placet. Mater doctrinae est instantia, nouerca eruditionis est negligentia Euod. Episc. Ticin. Sic l. 32 §. 1 ff. de Vsur. Cum omissa est repetendi debiti instantia, *i. Assiduitas.* L. fin. §.

105 fin. ff. de pignorat. act. Ac postea instantia Gaii Scii creditoris recu-

perati sunt cullei. Quaestionis instantia Tertull. de Spectac. c. 19. Idem est ac Propinquitas apud Gell. 9, 12 Instantia atque imminencia fraudis, qua quis festinat ad nocendum, etc. De Instantia, siue Exemplo contrario, quo vitiatur enunciatio vniuersalis. Vid. Dialecticos.

INSTANTER. Adu. [*ἐνσταμῆρος*] h. e. Perseueranter, cum instantia, i. uehementia et studio. Quinctil. 9, 4 Vbicunque acriter erit et instanter, pugnaciterque dicendum, membratim, caesimque dicemus. Plin. Epist. 7, 22 Minus miraberis, me tam instanter petisse, vt in amicum meum conferres Tribunatum, quum scieris, quis ille, qualisque. Conf. l. vn. §. 2 D. de libell. dimiss. Compar. Quinctil. 9, 3 Instantius dicere. Instantius debita poscentes Iustin. 6, 2, II. Conf. Tacit. Ann. 6, 35, 4. et Martial. 12, 100. Superl. Instantissime compellere Apul. Met. 3 p. 133. Ibid. 4, 153. Instantissime desiderare Gell. 4, 18.

INSTABILIS, e. Adi. [*ἀσταθής, ἀστάσιος*] Quod suo loco stare non potest. Plin. 36, 14 Rursus in lubrico atque instabili fundamenta tantae molis locarentur, etc. Animi Virg. Georg. 4, 105. Homo, Inconstans, leuis. Liu. 21, 5 Quippe vbi pedes instabilis ac vix vado fidens, vel inermi equite equo temere acto peruerti posset. Hostis instabilis ad cominus conferendas manus Idem 27, 18. Lucus Ouid. Met. 6, 191. Regnum Sen. Thyest. 3 v. 215. Tellus, i. Insolida: Ouid. Met. 1, 20 Sic erat instabilis tellus, innabilis vnda. Compar. Queis rebus instabilior Aur. Victor. in Galba c. 6.

INSTABILITER. Adu. Augustin. Confess. 13, 20 Instabiliter fluidum.

INSTABILITAS, atis. f. [*τὸ ἀσταθές*] Inconstantia. Plin. 24, 17 Hanc autem a regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda instabilitatemque mentis. h. e. Turbationem, vel alienationem mentis. Arnob. 6 p. 196.

INSTRATVM, [*σῶμα*] vid. INSTRERNO. Instrato omne vestimentum contineri, quod iniicitur, Labeo ait Vlpian. in l. Instrato D. de Verb. et rerum signif.

INSTRENVVS, a, um. Adi. [*ἀνεναός*] Strenuo contrarium: quasi Minime generosus, ignobilis, indiligens, et ad res gerendas minime promptus. Plaut. Most. 1, 2, 24 Atque vbi illo immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia immundus, instrenuus, hic iam aedibus vitium additur. Ter. Heaut. 1, 1, 67 Ambo accusandi: etsi illud inceptum tamen animi est pudentis signum, et non instrenui. Suet. Vesp. c. 4 Non instrenuo duce.

INSTRENVÈ. Adu. Iustin. 17, 2, 1 Lyfimachus non instrenue moriens.

INSTRÈPO, ui, itum, ère. [*ἐνστροπῶ*] Idem quod Strepere incipere. Liu. 4, 34 Vnde si quid instrapat terroris, sine Patricio magistratu placere Kemp. opprimi. Vetus exemplar habet Increpet. Instrepat axis, pro Stridet. Virg. Georg. 3, 172 Post valido nitens sub pondere fraxinus axis Instrepat. Dentibus horrendum instrepat Claud. de Conf. Mal. Theod. 223. Al. Increpet. Apul. Met. 2 p. 126 Lamentabiles questus singultim instrepebat.

INSTREPITO, are. Ven. Fortunat. 3, 7 Floribus instrepitans poplite mella rapit.

INSTRIDENS, entis. Sil. 14, 437 Fax nidore graui foedauit cominus auras Ambusto instridens pelago. i. In mari stridens: ardebant enim naues praelio nauali succensae.

INSTRINGO, inxi, icum, ère. [*ἐνσφίγγω*] Laudatur Catul. 75, II Quin te animo offirmas, teque instringisque, reducesque, Et diis inuitis desinis esse miser? Videtur hic idem significare, quod adstringo, cuius contrarium est dissoluo. Sed al. teque istinc vsque reduces. Vehementer et arte stringo. Quinctil. Decl. 5, 16 in Aegro redempto, Iacet inter vincula, quibus instringat adhuc recentem pirata captiuum.

INSTRICTVS, a, um. Part. Intentus, tanquam in equuleo Apul. Met. 8 p. 211, 21 Vxor dolore pellicatus instricta. Idem 9 p. 225, 9 Philestaerus hac ipsa — tutelae nimietate instrictus atque inflammatus, intentus instar arcus. Proprie Idem 10 p. 244, 14 Amiculis feralibus instrictus atque obditus.

INSTRICTVS, us. m. Catul. Carm. 75, II Instrictumque reduces. Vid. Scalig. Sed variat lectio. Vid. INSTRINGO.

INSTRVCTIO, INSTRVCTOR, INSTRVCTVS, INSTRVMENTVM. Vid. INSTRVO.

INSTRVO; xi, ctum, ère. [*κατασκευάζω*] Significat proprie Apparare, componere, armare, ornare, machinari. V. g. Accusationem instruere, vel actionem vel litem; est Literis ac testibus, caeterisque ad probandum necessariis cam adornare, munireque. Vnde Instrumentum litis vocat Quinctilianus 12, 8, 12 Quidquid ad instruendam litem, id est causam pertinet. Cic. pro Cluent. 18 c. 6 Hoc enim ipsum iudicium, hoc periculum; illa accusatio, omnis testium copia, quae futura est, a matre initio est adornata, a matre hoc tempore instruitur. Cic. pro Muraen. 22 c. 9 Tu actionem instituis: ille aciem instruit. Tu hosce instrue: hic ego ero post principia Ter. Eun. 4, 7, II. Add. v. seq. Armis instruit socios Virg. Aen. 8, 80. Bellum Iustin. 2, 10, 12. 8, 5, 2. etc. Vlpian. in l. i D. de iure patron. Et si calumniam aliquam eis instruxit, vel delatorem subornauit. Classen Iustin. 6, 3, 1. Gell. 2, 24 Verba Laelii haec sunt, quibus indicat haedum, qui ad epulas fuit allatus, dimissum, coenamque ita vt lex Licinia sanxisset pomis, oleribusque instructam. Concubinas securibus peltisque Macedonicis Suet. Neron. c. 44, 1. Ter. Phorm. 2, 1, 7 Cedo senem: iam instructa sunt mihi corde consilia omnia. Copias Caes. B. G. 7, 18. Dolis instructus Virg. Aen. 2, 152. Cic. Verr. 4, 9 c. 5 Non enim te instruere Domum tuam voluerunt in prouincia, sed illum vsus prouinciae supplere. Epulas Liu. 5, . . . et 26, 13. Filiam dotare et instruere Suet. Vesp. c. 13. Fraudi instruendae aliquanto intentior Liu. 23, 36. Plin. Epist. 8, 18, II Fuit tam copiosus, vt amplissimos Hortos, eodem quo emerat die, instruxerit plurimis et antiquissimis statuis. Cic. Off. 3, 59 Emit homo cupidus et locuples tanti, quanti Pythius voluit, et enit instructos. de Hortis. Insidias Cic. pro Cluent. 189. Insidias mihi instruens Catul. 19, 7. Plin. in Paneg. c. 75 extr. Non instruendum illis Iter ad bonam famam, sed non deserendum: non submouenda adulatio, sed non reducenda est. Plaut. Amph. 1, 1, 66 Nos nostras more nostro, et modo instruximus Legiones: item hostes contra, suas instruunt. Ter. Eun. 4, 7, II Tu hosce instrue: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo. G. illuc est sapere: vt hosce instruxit. Locum insidiis Liu. 6, . . . Idem 34, 61 Aristonem quendam Tyrium aduenam, instructum Mandatis ab Annibale, et ab Antiocho reffe, venisse. Materiam falso

- fabricando Vlpian. in l. 2 §. Diem autem D. Quemad. testam. aperiant. Mensas epulis Ouid. Met. 8, 561. Milites stipendio Iustin. 5, 9, 9. Columel. 4, 3 Nonnulli strenue fabricant nauigia, nec consummata perinde instruunt armamentis, ministrisque. Liu. 34, 61 pr. Ar-
- 5 sionem Annibal Carthaginem cum mandatis mittit: edijt nomina eorum, quibus conuentis opus esset. Instruit etiam secretis notis, per quas haud dubie agnoscerent sua mandata esse. Opus instruitur Ouid. Fast. 4, 690. Plaut. Mil. 4, 1, 34 Aurum, ornamentaque, quae illi instruxisti, ferat. Veste et comitatu instrui debet sponsa
- 10 secundum conditionem mariti Plin. Epist. 6, 32. Urbem Suet. Iul. c. 44, 1. ¶ 2 Docere significat. Sen. Epist. 58 Illa quae me docet et instruit facies, a qua petitur imitatio, Idea est. Vid. IDEA. Ad omne officii munus Cic. de Senect. 26. Consiliis instrui idoneis ad negotium Id. Att. 5, 6. Quinctil. 2, 5 Orationum lectione
- 15 susceptos a se discipulos instruxerit. Arte aliquem Ouid. Epist. 16, 364. Cultibus aliquem Idem Fast. 2, 318. Scientia aliquem Quinctil. in prooem. 1. Studiosos scientia alicuius rei Quinctil. in prooem. 1. non procul a fine. Ignorantiam alicuius Plin. Epist. 10, 97, 1. Oratorem, Docere orationis conscribendae rationem: Quinct.
- 20 10, 1 Instruamus qua in oratione, quae dicere, facere, quam optime, quam facillime possit. Idem 4, 2 Iudex notitia rerum instruendus videtur. i. Docendus.
- INSTRVENS, entis. Partic. Vitruu. 2, 8 Longitudinem in crassitudines instruentes. Catul. 21, 7. Vid. Infidias supra.
- 25 INSTRVENDVS, a, um. Part. Quinctil. 4, 2 Iudex notitia rerum instruendus videtur.
- INSTRVCTVS, a, um. Part. [πεπαιδευμένος] Instructus artibus ingenuis. h. e. Bene edoctus et institutus Cic. de Orat. 1, 13. Instructus et ornatus plurimis et grauissimis artibus Idem de Fin. 2, 112.
- 30 Et Fam. 15, 1 Nos quemadmodum instructos, et quibus praesidiis munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari. Ter. Heaut. 3, 1, 41 Nam vt tu scias, quam ea nunc instructa pulchre ad perniciem fiet, etc. Ad caedem Liu. 24, 24. Ad mortem contemnendam Cic. de Fin. 2, 57 c. 17. Quinctil. 5, 71 Ex antecedentibus et
- 35 iunctis et insequentibus trahenda esse argumenta qui acceperit, protinus in hoc sit instructus, vt quid in quaque causa dicendum sit, ex his sciat. Ferro instructi Virg. Aen. 12, 124. Eques instructus spiculis Ouid. ex Pont. 1, 1, 19. Exercitus instructus telis Caes. B. C. 3, 56. Instructum et paratum conuiuium omnibus rebus Cic.
- 40 Verr. 4, 62 c. 27. Instructiores peditum copiae Liu. 27, 45. Instructior doctrinis Cic. de Fin. 1, 26 c. 7. Vlpian. D. 33 titulo De fundo instructo, Supellex, caeteraque si qua agro fuerunt, quo instructior esset paterfamilias, instrumento fundi non continentur. Cic. de Clar. Orat. 233 Crassus igitur mediocriter a doctrina instructus,
- 45 angustius etiam a natura, labore et industria, et quod adhibebat ad obtinendas causas curam etiam et gratiam, in principibus patronis aliquot annos fuit. Liberaliter, vid. h. v. Compar. Instructior a philosophia, a iure ciuili, ab historia Cic. de Clar. Orat. 161 c. 43. Vitiis decem instructior Hor. Epist. 1, 19, 25. Superl. Instructissimus vir Cic. de Orat. 1, 256. Humanitatis laudibus instructissimus Val. Max. 2, 6, 8. Instructissimus artibus Brut. ad Att. sub Cic. ad Brut. 17.
- 50 INSTRVCTE. Adu. Compar. Liu. 1, 35 Ludos opulentiùs instructusque quam priores reges fecit. Apul. Apol. p. 296 Instru-
- 55 ctius accusare.
- INSTRVCTVS, ūs. m. [κατασκευή] Apparatus. Cic. de Orat. 3, 23 c. 6 Riuis est diducta oratio, non fontibus: et quocunque ingreditur, eodem est instructu, ornatuque comitata. Manil. 5, 286. Vid. Scalig. p. 375. Add. Tertull. Apol. c. 6 et 42.
- 60 INSTRVCTIO, ōnis. f. Plin. Epist. 10, 3 Si instructio noui balinei oneratura vires Prusensium non est, possumus desiderio eorum indulgere. Instructio exercitus militum Cic. de N. D. 2, . . . Idem pro Caccin. 43 c. 15 Neque coniectione telorum, sed saepe clamore ipso militum, aut instructione aspectuque signorum, magnas
- 65 copias pulsas esse et vidimus et audiuius. Vitruu. 5, 9. Auc̄. ad Heren. 3, 10.
- INSTRVCTOR, ōris. m. [ἐξαρτύτης] Qui parat et instruit. Cic. Post red. in Sen. 14 c. 6 Hi sunt conditores, instructoresque coniuuii.
- 70 INSTRVCTĪLIS, e. Adi. Tertull. de Anima c. 14 pr.
- INSTRVCTŪRA, ae. f. Frontin. Strat. 2, 3, 17 Turbauerunt Macedonum instructuram, i. aciem. Conf. Isidor. 19, 10 et 18.
- INSTRVMENTVM, i. n. [τεῦχος, σκεῦος] Omne illud, quo quis ad operandum utitur: Apparatus, quo fundus, taberna, et id genus
- 75 alia instruuntur. Instrumenta, χρησθήρια, ὄργανα, ἐργαλεῖα Gloss. Steph. Cic. pro Domo 62 In fundum autem vicini Consulis, non instrumentum aut ornamenta villae, sed etiam arbores transferebantur. Et Acad. 4, 3 c. 1 Totius belli instrumento et apparatu. Cic. Verr. 4, 67 c. 44 Hostium spolia, monimenta imperatorum, decora atque
- 80 ornamenta fanorum, posthac his praeclaris nominibus amissis, in instrumento ac supellectili C. Verris numerabuntur. Suet. Aug. c. 71 Et Alexandria capta, nihil praeter calicem ex instrumento regio retinuerit. Sic apud Iureconsultos titulus est De fundo instructo, et instrumento legato. Religiosas vestes cum omni instrumento comburere Suet. Tib. c. 36. Subsidiū ad aliquid agendum. Instrumentum caesarum et generum omnium Cic. de Orat. 2, 146. Artis instrumentum Hor. Serm. 1, 3, 131. Doctrinae Apul. Apol. p. 331. Instrumenta multa habet homo ad adipiscendam sapientiam Cic. de Legib. 1, 59 c. 22. Idem in Catil. 2, 9 Quum industriae subsidia
- 90 atque instrumenta virtutis in libidine audaciaque consumerentur. Cic. de Orat. 3, 193 Ad quorum intelligentiam a natura minus habent instrumenti. Idem de Clar. Orat. 267 Instrumenta naturae vocat, acumen, gestum, et reliqua id genus, quae a natura potius, quam ab arte proficiuntur: quae Caio Pisoni a natura adfuisse testatur ibidem.
- 95 Instrumenta artis et oratoris Quinctil. 12, 5, 1. Naturalia, vox, latus decor ibid. 5. Add. 12, 11, 24. Instrumentum in bonis artibus comparandis Cic. de Fin. 2, 110. Tacit. Hist. 4, 7, 6 Nullum maius boni imperii instrumentum, quam bonos amicos. Regni instrumentum Cic. Brut. 4. ibid. 15 Sed instrumentum regni delatum ad
- 100 Lepidum et Antonium. i. Copiae (vt vulgus loquitur) Caesaris. Cic. pro Milon. 33 c. 12 Exhibe, quaeso, Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse e domo, etc. vt praeclearum inde munus ac instrumentum tribunatus ad aliquem deferre possis. Cic. Att. 7, 8 Soluendi sunt numi Caesari, et instrumentum triumphii eo conferendum. Conf. Suet. Caes. c. 37 et 84. Veneratorium

natorium instrumentum intelligitur apud Plin. Epist. 3, 20 pro iis omnibus, quae ad venationem requiruntur. Instrumenti nomine, aliquando intelligitur Monumentum scripturarum, ad res gestas pertinentium. Suet. Vesp. c. 8 Instrumentum imperii, pulcherrimum ac vetustissimum confecit: quo continebantur paene ab exordio urbis Senatusconsulta, plebiscita de societate et foedere ac privilegio cuicumque concessis. Instrumenti male concepti tenor, vid. Tenor, in TENEVO. Instrumentorum nomine, Ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest. Ut Litis instrumentum Quintil. 12, 8, 12. Add. 5, 7, 36. it. 5, 6, 2. et 6, 4, 17. Haec dicuntur firmari vel destrui 5, 7, 36 ut literae, testimonia etc. Ruris et instrumentorum agrestium cura Cic. apud Columel. praef. l. 12. Instrumenta, quibus ad lanificia utuntur Idem 12, 3. Luxuriae Sallust. Catil. c. 26. Militiae Idem Iugurth. 47. et Dictys 1, 16. Necis instrumenta ferrum ignesque Ovid. Met. 3, 698. Anilia Idem Met. 14, 766. Mendicum, vid. MENDICVS. Perniciosa Quintil. 2, 15. Rusticum Val. Max. 4, 4, 6. et Phaedr. 4, 4. Venatorium Plin. Epist. 3, 20.

INSTVDIOSVS, a, um. Adi. Non studiosus. Apul. Apol. pr. Medicinae neque instudiosus, neque imperitus. Gloss. Cyrill. Instudiosus, ἀφιλόπνος.

INSTV̄PENS, entis. Adiect. [ἀνεδηγών] Idem quod Stupens, aut Valde stupidus, et sensus expers factus. Plin. 28, 4 Salpe torporem sedari quocumque membro instupente, si quis in sinum exspuat.

INSV̄ASVM, i. n. Appellabant antiqui Colorem, inquit Festus, similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio in vestimento albo. Vet. Gloss. Insuasum εἶδος δοκαρίας πεκαπυσιμένη, ut emendat Scal. ad Festum, i. species trabeculae fumo infectae. Idem Festus, Suasum colos appellatur, qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo. Plautus (Truc. 2, 2, 16) Quia tibi suaso (hodie legitur insuasum) infectisti, propudiosa pallulam. Quidam autem legunt insuasum, nec desunt, qui dicant omnem colorem, qui fiat inficiendo, suasum vocari, quod quasi persuadetur in alium ex albo transire. Recte posteriora dicit, cum apud Graecos περφόμενον et πεπεσμένον eadem ratione dici, ostendat Salmas. ad Solin. p. 245 b. Illum deinde a fumo colorem propterea, quia profunde bibitur, suasum et insuasum praeter caeteros dictum credibile est. Insuasus nempe ut infucatus auget significationem Simplicis.

INSV̄AVIS, e. Adi. [ἀνήθης] Quod est Suavi contrarium, h. e. Asperum, austerum. Cic. de Amicit. 86 Insuauem illam admirationem ei fore, quae iucundissima fuisset, nisi aliquem cui narraret, habuisset. Idem de Orat. 2, 25 Qui vitam insuauem sine his studiis putaretis. Odor Columel. 12, 52. Aqua limosa et insuavis Vitruu. 8, 1. Compar. Auct. ad Herenn. 3 c. 12 Quid insuauius quam clamor in exordio causae. Conf. Cic. Orat. c. 47. et Gell. 1, 7. Superl. Cic. Orat. 163 c. 49 Insuauissima litera.

INSV̄AVITAS, atis. f. Gell. 1, 21 Insolentia et insuauitas ditionis. Conf. Tertull. de Poenit. c. 10. et ad Martyr. c. 3.

INSV̄BIDVS, a, um. Adi. [ἀναφρόδιτος] Inuenustus. Ab aestu illo et orgiis Veneris alienus, quae exprimit verbum Subare, unde Subidus est, de quo s. l. Firmat hoc aperte Gell. 19, 9 Sed ne nos, id est nomen Latinum, tanquam profecto vastos quosdam, et insubidos, ἀναφροδισίας condemnetis, ἀναφροδισία enim ad verbum inuenustus est. Idem 18, 8 Ομοιοτέλευτα — quam sint insubida, et inertia, et puerilia etc. Gell. 6, 1 pr. Nihil est prorsus istis imperitius, nihil insubidius, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent abidem mala. Idem 13, 20 Insubidius nescio quid facies et pinguius. Et 12, 2 Haec tamen inepti et insubidi, et insulsi hominis ioca non praeterito. Lamprid. Commodus 17 Fuit — vultu insubido, ut ebriosi solent, et sermone incondito.

INSV̄BIDE, Adu. [ἀσέπτως] Gell. 1, 2 Multa atque immodica de philosophiae doctrinis intempestiue atque insubide differebat. Macrob. Saturn. 7, 14 Ipsam vero videndi naturam non insubide intropexit Epicurus.

INSV̄BIECTVS, a, um. Adi. Homo insubiectus, potens Prudent. Hamart. v. 699. i. nemini subiectus.

INSV̄BRES, um. m. [Ἰνσβροί, Ἰνσβροί] Galliae populi, qui Mediolanum condiderunt. Liu. 5, 34. Tacit. Ann. 11, 23, 3. et Plin. 3, 17. Mediam posse corripri ex Graecorum quorundam scribendi ratione Ricciolus docuit.

INSV̄BSIDIATVS, a, um. Adi. Non possumus insubidiati stare Vulg. 3 Esdr. 9, 11.

INSV̄BSTITVTVS, a, um. Adi. Pater, cuius pater nemo est, qui est inexcogitabilis et insubstantius Interp. Iren. 1, 10.

INSV̄BTILIS, e. Adi. Papin. in l. cum filiofamilias D. de legat. 1 Denique Iulianus non insubtili ratione motus respondit, etc.

INSV̄BTILITER, Adu. Non subtiliter. Vlp. in l. 1 §. si ex fundo D. de hered. instit. Marcellus non insubtiliter non putat hodie hoc procedere.

INSV̄BVLVM, i. n. Textoris instrumentum, auctore Isidor. 19, 29. Sic dictum, quod infra et supra fit, vel quia insubulatur. Laudatur Lucret. 5, 1351 Nec ratione alia possunt tam leuia gigni Insubula, ac fusi, etc. al. Infilia, v. v.

INSV̄BVLATVS, a, um. Adi. Perforatus Cathol.

INSV̄CCO, are. [ἐγγυλίω] Imbuere, seu Inficere, et succo aliquo vel humore intingere. Columel. 7, 5 Fracta pecudum non aliter quam hominum crura sanantur, inuoluta lanis oleo atque succo infucatis. Et 7, 4 Infuccanda oleo lana. Conf. Idem 9, 13 Paris infuccatus ex mulso. Cael. Aurel. Acut. 3, 8. Vid. Reines. Var. Lect. 2, 8.

INSV̄CCVS, a, um. Adi. [ἐγγυλος] Pinguis, succo plenus, bene pastus. Cyprian. . . Infucum corpus gladiatorum apud Salmas. de Pall. p. 197.

INSV̄DO, are. Cels. 2, 2 Corpus circa partes aliquas contra consuetudinem infudat. Conf. 1, 3 etc.

INSV̄DĀTVS, a, um. Adi. Quintil. 11, 3, 23 Infudata vestis. Sic quidem MSS. apud Burm. p. 1002. Sed melius editur diuisim, in fudata.

INSV̄DVS, a, um. Adi. ἄνδρος, ἄβροχος Gloss. Lat. Gr. origo eadem, quae sudoris, unde et Vdus etc.

INSV̄ESCO, eui, ctum, ere. [ἐθίζομαι] Idem quod Consuescere. Ter. Adel. 1, 1, 30 Nam qui mentiri, aut fallere insuevit patrem, etc. Conf. Plaut. Capt. 2, 2, 55. Insuescere frui parta victoria Liu. 5, . . . Lucret. 2, 1277 Ut facile insuescat secum vir ducere vitam. Conf. Sall. Cat. c. 11. Columel. 6, 47 Cui partui deinde quum decem diebus insuevit equa. Tacit. Ann. 11, 29 extr. Duas pellices quarum corpori insueuerat, ut consuescere et consuetudo, de Veneris. Columel. 6, 4 Maxime tamen habet salutaris amurca, si 105

tantundem aquae misceas, et ea pecus infuescas, etc. *Actiue, ut*
 Hor. Serm. 1, 4, 105 Infueuit pater optimus hoc me Vt fugerem, ex-
 emplis vitiorum quaeque notando. *Conf.* Prudent. Hymn. 9, 94.
 Infuesci, *Pass.* Columel. 11, 3 Atque vbi coeperunt aliquod incremen-
 tum habere, sic infuesci debent, vt in id spatium, quod sulcis interia-
 iacet, inclinentur.

INSVETVS, a, um. Partic. Liu. 24, 48 Ita se a pueris infue-
 tos. Tibull. 1, 4, 42 Operi infuetae manus. *Sed ¶ 2* In-
 fuctus, [*ἀνηθής*] Non fuetus. Tam de re, quam de homine dicitur. In-
 fuetum iter, Per quod transire non sumus soliti Virg. Aen. 6, 16. Idem
 Ecl. 1, 50 Non infueta graues tentabunt pabula fetas. Infueta soli-
 tudo Liu. 3, . . . Idem 28, 18 Vt non Syphacem modo barbatum,
 infuetumque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum fa-
 cunde alloquendo sibi conciliarit. Cic. Att. 4, 1 Quo S. C. recitato,
 continuo populus more hoc infueto et nouo, plausum eo nomine in
 recitando dedisset, habui concionem. *Vetus exemplar scriptum habet*
 Infulto more. Contumeliae infuetus Cic. Att. 2, 21. Laboris in-
 fuetus Caes. B. G. 7, 30. Moris alicuius infuetus Liu. 6, . . .
 Pugnae infuetus Caes. B. C. 1, 44. Infuetus vera audire Liu. 31, . . .
 Cum Gerundio: Infuetus nauigandi Caes. B. G. 5, 6. Infuetus ad:
 Corpora infueta ad onera portanda Idem B. C. 1, 78. *Conf.* Nep. 10,
 7, 3. Iustin. 1, 8, 6.

INSVETE. Adu. Cael. Aurel. Tard. 5, 3 Infuete immorari ali-
 cui. *Compar.* Augustin. Epist. 3 Ipsos corporis sensus aliquanto in-
 fuetius perscrutetur.

INSVETUDO, inis. f. Infuetudo cibi Spartian. Seuer. c. 16.
 INSVEFACIO, ere. [*ἐσθίζω*] Consuefacere. unde Infuesio et hinc
 INSVEFACTVS, a, um. Part. [*ἐσθιστός*] Assuefactus: Caes.
 B. G. 4, 24 Notissimis locis audacter tela conicerent, et equos infue-
 factos incitarent.

INSVEFFICIENS, entis. Adi. Tertull. aduers. Hermog. c. 15.
 INSVEFFICIENTIA, ae. f. Tertull. ibid. et ad Vxor. 1, 4.
 INSVEFFLO, are. Praepositiones In et Sub indicunt, flantis Spi-
 ritum inire et subire illud, quod insufflari dicitur. Insufflauit in faciem
 eius spiritum vitae Prosper de Praedict. 1, 1. Vt hos paratus perspi-
 cit, insufflat Prudent. Perist. 10, 919. *Conf.* Vulgat. 4 Esdr. 3, 5.
 Tertull. de Resurr. Carn. c. 5. Saluian. 7 p. 258. Apul. de Herb.
 c. 128.

INSVEFFLATIO, onis. f. Aceti insufflatio naribus C. Aurelian.
 Tard. 1, 4, 136. Plasmavit Deus hominem ex limo, et per gratiam
 propriae insufflationis ei animam tribuit Hieron. ad Pammach. Epist.
 61, 5. *Add.* Augustin. de Gen. contra Manich. c. 8.

INSVLA, ae. f. [*Ἰνσούλα*] Terra, quae undique aquis includitur,
 proprie autem in mari. Quidam a Salo appellatas insulas volunt, quod
 in salo, id est mari sitae sunt. Corrosae insulae, vid. CORRODO.
 Ocellus insularum Sirmio Catull. 31, 1. Odoriferae, vid. ODOR.
 Cic. Att. 6, 2 Quid tandem isti, mali in tam Tenere insula non fe-
 cissent? Tenere, i. Imbelli, et deliciis potius quam armis dedita. Ad-
 natate insulae, vid. ADNATO. Exilii genus est Insula. Marcian.
 l. 5 ff. de interdicitis et relegatis, Exilium triplex est, — aut insulae
 vinculum, id est relectio in insulam. *Adde l. 6 et 7 eod. ex Vlpiano*
plura: e quibus, in primis autem l. 7 §. 5 illud apparet, non intelligi
 Insulam vnquamque, ut ex delicatis illis, Rhodum, Lesbos, Cyprum,
 etc. sed talem, in qua locus ipse sit pro supplicio. Huc pertinet in pri-
 mis Plin. Paneg. 35, 3 vbi de poenis delatorum, Quantum diuersitas tem-
 porum posset, tum maxime cognitum est, cum iisdem, quibus antea
 cautibus innocentissimus quisque, tunc nocentissimus affigeretur;
 cumque insulas omnes, quas modo Senatorum, iam delatorum turba
 completeret. Eam poenam statim maiorem dicit illa, cum antea frontem
 conuulnerandam praebere punctis etc. Talis est Gyara v. v. Sic In
 asperrimas insularum auehi delatores iam imperauit Titus Sueton.
 c. 8. ¶ 2 Insula f. Nasos (Dor. Νῆσος pro Νῆσος) pars Syra-
 cularum, quod in Insula inaedificata esset. Vid. Cic. Verr. 4, 118 c. 53.
 Liu. 25, 24. *Conf.* NASVS Insula. ¶ 3 Insulae dictae
 sunt proprie Domus, quae non iunguntur communibus parietibus cum
 vicinis, circuituque publico aut priuato cinguntur, a similitudine vi-
 delicet earum terrarum, quae fluminibus aut mari eminent, suntque in
 salo positae. Haecenus Festus. Sed an exstet huius significationis ex-
 emplum, dubitamus. Mentio sit apud antiquos duplicis generis Insularum
 in vrbe, Maiorum et Minorum. Maiores et proprie dictae sunt conui-
 uia, ut vocantur in veteribus Glossis, plures aedificationes continuae,
 communes interdum parietes, communia tecta, habentes, vici quidam cir-
 cumcurrentibus viis et plateis distinctae, quae tamen vnum saepe domi-
 num haberent, qui aedificia singula, vel partes eorum locarent inquilinis
 et conductoribus. Talis est Insula Clodii apud Cic. pro Cael. 17 c. 7
 de qua aedificulas conduxerat Caecilius decem millibus, quas cum triginta
 millibus conductas, mentirentur accusatores Caecili, hinc intelligere se,
 astute ait Cicero, Insulam Clodii venalem esse: nempe hoc ad emptores
 incitandos pertinebat, si tanti locari possent aedificulae, parua pars insu-
 lae. In hanc sententiam etiam liceret traducere Festum, si pro non iun-
 guntur leui mutatione legeretur coniunguntur. Et sane coniunguntur
 est in edit. Venet. 1498 fol. p. 24, a. Sed praemissa ibi quoque negatio:
 nempe putabat criticus, insulae appellationi hoc repugnare, si coniun-
 gantur communibus parietibus. Nescio an alius locus exstet, vbi hoc
 intellectu sumatur insula: nisi forte huc referre placeat Tac. Ann. 15, 43
 pr. vbi Nero post incendium suum porticus exstruxit, quae frontem in-
 sularum protegerent. Sed etiam hic locus ad minores insulas referri
 potest, quarum tantus fuit numerus, ut P. Victoris aetate domuum nu-
 merum trigecuplo circiter superauerit: praeterrmittamus numeros singula-
 rum regionum. In summa f. Breuiario dicit Insulas esse per totam urbem
 numero quadraginta sex millia, sexcentas duas, i. 46602; domus au-
 tem mille septingentas octoginta, 1780. Nempe insula dici coepta
 vnumquodque aedificium, quo constabat insula. Cum enim triginta, ut
 hoc utar, aut amplius familiae habitarent in Insula Clodii, et vnaquae-
 que se diceret habitare in Insula Clodii, hinc paulatim ipsum Insulae no-
 men cum singulis partibus communicatum videtur. Huc igitur pertinent
 v. g. Vlpian. in l. stipulationes non diuiduntur D. de verb. obligat.
 Plane si insulam sulciri quis stipulatus sit, non est exspectandum, vt
 insula ruat. Tacit. Hist. 1, 86 Corrupta stagnantibus aquis insula-
 rum fundamenta, dein remeante flumine dilapsa: de inundatione Ti-
 beris. Paullus in l. nam salutem D. de officio Praefecti vigilum, Ef-
 fracturae sunt plerumque in insulis horreisque, vbi homines pretio-
 sissimam partem fortunarum suarum reponunt. *Conf.* Suet. Neron. c.
 38. et Tiber. c. 48. it. Ner. c. 16 et 44. Tacit. Ann. 6, 45, 2. it. 15, 41, 1.
 et Hist. 1, 86, 4. ¶ 4 Tempia etiam Insulas dixere Ecclesia-

stici Scriptores, quod ab aliis accidibus undique seiuncta essent. Vid. Gonsal. ad Petron. c. 95. et Is. Voss. ad Iustin. 32, 2, 2.

INSVLARIVS, i. m. [*ἐνοικολόγος* Gloss. Gr. Lat. *νησοφύλαξ*] Insulae urbanae de qua n. 3 praefectus et quasi villicus quidam. Pompon. in l. si ita, de Vsu et habitatione, Dominus proprietatis etiam inuito usufructuario vel vsuario fundum vel aedes per saltuarium vel insularium custodire poterit. *Intelligit, Insulae custodem. Conf. Salmuth. ad Panciroll. Deperd. t. 23 p. 78. Reinsf. Inscr. 1, 138. et l. 5 §. 1 Dig. de Inst. Aët. et l. 4 D. de praef. vigil. Apud Petron. c. 95 Insularios intelligit Graevius ad Cic. pro Cael. c. 7 non insularum custodes, sed conductores, i. inquilinos.*

INSVLARIS, e. Adi. [*νησιωτικὸς*] Quod est insulae, et ad insulam pertinet. Ex Plinio laudatur, Qui primus insulare morbum in urbem inuexit. Sed negat Index Harduini. Anumian. Nec strepente villo, nec obsistente, insulari poena multati sunt, i. Deportatione in insulam. *Conf. Idem 26, 29. et 15, 27. Ductor ferreus insularis Poëta Phall. Carm. 32 ubi conf. Scalig. p. 194. Domus insularis Calliodor. 12, 24 de statu Venetiarum illius temporis. Insulares item sunt Templi custodes Iustin. 32, 2, 2. Vid. INSVLA n. 4.*

INSVLENSIS, e. Adi. Solin. c. 54 pr. Ab insulensi ut consequens est, ad continentem. Sic Salmas. qui intelligit, terra. Sed al. (c. 57 pr.) Ab hac autem insula Indiae continens est. Consequens est igitur, etc.

INSVLANVS, a, um. Adi. Seru. in Virg. Aen. 8, 725 Carae insulani populi fuerunt. Pacat. Paneg. Theod. c. 23. Gloss. Vet. Infulani, *νησιῶται.*

INSVLATVS, a, um. Adi. Apul. de Mundo extr. Audiuiamus regiones, quae prius fuerant continentes, hospitibus atque aduenis fluctibus insulatas. *Conf. Augustin. Ciui. Dei 4, 2.*

INSVLOSVS, a, um. Adi. Plenus insulis. Ammian. 23, 18. Idem 22, 11.

INSVLSVS, a, um. Adi. [*ἀνόητος, ἄχαρις* Gloss. Lat. Graec.] Fatuus. Donatus: Insulsus, Sine sale et sapientia, aut Sine saltu et facilitate. Plaut. Rud. 2, 6, 33. Ter. Eun. 5, 9, 49 Fatuus est, insulsus, tardus, fertit noctesque et dies. Cic. de Orat. 2, 257 c. 54 Sed qui eius rei rationem quandam conati sunt, artemque tradere: sic insulsi exstiterunt, ut nihil aliud eorum, nisi ipsa insulitas rideatur. Idem Tusc. 1, 15 c. 8 Sed tu mihi videris et Epicharmi acuti, nec insulsi hominis, ut Siculi, sententiam sequi. Cic. Att. 13, 31 O. gulam insulsam: pudet me patris. Idem Fam. 10, 24 Ad cogitationem Consulatus bimestris summo cum terrore hominum, et insulsa cum efflagitatione transfulerit. *Compar. Tertull. ad Nation. 1, 3 Soloecismus et insulsius figura. Superl. Insulsiusque est Martial. 12, 55. Insulsius est homo Catul. 17, 12.*

INSVLSITAS, atis. f. [*ἀφύλια*] Ineptia. Cic. Att. 13, 29 De hortis ex tuis literis cognoui, et Chrysippo in villa, cuius insulsi-tem bene noram, video nihil, aut pauca mutata. *Insulsa placere non solent. recte igitur et venuste insulsi-tem tribuit villae, quae nihil haberet, cur placere posset. Insulsum enim est, Nullo sale conditum. Conf. Idem ibid. 5, 11. Sic pro Rabir. Post. 36 Iam nostis insulsi-tem Graecorum. Plaut. Mil. 3, 3, 5 Stultitia, insipientia, insulsi-temque. Insulsi-tem et insolentia tanquam insania orationis Cic. in Bruto c. 82.*

INSVLSSE. Adu. [*ἀφύλιος*] Imprudenter et inepte. Cic. ad Caes. Epist. Fam. 2 ap. Non. 1, 141 Sed ita locutus insulsi-tem est, ut mirum Senatus conuicium exceperit. Cic. de Orat. 2, 221. Et Att. 4, 16. et 15, 4. Insulsi-tem et absurde Apul. Apol. p. 296. *Compar. Gell. 16, 12 Nihil potest dici insulsius. Superl. Gell. 12, 2 Hoc etiam addidit insulsi-tem.*

INSVLTO, INSVLTATIO, INSVLTVRA, vid. INSVLTIO.

INSVM, es, est, esse. [*ἐνεσμι*] In aliqua re esse. Plaut. Rud. 4, 4, 144 Credo Edepol inesse auri et argenti largiter. Lucret. 3, 1093 Nec deuitari letum pote quin obeamus. Praeterea, versatur ibidem, atque insumus vsque. Ter. Eun. 1, 1, 14 In amore haec omnia insunt vitia: iniuriae, etc. Idem Andr. 5, 2, 16 Tristis feueritas inest in vultu, atque in verbis fides. Cic. de Amicit. c. 21 Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur. *Add. Nep. 7, 1, 4. Plaut. Rud. 5, 2, 27. Inest pictura in hac tabula Ter. Eun. 3, 5, 36. Plaut. Rud. 4, 2, 21 Thesaurum hic ego inesse reor. Ter. Adel. 5, 3, 36 Multa in homine Demea signa insunt, ex quibus coniectura facile fit. Inest huic: Martial. 14, 145 Is mihi candor inest. Columbis inest quidam gloriae intellectus Plin. 10, 36. Nobis inest spes Plaut. Capt. 2, 1, 53. Plin. in Paneg. c. 88 Cui plus inuidiae, quam pulchritudinis inest. Conf. Ouid. Amor. 3, 3, 34. et Tacit. Hist. 4, 27, 6. ¶ 2 Definitionibus seruit. Cic. de Offic. 1 c. 4 Omne quod honestum est, id quatuor partium exoritur ex aliqua. Aut enim in perspicentia veri solertiaque versatur, aut in hominum societate tuenda — aut in animi excelsi atque inuicti magnitudine ac robore; aut in omnium quae sunt quaeque dicuntur, ordine ac modo, in quo inest modestia ac temperantia ¶ id. IN n. 2.*

INSVMO, si, tum, ère. *Quidam malunt pfi, ptum.* [*ἀναλίσκω, δαπανῶ*] Impendere, consumere. Cic. Att. 5, 17 Nos tamen, etsi hoc te ex aliis audire malo, sic in prouincia nos gerimus, ut nullus tertius insumatur in quenquam. Curam insumere ad speculandum Plin. 9, 46. Cic. Verr. 3, 150 Quantam igitur illi spem praedae propositam arbitrantur fuisse, qui tantum praesens lucrum, nulla opera insumta, contemserit atque despexerit? Operam frustra Liu. 10, 18. Cic. de Inuent. 2, 113 c. 38 In hominem autem, quibus rationibus vixerit, quid sumtus in eam rem aut laboris sumferit, etc. Stat. Theb. 12, 643

Terrarum leges, et mundi foedera necum
Defensura manus, dignas insumite Mentem
Coepit, q. d. intus sumite.

Nubila insumere latus montis, i. Occuparunt, insederunt Stat. Theb. 2, 39.

INSVO, ui, utum, ère. [*ἐπιβράπτω*] Idem quod Suendo inuoluere ac tegere significat. Varro de R. R. 2, 9 Quae intra capita insuitur pellis mollis. Auro insuto graues vestes Ouid. de Arte Am. 3, 131. Terga bouum plumbo insuto, ferroque rigeabant Virg. Aen. 5, 505. Insutus culeo, et Insutus in culcum Valer. Max. 1, 1, 13. Cic. pro Rosc. Amer. c. 11. et Q. Frat. 1, 2. Per translationem, pro Coniungere. Liu. 40, 51 Lepidus molem ad Tarracinam ingratum opus, quod praedia habebat ibi, priuatamque publicae rei impensam insuerat, etc.

INSVTICIVS, a, um. Adi. Apul. Met. 6 extr. Placet — asino

per mediam alium virginem nudam infuere — tunc — infuticium et fartilem afinum exponere.

INSVTVS, ūs. m. Apul. Met. 7 Mille aureos infutu laciniae contexerat. Vid. Elmenb. Emend. p. 240.

INSUPER. Adu. [ἐπί, ὑπέρ] i. Praeterea. Cic. Fam. 15, 16 Nam ne te fugiat, latius insuper Epicurus. Ter. Eun. 4, 3, 3 Quin etiam insuper scelus, postquam iudificatus est virginem, vestem omnem misere discidit. Ibid. 5, 7, 12 An poenitebat flagitii, te auctore quod fecisset adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? Add. Id. Adel. 2, 2, 38.

¶ 2 Insuper habere, pro Negligere, ea forma, qua dicimus Posthabere. Papinianus in l. heredem D. de his, quae ut indignis auferuntur, Heredem, qui sciens defuncti vindictam insuper habuit, fructus omnes restituere cogendum existimaui. Sic habent Pandectae Florentinae. Non ignoro tamen Haloandrum aliter et legere et distinguere. Idem in l. sunt personae D. de religiosis et sumptibus funerum, Eademque sunt in socio, qui in fundum communem inuito socio mortuum inferre vult. Nam propter publicam utilitatem, ne insepulta cadavera iacerent, strictam rationem insuper habemus, quae nonnunquam in ambiguis religionum quaestionibus omitti solent. Sic Pand. Flor. Conf. Gell. 1, 19. et 4, 1. Apul. Miles. 4 p. 154. Has et alias geminatas Praepositiones coniungendas vult Muretus Var. Lect. 11, 17. Conf. Taubm. in Plaut. Merc. 1, 2, 82.

¶ 3 Pro Super, vel Desuper: Columel. 12, 39 Tuum insuper cannas ponere. Lucret. 6, 190 Aut ubi per magnos montes cumulata videbis Insuper esse alii alia. Imposita insuper Aetna Virg. Aen. 3, 579. Conf. Tacit. Germ. 15, 5. et Liu. 21, 1. Deinceps, vel Continue siue Continenter significat Suet. Vitell. c. 2 Mox cum Claudio principe, duos insuper ordinarios Consulatus, Censuramque gessit. Insuper quam, ut Praeter quam: Liu. 23, 7 pr. Illa insuper, quam quae pacta erant, facinora Campani ediderunt: nam praefectos socium, etc. Insuper his, pro Praeter haec. Virg. Aen. 9, 61 Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.

INSUPERABILIS, e. Adi. [ἀνίκητος, ἀνυπόβλητος] Quod superari non potest, et domari. Plin. Epist. 1, 22 Rogauitque ut medicos consuleremus de summa valetudinis: ut si esset insuperabilis, sponse exiret e vita. Genus insuperabile bello Virg. Aen. 4, 40. Insuperabile, Quod pertransiri non potest prae altitudine aut locorum difficultate. Liu. 21, 23 Constabat non tam bello motos, quam longinquitate viae, insuperabilique Alpium transitu. Idem ibid. c. 36. et Gell. 13, 1.

INSUPERABILITER. Adu. Augustin. de Ciu. Dei 5, 8 Dei potestas insuperabiliter per cuncta porrigitur.

INSUPERATVS, a, um. Adi. Corn. Gall. El. 1, 33 Tolerantia rerum, Spernebat cunctas insuperata minas.

INSURGO, surrexi, ectum, ère. [ἀναίρῳμαι, ἐκείρῳμαι] Contra surgere, etiam de inanimatis, quae v. g. prospectum impediunt. Virg. Aen. 9, 34 Tenebras insurgere campis. Pone tergum deae saxum insurgit Apul. Miles. 2 p. 116. Altius atque altius verba dicuntur insurgere Quinctil. 8, 4, 27. Altior insurgens Virg. Aen. 11, 697.

Regnis alicuius insurgere Ouid. Met. 9, 444. Virg. Aen. 5, 189 Nunc nunc insurgite remis Hecforei socii, Insurgunt, et tollunt se altius, qui niti vehementius, et incumbere volunt. Plin. Paneg. 66, 2 Capessere quasi communis imperii curas, inuigilare publicis utilitatibus et insurgere.

INSVSURRO, are. [ἐπιψυφίζω] In aures leniter loqui et veluti cum quodam susurro. Cic. Acad. 4, 147 Verum quoniam non solum nauta significat, sed etiam Fauonius ipse insufurrat, nauigandi nobis tempus esse, etc. Cic. Verr. 1, 120 A qua muliere quum erat ad eum ventum, et in aurem eius insufurratum, alias reuocabat eos, etc.

¶ Conf. Idem Verr. 5, 107 c. 41. Insufurrare crebro cantilenam suam alteri. Cic. Att. 1, 16 Atque ita (tametsi iis nouis amicitiiis implicati sumus) ut crebro vaser ille Siculus insufurret Epicharmus cantilenam illam suam, etc. Turpissima vota Diis insufurrant Sen. Epist. 10.

INSVSURRANS, antis. Partic. Cic. Tusc. 5, 103 c. 36 Demosthenes illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculae, ut mos in Graecia est, insufurrantisque alteri, Hic est ille Demosthepes.

INSVSURRATVS, a, um. Part. Sen. de Breu. Vit. c. 14 Insufurratum millies nomen. Secreto insufurratum Sidon. Ep. 5, 6.

INSVSURRATIO, ōnis. f. Capitol. in Anton. Philos. c. 19 Cum suos mores semper teneret, neque alicuius insufurratione mutaretur.

INSVSCEPTVS, a, um. Adi. [ἀδεκτος] Ouid. ad Liu. 197 Dixit, et iratus vota insuscepta reliquit, non suscepta.

INSVSPICABILIS, e. Adi. Vulgat. Sirac. 11, 5. ἀνυποπόνητος, de quo non est suspicio.

INSVSTENTABILIS, e. Adi. Hic insustentabili dominatione vexabit orbem Lactant. 7, 16: quae sustineri, cui resisti non potest.

¶ Add. Id. de Mort. Perfec. c. 49.

INSVTVS, vid. INSVO.

I N T

INTABESCO, ère. [ἐντήρῳμαι] Tabescere paulatim. Colum. 4, 3 Nouella vero dum adolescit, nisi omnia iusta perceperit, ad vltimam redigitur maciem, et sic intabescit, ut nullis deinceps impensis recreari possit. Cera intabescit igne leui Ouid. Met. 3, 486. Cibo interminato intabuissent populae Hor. Epod. 5, 40. Diuturno morbo intabescere Cic. de N. D. 3, 84 c. 35. Dolori, i. in dolore, ob dolorem Sen. Polyb. c. 24. Glans plumbea intabescit Ouid. Met. 14, 226. i. Liquefcit. Pruinæ matutinae intabescunt sole tepente Idem Met. 3, 487.

INTACTVS, a, um. Adi. [ἀθμτος, ἀψαυτος] Non tactus, integer, immaculatus, impollutus. Intactum inuiolatumque Liu. 2, 12. Idem 5, 38 Integri intactique fugerunt. Intactus infamia, in quo crimina non haerent, de Scipione Africano Liu. 38, 51 Infamia intactum, inuidia qua possunt, vrgent. Intacti religione animi vir, Quem nulla superstio tangit Liu. 5, 15. Ab alieno imperio intacti Iustin.

¶ 2, 3, 1, Cic. Fam. 8, 2 Hoc magis animaduersum est, quod intactus a sibilo peruenerat Hortensius ad senectutem, nunquam explosus. Baetra intacta sunt Curt. 5, 9, 5. Boues intactae Horat. Epod. 9, 22. Carmen intactum Graecis, Satira Idem Serm. 1, 10, 66. Ceruice intacta iuuencae Virg. Georg. 4, 551. Corpus intactum a vexatione Liu. 7, . . . Grex intactus, Indomitum armentum Seruius: Virg. Aen.

- Aen. 6, 38. Pomum intactum omnibus, *Quod a nemine gustatur*
 Plin. 12, 10. Pontem intactum sinere Curt. 4, 16, 9. Thesauri
 Arabum intacti Hor. Carm. 3, 24, 1. *Add.* Liu. 29, 18. Vestes
 Ouid. Fast. 1, 79. Virgo intacta manet Catull. 60, 45. *Compar.*
 Iuuen. Sat. 6, 162 Intactior omni Sabina, *i. Castior.* 5
 INTACTVS, *sis. m.* Lucret. 1, 454 Tactus corporibus cunctis,
 intactus inani.
 INTACTILIS, *c.* Adl. [*ἀντακτος*] *i.* Tactum refugiens, *sive*
Quod tangi non potest. Lucret. 1, 438 Sin intactile erit nulla de parte
 quod ullam Rem prohibere queat per se transire meantem. 10
 INTAMINATVS, *a, uni.* Adl. [*ἀμίνωτος*] *q. d.* intagma-
 tus, *a tangendo: Idem quod Incontaminatus.* Hor. Carm. 3, 2, 17 Vir-
 tus repulsae nescia sordidae, Intaminatis fulget honoribus.
 INTANTVM, *et INQVANTVM, Aduerbialiter interdum ita*
uno tenore scripta reperias. [*τόσον, καὶ ὅσον, ὅσαμῆ*] Sen. de Benef. 2, 15
 23 Quomodo danti intantum producenda notitia est muneris sui, in-
 quantum delectatura est cui datur, ita accipienti adhibenda concio
 est. Virg. Aen. 6, 875 Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
 Intantum spe tollet auos.
 INTARDO, *unde* 20
 INTARDANS, *antis.* Part. Passio corporibus intardans, *i. im-*
morans Caes. Aurel. Tard. 3, 5. *Add.* Id. Acut. 1, 4.
 INTARDATVS, *a, um.* Part. Intardata corporibus emouere
 atque excludere Caes. Aurel. Tard. 2, 3 *extr. eodem intellectu.*
 INTĒGER, *gra, grum.* Adl. [*ὀλόκληρον, ὕγις* Vet. Gloss.] *Incor-* 25
ruptum, inuiolatum q. d. intactum. Vid. supra ATTEGER et ATTEGRO.
 Pertinet autem ad omnia, quae tangi, carpi, minui, pollui, violari pos-
 sunt, ad corpus, animum, mores, famam, agendi facultatem, etc. In-
 tegrum templum omni opere Cic. Verr. 1, 132. Nouum et integrum
 coniungit Plaut. Caf. 3, 5, 5. Integer opponitur Trunco: Plin. 7, 11
 30 *extr.* Ex integris truncos gignit, itemque ex truncis integros. *Add.*
 Iuuenal. 15, 87. Integra filia Plaut. Truc. 4, 3, 47. *i. virgo, non*
imminuta. Virgines integrae Catul. 59, 36. Cic. de Orat. 1, 229
 Quumque illo nemo neque integrior esset in ciuitate, neque sanctior,
 etc. Integri opponuntur sumtuosis, decoctoribus Curt. 10, 2, 10. 35
 Integer, innocens, religiosus Cic. Verr. 4, 7. Homo integer et ca-
 stissimus Idem de Inuent. 2, 36. Bonus et integer vir Cic. pro Mu-
 raena . . . Integer et Contaminatus, *contraria* Idem in Topic.
 69. Integer et purus Cic. Tusc. 1, 41. Rudis discipulus, et in-
 teger Idem de N. D. 3, 7 c. 3. Aeuus integer Virg. Aen. 9, 638. 40
 Ouid. Met. 9, 440. Cic. in Art. Rhet. Integer animi fuisse de-
 monstratur. (*Non integrum iam est locum quaerere*) Annorum in-
 teger Stat. Theb. 1, 415. Mentis Hor. Serm. 2, 3, 65. Idem
 Carm. 1, 22, 1 Integer Vitae, scelerisque purus. Integer pudore
 Martial. 6, 28. Integra gens a cladibus belli Liu. 9, 41. Integer 45
 ab labore, *Non fatigatus* Caes. B. G. 3, 26. Integer et honestus in
 omnibus vitae partibus Cic. pro Font. c. 14. *Interdum integer est*
validus, firmus, vegetus, sobrius: cuius contrarium est. Fessus, saucius,
 vitiatus, languidus, vinosus. Ad lassitudinem sedandam militum ac
 reficienda iumenta, quo integriori exercitu decerneret Nep. 18, 9, 6. 50
 Cic. pro Muraen. 50. Integrorum et fortunatorum promissis saucios et
 miseros credere non oportere. Caes. B. G. 7, 41. Quum crebro in-
 tegri defessis succederent. Ibid. *extr.* Non facile recentes atque in-
 tegros sustinebant. Ibid. c. 48 *extr.* Integros defatigatis submittens.
 Conf. Caes. B. G. 5, 16 *extr.* Bell. Ciu. 3, 40. Corn. Celsus prooem. 55
 Corruptum corpus sit, an integrum. Ceciditque Cethegus Integer,
 et iacuit Catilina cadauere toto Iuuenal. 10, 288. *Opponit illos Pom-*
peio, cui caput amputatum. Idem 15, 56 Vix cuiquam, aut nulli toto
 certamine nasus Integer: aspiceres iam cuncta per agmina vultus Di-
 midios. Vt integrum se, saluumque se ipsum velit, mouet infantem 60
 natura Cic. de Fin. 2, 33. ¶ 2 *Substantia ordine elemen-*
torum disposita. Aetas integra, *Adulta, florens:* Ter. Andr. 1, 1, 45
 Egredia forma, atque Aetate integra. Animo libero et integro cau-
 sam alicuius defendere Cic. pro Sull. 86. Audacia noua atque in-
 tegrā; *Recens nata* Plaut. Caf. 3, 5, 5. Cic. Fam. 1, 5 Itaque Alexan- 65
 drina Causa, quae nobis adhuc integra est, videtur ab illo plane esse
 deposita. Ter. Hec. 1, 2, 5 Alias vt vti possim Causa hac integra.
 i. e. Non dicta, *vt ait* Donat. Causam integram alicui reseruare Cic.
 Fam. 13, 4. Comoedia Ter. Heaut. prol. v. 4. Coniuges inte-
 gras ab alterius petulantia conseruare Cic. Verr. Act. 1, 14. Corpus 70
 integrum et Vitiosum, *contraria* Idem de Diuin. 1, 80. Decor in-
 teger aeuus Stat. Silu. 5, 2, 63. Exercitus, *Infractus et sanus* Plaut.
 Perf. 5, 1, 2. Cic. Fam. 10, 35 Equitatum habet magnum, nam omnis
 ex praelio integer discessit. *Add.* Nep. 18, 9, 6. Cic. pro Quint. 49
 Tamen dum Existimatio est integra, facile consolatur honestas egesta- 75
 tem. Fontes Hor. Carm. 1, 26, 6. Lucret. 4, 2. Gentes integrae
 Cic. pro L. Manil. 26 c. 9 bello nondum attritae. Sic pro Domo 60
 Cum Gabinio integerrimas paratissimasque gentes ad diripiendum tra-
 didisses. Graecia vera atque integra Cic. pro Flacco 61 *quae non ita*
male audit, vt illa Afiatica Lydorum, Mysorum, Carum. Sallust. Iu- 80
 gurth. . . Non Graeca facundia, neque vrbaniis munditiis sese exer-
 cuit: ita inter bonas artes integrum Ingenium breui adoleuit. Mens
 Hor. Carm. 1, 31, 18. Opes integrae et Accisae, *contraria,*
vid. OPES. Pericula integerrima Plancus ad Cic. 10, 8. Po-
 puli integri et florepentes Cic. pro Planc. 86. Integerrimi diutina 85
 Pace Liu. 6, 7. Proconsulatus Tacit. Hist. 2, 97, 5. Pro-
 vinciae Flor. 2, 17. Res integra et infracta Cic. Att. 9, 12.
 Res integra, *cui Peracta et Perdita, opponitur.* Cic. Att. 4, 16 Sed
 haec mallem integra re tecum egisse. Conf. Idem Off. 2 *sub fin.* et
 Fam. 1, 9. et Verr. 3 c. 11. Cic. Verr. 3, 110 Vtrum est aequius, 90
 Decumanum petere, an aratorem repetere? iudicium integra re, an
 perdita fieri? Sanguis integer, *Purus* Plaut. Merc. 3, 2, 7. Virg.
 Aen. 3, 638 — Vos o quibus integer aeuus Sanguis ait, solidoque
 suae stant robore vires. *Contraria.* Cels. 2, 10 Si sanguis crassus,
 et niger est, vitiosus est: si rubet et pellucet, integer est. Sen- 95
 sus Cic. Acad. 4, 19 c. 7. Signa Idem in Catil. 3, 6. Testes
 Cic. de Fin. 1, 71. Valetudo, *Sana* Idem ibid. 2, 47 c. 20. Vir-
 go *vid.* n. 1. Vita integerrima Cic. pro Planc. 3 c. 1. ¶ 3
 Integrum saepe ita ponitur, vt intelligatur, rem esse adhuc nostri arbitrii,
 nihil dum actum, quod impediatur, quo minus agere quod placeat possimus. 100
 Cic. pro Flacco c. 21 *extr.* Itaque etsi teneo, quid sit dicere paratus,
 nihil tamen contra disputabo prius, quam dixerit: totum enim con-
 vertet, atque alia finget. Quam ob rem et ille seruet, quod parauit:
 et ego me ad id, quod attulerit, integrum conseruabo. Id. Att. 7,
 26 Quod me amicissime admones, vt me integrum quod possim ser- 105

- vem, gratum est. Idem Fam. 2, 3 Nec mihi placuit, quidquam te absente fieri, quod tibi, cum venisses, non esset integrum. Vt integrum mihi de causa Campana referuarem Cic. Fam. 1, 9 pr. De Dolabella integrum tibi referues suadeo Idem ibid. 6, 8. Vt quam integerrima ad pacem essent omnia Caes. B. C. 1, 85. Integrum et illibatum, vid. ILLIBATVS. Integra omnia principi relinquere Plin. Epist. 126. In integrum restituere Ter. Phorm. 2, 3, 11. Cic. Verr. 5, 73 Vt damnati in integrum restituantur, vinculi soluantur. Caes. B. C. 3, 1. Integrum est, *In arbitrio est et potestate.* Cic. Philipp. 12, 5 At non est integrum: constituta legatio est. Quid autem integrum non est sapienti, quod restitui potest? Respondet, sibi non esse integrum Cic. Fam. 5, 2. Non est integrum mihi tuo consilio uti Idem in Pison. 58 c. 24. Si integrum daretur, eam sententiam diceret Cic. in Partit. 132. Idem Verr. 2, 98 Quum tibi in integro tota res esset. *i. In potestate, ita ut adhuc possit vel fieri, vel omitti.* Haec iam in integro nobis esse non possunt Cic. de Orat. 3 c. 4. Idem Att. 11, 6 Suspicio enim coheredes dubiam nostram causam putare, et eorum in integro esse. *Vetus exemplar pro Eorum, legit* Eo rem in integro, etc. Vid. n. 2
 20 Res integra. ¶ 4 *Cum Praepositionibus.* Ab integro, Adu. Denuo, *inquit* Seruius: Virg. Ecl. 4, 5 Magnus ab integro saeculorum nascitur ordo. De integro scribere epistolam Cic. Att. 13, 27. Add. Ter. Heaut. 4, 2, 7. et DE. De integro alicui gratulari Cic. Att. 13, 49. De integro scribere epistolam Idem ibid. 13, 27.
 25 Ex integro Suet. Aug. c. 34. In Integrum, vid. 1N.
 INTEGELLVS, a, um. Dimin. Catul. 15, 4 Vt si quidquam animo tuo cupisti, Quod castum expeteres, et integellum. Conf. Cic. Fam. 9, 10 Suauissimum *συμβιωτήν* nostrum praestabo integellum, defendam ne damnetur.
 30 INTEGRO, are. [*περαινω*] Rursus inchoare, innouare. Virg. Georg. 4, 515 — Ramoque sedens miserabile carmen Integrat. Liu. 5, 25 Simul ab religione animos remiserunt, integrant seditionem Tribuni plebis. Caedem Liu. 9, 43. *i. renouare.* Sic Cael. Tard. 3, 6 l. 87 Integrare exercitium *unctiois, est subinde incipere,*
 35 *repetere.* Lacrimas Liu. 1, 29. Luctum Curt. 10, 6, 4. Peccatum Apul. Apol. . . . Pugnam Liu. 3, 70. Vulnere Stat. Theb. 5, 29. Vim Sen. Med. 671. Aciem, vid. ACIES. Bellum integrabat Enyo Stat. Theb. 8, 658. Cic. de Inuent. 1, 25 Sic animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renouatur. Conf. Gell. 15, 2. et Tacit. Hist. 4, 81.
 40 INTEGRASCO, ere. [*περαινομαι*] Integrari, ad integrum redire, repeti, instaurari, ut ait Donatus ad Ter. Andr. 4, 2, 5 Videre ait te cupere. B. ah perii, hoc malum integrascit.
 INTEGRATVS, a, um. Adi. Aufon. Epist. 14, 7 Vigor integratus.
 45 INTEGRATIO, onis. f. Ter. Andr. 3, 3, 23 Amantium irae amoris integratio est: Sic Donatus, Faernus, Bentl. *Al. Redintegratio.* Symmach. Epist. 3, 73 Rei familiaris integratio. Vetus Gloss. Integratio, *επαναληψις.*
 50 INTEGRATOR, oris. m. Tertull. Apol. c. 46 extr.
 INTEGRE, Adu. [*ὁλοκλήτως*] Pure, sincere, caste. Integre versari in re Tacit. Agric. 7, 4. Prouinciam integre seuereque regere Id. Tacit. H. 1, 48, 7. Procuracione prouinciae integerrime fungi Plin. Epist. 7, 25. Viuere Cic. de Fin. 4, . . . In-
 55 corrupte atque integre iudicare Cic. de Fin. 1, 30 c. 9. Caste integreque versari in periculis priuatorum Cic. pro L. Manil. 1. Acta integerrime vita Cic. in Sallust. 4.
 INTEGRITAS, atis. f. [*ὁλότης, ἀκεραιότης*] Innocentia, Virtus in quantum omnibus partibus suis constat, nusquam deficit, non hoc
 60 facit officium suum, aliud intermittit. Cic. Verr. 1, 64 Mulierem eximia pulchritudine, sed eam summa integritate pudicitiaque existimari. Rem et consilio regere, et integritate tueri, et virtute conficere Cic. pro L. Manil. c. 20. Prouinciae sic praefuit in pace, ut et ciuibus et sociis gratissima esset eius integritas et fides Cic. pro Lig. c. 1. In-
 65 tegritas atque innocentia singularis Cic. Diu. Verr. 27. *Contraria.* Cic. de Orat. 2, 35 Eadem facultate et fraus hominum ad perniciem, et integritas ad salutem vocatur. Integritas et continentia Cic. Q. Fratr. 1, 1. Integritatis et fidei testimonium dedit Cato Cic. Att. 7, 2. Vitae anteaetae integritas Quinctil. 7, 3. Cautior
 70 et diligentior Cic. Q. Fratr. 1, 1. Incorrupta sermonis Latini Idem de Clar. Orat. 132 c. 35. Integritatis et elegantiae alicuius laudator Cic. Att. 6, 2. Integritas corporis, *Valetudo.* Cic. de Fin. 5, 40 Quod cumulat ex integritate corporis, et ex mentis ratione perfecta. Conf. Gell. 18, 1.
 75 INTEGRITVDO, inis. f. Vlp. Dig. de Testam. mil. prooem. Secutus animi mei integritudinem erga commilitones.
 INTEGRO, xi, cum, ere. [*ἐγκαλύπτω*] Augere videtur aliquantum significationem simplicis Tegere. Plaut. Rud. 1, 2, 13 Villam integundam intelligo totam mihi. Integere habitabiles casas Plin.
 80 10, 13. Integebantur porticus lignis coniunctis inter se Caes. B. C. 2, 2. Integi vallo Liu. 7, . . . *Vetus exemplar habet* Tegi. Crines integit callide Stat. Theb. 4, 303. Propert. 2, 19, 15 Qua formosa suo Clitumnus flumina luco Integit. Grut. Inscr. p. 150
 C. RVSTIVS etc. VIAM INTEGENDAM CVRAVERE, *i. sternendam.*
 85 INTECTVS, a, um. Adi. Non tectus, apertus. Semifonnus ac prope intectus, *i. Nudus.* Tacit. Hist. 5, 22, 6. Conf. Idem Germ. 17, 1. Corpore intecto Tacit. Hist. 4, 77, 3. Pedibus intectis incedere Idem Ann. 2, 59, 2. Conf. Idem Hist. 4, 46, 3.
 90 Verticibus intectis hieme pruinam perferre Mainert. Paneg. Iul. c. 13. *Tralate,* Tacit. Ann. 4, 1, 4 Seianus Tiberium variis artibus deuinxit, adeo ut obscurum aduersum alios, sibi vni incautum intectumque efficeret. ¶ 2 *Bene tectus,* Liu. 27, 3 Stramento intecta omnia.
 95 INTECTAMENTVM, i. n. Gloss. Gr. Lat. *σκέπασμα σέγης.*
 INTEGUMENTVM, i. n. [*ἐγκαλύμμα*] Quo quid integitur. Liu. 40 extr. Deorum capita, quae in lectis erant, auerterunt se, lanaeque cum integumentis, quae Ioui apposita fuit, decidit. Cic. de Orat. 1, 161 Sic modo in oratione Crassi diuitias ac ornamenta eius ingenii per quaedam inuolucra atque integumenta perspexi. *i. Vclamenta.* Cic. pro Cael. 47 Huc vnus mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea non modo solitudinem ac tenebras, atque haec flagitiorum integumenta non quaerat, sed in turpissimis rebus, etc. Frontis integumentum Cic. post red. in Sen. 15 c. 7. et in Pison. c. 6. Dissimulacionis integumentis euolutus Cic. de Orat. 2, 350. Integumenta vocaban-

vocabantur, et Tegumenta, operimenta scutorum et sagmenta. Plaut. Bacch. 4, 2, 20 Nequam esse oportet scutum, integumentum improbum est. Sic legit Turnebus. al. Cui tu integumentum improbus es.

INTEGRO, INTEGRASCO, INTEGREGRE, INTEGRITAS 5
etc. vid. INTEGER.

INTELLIGO, exi, ectum, ěre. [νοῶν, οὐνίμμι] Ex Inter et Lego. Habet itaque significationem aliquam discernendi, distinguendi, et separandi, in quo inest illud, quod intelligere vocamus. Huc pertinet articulata vox, in qua distingui soni plures possunt: huc, quod Philosophi ideas dicunt alias confusas, alias distinctas etc. Hanc originem ostendit clarius altera scribendi ratio, qua utitur Politianus, intellego, et defendit Epist. l. 5 p. 129 et 135. Et sic dedit nuper demum Dauisius in Cic. de Diuinat. v. g. 2 c. 34. it. c. 60 aliquoties. Intellego etiam Scribon. 103. 122. Quod intelligimus, certum est Donat. in prol. 15

Andr. Ea Scribere, quae mirentur potius homines, quam intelligant Suet. Aug. c. 86. Cic. Fam. 16, 22 Tu istic, si quid librarij mea manu non intelligent, monstrabis. Gubernatorem in tempestate, in acie militem intelligas Sen. de Prouid. c. 4. Add. Idem de Const. Sap. c. 1. et de Tranqu. An. c. 7. Quem in quantum 20

quisque aut cognoscere aut intelligere potuit, in tantum dilexit Vell. 2, 114, 5. Quem virum nec qui intellexit quidem, abunde miratus est Idem c. 116, 4. Conf. Plin. Ep. 8, 23. et 6, 27. Ter. Heaut. 3, 1, 69 Nam si semel tuum animum intellexerit, prius proditurum te tuam vitam, etc. Colloquia alitum, vid. COLLOQVIVM. 25

Plin. 8, 54 Tractarique gaudent, similes gratulationem intelligentis, de simiis. Ter. Andr. 1, 3, 2 Enimvero Daue, nihil loci est segnitiae, neque socordiae, quantum intellexi modo fenis sententiam de nuptiis. Intelligere in re aliqua Cic. Verr. 4, 94. Percipere. Ter. Eun. 5, 2, 44 Tum pol tibi ab isto hera cauendum intel- 30

ligo. Clarius aliquid Quintil. 2, 5. Intellexin', pro Intellexistine? Ter. Andr. 1, 2, 30 Quid? hoc intellexin'? an nondum etiam ne hoc quidem? Lepide intelligere, vid. LEPIDVS. Ter. Eun. 4, 5, 11 Nisi quia correxit miles, quod intellexi minus. Multum, Nihil, vid. bh. vv. Satis intellexi Ter. Adel. 3, 2, 31. 35

Cic. in Vatin. 35 Volo etiam audire de te, quo tandem Senatusconsulto legatus sis: de gestu intelligo quid respondeas. i. dum gestum tuum aspicio, diuinare passum. Cic. de N. D. 3. Sed ea magis ex aliorum contentione, quam ipsa per sese cognosci atque intelligi potest. Ex voce intelligo Scribon. 194. Cic. Verr. 4, 94 Tamet- 40

si non tam multum In istis rebus intelligo, quam multa vidi. Cic. Att. 16 Male eum credo intellexisse, si quisquam male intelligit potius nihil intellexisse. Intelligendi disciplina Cic. Or. 17. Vid. Vera et absoluta eloquentia, sub ELOQVOR. Ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi grauissimus auctor et magister, Plato Cic. Orat. 45

10 c. 3. ¶ 2 Intelligitur. Imperf. Cic. de Fin. 1, . . . Ex quo intelligitur, nec intemperantiam propter se fugiendam esse. Idem Acad. 4, . . . Cic. de Amicit. 23 Id si minus intelligitur, etc. Non intelligitur, quando obrepat senectus, i. Vix sentitur, haud animaduvertitur, aut percipitur Cic. de Senect. 38. Opium potum 50

intelligitur Scrib. 180. i. cognoscitur. Profectus intelligitur Id. 134. Intellectu cuius facile fuit Nep. 10, 9, 5. Intellectu difficile est Nep. 25, 15, 1.

INTELLIGENS, vid. paulo post.

INTELLECTVRVS, a, um. Partic. [νοῦσων] Aures intellecturae Ouid. Trist. 3, 14, 40.

INTELLECTVS, a, um. Aliud Partic. [νεοεμαῖνος] Perceptus, cognitus, compertus: frequentissimum est. Vid. Curt. 10, 9, 20. et Tac. Ann. 1, 49, 2 etc.

INTELLECTVS, ūs. m. [νῆς, νόημα, σύνεσις] Cognitio et notitia. Plin. 8, 16 de leonibus, Credit Libya intellectum peruenire ad eos praecum. Quintil. 2, 6 Quia facilius eorum intellectus videbatur. Disciplinarum intellectus, Cognitio et scientia Quintil. 1, 11. Saporum intellectus, Perceptio et sensus Plin. 11, 37. Idem 19, 8 f. 54

de Simapi, Vfus eius etiam pro pulmentario in patellis decocto citra intellectum acrimoniae, i. ad eum finem cocto, dum non amplius sentitur acrimonia. Communis Quintil. 2, 8 (16). Facilis Idem ibid. c. 5. Amittere intellectum, Non intelligere Sen. de Benef. 3, 17. Capere intellectum alicuius rei Quintil. 1, 1. Rudis et confusus stilius intellectu caret Quintil. 1, 1. Consequi intellectu, Intel- 70

ligendo apprehendere Idem 2, 5. Pro Significatione, Quintil. 7, 5 Ad intellectum id nomen referentes Latini (ad verbum translatum non inuenio) absolutum appellant. Habere duplicem intellectum Quintil. 2, 14. Add. 7, 9, 3. 7, 10, 1 etc. Sic Non. 5, 33 Fulmen, Fulgur, et Fulguritum his intellectibus secernuntur. 75

INTELLECTIO, ōnis. f. Auct. ad Herenn. 4 c. 33 Intellectio est cum res tota parua de parte cognoscitur, aut de tota pars.

INTELLECTOR, ōris. m. Augustin. de Doctr. Christ. 2, 13. Idem de Genes. ad lit. 8, 2. Et de Morib. Manich. 2, 3. Conf. Vet. Int. Iren. 1, 16. 80

INTELLECTVALIS, e. Adi. Apul. de Dogm. Plat. p. 574 Flor. Philosophia intellectualis.

INTELLECTVALITAS, ātis. f. Tertull. de Anim. c. 38 extr.

INTELLIGENS, entis. Part. [δαιμων, σοφῆρος] Sciens, sapiens, doctus, prudens. Ter. Eun. 2, 2, 10 Dii immortales homini homo quid praestat, stulto intelligens quid interest? Doctus et intelligens existimator Cic. de Clar. Orat. 320 c. 54. De peritis artificiorum iudicibus: adhiberi hoc nomen, monet Burm. ad Petron. c. 52 p. 255. Talia sunt, quae sequuntur. Cic. Verr. 4, 4 Quae non modo istum hominem ingeniosum et intelligentem, verum etiam quem- 90

vis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent. Cic. de Opt. gen. Orat. 11 c. 4 Qui teretes aures habent, intelligensque iudicium. Idem Verr. 4, 149 At ita studiosus est huius praeclarae existimationis, vt putetur in hisce rebus intelligens esse. Cic. de Fin. 2, 63 Erat et cupidus voluptatum, et cuiusuis eius generis intel- 95

ligens et copiosus. Imminentium intelligens Tac. Ann. 5, 9, 2. Intelligens principis, Compertum, habens principis ingenium Plin. Epist. 6, 27. Compar. Augustin. Retractat. 1, 19 Vigilantiore atque intelligentiore mente discutiat. •

INTELLIGENTIA, ae. f. [διδασκα, νόησις] Vis intelligendi, intellectus, prudentia. Cic. Off. 3, 81 c. 20 Explica atque excute intelligentiam tuam, vt videas, quae sit in ea specie forma et notio viri boni. Idem de Legib. 1, 59. Cic. Off. 3, 72 Nec vlla pernicietas vitae maior inueniri potest, quam in malitia simulatio intelligentiae: ex quo ista innumerabilia nascuntur, vt vtilia cum honestis pugnare 105

videantur. Intelligentia somniorum Iustm. 36, 2, 8. Iuris
 civilis intelligentia Cic. de Clar. Orat. 102. Rationis et intelli-
 gentiae particeps pars animi Cic. de Divin. 1, 70 c. 32. Intelli-
 gentiam sermonis exigere l. 20 §. 9 ff. qui testam. fac. poss. Intelli-
 5 mentalis intelligentia, *vid.* ANIMAL. Difficilis erat animi, quid
 aut qualis esset, intelligentia Cic. Tusc. 1, 51 c. 22. Vitiosa Idem
 ibid. 5, 68. Prudentia et Intelligentia, *Idem* Cic. Off. 2, 34.
 ¶ 2 Verba. Ad commune iudicium popularemque intelligentiam
 aliquid accommodate definire Cic. in Orat. 117. Anteire omnes
 10 intelligentia Idem de Clar. Orat. 229 c. 64. Cadere in intelligen-
 tiam, *vid.* CADO. Habere intelligentiam rei alicuius Cic. Philipp.
 9, 10. Concipere animo ac mente adumbratas omnium rerum quas-
 dam intelligentias Cic. de Legib. 2, 59. Conclufit intelligentiam
 in animo, et animam in corpore Deus Idem de Vniuers. 8. Conti-
 15 nentur ideae ratione et intelligentia Cic. in Orat. 10. Disiunctum
 longissime ab intelligentia sensuque imperitorum, id maxime excellit
 Idem de Orat. 1, 12. Efficit res nobis notas communis intelligen-
 tia, easque in animis nostris inchoauit, vt honesta in virtute ponan-
 tur, in vitiis turpia Cic. de Legib. 1, 44. Idem de N. D. 1, 49
 20 Tamen fretus intelligentia vestra dissero breuius, quam causa desiderat.
 Intendere et infigere intelligentiam in rem aliquam Cic. de Nat. Deor.
 1, 49. Ponere in audiendi fastidio intelligentiam Idem de Opt.
 gen. Orat. 12.

INTELLIGENTER. Adu. [*συνετός*] Cum intelligentia. Plin.
 25 Epist. 5, 16 Quam studiose, quam intelligenter lectitabat, vt ostende-
 ret se intelligere, quae legeret. Cic. in Partit. 28 c. 8 Sumuntur au-
 tem trium rerum gratia: vt amice, vt intelligenter, vt attente audi-
 amur: vt intelligamur.

INTELLIGIBILIS, e. Adi. Sen. Epist. 124 Bonum intelligibili-
 30 le. Macrobi. Somn. Scip. 1, 6 Corporis intelligibilis linea prima.
 Et ibid. Esse autem dicimus intelligibilia, videri esse corporalia omnia
 etc. Plura Borrich. Cogit. p. 143.

INTELLIGIBILITER. Adu. Augustin. Soliloqu. 11. Idem
 Epist. 218.

INTEMERABILIS, e. Adi. Quod temerari, corrumpi, non
 35 potest. Claud. Mamert. 1, 2 Intemerabilis hilaritas.

INTEMERANDVS, a, um. Adi. [*ἀμιαντός*] Non violandus,
 aut contaminandus: et refertur ad res sacras. Valer. Argon. 5, 640
 An Martia templa Intemeranda minus?

INTEMERATVS, a, um. Adi. [*ἀμιαντός*] Non turbatus.
 40 Virg. Aen. 3, 178 Et munera libo Intemerata foci. Vbi Seruius,
 Intemerata, rite perfecta: vt si leniter est fundendum vinum, aut
 mola iniicienda, sic fiunt, vt ratio exigit sacrificii: aliter si fiant,
 temerata ac turbata sunt sacra. Fides, i. Non violata Virg. Aen. 2,
 45 143. Conf. Tacit. Ann. 1, 49, 5 etc. Compar. Mart. Capell. 1
 p. 3 Sophia intemeratior cunctis pulchriorque virginibus.

INTEMERATE. Adu. C. Theod. 1, 15 tit. 5.

INTEMPERANS, antis. Adi. [*ἀσκρατος, ἀκρατής*] Tempe-
 50 ranti est contrarium; Immoderatus. Cic. de Senect. 29 c. 9 Libidino-
 sa etenim et intemperans adolescentia, effectum corpus tradit senectuti.
 Intemperans in alicuius rei cupiditate Cic. Att. 13, 26. Adolescen-
 tia, *vid.* ADOLEO. Intemperans vir, et impudica mulier Cic.
 Verr. 3, 160. Intemperans et ignauus Cic. de Fin. 1. Intem-
 perantis enim arbitror esse, scribere quod occultari velit Cic. Acad.

55 1, 2 c. 1. Hic videtur ad intemperiam quandam et morbum animi re-
 spici. Auidus atque intemperans plebeiorem animus Liu. 24, 25
 extr. Ad vescendum intemperans fuit Aur. Vict. Epit. c. 6.

Compar. In quasdam fere voluptates homines intemperantiores sunt
 Sen. de Ira 1, 3. Conf. Idem ad Helu. c. 6. et Cic. in Vatin. c. 1.
 60 Superl. Intemperantissimi versus Apul. Apol. p. 279. Cic. in Pison.
 c. 29 Impurissimae atque intemperantissimae pecudis coenum et
 sordes.

INTEMPERANTIA, ae. f. [*ἀκρασία, ἀκολασία*] Intemperies,
 65 incontinentia, insolentia. Cic. pro Cael. 25 Is multa de incontinentia
 intemperantiaque disseruit. Idem Acad. 1, 39. Et omnium pertur-
 bationum arbitrabatur esse matrem immoderatam quandam intemperan-
 tiam. Fore, vt inimicos tuos poeniteat intemperantiae suae Cic.
 Fam. 3, 10 pr. paullo ante temeritatem dixerat, de accusatoribus Appii.

Adolescentium impudens intemperantia, *vid.* IMPVDENS. Aegri
 70 intemperantia Quinctil. 2, 17. Caeli Sen. de Const. c. 9. de tem-
 pestate. Ad coli intemperantiam adfici Scribon. 122. i. morbum.
 Libidinis intemperantia coërcet Plin. 25, 9. it. 10, 35. Ritus in-
 temperantia Idem 11, 37 f. 80. Intemperantiam sic definit. Cic.

75 Tusc. 4, 22 c. 9 Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt
 intemperantiam, quae est a tota mente et a recta ratione defectio, sic
 auersa a praescriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi
 nec regi, nec contineri queant.

INTEMPERANTER. Adu. [*ἀκρατῶς*] Immoderate, inconstan-
 80 ter. Cic. Philipp. 1, 12 c. 5 Nimis iracunde hoc quidem et valde in-
 temperanter. Compar. Ne honoribus nostris elatus, intemperan-
 tius suis opibus vtatur Cic. Philipp. 5, 48 c. 18. Conf. Liu. 23, 1.
 et 31, 37. Superl. Apul. Apol. p. 321 Idque apud omnes intem-
 perantissime gloriatur.

INTEMPERATVS, a, um. Adi. [*ἀκόλατος*] Temperato
 85 contrarium. Intemperatissimae perpotationes Cic. in Pison. 22 c. 10.
 Et Intemperatissima pecus Ibid. 72 c. 29. Idem de Amic. 77 c. 20
 Intemperata quaedam beneuolentia. Compar. Sen. ad Helu. 6
 Quid intemperatius?

INTEMPERATE. Adu. [*ἀκολάτως*] Cic. de Vniuers. 38 c. 12
 90 Qui autem immoderate et intemperate vixerit, eum secundus ortus in
 figuram muliebrem transferet.

INTEMPERIA, inquit Nonius 8, 78 Pro Intemperantia apud ve-
 terem auctoritatis obscurae, Has eius intemperias in maritum. Sed
 potest Nonius scripsisse Intemperiae. Vetus ille auctoritatis obscurae
 95 est Gellius 1, 17 ubi ita editur, Xanthippe — morosa admodum
 fuisse fertur et iurgiosa — Has eius intemperies in maritum Alcibi-
 ades demiratus etc. Sic etiam Gron. Vsitatus. ¶ 2 In-
 temperiae, arum. Velut Deae quaedam memorantur, quae vim nocendi
 100 animis et rectae rationi, atque intemperantius facienda potestatem habe-
 rent. Plaut. Amph. 4, 3 pr. Di voltram fidem, quae intemperiae no-
 stram agunt familiam. Ibid. Quae hospes intemperiae, vt tu
 meum verberes? Idem Aul. 1, 1, 30 Nescio quae hominem in-
 temperiae tenent. Conf. Mil. 2, 5, 24. Vid. Locus Martiani Ca-
 pellae 1 p. 40 quem damus in MANIA.

105 INTEMPERIES, ei. f. [*ἀκρασία*] Vitium, circa tempestatem
 7 H 2 i. bu-

h. humorem, siccitatem, calorem, frigus, cum illa immoderata, et quasi intemperantia sunt. Columel. 11, 2 Quoniam immaturis vis omnia eadem possint accidere, propter intemperiem solis aut anni. Idem praefat. 1 Noxiae frugibus intemperies caeli. Cato R. R. 147 Vti calamitates, intemperiasque prohibebis in formula lustrandi ad Martem Iulianum. *Immodestia.* Cic. Att. 4, 6 Sed me hercule incipiendo refugi, ne, quod videor stulte illius amici intemperiem non tulisse, rursus stulte iniuriam illius faciam illustrem, si quid scripsero. *Conf.* Aquarum Liu. 3, 31 pr. et Plaut. Capt. 4, 4, 3. Ebrietatis Iustin. 12, 13, 10. *Huc etiam pertinet Plur.* Gell. 1, 17 Has Xanthippes intemperies in maritum Alcibiades demiratus, etc. quod sub Intemperia ut daremus, fecit Nonius.

INTEMPERABILIS, e. Adi. Intemperabilis punctio Cael. Aurel. Tard. 1, 4.

INTEMPESTVS, a, um. Adi. [*καταισχυσις*] Vt, Intempesta nox. Festus, Intempesta noctem dicimus, pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horae, quam diei possint intelligi. Varro de L. L. 5, 2 p. 45, 6 Inter vesperuginem et iubar dicta nox intempesta, ut in Bruto Cassius, quod dicebat Lucretia, Nocte intempesta nostram devenit domum. Intempesta Aelius dicebat, quum tempus agendi est nullum: quod alii concubium appellarunt, quod fere omnes tunc cubarent; alii ab eo, quod sileretur, silentium noctis: quod idem Plautus tempus conticinium. *Haecenus* Varro. *Add.* Id. 6, 4 pr. p. 77, 7. Virg. Georg. 1, 247 — Aut intempesta filet nox.

Vbi Seruius: Intempesta, Inactuosa, alta, densa, crassa, qualis est intempesta. Idem Aen. 3, 587 Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat. *Vbi* Seruius: Intempesta, Media: hoc est nimium obscura. Intempesta, dicta est Nox media. Inactuosa, Carens actibus, per quos tempus dignoscimus. Ait enim Lucretius, quia per se tempus non intelligitur, nisi per actus humanos. Medium autem noctis tempus actu caret. Ergo Intempesta, quasi Inactuosa, quasi sine tempore: h. e. Sine actu, per quem dignoscitur tempus. Unde est, Intempestive venisti, id est *ακαίως*. Ergo Intempesta dicitur, quia caret tempore. *Haecenus* ex Seruio. Cic. Verr. 4, 94 c. 43 Repente nocte intempesta servorum armatorum fit concursus atque impetus. *Add.* Petron. c. 105. ¶ 2 Virg. Aen. 10, 184 Et Pyrgi veteres, intempestaeque Grauiscae. Seruius: Grauiscanum oppidum, alii Intempestum dicunt Ventis et tempestatibus carens: quod nulla potest ratione contingere. Intempesta ergo Grauisca accipiamus pestilentes, et secundum Plin. Nat. Hist. et Cat. Origin. ut Intempesta intelligas Sine temperie, id est tranquillitate. Nam ut ait Cato, ideo Grauiscae dictae sunt, quod grauem aërem sustinent. *Haec ille.*

INTEMPESTAS, atis. f. [*δυσνοχία*] Idem quod Intemperies: ut, Intempesta caeli, h. e. Iniuria Plin. 18, 6.

INTEMPESTIVVS, a, um. Adi. [*ἀκαίρος, ἔξωπος*] Quod est Opportuno contrarium. Cic. de Amic. 22 c. 6 Nunquam intempestiva, nunquam molesta est amicitia. Intempestiva conuiuia quidam legunt Sueton. Cal. c. 40. Sed probat ibi Burmannus sententiam Salmasii, qui ad Vopisci Florian. 6 negat, nisi in corruptis libris esse intempestiva, tempestiva ubique, v. v. Cic. Att. 4, 9 (14) Si nihil habebis, tamen scribas aliquid. nunquam enim mihi tua epistola aut intempestiva, aut loquax visa est. Intempestivi excisi postes: quia ambo ab infimo tames secat, qui oritur ab humore Plaut. Most. 3, 2, 141. Plin. 18, 35 de indiciis tempestatum, Anseres continuo clangore intempestivi, pecora exultantia, et indecora lascivia ludentia, eandem significationem habent. *Compar.* Val. Max. 7, 8, 9 Quid hoc loco inhonestius, aut quid intempestivius?

INTEMPESTIVE. Adu. [*ἀκαιρίως, ἀκαίριος*] Importune. Colum. in proem. 1 Et ne singulos intempestive nunc persequar, etc. *Add.* Id. 1. 10 praef. extr. Cic. Off. 1, 88 Ne si irascamur, aut intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositate inutilem et odiosam incidamus. Idem Fam. 11, 16. et Phaedr. 3, 20, 12. Intempestive fouere vulnus, h. e. Non opportuno tempore Ouid. ex Pont. 4, 11, 20. Sen. de Benef. 4, 40. it. Contr. 1, 1. et 3, 28. Gell. 4, 20. *Conf.* Ammian. 18, 6. et 23, 11. et Vlp. 1. 9 §. vlt. Dig. ad leg. Aquil.

INTEMPESTIVITER. Adu. Gell. 4, 20 in lemmate, Qui dixerunt ioca quaedam intempestiuiter.

INTEMPESTIVITAS, atis. f. Gell. 3, 16 Octavi mensis intempestiuitas, i. ad partum.

INTEMPESTIVOSVS, a, um. Adi. Ammian. 24, 3 Abortus vitio fetus emittet intempestivosos. *Vid.* Gronou.

INTEMPORALIS, e. Adi. Aeternus. Apul. de Philos. Mor. p. 25 Repente fieri perfectum, et esse quodammodo intemporalem. Prudent. Roman. 316 Intemporalis ante quam primus dies. Somnus intemporalis: i. Intempestivus Cael. Aurel. Acut. 1, 9, 64.

INTEMPORALITER. Adu. August. de Genes. ad lit. 1, 9. Cael. Aurel. Tard. 1, 4.

INTENDO, di, tum et sum, ēre. [*ἐπιτείνω, ἐτείνω, προσέχω, ἀτενίζω*] Porrigere, extendere, et tendendo explicare. Cic. Verr. 5, 30 Tabernacula quemadmodum consueverat temporibus aestiuis, quod antea iam demonstraui, carbasseis intenta velis collocari iussit in litore. Arcum intendere, cui contrarium est Remittere Plin. 11, 49. Per translationem. Cic. pro Sext. 15 c. 7 Fuerat ille annus, tanquam in Reipubl. magno metu et multorum timore intentus Arcus in meum, i. pericula mihi commissa, per tribunatum Clodii. Arcum intendebat Apollo Virg. Aen. 8, 704. Balastram intendere in aliquem Plaut. Bacch. 4, 4, 58. *Metaphor.* ut modo de Arcu dictum. Digtum intendere ad fontes Cic. de Orat. 1, 203. Dextram ad statuam Idem Att. 16, 14. Plaut. Mil. 2, 4, 27 Pergin' scelesti intendere, et hanc arguere? intendere, velut arcum, accusationem tuam. Hinc etiam Intendere alicui rei, est Attendere Plin. Epist. 8, 19. Quint. Stil. 10, 1 Nunc genera ipsa lectionum, quae praecipue convenire intendentibus, ut Oratores fiant, existimem, persequor. h. e. Contendentibus, amittentibus ad illum velut scopum oculos, animum, vires dirigentibus. Hinc etiam Accusatorum est, qui crimen tanquam telum intendunt in reum. Quint. 3, 6, 15 In Syllogismo tota ratiocinatio ab eo est, qui intendit. Et f. 85 Accusatori nihilo plura intuenda sunt, quam ut probet, factum esse, hoc esse factum, non recte factum, iure se intendere. ¶ 2 Sed hic etiam Substantiva ordine persequemur: quas formulas melius intelliget, qui meminerit subinde proprietatis verbi, quam modo declarauimus. Cic. Acad. 4, 80 Neque quidquam interiectum est, quod obstat: sed intendi Acies longius non potest. Aciem aciem in omnes partes Idem Tusc. 4, 38 c. 17. Quint. 3, 8 Vt non vi-

- deatur iure Actio intendi. Cic. pro Milon. 37 c. 14 Diem mihi credo, dixerat, multam irrogarat, Actionem perduellionis intenderat. Actionem alicui Vlp. in l. Si quis §. Si filius D. Quod quisque iuris. Animum, cui contrarium est Relaxare Plin. Epist. 7, 4.
- 5 Cic. in Hortens. . . Quaero, non quibus intendam rebus Animum, sed quibus relaxem. Animum ad scribendum, pro Vebementer applicare Plin. Epist. 7, 27. Liu. in praef. 1 Ad illa mihi pro se quisque acriter intendat Animum, quae vita, qui mores fuerint.
- Cic. Verr. Act. 1, 10 Quibus rebus, quid ipse speret, et quo Animum intendat, facile perspicio. Sallust. in Iugurth. 20 pr. In regnum Adherbalis Animum intendit, ut ad metam, quam Contingere optaret.
- Hor. Ep. 1, 2, 35 Si non Intendas Animum studiis et rebus honestis. Animum intendit fatis Arachnes Ouid. Met. 6, 5. Animum in rem aliquam Liu. 23, . . . Animum ultra Quinctil. 7, 2. Cic. Philipp. 10, 9 c. 4 Si enim C. Antonius quod Animo intenderat, perficere potuisset. Liu. 1, 25 pr. Itaque erecti suspensique in minime gratum spectaculum Animo intenduntur. Ardorem exercitus intendere, i. Augere: intentio enim nervi in arcu vim illius auget Tacit. Ann. 12, 35. Sed al. Incendere. Aures ad verba alicuius Ouid. ex Pont. 4, 4, 36. Bellum in aliquem, eo modo, quo Intendere arcum vel balistam in aliquem dicimus Liu. 21, 6 extr. Vlpian. in l. Julian. §. Quantum D. Ad exhibendum, Ut quis copiam rei habens, possit exsequi actionem, quam destinavit, in nullo Causa quam intendit, laesa. Cogitationes ad rem aliquam Liu. 40, 5 pr. Cic. de Inuent. 2, 103 Nunc in alteram concessionis partem Considerationem intendemus. Ter. Andr. 4, 4, 12 Repudio Consilium, quod primum intenderam. Vbi Donatus, Verbum a venatoribus translatum, qui retia intendunt ad feras capiendas. Malim hic quoque arcum cogitari, vel balistam. Crimen in aliquem, b. e. Criminari
- 30 Liu. 9, 26. Paullus in l. Lucius D. de iis, qui notant. infam. Lucius Titius Crimen intendit Seio, quasi iniuriam passus. Tacit. Hist. 1, 12 Quippe hiantes in magna fortuna amicorum Cupiditates, ipsa Galbae facilitas intendebat. h. e. Augebat. Vid. Ardorem Curas Ouid. ex Pont. 3, 9, 29. Curam alicui rei, Diligenter curare
- 35 Plin. 8, 17. Liu. 37, 36 extr. Omissa igitur in praesentia mentione pacis, totam Curam in belli apparatus intendit. Eruditionem suam ad rem diu multumque considerandam Plin. Epist. 7, 27 extr. Fallaciam in aliquem Ter. Heaut. 3, 2, 2. Falsum Cic. pro Flacco 84. Formidinem Tacit. Hist. 2, 54. b. e. Augebat, ut Ardorem
- 40 Cupiditatem, Formidinem, Gloriam, Luxum, Metum. Suet. in Vitell. c. 7 Quum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti, iniuriarum Formulam quasi calce ab eo percussus intendisset. Fugam Liu. 7, . . . Fugam ad moenia Lucret. 4, 74. Gloriam Tacit. Ann. 4, 26. i. Augere, ut modo Formidinem. Hereditatem suam esse
- 45 intendit, vel totam, vel pro parte Caius in l. Licet D. de petit. hered. intellig. Actionem. Cic. Acad. 4, 46 Aduersantur enim primum, quod parum defigunt animos, et intendunt In ea, quae perspicua sunt, vt, etc. In omnes occasiones rei gerendae Liu. 26, . . . Tacit. Ann. 3, 20 Et quamquam transfosso oculo, aduersum os In hostem
- 50 intendit. Sen. Nat. Qu. 1 pr. Quid sit Deus, totus ne In se intendat, an ad nos aliquando respiciat. Liu. 31, 33 Alam equitum ad explorandum quonam hostes iter intendissent, misit. Iter coeptum in Italiam Liu. 21, 29. Iter ad Praetorem Idem 36, 21. Plin. in Paneg. c. 19 Itaque perinde summis, atque infimis carus: sic imperatorem, commilitonemque commiscueras: vt studium omnium, Laboremque, et tanquam exactor intenderes, et tanquam particeps, sociusque releuares. Laborem suum in aliquid Quinctil. 2, 11. Leges, pro Earum seueritatem augere; cui opponitur Mitigare Plin. Ep. 4, 9. Limam alicuius, vid. LIMA. Cic. de Orat. 1, 42 Et
- 60 quum vniuersi in te impetum fecissent, tum singulae familiae Litem tibi intenderent. Locum fertis intendere Virg. Aen. 4, 506. i. ferta circumdare loco. Luxus principis Tacit. Ann. 13, 20. i. Adiuuare, augereque, vt Gloriam. Manus Ouid. Met. 8, 107. Manus diis, pro Tendere manus ad deos inuocandi causa Sen. de Clement. 65 1, 25. Tacit. Ann. 1, 28 Spem offerunt, Metum intendunt, vt Luxus. Nervos intendere, et Remittere, contraria Plin. 26, 10. Nox se intendit Obsequ. c. 123. Sic Liu. 7, 27 Nox interdium visa intendi. Add. Liu. 1, 57. Numeros nervis Virg. Aen. 9, 776. Vbi Seruius: Numeros intendere nervis, Rhythmos facere intentione
- 70 neruorum. nam nunc sunt rhythmi: vt, Numeros memini, si verba tenerem. Hoc ergo dicit, Secundum chordas verba componebat. Oculos Plin. Epist. 2 vlt. Odium Tacit. Ann. 13, 15. Sallust. in Iugurth. c. 75, 8 Praeterea comitatus spe amplior, quia Numidae, sicuti plerique in noua deditioe, officia intenderant, auxerant, vt
- 75 Metum etc. Periculum, pro Minari, et Struere, adeo vel Parare, Cic. pro Rose. Amer. 7. Idem pro Quint. 47 Minae iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur. Cic. de Arusp. Resp. 1 Itaque hominem furentem, exultantemque continui, simul ac Periculum iudicii intendi: duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociamque compressi. Cic. Tusc. 2, 56 Nec vero vquam ne ingemiscit quidem vir fortis ac sapiens, nisi forte vt se intendat ad firmitatem, i. parat, robur animi augeat. Se acriter ad aliquid Quinctil. 4, 4. Cic. Fam. 8, 4 In euitandis iis consiliis, qui se intenderant aduersarios in eius Tribunatum. i. Qui se acriter
- 85 exhibuerant, et non obscure ostenderant se aduersarios. Se animus dicitur in multa Quinctil. 10, 3. Conf. Cic. de N. D. 1 c. 20. Se in rem Quinctil. 4, 1. Se acriter in illud tenue discrimen grammaticus intendat Idem 1, 5. Ter. Eun. 3, 3, 9 Nisi illa forte, quae olim periit paruula soror, hanc se intendit esse, vt est audacia.
- 90 i. probare vult. Sensus ad res percipiendas Cic. Acad. 4, 30. Socordia intendetur, languescet industria Tac. 3, 38. Tenebrae se intendant, vt velum Liu. 1, 51. Vela Virg. Aen. 3, 683. Vera intendere, adgerere falsa Tacit. Ann. 2, 57. Vim rebus Quinctil. 10, 7. Vim praefecturae modicam antea, intendit Tacit. Ann. 4, 2.
- 95 i. auxit, vt Ardorem et reliqua. Vincula stupea collo Intendunt Virg. Aen. 2, 236. ¶ 3 Intendere etiam sine adiecto pro Contendere ponitur. Liu. 8, 15 extr. Senatu, quia id in summis imperiis non obtinisset, minus in Praetura intendente. Quinctil. 1, 16 Illud vtique proprium ad efficiendum quod (efficere) intendimus.
- 100 Quinctil. 3, 4 Nec inuenitur ex his vlla, in qua non laudare aut vituperare, intendere quid vel depellere debeamus. Iam n. i. vidimus intendere esse accusare. Ter. Andr. 2, 2, 6 Sed vbi quaeram? aut quo nunc primum intendam? C. cessas alloqui? Quum ad impetum Tolumnii, quocumque se intendisset, trepidantes Romanas videt
- 105 ret turmas Liu. 4, 19 pr. Quocumque intenderat Sall. Iug. 74, 1. Haru.

Haruspici dicta eodem intendere videt, quo cupido animi hortabatur Sallust. Iugurth. c. 64, 1. Liu. 27, 42 Numidis paucis, qui in vallo portisque se ostenderent, relictis, profectus Apuliam petere intendit, i. in Apuliam pergit. Sallust. Iugurth. c. 92 Quem locum Marius summa vi capere intendit. Cic. Fam. 1, 2 Proxima erat Hortensii sententia, cum Lupus Tribunus plebis, quod ipse de Pompeio retulisset, intendere coepit, ante se oportere discessionem facere.

INTENDENS, entis. Partic. [*ἐπιένων*] *Quintilianus 10, 1, 45 Intendentibus, ut oratores fiant. Liu. 1, 57 Quo cum primis se intendentibus tenebris peruenissent. Intendens palmas, manus, brachia Ouid. Met. 6, 533: 8, 107: et 10, 58. Vespera intendente Ammian. 31, 11.*

INTENSVS, siue **INTENTVS**, a, um. Partic. [*ἐντείνωντος, ἐντείνωντος*] *Sed raro admodum intensus inuenias. Non habent Virgilius, Horatius, Ovidius, non Cicero, ut bodie editur, etc. De Liuiio quibusdam locis variat lectio; intentus praefert Drakenb. ad 5, 47. 25, 22. 27, 24. Cic. de Orat. 3, 214 Voces, ut chordae sunt intentae. Id. Tusc. 4, 10 Eritar quidem, sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si vnum aliquod effugerit. Cic. de Orat. 2, 149 c. 35 Peruoluatur Animus, ut se penitus insinuet in causam, ut sit cura et cogitatione intentus, diligentia est. Plin. 8, 8 Intentos ingentes Arcus defigunt humi. Aurem intensissimam praebere August. Ep. 56. Brachia intenta remis Virgil. Aen. 5, 136. Cithara omnibus nervis intenta Quint. 2, 8. Conquisitio intentissima Liu. 29, 35. Cura intentissima, diligens et attentissima Quint. 10, 1. Liu. 39, 19 Ut intentiore eum Custodia asseruarent. Custodia intentissima Senec. Epist. 70. Sallust. Iugurth. 46, 5 Deinde ipse paucis diebus intento atque infesto Exercitu in Numidiam procedit. Impetus intensior rupturus se nisi eruperit Sen. de Ira 2, 35. Sic etiam Gronou. Labor intentus Ouid. ex Pont. 1, 5, 60. Mens intenta malis Idem Trist. 4, 1, 4. Oculis intentis contemplari: b. e. defixis Cic. pro Flacc. 29. Oculos intentos voluens Virgil. Aen. 7, 251. Pretiis alimentorum intentis Tacit. Hist. 1, 89. b. e. auctis. Principia verecunda, non elatis intensa verbis Cic. Orat. 124 c. 36. Sed a Gru- zero intensa. Cic. de Orat. 1, 255 c. 60 Multique oratores fuerunt etc. qui omnia Sermone conficerent paullo intentiore: nunquam lateribus aut clamore contenderent. Nempe Sermo est illa familiaris et consueta loquendi ratio, quae etiam si sit solito intentior, tamen ab oratoria illa contentione, et clamoribus, multum abest. Tela in-*

tenta in patriam Cic. de Prouina Consul. 23. Vicinia mortis intenta iussu ordinis aeterni Lucan. 8, 568. i. mors fati decreta, et, quasi gladius iugulo intentus, ostensa. Virtus in mediocribus modice intensior Nazar. Paneg. c. 23. Intentissima in Deum vita Augustin. de mor. eccl. Cathol. c. 31. Vultus haerent intenti Sil. 3, 155. Pro Attento et diligenti. Liu. 3, 26 Operi certe, id, quod constat agresti intentus, etc. Intenti expectant signum Virgil. Aen. 5, 137. Cic. Philipp. 11, 22 c. 9 Quamuis enim intentus animus tuus sit, C. Parfa, sicut est, ad fortissimum virum et omnium clarissimum liberandum, etc. Tacit. Hist. 4, 2 Nomen sedemque Caesaris Domitianus acceperat, nondum ad curas intentus. Liu. 4, 27 Qui postquam intentos homines in euentum periculi alieni, pro se incautos, neglectis vigiliis stationibusque est adortus, etc. Sic, Intenta mens in imagines Cic. de Natur. Deor. 1, 49 c. 20. Sallust. in Catil. c. 2 extr. Verum enimvero, is mihi viuere demum atque frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus, praeclari facinoris, aut artis bonae famam quaerit. Fraudis fruendae intentior Liu. 23, 35. Merulis intentus auceps Hor. A. P. 458. Paci intentus Lucan. 3, 53. Veneri intentum somnus aufert Hor. Sat. 1, 5, 83. Videtur nequius ali-

quid significare.

INTENTVS, ūs. m. [*ἐντείνωντος*] *Intentus palmarum, gestus minantium est. Cic. pro Sext. 117 c. 55 Voces quidem et palmarum intentus, et maledictorum clamorem omnes profuderunt.*

INTENTIO, siue **INTENSIO**, ōnis. f. [*ἐντείνωντος, ἐπιένωντος*] *Extensio. Arcum intentio frangit, animum remissio P. Syr. Colum. 6, 6 Cruditatis signa sunt crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi, neruorum intentio, hebetes oculi. Intentio corporis Cic. Tusc. 1, . . . Oculorum et maxillarum intentio Scribon. 255. i. conuulsio. Intentio vocis, quae et Vociferatio dici potest: cui Remissio vocis opponitur Quint. 1, 17. Cic. Tuscul. 2 c. 23 Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt: similime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum: remissione autem sic vrgetur, ut se nequeat extollere. Idem Tusc. 4, 3, de Pythagoreis, Soliti mentes a cogitationum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere. Intentio lusus Liu. 4, . . . Intentio, est Animaduersio et diligentia, qua animus, ad quod intenditur, dirigitur. Animus hac intentione omnes totius negotii partes considerabit Cic. de Inu. 2 c. 14. Plin. Epist. 2, 5 Rogo intentionem scribentis accomodes. Quint. 8, 2 Acris iudicis intentio. Conf. Plin. Pan. c. 78. Silentium intentionis Quint. 4, 2. Diuidere animi intentionem Idem 1, 1. In cura phrenitici Elicienda ipsius intentio Cels. 3, 18. Intentio operis, Propositio et deliberatio, siue conceptio Quint. 10, 3. Diligentia: Plin. Epist. 2, 10 Ut tantum curae intentionisque suscipere et possint et velint. Perpetua discens intentio Quint. 1, 2. Locus summa intentione seruetur intactus Pallad. Sept. t. 10. Quint. 8, 2 Nec sit tam longus sermo, ut eum non prosequi possit intentio. Plin. Epist. 4, 13 Ipse pauculis adhuc diebus in Tusculano commorabor, ut opusculum, quod est in manibus, absoluam. Vereor enim, ne si hanc intentionem iam in fine laxaui, aegre resumam. Audit discipula intentione magna, et reddit Plin. 10, 29. de philomela. Recens audientium intentio Quint. 4, 1. Intentione diligenti notare Plin. 9, 59. i. diligenter obseruare. Dirigere intentionem tota mente in opus Quint. 10, 3, 28. Remittere intentionem iudicis Idem 4, 1. Accommodare intentionem, vid. ACCOMMODO.*

Intentio apud rhetoras actio est, siue accusationis formula. Quint. 3, 9 pr. Genus iudiciale officiis constat duobus, intentionis et depulsionis. Cic. de Inuent. 1, 13 Intentionis depulsio. Quint. 7, 5, 2 Est duplex eius disceptationis conditio, quod aut intentio (actio) aut praescriptio (exceptio) habet controuersiam. Vlpianus in l. 1 §. 1 D. Si mensor falsum mod. etc. Si autem ex locato fuerit actum: dicendum erit, nec tenere intentionem. Papinian. in l. 1 §. Quam praedium D. de pignor. et hypoth. Quoniam quaestio pignoris ab intentione domini separatur. Perdere intentionem Vlpian. in l. Iulianus §. Quantum D. Ad exhibendum. ¶ 3 Propositio,

¶ 2 Inten-

¶ 3 Propositio,

¶ 4 Propositio,

¶ 5 Propositio,

¶ 6 Propositio,

¶ 7 Propositio,

¶ 8 Propositio,

¶ 9 Propositio,

¶ 10 Propositio,

¶ 11 Propositio,

¶ 12 Propositio,

¶ 13 Propositio,

¶ 14 Propositio,

¶ 15 Propositio,

¶ 16 Propositio,

¶ 17 Propositio,

f. maior Propositio, Syllogismi intentio est Quinçtil. 5, 14, 6 Ita erit prima (*maior Propositio*) intentio, secunda assumptio (*minor*) tertia, connexio.

¶ 4 Intentio [*τόπος*] tonus est. Auct. Fragm. de Musica ap. Censorin. c. 12 Organon quondam habuit tres intensiones, gravem, mediam et acutam. Idem ibid. Hanc excepisse intentionem Linon. Per 5, quod variusculum est. Est tamen etiam Intentio apud Sen. Nat. Quaest. 2, 6 sqq. ubi eam notat, quae hodie vis elastica aeris dicitur.

INTENTE, ius, iissime. Adu. [*έν-όνως*] Diligenter, et cum cura et animaduerfione diligenti. Plin. Epist. 1, 4 Non me hercule tam mea sunt, quae mea sunt, quam quae tua: hoc tamen differunt, quod sollicitius et intentius tui me, quam mei excipiunt. Audire aliquem intente, ac modeste Quinçtil. 2, 2. Compar. Auct. ad Her.

4 extr. Alia meliora sunt, quae multo intentius petimus in vita. Quindam intensius. Tacit. Ann. 3, 35 Tum audita amborum verba, intentius excusante se Lepido, etc. Conf. Liu. 25, 23. et Auctor ad Herenn. 4 c. 56. Superl. Lamprid. Elagab. c. 14 Exspectans intensissime. Conf. August. de Mor. Ecl. c. 19.

INTENTO, are. [*προπεινώ, ἀπειλώ*] Vehementer vel saepius intendere. Liu. 3, 47 Virginius intentans in Appium manus, Icilio, inquit, Appi, non tibi, filiam despondi. Hirt. Bell. Hisp. c. 27 Eum, qui legatos iugulasset, lapidare, et ei manus intentare coeperunt. Manus in oculos intentavi Petron. c. 9. Idem c. 108 et 122. Voces et manus alicui intentare Tacit. Ann. 3, 36. Cic. pro Rosc. Amer.

25 100 Explicet suum volumen illud, quod ei planum facere possum Eru- cium conscripisse, quod aiunt illum Sext. Roscio intentasse, (tanquam pugionem) et mediatum esse, se omnia illa pro testimonio esse dicturum. Minari: Virgil. Aen. 1, 95 Praesentemque viris intentant omnia Mortem. Vlpianus in l. 3 §. Si filius D: Quod quisque

30 iuris, etc. In iis actionibus, quas ex persona eius intento. Sic habet Haloander: Pandect. Florent. legunt Intendo. Arma Latinis Liu. 6, Sic, Sicam Cic. pro Milon. 37. Crimen inuicem intentant

Quinçtil. 3, 10. vid. INVICEM. Faces ardentes intentat dolor Cic. Tuscul. 5, 76 c. 27. Faces intentat Tiphone Stat. Theb.

35 11, 495. Imperium Romanum intentare, pro Denuntiare periculum ab imperio Romano, seu vindictam Liu. 142, 12. Periculum, vid. PERICULUM. Verbera Iustin. 2, 5, 5.

INTENTATIO, ōnis. f. Seneca de Ira 2, 4 Ne nos oscitatio aliena sollicitet, nec oculi ad intimationem subitam digitorum comprimantur, i. Comminationem. Al. Intentionem. Add. Tertullian. Apol. c. 46.

INTENTATUS, a, um. Partic. [*προτεταμένος*] Liu. 9, 27 Gladii etiam plerisque intentati, et vulnerati quidam, necatique.

¶ 2 Sed Intentatus, [*ἀπειραστος*] Non tentatus, h. e. non experius. 45 Virg. Aen. 10, 39 — Haec intentata manebat Sors rerum. Nihil humanae audaciae intentatum Sen. ad Marc. c. 18. Martial. 2, 14. Conf. Ouid. Met. 10, 584 Nil intentatum Silius, nil loquitur inausum. Nil intentatum nostri liquere Poetae Hor. de Arte Poët. 285. Conf. Idem Carm. 1, 5, 13. Vacca iugo intentata Sen. Med. v. 62. Cic.

50 de Amicit. 70 Nemo est, qui non quocum confuevit, libentius vtatur, quam intentato et nouo. Quod ex vetustio codice legitur, Nemo est, qui non eo quo confuevit, libentius vtatur, quam intractato et nouo.

INTENTATOR, ōris. m. Vulg. Iac. 1, 13.

INTENTATALIS, e. Adi. Gloss. Gr. Lat. ἀπειραστος.

INTEPEO, ui, ēre; siue INTEPESCO, ēre. [*χλιαίνωμαι*] Incallescere, vel tepidum fieri. Senec. Epist. 78 Ne quis intepescat ci- bus. Propert. 4, 1, 124 Et lacus aestiuus intepet Vmber aquis. Co- mae intepuere radiis Ouid. Fast. 5, 216. Strata intepuere tuis mem- 50 bris Idem Epist. 10, 54. Intepescit medicamentum Scribon. 207.

INTEPESCENS, entis. Part. Colum. 1, 1 Mitigato iam et inte- pefcente frigore.

INTEPIDVS, a, um. Adi. Laudatur Cels. 8, 4 Collocandus in loco intepido. Sed diuidendam esse Praepositionem auctoritate et ratione 55 ostendit Morgagn. Epist. ad Cels. 3 p. 595.

INTER. [*μεταξύ*] Praeposit. Accusatio Casui seruiens, fere si- gnificat Medium aliquorum, quo illa separentur, distinguantur, superen- tur, augeantur, etc. Vt, Inter te et me est murus. Plaut. Poen. 5, 4, 21 Sicut hodie nos inter Alias praestitimus pulchritudine. Plin.

70 13, 2 Inter omnes. Liu. 26, 50 pr. Inter caetera. Inter caesa et porrecta Cic. Attic. 5, 18 quod explicamus s. l. sub CAEDO. Inter os et offam simile adagium, de quo Gell. 13, 17 et illud comparat cum Graeco Πολλὰ μεταξύ πέλει κύλικος καὶ χεῖλος ἀπρᾶ, et cum Catonis, inter of- fam atque herbam. Ter. Andr. 3, 3, 20 Irae sunt inter Glycerium

75 et gnatum, etc. An in tali sententia vox inter recte geminetur, dubita- tum est. Solicitavit loca duo Horatii Bentleius, nempe Serm. 1, 7, 11 Inter Hectora Priamiden, animosum atque inter Achillem Ira fuit ca- pitalis: itemque Epist. 1, 2, 12 Nestor componere litis Inter Peliden festinat et inter Atriden. Ἰδιωτικῶς dictum putat, et magni emtum

80 vellet, nunquam prolatum ab Horatio. Reposita merito ab Cuningamo loca, Tib. 4, 1, 165 de Zonis terrae,

Fertilis hanc (torridam) interposita est, interque rigentes (Zonas utrasque)

85 Nostraque, et huic aduersa solo pars altera nostro,

Quas vtrinque tenens similis vicinia caeli

Temperat, etc.

Et Propert. 2, 23, 15 Deinde inter matrem Deus ipse interque sororem Pythius, Apollo inter Latonam et Dianam. Satis esset sine dubio Inter Hectora et Achillem, Inter Atriden et Peliden, Inter hanc et rigentes,

90 Inter matrem et sororem: cum de uno modo medio sermo sit. Alia ratio est istorum, Tib. 2, 1, 67 Ipse interque greges, interque armenta Cu- pido. Valer. Flacc. 5, 13 Ecce inter lacrimas, interque extrema vi- rorum. Et 6, 509 Seminecesque duces inter sua tela, suosque Inter equos, etc. Talia sunt Sil. 11, 180 sq. Claudian. Rufin. 2, 195.

95 In talibus enim duo sunt, in quorum unoquoque mediis aliquis esse potest. Obscure locuturus erat Cicero, nisi sic posuisset de Fin. 1, 30 c. 9 Inter- esse enim inter argumentum conclusionemque rationis, et inter medio- crem animaduerfionem atque admonitionem. Similis ratio est Lael.

95 c. 25 Concio, quae ex imperitissimis constat, tamen iudicare solet, quid intersit inter popularem, id est assentatorem et leuem ciuem, et inter constantem, severum, et grauem. Non aequae necessaria fuit ista repetitio de Fato 19 c. 9 Sed interest inter causas fortuito antegressas, et inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem. Id. Parad.

1 c. 4 Sic te ipse abicies atque prosternes, vt nihil inter te atque in- 05 ter quadrupedem aliquam putes interesse. Vid. Gronou. Nam Graeu. posterius

posterius inter omisit. Sed quod semper sic interesse Ciceronem ait Gronovius, in eo nimis est. Ita v. g. de Orat. 1, 126 c. 39 Quid, quae de re inter Marcellos et Claudios patricios centumviri iudicant, etc. Et 2, 150 c. 35 Inter ingenium quidem et diligentiam perpauulum loci reliquum est arti. Et Lael. 22 Ea caritas, quae est inter natos et parentes. Et 33 Quae saepe inter me et Scipionem de amicitia differantur. Idem Attic. 9, 2 Is queretur Brundisium me non venisse, cum inter me et Brundisium Caesar esset. In his locis fuisset occasio repetendae Praepositionis. An sint loca alia, quae faueant Gronovio, nondum obseruavi. Liu. 10, 7 pr. Certatum tamen — inter Appium Claudium maxime, et inter P. Decium Murem, quam lectionem tuetur Drakenb. tum librorum tantum non omnium auctoritate, tum quod alias quoque sollemne est Liuio geminare Praepositiones. ¶ 2 Iam ordine literarum persequemur formulas. Inter Agendum, i. dum agis Virgil. Ecl. 9, 24. Seruius. Inter Annos, vid. mox Inter Dies. 15 Cels. 7, 3 Estque inter Causas timoris, si sensus in vulnere rodentium non est, i. causa est una timoris. Inter Coenam, pro In coena, vel Tempore coenae Sueton. August. c. 71. Cic. Philipp. 2, 95 Si hoc tibi inter Coenam in tuis inhumanis illis poculis, hoc tibi accidisset. Idem Fam. 7, 23 Illuseras heri inter scyphos, quod dixeram. Inter Conuentum, pro In conuentu Suet. Galb. c. 5. Inter Diem Gell. 9, 4. Ter in mense inter denos Dies Scribon. 159 nempe quouis die decimo. Inter tot Dies, inter tot annos; A tot diebus, a tot annis: Plaut. Truc. 2, 6, 29 Inter tot Dies iam actum aliquid oportuit. Cic. pro L. Manil. 68 c. 23 Quare nolite dubitare, quin huic vni credatis omnia, qui inter Annos tot vnus inuentus sit, quem socii in vrbes suas cum exercitu venisse gaudeant. Id. pro Quint. 46 c. 14 Qui inter tot Annos ne appellarit quidem Quintium. Plaut. Stich. 1, 3, 61 Prandia, quae inter continuum perdiidi triennium. Liu. 1, 10 Inter tot annos, tot bella. Vid. hic Gronou. et Drakenb. Cic. Act. 1 in 30 Verr. 37 c. 13 Quae inter decem annos nefarie flagitioseque facta sunt. Vid. hic Hotom. Inter Falcarios Idem Catil. 1, 8 eo vico et loco urbis, ubi habitant falcarii. Inter Haec, pro Interea Liu. 1, 29 pr. Inter haec iam praemissi Albani erant milites. Idem 2, 23. et 7, 25. Cic. Tusc. 1, 32 Abiit ad deos Hercules, nunquam abiisset, nisi quum inter Homines esset, eam sibi viam muniuisset. Inter illud Gaudium repente mortuus est Gell. 3, 15. Inter Initia principatus Plin. Epist. 10, 2. Inter Initia belli Id. 7, 3. Inter Initia, primis diebus, primis annis, primo tempore: Plin. 11, 48 Hac de causa inter Initia pasci, nisi submissis genibus non possunt. Vid. Columel. 2, 11. Cels. 3, 22 et 25. Plin. 21, 2. Idem Epist. 10, 18 pr. Gabium Bassum domine praefectum orae Ponti, integrum, probum, industrium, atque inter Ista reuerentissimum mei, expertus, etc. Cic. Verr. 5, 28 c. 11 Itaque erant exitus eiusmodi, vt alius inter Manus e conuiuio, tanquam e praelio auferretur. Virgil. Aen. 2, 681 Namque Manus inter moestorumque ora parentum. Ingratum est munus, quod diu inter Manus dantis haesit Sen. de Benef. 2, 1. Conf. Flor. 3, 21, 26. et 3, 19, 12. Plin. Epist. 9, 13 ad fin. Inter Moras, Consul citatis nominibus, et peracta discessione, mittit Senatum. Inter Nos concertatio comparata inique Ter. Adel. 2, 2, 4. Nosque inter nos esse complexos narrabat Cic. de Diuin. 1, 58. Inter Nos dictum fuit Ter. Adelph. 5, 3, 10. Cic. Attic. 2, 4 pr. Serapionis librum ad me misisti: ex quo quidem ego (quod inter Nos liceat dicere) millesimam partem vix intelligo: silentium petit, non vult efferrī ab Attico iudicium suum. Sic nos iucundum familiaritatis habet illud Cic. de Natur. Deor. 1, 74 c. 26 Sed (quod inter Nos liceat) ne tu quidem intelligis. Ita amici sumus, vt hoc tibi dicere, praesertim non aliis arbitris, liceat. Tale est Senec. Epist. 12 pr. Quod inter Nos sit! itemque Quasi nunc non norimus nos inter Nos Ter. Adel. 2, 4, 7. Vis ergo inter Nos experiamur Virg. Ecl. 3, 28. Inter Nos ludamus Plaut. Stich. 5, 4, 20. Inter Nos fordemus alteri Id. Truc. 2, 4, 30. Tibull. 2, 6, 26 Crura sonant ferro, sed canit inter Opus. Inter Os et Offam, vid. n. 1. Liu. 22, 7 pr. Haec est nobilis ad Trasymenum pugna, atque inter Paucos memorata Populi Romani clades. Inter Poenam gratulari Sueton. in Tiber. c. 60. Inter Praecipua saeculi ornamenta Plin. Epist. 8, 12, 1. Inter Primas Idem 12, 1. Inter Principia Cels. 3, 22. et 7, 27. Inter Quae, pro Interea Cels. 4, 2. Tacit. Ann. 2, 34, 1: 2, 58, 1. et 3, 33, 1. Inter Rem istam agendam Plaut. Cist. 4, 2, 55. Inter Rem nouam Idem ibid. 2, 1, 31. Inter Se fallaciam fingunt Ter. Andr. 1, 3, 15. Cic. Q. Fratr. 3, 1 Valent pueri, studiose discunt, et nos et inter Se amant. Inter Sese fabulantur Plaut. Epid. 2, 2, 53. Inter Se amplexari Idem Mil. 5, 40. Inter se iurare, pro Coniurare, vid. IVRO. Cic. Verr. Act. 1 Sic honestissimi homines inter Se et mecum loquebantur. Vid. Loqui inter, in LOQVOR. Inter Se distantes ternis pedibus Columel. 5, 6. Inter Se ne contingant, curato Idem 5, 10. Inter Se dissimiles Quint. 9, 4. Inter Se cornibus pugnant Varro de R. R. 2, 3. Inter Se foliis strepitant Virg. Georg. 1, 413 de coruis. Inter Se haud procul erant Sallust. Iugurth. c. 57. Inter Se propinqui Idem ibid. 103. et Fragu. 6, 1. Cic. de Inu. 2 c. 20 Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficii, de quo inter Sicarios quaeritur, praedudicium fieri. Idem pro Cluent. c. 7 In Q. Senatoris, eius, qui inter Sicarios damnatus est, manus incidit. Et de Fin. 2 c. 16 Inter Sicarios quaestionem exercere. Idem pro S. Rosc. 11 c. 5 Inter Sicarios iudicium hoc primum committitur. Formula haec igitur et de Sicariis significat, et tanquam Sicarius. Inter Spem metumque tot populos suspensos animi habetis Liu. 8, 13. Idem 2, 5 extr. Quum inter omne Tempus pater, vultusque et os eius, spectaculo esset, etc. Inter Triennium continuum Plaut. Stich. 1, 3, 61. vid. Inter Dies. Inter Vias aliquid agere, Inter ambulandum, vel in ipsis publicis viis Ter. Eun. 4, 2, 1. 90 Sueton. Caes. c. 39. Inter Viam, Idem. Cic. Attic. 4, 3 non procul a fine, Si se inter Viam obtulerit, occisum iri ab ipso Milone video. de Clodio loquitur. Inter Vina, i. inter bibendum Hor. Epist. 1, 7, 28. Inter Vos bene dicatis Plaut. Mil. 4, 8, 31. Vobis inter Vos coniuncta voluntas Cic. Diu. Verr. 34. ¶ 3 Obseruationes: Inter ipsos mutuo Quint. 10, 2. i. inuicem. Sic Virgil. Aen. 11, 121 Conuersique oculos inter se, atque ora tenebant. Conf. Nepos 3, 1, 2. et Cic. Attic. 6, 1. Postpositum suo casui: Cic. de Amic. 95 Quae si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est, etc. Liu. 28, . . . Quos inter belli causa esset. Frequentius ita ponitur, cum duo adsunt Substantiua. Liu. 22, 3 Faesulas inter Arretiumque. Tac. Ann. 4, 55, 6 Sardonios inter Smyrneosque. Id. 4, 69, 2 Tectum inter et laquearia. Idem Hist. 2, 78, 4 Iudaeam inter Syriamque. Add. Virg. Ecl. 1, 25. In compositione particula adauctiua vocatur Donat. in Ter. Andr. 4, 1, 31. et Eun. 1, 1, 35. Conf. 105

Voss. Inst. Orat. 4 p. 236. *Talia sunt interbibo, interficio, interminor, interimo, interturbo, intercipio: in quibus tamen naturalis illa et propria notio non perit. Inter et Intra confunduntur in MSS. vid. Drakenb. ad Sil. 14, 465. et ad Liu. 5, 27, 2.*

5 **INTERAESTVO**, Ære. Plin. Epist. 6, 16 Stomachus interaestuans. **INTERALBICO**, Ære. [*ἰπολευκαίνωμαι*] Plin. 37, 10 Leucochryfos fit chrysolitho interalbicante. *Virgae quaedam et maculae indicantur albi coloris. Vid. Harduin.*

INTERAMENTVM, i. n. Liu. 28, 45 Interamenta nauium. 10 *Possis interpretari interiorem suppellectilem et instrumentum. Sed melius tamen videtur, quod vnus alterque codex suppeditant, et quod nimis facile cum altero confundi potest Inceramenta, v. v.*

INTERAMNIA, ac. f. [*Ἰντεραμνία*] Ptolemaeo 3, 1 Praegui-
tiorum ciuitas in Italia. Vulgo Teranium. Conf. Paterc. 1, 14, 4. et
15 Varr. L. L. 5, 4.

INTERAMNATES, um. m. *Incolae. Varro R. R. 3, 2, 3.*

INTERAMNVS, a, um. Adi. *Quod inter duos amnes iacet. Terras interamnas dixit Alexander Seuerus ap. Lamprid. c. 56. et Solin. c. 32. Spatia interamna, pro Mesopotamia.*

20 **INTERANEA**, orum. n. Pl. [*ἔγνατα*, intestina, exta Glossar. Gr. Lat. *ἔντερα*, Gloss. Lat. Gr.] *Intestinum, quod intra corpus conditum sit. Frequentissima apud Scribonium et Plinium mentio medicamentaque interaneorum. V. g. 8, 27. et 30, 7. Columel. 9, 14, 14 Quidam exemtis interaneis, occisas aues intus includunt, quae tempore*

25 *hiberno plumis suis delitescentibus apibus praebent teporem. Interanea, quidquid imo ventre continetur. Add. Scrib. 176. 194. 264. Dolor interaneorum Id. 194. i. intestinorum. Adaperire interanea, vid. ADAPERIO. Vet. Inscript. Romae, RELIQUA CARO CVM PELLE ET INTERANEIS PROFICIAT VENDI-*

30 *TORI. Vid. Barth. Aduersf. 5, 4. Singularis Interaneum est Plin. 32, 9 Procidentis interanei morbum torpedo apposita continet.*

INTERANEVS, a, um. Adi. Scrib. Larg. Compos. 96 Purgas vomicas interaneas. Plin. 20, 11 Tormina interanea.

35 **INTERAPERIO**, ïre. [*διανοίγω*, Gloss. Gr. Lat.

INTERARESCO, Ære. [*διαξηραίνωμαι*] Cic. Tusc. 5, 40 c. 14 Nihil enim interarescere, nihil exstingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit. *Sic post Victorium. Alii legunt Inueterarescere. Conf. Vitruu. 7, 8. et Prooem. 8.*

40 **INTERĀTIM**, et **INTERDVĀTIM**, dicebant antiqui, quod nunc Interdum et Interim. Festus.

INTERĀTVS, a, um. Adi. *Interata, ἐξεντεριδίεντα, Gloss.*

INTERBĪBO, ïbi, ïbitum, Ære. [*διαπίνω*] *Totum bibere, vel Penitus exhaurire. Plaut. Aulul. 3, 6, 22 Praeterea tibicinam, quae mihi interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem Pyrenen potest. Donatus ad Ter. Andr. 3, 2, 16. et Eun. 1, 1 extr. vititur hoc loco, ut ostendat, augendi vim esse huic particulae.*

45 **INTERBĪTO**, Ære. [*ἐπιέρχομαι*] *Interuenire. Verbum antiquum. Plaut. Most. 5, 1, 47 Hic ego tibi praesidebo, ne vlla interbitet quaestio.*

50 **INTERBLANDIOR**, ïri. *Obsequiis meis interblandiens appellabat me pius Augustin. Conf. 9, 12.*

INTERCĀLO, Ære. [*ἐμβάλλω, παρεμβάλλω*] *Interferere, seu Interponere diem, mensemue: ab antiquo calare, s. Kalare, unde et*

55 *Calendae, s. Kalendae. In ipso verbo, quod tractamus, similis varietas deprehenditur. vid. CALENDAE, CALO. Origo inde. Placuerunt gentibus antiquis menses lunares, dierum circiter XXX. Anni solaris modus serius cognitus; mox tamen animaduersum, XII mensibus lunari-*

60 *bus illum pluribus diebus maiorem. Ut redigerent ergo suum annum XII mensium in concordiam cum solis cursu, interposuerunt veteres Romani alternis annis mensem XXII, vel XXIII dierum. Sed cum sic anni ciuiles aliquanto naturalibus essent maiores (verbis utimur Censorin. de Die nat. c. 20) Pontificibus datum est negotium, eorumque arbitrio intercalandi ratio est permessa. Sed horum plerique ob odium,*

65 *vel gratiam, quo quis magistratu citius abiret, diutiusue fungeretur, aut publici redemptor ex anni magnitudine in lucro damnoue esset, plus minusue ex libidine intercalando, rem sibi ad corrigendum mandata vltro deprauarunt: adeoque aberratum est, vt C. Caesar Pontifex Maximus, suo III, et M. Aemilii Lepidi consulatu, quo retro delictum corrigeret, duos menses intercalarios dierum sexaginta septem, inter mensem Nouembrem et Decembrem interponeret, cum iam mense Februario dies tres et viginti intercalasset, etc. Ostendit*

70 *deinde, fecisse annum dierum CCCLXV, et addit, Praeterea pro quadrante diei, qui annum verum suppleturus videbatur, (Posuit enim*

75 *modum anni dies 365 horas 6) instituit, vt peracto quadriennii circuitu, dies vnus, vbi mensis quondam solebat, post Terminalia intercalaretur: quod nunc Bissexturni vocatur. vid. BISSEXTVS. Haec satis esse possunt ad vim verbi intelligendam. Res ipsa doctorum ingenia exercuit, Scaligeri in opere de emendatione temporum; Phil. Mun-*

80 *keri, cuius exstat opus de intercalatione; Iulii Pontederæ, cuius operosissimae sunt aliquot epistolae de anno Romano, et praesertim XXXV, et aliquot sequentes de intercalatione agunt. Nos modo verba interpretamur, loca veterum ponimus. Intercalatur, vt ostendimus, in veteri anno Romano mensis; in Iuliano, dies. Ad mensem pertinet illud Cat.*

85 *de R. R. 150 Calendis Iuniis emtor fructu decedat: si intercalatum erit, Calend. Maiis. Cic. Att. 5, 9 Memento curare per te et per omnes nostros, in primis per Hortensium, vt annus noster maneat suo statu, ne quid noui decernatur. Hoc tibi ita mando, vt dubitem,*

90 *an etiam te rogem, vt pugnes, ne intercaletur, i. ne hic annus, quo me in Prouincia abesse oportet, illo intercalari mense, (quem in potestate habebant Pontifices) producat, et longior fiat. Conf. Idem Fam. 7, 2. et 8, 6. Censorin. de Die nat. 20 Gentibus — omnibus fuit pro-*

95 *positum, suos ciuiles annos (qui lunariibus mensibus summum XII constarent) varie intercalandis mensibus ad vnum verum illum naturalemque corrigere. Plura damus mox voce INTERCALARIS. Metaphorice, Intercalare est Differre. Liu. 9, 9 pr. Sed si me audiat, prius quam dedantur, hic in comitio virgis caesos, hanc iam vt intercalatae poenae vsuram habeant.*

INTERCALĀRIS, e. Adi. [*ἐμβόλιμος*] *Quod interferitur. Annus intercalaris, quem Bissextilem dicimus. Plin. 2, 47 extr. de ventis, Omnium quidem (si libeat obseruare minimos ambitus) redire easdem vices quadriennium exacto, Eudoxus putat, non ventorum modo, verum et reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustris eius semper intercalari anno, Caniculae ortu. Cic.*

100 *pro Quint. 79 c. 25 Dic Naeui diem. Ante V Calendas intercalares, i. mensis*

105 *pro Quint. 79 c. 25 Dic Naeui diem. Ante V Calendas intercalares, i. mensis*

l. mensis intercalaris. Idem Fam. 6, 14 Ego idem tamen quum ad quantum Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum venissem mane ad Caesarem. Nempe est is annus, in quo Caesar duos menses intercalauit. Censorin. c. 20 Cum intercalarem mensem viginti duum, vel viginti trium dierum alternis annis addi placuisset, vt civilis annus ad naturalem exaequaretur: in mense potissimum Februario, inter Terminalia et Regifugium intercalatum est. Celsus l. 98 §. 1 de V. S. Cato putat mensem intercalarem additiciu esse, omnesque eius dies pro momento temporis obseruat, extremoque diei mensis Februarii adtribuit Q. Mucius. Mensis autem intercalaris constat ex diebus viginti octo. Dies intercalaris Plin. 2, 8. Macrob. Saturn. 1, 14. Mensis intercalaris, qui intercalatur, vel, in quo intercalatur. Conf. Liu. 1, 19. ¶ 2 Versus intercalares, qui sint, declarat Seru. ad Virg. Ecl. 8, 21 Ducite ab Vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim. Dicitur hic versus intercalaris, qui frequenter post aliquantulos interponitur versus: sicut intercalares dies aut menses vocantur, qui interponuntur, vt ratio Lunae Solisque conueniat.

INTERCALARIVS, a, um. Adi. [ἐμβολημαῖος] Idem, quod Intercalaris. Liu. 37, 59 Triumphauit mense intercalario pridie Calendas Martias. Plin. 18, 25 Ad CCCLXV dies addiciunt etiamnum intercalarios diei noctisque quadrantes, unde conficitur ille dies, qui singulis quadrienniis Februario adiicitur. Intercalarii dies et menses sunt etiam Censorin. l. c. Ponamus hic locum longiusculum Ciceronis, sed qui totam intercalationis rem pulchre declarat, Verr. 2, 129 c. 52 Est consuetudo Sicularum caeterorumque Graecorum, quod suos dies mensesque congruere volunt cum Solis Lunaeque ratione, vt non nunquam, si quid discrepet, eximant vnum aliquem diem, aut summum, biduum ex mense, quos illi ἐξαιρεῖμους dies nominant: item non nunquam vno die longiorem mensem faciunt, aut biduo. Quae iste cum cognouisset nouus astrologus, qui non tam caeli rationem, quam caelati argenti duceret, eximi iubet non diem ex mense, sed ex anno vnum dimidiatumque mensem — Tunc Cephaeditani (apud quos hoc fecerat Verris) decreuerunt intercalarium (mensem) XLV dies longum, vt reliqui menses in suam rationem reuenterentur.

INTERCALATIO, ōnis. f. Plin. 2, 47 Per singulas intercalationes vno die anticipare, i. per singulos annos intercalares, v. g. quartum, octauum, etc. De aliis, Graecorum, intercalationibus Censorin. c. 18. De Romanis et Graecis Macrob. Sat. 1, 13.

INTERCALĀTOR, ōris. m. Macrob. Sat. 1, 13 Octo intercalatores dies.

INTERCAPĒDO, inis. f. [διαχώρημα, Prisciano 14 p. 991, 12] est Tempus interceptum, inquit Festus: quum scilicet mora est ad capiendum. Priscian. 4 p. 624, 8 Intercapio, intercapis, intercapedo. Turpilius apud Non. 12, 16 Quandoquidem amorem intercapidine ipse leniuit dies. Cic. filius Fam. 16, 21 Itaque me iam non poenitebat intercapedinem scribendi fecisse. Sueton. Octavi. c. 38 Equitum turmas frequenter recognouit post longam intercapedinem, reducto more transuersionis. Idem Vesp. c. 10 Intercapedine iurisdictionis excreuerant litium series. Cic. de Fin. 1, 61 c. 18 Alii audaces, proterui, iidem intemperantes et ignaui, nunquam in sententia permanentes: quas ob causas in eorum vita nulla est intercapedo molestiae. Conf. Mart. Capell. 8 p. 281. et p. 274. Item Apul. Apol. p. 282. Quinctil. 8, 3, 46 Diuisio affert eandem iniuriam pudori, vt si intercapedinis Nominatio Casu quis vtatur. Nempe Visio et Pedito sunt verba propria venti obsceni, etc.

INTERCAPĒDINO, are. Fulgent. Myth. 1 p. 9 Intercapedinante pauoris prolixitate, i. interueniente, intercedente, et sic impediante.

INTERCAPĒDINĀTVS, a, um. Part. Mart. Capell. 9 p. 312 Vanescencia intercapedinatae prolixitatis obliuia.

INTERCARDINĀTVS, a, um. Adi. Vitruu. 10, 20 Concludantur superne intercardinatis trabibus.

INTERCĒDO, ssi, ssum, ěre. [ἐπισυναυ] Medium esse: et tam de loco et de tempore, quam de personis, et alia re quacunq dicitur, siue casu id fiat, siue consilio, siue adiuvandi causa, siue impediendi. Caes. Bell. Gall. 5, 52, 1 Longius profequi veritus, quod siluae, paludesque intercedebant. Ter. Andr. 5, 5, 5 Nam mihi immortalitas parta est, si nulla Aegritudo huic gaudio intercesserit. Cic. de Fin. 2, 102 Ne id quidem, nisi quum multa Annorum intercesserint millia, vt omnium fiderum eodem vnde profecta sint, fiat ad vnum tempus conuersio. Caes. Bell. Ciuil. 1, 21 Quod saepe in bello paruis momentis magni Casus intercederent. Cic. de Amic. 79 Sin autem morum aut studiorum commutatio quaedam (vt fieri solet) facta erit, aut in Reipubl. partibus dissensio intercesserit, etc. Contractus intercedit Modest. in l. Cum vitiose D. de pignorib. Cic. Fam. 1, 9 p. 57 Graeu. Nullum meum minimum Dictum non modo Factum pro Caesare intercessit, quod ille non illustri gratia exceperit. Vnus et alter dies intercesserat Cic. pro Cluent. 72 c. 26. Dies nondum decem intercesserant, quum ille alter filius infans necatur Ibid. 28 c. 9. Idem Verr. 4, 89 Vna nox intercesserat, quum iste Dorotheum sic diligebat, vt diceres omnia inter eos esse communia. Id. in Catil. 1, 4 c. 2 Nox nulla intercessit, i. eo ipso die. Ter. Phorm. 4, 1, 17 Tacebit dum intercedet, Familiaritas. Caes. Bell. G. 1, 7 extr. Tamen Spatium intercedere posset, dum milites, quos imperauerat, conuenirent, legatis respondit, etc. Tempus intercedit Hygin. fab. 126. Bella alteri cum altero Caes. B. G. 5, 11. Cic. Diu. Verr. 61 Si aut hoc a me Siculi non petissent, aut mihi cum Siculis Causa tantae necessitudinis non intercederet, etc. Consuetudo alicui cum aliquo Cic. Fam. 13, 45. Controuersia mihi cum eo de pecunia Idem pro Quint. c. 17. Cic. pro Rosc. Com. 41 Si alia de causa, quae Ratio tibi cum illo intercesserat? nulla. addictus erat tibi? non. frustra tempus contero, etc. Caes. B. C. 2, 25 Huic et paternum Hospitium cum Pompeio, et Simultas cum Curione intercedebat, quo Tribunus plebis legem promulgauerat, etc. Liu. 38, 52 extr. Tribunus plebis eo tempore T. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitia cum P. Scipione intercedebat. Conf. Cic. pro Cael. c. 13. Idem de Fin. 3, 67 Quoniamque ea natura esset hominis, vt cum genere humano quasi ciuili Ius intercederet: qui id conseruaret, eum iustum: qui migraret, iniustum fore. Intercedere pro alio, h. e. fidem suam interponere, spondere: Cic. Philipp. 2, 45 c. 18 Filius se ad pedes meos prosternens, lacrimans, te mihi commendabat, orabat, vt te contra suum patrem, si sestertium sexagies peteret, defenderem: tantum enim pro te intercessisse dicebat. Idem Attic. 6, 1 p. 571 Graeu. 17 Intercessisse pro iis magnam pecuniam. Add. Nep. 105

Att. c. 2 et 9. *Absolute*: Cic. Att. 1, 16 Promisit, intercessit, dedit. ¶ 2 Intercedere est impedire proprie ipso interuentu et praesentia, deinde veniendi, etc. Plin. 32, 1 de echeneide pisce, Invenere adhaerentem gubernaculo, ostenderuntque Caio, indignanti, hoc fuisse, quod se reuocaret, quadringentorumque remigum obsequio contra se intercederet. Tac. Agric. 46 Non quia intercedendum putem imaginibus, etc. Pertinet in primis ad magistratus Romanos, cum alter alterius, vel totius etiam Senatus actiones impediunt. In decreto octo Tribunorum plebis apud Gell. 7, 19 Quod P. Africanus postulauit pro L. Scipione Asiatico fratre — ut eum a Collegae vi prohibeamus: et quod contra Collega postulauit, ne sibi intercedamus, quo minus suapte potestate vti liceat: de ea re nostrum sententia omnium data est, Si L. Cornelius Scipio Asiaticus Collegae arbitrato praedes dabit, Collegae, ne eum in vincula ducat, intercedemus: si eius arbitratu praedes non dabit, quo minus Collega sua potestate vtatur, non intercedemus. Sunt ibi plura. Cic. de Prouinc. Conf. 17 c. 8 Lege qua intercedi de prouinciis non licebit. Conf. Id. ibid. c. 15. et pro C. Cornel. c. 1 Proprie Tribunorum erat intercedere: Caes. Bell. Ciu. 1, 2 Intercedit M. Antonius, Q. Cassius Tribun. pleb. Cic. Att. 1, 16 Qui, dum veritus est, ne Fufius ei legi intercederet, etc. Vid. Liu. 45, 21. it. 38 extr. it. 6, 35. Praetor, cui nemo intercedere posset Cic. Verr. 2 c. 12. Et tamen Verr. 1, 119 c. 46 L. Piso Praetor, Praetori, Verri intercessit, appellatione causae, ut addit Asconius, ad collegam facta. Nempe par potestas, aut maior intercedendi ius habet. Tribunus plebei intercedit nomine populi. Cic. Fam. 1, 7 Eaque, quae de ea causa scripta est auctoritas (cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem duceret) tantam vim habet. Huic interceditur frequenter Idem Att. 1, 19. Intercedere per vim ac dolum, quo minus aliquid fiat Papinian. in l. Virum D. Si quis aliquem testam. prohibet. ¶ 3 Deprecari an significet simpliciter, disputatum est. Nihil adhuc prolatum puto, quo illa significatio probetur. Nam quod laudatur Macrob. Saturn. 2, 3 Si obtinueris, et pro nobis intercede; illam esse interpretationem alicuius recentioris, valde verisimile est Graecorum, ἰδὴ ἐπιτύχης, καὶ περὶ ἡμῶν πρέσβετον. Merito ergo omittuntur in Gronou.

INTERCESSIO, ōnis. f. Protestationem dicunt hodie. Quum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura Cic. Agrar. 2 c. 12. Caes. B. C. 1, 2 Refertur statim de intercessione Tribunorum. Proprie intercessio, Tribunorum erat. Nam ut Gellius docet 12, 13 Tribuni plebis antiquitus creati videntur non iuri dicundo, nec causis querelisque de absentibus nostendis, sed intercessionibus faciendis, quibus praesentes fuissent, ut iniuria, quae coram fieret, arceretur. Cic. Philipp. 2, . . . Quum auspicia Augur, intercessionem Consul sustulisses. Abiicere intercessionem, vid. ABIICIO. Interponere intercessionem suam Valer. Maxim. 6, 10, 10. Remouit intercessionem Clodius Cic. de Ar. Resp. c. 27. Intercessionibus pecuniarum in coitionibus candidatorum Cic. Parad. 6, 2. Conf. Caes. ad Cic. Fam. 8, 16. Parata est mea intercessio Idem Att. 1, 4.

INTERCESSOR, ōris. m. [ἐπιστάτης] Qui intercedit. Cic. de Legib. 3, 11 Parere iubet intercessori, quo nihil praestantius: impediri enim bonam rem melius, quam concedi malam. Ibid. Intercessor rei malae salutaris ciuis esto. Intercessores legis agrariae Liu. 4, 53. Cic. pro S. Rosc. c. 38 Isto hortatore, auctore, intercessore, legati ad Sullam non adiere. Idem Fam. 10, 12 Hunc quem admodum fregerim, quantaque contentione Titium intercessorem abiecerim. ¶ 2 Intercessor est, qui in mutuo impetrando aliquem iuuat sponcione, vel alio officio. Sen. Ep. 119 pr. Ad maximas te diuitias compendiaria (via) ducam. Opus erit tamen tibi creditore. Ut negotiari possis, aes alienum facias oportet: sed nolo per intercessorem mutueris, nolo proxenetae nomen tuum iacent. Paratum tibi creditorem dabo, Catonianum illum, A te mutuum sunes, etc. Nempe etiam de Benef. 5, 7 M. Cato ait, quod tibi deest, a te ipso mutuare. Hinc interpretandum illud Cic. Epist. 7, 27 Vtinam semper esses Tribunus, intercessorem non quaereris. Ambiguitate ludit, ut ante, Tibi nemo credit, intell. pecuniam.

INTERCESSVS, ūs. m. Valer. Maxim. 5, 4, 2 Consulem gra- uiter faucium intercessu suo seruauit, i. interuentu. Orof. 5, 15 Paruo intercessu temporis. Ne illius quidem intercessu, qui laesus fuerat, indulgit Saluian. de Gubern. 1 p. 27.

INTERCEPTIO, INTERCEPTOR, INTERCEPTVS, vid. INTERCIPIO, INTERCIDO, idi, isum, ere. [διαικόρω] De medio aliquid excidere, ut interraderere, interuellere. Caes. Bell. Gall. 2, 9 extr. Ut si possent, castellum, cui praecerat Titurius Quintus legatus, expugnant, pontemque interciderent. Plin. Epist. 6, 22 Corrupto enim scribae seruo interceperat commentarios, intercideratque, i. hinc inde aliquid exciderat. Aedes vicinas interciderere arcendi incendii gratia Vlpian. in l. Si quis fumo D. Ad leg. Aquil. Idem in l. 1 in fine, D. de seruo corrupto, Vel si actori suasisit, siue verbis, siue pretio, ut rationes dominicas intercideret, vel adulteraret: vel etiam, ut rationem sibi commissam turbaret. Sic et Paullus l. 23 ff. ad L. Corn. de falsis. Afectum humanarum necessitudinum Augustin. C. D. 19, 8. Venas Plin. 11, 37.

INTERCISVS, a, um. Partic. [διαικόσις] Intercisa hostia Macrob. Saturn. 1, 16 pr. h. e. dissecta. Dies Claud. Conf. Prob. et Olyb. 172 Ante Chyesteis iterum conterrita mensis Intercisa Dies refugos vertetur in ortus, i. interrupta tenebris meride obortis. Cic. in Parad. 6 c. 2 Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis intercisas, i. abruptas, non perfectas. Sed praestat altera lectio, in patrociniis, intercessionibus pecuniarum in coitionibus candidatorum. Intercisi dies, in se, non in alia diuiduntur. Illorum enim dierum quibusdam horis fas est, quibusdam fas non est ius dicere. Nam quum hostia caeditur, fari nefas est: inter caesa et porrecta, fari licet: rursus cum adoletur, non licet. Haec Macrob. Saturn. 1, 16. Varronis locum vid. voce FAS. In Fastis notantur per EN, i. endotercisi, pro intercisi. Iugum intercisum Caes. B. G. 8, 14.

INTERCISE. Adu. [διαικομήτως] Sectim et per incisiones. Cic. in Partit. 24 c. 7 Inuertatur ordo, et idem quasi sursum versus retroque dicatur: deinde idem intercise atque periniste. Gell. 11, 2 Sparsum et intercise.

INTERCISIO, ōnis. f. [διαικόση] Intercisiones stomachi (alii leg. Item rosiones) Plin. 20, 14 quas Dioscorides 3, 26 δηγυδς σωμαχης, id est morsus et erosiones stomachi, vocat. Conf. INTERCIDONA.

INTERCISIMEN, inis. n. Gloss. Lat. Gr. διαικόση.

INTERCISIVVS, a, um. Adi. Limites intercisiui: scil. qui in agris seruantur Frontin. de Colon. p. 112 et 114 Edit. Goef.

INTERCIDŌNA, ae. f. Dea custos fetae mulieris, a securis intercisione sic dicta, *Varrone teste apud August. de Ciu. Dei 6, 9. cuius locum damus voce SILVANVS.*

INTERCIDO, idi, āsum, ěre. [*παρεμπίπτω*] *ex Inter et Cado eadem ratione dictum, qua interire.* Plin. 9, 51 Ea excludunt quinquagesimo die, e quibus multa propter numerum intercidunt. Cic. pro Deiot. 25 De Domitio dixit versum Graecum, eadem sententia, qua etiam nos habemus Latinum, Pereant amici, dum vna inimici intercidant. *Exstare et Intercidere, contraria Plin. 35, 8. Papin. in l. Si bona fide D. de petit. hered. Si periculum erit, ne inter moras actiones intercidant.* Gratia beneficii intercidit Senec. de Ben. 3, 1. Honos intercidit aevo Sil. 3, 440. Modest. in l. Legatum D. De capite minutis, Morte quidem legatarii legatum intercidit, capitis tamen diminutione interueniente perseuerat. Libertas intercidit, *i. perit Vlpian. in l. Si debitor §. vlt. D. de fideicommiss. libertatib.* Memoria intercidit Liu. 2, 8. *Conf. Justin. 2, 4, 33.* Nomen longis intercidit annis Ouid. Fast. 2, 443. Obsides intercederunt Vlpian. in l. 1 D. ad l. Iuliam maieff. Liu. 21, 8 Nullo inter arma corporaque vano intercedente Telo. *Et 38, 22 Quum quo plures ac densiores erant, eo minus vani quidquam intercederet Teli. Ita et 26, 39. Quod si intercederit tibi nunc aliquid Horat. Serm. 2, 4, 6 Si per meam interpellationem turbato tibi aliquid exciderit memoria.* Liu. 3, 10 Quod intercidit, non raptum a volucris, sparsum ita iacuisse per aliquot dies, vt nihil odor mutaret. Si quae intercederunt, non tam re, quam suspitione violata Cic. Fam. 5, 8. *i. 25 inciderunt, inter haec acciderunt.*

INTERCILIVM, i. n. Quod est medium inter cilia, sine pilis. Gloss. Gr. Lat. *μεσόφρον.*

INTERCINO, inui, entum, ěre. [*μισθόδω*] Hor. in Arte Poët. 194 — Neu quid medios intercinat aclus, Quod non proposito con- 30 ducat, et haereat apte, *i. nihil audiatur in fabula, quod non ad propositum faciat.*

INTERCINCTVS, a, um. Partic. ab Intercingo. Plin. 37, 10 Candore intercincto variis coloribus. *Gelenius legit Interstincto.* Idem 36, 8 Thebaicus intercinctus aureis guttis, inuenitur in Africae 35 parte Aegypto adscriptae.

INTERCISE, INTERCISIO, INTERCISVS, vid. INTERCIDO.
INTERCIPIO, ěpi, eptum, ěre. [*διαλαμβάνω*] *Capere aliquem, vel aliquid velut de media via, certe de improviso, ex transuerso, etc.* Caes. Bell. Gall. 5, 38 Repentino equitum interuentu interciperentur. 40 *Conf. Sueton. August. c. 14. Curt. 9, 6, 12. Agrum Liu. 3, 71 extr. dicuntur Romani, cum arbitri sumti, agrum litigiosum sibi vindicant.* Cic. pro Cluent. 166 Id quum daretur in nullo, Balbutium quendam eius familiarem interceptisse, bibisse: statimque esse mortuum. Epistola intercepta Curt. 6, 9, 13. *vid. mox Literas.* Exercitum interciperi Tacit. Agric. 5, 4. Nepos 11, 2, 3. Iter Liu. 45 6, 9 *vbi al. interseptis.* Curt. 4, 2, 9. Laudem Phaedr. 4, 11. Librum Quinctil. in prooem. 1. Literas interciperi, *Interea dum perferuntur, occupare et reserare, insciis illis, ad quos mittuntur.* Cic. Q. Fratr. 3, 2 Ego ad te, ne haec quidem scribo, quae palam in Re- 50 publica turbantur, ne cuiusquam animum meae literae interceptae offendant. *Add. Cic. Att. 1, 13. Conf. Cass. ad Cic. Fam. 12, 12. Pecuniam Sueton. Domit. c. 17. Regnum Vict. de Viris Illustr. c. 6. Res alicuius Ouid. Met. 9, 122. Serinonem medium, interpellare Quinctil. 6, 4. Victoriam alieno labore quaesitam Vict. de Viris Illustr. c. 60 pr. Oblivio intercipit aliquid Plin. in Paneg. c. 75, 1. Ter. Eun. 1, 1 extr. Nam quod nos capere oportet, haec intercipit.* Interceptus mortalitate rex, *Praeuentus, praepeditus Plin. Epist. 10, 50. Sic, Intercipi morbo Colum. 9, 3.*

INTERCEPTIO, ōnis. f. [*διάληψις*] Cic. pro Cluent. 167 60 c. 60 Per quem porro datum? vnde sumtum? quae deinde interceptio poculi?

INTERCEPTOR, ōris. m. Liu. 4, 50 Praedaene interceptorem fraudatoremque etiam malum minari militibus? Liu. 3, 72 Clarum hac fore imagine Scaptium, Popul. Rom. quadruplatoris et 65 interceptoris litis alienae personam laturum. *vid. Tac. Hist. 3, 10, 3.*

INTERCEPTVS, ūs. m. Fulgent. Myth. 3 Astutiae interceptu transmigrare.

INTERCLAMO, āre. Ammian. 31, 13 Nostri multis interclamentibus restiterunt. 70

INTERCLINVS, a, um. Adi. Ciuitas interclina rupibus Ambros. in Egesipp.

INTERCLVDO, si, sum, ěre. [*διακλείω, ἀπολαμβάνω, δείρω*] *Interponere aliquid, quo aliquis excludatur, i. prohibeatur aditu.* Cic. Fam. 14, 14 Etiam illud metuo, ne iam intercludamini, vt quum 75 velitis exire, non liceat. Virgil. Aen. 2, 110 Saepe illos aspera Ponti Interclusit hiems, et terruit Auster euntes. Aditus ad aliquem Cic. pro Rosc. Amer. 110. Aduentum inimicorum corporibus suis Idem in Parad. 1. Tacit. Ann. 6, 50 Interclusa Anima, creditus est mortalitatem expleuisse. *vid. Liu. 23, 7. Anima interclusa nimia ab dulcedine, aquai Lucret. 6, 1264. i. ab aqua nimis cupide hausta suffocati.* Commeatum inimicis, *Impedire, et itinera obsidere, ne inimicis commeatus possit deferri Plaut. Milit. 2, 2, 68. Auctor ad Herenn. 1, . . . Caes. Bell. Gall. 2, 23 In consuetudine Populi Romani loca capere, castra munire, Commeatibus intercludere insi- 85 stunt. al. instituunt.* Idem B. G. 1, 48 Eo consilio vti Frumento Commeatuque, qui ex Sequanis et Heduis supportaretur, Caesarem intercluderet. Innocentiae Defensio interclusa respirat Cic. pro Cluent. c. 65. Frumentaria re intercludi Caes. B. G. 1, 23. Cic. Att. 7, 20 At illum ruere nuntiant, iam iamque adesse, non vt ma- 90 num conserat (quicum enim?) sed vt Fugam intercludat. Caes. Bell. Gall. 7, 11. Hostes ab oppido et ponte, et commeatu omni Idem B. Ciu. 1, 68. *Sic Liu. 1, 27 extr. et Id. 27, 42. Iter interclusum Cic. Att. 8, 11. Itinera Caes. Bell. Gall. 7, 11. et B. C. 2, 21 Intercludi Itinere.* Cic. pro L. Agr. 2, 75 Idem vestram Libertatem 95 suis praesidiis et coloniis interclusam tenebunt. Locus interclusus ducto vallo Obsequ. c. 130. Perfugium fortunae Cic. Verr. 5, 131. Prospectu visus intercludere nefasto Stat. Theb. 6, 205. Reditum alicui Iustin. 2, 5, 10. et 2, 13, 5. Liu. 26, 39 Spem commeatus quoque hostibus, si nauali praelio possessionem maris ademisset, in- 100 terclusuri. Spiritus interclusus Curt. 3, 6, 14. et 7, 5, 15. Vias omnes seditionum Cic. pro Rabir. perduell. 3 c. 1. Voce interclusa Iustin. 11, 8, 4. Dolore interclusa, *i. impediri Cic. Att. 8, 8.*

INTERCLVSIO, ōnis. f. [*διάνκλισις*] *Impedimentum, occupatio.* Cic. de Orat. 3, 179 c. 46 Clausulas enim atque interpuncta 105

verborum, animae interclusio, atque angustiae spiritus attulerunt. *Parentthesis* Interclusio vocatur a Quinctil. 9, 3.

INTERCOLUMNIVM, i. n. [μεσσηλον] Spatium, quod est inter columnas aedificiorum. Cic. Q. Fratr. 3, 1, 2 Topiarium laudavi: ita omnia conuestiuit hederam, qua basin villae, qua intercolumnia ambulationis, vt, etc. Idem Verr. 1, 51.

INTERCONCILIO, are. [διαλλάττω] Inter se conciliare. Quinctil. 12, 10, 59 In docendo autem acumen, in interconciliando lenitas, in mouendo grauitas videatur. Et paulo ante, Siue aliud interconciliandi praestare videtur officium.

INTERCREATVS, a, um. Adi. Humor augmento passionis intercreatus Caes. Aur. Tard. 5, 1.

INTERCVLCO, are. [ἐμφράττω] ex Calco, vt Inculco. Columel. 12, 43 Et deorsum versus spectantes ollae componuntur, ita distantes, vt interculcari possint vinacea.

INTERCVRRO, curri, cursum, ere. [διαδέω, παρεμπίπτω] Interuenire, et intercedere celeriter. Cic. Philipp. 8 c. 6 Pugnatur acerrime: qui intercurrerent misimus tres principes ciuitatis: hos contempsit. Liu. 5, . . . Cic. Tusc. 2, 36 Ergo his laboriosis exercitationibus et dolo intercurrit. Intercurrunt, cinguntque has vrbes Tetrarchiae Plin. 5, 18.

INTERCVRRENS, entis. Partic. [παρεμπίπτων] Plin. 12, 3 Folium mali Assyriae est vnedonis intercurrentibus spinis.

INTERCVRSVS, a, um. Adi. Ammian. 15, 10 Intercursum spatium maris.

INTERCVRSVS, us. m. [παρεμπίπτω] Interuentus intercessio. Liu. 2, 29 Consulum intercurfu rixa sedata est. Sic 30, 11 extr. Deinde vt pedes Romanus repentino per turmas suas viam danteis intercurfu stabilem aciem fecit, etc. Add. 34, 3. Tacit. Hist. 2, 36

Quum intercurfu Tribunorum, Centurionumque protegitur. Liu. 37, 42 Et impeditus intercurfu suorum vsus praelongarum hastarum.

INTERCVRSO, are. [παρεμπίπτω] Frequentat. Plin. 29, 4 Vnum simile formicae, sed multo maius, ruffo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurfantibus respersum guttis. Conf. Idem 3, 26. Liu. 21, 35 Intercursantibus barbaris.

INTERCVS, utis. Adi. [ὑδρος, ὑδρος] Quod inter carnem et cutem est, Intestinus. Cic. Off. 3, 92 c. 24 Si quis medicamentum cuiquam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, etc. vid. AQVA. Gell. 13, 8 extr. Intercutibus vitii madentes, quae non foris apparent, sed penis sunt imbibita. Intercutibus stupris oblinati Cato apud Priscian. 6 p. 719 extr.

INTERCVSSVS, us. m. Intercussu luminis Seneca Quaest. Natur. 3, 27.

INTERCVTITVS, i. m. Festo vehementer cutitus, id est valde stupratus.

INTERDATVS, a, um. Adi. [διαδοθεις] Lucret. 4, 866 Propterea capitur eibus, vt suffulciat artus, Et recreet vires interdatus, i. inter corporeos meatus diuisus. vid. INTERDO.

INTERDIANVS, a, um. Adi. Diurnus, ab interdiu. Caes. Aur. Tard. 3, 7 Post interdianum cibum deambulatio adhibenda.

INTERDIARIVS, i. m. Gloss. Lat. Gr. Interdiarius, ἡμεροκλήπις, qui contrarius ἡμεροκλιτος, Dormitator, fur nocturnus. Vid. Cuiac. Obseru. 11, 27.

INTERDICO, xi, ctum, ere. [παραγγέλλω, ἔργω] Proprie interloqui, et inter alium sermonem aliquid dicere. Sic. Aucl. ad Herenn. 2, 17 c. 11 In praesentiarum hoc interdicerere non alienum fuit. Deinde vsitatus, vt intercedere, prohibere significat. Caes. Bell. Gall. 5, 58 Praecipit atque interdicit, perterritis hostibus, atque in fugam conuersis, etc. Dativum cum Ablatiuo frequentissime regit. Liu. 60, 3 extr. Sic vos interdicitis Patribus commercio plebis, ne, etc. Alteri domo interdixit Sueton. August. c. 66. Impersonaliter: Cic. de Senect. 22 Vt quemadmodum nostro more male rem gerentibus patribus, bonis interdici solet. Plin. Epist. 4, 11 pr. Carent enim togae iure, quibus aqua et igni interdictum est. Antiqui, quem Romana ciuitate pellebant, ei aqua et igni interdicebant, communiione omni ciuitatis priuatum significantes: quod duobus his elementis maxime humana indiget vita. Cic. pro Domo 47 c. 18. At quid tulit legum scriptor peritus et callidus? Velitis, iubeatis, vt M. Tullio aqua et igni interdicator? Crudele, nefarium, ne in sceleratissimo quidem cui sine iudicio ferendum. Non tulit, vt interdicator. Quid ergo? vt interdictum sit. O caenum, o portentum, o scelus — vt interdictum sit, cui non sit interdictum? — Quod factum non est, vt sit factum, ferri ad populum, aut verbis vllis sanciri, aut suffragiis confirmari potest? Conf. 82 c. 31 Vbi enim tuleras, vt mihi aqua et igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturnius de Metello tulit: homines seditiosissimi de optimis et fortissimis ciuibus non vt esset interdictum, quod fieri non poterat, tulerunt, sed vt interdiceretur. Hic locus Sophista dignior, quam Tullio. Nonne etiam Graeci δεδούχθω τῆ ἐσχλητῆ et i. g. a. vid. EXILIVM. Passiue, Cic. Fam. 11, 1 Vt aqua et igni interdicator. Idem Phil. 1, 22 c. 9 Leges Caesaris iubent, ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua et igni interdici. Caes. B. G. 6, 46 Quibus quum aqua atque igni interdixisset. Conf. Paterc. 2, 69, 5. it. AQVA n. 4. Quod moribus eorum non poterat interdici socero gener Nep. 22, 3, 2. Cic. de Fin. 1, 7 Sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen ne faciam interdictum puto. Habet etiam Accusatiuum cum Dativio, sed rarius: Sueton. Domit. c. 7 Interdixit histrionibus scenam. Idem Neron. c. 33. Liu. 34, 7 Feminis duntaxat vsum purpurae interdiceremus. Conf. Gronou. ad Sen. Epist. 18 p. 86. Cum Infinitiuo: Suet. Galb. c. 6 Interdixit comitatus peti. Interdixit fieri Ter. Phorm. 4, 4, 27. Dativum unicum regit, pro Obsto: Cic. Verr. 2, 30 Praetor improbus, cui nemo interdicerere possit, det, quem velit iudicem. Sed meliores habent intercedere. Subaudito Dativio: Ter. Hec. 4, 1, 48 Interdico, ne extulisse extra aedeis puerum vsquam velis. Plin. 29, 1 Interdixi tibi de medicis. ex Caton. Ep. ad filium. Cic. pro Caecin. 23 His rebus ita gestis P. Dolabella Praetor interdixit, vt est consuetudo, de vi hominibus armatis. Interdicit Praetor de vi, est, Interdicto de vi pronunciatu iubet, eum, qui vim fecerat, restituere. Cic. pro Caecin. 36 Praetor interdixit, vt vnde deiectus esset, restitueretur, i. edixit. Vlpianus in locum §. si quis dolo D. de tab. exhibend. Si neque amouerit, neque celauerit tabulas: sed idcirco alii tradiderit, ne eas interdicienti exhiberet. Pomponius in l. 1 de locis et itin. publ. Interdicitur, intell. a Praetore. Vlpianus in l. 2 §. hoc interdictum D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, 105 Vt si quid illic fieret, quod priuato noceret, Praetor interdiceret interdicto

dicto suo. *Sed ut Damnare reum dicitur etiam, qui illum damnari a iudicibus efficit: sic Interdicere nonnunquam est interdictum Praetoris impetrare.* Quinctil. 3, 6, 70 Non debuisti interdicere, sed petere, *i. non uti illo nobili interdicto, Vti nunc possidetis, non in possessorio agere, ut nunc loquuntur, sed in petitorio.* Firmat ipse Quinctil. 7, 5, 3 In sponsonibus, quae ex interdictis fiunt, etiam si non proprietatis est, sed tantum possessionis: tamen non solum possedisse nos, sed etiam nostrum possedisse, docere oportebit. *Sic varie construitur.* Vlp. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Nam si ipse quocum interdixit, fecerit, vel iussu eius alius, aut ratum habitum sit, quod fecit, ipse suis sumptibus debet restituere. Idem l. 1 D. de vi et vi armata, Quum autem falsus est procurator, cum ipso tantum procuratore interdicti debere Sabinus ait. *Sic Paulus l. 3 D. vti possidetis §. Labeo quoque.* Vlpianus l. 1 D. de itinere actuque priuato, Si tibi fundum precario concessero, cui via debebatur: deinde tu a domino fundi precario rogaueris, ut ea via ad eum fundum utaris: an noceat tibi exceptio, si aduersus eum velis interdicere, a quo precario viam rogasti. Idem l. si alius D. quod vi aut clam, Quod si tantum noxae dedisset, aduersus dominum operis vtiliter interdicti. Venul. D. de liberis exhibendis l. vlt. Si filius sua sponte apud aliquem est, inutile hoc interdictum erit: quia filius magis apud se, quam apud eum est, in quem interdicetur. *Addimus Constructiones alias quoque verbi Interdico.* Prouincia, Honore, Ordine interdicere Vlpian. l. 7 de interdictis et releg. aliquoties. Plin. 17, 5 Cato breuiter atque ex suo more vitia determinat: Terram cariosam caue, Neue plostro, neue pecore impellas. Quid putamus hac appellatione ab eo tempore reformidari, ut paene vestigiis quoque interdicat? *i. inhibeat, ne quis per eam iter faciat.* Vlpianus in l. 1 §. vlt. D. de offic. Praefect. vrb. Et vrbe interdicere praefectus vrbi, et qualibet alia solitarum regionum potest: et negotiatione, et professione, et aduocationibus, et foro, et ad tempus, et in perpetuum. Interdicere poterit et spectaculis. *Insolens est, quod legitur l. 5 D. de interdictis et releg.* Ut omnium locorum interdicatur, praeter certum locum. *Sed variat lectio.* Contradicere interpretantur Plaut. Capt. 3, 5, 36 Dum pereas, nihil interdico, dicant viuere, *h. e. nihil moror.* Sed al. etiam Gron. Interduo.

INTERDICTVS, a, um. Partic. *Quod prohibitum est.* Sueton. Calig. c. 25, 4 Breuique missam facit, interdicto cuiusquam in perpetuum coitu. Aula Idem Vespas. 14, 2. Vrbe Idem August. 27, 6. Spes interdictae Ouid. Met. 10, 336. Voluptas Hor. Epist. 1, 6, 64. *Est in Digestis 48, 20 Titulus de Interdictis, Relegatis et Deportatis. In ipsis legibus tamen tituli non reperitur hoc Participium, sed, cui interdictum est.*

INTERDICTVM, i. n. [*παράγγελμα, παραγγελία*] *Vim verbi sui habet, ut prohibitionem significet.* Cic. pro Domo 69 c. 26 *legem Clodii, qua ipsi aqua et igni interdictum fuerat, flammam temporis, interdictum sceleris, vocem furoris vocat.* Plin. 11, 37 §. 58 *Infra oculos malae homini tantum, quas prisci genus vocabant, XII tabularum interdicto radi a feminis eas vetantes.* Idem 33, 4 l. 21 *Italiae parci vetere interdicto patrum diximus. Respicit ad 3, 20 l. 24 extr. 50 Metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictum id vetere consulto patrum, Italiae parci iubentium.* Horat. Sat. 2, 3, 217 *Interdicto huic omne adimat ius Praetor, et ad sanos abeat tutela propinquos.* Cic. Attic. 7, 26 *Caesaris interdicta, Si te secundo lumine hic offendero, respuuntur, i. minae prohibentes.* Plaut. Afin. 55 3, 1, 1 *Nequeo ne ego te interdictis facere mansuetam meis? Conf. v. 12 Illo, quem amo, prohibeor.* Iustin. 11, 4 *Athenienses portas refugiis profugorum contra interdictum regis aperuerunt.* ¶ 2 *Interdicta, sunt Formae et conceptiones verborum, quibus Praetor, aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat, quod tunc maxime faciebat, quum de possessione inter aliquos contendeatur. Natura illorum in eo maxime inest, quod non totam causam decidunt, sed interim iudicem instruunt, quis actor, quis reus, quis possessor, sit: non pronuntiat de proprietate, sed de iure possidendi, etc. Est titulus Digestorum 43, 1 de Interdictis, ubi statim l. 1 §. 1 Interdictorum tres species memorantur, exhibitoria, prohibitoria, restitutoria. Nos primo quaedam Ciceronis et aliorum Classicorum loca proferemus: reliqua ex Ictis qualia in Stephanianum thesaurum relata sunt, ponemus immutata, quum tempore exclusi examinare omnia non possimus. Igitur Cic. pro Caecin. 86 c. 30 Cum de vi interdicetur, duo genera causarum esse intelligebant, ad quae interdictum pertineret, vnum, si quis ex loco, in quo esset; alterum, si ab eo loco, quo veniret, vi deiectus esset. Interdictum hic etiam non decedit, quis sit dominus, sed vult possessionem illi restitui, vel seruari, qui sit possessor bonae fidei. Cic. Fam. 7, 32 Urbanitatis possessionem, amabo, quibusuis interdictis defendamus. Id. de Orat. 1, 41 c. 10 Multisque praessem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manum confertum vocarent, quod in alienas possessiones tam temere irruisses. Add. Petron. 13 et 83.* ¶ 3 *Iam collecta ex Ictis Epitheta et Verba repetemus, obseruato antea, diuersa interdicta relata librum 42 Digestorum, ad quem totum inscriptio de interdictis pertinet. Itaque Titulus primus generalia Interdictorum habet. Deinde referuntur t. 2 Interdictum Quorum bonorum, t. 3 Quod legatorum, t. 4 Ne vis fiat, t. 5 de tabulis exhibendis, t. 6 Ne quid in loco sacro fiat, etc. t. 17 Vti possidetis, t. 24 Quod vi aut clam: ubi semper indicatur prohibitorium ne sit, an restitutorium, an exhibitorium: quorum characteres in ipsis Edicti perpetui verbis sunt vim fieri veto, restituas, exhibeas. Illud etiam apparet inductione, pleraque interdicta esse prohibitoria, posseque adeo referri ad illam primam verbi interdicere significationem, vetandi, prohibendi. Quae iam porro sequuntur ex legibus, bona esse spero, non praesto.* Paulus l. pen. D. de interdictis et extraord. action. Ex quibus causis Annua interdicta sunt, ex his de eo, quod ad eum peruenit, cum quo agitur, post annum iudicium dandum Sabinus respondit. Paul. l. 2 D. de interdictis et extraord. action. Interdictorum quaedam duplicia sunt, quaedam simplicia. Duplicia dicuntur, ut Vti possidetis. Simplicia sunt, veluti Exhibitoria, et restitutoria, item prohibitoria. De arboribus caedendis, et De itinere actuque. *Rursus ibidem in fine.* Paul. l. pen. sub finem, D. vti possidetis, Si vicinus meus in parte mea tectoria habeat, et in parte sua: Vti possidetis interdictum mihi Efficax est, ut ea tollere compellatur. Vlpian. l. neque D. de vi et vi armata, Neque vnde vi, neque aliud interdictum Famofum est. Paul. l. vlt. D. de interdict. extraord. action. Interdicta Noxalia ea sunt, quae ab delictorum quos in potestate habemus, dantur. Vlpian. D. de migrando l. 1 in fin. Hoc interdictum Perpetuum est, et in suc-

- cessores et successoribus dabitur. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum perpetuum et Populare est. Pompon. D. de precario l. et habet, Quum quis de re sibi restituenda cautum habet: Precarium interdictum ei non competit.
- 5 Julian. ibid. l. duo, Et ideo Precario interdicto mihi tenetur. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, *in fine*, Interdictum hoc non esse Temporarium, sciendum est. Julian. l. qui possessionem D. de vi et vi armata, Si te vi deiecero, illico tu me, deinde ego te: Unde vi interdictum tibi Vtile erit.
- 10 Paull. l. 3 D. vti possidetis, Item videamus, si proiectum supra vicini solum non iure habere dicatur, an interdictum Vti possidetis sit Vtile alteri aduersus alterum. et est apud Cassium relatum, vtrique esse inutile. Sic Cels. l. vlt. D. de itinere actuque priuato. Vlp. l. is, qui in puteum D. quod vi aut clam, Eueniet, vt in ipsum tutorem curatoremque, aut vtilis actio competat, aut etiam Vtile interdictum.
- 15 ¶ 4 *Verba*: Vlpian. l. nam etsi D. quod vi, aut clam, Nam et si ramos quis de arboribus abstulerit, ad hoc interdictum Admittimus haec ita, si de aedificio tegulas sustulerit. Eodem titulo Venuleius, Quamquam autem colonus et fructuarius fructuum nomine ad hoc interdictum Admittantur: tamen et domino id competit, si quid praeterea eius interfit. Vlpian. l. 3 D. de tabulis exhibendis, Si tabulae testamenti apud aliquem depositae sint a Titio: hoc interdicto Agendum est, et cum eo, qui detinet, et cum eo, qui deposuit.
- 20 Idem l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Item Nerua scribit, si tecum interdicto Agatur: nihil ultra te facere cogendum, etc. *Ibidem non ita procul a fine*, Si tamen actor sua impensa arborem tollere paratus fuerit: recte tecum Acturum interdicto de via publica reficienda. Sed si pro derelicto non habeas: recte tecum agi hoc interdicto. Vlpian. l. 1 D. de itinere actuque priuato, Si quis autem, quum putaret fundum ad se pertinere, suo nomine iter fecerit amicus meus: vtrique sibi, non mihi interdictum Acquisisse intelligitur. Julian. l. interdictum D. quod vi aut clam, Interdictum, Quod vi aut clam per quemuis domino Acquiritur, licet per inquilinum. Vlpian. l. 1 D. quod legatorum, Si quis ex mortis causa donatione possideat, vtrique Cessabit hoc interdictum. Paullo post, Nam et hic dicendum est, pro ea parte qua heres est, Cessare interdictum. Idem l. 1 D. de fluminibus, ne quid, etc. Si autem flumen priuatum sit, Cessabit interdictum.
- 30 Paul. l. 2 D. de interdictis et extraord. action. Interdicta vero Competunt vel hominum, vel diuini iuris causa, et de religione. Paullo post, Adipiscendae possessionis sunt interdicta, quae Competunt his, qui ante non sunt nacti possessionem. Vlp. l. 1 D. quod legatorum, *non procul a fine*, Si alter ex heredibus, iisue ad quos ea res pertinet, voluerit rem a legatario possideri, alter non: ei, qui noluerit, interdictum Competere: ei, qui voluit, non Competere palam est. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Aduersus eum, qui molem in mare proiecit, interdictum vtile Competit ei, cui forte haec res nocitura sit. Idem D. ne quid in flumine publico, etc. Hoc interdictum cuius ex populo Competit, sed non aduersus omnes: verum aduersus eum, qui id egit, vt aliter aqua flueret, quum ius non haberet. Vlpian. l. 1 ne quid in loco sacro fiat, Hoc interdictum de loco sacro, non de sacratio Competit. Paul. l. 4 D. de tabulis exhibendis, Si sint tabulae apud pupillum, et dolo tutoris deserint esse: in ipsum tutorem Competit interdictum. Vlp. D. ne quid in flumine publico, etc. Hoc interdictum et in heredes Competit. Vlp. l. is, qui in puteum D. quod vi aut clam, Et hoc interdictum Complectitur, quodcumque aut vi aut clam factum est. Venul. l. vlt. D. de cloacis, Quamquam de reficienda cloaca, non etiam de noua facienda hoc interdicto Comprehendatur: tamen aequae interdicendum Labeo ait, ne facienti cloacam vis fiat. Vlpian. l. 1 D. de interdictis et extraord. actionib. Interdicta omnia, licet in rem videantur Concepta, vi tamen ipsa personalia sunt. Idem D. quod vi aut clam l. semper aduersus, *in fine*, Quia autem hoc interdictum
- 65 continet hoc, quod interest: si quis aliqua actione fuerit Consecutus id, quod interfuit, opus non esse non factum: consequens erit dicere, ex interdicto nihil eum Consequi oportere. Vlpian. l. 3 D. de tabulis exhibendis, Si tabulae in pluribus codicibus scriptae sint, omnes interdicto isto Continentur. Paul. l. 2 D. de interdictis et extraordin. action. Quaedam interdicta rei persecutionem Continent: veluti, De itinere actuque priuato. nam proprietatis causam Continent hoc interdictum. Sed et illa interdicta, quae de locis sacris et de religiosis proponuntur, veluti proprietatis causam Continent. item illa, quae sui iuris tuendi causa diximus competere: vt non sit mirum, si quae interdicta ad rem familiarem pertinentia, proprietatis causam, non possessionis habeant. Sic Vlpian. l. 1 D. quod legatorum, in ipso paene legis initio. Idem D. quod vi aut clam l. semper aduersus, *in fine*. Triphon. lege penult. D. de vi et vi armata, Quamquam ego moram fecero, quo minus interdicto te Conuenirem. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Si forte in publico fiet opus, quod ad priuati damnum redundet: prohibitorio interdicto potest Conueniri. *Ibid. non procul a fine*, Idem Labeo scribit, si vicinus fundi sui causa id fecerit, me non posse hoc interdicto Conueniri. Idem l. 1 D. de fluminibus, ne quid, etc. Dandam exceptionem ei, qui interdicto Conuenitur. Vlpian. D. de liberis exhibendis l. 3 Sed vtrique debet esse is, qui eum interdicto Defendat. Idem l. 3 D. de itinere actuque priuato, Itaque qui hoc interdicto vtitur, duas res debet ostendere: et hoc anno se vsum, et ei seruitutem competere. Caeterum si desit alterutrum, Desicit interdictum. Vlpian. l. 1 D. de aqua cotidiana, Idem Labeo scribit, etsi Praetor hoc interdicto de aquis frigidis sentiat, tamen de calidis aquis interdicta non esse Deneganda. Id. D. de Saluiano interdicto l. vlt. In Saluiano interdicto si in fundum communem duorum pignora sunt ab aliquo inuecta: possessor vincet, et erit eis Descendendum ad Seruianum interdictum. Vlpian. l. 3 D. de libero homine exhibendo, Sed si mulier vel pupillus hoc interdictum Desiderent pro cognato, vel parente, vel affine suo solliciti: dandum esse eis interdictum, dicendum est. Paul. l. 2 de interdictis et extraord. action. Reliqua interdicta rei familiaris causa Dantur. *vid.* Noxale interdictum. Idem Paul. l. vltim. D. quod legatorum, Si legatarius repromissione contentus fuit, Dandum est interdictum. Vlpian. l. 1 D. de via publica, Interdictum hoc perpetuo Dabitur, et omnibus, et in omnes. Idem l. 3 D. de interdictis et extraord. action. In interdictis exinde
- 100 ratio habetur fructuum, ex quo Edita sunt, non retro. Paul. l. vlt.

I. vlt. D. quod legatorum, Sed si forte factum sit per legatarium, quo minus satisfidetur: eo autem tempore, quo Editur interdictum, satis accipere paratus sit, non competit interdictum, nisi satisfidatum sit. *Paullo post*, Illud enim tempus inspicitur, quo interdictum Editur. Vlpian. l. 1 D. ne vis fiat ei, qui, etc. Est in potestate successorum, Euitare interdictum, satisfidatione oblata. Vlpian. l. 1 D. vti possidetis, Restituendae possessionis ordo aut interdicto Expeditur, aut per actionem. Vlpian. l. 3 D. ne vis fiat ei, qui, etc. Sed si mulier velit in factum actione vti: ad exemplum creditorum magis, quam interdicto posse eam Experiri, sciendum est. Idem l. 3 D. de tabulis exhibendis, Si heres scriptus hoc interdicto Experiat, ad hereditatem referenda est aestimatio. Sic Iulian. l. pen. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat. Paull. l. quum a te D. de vi et vi armata, Quum a te vi deiectus sim, si Titius vi eandem rem possidere coeperit: non possum cum alio, quam tecum Experiri interdicto. Papinian. l. quum fundum D. de vi et vi armata, Eum, qui fundum vindicauit ab eo, cum quo interdicto Vnde vi potuit Experiri pendente iudicio, nihilominus interdicto recte agere placuit. Vlpian. D. de libero homine exhibendo l. 3 *sub fine*, Si tamen reus condemnatus malit litis aestimationem sufferre, quam hominem exhibere, non est iniquum, saepius in eum interdicto Experiri, vel eidem sine exceptione, vel alii. Vlp. l. 1 D. de vi et vi armata, Plane si quis velit de possessione quidem rei soli per hoc interdictum Experiri, de rebus vero mobilibus ad exhibendum actione: potest habere hoc in suo arbitrio. Finitur interdictum: Vlp. l. 1 D. de aqua cotidiana, *in fine*. Idem l. is, qui in puteum D. quod vi aut clam §. si postea. Vlpian. l. 1 D. quod legatorum, Hoc interdictum et heredem heredis bonorumque possessoris Habere, recte propter utilitatem dicendum est. Idem l. 3 D. de tabulis exhibendis, Si ipse testator, dum viuit, tabulas suas dicat esse, et exhiberi desideret, interdictum hoc non Habebit: sed ad exhibendum erit agendum, vt exhibitas vindicet. *Rursus idem* l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Si quis in mari piscari aut nauigare prohibeatur, non Habebit interdictum: sed iniuriarum actione vtendum est. Vlpian. l. 3 D. ne vis fiat ei, qui, etc. At si quis volet vti interdicto: consequens erit dicere, interdictum locum Habere. Id. l. 1 D. de tabulis exhibendis, Siue supremae tabulae sint, siue non sint, sed priores: dicendum, interdictum hoc locum Habere. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum etiam ad ea, quae pascuntur in via publica, itinereue publico, et deterioriorem faciunt viam, locum Habet. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Interdictum locum Habebit aduersus vicinum tuum. *Ibidem non ita procul a fine*, Hoc interdictum locum Habere etiam aduersus eum, qui dolo malo fecit, quo minus possideret. Paullus l. vi facit D. quod vi aut clam, Item si prohibiti heres, vel is, qui ab eo emerit, ignorans causam praecedentem, fecerit: dicendum esse Pomponius ait, non Incidere eum in interdictum. Vlpian. l. 1 D. vti possidetis, Perpetuo autem huic interdicto Insunt haec: quod nec vi, nec clam, nec precario ab illo possideas. Id. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Ad ea igitur loca hoc interdictum pertinet, quae publico vsui destinata sunt: vt si quid illic fieret, quod priuato noceret, Praetor Interdiceret interdicto suo. Paullus l. interdictum D. de precario, Interdictum de precariis merito Introductum est, quia nulla eo nomine iure ciuili actio est. Africanus D. de liberis exhibendis, l. penult. Si cum, qui patremfamilias dicat, ego in mea potestate esse, et iussu meo adisse hereditatem dicam: tam de hereditate agi oportere, quam ad interdictum de filio ducendo Iri debere ait. Vlpian. l. D. de loco publico fruendo, Sed si simul veniant ad interdictum Mouendum ipse, qui conduxit, et focus eius: magis est, vt ipse conductor praefatur. Idem titulo, Vt in flumine publico nauigare liceat, Si quis velit interdictum tale Mouere, vt locus deprimatur pecoris appellendi gratia: non debet audiri. Idem D. de libero homine exhibendo l. 3 *sub fine*: Et D. de liberis exhibendis l. 3. Marcellus l. colonus D. de vi et vi armata, Igitur interdictum Vnde vi colono competiturum: ipsunquae simili interdicto locatori Obstrictum fore. Vlpian. l. 1 D. vti possidetis, Et illud quidem interdictum Oppugnat possessorem, hoc tuetur. Idem l. 1 D. de vi et vi armata, Si quis tamen neget, se seruum vel familiam defendere: cogendus est Pati hoc interdictum, ad hoc scilicet, vt quod ad eum peruenerit, restituat. Verba interdicti late Patent Vlpian. l. si alius D. Quod vi aut clam §. notauimus. Idem D. de fonte, *in fine*, Sed et de lacu, puteo, piscina reficiendis, purgandis interdictum competit: et omnibus personis dabitur, quibus Permittitur interdictum de aqua aestiua. Vlpian. D. de ripa munienda, Nam post opus factum, Persequendi hoc interdicto nulla facultas superest, etiam si quid damni postea datum fuerit: sed lege Aquilia experiendum est. Vlpian. l. 1 D. de tabulis exhibendis, Hoc interdictum Pertinet non tantum ad testamenti tabulas, verum ad omnia, quae ad causam testamenti pertinent. *Ibidem in fine*, Hoc interdictum ad viui tabulas non Pertinet. Idem l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum ad ea loca, quae sunt in fisci patrimonio, non puro Pertinere. *Paullo post*, Ad ea igitur loca hoc interdictum Pertinet, quae publico vsui destinata sunt. Idem l. 1 D. de fluminibus, ne quid, etc. Nec Pertinet ad hoc interdictum, si quid in priuato factum sit. Porrigitur latius interdictum, *vid.* Scribere interdictum. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum ex eadem causa Proficiscitur, ex qua et superius. Paullus l. 2 D. de interdictis et extraord. action. Illa interdicta, quae de locis sacris et de religiosis Proponuntur, veluti proprietatis causam continent. Vlpian. l. 1 D. ne vis fiat ei, qui, etc. Hoc interdictum summa prouidentia Praetor Proposuit. Paullus l. 1 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, In loco publico Praetor prohibet aedificare, et interdictum Proponit. Vlpianus ibidem l. 2 Propterque eam rem hoc interdictum Propositum est. Idem l. 1 D. de vi et vi armata *pr.* Hoc interdictum Proponitur ei, qui vi deiectus est. Etenim fuit acquirissimum, vi deiecto subueniri: propter quod ad recuperandam possessionem hoc interdictum proponitur. Vlpian. l. 3 D. de vi et vi armata, Hoc interdictum etiam aduersus eum Proponitur, qui dolo malo fecit, quo quis armis deliceretur. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum prohibitorium est: et tam publicis utilitatibus, quam priuatorum per hoc Prospicitur. Idem l. 1 D. ne quid in flumine publico, etc. Hoc interdicto Prospexit Praetor, ne deriuationibus minus concessis flumina exarescant. Idem D. vt in flumine publico nauigare liceat, Hoc interdicto Prospicitur, ne quis flumine publico nauigare

prohibeatur. Vlpian. l. 3 D. de libero homine exhibendo, Plane si dubitat vtrum liber an seruus sit, vel facit status controuersiam: Recedendum erit ab hoc interdicto, et agenda causa libertatis. Vlpian. l. 1 D. quod legatorum, Quia autem nonnunquam incertum est, vtrum quis pro legato, an pro herede, vel pro possessore possideat: bellissime Arrianus scribit, et hereditatis petitionem in eum instituendam, et hoc interdictum Reddendum, vt siue quis pro herede, vel pro possessore, siue pro legato possideat, hoc interdicto teneatur. Vlpian. D. ne quid in flumine publico, etc. Si quid, ne fiat, prospicitur: superiore interdicto erit vtendum: et si quid post interdictum Redditum fuerit factum, coërcetur. Idem l. 4 D. de vi et vi armata, Si vi me deiecerit quis nomine municipum: in municipes mihi interdictum Reddendum Pomponius scribit, si quid ad eos peruenerit. Paulus l. vlt. D. vti possidetis, In summa puto dicendum, et inter fructuarios hoc interdictum Reddendum: etsi alter vsus fructum, alter possessionem sibi defendat. Sic Iulian. l. 1 D. de Saluiano interdicto. Vlpian. l. 3 D. de vi et vi armata, Dicendum est etiam ad eas res Referrī hoc interdictum debere. Idem l. 1 D. vti possidetis, Tunc si res soli sit, de cuius possessione contenditur, ad hoc interdictum Remittentur. Idem l. quaesitum est D. de precario, Ex hoc interdicto Restitui debet in praesentem causam. Vlpian. D. ne quid in flumine publico etc. *sub finem*, Hoc interdictum restitutorium proponitur. Superius enim prohibitorium est: et pertinet ad ea, quae nondum facta sunt. Si quid igitur iam factum est: per hoc interdictum Restituetur. Vlpian. l. 1 D. de vi et vi armata, Vt etiam sine culpa eius mortuis hominibus, aestimationem eorum per interdictum Restituere debeat. Venul. l. sed etsi D. de precario, Sed etsi eam rem, cuius possessionem per interdictum vti possidetis Retinere possem, precario tibi concesserim, teneberis hoc interdicto. Vlpian. D. de libero homine exhibendo l. 3 *in fine*, Hoc interdictum et in absentem esse Rogandum, Labeo scribit. Paulus l. 2 D. de interdictis et extraord. action. Haec autem interdicta, quae ad rem familiarem Spectant, aut adipiscendae sunt possessionis, aut recuperandae, aut retinendae. Vlpian. l. 1 D. vti possidetis, Hoc interdictum de soli possessore Scriptum est, quem potiore Praetor in soli possessione habeat. Idem l. et qui aliter D. quod vi aut clam, Et quum interdictum sit sic Scriptum, Quod vi aut clam factum est, non ita, Quod vi aut clam fecisti: latius porrigi id, quam ad has personas quas supra memorauimus, Labeo putat. Vlpian. l. vlt. D. ne vis fiat ei, qui etc. Per interdictum etiam ei Subuenit Praetor, qui damni infecti ab eo in possessionem missus est, ne ei vis fiat. Idem l. is, qui in puteum D. quod vi aut clam, Hoc iure vtimur, vt etsi vi et clam factum sit, interdictum hoc Sufficiat. Sum: vt, Est locus interdicto: Vlpian. l. 1 D. quod legatorum, Illud tenendum est: siue a te, siue ab eo, in cuius locum successisti, possideri aliquid coeptum est: interdicto huic locum fore. Rursus ibidem, sub finem legis. Idem l. 1 D. de tabulis exhibendis, Dicendum est interdicto locum fore. Paulus D. quod vi aut clam l. competit, Potest dici, et fructuarii interesse propter voluptatem et gestationem, et esse huic interdicto locum. Sic Venuleius eodem titulo, l. si vitem meam. Paulus l. 3 D. vti possidetis, Ego possideo ex iusta causa: tu vi, aut clam, si a me possides, superior sum in interdicto, si vero non a me, neuter nostrum vincetur. Idem l. 3 D. vti possidetis, Dominus autem soli tam aduersus alium, quam aduersus superficiarium potior erit in interdicto Vti possidetis. Paulus in l. vlt. D. quod legatorum, *in fine*, Item si per bonorum possessorem stetit, quo minus satisfaceret, sed modo paratus est cauere: Tenet interdictum. Idem l. vlt. D. ne vis fiat ei, qui etc. Siue ergo promittat, siue per eum non fiat, quo minus promittat: non Tenebit interdictum. Vlpian. l. 1 D. de vi et vi armata, Si fundus, a quo vi expulsus sum, mihi restitutus esset: caeterae vero res, quae vi ablatas sunt, non restituerentur: hic dicendum est, interdictum nihilominus Tenere: quia verum est, me vi esse deiectum. Papinian. l. Quum fundum D. de vi et vi armata, Placebat, colonum interdicto venditori Teneri. Paulus *post*, Et ipsum interdicto colono teneri. Paulus l. vltim. D. quorum bonorum, Interdicto Quorum bonorum, debitores hereditarii non Tenentur, sed tantum corporum possessores. Vlpian. l. 1 D. quod legatorum, Qui vero ex causa praeceptionis possidet, vtique Tenetur hoc interdicto. Idem l. 1 D. ne vis fiat ei, qui etc. Hoc edicto neque pupillum neque furiosum Teneri constat. Rursus Idem l. 3 D. de tabulis exhibendis, Si custodiam tabularum aedituus vel tabellarius suscepit, dicendum est Teneri eum interdicto. Si penes seruum tabulae fuerint, dominus interdicto Tenebitur. Vlpian. D. de liberis exhibendis l. 3 Et ex hisdem causis hoc interdictum Tribuendum est, ex quibus causis de exhibendis liberis competere diximus. Vlpian. D. vt in flumine publico nauigetur, Ergo et si a municipibus conductum habet: aequissimum erit, ob vetricalis fauorem interdicto eum Tueri. Idem l. 1 D. vti possidetis, Et illud quidem interdictum oppugnat possessorem, hoc tuetur. Paulus *post*, Interdictum autem, quod est Vti possidetis, possessorem praedii tuetur. Vlpian. l. 1 D. de tabulis exhibendis, Sed et si falsum esse dicatur testamentum, vel ab eo factum, qui testamenti factionem non habuerit, dicendum est interdictum Valere. Vlpian. D. ne quid in flumine publico, etc. *in fine*, In hoc interdicto restitutorio non est iniquum Venire (vt Labeo ait) etiam quod dolo factum est, quo minus haberes. Vlpian. l. 1 D. de vi et vi armata, Et ideo, si quid postea desit illuc esse, dicendum erit in interdictum Venire. Idem D. quod vi aut clam l. Semper aduersus, *ad finem*, Culpam quoque in hoc interdictum Venire, erit probandum. Vlpian. l. 3 D. ne vis fiat ei, qui etc. At si quis volet Vti interdicto, consequens erit dicere, interdictum locum habere. Idem l. 3 D. de tabulis exhibendis, *in fine*, Ideo et si heres sit, qui interdicto vsus, aestimationem consecutus est: eadem erit aestimationis distinctio. Rursus Idem l. 2 Ne quid in loco vel itinere publico fiat, Idem ait, non esse ab re, de ea re interdicto Vti. Idem l. si alius D. quod vi aut clam, Vtor aduersus te interdicto. Paulus *post*, Et Vtaris aduersus me interdicto.

INTERDICTIO, ōnis. f. [*εἰρησῆς*] Cic. pro Domo 78 c. 30 Id autem, vt esset faciendum, non adeptione ciuitatis, sed tecti, et aquae et ignis interdictione faciebant. Conf. Vlpian. l. 2 D. de Poenis: et Arnob. 2 p. 49 Quisquamne illorum aliquando verbo vno potuit — seruunculum, scabiem, aut inhaerentem spinulam callo, vna interdictione sanare? vno imperio, ne porro turbat.

INTERDICTOR, ōris. m. Tertull. Praefr. aduers. Haer. c. 33. et aduers. Marc. 2, 9 extr. et de Ieiun. c. 15.

INTERDICTORIUS, a, um. Adj. Praeceptum interdictorium Saluian. contra Auar. 3 p. 130.

INTERDIGITALIA, um. n. Pl. *Morbi species.* Plin. Valer. 2, 52.

INTERDIGITIA, ium. n. Pl. *Idem.* Marc. Empir. c. 33. 5

INTERDIV. Adu. temporis. [*μεθ' ἡμέρας*] i. Die, vel Per diem, aut Dum dies est: cui opponitur Noctu. Ter. Adolph. 4, 1, 15 Cato de R. R. c. 124 Canes interdium clausos esse oportet, ut noctu acriores et vigilantiores sint. Plin. 18, 6 Malum patremfamilias, quisquis interdium faceret, quod noctu posset, nisi intempestate caeli. Conf. 10

A. ad Herenn. 2 c. 4. Interdium, etiam antiquis dictum est pro eodem. Plaut. Mostel. 2, 2, 14 Sed quid hoc? occlusa ianua est interdium. Idem Afin. 3, 3, 9. et Aul. 1, 1, 33.

INTERDIARIUS, vid. supra s. 1.

INTERDO, are. Aestimare: pro quo antique INTERDUO habet 15 Plaut. Capt. 3, 5, 36 Dum pereas nihil interduo. Idem Rud. 2, 7, 22. Qui sis qui non sis, floccum non interduim Trin. 4, 2, 152.

INTERDATUS, a, um. Partic. Lucret. 4, 866 Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus: Et recreet vires interdatus, etc. i. jubinde, per intervalla, datus. 20

INTERDVATIM, et **INTERATIM**, dicebant antiqui, quod nunc Interdum et Interim. Festus.

INTERDVCA, ae. f. Dea Iuno, quae et Domiduca dicitur. Mart. Capell. 2 p. 37.

INTERDVCTVS, us. m. [*διασολή*] Pro illis interpunctis, 25 distinctionibus et incis, quae inter sententias a librariis duci solent. Cic. in Orat. 228 c. 68 Ne infinite feratur ut flumen oratio, quae non aut spiritu pronuntiantis, aut interductu librarii, sed numero coacta debet insistere.

INTERDVUM. Adu. [*ἐσθ' ὅτε, ἐπιοτε*] Nonnunquam. Ter. 30 Eun. 2, 3, 74 Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. Virg. Georg. 1, 399 Interdum aut hederæ pandunt vestigia nigrae. Interdum docta plus valet arte malum Ouid. ex Pont. 1, 3, 18. Geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias Cic. de Orat. 3 c. 54. M. Piso habuit a natura genus acuminis, sed 35 saepe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum etiam factum Id. de Cl. Orat. c. 67. Add. Suet. Caes. c. 81. Iterum et tertio recurrit apud Cels. 1, 1. et 4, 2. et 6, 6. Add. Cic. in Orat. c. 59. et ad Att. 12, 15. Aliquando pro Interea aut Interim ponitur: ut contra Interim pro Interdum: vid. omnino Drakenb. ad Sil. 6, 30. 40

INTEREA. Adu. temporis. [*ἐν τῷ μεταξὺ, ἐν τέρῳ*] Interim, tantisper, hoc interim spatio. Particula est, ut ait Seruius ad Aen. 10, 1 quae negotia semper praeteritis futura coniungit. Ter. Hec. 1, 2, 82 Quid interea? ibatne ad Bacchidem? Vbi Donatus: Interea, Inter eos dies. Virg. Aen. 10, 833 Interea genitor Tiberini ad 45 fluminis vndam, etc. Vbi Seruius: Interea, Dum haec geruntur. Et omnino sic est apud Poetas Interea sicut est apud Sallustium, Eodem tempore. Cic. Verr. 2, 42 Interea dies aduenit, quo die sese, etc. Ter. Heaut. 4, 7, 5 Tu hic nos, dum eximus, interea opperire. Idem Eun. 5, 2, 56 Visne interea dum is venit, domi op-

periamur potius quam ante ostium? Interea, i. Tamen. Virg. Georg. 2, 83 Nec nulla interea est inaratae gratia terrae. Quum interea: i. Quum tamen, Indicatio iunctum. Cic. pro Cluent. 82 Quum interea vestigium nullum Cluentianae pecuniae inuenitis. Interea loci: Ter. Heaut. 2, 3, 16 Dum ego propter te errans patria 55 careo demens, tu interea loci collocupletasti te Antiphila. Conf. Idem Eun. 1, 2, 46. Diomed. 2 p. 428 In compositis dictionibus vnus accentus est, non minus quam in vna parte orationis, ut *malesanus, interealoci.* Accentus (f. infer. vt) in integris dictionibus obser-

vantur. Priscian. de Accentibus p. 1288 Ambiguitas pronuntiandi 60 saepe legem accentuum perturbat, ut si quis dicat *interealoci* — quod non separatim, sed sub vno accentu pronuntiandum est, ne ambiguitatem in sermone faciat. Pro Interdum: vid. Drakenb. ad Sil. 7, 395. et 6, 30.

INTEREMPTIO, **INTEREMPTVS**, vid. INTERIMO. 65

INTEREO, iui vel ii, itum, ire. [*ἀφανίζομαι, ἀπόλλυμαι*] Perire, mori, emori. Plaut. Amph. 2, 2, 64 Vigilans somnio, vivus et sanus intereo. Caes. B. G. 8, 21 Multa millia interiisse. Sic, Interire fame Cic. Att. 6, 1. Et Caes. B. C. 3, 27 Interire naufragio. Cic. Acad. 1, 29 c. 7. Nihil enim valentius est, a quo intereat. 70

Aestas interitura Hor. Carm. 4, 7, 10. Domus interitura Ouid. ex Pont. 3, 2, 108. Ignis interit, nisi alatur Cic. N. D. 3 c. 14 extr. Ira interit mora Ouid. de Arte Am. 1, 374. Morte interire Idem in Ibin 299. Al. More. Naufragus interit Id. Met. 11, 686. Segetes intereunt Virg. Georg. 1, 152. Sextans tuus ne intereat Iabolen. in l. si tu D. de acq. hered. Verba interitura Hor. Carm. 4, 9, 1.

INTERITVS, a, um. Part. [*διαφραγθεὶς*] Passive. Claud. 75 Quadrig. apud Priscian. 9 p. 869 post med. Pugna acriter commissa, et multis vtrinq. interitis. Sidon. Epist. 2, 19 Dedere breui abolitam interitanque.

INTERITVS, us. m. [*ἀφανισμός, ἀπόλλυσις*] Mors, Pernicies. Cic. Tusc. 1, 7 Est enim interitus quasi discessus et secretio ac diremitus earum partium, quae ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Interitus patriae, i. Eversio: Cic. Tusc. 5, 105 Interitus patriae, 85 exilium, seruitus; etc. Reip. Id. pro Sulla c. 11. Acerbissimus Planc. Cic. Fam. 10, 17. Immaturus Cic. de Cl. Orat. c. 33. Acerbus, Afferre interitum, Alicnari ab interitu, vid. hb. vv. Gaudeat illa tuo interitu Propert. 2, 8, 18. Redigere aliquid ad interitum Lucret. 5, 875. 90

INTERIBILIS, e. Adj. Qui interire potest. Arnob. 2 p. 65 Argumenta quibus animas passivas atque interibiles inuenitur. Conf. Tertull. de Resurr. Carn. c. 34. et aduers. Hermog. c. 43.

INTERITIO, onis. f. Idem quod Interitus. Testis est Nonius Marcellus citans 3, 112 hunc Ciceronis locum ex Frumentaria, seu Verr. 95 3, 125 c. 54 Quum bis in ea provincia magnae fugitiuorum copiae versatae sint, tamen aratorum interitio facta nulla est. Quo in loco legabant Internecio, alii Internicio. Sed Nonio consentiunt etiam MSS. Hirt. B. Hisp. c. 24 Centurionum interitio. Arnob. 2 p. 87 Christus in hoc missus a Deo est, ut infelices animas ab interitionis exitio 100 liberaret.

INTEREQVITO, are. [*διηπάζω*] In medio equitare. Liu. 35, 5, 10 Obstabant duces, hastilibus cadentes terga trepidantium, et redire in ordines cogentes, sed interequitantes alarii non patiebantur. Conf. Idem 6, 7. et 34, 15. Curt. 4, 13 extr. In conspectu omnium 105 duces interequitans alloquebatur.

INTERERRO, Ære. Prudent. Cathem. 6, 43 Non splendor intererret.

INTERFACIO, Æci, actum, Ære. [μεταζωοῖω] Liu. 25, 11 Reliquit tamen modicum praesidium, vt simul interfaciendo muro adiuuaret. *i. Dum fieret murus. Sed variat vehementer lectio. Dra-*
kenb. Vt simul in faciendo muro adiuuaret.

INTERFARIS, Ætur, Æri. [διανέπτω] Loquentem interpellare. Liu. 3, 47 Prius quam aut ille postulatam perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur. Ibid. 7, 36 Consul classico ad concionem conuocat, orfusque meritas Decii laudes, interfante ipso Decio, distulit concionem. Virg. Aen. 1, 390 Nec plura querentem Passa Venus, medio sic interfata dolore est. Conf. Val. Max. 9, 5, 2. Prudent. adu. Symm. 2, 33.

INTERFATIO, Ænis. f. [ἀνασώμασι] Quintil. 4, 2, 50 Interim expediet narrationes breuiter interfatione distinguere. De tribuno pl. exstat ap. Cic. pro Sext. c. 37.

INTERFEMINEVM, vid. INTERFOEMINEVM.
 INTERFICIO, Æci, actum, Ære. [διαχρόμασι, φονεύω] Praepositio Inter habet vim auferendi, tollendi, vt in Interimo, Interdico (q. d. dicendo aufero). Plone locutus est Plaut. Truc. 2, 6, 37 Salue; qui me interfecisti paene vita et lumine, puerpera ad eum, ex quo peperit, *i. priuasti.* Gell. 12, 7 Eadem mulier virum et filium eodem tempore venenis clam datis, vita interfecerat. *i. Vita priuauerat. Sed vt in Defungi Ablatius vita plerumque omittitur; ita interficere est*
occidere, morte afficere. Caes. B. G. 7, 3 Equitem Romanum, qui rei frumentariae iussu Caesaris praecerat, interficiunt. Feras Lucret. 5, 1248. Plaut. Most. 1, 3, 35 Proh Iuppiter: nam quod malum versatur meae domi; vt dii, deaque omnes me pessumis exemplis interficiant. Per insidias interficere Cic. pro Domo c. 23. Qui ea lege viuit, vt cum summa interfectoris gloria interfici possit Id. Philipp. 1 c. 14. Interfectus in acie Id. de Fin. 2, . . . Cic. pro L. Manil. 11 Vos legatum Pop. Romani omni supplicio interfectum inultum relinquetis? Interficere messes: *i. e. Perdere et cremare:* Virg. Georg. 4, 330 Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes. Sic Nonius 6, 9. At Seruius: Secundum Pythagoram, inquit, qui habere animam dicit omnia crescentia, Vnde et Ecl. 7, 57 Aret ager vitio moriens, etc.

INTERFICIENS, entis. Partic. Interficiens Sermonem fingultu crebro, et verba deuorans. *i. interpellans, proprie, vt videtur*
 Apul. Met. 11 p. 269, 31 Elm.
 INTERFECTVS, a, um. Part. Curt. 9, 2, 7 Interfectus per insidias. Vid. Paterc. 2, 58, 3. Sen. Epist. 7. Tacit. Ann. 1, 9, 4. Val. Max. 3, 2, 11. Plaut. Merc. 5, 1, 4 Vfus, fructus, victus, cultus iam mihi harunce aedium interemtus est, interfectus est, etc.
 INTERFECTAE VIRGINITATIS (causã) curant nouam nuptam Apul. Met. 5 p. 160, 24 Elm. Id. de Daem. Socr. p. 51, 21 Interfectis sapientiae officiis, *i. ubi frustra consumpta sapientia esset, non consilio sed praesagio indigebat.*

INTERFECTOR, Æris. m. [φονεύς] Cic. ad Brut. 16 Hic ipse puer, quem Caesaris nomen incitare videtur in Caesaris interfectores. In bonam partem etiam accipitur ap. Cic. pro Mil. c. 27. Val. Max. 3, 2, 11. In malam ap. Vell. 2, 58, 3. Add. Sen. Ep. 7. Tac. Ann. 1, 9, 4. Interfector veritatis Tertull. de Carne Chr. c. 4.
 INTERFECTRIX, icis. f. Tacit. Ann. 3, 17 Id ergo fas auiae interfectricem nepotis adspicere? Hyginus Fab. 122 Idem nuncius dixit Iphigeniam fratris interfectricem esse.

INTERFECTIBILIS, e. Adi. Ruta interfectibilis viperarum Apul. de Herb. c. 89. quae interficit viperas.
 INTERFECTIO, Ænis. f. Interfectio Trebonii Brut. ad Cic. Fam. 3. Lamprid. Commod. c. 4 Crudelis vita Commodi Quadratum et Lucillum compulit ad eius interfectionem consilia inire. Conf. Augustin. de Ciu. Dei 3, 15. et Epist. 23. it. de Mor. Manich. 2, 17 extr.

INTERFECTIVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. praef. Interfectiuus morbis affici.

INTERFERI, [διαφείρειν] obsoletum verbum, pro Consumi et interire, apud Lucret. 3, 886 Vt aut putrescat corpore posto, Aut flammis interficiat, malisue ferarum. Conf. Plaut. Trin. 2, 4, 131 post mentionem agri pessimi, ubi tribus tantis minus reddit, quam obseueris, P. H. Hem? istic oportet obseri mores malos, Si in obserendo possint interfieri.

INTERFLVO, xi, xum, Ære. [μεσορρέω] Per medium fluere. Moenia intersuebat Marsyas amnis Curt. 3, 1, 2. Conf. Lucret. 4, 228. Passiue: Apul. de Mundo p. 59 Insulae interfluuntur. Tralate: Cic. de Senect. 16 c. 6 Cum inter duos Consulatus anni decem interfluxissent.

INTERFLVENS, entis. Partic. Plin. 36, 14 pr. Flumine medium oppidum interfluente. Idem 3, 5 Vtraque ciuitate foederata, angusto freto interfluente. Idem 6, 28.

INTERFLVVS, a, um. Adi. [μεσορρέος] Quod interfluit. Plin. 6, 26 Interfluo Euphrate, *i. Interfluente.* Solin. c. 66 Scinditur amne interfluo.

INTERFODIO, Ære. Subinde Fodere. Lucret. 4, 720 Quia sunt gallorum in corpore quaedam Semina, quae quum sint oculis inmissa leonum Pupillas interfodiunt, etc.

INTERFOEMINEVM, i. n. Apul. Apol. p. 296, 15 pro Genitalibus muliebribus, quod inter femina sint, Nouius apud Non. 10, 10 Cum natus artiuit matri interfeminia fortiter. Rectius sine Diphthongo scribitur. Vid. FOEMINAL.

INTERFRINGO, Ægi, actum, Ære. [διαφίγγω] Idem quod Infringere. Cato c. 44 Qui locus recte ferax erit, quae arida erunt, et si quid ventus interfregerit, ea omnia eximito. Plin. 17, 18.

INTERFVGIO, Ære. Inter enim fugit ac penetrat per rara viarum Lucret. 6, 331. de fulmine.

INTERFVLGEO, Ære. Aurum argentumque cumulo rerum aliarum interfulgens Liu. 28, 23.

INTERFVNDIO, Ære. Auien. Perieg. 255. Ibid. 1100 Sic vasti moles pelagi interfunditur oras.

INTERFVRO, Ære. Stat. Achill. 1, 395 Dumque arma parantur Dorica, et alternum Mauors interfurit orbem, *i. furore suo turbat et miscet.*

INTERFVSIO, Ænis. f. Lactant. 7, 3, 25.
 INTERFVSVS, a, um. Adi. [μεσοχυδαῖς] Plin. 2, 68 Idem Oceanus interfusus, intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Asiam

Afiam disperdit. Plin. 3, 8. Mare Idem Paneg. c. 16. Nouies
Styx interfusa Virg. Georg. 4, 480. Genas interfusa maculis Idem
Aen. 4, 654.

INTERGARRIO, ire. Vnde

INTERGARRITVS, a, um. Part. Pauculis verbis intergarris 5
tis Apul. Apol.

INTERGĒRO, ſi, ſtum, ěre. Plin. 13, 12 de charta Aegyptia,
quam aqua Nili glutinari dixerat, Diligentior cura, molli panis fer-
mentati colata aqua feruente: minimum hunc modum intergerit.
Sed hodie legitur, Minimum hoc modo intergerii, atque etiam Nili 10
lenitas superatur. Nempē

INTERGERIVM est materia glutinosa inter plagulas et schedas pa-
pyri Aegyptiae ingesta, qua illae cohaerent, et totae Chartae solidantur.
Vid. CHARTA.

INTERGERIES, ei. f. [ὁ τοῖχος δύο κτήσεως διαρίζων Vet. Gloss.] 15
i. murus duas possessiones separans.

INTERGERĪNVS, f. INTERGERIVVS, a, um. Adi.
Intergerini parietes, e Vitruuio adferuntur, qui inter nouos parietes,
aut fundamenta pro futura intergerantur. Locus est 5, 12 de portu
aedificando, ubi vult ut arcae Catenis colligatae in eo loco, qui finitus 20
erit, constituantur: et intergerinis e creta, beronibusque ex vlua
factis calcetur. Sed Salmaf. ita h. l. constituit, et inter destinas creta
acronibus ex vlua palustris factis calcetur. Certiora dant Festus, In-
tergerini parietes dicuntur, qui inter confines struuntur, et quasi in-
tergeruntur. Intergerrinos malit Scal. a gerris, i. craticibus dictos, 25
et prouocat ad craticium f. concraticium parietem ICtorum, quem damus
sub CRATES. Sed non opus videtur gerris. Intergerinus sit ille
craticius paries: sed potest, puto, intergerinus, i. intergestus esse
etiam ex lapide solido, vel quacunq; materia. Plin. 35, 14 extr. f. 49

Romae non fiunt talia aedificia (latericia), quia sesquipedalis paries 30
non plus quam vnam contignationem tolerat: cautumque est, ne com-
munis crassior fiat, nec intergeriuorum (ita Hard. ex MSS. al. inter-
gerinorum) ratio patitur. Conf. Vitruu. 2, 8 p. 31. Plin. 11, 10
de fauis, Ruentes ceras fulciunt apes, pilarum intergerinis sic a solo
fornicatis, ne desit aditus ad sarcendum. 35

INTERGREDIOR, vnde

INTERGRESSVS, ſs. m. Periniurium est, vires te actio-
nis meae intergressu grauissimae disputationis infringere Minuc.
Fel. 15, 1. i. interposita disputatione, qua interpellata est actio mea.

INTERHIO, ĩre. Tertull. Apol. c. 48 Finis et limes medius, 40
qui interhiat. Vid. ibi Rigalt.

INTERIACEO, ſi, ěre. [μεσίου] In medio iacere. Plin. Epist.
10, 42, 1 Et duo publica opera quamquam via interiacente. Liu.
27, 41 pr. Interiacebat campus: colles imminebant nudi. Inter-
iacet Capuam, et Interiacet Capuae, dicimus. Plin. 5, 4 Et a regio- 45
ne, quae duas Syrtes interiacet. Columel. 11, 3 Vt in id spa-
tium, quod fulcis interiacet, inclinentur. de feminibus. Inter-
iacet haec inter eam Plin. 4, 12.

INTERIACENS, entis. Partic. Vastitas interiacentis soli Plin.
Paneg. c. 14. Transitu interiacente Id. Epist. 2, 17. 50

INTERIACIO, ěre. Interloquit, vt Iacio. Arminius plera-
que Latino sermone interiaciebat Tacit. Ann. 2, 10, 4.

INTERĪBI. Adu. [ἐν τέρῳ] Idem significans, quod Interea.
Plaut. Capt. 5, 1, 31 Vos lauate interibi. Add. Id. Poen. 3, 3, 3. Rud.
4, 6, 20 et passim. Gell. 3, 7 Consul interibi dum ea pugna fit, se 55
in locos subducit tutos atque editos. obsoletum.

INTERIĪCIO, ěci, ecium, ěre. [παρεμβάλλω] Interponere.
Columel. 1, . . . Vt si qua interiecta sunt stramentis aut paleis spi-
narum vel germinum semina, intereant. Conf. Caes. B. C. 1, 73
Stationes disponunt equitum et cohortium alariarum, legionariasque 60
interiiciunt cohortes. Id. B. G. 7, 80 Galli inter equites, raros
sagittarios, expeditosque leuis armaturae interiecerant, etc. Tra-
late: Tacit. Hist. 3, 8, 3 Moram interiicere. Idem Ann. 1, 23, 6

PRECES, minas.

INTERIECTVS, a, um. Part. [παρεμβλήσεις] Caes. B. G. 65
7, 23 Neque inter se contingant trabes: sed paribus intermissae spa-
tiis, singulae singulis saxis interiectis, arte contineantur. Interie-
ctus equiti pedes Tacit. Hist. 3, 79, 3. Cic. de N. D. 2, 66 Aer

autem, vt Stoici disputant, interiectus inter mare et caelum, etc.
Idem de Fin. 2, 17 Tu autem inter haec tantam multitudinem homi- 70
num interiectam non vides, nec, etc. Id. Acad. 1, 36 Iis ipsis alia
interiecta et media numerabat. Cic. Off. 1, 92 Aut interiecti in-
ter philosophos, et eos, qui Rempubl. administrarent, delectarentur

re sua familiari, i. medium quoddam consilium et institutum secuti.
Flumen Tacit. Ann. 2, 10, 3. Cic. Off. 1, 30 Quae quasi longo 75
interuallo interiecto videmus. Nasus quasi murus oculis interie-
ctus Id. de N. D. 2, 143. Spatio interiecto Liu. 2, 17. et Caes. B.
G. 3, 4. Liu. 1, 58 Paucis interiectis diebus, Sext. Tarquinius in-
scio Collatino, cum comite vno Collatiam venit.

INTERIECTVS, ſs. m. [παρεμβολή] Cic. de N. D. 2, 103 80
c. 40 extr. Interposito interiectuque terrae. Columel. 3, 21, 6 Si
vero interiectibus capere cuiusque generis fructum aueat, etc. Vid.
etiam ad 3, 16, 3. Interiectus temporis Tacit. Ann. 3, 51, 3. Pau-
corum dierum Id. ibid. 3, 67, 5. Noctis Idem 6, 39, 2.

INTERIECTIO, ōnis. f. [παρεμβολή] Interpositio, et insertio. 85
Quincil. 4, 2, 121 Ne sententia quidem velut fatigatum intentione
stomachum iudicis reficere distuaserim, maxime quidem breui interie-
ctione. Sic Iens. Al. interiecta. A. ad Herenn. 1 c. 6 Si ne-
gabimus nos de aliqua re dicturos, et tamen occulte dicemus, interie-
ctione verborum. In his ponitur pro ea, quae Parenthesis vulgo 90
vocatur. Disertius etiam Quincil. 8, 2, 15 Etiam interiectione (qua
et oratores et historici frequenter vtuntur, vt medio sermone aliquem
inferant sensum) impediri solet intellectus, nisi quod interponitur
breue est. Habes hic simul definitionem et exemplum, quae pulcherrima
praecipienda ratio est. De parte orationis Quincil. 1, 5, 51. Conf. 95

INTERLECTIO.

INTERIECTŪRA, ae. f. Frontin. de Colon. p. 135 Sunt et
per tecturas positae interiecturae.

INTERĪM. Adu. temporis. [μεταξύ] Idem quod Interea. Ter.
Andr. 1, 1, 100 Funus interim procedit, sequimur. Conf. Cic. pro 100
Lig. c. 1. et de Orat. 2 c. 86. Ter. Hec. 1, 2, 102 Primum dies
complusculos bene conueniebat sane inter eas: interim miris modis
odisse coepit Sofratam. Donatus interpretatur Repente. Quum
interim, pro Quum tamen Quincil. 12, 10 Sicut quatuor generaliter
ventos totidem mundi cardinibus accepimus flare, quum interim plu- 105

- res sint intermedii. *Alii codices habent, Quum interim plurimi medii.* Liu. . . Quum interim si quis existimare velit. Sic Cic. pro Sull. 11. Interim, *Discretio est eius rei, quae ad narrationem pertinet.* Ter. Andr. 1, 1, 81 Curabat una funus: tristis interim nonnunquam conlacrumabat. Idem Eun. 5, 2, 3 Interim dum ante ostium sto. Caes. B. C. 5, 37 Interim dum de conditionibus inter se agunt. Suet. Tiber. c. 73 Interim cum in actis senatus legisset. Conf. Liu. 28, 44. et 35, 24. Tacit. Ann. 15, 11, 4. ¶ 2 Aliquando, siue interdum significat Quinctiliano frequenter, v. g. 1, 9 Sed quia interim excusantur haec vitia aut consuetudine, aut, etc. Etiam Cic. de Orat. 2, 209 Interim timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus, si recte legit Budaeus. Sed vetus exemplar habet et olim editur, Item timor. Conf. Plin. Epist. 10, 27. et Tacit. Ann. 1, 4. Interim, pro Aliquando, interdum geminatur.
- 15 Quinctil. 1, 3 Interim elabuntur, interim suae memoriae intentos a noua inuentione declinant. Idem 11, 3. et 3, 10. Sen. ad Marc. c. 15, Gronou. ad Sen. de Benef. 6, 42. Pric. ad Apul. 9 p. 532.
- INTERIMO, ēmi, emtum, f. emptum, ēre. [*διαφθελω*] Interficere. Cic. Acad. 4, . . Interimebat uxorem. Liu. 1, 3 extr.
- 20 Stirpem fratris virilem interimit. Plaut. Caf. 3, 5, 29 Interimere ait velle se vitam. *Antique.* Idem Cist. 4, 2, 45 Ne suam vitam interimeret. Idem obseruauimus de verbo Interficio, v. v. Se ipsa interemit Lucretia a filio regis per vim stuprata Cic. de Fin. 2, 66 c. 20. Interimi veneno Plin. 7, 13. et 11, 37. Cic. de N. D.
- 25 1, 50 Et si quae interimant innumerabilia sunt, etiam ea, quae conferuent infinita esse debere. Ad nihilum interimat res Lucret. 1, 217. Mors interimit res Idem 2, 1001. Plaut. Merc. 3, 4, 22 Disperii: nam illaec interemit me modo oratio. Cic. pro Milon. 94 c. 34 Me quidem Iudices, exanimant et interimunt hae voces Milonis, quas audio assidue. ¶ 2 Interimere sacra est illa interuentu emtionis imaginariae tollere. Cic. pro Muraen. c. 12 Sacra interire illi (maiores nostri) noluerunt. Horum (Ictorum) ingenio senes ad coemtionem faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt. In magna sententiarum varietate placet sententia Gronouii de Pec. vet. 4, 7
- 35 *proposita et Graeuo ad Cic. l. c. Schwartzioque de detestat. sacror. p. 16 probata, quae breuiter talis est: Subornabat heres hominem senem tanquam grauiorem auctorem: ei, ut in legitima mancipatione, aduocato libripende ac testibus, vendebat hereditatem, non ut heredi, nec pro herede, (ut vendere solebat testator familiae emtori,) sed ut possessori alieno.*
- 40 Senex dato dicis causa numo festertio, eam coemebat, et non secus ac festionis emtor et possessor, liberam eam, nullis adstrictis sacris, quasi suam faciebat. Postea res in stipulatum deducebatur, et emtor ac dominus fiducia stipulato heredi quasi ex sponso eandem tradebat. Sic exstinguebatur nomen heredis, et soluebatur hereditas, sicque dissoluebantur sacra hereditati annexa, et lucrosiore titulo possidebat, qui grauiore prius, ut heres possederat.
- INTEREMTVS, a, um. Partic. Plaut. Merc. 5, 1, 4. Hor. Carm. 4, 4, 72 Asdrubale interemto.
- INTEREMTIO, ōnis. f. [*ἀφαισιμὸς*] Cic. pro L. Manil. 30
- 50 c. 11 Testis et Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum interemtionem patefactum est. *Vetus Exemplar. leg. Interemtionem.* Gloss. Cyrill. Interemtio, *κατασφωγή.* Fest. Ruf. c. 25 Diocletianus subito innumera Persarum agmina aggressus, ad interemtionem occidit. Add. Porc. Latro Declam. in Catil. c. 10.
- 55 INTEREMTIBILIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 3, 6.
- INTEREMTOR, ōris. m. Sen. Epist. 70 Interemtorem suffieri. Val. Max. 6, 1, 2 Virginis pudicae interemtor, quam corruptae pater esse maluit.
- INTEREMTRIX, icis. f. Laetant. Instit. 1, 10. Tertull. Spectac. 17.
- INTERIOR, ius, vid. INTRA.
- INTERITVS, vid. INTEREO.
- INTERIUNGO, unxi, unctum, ēre. [*διαζεύγνυμι*] Subsistere. Tractum a curru, cuius iumenta in ipsa via disiunguntur, ut vel ipsa vel vectores interim quiescant. Martial. 2, 6 Et quum currere debeas Bouillas, Interiungere quaeris ad Camenas. Interiungere equos, Disiungere, ut conuiescant. Martial. 3, 37
- 65 Iam prono Phaëthonte fudat Aethon, Exarsitque dies, et hora lassos
- 70 Interiungit equos meridiana. *de pigris nautis.* Pulchre ad meridianam quietem, et illum Varronis insititium somnum refert Seneca Ep. 83 p. 341 Dormio minimum, consuetudinem meam nosti: breuissimo somno vtor, et quasi interiungo. Satis est mihi vigilare desiisse. Aliquando dormisse me scio, aliquando suspicor.
- 75 Id. de Tranquill. An. 15 p. 385 Quidam medio die interiunxerunt, et in postmeridianas horas aliquid leuioris operae distulerunt. Sed Dextras interiungere, (quod dextram iungere dextrae dixit Virg. Aen. 1, 408) de militibus se inuicem consalutantibus Liu. 22, 30 Tum dextrae interiunctae, militesque concione dimissa a notis ignotisque
- 80 benigne atque hospitaliter inuitati.
- INTERLABOR, abi. Dep. Virg. Georg. 2, 349 Per tmesin, Inter enim labentur aquae.
- INTERLABENS, entis. Partic. Stat. Theb. 2, 649 Parce per has stellis interlabentibus umbras. Sil. 6, 18 Truncosque trahebat
- 85 Per stragem neruis interlabentibus artus.
- INTERLATEO, ēre. Non est dubium, quin multum spiritus interlateat Sen. Qu. Nat. 6, 16.
- INTERIĒGO, ēgi, ēre. Per interualla decerpere. Pallad. in Februario, de Malis c. 25, 16 Si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quaeque vitiosa, ut alimentum caeteris succus aequiparet, etc. Add. Iun. 5, 1. Iul. 3, 1.
- 90 INTERLECTIO, ōnis. f. Scripturarum interlectio Tertull. adu. Vx. 2, 6. i. lectio aliis negotiis interposita: Sed Prior. interlectio, alterius lectionis ne mentione quidem facta: eodem intellectu.
- 95 INTERLIDO, ēre. Paullin. Nolan. Carm. 10, 261 Grauem interlidere dentem.
- INTERIIGO, āre. Alterno maculas (tigridum) interligat ostro Stat. Theb. 7, 571. Conf. Rutil. Itin. 1, 539.
- INTERLINO, ini, iui siue eui, itum, ēre. [*διαλέγω*] Stili parte lata, Atramento, aut aliqua re alia superinducta, scripturam diuersis locis destruere. Cic. pro Cluent. 125 c. 44 Qui tabulas publicas municipii sui corrupisse iudicatus sit, qui testamentum interleuerit. Vlp. l. 16 §. 5 D. Familiae ercisc. Si vnus rationes hereditarias deleuerit vel interleuerit. Paullus l. 2 D. ad L. Cornel. de falsis, Qui
- 105 testamentum deleuerit, interleuerit.

INTERLITVS, a, um. *Adi.* Codex interlitus Cic. pro Cluent. c. 33. Caementa interlita limo Liu. 21, 11. Murus bitumine interlitus Curt. 5, 1, 16, et 25. Tabulae corruptae, atque interlitae Cic. Verr. 2, 104 c. 42.

INTERLOCO, ãre. Mela 2, 1.

INTERLOQVOR, loquëris, locutus sum, loqui. [*διαλόπτω*] *5*
Alio loquente, sermones intermiscere, interpellare, quasique interturbare loquentem. Ter. Heaut. 4, 3, 13 Antiphila mea nubet mihi. s. siccine mihi interloquere? *Speciatim interloquitur Praetor, Princeps, Iudex, cum inter cognoscendum, ante sententiam, aliquid pronunciat.* Gell. 14, 2 Aliter atque aliter eadem in causa, eodemque in tempore sentire, et interloqui videatur. Paul. in l. in testamento D. de fidei commiss. libert. In testamento, quod perfectum non erat, alumnae suae libertatem et fidei commissam dedit. Quum omnia veluti ab intestato filii egissent: quaesit Imperator, an ex causa fideicommissi manumissa fuisset? Et interlocutus est, etsi nihil ab intestato pater petiisset: pios tamen filios debuisse manumittere eam, quam pater dilexisset. Pronuntiauit igitur recte eam manumissam, et ideo etiam fideicommissa ei praestanda. Vlp. in l. i D. de constit. Princ. Quodcumque igitur Imperator per epistolam et subscriptionem statuit, vel cognoscens decreuit, vel de plano interlocutus est, vel edicto praecipit, legem esse constat. *10*

INTERLOCVTIO, ònis. f. [*μετάλογος*] *Sermonis interpositio.* Gell. 14, 2 An ex usu, exque officio sit iudicis rem causamque de qua cognoscit, interlocutionibus suis ita exprimere atque consignare. Quinctil. 5, 7 Breui interlocutione patroni refutandus est. Interlocutio iudicis Iulian. in l. qui agnitis D. de except. *25*

INTERLŪCEO, xi, ãre. [*διαφαίω*] *In medio lucere, vel Interea lucere, aut Inter aliquid lucere.* Liu. 29, 14 Duos soles visos: et nocte interluxisse. Idem 1, 42 extr. Seruius conditor ordinum, quibus inter gradus dignitatis, fortunaeque aliquid interlucet. Corona interlucet non spissa viris Virg. Aen. 9, 508. Vid. Burm. ad Quinctil. Decl. 12, 2 p. 243. *30*

INTERLŪCESCO, ãre. Gloss. Gr. Lat. *διαφαίω.*

INTERLŪCO, ãre. [*διακαθαίρω*] *Ramos viuos, sed inutiliter pullulantes, per interualla refecare.* Plin. 17, 23 Deputantur cum vite pariter interlucata densitate ramorum, qui sint superuacui. *35*

INTERLŪCATIO, ònis. f. [*διακαθάρασις*] *Interlucatio arboribus prodest, sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Eadem dicitur Collucatio Varroni.* *40*

INTERLŪDE, ap. Anast. in Cornelio vox vitiosa pro in Tellure. Vid. Nardin. Rom. Vet. 6, 13.

INTERLŪDO, ãre. Auson. Mosell. 75 Interludentes examina lubrica pisces.

INTERLŪNIS, e. *Adi.* Ammian. 19, 12 Nocte squalida et interluni, i. illuni. *45*

INTERLŪNIŪM, i. n. [*σύνωδος*] *Dicitur id spatium temporis, in quo nec amplius luna vetus apparet, nec adhuc noua videtur.* Plin. 16, 39 Inter omnes conuenit, vtilissime in coitu lunae: quem diem alii interlunium, alii silentis lunae appellant. Idem 18, 32. Hor. Carm. 1, 25, 11 Thracio bacchante magis sub inter Lunia vento. *50*

INTERLŪO, ui, ūtum, ãre. [*διακλύω*] *Interfluere.* Claud. de Rapt. Proserp. 1, 143 — rupit confinia Nereus Victor, et abscissos interluit aequore montes. de Trinacria. Pontus interluit vrbes Virg. Aen. 3, 418. Cato de R. R. c. 132 Manus interluito, postea vinum sumito. i. Inter duos actus manus lauato. Conf. Liu. 41, 25. et Solin. c. 56. *55*

INTERLŪVIES, ãi. f. Solinus c. 35 (22) Rex vnus est vniuersis. Nam quotquot sunt, omnes angusta interluuie diuiduntur, i. freto, quo interluuntur insulae Britannicae. *60*

INTERMĀNEO, ãre. [*διαμεινάω*] *Ex Inter et Maneo; quasi Manere inter.* Lucan. 6, 47 Operumque vt summa reuolat, Defessus Caesar mediis intermanet agris. i. Tanta erat munitionis magnitudo, qua Pompeium circumvallauerat, vt quando ipse opera suorum reuifere volebat, defatigatus quiescere cogeretur in mediis agris, nec vno cursu omnem munitionem posset ambire. *65*

INTERMEDIŪS, a, um. *Adi.* [*διάμεσος*] *Interiectus, interiacens.* Cic. in Orat. 21 c. 6 Est autem quidam interiectus, intermedius et quasi temperatus, etc. Sed Gruter. Inter hos medius. Varr. de R. R. 3, 5, 11 In lateribus dextra et sinistra porticus sunt, primoribus columnis lapideis intermediis arbusculis humilibus ordinatae. Sed al. pro vel prae mediis. Nondum igitur satis auctoritatis habet. *70*

INTERMENSTRŪVS, vid. INTERMESTRIS.

INTERMEO, ãre. [*διόδιω*] *Per medium meare, et fluere.* Plin. 5, 30 Longeque clarissimum Asiae Pergamum, quod intermeat Silenus. *75*

INTERMESTRIS, e. *Adi.* [*ἐν συνόδῳ*] *Intermestris luna dicitur Interlunium, et coitus lunae.* Plin. 16, 39 Idemque mox, Nisi intermestri luna atque dimidiata, ne tangas materiem. Conf. INTERMENSTRŪVS. *80*

INTERMENSTRŪVS, a, um. *Adi.* [*συνόδιον*] *Idem.* Varro de R. R. 1, 37, 1 Quod a noua luna crescit ad plenam, et inde rursus ad nouam lunam decrescit, quoad veniat ad intermenstruum, a quo die dicitur luna esse extrema, et prima. Sed idem de L. L. 5, 2 p. 45 extr. A mensibus intermestris dictus, quod putabant inter prioris mensis senescentis extremos dies, et nouam lunam esse diem, quem diligentius Attici ἐννυ νύξ νύξ appellarunt, ab eo, quod eo die potest videri extrema et prima luna. Est ergo eadem res intermestris et intermenstruus dies. Conf. Ammian. 20, 3. Plin. 18, 32 Maxime intermenstrua (Luna) dimidiaque stercoreato. *85*

INTERMETIŪM, i. n. Intermetium, τὸ μεταξύ καμπτῆρων Gloss. Vet. Conf. Salmaf. Exerc. Plin. p. 460. *90*

INTERMICO, ui, ãre. [*διαλέμω*] *In medio splendere.* Claud. de Rapt. Proserp. 1, 183 Rutilum squamis intermicat aurum. Idem Conf. Prob. etc. 26. Stat. Theb. 12, 252 E speculis moriens intermicet ignis. *95*

INTERMICANS, antis. Partic. Laetant. 6, 20 Intermicantibus astrorum luminibus.

INTERMINĀTVS, a, um. *Adi.* [*ἀπέραστος*] *Quod et Interminus dicitur, Sine termino.* Cic. de N. D. 1, 54 c. 20 Confugitis ad deum: cuius operam profecto non desideraretis, si immensam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. Paterc. 2, 33, 2 Interminata cupiditas imperii. Apul. de Mundo extr. Non est in hoc mundo aliquid interminatam. *100*

INTERMINABILIS, e. *Adi.* Hieron. Epist. 132. Sidon. Epist. 2, 7. Augustin. de Ciui. Dei 19, 11. et Tertull. adu. Marc. 2, 3. *105*

INTERMINVS, a, um. Adi. Apul. de Mundo p. 57 Interminus lapsus. Aufon. Epist. 16, 38 Perge o libelle et vtere Felicitate intermina. Auien. Perieg. 74 Oceanus interminus. Conf. Prudent. Hymn. Epiphan. 37. et adu. Symmach. 2, 106.

INTERMINOR, ari. [*διαμεινω*] Valde minari, cum minis prohibere et interdiceret Ter. Eun. 5, 2, 14 Quid ais sacrilega? istuccine interminata sum hinc abiens tibi? Idem Andr. 3, 2, 16 Interminatus sum ne faceres? num veritus? Interminari vitam alicui Plaut. Casi. 3, 5, 28. i. Se interfecturum minari. Idem Pseud. 3, 1, 10: et Afin. 2, 2, 96.

INTERMINO, are. Idem. Plaut. Mil. 2, 3, 42 Quis homo interminat?

INTERMINATVS, a, um. Part. Passivae, Hor. Epod. 5, 39 Interminato cum semel fixae cibo Intabuissent pupulae.

INTERMINATIO, onis. f. Iustinian. de Iur. docend. §. 7.

INTERMISCEO, ui, istum vel ixtum, ere. [*διαμεινωμι*] In medio miscere. Plin. 19, 6 Intermisceri satureciam, quoniam melius proueniat. Columel. 11, 3. Doris amara suam non intermiscat vndam Virg. Ecl. 10, 5. Turbam indignorum candidatorum intermiscendo dignis Liu. 4, 56.

INTERMISTVS, a, um. Part. Liu. 10, 20 Intermissi hostibus.

INTERMIXTVS, a, um. Part. Iustin. 2, 8, 3 Intermixtis mulieribus. Scrib. Larg. Compos. 207 His adiectis et intermixtis.

INTERMISSIO, INTERMISSVS, vid. INTERMITTO.

INTERMITTO, issi, istum, ere. [*διαλαπω*] Inter opus requiescere, et ad tempus desinere, Intermissionem vel intercapedinem facere, non continuare. Cic. de Orat. 3, 284 Continenti et intermissio spiritu. Plin. 10, 46 Bibunt aues suctu, ex iis quibus longa sunt colla, intermittentes, et capite resupinato veluti infundentes sibi. Caes. B. G.

1, 38 Reliquum spatium, qua flumen intermittit, mons continet. Idem ibid. 4, 31 Ex eo quod obsides dare intermiserant, fore id, quod accidit, suspicabantur. Cic. Off. 2, 24 Acriores autem morsus sunt intermissae libertatis, quam retentae. Idem Tusc. 1, 69 Hic autem, ubi habitamus, non intermittit suo tempore caelum nitescere, arbores frondescere. Cic. de Fin. 5, . . . Nec vero intermittunt,

35 aut Admirationem earum rerum, quae sunt ab antiquis repertae, aut inuestigationem nouarum. Bella diu intermissa Hor. Carm. 4, 1, 1. Cic. Fam. 3, 1 Quod quum ita sit, perficiam profecto, ut longi temporis vsuram, qua caruimus intermissa nostra Consuetudine, et gratia, et crebritate, et magnitudine officiorum meorum sarciam. Tacit.

Ann. 4, 13 At Tiberius, nihil intermissa rerum Cura, negotia pro solatiis accipiens, ius ciuium, preces sociorum tractabat. Ne quis a me Dies intermittatur Cic. Att. 8, 12. Ter. Adel. 3, 1, 6 Nam nunquam vnum intermittit Diem, quin semper veniat. Caes. B. G.

45 5, 38 Neque Diem neque noctem intermittit, peditatumque se subsequi iubet. Add. ibid. 6, 9. Caes. B. C. 3, 13 Quod properans noctem diei coniunxerat, neque Iter intermiserat. Cic. Att. 5, 9 Dionysium semper equidem, ut scis, dilexi, sed quotidie pluris facio, et me hercule in primis quod te amat, nec tui Mentionem inter-

mitti sinit. Negotia cuiuspiam Paull. in l. nam et Seruius D. de negot. gestis. Nocte intermissa Caes. B. G. 1, 27. Idem B. G. 3, 29 Eiusmodi tempestates sunt consecutae, uti Opus necessario intermitteretur. Plin. Epist. 7, 31, 3 Eademque firmitate animi laboribus suffecit, qua nunc Otium patitur. Quod quidem paullisper cum

50 magna sua laude intermisit, et posuit. Praelium Caes. B. G. 3, 5. Idem B. G. 5, 33 Caesar intermissa Professione, ac omnibus rebus postpositis, magnam partem equitatus ad eum insequendum mittit. Cic. Tusc. 1, 1 Retuli me Brute te hortante maxime, ad ea Studia, quae retenta animo, remissa temporibus, longo interuallo intermissa reuocaui. Cic. . . . Etsi ego id Tempus intermiseram potius, quam omiseram. Tempus intermittere a labore Caes. B. C. 1, 59. Triennio intermisso Pallad. 11, 8.

INTERMISSVS, a, um. Partic. [*διαλειπόμενος*] Intermissus ordo Plin. 37, 12. Et 17, 5 Quoties intermissa cultura quieuit. Ven-

65 ti intermissi filescunt Ouid. Trist. 2, 151. Plin. Epist. 2, 17 extr. Litus ornant, varietate gratissima, nunc continua, nunc intermissa Tecta villarum, quae praestant multarum vrbiu faciem. Verba Ouid. Met. 1, 746.

INTERMISSVS, us. m. [*διαλειπεις*] Plin. 9, 29 Lusciniis diebus ac noctibus xv, garrulus sine intermissu cantus.

70 INTERMISSIO, onis. f. [*διαλειπεις*] Vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. Cic. de N. D. 1, 115 Nec tamen video, quomodo vereatur iste deus beatus ne intereat, quum sine vlla intermissione pulsetur, agiteturque atomorum incurfione sempiterna. Cic. Off. 1, 19 c. 6 Virtutis enim laus omnis in actione consistit: a qua tamen saepe fit intermissio, multique dantur ad studia reditus. Intermissio consuetudinis Cic. Fam. 5, 17. Intermissio epistolarum, Vacatio a scribendo. Idem Fam. 7, 13 Neque alia vlla fuit causa intermissionis epistolarum, nisi quod ubi esses, plane nesciebam. Literarum apud

80 Cic. Fam. 16, 25. Officii Idem de Amic. 8 c. 2. Sine intermissione Scribon. 180. i. continue. Add. Frontin. de Aquaed. 2.

INTERMORTIOR, mortuus sum, mori. Dep. [*διαπονήσκω*] Penitus mori, vel Quum aliquid fieret mori. Cato c. 161 Nam si defringes, stirpes fient, et intermorientur. Plin. 19, 8 Nam si defringatur, stirpescere et intermori. Cic. pro Milon. 12 Declarant huius Ambusti Trib. plebis illae intermortuae conciones, quibus quotidie meam potentiam inuidiose criminabatur. i. Languidae et defectae. Cic. Fam. 6, 16 Si nullum officium tuum apud me intermorientur existimas.

INTERMORTVVS, a, um. Inter mortem vitamque medius similis expiranti. Intermortuae vuluae vitio Plin. 32 c. 10 sc. mulieres, i. hysterica passione quasi strangulatae. Suet. de Neron. c. 42 Postquam Galliam et Hispanias descuiffe cognouit, collapsus, animoque male fracto diu et sine voce et prope intermortuo iacuit. Cic. in Pison. 16 Quod autem maius iudicium expectatis, nihil inter vos et Catilinam interfuisse, quam quod eandem illam manum ex inter-

95 mortuis Catilinae reliquiis concitastis? Res intermortua Ouid. ex Pont. 2, 5, 5. Cic. pro Muraen. 16 c. 7 Benim eiusdem animi atque ingenii est, posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere: et, ut Scaurus, Memoriam prope intermortuam generis sui, virtute renouare. Mores, Perditi, corrupti Plaut. Trin. 1, 1, 7.

INTERMOVEO, ere. Rusticari te asseris, et ducendis vitibus aut arboribus inferendis crudam senectutem fouere, non hoc literae tuae sapiunt — alios sulcos stilo intermoues, alios ordines pangis

100 Symmach. 8, 68 (al. 69)

INTERMUNDIVM, i. n. [*μεσοκόσμιον*] *Spatium inter plures mundos interiectum.* Cic. de Fin. 2, 71 *Individua quum dicitis et intermundia, quae nec sunt vlla, nec possunt esse intelligimus.* Idem de N. D. 1, 18 c. 8 *pr.* *Tanquam modo ex deorum concilio et ex Epicuri intermundiis descendisset.*

INTERMVRĀLIS, e. Adi. Liu. 44, 46 *ad finem.* *Muro vrbis coniuncta procul videtur: diuisa est intermurali amni, et eadem ponte iuncta.*

INTERMVTATVS, a, um. Adi. Impositis et intermutatis manibus Tertull. de Bapt. c. 8. *i. decussatim positis, dextra in sinistrum et v. v.*

INTERNASCOR, nātus sum, nasci. Dep. [*διαγεννώσκει*] *In medio nasci.* Plin. 18, 16 *Internascentesque herbas excludi.*

INTERNĀTVS, a, um. Part. [*διαγεγεννημένος*] Tacit. Hist. 4, 60 *Virgulta postremo, et stirpes, et internatas faxis herbas vellentes, miseriarum, patientiaeque documentum fuere.* Liu. 28, 2 *Angustiae et internata virgulta ordines dirimebant.* Plin. 17, 27 *Dilatatae cicatrices, et internato corpore expletae.*

INTERNĒCO, necavi et necui, necatum et necum, āre. [*διαφονεύω*] *Interficio.* Plaut. Amph. 1, 1, 34 *Duello extincto maximo, atque internectis hostibus.* Cic. Philipp. 14, 7 c. 3 *Internecti nota testamenta credo subiiciunt, sed mendosa lectio est. Editur nunc de Ferrarii testimonio et sententia, Non iniustae belli internectini notae. Ne forte culmum fibra inanis spiceum Simul reuulsa internecet Prudent. Apoth. prol. v. 49.*

INTERNĒCĪDA, ae. m. *Inquit Isidorus lib. 10 lit. I p. 1078, 47 est Qui falsum testamentum fecit, et ob id hominem occidit. Fuerunt ergo Internecidae Oppianicus, et Avilius, quorum scelus narrat Cic. pro Cluent. 36 c. 13. Inde internectini actio in iure ciuili. Isidorus 5, 26 Internecidii (Gothofr. et Bas. 1489 interneciei) iudicium in eum, inquit alio loco, dabatur, qui falsum testamentum fecerat, et ob id hominem occiderat. Accusatorem eius bonorum possessio sequebatur. Interneciei autem significatio est quasi Hominis quaedam enecatio. Nam Praepositionem Inter ponebant antiqui pro E, etc.*

INTERNĒCIO, vel **INTERNĒCICIO**, vt alii scribunt, ōnis. m. [*παραληθρία*] *Vitae priuatio, inquit Festus. Internecio gentis Tac. Ann. 2, 21, 4. Liu. 9, 26 pr. Lucerini ac Samnites ad internectionem caesi. b. e. Fere omnes occisi. Cic. Att. 2, 20 Neque enim resisti sine internectione posse arbitrabamur. Interneciones hostium facere Colum. 1, 3, 11. Ad internectionem caedi Vellei. 2, 110. 40 — Trucidari Id. c. 119, 2. — Vincere Eutrop. 4, 6. Armis inter se ad internectionem concurrere Suet. Othon. c. 12. — Perducere vineta Colum. 4, 22, 8. Persequendus Curt. 4, 11, 18.*

INTERNĒCIES, ei. f. *Idem. In Isidor. Gloss. ubi exponitur Mors, iactura. Conf. Id. Orig. 5, 26.*

INTERNĒCTIO, ōnis. f. Festus. it. Priscian. l. 4.

INTERNĒCĪVS, vel **INTERNĒCĪVVS**, a, um. Adiect. [*παραληθριος*] *Quod ad internectionem pertinet. Vt, Internecinum testamentum, propter quod dominus eius necatus est, Festus voce ACTIO Internecini. et p. a. Internecida. Testamentum hoc internecinum et Actionem internectini illustravit primus, vt ipse ait, Cutac. Obseru. 1, 2. Qui suspicatur, forte etiam apud Cic. Phil. 14, 7 c. 3 legi posse, Internecina testamenta, credo, subiiciunt. Sed ipse fatetur, se non videre, quomodo verba, quae praecedunt in illo loco, restituenda sint. Recepta, vt iam indicauimus, lectio est, De improbis et audacibus — Quae sunt vrbis maledicta litium, non iniustae belli internectini notae. Testamenta, credo, subiiciunt, aut eiciunt vicinos, etc. Nempe Internecinum bellum, Quod ad destructionem fit vnius aut alterius partis. Liu. 9, 25 Nullus modus caedibus fuit: deletaque Ausonum gens, vix certo defectionis crimine, perinde ac si internectino bello certasset. Plin. 8, 24 Habet deinde internecinum bellum cum ichneumone. de aspide. Bellorum internectina odia Iustin. 6, 6. Al. leg. Interneciua. Internecinum morbi genus Gell. 2, 1. Agris internectiua Populatione transcursis Ammian. 28, 33.*

INTERNĒCIVE. Adu. Ammian. 27, 20 (*Valef. c. 9 p. 495*) 65 *Interneciue cuncta disperdere.*

INTERNĒCĪĀLIS, e. Adi. Liu. 27, 24 *Morbi internectiales legi volebat magno conatu Rhenanus. Sed perneciale tuentur magno consensu Gebh. Gron. Drakenb. Ergo nondum habet vox ea auctorem.*

INTERNĒCTO, xui, xum, ēre. [*διεπίνω*] *Inter se connectere.* Stat. Theb. 8, 168 *Vix magna lauare Vulnere, et efflantes libet internectere plagas.*

INTERNĒDIFĪCO, āre., Plin. 10, 33 *Tertium est earum genus, quae ripas excauant, atque ita internedificant.*

INTERNĒGRANS, antis. [*διαμελαρίζω*] *Partic. sine Verbo.* Stat. Theb. 6, 336 *Noctemque diemque Assimulant, maculis internegrantibus albae, equae Admeti.*

INTERNĒTEO, ui, ēre. [*διαφαινω*] *In medio nitere vel pellucere.* Plin. 37, 5 *Tunc enim tellure internitent, quia iis ventis maxime harenae mouentur. de gemmis. Gemmae internitentes Curt. 3, 3, 16. al. interuenientes. Idem 3, 3 Caeli fulgor tempore aestiuo ardenti similis, internitens. Et 5, 4, 25 Etiam si qua sidera internitebant.*

INTERNOCTATIO, ōnis. f. *παρανοχίδες* Gloss. Lat. Gr.

INTERNODĪVM, i. n. [*μεσοκόμειον*] *Spatium inter nodum et nodum.* Plin. 7, 2 *Arundines vero tantae proceritatis, vt singula internodia aluo nauigabili ternos interdum homines ferant. Columel. de Arborib. c. 3 Breuia internodia. Longa internodia crurum Aefaci in mergum mutati Ouid. Met. 11, 793. Ictus erat, qua Mollia neruofus facit internodia poples Idem Met. 6, 256. Conf. Calpurn. Ecl. 1, 26. Internodium cannae vnum cum suis articulis Pallad. Apr. 8, 3. Columel. 3, 2, 5 Internodiis quoque rarior, largis fructibus a minore superatur de vitis genere. Internodius quorundam librorum sphaema est. Articulorum longa internodia, in canibus Varr. R. R. 2, 9, 4.*

INTERNOSCO, nōui, nōtum, ēre. [*διαγνώσκω*] *Discrimen inter duo facere.* Plaut. Amph. prol. 142 *Nunc internoſſe vt vos possitis facilius, etc.* Cic. de Amicit. 95 *Secerni autem blandus amicus a vero et internoſci tam potest. Idem de Diuin. 2, 128 c. 62 Quae si alia falsa, alia vera, qua nota internoſcantur, ſcire ſane velim. Internoſci a falsis vera non possunt Cic. Acad. 4, 22. Rimante ingenio docte internoſcere Prudent. Psychom. v. 792. Dignum atque indignum nequit internoſcere, vid. Poeta apud Auct. ad Her. 2 c. 23. Add. Cic. de Oraſ. 2 c. 86. Plaut. Men. prol. v. 20. Facile internoſcere Cic. Acad. 4, 48.*

INTERNVCVLVS, i. m. *Laudatur haec vox ex Petron. 7 p. 105*

32, et dicitur significare puerum meritorium et impudicum: quorsum multa ibi disputant viri docti. Sed merito edidit Burm. Video quosdam inter titulos nudasque meretrices furtim conspiciant. Multo minus probabilitatis habet, quod adfertur ex Apul. de Deo Socr. p. 44, 41 ubi recte Elmenhorstius, Et fortasse an inter Graccos praelio cognitos: at inter Rutulos recens cognitos si nemo huic capiti crediderit, etc. Habeat itaque suos internuculos Pithoeus Hor. Subsec. 2, 10 et Nuculos suos Turn. 21, 28.

10 INTERNUNDINIVM, vel INTERNUNDINVM, i. n. Spatium, quod inter nundinas est, vocauerunt; ut Intermentruum, Quod inter menses. Varro apud Non. 3, 145 Quoties priscus homo ac rusticus Romanus internundino barbam radebat. Lucilius ibid. Paucorum atque hoc pacto si nihil gustat internundinum. Nonius non bene duobus verbis diuisim Inter nundinum, legit et inter nundino. Sic certe Mercer. p. 214, 28. Gotbofr. inter nundinum bis. Mar. Victorin. de Orthogr. p. 2469 extr. Internundium scribendum ut interlunium et trinoctium: ita internundinium, quod nouem dies inter se continuos habeat, non quod nono die sit.

20 INTERNUNTIVS, i. m. [διώνυτος] est, inquit Sipontinus, Qui inter alios medius est, ad aliquid tractandum: et modo huic, modo illi per vices nuntiat. Ter. Eun. 2, 2, 56 Eho, minimum tu hic relictus custos, ne quis forte internuntius clam a milite ad istam cursitet? Cic. ad Octau. 16 Quae quidem si nullo alio, me tamen internuntio celeriter ad illos deferentur. Caes. B. C. 1, 20 Post paullo tamen internuntiis vltro citroque missis, quae ignorabant de L. Domitii fuga cognoscunt. Responso per internuntios dare Iustin. 1, 2, 12. Cic. Philipp. 13, 12 Verum igitur augurem Iouis Opt. Max. cuius interpretes internuntiique constituti sumus, etc. Liu. 33, 28 Seruus erat Zeulippo, totius internuntius et minister rei. 2 Proprie Adiectiuum est. De membris Apul. de Habitudo. doct. Platon. p. 589, 14 Floridi, Et tamen ea, quae sunt internuntia sentiendi sic sunt operata visceribus, ne crassitudine sensus hebetentur. Plin. 10, 37 de columbis, Quin et internuntiae in rebus magnis fuere. Add. Plaut. Mil. 4, 1, 39. Anus quaedam adulterorum internuntia Apul. Met. 9 p. 339.

35 INTERNVS, vid. INTRA.
INTERNUNTIO, ãre. Liu. 42, 39, 4 Paullisper internuntiansdo cunctatio fuit, viri transgrederentur, i. per internuntios disceptatum, vtrum transire aequum esset.

40 INTERO, intritui, intritum, erere. [ἐνρίτω] Simplici addit motum quendam. Cato c. 156 Et eo cyminum interito. Colum. 12, 57, 2 legendum videtur, Nuces iuglandes — interito, pro vulg. inferito. Ter. Phorm. 2, 2, 4 Ad te summa solum Phormio rerum dedit: tute hoc intristi, tibi omne est exedendum. Vbi Donatus: Paroemia apta parasito, quae de cibo est: hoc autem inter rusticos de Alliato mortario dici solet. Et bene Intristi, proprie enim Intrita dicitur huiusmodi Cibus. Verba sunt Phormionis parasiti, qui, quoniam fuerat auctor consilii de ducenda puella, aequum esse putat, ut suo periculo rem item expediat. Acetum intritu consumatur leg. vid. Rhodio apud Scrib. 201.

50 INTRITVS, a, um. Adi. [ἰνρίτων], Sed feminino et neutro genere fere Substantiue adhibetur. Varr. R. R. 2, 9, 10 Nec non ita panem hordeaceum dandum (canibus) vt non potius eum in lacte des intritum. Add. 3, 9, 21 Intritus in aquam panis triticeus. Et 3, 10, 5 Hordeum in aqua intritum. Substantiue Intrita de variis rebus dicitur. v. g. Colum. 12, 40, 1 Eodem (ad vinum et aquam permixta) et spumas defruti, siue sapae, et faecem ex lacu confundito et permisceto, eamque intritam macerari vna nocte finito. Idem 12, 43, 10 Intrita folliculorum resoluta est pes vinaceus prorutus, i. folliculi prelo expressi. Speciatim et velut proprie Intrita de Alliato mortario inter rusticos dici solet: teste Donato ad Phorm. 2, 2, 4. Plin. 9, 9 (8) de delphinis, Nec piscibus tantum, sed intrita panis e vino satiantur. Columel. 12, 40, 1. Aqua intrita facta, h. e. Cum pane vel re alia spissior facta Varr. de R. R. 3, 9, 13. Intrita ex vino Cels. 3, 19: ex aqua calida Id. 3, 6. Intritum lacte confectum Apul. Met. 11 p. 265. 2 Aliud genus, de quo Plin. 36, 23 f. 55 Ruinarum vrbis ea maxime causa, quod furto calcis sine ferrumine suo caementa componuntur. Intrita quoque quo vetustior, eo melior. Conf. Vitruu. 7, 2 int. Sic Plin. 35, 14 f. 49 Intritam ipsam eorum (laterum) priusquam fingantur, macerari oportet. Sic Intrita est Emplastrum ad insitionem. Plin. 17, 16 f. 26 Sed id etiam apud veteres Graecos inuenitur, et apud Catonem, qui oleam sicumque sic inferi iussit, mensura etiam praefinita secundum reliquam diligentiam suam: cortices scalpro excidi quatuor digitorum longitudine, et trium latitudine, atque ita coagmentari, et illa sua intrita oblini. Respicit ad Caton. 42 coll. 40, 2 ubi est formula eius intritae, Argilla vel creta, arenae paullulum, firmus bubulus, quae condepsi iubet. Intritus non tritus. Caes. B. G. 3, 26 Eductis quatuor cohortibus, quae praesidio castris relictae intritae ab labore erant. Sic legi ex Andinis membranis vult Gron. ad Liu. 22, 39. Habet Flor. interitae: Al. interritae: vulg. integrae. Vid. INDICENS.

80 INTRIMENTVM, i. n. Idem. Apul. Met. 10 p. 244, 31 Coquus, qui sapidissimis intrimentis succum pulmenta condita vapore molliabat.

INTERTRIGO, INTERTRIMENTVM, vid. in suo loco.
85 INTERORDINIVM, i. n. [μεσοστίχων] Spatium quod est inter duos ordines: sicut Inter palum, Inter columnas, Intercolumnium nominatur. Palus medio interordinio pangetur Columel. 4, 16. Idem 3, 13 Et si fossore tantum terra versetur, minimum est quinque pedum interordinium, septem maximum. Et 5, 5 (4) Sed de spatiis ordinum eatenus praecipendum habemus, vt intelligant agricolae siue aratro vineas culturi sint, laxiora interordinia relinquenda. Add. Idem 3, 15.

INTERPATEO, ãre. Macrob. Saturn. 7, 15 de pulmone Propterea tot meatibus distinctus est, et interpatet rimis. Add. Id. 1, 18. Fistula interpatet in extremis palati regionibus Lactant. Opific. Dei 95 11, 9. Inter Bosphoros, id est, Cimmerium et Thracium latus, interpatent millia quingenta M. Capella lib. 6 c. de quarto sinu Europae p. 214. In latum diximus interpatere debere Veget. de Re milit. 3, 15.

INTERPEDIO, ãre. Macrob. Saturn. 7, 12 Calor sensum occupat, et gustatum linguae feruor interpedit.

100 INTERPELLO, ãre. [διακόπτω, ἐνοχλέω] Loquentem alloqui, et quasi sermonem eius interrumpere; Interfari. Cic. Tusc. 1, 16 c. 8 Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo. Odiose interpellare, vid. ODIVM. Possessionem interpellare, i. Interrumpere. Triphonius in l. si fundum D. de fundo dotali. Iulian. in 105 l. qui fundum §. procurator D. pro emptore. Nec saxa cotesque, quae

quae interpellent Specus, obstabant Curt. 4, 6, 8. Sin casus aliquis interpellarit Matius ad Cic. Fam. 11, 28 extr. Vigilantem Id. Verr. 5, . . . Vlpian. in l. 1 §. ult. in fine, D. usufructuarius quemadmodum caueat. *Obturbare*: Cic. Q. Frat. 2, 10 Tu metuis, ne me interpelles? primo si in isto essem, tu scis quid sit interpellare, etc. 5 Tu vero ut me et appelles, et interpelles, et obloquere, et colloquere velim. Caes. B. C. 3, 105 Sed interpellatum aduentu Caesaris profugisse. i. *A conatu et incepto deterritum*. Tribuni interpellant interregem, ne Liu. 4, 43. i. *intercedunt*. Iurisdictionem alicuius, i. *Impedire* Modestinus in l. neque infantes D. de fideicommissariis libertatibus. Manumissionem serui Iulian. in l. si hominem D. mandati. Otium bello Curt. 6, 6, 12. Liu. 3, 57 Vbi tollentes corpus semianimae virginis, sponsum auunculumque in carcerem duci iusserit, Stupro interpellato magis, quam caede motus. Caes. B. C. 3, 73 Sed siue ipsorum perturbatio, siue error aliquis, siue etiam 15 fortuna partem iam praesentemque Victoriā interpellasset, dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum virtute sarciretur. Liu. 9, 14 Itaque apud infensos ob interpellatam dulcedinem Irae, confestim oratio habita est, ut doceretur miles, etc. i. *Ob reuocatos a caede milites*. Interpellare debitorem, est *Appellare*, h. e. in iudicium 20 *vocare*. Pomponius in l. Labeo D. de nautico fenore, Si nemo sit, qui ex parte promissoris interpellari traiectione pecuniae possit: id ipsum contestatione complecti debere, ut pro petitione id cederet. Possessores interpellare debet secundus creditor Papin. in l. 1 in fine, D. de distract. pignor. Res interpellata bello, refrixerat Cic. Att. 25 1, 19. Valer. Max. 3, 1, 2 Cato rogatus, ut socios apud auunculum adiuuaret, constanti vultu non facturum se respondit. Iterum deinde, ac saepius interpellatus, in proposito perstitit. Interpellandi locus hic erat Hor. Serm. 1, 9, 26. Hirt. de B. Alex. 50 Sibique quod rapuerant, acceptum ferebant: quod interciderat, aut erat inter- 30 pellatum, (*iterum ereptum, certe impeditum, ne domum ferre possent*) Cassio assignabant.

INTERPELLATIO, ōnis. f. [*διείκοψις*] Cic. Att. 12, 42 Putabam enim, commodius te idem istud domi agere posse interpellatione sublata. Idem de Orat. 2, 203 Etsi, inquit, Antoni minime im- 35 pediendus interpellatione iste cursus orationis tuae. Et Fam. 6, 18 Itaque literae quidem meae impediuntur, in quibus sine vlla interpellatione verfor. Plin. Epist. 9, 36 Opportuna interpellatio. Conf. Cic. Partit. Orat. c. 8.

INTERPELLATOR, ōris. m. *Interuentor, qui interruptit ser- 40 monem, aut aliquid aliud agentem* Cic. Off. 3, 38 c. 14 Dictabat se hortulos aliquos emere velle, quo inuitare amicos, et vbi se oblectare sine interpellatoribus posset. Molesti alieni sermonis interpellatores Dialectici Auēt. ad Heren. 2, 16. Interpellatores minus molesti Cic. Att. 15, 13. 45

INTERPELLATRIX, icis. f. Hieron. Epist. 3 ad Heliodor. p. 8. **INTERPENDIUM**, i. n. *Vid. Salmas. in Solin. p. 708 bA ex Vet. Gloss. ubi redditur παράλληλον. Haud differt a Compendio. Interpendium est, Cum in utraque lance paria sunt pondera.*

INTERPENSIVVS, a, um. Adi. *Interpensiva apud Vitruu. 50 6, 3 Perlicarum, tigillorum, asserumque genera sunt, quae ab angulis parietum ad angulos signorum, ad imbres in colliquias deriuandos, vel alium quemuis usum interlocantur, quasi ea, quae a pendendo Graeci appellant παρασκήσια. Interpensiuui vero parietes sunt, Qui supra contignationem struuntur, nec in solo fundamentum habent, sed in pendenti sur- 55 gunt. Sic Hermol. Philander interpretatur fulcra stillicidiorum, aut quorum pars traiectas, et alioquin veluti penfiles trabes sustinet, altera parieti infixa.*

INTERPLICO, āre. [*παραμπλέκω*] Stat. Theb. 4, 218 Albaque puniceas interplicat infula cristas. *Add. Ibid. 2, 282.* 60

INTERPŌLO, āre. [*ἐπιγνάπτειν*] Interpolare, ut recte interpretatur *Salmas. ad Solin. p. 277, b. Non. 1, 145 Interpolare est immutare et interponere, et nouam formam e veteri fingere. Laudat deinde Cic. Verr. 1, 158 c. 61 Aliquid demendo, mutando, curando, ne litura appareat, interpolando, et addit, Et est tractum ab arte fullonia, qui 65 poliendo diligenter vetera quaeque quasi in nouam speciem mutant. Vlpian. in l. praecipunt aediles D. de aedilicio edicto, Vbique enim curent aediles, ne emtores a venditoribus circumueniantur, etc. praesumptum est enim ea mancipia, quae rudia sunt, et simpliciora esse, et ad ministeria aptiora et dociliora: trita vero mancipia et veterana, 70 difficile est reformare. Quia igitur venalitarii sciunt facile decurri ad nouiciorum emtionem, idcirco interpolant veteratores, et pro nouiciis vendunt. Albaria tectoriorum interpolantur, inquit Plinius 35, 16. h. e. Tectoria, quibus propter vetustatem color albus induci solitus exoleuisset, exalbantur, renouanturque. Ambrosius pen. corripuit in illo Iambico dimetro, Quod nulla nox interpolet. Hymnus incipit, Veni Redemptor gentium. Sic Qui laeta Christi culta sur interpolat, Addens auenas aemulas Prudent. Apoth. praef. 2 v. 45. i. *additamentis corrumpit.* Cic. Q. Frat. 2, 12 Quod vult, inquam, renouare honores eosdem, quo minus togam praetextam quotannis interpolet, decer- 80 nendum nihil censeo: proprie, si fides Nonio l. c. Satietaem epularum ludis interpolabat Q. Curt. 6, 2. Noua pictura opus interpolare Plaut. Mostel. 1, 3, 105. Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo Plaut. Amph. 1, 1, 161.*

INTERPOLATIO, ōnis. f. [*ἀνακαίνωσις*] Plin. 13, 12 Hanc excepit Romae Fanii sagax officina, tenuatamque curiosa interpolatio- 85 ne principalem fecit e plebeia. *Add. Tertull. adu. Haeret. c. 39.*

INTERPŌLIS, e. Adi. [*ἐπιγνάφον* Vet. Gl.] *Quod est interpolatum.* Plin. 19, 2 Est quidem eius natura interpolis, rursusque quamlibet vetustum nouo miscetur. *de sparto.* Mutatur ars quotidie, toties interpolis Plin. 29, 1. Plaut. Most. 1, 3, 117 Nam isthaec veteres, quae se vnguentis vinctitant, interpoles, vetulae, edentulae, quae vitia corporis fuco occultunt.

INTERPŌLVS, a, um. Adi. *Idem.* [*Interpolum, ἐπιγνάφον* Vet. Gloss.] Martianus in l. 45 Labeo D. de contrah. emt. et vend. Si vestimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebacio placere ita emtori praestandum quod interest, si ignorans interpola emerit.

INTERPOLATOR, ōris. m. [*ἐπισκευετής* Onomast. Vet.] *Qui antiquas vestes refarcit ac renouat, ut eas facilius vendat.* Tertull. de Anima c. 16 Frumentariae segetis nocturnus interpolator. Et de Ha- 100 bit. mulier. 1, 8 Diabolus interpolator naturae. Multum est inter institutorem et interpolatorem Tertull. de Spectac. c. 2.

INTERPOLATRIX, icis. f. *Mulier, quae id ipsum facit, quod interpolator.* Pomponius a Pareo laudatus Lex. Crit. Interpolatricem accersire oportet, quae huic vestem adducat. Tertull. adu. Haeret. 105

c. 7 Sapiencia humana et affectatrix et interpolatrix veritatis. *Conf. Nazar. Paneg. Constantini c. 15.*

INTERPOLAMENTVM, i. n. Cl. Mamert. 1 praef.

INTERPŌNO, sui, situm, ēre. [*ἐπιθήμι, παρεπιθήμι, παρεμ-
5* *βάλλω*] Cic. de Amicit. 3 Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne in-
quam et inquit saepius interponeretur. Idem Verr. 1, 30 c. 11 In-
terposuisti Accusatorem, qui quum ego mihi C et X dies solos in Si-
ciliam postularem, C et VIII sibi in Achaiam postularet. Cic.
Philipp. 2, 9 c. 5 Quid enim me interponerem Audaciae tuae, quam
10 neque auctoritas huius ordinis, neque existimatio Pop. Rom. neque
leges vllae possent coercere? Me illud omittunt aliqui. Significat au-
tem intercedere, impedire. Vid. mox Se interponere. Martial. 1, 107

Interponis aquam subinde Ruffe,
Et si cogeris a sodale, raram
15 Diluti bibis vnciam Falerni.

Cic. Philipp. 13, 15 Quod si Auctoritatem interponis, sine armis, ma-
gis quidem laudo: sed vide, ne hoc ipsum non sit necesse. Causam
Nep. 2, 7, 1. i. allegare, ut interserere. Cautiones, i. Dare Paul-
lus in l. omne D. pro socio. Plin. 20, 15 Similis autem et huius
20 vsus. Namque et panibus Alexandrinis subigitur, et Condimentis
interponitur. h. e. Immiscetur. Liu. 35, 35 *vers. fin.* Qui cunctatus
fuerit, et suum Consilium meo interponet, sciat sibi reditum ad pe-
nates non esse, i. impediatur meum consilium suo, ut intercedere. Cic.
Verr. 2, 119 Quin ab Siculis ob Decreta interponenda pecuniam acce-
25 perit. Diebus aliquot interpositis Varro de R. R. 3, 9. Cic.
Verr. Act. 1, 23 Ita prope XL Diebus interpositis, tum denique se ad
ea, quae a nobis dicta erunt, responsuros esse arbitrantur. Exce-
ptionem actioni Vlpian. in l. 2 in princip. D. de exception. Caes.
B. G. 5, 6 Reliquis fidem interponere, iusiurandum poscere, ut quod
30 esse ex vsu Galliae intellexissent, communi consilio administrarent.

Cic. pro Rosc. Amer. 114 c. 39 Si hanc ei rem priuatim Sext. Roscius
mandasset, ut cum Chryfogono transigeret atque decideret, inque
eam rem Fidem suam, si quid opus esse putaret, interponeret.
Gaudia curis Cato de Morib. 3, 5. Iudicium suum, *Iudicio compro-
35* *bare* Cic. Att. 8, . . . Idem de Diuin. 2, 152 Quum autem proprium
sit Academiae, Iudicium suum nullum interponere, etc. Iusiuran-
dum, *Iureiurando affirmare*. Liu. 34, 25 Qui primo Iureiurando in-
terposito, de praesidio expellendo cum idoneis colloquutus, dum, etc.
Menses intercalares Liu. 1, 19 *extr.* Cic. Acad. 1, 1 Quod quum
40 audissemus, nullam Moram interponendam putauimus, quin videre-
mus hominem nobiscum, et studiis eisdem, et vetustate amicitiae
coniunctum. *Add. Caes. B. G. 4, 11. Magnaque fluminis interpo-
sita mora Caes. B. C. 1, 64. Cic. Verr. 1, . . . Peratur hereditas*

45 ea, quae nulla debetur? in praedam Praetoris interponatur Nomen
ciuitatis? Cic. pro Muraen. 35 c. 17 Dies intermissus vnus, aut
Nox interposita saepe perturbat omnia. Idem Diu. Verr. 63 Pro
exterarum nationum commodis inimicitias suscipere: ad periculum
accedere: Operam, studium, laborem interponere. Quo facilius
nostra quoque Opinio interponi possit Cels. 1 praef. Cic. Verr. 2,
50 66 Iste Poenis, compromissisque interpositis, H. S. CCC extorquenda
curauit. Cic. Att. 7, 15 Plerique negant Caesarem in conditione
mansurum: Postulataque haec ab eo interposita esse, quo minus quod
opus esset ad bellum, a nobis pararetur. Cic. Q. Frat. 2, 7 Sed res
multis Querelis de Repub. interponendis nulla transacta est. Idem

55 in Vatin. . . Num quem putes illius tui certissimi gladiatoris simi-
lem Tribuni plebis posse reperiri, qui Se interponat, quo minus reus
mea lege fias? Idem Q. Frat. 3, 4 De Ascanione, Tu vero quod voles
facies, me nihil interpono. Cic. Fam. 10, 27 Itaque sapientius
meo quidem iudicio facies, si te in istam pacificationem non interpo-
60 nes. Se non interponere tum dicuntur iudices, Quum aliqua de re
iudicare nolunt Vlpian. in l. a diuo Pio §. sed si emtor D. de re iudi-
cata. Se interponere coepit Senatus Pomponius in l. 2 §. deinde
quia D. de Orig. iuris. Cic. pro Cluent. 5 Vehementes habeat re-
pentinos impetus Spatio interposito, et causa cognita consensescat.

65 Caes. B. G. 4, 32 Neque vlla ad id tempus belli Suspensione interposita.
Cic. pro Quint. 15 Neque interea Verbum vllum interposuit Naevius,
aut societatem sibi quippiam debere, aut priuatim Quintium debuisse.

INTERPOSITVS, a, um. Partic. [*παρεπιθεῖς*] Plin. 18, 16
Interpositis quinque diebus. h. e. Interiectis vel intermissis. Causa Caes.
70 B. C. 1, 42. Discrimen Cels. 3, 3. Offensio Cic. Phil. 2 c. 4. Spa-
tium Lucret. 4, 561. Vlpian. l. 1 D. Quarum rerum act non dat.
Etenim parui refert, protinus libertus patrono cogatur dare, an per
interpositam fideiussoris vel rei Personam.

INTERPOSITVS, ūs. m. [*παρεμβολή*] Cic. de N. D. 2, 103
75 c. 40 Tum ipsa incidens in vmbrae terrae, quum est e regione So-
lis, interpositu, interiectuque terrae, repente deficit. *de luna.*

INTERPOSITIO, ōnis. f. [*παρέθεσις*] Cic. de Inuent. 1, 8
c. 6 Quaestionem autem eam appellat, quae habeat in se controuer-
siam in dicendo positam, sine certarum personarum Interpositione,
80 ad hunc modum, ut Quid sit bonum, etc. Cic. Fam. 16, 22 Vna
omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere
soleo, de quadrimo Catone, i. aliquid inculcatum et interpositum
scripturae.

INTERPRIMO, pressi, pressum, ēre. [*διακρίνω*] Intercludere
85 *premoendo elidere*. Plaut. Rud. 3, 2, 41 Qui sacerdotis scelestus fauces
interpresserit. *Add. Min. Felix in Oct. p. 93. Ouzel. ubi conf. El-
menhorst.*

INTERPRES, ētis. c. [*ἐρμηνεύς, μεταφραστής*] Qui in aliqua re
agenda medius est, et veluti conciliator et auctor, qui inter duos loquitur,
90 et ut inter ipsos conuenire de pretio rei, vel quocumque alio negotio, pos-
sit, efficit. Deinde generatim, qui efficit, ut intelligant alii, quod alio-
quin, sine ipsius interuentu et opera non intellecturi erant. Plaut. Curc.
3, 64 Quod te praesente istic egi, teque interprete. Cic. Verr. 3, 84
A. Valentinus est in Sicilia interpres: quo iste interprete, non ad lin-
95 guam Graecam, sed ad furta et flagitia vti solebat. Plin. 6, 5 de
Diofcuriade, Ponti quondam vrbe, A nostris CXXX interpretibus ne-
gotia ibi gesta: dixerat, Timosthenes in eam CCC nationes dissimili-
bus linguis descendere prodidit. Liu. 21, 12 Se pacis eius interpre-
tem fore pollicetur. Hor. de Arte Poet. 1, III Post effert animi
100 motus interprete Lingua. Malus Quid. ex Pont. 4, 14, 41. Nu-
marius pacis et concordiae Cic. pro Cluent. 101 c. 36. Corrampendi
iudicii Idem Act. in Verr. 1 c. 12. Cic. ad Brut. 10 Improbissimis
litteris quidam, fallacibusque interpretibus ac nuntiis impulerunt in
spem certissimam Consulatus. Per amicos et interpretes agere ali-
105 quid Cic. Verr. 4, 49. Amici et interpretis mei filius Idem Fam.

13, 54 *ubi vid. Manut.* Plaut. Poen. 1, 3, 35 Nam isti quidem hercle orationi Oedipo opus est coniectore, qui Sphingi interpres fuit. Virg. Aen. 3, 559 Troiugena interpres diuim. *Vbi Seruius: Interpres, Vaticinator, qui mentem deorum mortalibus publicat. Sic Augurium, atque extum interpretes apud Cic. in Orat. 155. Comitiorum, aruspices qui iudicant, sintne iusta Idem de N. D. 2 c. 4. Concordiae ciuium interpres arbiterque, i. conciliator, s. quo interprete ea restituta est, Liu. 2, 33 extr. de Agrippa Menenio. Curarum interpres Virg. Aen. 4, 608. Hominum, diuimque interpres Idem Aen. 10, 175. Portentorum interpretes Galeotae in Sicilia nominabantur Cic. de Diuin. 1, 39. Portentorum coniector quidem, et interpres Idem de Diuin. 2, 62 c. 28. Somniorum, atque omnium interpretes, coniectores vocamus Quinctil. 3, 6. Interpres Iouis et satelles, aquila Cic. de Diuin. 2, 114. Interpretes et internuntii Iouis, augures Idem Philipp. 13, 12. Interpretes Poëtarum grammatici Id. de Diuin. 1, 34. Interpres iuris Cic. in Topic. 4. Sanctissimus legum Iuuen. Sat. 4, 79. Cic. Fant. 7, 20 Nullam artem literis sine interprete, et sine aliqua exercitatione percipi posse. Idem de Diuin. 1, 16 Quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitae sunt interpretum. *Qui conuertit ex una lingua in aliam: 20* Cic. de Opt. gen. Orat. 14 Nec conuertit vt interpres, sed vt orator, sententiis iisdem, et earum formis tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis. Fides Hor. in Arte Poët. 133.*

INTERPRETATOR, ōris. m. Idem. Tertull. adu. Prax. c. 19.

INTERPRETABILIS, e. Adj. Tertull. contra Val. c. 14 Non-25 men interpretabile.

INTERPRETOR, āri. Dep. [ἐρμηνεύω, μεταφράζω] Exponere, explicare, explanare. Cic. Off. 2, 5 Nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quam studium sapientiae. In diuersum aliquid Quinctil. 3, 6. Beneficium Imperatoris quam plenissime interpretari Iabolenus in l. 3 D. de constitut. Principum. Dicta obscure Quinctil. 3, 4. Lege interpretari, et aequitate explicare Cic. Phil. 9, 10. Idem de Orat. 1, 158 c. 34 Omnium bonarum artium scriptores ac doctores et legendi et peruolutandi, et exercitationis causa laudandi, et interpretandi, etc. Interpretari nomine aliquo, etc. 35

Plin. 13, 22. Religiones sapienter interpretando Remp. conseruant Pontifices Cic. pro Domo pr. Verborum vim Idem de Fato 20. Et pro Corn. Balb. 36 Quasi vero priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. Cic. de Diuin. 1, 46 c. 23 Ex quo ita illud somnium esse interpretatum, vt, etc. Liu. 39, 39 Medio responso 40

spem ad voluntatem interpretantibus fecerat, celsurum Patrum auctoritati esse. Male, pro Maligne accipere Senec. Epist. 64. Neque recte an perperam, interprete. Fuerit ista eius deliberatio, qui bellum suscepit Liu. 1, 23. Iudicare: Cic. Off. 3, 113 Reditu enim in castra, liberatum se esse iureiurando, interpretabatur, non recte. 45

Miles qui iussu ducum interpretari quam exsequi mallet Tac. Hist. 2, 39, 3. Cic. Planc. Att. 16, 16 Quod si a te erit impetratum, sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, vt tuo summo beneficio me affectum iudicem. Pro sua sapientia aliquid Cic. Fam. 13, 73. Interpretari grato animo Cic. de Clar. Orat. 5. b. e. In bonam partem 50

accipere. Grate interpretari beneficia ab alio accepta Plin. Epist. 2, 13. Ex: Cic. de Amicit. 21 Iam virtutem ex consuetudine vitae sermonisque nostri interpretemur. Cic. pro Muraen. 64 Aut mitiorum in partem interpretarere. Interpretatur Numen suum violari: i. Existimat et iudicat Plin. in Paneg. c. 33 extr. Hoc nos 55

diabolo interpretamur Tertull. de Virg. vel. c. 15. i. adscribimus. Peruerse interpretaris Plaut. Truc. 1, 2, 41. Quum huius verba interpretor: b. e. Quantum ex huius verbis colligere possum Plaut. Bacch. 4, 2, 15. Interpretari memoriae alicuius, i. illam adiuuare, Reducere in memoriam Plaut. Epid. 4, 1, 25. Passiue utitur hoc verbo 60

Ammian. 23, 12. it. 24, 21.

INTERPRETĀTVS, a, um. Partic. Pass. [ἐρμηνευθεὶς] Expositus, explicatus. Cic. de Legib. 2, 29 Vesta quasi focus urbis, vt Graeco nomine est appellata: quod nos prope idem Graecum interpretatum nomen tenemus. Verba, quae ex Etruscis libris in te 65

conuersa atque interpretata dicuntur Cic. de Arusp. Resp. c. 17. Suet. Neron. c. 13 Verba supplicis interpretata.

INTERPRETATIO, ōnis. f. [ἐρμηνεία] Cic. in Partit. 27. Et de Orat. 1, 23 Neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint. Dura Quinctil. 2, 14. Callida et 70

Malitiosa iuris Cic. Off. 1 c. 10. Interpretatio, inquit Auctor ad Heren. 4, 39 est, Quae non iterans idem redintegrat verbum, sed id commutat, quod positum est, alio verbo, quod idem valeat. Interpretatio foederis Cic. pro Balbo c. 6. i. vis, sententia. Coniectura et iudicium: Liu. 2, 8 Non crediderit factum, an tantum animo robo- 75

ris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis.

INTERPRETATIUNCŪLA, ae. f. Hieron. Epist. 89 c. 6 Miror, quod septuaginta Interpretum libros legas non puros, vt ab eis editi sunt, et Christiani hominis interpretatiunculam non sequaris.

INTERPRETATOR, ōris. m. Tertull. adu. Prax. c. 19. In- 80

terpres Iren. 1, 1.

INTERPRETAMENTVM, i. n. [μετάφρασις] Idem. Gell. . . . Ex quibus Latinae linguae interpretamenta collegimus. Idem 6, 2 Interpretamentum obscurius. Idem 5, 18 Latinum interpretamentum. Add. Idem 13, 9. Petron. c. 10 Somniorum 85

interpretamenta.

INTERPRETANDVS, a, um. Part. Pass. Exponendus, declarandus. Iulianus in l. Quum in testamento D. de hered. instituend. Haec verba sic interpretanda sunt.

INTERPRETABILIS, e. Adj. Tertull. contra Valent. c. 14. 90

INTERPRETIVM, i. n. Lucrum interemtum et venditum. Vid. Valef. in Ammian. 28, 1.

INTERPVNGO, ěre. Sen. Epist. 40 Nos cum scribimus, interpungere consueuimus, stilo impresso punctum facere inter duas sententias. 95

INTERPVNCTVS, a, um. Part. [διάσπυρος] Quod punctis distinctum est. Cic. de Orat. 2, 328 c. 80 Sed et festiuitatem habet narratio distincta personis, et interpuncta sermonibus. Ibid. 3, 173 c. 44 Interspirationis enim, non defatigationis nostrae, neque liberiorum notis, sed verborum et sententiarum modo interpunctas clau- 100

fulas in orationibus esse voluerunt. Add. Ib. c. 46.

INTERPVNCTVM, i. n. [διάσπυμα] Distinctio. Cic. de Orat. 3, 79 Clausulas enim et interpuncta verborum, animae interclusio et angustiae spiritus attulerunt.

INTERPVNCTIO, ōnis. f. [διάσπυσις] Idem. Cic. pro Mu- 105

raen. 25 c. 11 Res enim sunt paruae, prope in singulis literis atque interpunctionibus verborum occupatae.

INTERPVRGO, Ære. [*διαναθαίρω*] pro Purgare, aut Circumpurgare. Plin. 18, 26 f. 65 Ficus interpurgari, feminaria fieri.

5 INTERPVTO, Ære. [*διαναθαίρω*] Hinc inde excidendo ramos arborem, vitem, putare et purgare. Columel. de Arb. extr. Sed omnibus annis fodi ante Calendas Martias et interputari oportet. Cato c. 50 Ficus interputato, et in vinea ficos succidito alte, ne eas vites scandant. Vid. Varr. de R. R. 1, 30.

10 INTERQVĒROR, questus sum, quæri. Liu. 33, 35 Aetolorum principes interquesti sunt, quod non idem erga suam gentem Romanorum animus esset post victoriam, qui in bello fuisset.

INTERQVIESCO, quiēui, quiētum, Ære. [*μεταποιόμαι*] Quiescere et subsistere paulum, ut mox iterum incipias et pergas. Cato 15 c. 158 Indidem sume tibi sextarium tepidum: adde vini Coi cyathum vnum: bibe: interquiescet. de aluo deicienda. Cic. de Clar. Orat. 91 c. 23 Quum haec dixissem, et paululum interquieuissem, Quid igitur, inquit, etc.

20 INTERRĀDO, rāsi, rāsum, Ære. [*διαζέω*] Hinc inde aliquid erado. Columel. de Arbor. c. 19 Nam si spisse posueris, neque infra quidquam serere poteris: nec sic ipsae fructuosae erunt, nisi eas interraseris. Plin. 15, 1 Oleae attondentur sicut et vites, atque etiam interradi gaudent. Add. Idem 18, 25. Interrasa variatis cortice

25 virgis Paulin. Nol. Poem. 24, 254. Plin. 33, 11 f. 49 Iam veromensas repositoriis imponimus, et ad sustinenda opsonia interradimus latera: et interest quam plurimum lima perdidit, i. perforamus artificiose, ut appareat, ad sicca tantum opsonia factas, et corbium plexillumque calathorum formam habeant. Id. 35, 1 Nec tantum vt parietes toti operiantur, verum et interraso marmore, vermiculatisque ad

30 INTERRASILIS, e. Adi. [*διαζήσος*] Plin. 12, 19 f. 22 Coronas ex cinnamo, interrasili auro inclusas. i. ita perforato, ut auro quidem circumdentur et includantur furculi illi, sed per illa foramina figuram speciosam habentia florum, aut aliarum rerum, transpareat, et odorem transmittat. Fortunat. Carm. 1, 13 Hic sculptae camerae decus interrasile pendet. Recentior aetas posuit pro Anaglyphis s. caelato opere, in

35 quo figura eminet et exstat: quod ita potest intelligi, si ponamus fundo aequabili et polito opus interrasile, quale descripsimus, superinductum, vt per caua illius s. foramina fundus iste appareat. In tantum igitur audiri potest v. g. Papias, cum ait, Interrasilis, Anaglypha, sculpta: et alii apud Cangium.

INTERRASOR, ōris. m. [*διαρρητής*] Gloss. Lat. Gr.

40 INTERRĒGNVM, i. n. [*μεσοβασίλειον*] Appellatur id tempus, quo regnum vacat: hoc est, ante quam in demortui locum nouus rex praeficiatur. Vid. Liu. 1, 17. Vict. de Viris Illustr. c. 3 Post consecrationem Romuli, quum diu interregno seditiones orirentur, etc.

45 Item quum loco magistratus interrex creatur. Liu. 4, 7 Quum sine Curuli magistratu Resp. esset, patricii coiere, et interregem creauere: contentio, Consulesne, an Tribuni militum crearentur, in interregno rem complures dies tenuit. Conf. Idem 5, 31. Cic. Att. 8, 9 Aut si per Tribunos plebis non patiat, tamen quiescat, rem adduci ad interregnum. Fluit res ad interregnum, vid. FLVO. Liu.

50 6, 1 Interregnum iniiit P. Cornelius Scipio interrex: et post eum M. Furius Camillus iterum. Is Tribunos militum Consulari potestate creat. Add. Idem 3, 8 pr. Liu. 8, 23 extr. Ad interregnum res

55 rediit; dilatisque alia atque alia de causa comitiis, quartusdecimus demum interrex Lucius Aemilius Consules creat. Cic. Q. Frat. 3, 2 Res videtur spectare ad interregnum. Idem Att. 9, 11 Permagnum eius interest, rem ad interregnum non venire.

60 INTERREX, ēgis. m. [*μεσοβασίλειος, αντιβασίλειος*] Qui regis demortui locum tenet, donec alius substituat. Vid. Liu. 1, 17. Et sub libera Rep. magistratus extraordinarius, qui comitia habeat, consulibus aut tribunis militaribus consulari potestate creandis. Dictatoris Sullae imperium cum firmasset L. Flaccus interrex, contra Remp. hoc factum

65 postea iudicauit. Cic. de L. Agr. 3, 5 c. 2 Omnium legum iniquissimam dissimillimamque legis esse arbitror eam, quam L. Flaccus interrex de Sulla tulit, vt omnia, quaecumque ille fecisset, essent rata. Eodem respicit ad Att. 9, 15 Si Sulla potuit efficere, ab interrege, vt dictator diceretur, cur hic non possit? Cic. de Legib. 1, 42 c. 15 Nihilo

70 credo magis illa quam interrex noster tulit, vt Dictator, quem, vellet ciuium indicta causa impune possit occidere. Sed hic nempe abusus est sua potestate. Liu. 5, 51 Interrex creatur M. Furius Camillus: qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum interregem prodidit: ab eo creati sex Tribuni militum Consulari potestate.

75 Liu. 1, 32 pr. Mortuo Tullo res ad patres redierat, hique interregem nominauerant, etc. Liu. 4, 43 Modo prohibentibus Tribunis Patricios coire ad prodendum interregem, modo interregem interpellantibus, ne Senatusconsultum de comitiis Consularibus faceret. Interrex (inquit Asconius in Milonianam 13) comitorum habendorum causa interdum creabatur: et eius imperii quinque dies tantum erant. Substituebatur autem illi et alter et tertius, donec creati essent ordinarii Magistratus. Quum enim comitia vsque eo protrahuntur, vt insequens annus sine Consulibus sit, Interregnum dicitur. Liu. 5, 17

80 pr. Vnam expiationem eorum esse, vt Tribuni militum abdicarent se magistratu, auspicia de integro repeterentur, et interregnum iniretur. Ea ita facta sunt ex Senatusconsulto. Interreges tres deinceps fuere, L. Valerius, Q. Seruilius Fidenas, M. Furius Camillus. Cic. pro Dom. 38 Auspicia Populi Romani, si magistratus Patricii creati non sint, intereant necesse est, quum interrex nullus sit, quod et ipsum Patricium esse, et a Patricio prodi necesse est. Cic. Att. 9, 15 Si Sulla potuit efficere, vt ex interrege fieret Dictator.

85 INTERRĪTVS, a, um. Adi. [*ἀφοβος*] Non territus, Imperterritus. Mens interrita leti Ouid. Met. 10, 616. Virgo sola est interrita Ouid. Met. 6, 45. Al. Non territa. Vultus Quindil.

90 1, 3. Add. Vell. 2, 70, 2.

95 INTERRŌGO, Ære. [*ἐρωτάω, ἐπερωτάω*] Rogare noscendi gratia. Plaut. Epid. 2, 2, 65 Ibi illa interrogat illam, Qui scis? quis id dixit tibi? Plaut. Poen. 3, 4, 20 Si exierit leno, censetis hominem interrogem, meus seruos si ad eum venerit, necne? Interrogo an audierim, an viderim Plin. in Paneg. c. 64. Cic. in Orat. 137 c. 40 Vt interrogando vrgeat, vt rursus quasi ad interrogata sibi spondeat. Magna verborum contumelia interrogans Caes. B. C. 3, 71. Interrogabat suos in clamore ipso quis esset, qui fame plebem necaret Cic. Q. Frat. 2, 3. Interrogabat quaedam geometrica de dimensione quadrati Cic. Tusc. 1, 57. Et de Orat. 2, 120 Interrogatus quid latraret.

latraret. Te interrogante augures responderunt Cic. pro Domo c. 15. Sententiam interrogatus Vell. 2, 35, 3. Cic. in Partit. 2 c. 1 Sic ego te vicissim eisdem de rebus interrogem. Liu. 30, 23 Emotis curia Legatis sententiae interrogari coeptae. Minutatim interrogare, vid. Minutatim, in MINVO. Interrogassit, pro Interrogauerit: verbum XII tabularum. Cic. de Legib. 3, 6 Quum magistratus iudicassit, interrogassitue, per Populum multae poenae certatio esto. Tacit. Ann. 13, 14 Sane pepigerat Pallas, ne cuius facti in posterum interrogaretur, i. rationem repofceretur. Unde et Reputandarum interrogare Id. ib. 14, 46, 1. et 16, 21, 4. Add. Sallust. Catil. c. 18 et 31. Briff. de Form. Pollet. Hist. Fori Rom. 4, 8. Legibus interrogari, pro Postulari Liu. 38, 50. Interrogatus lege reputandarum Vellei. 2, 13, 3. Differunt ergo interrogare et percontari. Quinct. 9, 2, 6 Quid enim tam commune, quam interrogare vel percontari? Nam utroque utimur indifferenter, cum alterum (posterius, percontari) noscendi, alterum (prius interrogare) arguendi gratia videatur adhiberi. Hoc modo intelligendum Fabii locum, vsus utriusque verbi satis declarat.

INTERROGATIO, ōnis. f. [ἐρώτησις, πῦσις] Petitio. Cic. de Fato 29 Recte genus hoc interrogationis ignauium atque iners nominatum est. Tota interrogatio nihil habuit nisi reprehensionem illius tribuniatus Cic. Fam. 1, 9. Ignauum et iners interrogationis genus, vid. IGNAVVS. Acuta Quinct. 5, 7. Circumspecta Id. 5, 7. Plin. Ep. 1, 5 Nec me laqueis tam insidiosae interrogationis inuolueram. Opportuna Quinctil. 5, 7. Longius repetita Idem 5, 7. Scitae Quinct. 5, 7. Testium interrogatio Tacit. Ann. 6, 47. Instare interrogationi Quinctil. 5, 7. Instare interrogatione Idem 6, 3. Tertiam interrogationem poscens Iustin. 11, 11, 10. i. caput interrogationis; al. aliter.

INTERROGATIVNCŪLA, ae. f. Dimin. [ἐρωτημάτιον] Cic. in Parad. prooem. Sed minutis interrogatiunculis, et quasi punctis quod proposuit, efficit. Idem de Fin. 4, 7 c. 3 Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis.

INTERROGAMENTVM, i. n. πῦσις Gloss. Vet.

INTERROGATOR, ōris. m. ἐρωτητής Gloss. Vet. et Vlpian. 35 D. II t. 2 l. 11 §. 7.

INTERROGATORIVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 2, 25 Interrogatorio sono legendum est; Adam ubi es? Vox est apud ICtos frequens. Actio ICt. Dig. lib. 11 pr.

INTERROGATIVVS, a, um. Adi. Vox apud Grammaticos. 40 Vid. Priscian. 17 p. 1046.

INTERROGATIVE. Adu. Ascon. in Verr. p. 106. Et Tertull. adu. Marc. 4, 41.

INTERRVMPŌ, ūpi, uptum, ěre. [διαβήγγνμι] Per medium rumpere, et effringere. Cic. Fam. 10, 23 Pontes quos feceram interruppi. Liu. 2, 10 Itaque monere praedicere ut pontem ferro, igni, quacunq; vi possent, interrumpant. Non interrumpendus est contextus Quinct. 11, 3. Columel. 11, 2 Ne inter hanc quasi turbam operum negligentius olitoris officia descripsisse videar, aut nunc ordinem reliquarum culturarum coeptum interrumpisse, etc. Mediam orationem Caes. B. C. 3, 19. Somnos, Interturbare Plin. 18, 4. Singultus interrumpens pias querelas Ouid. Met. 11, 420. Aliquid dicentem facientemue impedire. Caes. B. C. 1, 75 Improviso ad vallum aduolat, colloquia interrumpit, nostros repellit a castris. Idem B. C. 3, 19 Mediam orationem. Plaut. Trin. 5, 2, 25 Sermonem Cic. Att. 4, 71 Si forte rarius tibi a me quam a caeteris literae reduntur, peto a te, ut id non modo non negligentiae meae, sed ne occupationi quidem tribuas: quae etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, ut interrumpat iter amoris nostri et officii mei.

INTERRVPTVS, a, um. Partic. [διαβήγγμενος] Liu. 26, 5 extr. Ne interrupta Romanis acies videatur. Annis interruptus aquis Lucan. 2, 213. Cic. Fam. 15, 14 Postremo, ut amicitia nostra, quae summis officiis ab utroque culta est, sed longis interuallis temporum interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius. i. intermissam. Add. Ib. 5, 8. Ignes Virg. Aen. 9, 239. Itinera interrupta, et imperuia Tacit. Ann. 3, 31. Pendent opera interrupta Virg. Aen. 4, 88. Cic. pro Cael. 59 c. 24 Quum me intuens stentem significabat interruptis atque morientibus vocibus, quanta impenderet procella vrbi. Conf. Ammian. 26, 6. Contraria: Cic. de Orat. 3, 147 Et quod continuatum et interruptum, et imago, et sibi ipsi responsio. Cic. de Legib. 1, 9 Et ego animi pendere soleo, quum semel quid orsus, si traducor alio, neque tam facile interrupta contexto, quam absoluo instituta. Inter quasi rupta, pro Interrupta quasi Lucret. 5, 863.

INTERRVPTĒ. Adu. [διαβήγγμενος] Incise, vel caesim, aut diuise. Cic. de Orat. 2, 329 c. 80 Erit autem perspicua narratio, si verbis vsitatis, si ordine temporum conseruata, si non interrupte narrabitur.

INTERRVPTIO, ōnis. f. Quinctil. 9, 2 Ἀποσιώπησις quam Cicero reticentiam, Celsus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant. Macrobi. Somn. Scip. 2, 5 Interruptio non vnus generis. Europam Africamque interruptio dissecat Oceani Mart. Capella 6 p. 201. Vsurpatio est vsucapionis interruptio ICt. D. 41 t. 3 l. 2.

INTERRVPTOR, ōris. m. διαβήγγεις Gloss. Gr. Lat.

INTERSCALMIVM, i. n. [μεσοσκάλμιον] Budaeus. Inter-scalmia, Spatia in nauis, quae sunt inter scalmum et scalmum. Vfus est Vitruu. 1, 2 Nauibus interscalmio, etc.

INTERSCAPILIVM, f. INTERSCAPVLVM, i. n. Spatium quod inter scapulas est. Vet. Gl. Μετάσφρενον Interscapulum. Interscapulum Apul. Flor. 2 p. 350. Hygin. Astron. 3, 3 et 19. Isidor. 90 11, 1. Caes. Aurel. Acut. 3, 3. et Chron. 1, 6 Interscapulum vocat.

INTERSCINDO, idi, issum, ěre. [διακόπτω] Per medium scindere. Liu. 28, . . . Arcto freto interscindi. Cic. de Legib. 2, 10 Nec quia nusquam erat scriptum, ut contra omnes hostium copias in ponte vnus assisteret, a tergoque pontem interscindi iuberet. Gell. 12, 1. Conf. Caes. B. G. 2, 9. Venas brachiorum Tacit. Ann. 15, 35, 3.

INTERSCRIBO, pfi, ptum, ěre. [διαγράφω] In medio scribere. Plin. Epist. 7, 9 Poteris et quae dixeris post obliuionem retrahere, multa retinere, multa transire, alia interscribere, alia rescribere. Conf. Solin. c. 46.

INTERSECŌ, secui, sectum et secatum, ěre. [διακρίζω] Per medium secare. Auct. ad Heren. 3, 24 c. 14 Ut ipsa pronuntiatione res ipsas quas demonstrauimus, inserere, atque intersecare videamur in 105

animis auditorum. Tiberis media interfecans moenia Ammian.

29 c. vlt. Conf. M. Capella 6 p. 201.

INTERSECTIO, ōnis. f. Vitruv. 3, 3.

INTERSECIVVS, et INTERCISIVVS, a, um. Adi. Fron-
5 tin. de Col. p. 112 et 124.

INTERSEMINATIVS, a, um. Adi. Plurima naturae munere
interspersa atque interfeminata Apul. Apol. p. 299.

INTERSEPIO, pſi, ptum, ĩre. [διαφράττω] Veluti, sepibus
quibusdam intercludere, et iter impedire. Liu. 34, 40 pr. Per triduum

10 insequens territavit eos, nunc praeliis laceſſendo, nunc operibus in-
terſepiendo quaedam, ne exitus ad fugam eſſet. Idem 1, 27 Id fa-
ctum magnae parti peditum Romanorum conſpectum abeuntis Albani

exercitus interſepſit. Urbem vallo Liu. 25, 11. Interſeptum

15 iter, Occupatum. Cic. pro Corn. Balb. 43 c. 18 Ne interſeptum fit
his iter perpetuo ad hoc ampliffimum praemium ciuitatis. Interſe-
pta foramina Cic. Tuſc. 1, 47 c. 20.

INTERSEPTVM, i. n. διαφραγμα Gloss. Gr. Lat.

INTERSERO, ſeui, ſitum, ĩre. [διαφρεύω] In medio planta-
re, feminare, inferere. Columel. 3, 16 Coaequato deinceps pasta-

20 to, malleolus ordinariis vitibus interſerendus eſt. Omnia pomis
interſita Lucret. 5, 1376. Interſita peregrinatio Plin. Epist. 3, 19

cum duo praedia noſtra diſſita ſunt, vt peregrinatio quaſi ab vno ad alte-
rum debeat inſtitui. Apul. de Deo Socratis p. 45, 19 Sunt quaedam di-
vinae poteſtates, inter ſummum aethera et inſimas terras, in iſto in-

25 terſitae aëris ſpatio, per quas et deſideria noſtra et merita ad deos
comeant.

INTERSERO, ſerui, fertum, ĩre. [παρεμβάλλω] Interponere.
Plin. Epist. 3, 19 Praedia agris meis vicina atque etiam interſerta,

venalia ſunt. Alii legunt, Inſerta. Plin. 28, 19 Vt potioni inter-

30 ſeri poſſint. Vetus Codex habet Interi. Cauſam interſerens
Nep. 1, 4, 1. Ouid. Met. 10, 559 — Mediis interſerit oſcu-
la verbis.

INTERSIGNIVM, i. n. Locus inter duo ſigna. Vid. Salmaſ. in
Plin. Exerc. p. 460 edit. ſec.

35 INTERSISTO, ĩre. pro Reſiſtere in medio ſpatio. Quinctil. 8, 3
Quia vltima prioris ſyllabae litera, quia exprimi niſi labris coëunti-
bus non poteſt, aut interſiſtere nos indecentiſſime cogit, aut continua-

ta cum inſequentem, in naturam eius corrumpitur. Item 9, 4 Inter-

40 ſiſtentes clauſulae. Quinctil. 9, 4 Tum Vocalium concurſus: qui
quum accidit, hiat, et interſiſtit, et quaſi laborat oratio. Imper-

ſonaliter. Quinctil. 9, 4 Tum longae per ſe, et veluti optimae ſylla-

bae, aliquid etiam medii temporis inter Vocales quaſi interſiſtatur

45 affument. Idem 10, 7, 10 Quantum dicendo conſumitur, tantum ex
vltimo prorogetur, vt donec perueniamus ad finem, non minus pro-

ſpectu procedamus quam gradu, ſi non interſiſtentes offeſantesque

breuia illa atque concifa ſingultantium modo eieciuri ſumus.

INTERSONO, aëre. Mediis interſonat Orpheus Remigiis Stat.
Theb. 5, 344.

50 INTERSPERSVS, a, um. Adi. Apul. Met. 5 p. 165 Interſper-
ſus rara canitie. Add. Idem Apol. p. 299.

INTERSPIRO, aëre. [διαπνέω] De medio, ſeu Per medium ſpi-
rare. Cato c. 112 Manu comprimito acina, vt combibant aquam ma-

55 rinam: vbi impleuerit dolium, operculo operito, relinquito qua
interſpiret.

INTERSPIRATIO, ōnis. f. [διαπνοή] Cic. de Orat. 3, 171
c. 44 Interſpirationis enim, non defatigationis noſtrae, etc.

60 Plin. 23, 1.

INTERSTERNO, ſtrāui, ſtrātum, ĩre. [διασπώννω] In medio
ſternere. Iuſtin. 1, 2, 7 Haec Babyloniam condidit, murumque vrbī

65 cocto latere circumdedit arena, pice, bitumine interſtrato.
Plin. 29, 2.

INTERSTES, itis. c. Deſierunt vetera et coeperunt noua inter-
ſtite Ioanne Tertull. adu. Marc. 4, 33. i. intercedente, interie-

65 cto medio.

INTERSTINGVO, ſtinxi, ſtinctum, ĩre. [διασβέννω] Per
interualla aliqua exſtinguere. Feſtus, Ignis Veſtae ſi quando interſtin-

70 ctus eſſet, virgines verberibus afficiebantur. Apul. Met. 4 p. 147
Iamque protinus obliſis faucibus interſtinguere cum debuiffet. Lu-

cret. 5, 760 Quae faciunt ignes interſtingui atque perire?

75 INTERSTINCTVS, a, um. Partic. [διάσικτος] Martian. Ca-
pella 1 p. 17 Dehinc veſti admodum candidae obducit amictus hyali-
nos, quos ſtellantibus oculis interſtinctos crebri vibratus ignium lu-

minabant. i. Varięgatos, diſtinctos. Spatia interſtincta columnis

Stat. Silu. 3, 5, 90. Candore interſtincto variis coloribus Plin. 37,

75 10. Facies medicaminibus interſtincta Tac. Ann. 4, 57.

INTERSTINCTIO, ōnis. f. Arnob. 6 p. 191 Splendeant hic
gemmae, et ſidereos euomant variata interſtinctione fulgores.

INTERSTITIVM, i. n. [διάστημα] Diſtantia et interuallum.
Macrob. Somn. Scip. 1, 6 Quum quatuor ſint elementa, ex quibus

80 conſtant corpora, terra, aqua, aër, ignis: tribus ſine dubio inter-
ſtitiis ſeparantur, quorum vnum eſt a terra vſque ad aquam, etc.

Lunae interſtitium, dicitur Interlunium Apul. . . . Diſcultas

85 itinervis, ac globofi ſideris interſtitium. Ammian. 20, 3 ad fin. de
Luna, Cum autem (a) Sole longo coeperit interſtitio ſubmoueri.

Dicitur etiam de Tempore: Tacit. Ann. 5, 4, 2 Dandum interſtitium

90 poenitentiae ſenis.

INTERSTITIO, ōnis. f. [μεταπαυσιλή] Ceſſatio, vacatio.
Gell. 20, 1 Velut quoddam iuſtitium, id eſt iuris inter eos quaſi inter-

95 ſtitionem quandam, et ceſſationem. Add. Idem Praef. pr.

INTERSTO, aëre. Interſtatque iugo mediam Auien. Perieg. v.
840 ſc. Aſiam, de Tauro monte. Quum tempus interſtetiffet exi-

100 guum Ammian. 22, 27.

INTERSTREPO, ſtrepiui, ſtrepitum, ĩre. [διαφροβέω] Strepi-
tum emittere inter alios. Virg. Ecl. 9, 36 Argutos interſtrepere anſer

95 olores. Hodie, et melius, diuiſe legitur.

INTERSTRINGO, ſtrinxi, ſtrictum, ĩre. [διασφίγγω] Strin-
gendo frangere vel perdere. Plaut. Aulul. 4, 4, 31 Ibo intro, atque illi

tuo ſocienno iam interſtringam gulam.

100 INTERSTRO, ſtruxi, ſtructum, ĩre. [διαδομέω] Sil. 10, 149
Teleſinus ad oſſa

Illuſo ſaxo, qua ſpina interſtruit artus,
Occumbit. i. Vbi ſpina, quae eſt in medio dorſi, artus connectit.
Adde Tertull. de Coron. Mil. c. 10. et ad Marc. 4, 39.

105 INTERSVM, fui, eſſe. [μίτραμι] Inter alios, cum aliis eſſe,
7 M vel.

vel versari, praesentem esse. Cic. Fam. 1, 6 Quae gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed etiam praefuit. Id. ibid. 13, 30 Non modo, ut non praecesset vlli negotio, sed etiam, ut ne interesset quidem. Pollio omnibus negotiis non interfuit solum, sed etiam praefuit Cic. Fam. 1, 6. Id. ibid. 11, 7 Qui nostro sermone interfuit. Caes. B. G. 6, 12 Interesse rebus diuinis. Cic. Att. 2, 23 Publicis consiliis. Liu. 2, 38 Spectaculo. Laetus interis populo Hor. Carm. 1, 2, 46. *Ablatiuo, cum Praep.* IN. Cic. Verr. 3, . . . Voluerunt eos in suis rebus ipsos interesse. In conuiuio interfuisse Id. pro Rosc. Amer. 39 c. 14. Interesse posteritati suae, *uiuum frui gloria, quae mortem sequi solet* Plin. Epist. 2, 1. Sen. de Provident. praef. Quum praeesse vniuersis providentiam probarem, et interesse nobis deum, *i. adesse, inter nos versari. In medio esse, vel interiacere, aut interpositum et interiectum esse.* Cato R. R. 4, 1 imperat praesepis clatratas. *Addit, Clatros interesse oportet pede (i. inter se distare)* Si ita feceris, pabulum boues non efficiet. Liu. 22, . . . Id morari victoriam rati, quod interesset amnis. Id. 22, 4 Via tantum interest perangusta. Columel. . . Arborea, quae interfunt, ablaqueabuntur. Plin. 6, 9 extr. Quod interest spatii, Sopheni tenent. Plaut. Bacch. 3, 3, 57 Triduum non interest actatis vter maior fiet: verum ingenium plus triginta annis maius est, quam alteri. Interfuerunt decem anni Cic. de Legib. 3, 8 c. 3. Conf. Nep. 18, 8, 2. Liu. 1, 3. Cic. de Senect. 60 c. 17 Cuius inter primum et sextum Consulatum sex et quadraginta anni interfuerant. Interest inter duos annes Artemidorus Plin. 6, 19. Gell. 5, 18 *separatim dixit, Quid ipse inter res gestas et annales esse dixerit.* ¶ 2 Interest eodem modo adhibetur, quo Refert, et potest commodissime explicari ita: Est inter negotia, quod exemplis melius, quam longa oratione declarari potest. *Suademus autem, ut qui recte discere naturam alterutrius verbi velit, conferat etiam exempla alterius.* Quid ergo interest proferantur necne? Cic. Verr. 1, 13. Id. ibid. 3, 141 Quid interfuit homo audacissime, vtrum hoc decerneres an non, etc. Neque interesse, an initio pleraque explorata sint Cels. 1 praef. *Iungitur Genitiuis; ut, Socratis interest, i. Inter negotia Socratis est.* Cic. pro Domo 97 Ego vero Reipubl. 35 semper interesse putaui, me illius pulcherrimi facti, etc. Plin. 2, 1 Mundi externa indagare, nec interest hominum, nec capit humanae coniectura mentis. Vlpian. in l. vbi exigitur D. de edendo, Is autem, qui in hoc edictum incidit, id praestat, quod interfuit mea rationes edi, quum decerneretur a Praetore: non quod hodie interest, et ideo licet interesse desiit, vel minoris vel pluris interesse coepit: locum haec actio non habebit, neque ad augmentum, neque ad deminutionem. Interest eius, ipsius, istius Cic. de Fin. 2, 72. Id. Verr. 2, 36. Quid illius interest, quoniam in Senatum non venis? Id. Att. 10, 4. Paulum interesse, *vid. PAVLLVM.* Vtriusque nostrum magni interest, prius ut te conueniam quam decedas Cic. Fam. 3, 5. Id. pro Muraen. 4 Ostendam alio loco, quantum salutis communis interfit, duos Consules in Republ. Calend. Ianuariis esse. *i. Quam magnum commodum rediturum sit Reipubl. Pronominibus his etiam iungitur, Mea, tua, sua, nostra, vestra, cuius, quae pro Ablatiuis habent cum Prisciano 17 p. 1077 fin. ipse Vossius et alii: Accusatiuos autem cum Scaligero, Sanctio, Perizonio, Vrsino, nos putare, ostendimus, vid. REFERT.* Cic. Fam. 3, 10 Tamen ut vidit interesse tua, conscendens iam nauem Epheso Laodiceam reuertit. Id. ibid. 16, 6 Et cum tua et mea maxime interest te valere, tum multis, etc. Vlpian. in l. stipulatio ista §. alteri stipulari D. de verborum obligationibus, Caeterum, ut alii detur, nihil interest mea. *Paullo post, Committatur stipulatio etiam ei, cuius nihil interest. Interest, pro Vitale est, sine casu:* Plin. 19, 8 Seri etiam radices illitas fimo interest. Celsus Prooem. Quia non interfit, quid faciat morbum, sed quid tollat. *i. Ad rem non pertinet.* Capturae interest, *i. Facit ad capturam, et momentum habet:* Plin. 9, 16 Aiunt, etsi iteretur gurges, interesse capturae. Cic. Verr. 3, 112 Neque illud vnquam aratoris interfuit, quanti decumae venirent. Idem Fam. 11, 16 pr. Permagni interest, quo tempore haec epistola tibi reddita sit. Conf. Id. Att. 2, 23 extr. Idem Off. 1, 66 Permulum interest, vtrumne perturbatione, etc. Cic. Fam. 16, 1 Quamquam magni ad honorem nostrum interest, quamprimum ad urbem me venire. Idem 2, 19 Magni videbatur interesse, — consuetudinem accedere. Cic. pro Rosc. Amer. 47 Et certe ad rem nihil interfit, vtrum hunc, etc. Magni mea interest Id. Fam. 15, 4. Idem pro Cluent. 43 Magni autem illi sua interesse arbitrabantur, hunc a causa Martialium dimouere. Non multum interest Scribon. 90. Plurimum interest Sen. Epist. 5. Plus interfuit Reip. castellum capi Ligurum, quam bene defendi causam M. Curii Cic. in Bruto 255 c. 73. Id. Fam. 2, 19 Quod ego et mea et reip. et maxime tua, interesse arbitror. Quantum interfuit Reipublicae Patere. 2, 72, 2. Cels. Ictus Leg. Si Kalendis D. de re iudic. Tanti aestimanda lis est, Quanti interfuit mea, Kalendis id fieri. *Et cum Praep. ut:* Cic. de N. D. 1, 7 c. 4 Magni existimo interesse, et ad decus, et ad laudem ciuitatis, res tam praeclaras Latinis etiam literis contineri. ¶ 3 *Differre significat, et iungitur Praep. Inter.* Cic. Off. 1, 11 c. 4 Sed inter hominem et beluam hoc maxime interest. *Vid. Gronou. ad Liu. 26, 2.* Cic. de Fin. 3, 59 Tenere autem virtutes eas ipsas, quarum modo mentionem feci, nemo poterit, nisi statuerit nihil esse, quod interfit, aut differat aliud ab alio, praeter honesta et turpia. Illa visa negant quidquam a falsis interesse Cic. Acad. 4 c. 9. *Et c. 26 Nullum esse visum verum a sensu profectum, cui non appositum sit visum aliud, quod ab eo nihil interfit, quodque percipi non possit. Et de Fin. 3 c. 7 Nihil esse, quod interfit aut differat aliud ab alio.* Plin. 2, 16 Tantum interest, subeant radii, an superueniant. Interest in infinitum, *Multum differt* Sen. de Benef. 2, 6. Cic. de Fin. 2, 72 Sed hoc interest, quod voluptas etiam in animo vitiosa res, ut Stoici putant. Id. Acad. 2, . . . Nec inter nos et eos, qui scire se arbitrantur, quidquam interest, nisi quod illi non dubitant, quin ea vera sint, quae defendunt: nos, etc. Ter. Eun. 2, 2, 2 Dii immortales, homini homo, quid praestat? stulto intelligens quid interest? Gell. 3, 14 Quid dimidium dimidiato interfit. Sen. Qu. Nat. 1 praef. Quid illis et nobis interest, nisi exigui mensura corpusculi. *Sed Cic. Att. 5, 19 Quoniam τὸ μεμειωμένον interest τῆς φρονέου.* Ter. Adelph. 1, 1, 51 Hoc pater, ac dominus interest. *i. e. Differentia est, ut ait Donatus. Add. Plin. in praef. 7. Sen. Nat. Quaest. 1 praef. Quid vobis et nobis interest, nisi exigui mensura corpusculi? de formicis.*

tati ad coenam, diligenter quaerebant, quinam ei conuiuio essent inter-
futuri, ne, etc.

INTERTALEO, Ære. *Verbum antiquum, Diuidere.* Non. 4, 473
Nam etiam nunc rustica voce intertaleare dicitur diuidere, vel exi-
dere ramum. Varro R. R. (1, 40, 4) Ex vtraque parte æquabiliter
præcisum, quas alii clabulas, alii taleas appellant.

INTERTEXO, textui, textum, Ære. Macrobi. Somn. Scip. 1, 6
pr. Animæ deum partes ex pari et impari intertextuissè.

INTERTEXTVS, a, um. Adj. [*διφωστος*] Quinctil. 8, 3
Neminem deceat intertexta pluribus notis vestis. Flores intertexti
hederis Ouid. Met. 6, 128. Telæ Stat. Silu. 3, 5, 9.

INTERTIGNIVM, i. n. *Interuallum, quod est inter duo tigna.*
Vitruu. 4, 2. Vid. Bald. Lex. Vitruu.

INTERTINCTVS, a, um. Adj. Plin. 36, 8 Thebaicus intertinctus
aureis guttis, inuenitur in Africae parte Aegypto adscriptæ. Al.
Interstinctus.

INTERTORTVS, a, um. Adj. Intertorto pectore Petron. c.
124. Alii aliter. Edidit Burmannus etiam p. 593 Atque inter toto lace-
ratam pectore vestem sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.
de discordia sermo est.

INTERTRAHO, traxi, tractum, Ære. [*μετέλλω*] De medio
trahere. Plaut. Amph. 2, 2, 41 Si situlam iam coepero, nunquam ede-
pol tu mihi quidquam creduis post hunc diem, ni illi puteo, si occe-
pso, animam omnem intertraxero. b. e. Continua tractione totam aquam
penitus exhausero. Animam putei vocat Aquam, ut quæ instar animas
latet intus in puteo.

INTERTRIGO, inis. f. [*παράτριμμα*] Vitium cutis in feminibus ab
attritu mutuo. De etymologia Varro de L. L. 4, 36 p. 41, 30 Intertri-
mentum ab eo, quod duo, (quæ) inter se trita et deminuta, a quo
etiam Intrigo (an forte Intrita?) dicta et intertrigo. Scribon. 22a
Lipara ad intertrigines et exasperationem (ac) tumorem ani mirifica.
Plin. 20, 14 f. 53 de menta, Intertrigines quoque, vel si teneatur pro-
hibet. Modo dixerat, tritam illini sedis vitiiis. Plin. 24, 4 Nucleus
gallæ sedat intertrigines. Cato R. R. 159 Intertrigini remedium.

In viam cum ibis absinthii Pontici surculum sub anulo (Diminut. ab
Anus?) habeto. Conf. Plin. 26, 8 f. 58. et Apul. de Herb. c. 100.
Est etiam in equorum morbis intertrigo apud Colum. 6, 32, 1. Et 7, 5, 11
de ouibus, Subluuies atque intertrigo in ipso discrimine vngulæ
nascitur.

INTERTRIMENTVM, i. n. [*ἀπώσις* Vet. Gloss.] Audiamus
interpretantem hoc nomen Varron. de L. L. 4, 36 Detrimentum a detritu
dicitur: quod ea quæ trita sunt, minoris pretii sunt. Ab eadem
mente intertrimentum, ab eo quod duo quæ inter se trita sunt, etiam
diminuta sunt. Ter. Heaut. 3, 1, 39 Nunc quum sine magno inter-
trimento non potest haberi, quiduis dare cupis. Eugraph. ad b. l.
Intertrimenta sunt, quæ intus terendo (melius, inter se terendo) da-
mna perficiunt. Cic. Verr. 1, 132 c. 50 de aede Castoris, quam P. Iu-
nius Sartam testam tradere debebat, Cumeo sine vilo intertrimento con-
uenerat iam quemadmodum traderetur. In antiquis libris Nutri-
mento mendojè legitur.

Alconius, Detrimentum, vnius partis esse
potest: Intertrimentum vero dantis et accipientis. Secundum quod
Cicero Intertrimentum, pro Communi conficiendi alicuius negotii ia-
ctura posuit. Liu. 32, 2 Carthaginenses eo anno argentum in sti-
pendium primum impositum aduexerunt: id quia probum non esse
Quæstores renuntiauerunt, experientibusque pars quarta decocta erat,
pecunia Romæ mutua sumpta, intertrimentum argenti suppleuerunt:
quod in probatione decoctum fuerat. Liu. 34, 7 In auro vero, in quo
praeter manus pretium nihil intertrimenti sit, quæ malignitas est? i.
Nihil iacturæ.

INTERTRITVRA, æ. f. Idem. Scaeuola in l. pignori §. vlt.
D. de pignor. action. Quaero intertrituram, quæ ex operis facta est,
vtrum Titius debitor, an Seius agnoscere debeat.

INTERTVRBO, Ære. [*διατάραττω*] Valde turbare. Ter. Andr.
4, 1, 39 Quis homo istuc? P. Dauos. C. Dauos? P. interturbat.
Sed eiciunt hanc vocem, ut e glossa assumptam ed. Heins. et, qui causam
copiose reddit, Bentleyus. Sed agnoscit tamen Donatus, qui annotat,
INTER modo non mediocriter significat: est enim adauctiua par-
ticula, vt intersectus, interemtus.

INTERTVRBATIO, ðnis. f. [*διατάραξις*] Liu. 23, 8 Ipsique
valetudinem excusans patri, animi quoque eius mirabilem interturbati-
onem quum quaereret, etc.

INTERVACO, Ære. [*διαλείπω*] In medio vacuum manere. Co-
lumel. 4, 32 Bulbus tripedaneis interuacantibus spatiis obrutus anno
celerius maturam perticam præbet.

INTERVALLVM, i. n. [*διάστημα, διάλεμμα*] Spatium quod
est inter vallos, i. palos; vallum castrense constituentes. Isidor. 15, 9
Iterualla spatia sunt inter capita vallorum, i. e. Stipitum, quibus
vallum fit. Deinde generatim, idem est, quod interstitium, vt Plin. 6,
22, etc. Septem dierum interuallo taxato. Caes. B. G. 1, 51 Paribus-
que interuallis Harudes, Marcomanos, etc. omnemque aciem suam
rhedis et carris circumdederunt. Liu. 1, 17 Quinque dierum spatio
finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat, annumque inter-
vallum regni fuit. Neque alia repetendis consulatibus Interualla
permittere Plin. in Paneg. 61, 9. Interuallum fuit Plaut. Rud. 1, 2,
49. Cic. Verr. 5, 6 Ne quum in Sicilia quidem fuit, eodem inter-
uallo pars eius belli in Italiam vlla peruasit. i. Eodem tempore. Aë-
ris interuallum Lucret. 4, 188. Interuallo locorum et temporum
disiuncti Cic. Fam. 1, 7. Idem ibid. 7, 18 Tu, si interuallum lon-
gius erit mearum literarum, ne sis admiratus. Paterc. 1, 13, 3 Ne-
que enim quisquam hoc Scipione elegantius interualla negotiorum otio
dispunxit: semperque aut belli, aut pacis seruiit artibus. Cic.
de Fin. 1, 49 Et ad dolores ita paratus est, meminerit maximos
morte finire, paruos multa habere interualla requietis. b. e. Multas
habere horas, in quibus quiescere possit aeger. Siderum interualla

Quinctil. 2, 17. Per interualla, Alternatim. Victor de Viris Illustr.
c. 4 Singulos per interualla interfecit. Moueri Interuallis, Per cer-
ta horarum et temporis spatia. Cic. Acad. 1, 27 Quæ autem mouean-
tur, omnia interuallis moueri. Idem pro Rosc. Amer. 11 c. 5 Longo
interuallo iudicium inter ficarios hoc primum committitur. i. Post
longum interuallum. Virg. Aen. 5, 320 Proximus huic, longo sed
proximus interuallo Insequitur Salius. Paribus interuallis Plin. 2, 11,
Cic. Fam. 15, 14 Primum vt te quem iamdiu facio plurimi, tanto in-
teruallo viderem: deinde vt tibi, etc. i. Post tantum interuallum.
Cum interuallo Scribon. 94. Ex interuallo, vid. EX, Praepositio-

Liu. 3, 38 Cur ex tanto interuallo rem desuetam vsurparent.
i. Post

i. Post magnum interuallum. Accipere interualla maiora Scribon. 99. Interuallum deinde haud magnum populationibus fuit Liu. 1, . . .
i. Paulo post populati sunt. Cum interuallum a somno fecerint Scribon. 100. Liu. 2, 21 pr. Regnasse deinde Seruium Tullium: ne interuallo quidem factio oblitum tanquam alienum regni Superbum Tarquinium, velut hereditatem gentis, scelere ac vi repetisse. Hoc interualli datum Liu. 3, 25. Dare alicui interuallum soluendi Vlpian. in l. si vero §. si post D. Mand. vel. cont. Numeris interuallis apparet Cic. in Orat. 181. Interualla vocat Syllabarum tempora breuia, longaque.

INTERVALLATVS, a, um. Adi. [*διαλειμμένος*] Intervallata febris, quam *Intermittentem et reuertentem* vocamus. Gell. 17, 12 Haec biduo medio interuallata febris. Tempore breui interuallato Ammian. 26, 2. Vid. 29, 17.

INTERVELLO, velli vel vulsi, vulsum, &c. [*διετίλλω*] De medio aliquid vellere. Plin. 17, 27 extr. Poma omnia interuelli melius est, vt quae sunt relicta grandescant. Colum. 4, 33, 3 Simulatque femina stillauerint, etiam bima transferri queunt, interuellantur, ac bini pedes arbusculis vacui relinquuntur, ne densitas plantas emaciet. Sen. Epist. 115 (14) Quod faciunt ii, qui barbam vellunt, aut intervellunt. *i. Aut qui euellunt totam, aut aliquos tantum pilos, quo rariorem faciunt.* Adde Gell. . . . Interuulseris est Columel. 5, 10, 5. it. Pallad. Iul. 2, 2. et Plin. 17, 27 extr. f. 47. De oratione Quintil. 10, 7, 5 Quae ita sunt natura copulata, vt mutari aut interuelli sine confusione non possint. Add. 12, 9, 17.

INTERVULSVS, a, um. Adi. Interuulsa serie Solin. c. 5.

INTERVENIO, veni, ventum, ire. [*ἐπίσημι, ἐπιέρχομαι*] In medio negotio, superuenire. Ter. in Prologo Hec. 2 Haec quum data est noua, nouum interuenit vitium et calamitas. Cic. Att. 15, 11 Quam orationem quum ingressus essem, Cassius interuenit. Tacit. Ann. 3, 23 pr. Lepida ludorum diebus qui cognitionem interuenerant, theatrum cum claris feminis ingressa, etc. Cogitatio minor interuenit maiori, etc. Liu. 29, 6 pr. Plaut. Amph. 5, 2, 52 Irae interueniunt, redeunt rursus in gratiam. Malum autem deinde interuenit iis cogitationibus, regni cupido Liu. 1, 6. Idem 23, 18 Plures cecidissent, ni nox praelio interuenisset. Plangor interuenit omni verbo Ouid. Met. 11, 708. Liu. 1, 36 pr. Muro quoque lapideo circumdare urbem parabat, quum Sabinum bellum coeptis interuenit. Suet. Caes. c. 30 Verum neque Senatu interueniente et aduersariis negantibus vllam se de Republ. facturos pactionem, in citiorem Galliam rediit. Cautiones interuenire solent, quum socii diuidunt societatem de eo, quod sub conditione debetur Paullus in l. Quum socii D. Communi diuidendo. Si culpa eius nulla interuenierit Vlpian. in l. Quum res §. Sed si id petatur D. de legat. 1. Flumine interueniente via constitui potest, si aut vado transiri potest, aut pontem habet Paullus in l. vltima D. de seruitut. rustic. praediorum. Fraus venditoris interuenit Vlpian. in l. Communi §. vlt. D. Communi diuidendo. Inimicitiae capitales interuenerunt inter procuratorem et dominum Vlpian. in l. Filiusfamiliās §. vlt. D. de procuratoribus. Negotiis meis vel alterius interuenire, *i. Se immiscere negotiis, vel negotia gerere, seu administrare.* Papinianus in l. Seio D. de annuis legatis, Seio amico fidelissimo, si voluerit, sicut meis interueniebat, eodem modo filiorum meorum negotiis interuenire: annuos senos aureos praestari volo. Scaeuola in l. Maenia D. eod. tit. Si rebus nepotis mei interuenerit, omnemque administrationem rerum nepotis mei ad sollicitudinem suam reuocauerit. Praetorem interuenire oportet, si quis impediatur, qui emit, quo minus ei res tradantur Vlpian. in l. At si quis, in princip. D. de religiof. et sumtibus funerum. Plaut. Mil. 4, 8, 23 Ne interueneris, quaeso, dum resipiscit. Interesse: Cicero, . . . Quod non esset factum, si ipse interuenissem. Interuentum est alicui de improviso, *Impersonale* Ter. Heaut. 2, 2, 40.

INTERVENIENS, entis. Partic. [*ἐπιέρχόμενος*] Cic. Tusc. 3, 38 c. 17 In magna parte vitae dolore non interueniente. Desertis interuenientibus, *b. e. Interiectis* Plin. 5, 7. Flumine interueniente cui nomen est Vior, *b. e. Interlabente vel interfluente* Plin. 5, 1. Interueniens est *Intercedens*: Suet. Claud. c. 38 Contra vetitum cocta vendentes multauit, villicumque interuenientem flagellauit.

INTERVENTVS, ūs. m. [*ἐπίλευσις*] Cic. Att. 16, 11 Caleni interuentum et Calienae cauebis. Arbitri interuentu, l. 7 §. 170 Dig. de tribular. Act. Feriarum interuentu impeditus est actor Vlpian. in l. Sed etsi §. Si feriae D. Ex quib. caus. maiores, etc. Iudicis interuentu haec omnia debent ad effectum perducere Pomponius in l. Quintus, in fine D. de annuis legatis. Vlpian. in l. Illud §. 1 D. de tributoria actione. Marcell. in l. 2 D. de natalibus restituendis, Interdum etsi serui nati sint, ex postfacto iuris interuentu ingenui fiunt. Loci sacri et religiosi interuentus etiam itineris seruitutem impedit Paullus in l. Seruitutes praediorum rusticorum. Malorum nullo interuentu Cic. de N. D. 1, 112 c. 40. Meliorum interuentu vitia pensantur Tacit. Hist. 4, 74. Noctis interuentu Caes. B. G. 3, 15. Tutoris interuentus Marcellus in l. Seruus decem D. de solutionibus.

INTERVENTIO, ōnis. f. *Intercessio, et interpositio fidei, seu fideiussio*, l. 7 §. 3 Dig. de minoribus. Et l. 13. Cod. Theod. de Haereticis: sine vlla gratiae interuentione pellantur.

INTERVENTOR, ōris. m. [*ἐπίλευσις*] Qui interuenit, et impedit agentem aliquid, *Interpellator*. Cic. de Fato 2 c. 1 Omnis fere nostra in his deliberationibus consumebatur oratio, idque et saepe alias, et quodam liberiore quam solebat, et magis vacuo ab interuentoribus die. Pro Fideiussore, in l. Licet, De obsequiis a liberis et libertis praestandis, Vlpianus utitur, conf. l. 3 §. 9 D. de peculio. et Lampridius in Commodio c. 4 Paternum autem huius caedis auctorem, et quantum videbatur paratae necis Commodi conscium et interuentorem.

INTERVENIVM, i. n. [*μεσοφλίβιον*] Spatium illud, quod est inter venas terrae. Vitruu. 8, 1 Sed non per interuenia dilabantur et decrepant. Idem 2, 6 et 7. it. Pallad. Aug. c. 8.

INTERVERTO, ti, sum, &c. [*ὑπερβαίνω*] Callide surripere: quod plerumque fit, quum rem commodatam, aut depositam, aut creditam, dolo ne restituatur domino, efficitur. Plaut. Afin. 2, 1, 10 Vnde sumam quem interuertam? Idem Pseud. 3, 2, 110 Vt me, si posset, muliere interuorteret. Cic. Verr. 4, . . . Candelabrum quod rex Aegypti Ioui Capitolino dono tulerat, a Verre, qui illud commodato a rege acceperat, interuersum esse consequitur. Marcellus Iurisc. in l. Si duo D. depositi, Si duo heredes rem apud defunctum depositam

dolo interuenterint. Orationes Sen. Suas. 2. *i. ex aliis exscribere.*
 Pecuniam Petron. c. 124. Possessionem interuere Marcellus in l.
 Si quis rem, quam D. de acq. vel amit. possess. Cic. Philipp. 2, 79
 c. 32 Ille induxit ut peteret: promissum et receptum interuertit, ad
 5 seque transtulit. *Subuere, euertere:* Paullus in l. Amissione D.
 de capitis diminutione, Quae salua ciuitate accidit, per quam publica
 iura non interuerti constat. Idem in l. Tutelas D. de capitis dimi-
 10 natione, Legitimae tutelae ex XII Tab. interuerruntur eadem ratione,
 qua et hereditates. *Pro Decoquere.* Tacit. Hist. 2, 95, 4 Nouies
 millies sestertium paucissimis mensibus interuertisse creditur.

INTERVERSUS, a, um. Part. Cic. pro Domo 112 Is posteaquam
 intellexit, posse se, interuersa Aedilitate, etc. Idem Verr. 4, 68 c. 30
 Qui si intellexerint, interuerso regali hoc dono, grauius vos tulisse.
 Tacit. Ann. 16, 10 Sed initium detegendae facultiae praebuit interuer-
 15 sis patroni rebus ad accusationem transgrediens, etc.

INTERVERSIO, ōnis. f. Tertull. aduers. Marc. 1, 20 *pr.* O
 Christe, patientissime Domine, qui tot annos interuersionem praedi-
 cationis tuae sustinuisti. Regulae interuersio Ibid. 3, 1.

INTERVERSURA, ae. f. *Verfura, ubi linea terminalis alium*
 20 *flexum accipit.* Hygin. de Limit. Constit. p. 178 edit. Goef. Vbi ferra-
 mento nisi ad interuersuram non utuntur. *Adde p. 198. 218.*

INTERVRSOR, ōris. m. *Qui interuertit aliquid ex pecunia pu-*
 25 *blica* l. 8 Cod. de iure fisci.

INTERVERTIBILIS, e. Adj. Sarisb. 4, 35 Interuertibilis in-
 30 constantia.

INTERVIBRO, āre. Mart. Capell. 6 p. 191 Tandem reglutina-
 tis ab aethrae interuibrantis admiratione, luminibus, etc.

INTERVIGILO, āre. Sen. Epist. 83 Somno parcissimo vtor, et
 quasi interuigilo, satis est vigilare desisse. *Alii legunt Interiungo.*
 30 *ubi vid.*

INTERVIGILANS, antis. Part. Lamprid. in Alex. c. 61 Vnus ex
 Germanis ingressus, dormientibus cunctis, solo tantum imperatore in-
 teruigilante visus est.

INTERVIGILIUM, i. n. Sarisb. 2, 15 Quodam quasi in-
 35 teruigilio.

INTERVIREO, ēre. Claudian. de Raptu Proserp. 2, 100
 Non sic innumeros arcu mutante colores
 Incipiens redimitur hiems, quum tramite flexo
 Semita discretis interuiret humida nimbis. *b. e. Inter alios*

40 *colores viret.* De arcu caelesti. Et Stai. Theb. 4, 98 de angue,
 Laetisque minax interuiret herbis.

INTERVISO, visi, visum, ēre. [*διεμύσσω*] Quasi Interim
 visere, vel Interdum visere. Plaut. Aulul. 2, 2, 25 Nunc hic eam rem
 volt, scio, mecum adire ad pactionem: verum interuisam domi.
 45 Idem Stich. 1, 2, 90 Immo interuisam prius domum, *Ad.* Ib. v. 97.
 Cic. Fam. 7, 2 Quodque nos minus interuisis, hoc fero animo aequio-
 re. Cic. Q. Fratr. 1, 2 *extr.* Vrbanam expolitionem vrget ille
 quidem et Philotimus et Cincius: sed etiam ipse crebro interuiso:
 quod est factu facile. *Vid.* Suet. Aug. c. 24.

50 INTERVLA, ae. f. *Vestis sub tunica in ipsa cuti gestari solita*
ut quae indusia hodie et camisiae vocari solent. Subuculam etiam dixere
 veteres. *Ostendit hoc Salmaf. ad Tertull. de Pallio p. 408 sqq.* Apul.
 Met. 8 p. 205, 16 de muliere quiete nocturna excussa, Dicissaque interula
 decora brachia saeuientibus palmulis conuerberat. *Et Flor. 2 pr.*

55 p. 346, 12 Habebat indutui ad corpus tunicam interulam tenuissimo
 textu, triplici licio, purpura duplici: ipse eam sibi solus domi
 texerat. Martian. Capella 1 p. 3 *extr.* de Psyche, Tritonia etiam
 interula — virginem virgo contextit. *Apud Trebell. Poll. in*
 60 *Claudio c. 14 p. 390 Valerianus Claudio dari iubet interulas puras*
duas. *Apud Vopisc. in Probo c. 4 p. 642 Valerianus Probo dari*
iubet Interulas Paragaudias duas. Et in Bonoso c. 15 p. 773 Aurelia-
 nus Bonoso nuptiarum causa dari iussit interulas dilores duas. *Esse*
proprie Adiectiuum, statim docebimus.

65 INTERVLVS, a, um. Adj. Dimin. Interior. Mart. Capell.
 9 *pr.* Quin etiam interulos gaudens dissoluere nexus. *Sic Tunicam*
interulam modo vidimus Apuleii.

INTERVNDATVS, a, um. Adj. Solinus c. 27 (17) Hoc ful-
 vum nigrantibus segmentis interundatum, varietate apprimie decet.
b. e. In vndarum figuram distinctum.

70 INTERVOCALITER. Adu. Apul. Met. 9 p. 231, 13 Interuoca-
 liter clamare, *i. Alta voce.*

INTERVULO, āre. Columel. 8, 10. et Valer. Flacc. Argon. 2,
 614 Immittitque ratem, mediasque interuolat vrbes. Idem 5, 27 Ille
 recens oculis interuolat Idmon.

75 INTERVOLITO, āre. Idem. Liu. 3, 10 Inter alia prodigia et
 carne pluit: quem imbrem ingens numerus auium interuolitando ra-
 puisse fertur.

INTERVOMO, vomui, vomitum, ēre. [*διέμω*] Lucret. 6,
 894 de Fonte dulci in ipso mari, Quod dulces inter falsas interuomit
 80 vndas.

INTERVSRIVM, i. n. Commodum est, vel usura medii tem-
 poris. Vlpian. in l. Sed si §. ult. D. de pecul. Ut medii temporis inter-
 vsurium magis creditor consequatur.

95 INTESTATVS, a, um. Adj. [*ἀδιάθετος*] Dicitur non solum
 Qui mortuus est nullo confecto testamento, sed etiam Cuius ex testa-
 mento adita non est hereditas, ut inquit Paullus de Verb. signif. l. In-
 testatus. Intestati proprie appellantur, Qui quum possent testamen-
 tum facere, testati non sunt Vlpian. in l. i D. de suis et legitimis here-
 100 dibus. Cic. pro Cluent. 165 At heres est Cluentius: intestatum
 dico esse mortuum. Idem Verr. 2, 53 c. 22. Iuuen. Sat. 3, 274

— Possis ignauus haberi,
 Et subiti casus improvidus, ad coenam si
 Intestatus eas.

95 Hinc subitae mortes atque intestata senectus Iuuenal. 1, 114. *Ad.*
 Digest. 38 t. 16 l. 1. Parentum intestatorum liberi heredes sint

Quincil. 3, 6. Hereditates, quae ab intestato deferuntur Insti-
 lib. 3 tit. 1. Ab intestato hereditatem possidere Dig. 29 t. 4 l. 1 §. 1

100 *sqq.* In l. cum ii §. Haec oratio D. de Transact. Siue a testato factis,
 siue ab intestato. *Quae forte referenda sunt ad defunctum testatum,*

siue intestatum. § 2 Intestatus, Cuius verbis non adhi-
 betur fides. Pomponius Pictoribus, Ipsi cum vno seruo senex
 intestato proficiscitur. *Haec Nonius 4, 237.* § 3 Nullis

105 *testibus conuictus.* Plaut. Cure. 5, 3, 17 Hoccine pacto indemnatum at-
 que intestatum me arripit? Idem Cure. 5, 2, 24. § 4

Testibus non priuatus, non castratus. Plaut. Mil. 5, 23
 7 M 2 Et

Et si intestatus non ab eo hinc, bene agitur pro noxia. Sic intestabilis.

INTESTATO. Adu. [*ἀδιαστρωτός*] Sine testamento. Cic. de Invent. 2, 148 c. 50. Si paterfamilias intestato moritur, familia, pecuniaque eius agnatorum gentiliumque esto. Scaeuola, l. Titius intestato moriturus. Sic Paullus . . . Ut legata, quae ei dederat, intestato moriens restitueret Vid. l. 45 §. 1 D. de iure fisci. l. 7 D. de diu. reg. Iur. Add. Cic. de Orat. 1, 143. et Verr. 1, 114.

INTESTABILIS, e. Adi. Caius in l. Cum lege D. de testamentis, Quum lege quis intestabilis iubetur esse, eo pertinet, ne eius testimonium recipiatur, et eo amplius (vt quidam putant) neue ipsi dicatur testimonium. Vlpian. in l. Is cui lege D. de testamentis, Si quis ob famosum crimen damnetur, Senatusconsulto expressum est, vt intestabilis sit, ergo nec testamentum facere poterit, nec ad testamentum adhiberi testis. Isidor. lib. 10 lit. I, Cuius testimonium non valet, et quod dixerit irritum improbatumque sit. ¶ 2 Hinc generaliter [*μυσσασθής*] pro Detestabili: Improbis et intestabilis Sall. Iug. c. 67 LL. XII Tab. ap. Gell. 6, 7. Idem 7, 18. Eos tamen, qui ad Annibalem non rediissent, vsque adeo intestabiles, inuisosque fuisse, vt taedium vitae coeperint, necemque sibi consciuerint. Vlpian. in l. ex Cornelia D. de iniuriis, Si condemnatus sit is, qui librum ad infamiam alicuius pertinentem scripsit, composuit, edidit, etc. intestabilis ex lege esse iubetur. Plin. 30, 2 de arte magica, Proinde ita persuasum sit, intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis umbras. Hor. Serm. 2, 3, 181 — Vter aedilis fueritue Vestrum Praetor, is intestabilis et sacer esto. Vbi Porphyrio, Antiqui eos, quos in testimonium dimitti volebant, intestabiles vocabant; detestabiles scilicet, quorum testimonium malum et execrandum esset. Tacit. Ann. 16, 55 Intestabilis et conceleratus. Idem Hist. 4, 42, 10 Quum interim intestabilior et facior exortus est. Si peior atque intestabilior metu vestro fuerit Sall. Fragm. c. 3. Cum Ablatio: Tacit. Ann. 6 sub fin. Intestabilis faeuitia Tiberius. ¶ 3 Lasciuia comica Intestabilis pro eo, qui testiculis priuatus est Plaut. Curc. 1, 1, 30. et Mil. 5, 1, 24.

INTESTIS, e. Adi. Qui caret testibus, castratus. Arnob. 5 p. 160 Adestin consecrasset corpus Attinis in Pessinunte, caerimoniis annuis, et sacerdotum intestibus honorasse, i. sacerdotibus castratis: quam lectionem a se inuentam, et substitutam vulg. antistitibus defendit Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 202.

INTESTINUM, i. n. et Plur. Intestina dicuntur, Quae inferiori corporis parte clauduntur, et inferiora sunt, quae etiam Interanea appellantur. Cels. 4, 14 pr. A visceribus ad intestina veniendum est. Mihi inanitate iamdudum intestina murmurant Plaut. Caf. 4, 3, 6. Cic. de N. D. 2, 137 c. 55 Ex intestinis autem et alio secretus a reliquo cibo succus is, quo alimur, permanat ad iecur per quasdam a medio intestino vsque ad portas iecoris. sic enim appellant ductas et directas vias, quae pertinent ad iecur, eique adhaerent. Medium intestinum vocat Cicero, quod Graeci Mesenterium. Add. ib. 138 c. eod. Rosiones intestinorum Plin. 20, 21. Laborare ex intestinis Cic. Fam. 7, 26. Prolapsa intestina Scribon. 206. Soluta intest. Id. 236. Directum intestinum Id. 142. Extremum intestinum prolabitur et excidit, prodit Id. 232. Metaph. Perurere intestina alicuius Catull. 76, 3 aegre facere. Celsus 4, 16 In hoc vtique adhibere oportet comprimantia, quo facilius tenendi aliquid intestinis vis sit. Latum intestinum interdum glutinatur Cels. 7, 16. Idem 2, 1 Tenuioris intestini morbus, quem ileon nominant.

INTESTINVS, i. m. Plin. 11, 37 f. 78 Intestinus enim quibusdam ab ore incipiens, quadam via eodem reflectitur, vt sepiae, polypo. Nempe Intestinum viscus, Intestinus canalis. Est enim Adiectiuum vt statim videbimus.

INTESTINVS, a, um. Adi. Pro Interiore. Intestina pestis, ap. Liuium . . . pro Coniuratione maxima et periculosissima. Et, Intestina discordia, apud eundem 9, . . . pro Ciuili discordia. Bellum Cic. Catil. 2, 28 c. 13. Dolon Idem Fam. 4, 5. Et ad Brut. 10, 1 Ingrauescit enim in dies intestinum Malum, nec externis hostibus magis quam domesticis laboramus. Liu. 2, 23 pr. Ciuitas secum ipsa discors intestino inter Patres plebemque flagrabat Odio. Idem 1, 48 Ni scelus intestinum liberandae patriae consilia agitandi interuenisset. Opus, Quod factum est ex ligno fabrorum: auctore Budaeco. Varro de R. R. 3, 1 Quum villam haberes opere tectorio, et intestino, ac pavimentis nobilibus lithostrotis spectandam. Vid. Salmas. in Solin. p. 727, b.

INTEXO, texui, textum, ãre. [*ἰνυοαίω*] Telae addere, et generali metaphora Innectere, inuoluere. Cic. in Partit. 12 c. 4 Laeta tristibus, incredibilia probabilibus inteximus. Facta alicuius intexere chartis Tibull. 4, 1, 5. Proprie Plin. 13, 11 Et tamen adhuc malunt Parthi vestibus Literas intexere. Cic. Att. 13, 12 Scis me antea orationes aut aliquid id genus solitum scribere, vt Varronem nusquam possem intexere. i. Eum loquentem inducere, vt fit in Dialogis. Alibi Includere dixit. Eidem 13, 22 Te autem ἀσμενέστωρα intexui, faciamque crebrius. De Academicis suis libris.

INTEXENS, entis. Partic. Virg. Aen. 7, 488 Mollibus intexens ornabat cornua fertis. Et Ecl. 2, 49 Aliis intexens suauibus herbis, etc.

INTEXTVS, a, um. Part. Cic. de N. D. 2, 138 c. 55 Vtraeque autem crebrae multaeque toto corpore intextae, etc. Britanni Virg. Georg. 3, 25. Chlamys intexta variis coloribus Auct. ad Heren. 4, 60 c. 47. Opus intextum tauris Virg. Aen. 10, 785. Add. ib. 5, 255.

INTEXTVS, ùs. m. Plin. 2, 8 Intextu concretus.

INTHRONIZO, ãre. Sollemniter inthronizatus est Sarsib. Epist. 299.

INTIMELIUM, i. n. Vrbs Liguria, nunc Vintimiglia. Cic. Fam. 8, 15.

INTIMIDE. Adu. Compar. Ammian. 26, 17 Hinc intimidius incedenti nec resistebat populus, nec fauebat. Vid. Hadrian. Vales. in supplement. ad comment. Fratris Henrici.

INTIMO, ãre. [*παράγγελλω*] Denuntiare. Intimare, γνωρίζω, ἐμφανίζω, φανερώω. Intimat παρέχεται Vet. Gloss. Liu. 4, 46 Intimasse filio, vt milites scriberet. In vetustissimis codicibus legitur Institisse. Martian. Capella 1 Haec quum Iuno affixa Ioui, acclinatis eius auribus intimaret. Praedecessor meus perennitati vestrae rationem dicitur intimasse Symmach. Ep. 10, 40. Sub his quantum Roma profecerit, breuiter intimabo S. Ruf. c. 3. Conf. Ambros. cont. Arian. c. 8. Capitolin. in Ver. c. 1. Ammian. 21, 11. Amplicus intimare Apul. in Anechom. l. 2 C. De adoptionibus, Adroga-

tio etenim ex indulgentia principali facta, perinde valet apud praetorem vel praesidem intimata, ac si per populum iure antiquo facta esset. Intimari, *pro Ingredi*: Solinus c. 35 Ditionis Aegyptiae esse incipit a Syene, in qua fines Aethiopum: et inde vsquedum mari intimatur, Nili nomen tenet. *Vid. Ammian. 15, 16. et Tertull. de Ref. Carn. c. 3.*

INTIMATVS, a, um. Part. Donationes intimatae, *i. Insinuae* l. 19 *in pr. c. de sacros. eccles.* Per auctores intimata, *i. Pro-dita memoriae* Spartian. Vero c. 7. Literis intimata Treb. Poll. in Gallien. c. 16. His breuiter intimatis Mart. Capella 5 p. 169.

INTIMATIO, ōnis. f. Martian. Capella 9, . . Intimationis excursus. *Conf. l. 23 l. de Testam.*

INTIMATOR, ōris. m. Stultus rerum intimator Capitolin. in Pertinace c. 10.

INTIMIDVS, a, um. Adi. Saxo Grammat. 2, 24 *pro non timido.*

INTIMORATE. Adu. [*ἀφόβως*] *Sine metu.* Vet. Interpr. Irenaei 1, 1 Intimorate omnia operantur.

INTIMVS, *Superlatiuum ab Intra.* *Vid. INTRA.*

INTINGO, tinxī, tinctum, ěre. [*ἐμβάπτω*] *Madefacere et humectare.* Plin. 20, 17 *de aniso*, Viride, aridumue omnibus quae condiuntur, quaeque intinguntur, desideratum. Cato c. 156 *Crudam si edas, in acetum intingito, mirifice concoquit. de brassica.* Calamum intingere, *de Scribente dixit* Quinctil. 10, 3, 31 *Quod intinguntur calami, morantur manum.*

INTINCTVS, a, um. Part. Cic. de Orat. 2, 120 c. 27 *extr.* Alterum quod totum arte intinctum videtur, tamen artem requirit, tamen prudentiae est mediocris, quid dicendum sit videre. *Hodie Tinctum editur, eadem sententia, verbo, artificiosum.* Ouid. Fast. 2, 634 *Nutriet intinctos missa patella cibos.* *Vid. ibi Heinsf. Add. Id.*

Met. 7, 260. Intinctus *pro Baptizato* apud Tertull. de Poenit. c. 6.

INTINCTVS, ūis. m. [*ἐμβαμμα*] *Condimentum ad condienda opsonia, siue Liquor, in quem reliquos cibos intingimus ad saporis commendationem, ac gulae irritamentum.* Plin. 15, 29 *Eademque origine aprorum sapor commendatur, plerumque ad intinctus additis myrtis.*

Idem 20, 9. *Quod laudatur* Apic. 3, 18 *Hieme intubae ex embanmate, h. e. intinctu eduntur, verba h. e. intinctu sunt glossa recentior.*

INTINCTIO, ōnis. f. Tertull. de Poenit. c. 2 *Praeire intinctionem poenitentiae iussit. Et c. 12 Post prima intinctionis dominicae monumenta. i. Post baptismum.* *Vid. ibid. c. 6. Barth. Ad-*

40 *vers. 13, 16.*

INTOLERABILIS, e. Adi. [*ἀτλατος, ἀτλητος*] *Quod tolerari et ferri non potest.* Intolerabilis dolor Cic. Acad. 4, 23 c. 8. Foeditas odoris Idem de N. D. 2 c. 50 *extr.* Frigus Id. pro Rosc. Amer. 131. Insolentia Cic. Q. Frat. 1, 1, 14. Mala Lucret. 6, 1156.

45 Saeuitia Liu. 1, 53. Tributa exigere Cic. Fam. 3, 7. *Compar.* Idem Fam. 4, 3 *Multo intolerabilior futurus. Et Iuuen. Sat. 6, 459*

Intolerabilius nihil est quam femina diues. Contumelia intolerabilior Eumen. Paneg. Constantii c. 10. ¶ 2 *Actiue etiam*

50 *ponitur pro eo, qui tolerare nequit, seu impatiens. Afranius apud Non. 2, 435 Si fecissem paullo saepius, didicisset is ferre, et non esse intolerabilis.*

INTOLERABILITER. Adu. [*ἀτλήτως*] Columel. 1, 4 *Sunt quaedam loca, quae solstitiis minus concalescunt, sed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent.* *Compar. Suet. Caes. c. 78.*

55 INTOLERABILITAS, ātis. f. *ἀνυποσύνης* Gloss. Lat. Gr.

INTOLERANDVS, a, um. Adi. [*ἀφόρητος*] *Idem quod Intolerabilis.* Cic. Verr. 5, 118 *O magnum atque intolerandum dolorem.* Barbaries immanis atque intoleranda Cic. pro Font. 34 c. 16. Cruciatu intolerandi Liu. 24, 5. Frigora Idem 22, 1. Hiems intoleranda prodigiisque diuinis similis Liu. 5, 14. Imperium Sallust. Catil. c. 10. Libido Liu. 27, 31. Idem 9, 1 *pr.* Dii vindices intolerandae Superbiae. Intolerandum, *Aduerbialiter:* Gell. 17, 8

Olla oleo indiget, et, vt video intolerandum feruet.

INTOLERANS, antis. Adi. [*ἀτλητῶν*] *Qui tolerare non potest,*

65 *Impatiens, impotens, vt Indicens et similia.* Liu. 9, 18 *Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit.* *Conf. Val. Max. 4, 7 ext. 2.* Curae intolerantes, *i. Intolerandae* Laeu. apud Gell. 19, 7. Corpora laboris intolerantissima, *h. e. Impatientissima* Liu. 10, 28. *Conf. Id. 5, 49.* Tacit. Ann. 3,

70 *45 Quanto intolerantior Seruitus iterum victis. Add. Id. ib. 11, 10, 5.* Gell. 13, 8 *Nihil fieri posse indignius neque intolerantius.*

INTOLERANTER. Adu. [*ἀφορητῶς*] *Impotenter.* Cic. Tusc. 2, 22 c. 10 *Intoleranter dolere.* *Compar. Idem de Orat. 2, 209 c. 52*

Intolerantius se iactare. *Superl. Cic. in Vatin. 29 c. 12 Et quoniam*

75 *pecunias aliorum despicias, de tuis diuitiis intolerantissime gloriaris.*

INTOLERANTIA, ae. f. *Passiue capitur, quasi tu intolerabilitatem diceret.* Cic. pro Cluent. 112 c. 40 *Quis eum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset?* Idem de L. Agraria 2 c. 13 *Non priuatorum insaniam, sed intolerantiam regum esse dicetis.* Morum

80 *intolerantia* Suet. Tiber. c. 51. *Vid. Gell. 17, 19.*

INTOLLO, ěre. *Tollere, extollere.* Apul. Met. 8 p. 213 *Clamores absonos intollunt.*

INTONDEO, di, sum, ěre. [*περικείρω*] *Ex parte aliqua tondere.* Columel. 2, 3 *Vt ante quam translatum deponas, omnes rad-*

85 *culas amputes, et fibrarum summas partes intondeas. de porro.*

INTONSVS, a, um. Adi. [*ἀκαρτος*] *Non tonsus.* Plin. 6, 28 *Arabes mitrati degunt, aut intonso crine barba abraditur praeterquam in superiore labro.* Ouid. Fast. 2, 30 *Hoc apud intonsos nomen habebat auos.* Veteres enim propter seueritatem hirsuti erant, teste

90 *Porphyrione: vnde Catonem intonsum (Hor. Od. 2, 15, 11) dixerunt. Primus autem tonsorem in Urbem duxit Scipio. Vid. Brouckh. ad Tib. 2, 1, 34.* Capilli Hor. Epod. 15, 9. Caput Ouid. Fast. 4,

655. Sen. Epist. 5. Coma Cic. Tusc. 3 c. 26 *ex Accio.* Crinis Tibull. 1, 4, 34. Deus Ouid. Trist. 3, 1, 60. Homines intonsi

95 *et inculti* Liu. 21, 32 *de Alpinis.* Columel. 7, 3 *Igitur, vt dixi, miraberis Oves intonsas, variam et canam comam improbabis.*

INTONO, tonui, ěre. [*ἐμβροντάω*] *Idem quod Tonare, et sonum emittere.* Intonuere poli, et crebris micat ignibus aether Virg. Aen. 1, 90. Cic. de Diuin. 1, 106 c. 42 *Partibus intonuit caeli pa-*

100 *ter ipse sinistris. Ex Poeta.* Canis intonuit ingenti latratu Plin. 8,

40. *Metaph.* Fortuna simul intonuit, proxima quaeque fugat Ouid. ex Pont. 2, 3, 24. *Add. Id. Trist. 1, 4, 29.* Iracunde dicere, et cum quodam vocis impetu loqui Liu. 3, . . Cic. pro Muraen. 81 c. 38 *Iam enim hesternae concione intonuit vox perniciose designati Collegae, tui,*

105 *etc.* Minas intonare Ouid. Amor. 1, 7, 46.

INTONANS, antis. Part. Tacit. Ann. 12, 1 Ordo apud libertos certamine quis deligeret vxorem Claudio, caelibus vitae intonanti, etc. *i. Inuehenti in vitam caelibem.*

INTONATUS, a, um. Part. Tonitru et tempestatibus turbatus. Hor. Epod. 2, 51 Si quos Eois intonata fluctibus Hiems ad hoc ver-
tat mare.

INTONSUS, vid. INTONDEO.

INTORQUEO, torfi, tortum, etc. [*συστρέφω, σφραβλέω*] *Circum torquere et inflectere.* Columel. de Arb. c. 23 Alio modo quum iam matura mala fuerint, ante quam rumpantur, petiolos quibus pend-
dent, intorqueto. Cic. de Orat. 2, 266 c. 66 Vt cum Testio Penario mentum in dicendo intorquenti, tum vt diceret si quid vellet, si nucem fregisset. *Iacere tortum et vibratum telum in aliquid.* Virg. Aen. 2, 231 Sacrum qui cuspide robor Laerit, et tergo sceleratam intorferit hastam. Talum Aur. Vict. de Viris illust. c. 69. *Ia-
culum intorquens emittit in auras* Virg. Aen. 9, 52. *Add. 10, 323.* Telum intorquere in aliquem, *quod et Contorquere dicitur: hoc est Vibrare.* Cic. de Arusp. Resp. 7 c. 4 Si quod in me telum intorferit, statim me esse arrepturum arma iudiciorum atque legum.

INTORTV. *Apud Plin. 8, 12 legit Hard. Not. Mai. 25 Elephan-
tis frigidissimum esse sanguinem: ob id aestate torrente potissimum a
draconibus expeti: quam ob rem in annibus mersos insidiari bibentibus, intortuque (vulg. arctatisque) illigata manu in aure morfum
desigere.*

INTORTVS, a, um. Partic. [*συνεστραμμένος*] Intortus caudex, *25
b. e. Circumflexus vel inflexus* Plin. 12, 15. Vortice intorti affligeban-
tur Liu. 21, 58. Capilli Martial. 8, 33. *i. Crispi flexi.* Cauda in-
torta suum, *i. Obliquata et inuoluta.* Plin. 8, 51. Crines Sil. 3, 284.
Fauces Plin. 7, 44. Funes Ouid. Met. 3, 679. Pallio circa bra-
chium intorto Petron. c. 80. Linteum intortum Scribon. 43. Pa-
ludamentum intortum circum laeum brachium Liuius 25, 16 fin. Ora-
tio, *pro Obscura, ambigua* Plaut. Cistell. 4, 2, 64. Vertex Plin. 9, 33.
Telo intorto figere Virg. Aen. 10, 8.

INTORTE. Adu. Plin. 16, 16 Sed bruscum intortius crispum: molluscum simplicius sparsum.

INTORTIO, onis. f. Arnob. 3 p. 108 Hos capillorum intortio-
ne crispulos.

INTRA. [*ἐντός, ἐνδόν*] *Praepositio Accusatiui casui seruicns, spa-
tium et terminum temporis aut loci significat.* Priscian. 14 p. 991 *Intra*
quoque videtur ab *In* deriuatum: velut ab *Ex Extra*, a *Sub Subter*, sic
ab *In Intra*, et significat τὸ ἐντός — huic contrarium est τὸ ἔξωτος, id
est extra etc. *Cum ad tempus refertur, negatiue significat, ultra illud
non egrediendum esse, vel non durasse aliquid.* Sic *Intra annum* Val.
Max. 1, 1, 17. Cic. Verr. Act. 1, 38 *Omnia non modo commemora-
buntur, sed etiam expositis certis rebus agentur, quae intra decem an-
nos, postea quam iudicia ad Senatum translata sunt, in rebus iudi-
candis nefarie flagitioseque facta sunt.* *Intra hos proximos decem
annos* Traian. Plin. Ep. 10, 41. *Gell. 12, 13 multum disputatur, quid
fit intra Calendas? quod contra eorum sententiam, qui in Calendis in-
terpretantur, tandem ita finit Gellius, Qui iubetur intra Calendas pro-
nuntiare, is et ante Calendas et ipsis Calendis iure pronuntiare potest.
Neque id fit quasi privilegio quodam insitae consuetudinis, sed certa
rationis obseruatione: quoniam omne tempus, quod Calendarum die
includitur, intra Calendas esse recte dicitur.* *Paria hic* Non. 12, 45.
Sic Vlpian. l. 133 de V. S. *Intra diem mortis vt aliquid fiat, si quis di-
xerit, ipse quoque dies, quo quis mortuus fuerit, numeratur.* *Intra
dies viginti, In spatio viginti dierum* Plaut. Curc. 3, 78. *Intra
diem decimum* Liu. 36, 10 pr. *Intra dies paucos, pro Breui tempore*
Liu. 23, 41. *Intra Triennium* Eutrop. 6, 9. *Intra paucos Menses*
Idem 6, 10.

¶ 2 *Ad locum.* *Intra dentes* Plaut. Trin. 4, 2, 60
64 *ubi nomen dicere iussus Sycophanta, Deuorauit nomen imprudens
modo: i. excidit mihi.* CH. Non placet qui amicos intra dentes con-
clusos habet. SYC. Atque etiam modo versabatur mihi in labris prio-
ribus. *Intra Labra* Plaut. Trin. 4, 2, 80. *Compulso intra Moe-
nia hoste* Liu. 34, 3. *Locus intra Oceanum nullus* Cic. Verr. 5 c. 89. 65
Intra parietes meos Cic. Att. 3, 10. *Gell. 12, 13 Qui regnat intra
Montem Taurum (quod de Antiocho memorat Cic. pro Sextio c. 27)
non solum in monte Tauro regnat, sed in his etiam regionibus, quae
Tauro monte clauduntur.* Cic. Verr. 3, 207 c. 89 *Locus intra
Oceanum iam nullus est, neque tam longinquus, neque tam reconditus,
quo non etc.* *Etiam de hoc disputatur* Gell. 12, 13, *illud recte, Terras
demonstrat omnes, quae Oceano ambiuntur, ad quas a nostris homi-
nibus adiri potest, quae sunt citra Oceanum etc.* Plaut. Truc. 2, 3.
30 *Sentio aperiri fores, Quae obsorbent, quidquid venit intra Pessu-
los.* *Nosse Regiones, intra quas venire debeas* Cic. de Orat. 2 c. 34. 75
Intra Tecta vocare aliquem Virg. Aen. 7, 168. Liu. 34, 62 *Car-
thaginienes iure finium causam tuebantur, quod ager intra eos Ter-
minos esset.*

¶ 3 *Modum quendam et terminos notat.*
*Quinctil. 11, 3 Hortensii scripta tantum intra famam sunt. i. Non re-
spondent famae, Nihil, aut parum habent famae. Huius contrarium est,
Ultra famam: q. e. Perquam multum, plus quam creditum est.* *Intra
fortunam suam* Propert. 3, 8, 2. Ouid. Trist. 3, 4, 26. *Intra glo-
riam facinus fuit, i. Minus gloria* Flor. 1, 3, 5. *Conf. Id. 4, 11, 9.*
Intra haec enim est omnis vituperatio: i. In his consistit Quinctil. 6, 4.
Tacit. Ann. 2, 71 pr. *Si fato concederem, iustus mihi dolor etiam
aduersus deos esset, quod me parentibus, liberis, patriae intra iu-
uentam praemature exitu raperent.* Cic. Fam. 9, 26 *Epulamur vna
non modo non contra legem (si vlla nunc lex est) sed etiam intra le-
gem. i. Minus consumimus, quam praescripsit lex.* *Conf. Gell. 12, 13.*
Intra me futurum est, i. Apud me et secreto Plin. Epist. 3, 10. *In-
tra modum: Cic. Fam. 4, 4 Modice hoc faciam, aut etiam intra mo-
dum. i. Minus quam modice. Hunc locum sic explicat Gellius 12, 13
Modice dixerat hoc faciam, i. Cum modo aequo et pari. Deinde
quasi hoc displiceret, et corrigere id vellet, addidit, Aut etiam in-
tra modum: per quod minus sese ostendit id facturum esse, quam
quod fieri modice videretur. i. e. Non ad ipsum modum, sed retro
paululum, et citra modum.* *Conf. Liu. 1, 43. Tacit. Ann. 3, 72, 3.*
Intra modum loquendi, i. Non ultra sermonem. Quinctil. 11, 3 p.
1007 b. *Ne dicamus omnia clamose, quod insanum: aut intra loquen-
di modum, quod motu caret.* *Intra silentium se tenere, idem quod
Silere.* Plin. Epist. 4, 17 *Quum forte de bonis iuuenibus apud Ner-
vam imperatorem sermo incidisset, et plerique me laudibus ferrent,
Corellius paulisper se intra silentium tenuit: deinde grauitate quam
noras, Necessè est, inquit, etc.* *Intra spem veniae cautus* Hor. Art.
v. 266. *Intra verba peccare, i. Non ultra verba: Curtius 7, 1, 25 109*

- Vinam Philotas quoque intra verba peccasset. ¶ 4 *Observu.*
 Intra, sine Casu: cui contrarium est Extrinsicus. Colum. 12, 43 Haec
 vasa et opercula extrinsecus et intra diligenter picata esse debebunt.
 Conf. Cels. 5, 28. et 7, 15. Intra, pro Inter: Liu. 22, 7 pr. Haec est
 5 nobilis ad Trasymenum pugna, atque intra pauca, memorata Populi
 Romani clades.
- I N T E R I O R, us. [*ἐνδότερος*] Magis intro vel intra. Cic.
 Philipp. 5, 31 In interiore aedium parte totius Reipublicae nundinae.
 Add. Id. pro Sext. c. 10. Africanam interiore obtinens Cic. in Sall.
 10 19. Comes interior, honoratior, cuius latus tegit exterior Ouid.
 Fast. 5, 67. Vid. Lips. Elect. 2, 2. Heinsf. in Epp. Syllog. Burm. T. 2
 p. 723. Confilia, i. secretiora Nep. 23, 2, 2. Domus Virg. Aen.
 1, 641. Epistola, h. e. Media: Cic. Q. Fratr. 3, 1, 5 Quod interiore
 epistola scribis, etc. Plaut. Afin. 3, 3, 66 Salus interioris Hominis,
 15 inter elogia ludicra serui pecuniam hero procurantis: interpretantur, ani-
 mae ac vitae. Boxbornius suspicatur, Salus imperatoris domini. Cic.
 de Nat. D. 3, 42 c. 16 Plures enim tradunt nobis ii, qui interiores
 scrutantur, et reconditas Literas, antiquissimum Ioue natum, sed item,
 etc. Conf. Id. Fam. 3, 10. et 7, 33. Medulla Catull. 33. Motus Cic.
 20 in Somn. Scip. 21. Partes interiores Scrib. 165. Ex interiore parte
 Id. 79. 121. Societas interior et propior Cic. Off. 3, 69. Tactus Id.
 Acad. 4, 20. Tectum Virg. Aen. 4, 494. Vicinus Cic. Q. Fratr. 1, 2.
 Vita interior et familiaris, Publicae administrationi opponitur Sueton.
 in August. c. 61. Nucleorum interiora Scribon. 184. vulgo medulla.
 25 Regni interiora Liu. 42, 39 pr. Curt. 4, 9, 1. Cic. de Diuin. 2,
 123 Sed haec quoque in promptu fuerint, nunc interiora videamus, ab-
 strusiora, difficiolora. Interior, pro Sinisterior: Virgil. Aen. 5, 203
 — Dum proram ad saxa suburget Interior, i. Sinisterior. Paullo
 ante (v. 170) dixerat Poëta, Radit iter laeuum interior: Seruius.
 30 Recte ille quidem, sed rationem huius rei non aperit, quae a circi Romani
 conditione repetenda est, per cuius mediam longitudinem spina procurrit.
 A dextra parte procurritur, ut spina illa, ac meta adeo, ad quam flexus
 est, semper sinistra sit, cui quo quis propior est, hoc est, respectu una
 procurrentium sinisterior, eo maiorem spem habet victoriae: sed idem et-
 35 iam est interior, id est medio propinquior, ut interior comes est, qui
 propius parietem incedit. Haec pluribus declarat et probat Cerda ad Aen.
 5, 170. Conf. INTVS.
- I N T E R I V S, Adu. Seneca de Benef. 7, 10 Possim de natura
 queri, quod aurum et argentum non interius absconderit. Fistula
 40 tantum calidae ducat interius Pallad. 1, 40. Nidi figurentur interius
 Idem 124. Sic Deus interius sentitur et inditur medullis Prudent.
 in Cypriano v. 14. Interius perfricantur nares Scribon. 8. In-
 terius trusa lana Id. 227. Oratio ne insistat interius, ne excurrat lon-
 gius Cic. de Orat. 3, 188 c. 49.
- I N T I M V S, a, um. Superlat. [*ἐνδότερος*] Cic. Verr. 4, 99
 c. 45 In eo sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum. Aedes
 Id. Verr. 1 c. 20. Plaut. Trucul. 2, 7, 41 Traxi ex intimo ventre
 suspirium. Angulus Hor. Carm. 1, 9, 21. Nudata Vlpian. l. 3 D.
 de arbit. Cic. Tuscul. 4, 21 Discordia, ira acerbior intimo Odio
 50 et corde concepta. Pars vrbis intima Idem Verr. 5, 96. Pectore
 vritur intimo Catull. 59, 177. Praecordia Ouid. Met. 4, 506. An-
 gor intimis Sensibus Cic. Att. 5, 10. Sermo Id. Tusc. 2, 51. Ta-
 ctus Cic. Acad. 4, 76. ¶ 2 Intimus, Carus, familiaris,
 qui cum aliquo omni tum officiorum, tum consuetudinis, tum familiarita-
 55 tis genere est coniunctus. Cic. Q. Fratr. 1, 4 Intimus, proximus, fa-
 miliarissimus quisque aut sibi pertinuit, aut, etc. Intimi regis
 Nep. 9, 2, 2. Habere aliquem intimum Ter. Eun. 1, 2, 47. Cic.
 pro Rosc. Amer. 16 Tecti esse ad alienos possimus: intimi multa aper-
 tiora videant necesse est. Intimus sum illi, i. familiaris, amicus
 60 carissimus: Plaut. Truc. 1, 1, 61 Nam me fuisse huic fateor summum,
 atque intimum. Cic. in Catil. 2, 9. Erat intimus Dionysio priori
 Nep. 10, 1, 3. Intimus es consiliis nostris: i. tibi vni committimus
 nostra intima consilia Ter. Andr. 3, 3, 44. In intimis alicuius esse,
 pro Valde ab aliquo amari Cic. Att. 4, 16 Itaque in intimis est meis,
 65 quum antea notus non fuisset. Consiliorum intimum, pro Intimum
 consilium Tacit. Ann. 15, 61.
- I N T I M E, Adu. [*ἐνδότερος*] Cic. Q. Fratr. 1, 2, 2 Quarum al-
 tera est de Blaudentio Zeuxide, quem scribis certissimum matricidam
 tibi a me intime commendari. Et Apul. Met. 2 p. 118. it. Apol. p.
 70 518, 10 Flor. Arto contubernio intime iunctus.
- I N T E R N V S, a, um. Adi. ut ab Extra Externus. Cum in du-
 bium vocasset auctoritatem huius nominis, plurima illius exempla Senecae,
 Plinii, Taciti, congestit Borrich. Cogitatt. p. 144 sq. Nobis suf-
 ficient ista. Ignis Sen. Quaest. Nat. 6, 27. Maria Plin. 2, 68.
 75 Bellum Tac. Hist. 2, 69, 2. Discordiae Id. Ann. 2, 26, 2. Ouid.
 Her. 7, 113 Occidit internas coniux (Didus Sichaëus) maectatus ad
 aras, i. deorum Penatum. Sed locus est dubius valde: et non alias in
 tam frequenti occasione usus est eo nomine Poëta. Igitur ultra argenteam
 aetatem non ascendit.
- I N T E R N E, Adu. Legitur a quibusdam apud Aufon. de Clar. Vrb.
 in Burdigala v. 14.
- I N T R A C L V S V S, a, um. Adi. Quidquid minus, quam intra-
 clusum est, fuerit assignatum Aggen. Vrb. p. 49 Goef.
- I N T R A N E V S, a, um. Adi. Sidon. i. internus.
- 85 I N T R A R I V S, a, um. Adi. [*ἐνδομυχός*] i. Intimus. Plautus,
 Caros mihi, atque intrarios amicos.
- I N T R A H O, ère. Apul. Met. 5 p. 167, 22 Elmenb. Sulcatus in-
 trahens gressus, de Dracone.
- 90 I N T R A C T I O, ònis. f. Plin. 7, 12 Intractio linguae et sermo-
 nis tumultus. Vid. Salmaf. in Solin. p. 29.
- I N T R A C T A T V S, a, um. Adi. [*ἀδιάματος*] Nondum tractatus,
 rudis, nouus. Cic. de Amicit. 70 c. 19 Atqui in ipso equo (cuius
 modo mentionem feci) si nulla res impediatur, nemo est, qui non eo,
 95 quo consuevit, libentius vtatur, quam intractato et nouo. Vid. Cael.
 Aur. Acut. 3, 5. Grat. Cynege. v. 134.
- I N T R A C T A B I L I S, e. Adi. [*ἀμεταχείριστος*] Plin. 19, 5 Vi-
 rus illi intractabile est. Aetas dura et intractabilis Senec. Epist. 25.
 Animus Id. Hippol. v. 271. Bruma Virgil. Georg. 1, 211. Dura et
 100 aspera Seruius. Genus intractabile bello Virg. Aen. 1, 339. Loca
 frigore intractabilia Iustin. 24, 4. Compar. Gell. 18, 7 Domitius
 erat natura intractabilior et morosior.
- I N T R A M V R A N V S, a, um. Adi. Asconius in Verr. 2 p. 115
 Omnis magistratus, qui intramuranus non est, nec vrbanus, etiam si
 105 administrator eius Romae est, AD VRBEM dicitur. Et Lamprid.
 Heliog.

Heliog. 1, 27 Exoleti extramurani et intramurani. *Add.* Ambros. Ep. 83. *Vid.* Borrich. *Cogit.* p. 148.

INTRANSMEABILIS, e. Adi. Iornand. de Reb. Get.

INTRATVS, *vid.* INTRO.

INTRÉMO, ui, ère. [*ἐντρομέω*] *Aliquid vehementiae ex compositione accipit.* Totum corpus intremit Cels. 3, 3. Plin. 2, 8 Intremunt vero et in nauibus posita, aequae quam in aedificiis. Ouid. Met. 2, 180 Palluit, et subito Genua intremuere timore. Id. Trist. 3, 1, 56 Aspicias alternos intremuisse pedes. Vndae intremuere Virg. Aen. 3, 673. Hannibalem senectus intremit, *i. propter Hannibalem* Sil. 16, 664. *i. timet.*

INTREMISCO, ère. [*ἐντρομέωμαι*] *Idem.* Plin. 2, 79 Neque enim vnquam intremiscunt terrae, nisi sopito mari. *Add.* Obseq. c. 131.

INTRÉMVLVS, a, um. Adi. Aufon. Epitaph. Heroum 344 15 Intremulam baculo non subeunte manum.

INTREPIDVS, a, um. Adi. [*ἀτρόμος, ἀδής*] *Qui nihil timet, impavidus.* Plin. in praefat. 3 Sed haec quis posset intrepidus aestimare subituro ingenii tui iudicium, praesertim lacessitum? Hiems Tacit. in Vita Agricola c. 22. *i. sine metu transacta.* Verba intrepida constent Sen. Hipp. f. 5. Vultus Ouid. Met. 13, 478.

INTREPIDE. Adu. [*ἀδής*] *Sine pauore, audacter.* Liu. 26, 4 Postquam assuetudine quotidiana satis intrepide visum est fieri, in campum, etc. Fabulari Apulei. Florid. p. 365. *Conf.* Aufon. praefat. 3. 25

INTREPIDANTER. Adu. *Idem.* Nonius 12, 44 Festine et intrepidanter ascendere.

INTRIBVO, ère. Traian. Plin. Epist. 10, 35 Ne quid ideo intribuant, *i. contribuant in rem aut usum aliquem.* *Conf.* Vlpian. Dig. 14 t. 4 de tributor. act. l. 9 §. 2. 30

INTRIBVTIO, ōnis. f. Paullus recept. Sentent. 2 tit. 7 Sent. Vlt. Collatio intributionis ob iactum salua naue fieri debet. *Conf.* Id. Dig. 50 t. 1 l. 22 §. 7. et Vlp. D. 50 t. 4 l. 6 §. 4. 5.

INTRICO, are. [*ἐμπλέω*] *Implicare, cui contrarium est Extrico.* Intricare pecuniam Vlpian. in l. 1 §. vlt. D. de seruo corrupt. 35 Intricari Mart. Capell. 1 p. 14. *Add.* Non. 1, 26.

INTRICĀTVS, a, um. Part. Plaut. argument. Perf. v. 5 Atque ita intricatum ludit potans Dordalum. Leo Plaut. Perf. 4, 1, 9.

INTRIGO, *vid.* locus Varronis, quem damus in INTERTRIGO, sub INTERO. 40

INTRINSĒCVS. Adu. [*ἐνδοθεν*] *quod barbari Ab intra dicunt: cui contrarium est Extrinsecus.* Iecur intrinsecus cauum, extrinsecus gibbum Cels. 4, 1. Colum. 12, 43 Lata vasa in modum patinarum fieri iubebat, eaque intrinsecus et extrinsecus diligenter picari. Sic Plin. 11, 37. 45

INTRIPEDO, are. Orbes variis inflexibus intripedere Symmach. ap. Iornand. de Reb. Get. c. 15. *al. interpedare.* *Vid.* Salmaf. ad Capitolin. Max. et min. 3 p. 9 Hack. et quae inde damus in TREPIDIARI.

INTRITA, INTRITVS, *vid.* INTERO. 50

INTRO. [*εἰς*] Adu. *ad locum.* Ter. Andr. 3, 2, 42 Immo abi intro, ibi me operire. Abire intro, *vid.* ABEO. Plaut. Truc. 4, 2, 37 Intro accipimus: quando Acceptum est, non potest ferri foras. Adducere, *vid.* ADDVCO. Adducere se, *vid.* ADDVCO. Auferre Ter. Andr. 1, 1, 1. Ferre cibum Cic. Verr. 5, 34. Idem pro Flacco 117 Vt in oppidum intro ferretur. *Quidam coniunctim legunt, Introferretur.* Plaut. Mostel. 4, 2, 27 Quid volunt? quid intro spectant? Venit Plaut. Capt. 3, 3, 12. Venit intro ad nos errans, *i. in domum nostram* Ter. Eun. 5, 6, 2.

INTRO, are. [*εἰσεμι, ἐμδατέω*] *Notae significationis.* Caes. B. G. 7, 73 Quo qui intrauerunt, se ipsi, etc. Aedem intrare, et In Aedem Sueton. in Vespas. c. 7. Cic. pro Domo 5 In Capitolium intrare. Idem Philipp. 2, 68 Tu illud es sanctissimum limen intrare? *Supple* Aufus, *quod praecedat.* Castra Liu. 10, 36. Domum parua solita est intrare fenestra Ouid. Fast. 6, 577. Maria tot introaui Virgil. Aen. 6, 59. Portus intramus amicos Id. Aen. 5, 57. Urbem intrare Ouid. Met. 15, 36. Urbem cum curru Curt. 5, 1, 23. Vrsos intiant venabula, *h. e. transfigunt* Martial. 14, 30. Aprum cuspide intrare Id. 7, 97. *Per translationem:* Intrare in familiaritatem alicuius, *h. e. sese insinuare:* Cic. Q. Frat. 1, 1, 5 In prouincia vero ipsa, si quem es nactus, qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis ante fuerit ignotus, huic quantum credendum sit, vide. In affectum Quinctil. 7, 4. Animum intravit militaris gloriae cupido Tacit. in Vita Agricola 5 extr. Caes. Bell. Ciuil. 3, 38 Qui quum essent progressi, primaeque turmae Insidias intrauissent, ex fremitu equorum illata suspitione, ad suos se recipere coeperunt. In mentem iudicis non potest definitio intrare Cic. de Orat. 2, 109. In naturam rerum Idem de Fin. 5, 44 c. 16 pr. Puidos, et conscientia vecordes intrat metus Tacit. Ann. 1, 39. Pudor et gloria intrat aliquem Idem Ann. 1, 43. *Est et Iudiciorum verbum:* Plin. Epist. 5, 4 Alio Senatu sine aduocato intrauerunt. Et Epist. 6, 31 A parte heredum intrauerunt duo. 75

INTRANS, antis. Part. Petron. c. 28 Pica intrantes salutabat. Deum intrantem vidi Virg. Aen. 4, 358.

INTRĀTVS, a, um. [*εἰσθεσημένος*] Partic. *rarum.* Liu. 21, 25 85 Ibi rursus siluae intratae, *i. in siluas intratum est.* Domus Ouid. Met. 9, 11. Gallia cum exercitu Vell. 2, 39, 1. Germania Idem ibid. c. 105, 1. Sil. 12, 583 Intratam Senonum capietis millibus urbem. *Vid.* Drakenb. ad Sil. 11, 255.

INTRABILIS, e. Adi. Intrabile os amnis Liu. 22, 19. *Vide* Gronou. ad loc. 90

INTROCĒDO, ère. Apul. Met. 5 p. 144 Post opimas dapes quidem introcessit. *Vid.* Met. 10 p. 346.

INTROCLVDO, ère. [*ἐγκαταλείω*] Gloss. Lat. Gr.

INTROCLVSVS, a, um. Part. Qui domi introclusus otibatur Senecae tribuitur. Plura efficiant introclusi Corn. Seuer. in Aetna v. 318 *sc. venti, ex lect. Scalig.* 95

INTROCVRRO, ère. Nou. apud Non. 3, 92 Dubii per fretum introcurrimus.

INTRODO, are. [*εἰσδίδωμι*] Cic. pro Caecin. 13, c. 5 Atque etiam se ipse inferebat, et introdabat, *h. e. ultro se offerebat, gerendis negotiis.* Sic Budaeus: MS. intro dabat. Hodie editur Intrudebat.

INTRODVCO, xi, etum, ère. [*εἰσάγω, ἀνάγω*] Immittere, et intra aliquem locum ducere. Caes. B. G. 2, 5 Id fieri posse, si suas copias Hedui in fines Bellouacorum introduxerint. Cic. Tusc. 5, 10 105

- Et in domos etiam introduxit. Nouum in Republ. exemplum Caes. B. C. 1, 7. Praesidium in oppidum Idem B. C. 1, 13. *Metonymice*, Cic. de Nat. D. 1, 20 Sed illa palmaris quidem, quod qui non modo natum mundum introduxerit, sed etiam manu paene factum, *i. sententiam de mundo*. Sic Lucret. 3, 630 Pictores itaque et scriptorum faecula priora Sic Animas introduxerunt sensibus auctas. Cic. Acad. 4, 131. Et Off. 3, 12 Non videatur debuisse eiusmodi deliberationem introducere, in qua, etc. *i. in libro suo ponere*. Cic. Philipp. 11, 19 c. 8 Quam Ambitionem constantissimum et grauissimum ciuis L. Caesar in Senatum introduxit? *sententia sua, cum priuato decreuit imperium*. Cic. filius Fam. 16, 21 Hac introducta Consuetudine, saepe inscientibus nobis et coenantibus obrepit. Add. Val. Maxim. 2, 6, 5. Pseudo-Cic. in Sallust. 1 Id vos, si forte offendimini, iustius huic quam mihi succensere debetis, qui Initium introduxit. Cic. de Amic. 3 c. 1 Catonem introduxi senem disputantem. *Vetus codex habet Induxi*. Id. pro Caes. c. 15 Nulla Persona introducta tecum loquor. Cic. Attic. 16, 15 Possumus enim, vt sponsores appellentur, procuratorem introducere. *vid. Gronou.*
- INTRODUCTIO, ōnis. f. [*εἰσαγωγή*] Cic. Att. 1, 16 Iam vero 20 δ dii boni, rem perditam: etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones, nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Introductio saeculi Tertullian. adu. Marc. 5, 6. *est nihil aliud, quam huius vniuersi productio.*
- INTRODUCTORIVS, a, um. Cassiodor. Diuin. lection. c. 25 24 Post introductorios libros.
- INTROEO, iui, itum, ire. [*εἰσελθῶ, εἰσέρχομαι*] Intrare, ingredi. Ter. Andr. 3, 4, 11 Vt hinc te iussi introire, opportune hic fit mihi obuiam. Introire in aedes Plaut. Amph. 2, 1, 70. In alienam domum Id. Mil. 4, 4, 32. In urbem Cic. Fam. 1, 9. et Att. 30 7, 7. *Contraria*: Cic. de Amicit. 15 c. 4 Quamobrem cum illo quidem (vt supra dixi) actum optime est, mecum autem incommodius: quem fuerat aequius, vt prius introieram, sic prius exire de vita. Ter. Hec. 4, 1, 35 Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret exeuntem, aut introeuntem ad amicam. Si Polypus 35 in naso introierit Cato R. R. 157, 15. ¶ 2 Introitur, *im-person*. [*εἰσελθεῖν*] Cato c. 66 pr. Caueat quam minimum in torcularium et in cellam introeatur. Add. Varro R. R. 1, 63. Introitum est in fundum alienum Vlpian. in l. Lex Cornelia D. de iniuriis et famosis libellis.
- INTROITVS, a, um. Partic. Vlpianus in l. Lex Cornelia D. de iniur. et fam. lib. Qui iniuriarum agere volet ob eam rem, quod se pulsatum verberatumue, domumue suam vi introitam esse, dicat, etc.
- INTROITVS, ūs. m. [*εἰσόδος, εἰσόδος*] Ipse introeundi actus. 45 Caes. Bell. C. 1, 21 Tamen veritus, ne militum introitu, et nocturni temporis licentia oppidum deriperetur. Aduentus et introitus in urbem Cic. pro Domino c. 28. Clandestinus, *vid. Clandestinus in CLAM.* Tacit. Agric. 40 Ac ne Notabilis celebritate, et frequentia occurrentium introitus esset. Squalens Sil. 13, 398. Introitus 50 in causam Cic. Att. 1, 18. Omnes introitus erant praecclusi Caes. B. Gall. 5, 9. Introitu percurrere corpus Lucret. 2, 407. Facit Sol introitum in Geminos Colum. 11, 2, 43. — in Cancro Ibid. 11, 2, 49. Introitus in causam, *Initium causae, et exordium*: Cic. Att. 1, 15 Etenim post profectionem tuam primus (vt opinor) introitus fuit 55 in causam fabulae Clodiana, etc. Idem pro Caes. 3 Ac mihi quidem videtur Iudices, hic introitus Defensionis, adolescentiae M. Caellii maxime conuenire. Cic. Verr. Act. 1, 17 Post aperto Suspicionis introitu ad omnia intima istorum consilia sine vilo errore peruenimus. *Locus per quem introeuntes ingrediuntur*: Caes. B. Ciu. 3, 39 60 Super quas turrim effectam ad ipsum introitum portus opposuit.
- INTROITORIVS, a, um. Adi. *εἰσόδιος*, Gloss. Gr. Lat.
- INTROFERO, tūli, lātum, ferre. [*εἰσφορίζω*] Nisi diuisim malum legere, Intro ferre. Cic. Verr. 5, 117 Tantum dabis, vt cibum tibi introferre liceat. Liu. 43, 7 Princeps eorum pedibus captus, 65 lectica est introlatus. Add. Cic. Verr. 5 c. 13 extr.
- INTROGREDIOR, dēris, gressus sum, ēdi. Dep. [*εἰσέρχομαι*] *ex simplici intelligitur*. Virg. Aen. 1, 520 Postquam introgressi, et coram data copia fandi.
- INTROITVS, *vid. INTROEO.*
- INTROMITTO, mīsi, missum, ēre. [*προσάγω, εἰσδέχομαι*] 70 *vel sinere, vt intret alius, vel facere*. Plaut. Aul. 1, 2, 20 Profecto in aedibus meis me absente, neminem Volo intromitti; atque etiam hoc praedico tibi, Si bona Fortuna veniat, ne intromiseris.
- 75 Ad bestias in arenam depugnandi causa quempiam Vlpian. in l. 1 §. 1 D. de aedit. edict. Ter. Hec. 2, 1, 40 Non signi sat est, quod heri nemo voluit visentem ad eam intromittere? Commissatum aliquem Cic. Fam. 1, 9. Ex Ter. Eun. 3, 1, 52. Varro de R. R. 3, 12, 4 Quis item nescit paucos si lepores mares et (sic vid. leg. pro aut 80 vel in) feminas intromiserit, breui tempore fore vt impleatur? Cic. pro Sull. 52 Introniissus meo more et Iure amicitiae meae in meo lectulo trucidaret.
- INTRORVMPPO, rūpi, ruptum, ēre. [*εἰσβιάζομαι*] quasi Cum impetu introire, et erumpere, siue prorumpere. Plaut. Mil. 2, 5, 50 Certum est, introrumpam in aedibus. Gell. 15, 22 Cerua emissa in cubiculum Sertorii introrupit. Ea non posse introrumpere videbantur Caes. B. G. 5, 49. Introrupit anxia Apul. Met. p. 126. Parthi in Syriam introrumpentes Gell. 15, 4.
- INTRORVPTIO, ōnis. f. Apuleio tribuitur: *negat Index Floridi.*
- 90 INTRORSVS, vel INTRORSVM. Aduerb. [*ἐνδοσως*] quasi Intro versus, de quo p. p. Liu. 25, 21 Clamantibus Tribunis nihil introrsus roboris ac virium esse. Idem 10, 33 Cedunt primo incerti fortunae suae, et hostem introrsum in media castra accipiunt. Varro de R. R. 2, 7 Genibus rotundis, nec magnis, nec 95 introrsus spectantibus. Turpis introrsum Horat. Serm. 2, 1, 65. Add. Id. Epist. 1, 16, 45. Non facile introrsus perspici posset Caes. B. G. 2, 18. Foris nitent, introrsus misera sunt Sen. de Vit. Beata c. 3. Introrsus bona tua spectent Id. Ep. 7.
- INTROSPECTO, āre. Frequent. Plaut. Most. 4, 2, 27 Quid 100 volunt? quid introspectant?
- INTROSPECTIO, ōnis. f. Mart. Capell. . .
- INTROSPECTOR, ōris. m. Augustin. . .
- INTROSPICIO, spexi, spectum, ēre. [*εἰσπράω*] Introrsus adspicere, diligentissime videre. Cic. de Diuin. 2, 105 Negant id esse alienum maiestate deorum, scilicet causas omnium introspicere, vt videant,

deant, quid cuique conducatur. Idem pro Sulla 76 Penitus introspicite Catilinae, Antonii, Cethegi, Lentuli, caeterorumque mentes: quas vos in his libidines, etc. reperietis? Introspicite penitus in omnes Reipublicae partes Cic. pro Font. 33 c. 15. Introspecte in mentem tuam ipse Idem de Fin. 2, 118 c. 35. Voluntates aliquorum Tac. Ann. 1, 7, 8.

INTROTRŪDO, si, sum, ěre. Cato de R. R. c. 157, 14 Si fistula erit, turundam introtrudito. Sed melius forte distinguitur.

INTROVŌCO, ěre. [εἰσκαλέω] Liu. 10, 13 Vt quaeque introvocata erat centuria. Cic. Verr. 3, 66 c. 26 Cur ad nos filiam tuam non introuocari iubes. Intro vocari disiunctim quidam malunt.

INTROVOCATVS, a, um. Part. Apul. Met. 8 p. 243, 12 Flor. INTROVOCATV primo Amnian. 29, 6.

INTROVENIO, ěre. Lunae fulgore, qui introuenerat, Calpurnia excitabatur Obsequ. de Prodig. c. 126.

INTROVERSVS. Adu. Introuersus se proiecit in lectum Petron. c. 63. Quare fit, vt introuersus et ad te spectent atque ferant vestigia se omnia Lucil. ap. Non. 4, 166. Introuersus contractum peperit introrsus.

INTRŪDO, si, sum, ěre. [εἰσθάλω] Obtrudere, ingerere se. Cic. pro Caecin. 13 c. 5 Atque etiam se ipse inferebat, et intrudebat, et in eam opinionem Cefenniam adducebat, etc. al. Introdabat.

INTŪBVS, i. m. vel f. siue INTŪBVM, i. n. [σέπης] Herba est ex cichoriorum genere, quam Graeci Serim vocant. Vulgo corrupto nomine vocamus Endiuiam. Virgil. Georg. 1, 120 Nec tamen

nihil improbus anser, Strymoniaeque grues, et amarissimum intuba fibris. Societas auium fecit, puto, vt Donato ac Seruio testibus, male quidam intybam auem quandam amari iecoris acciperent. Cacterum, qui intyba scribunt, destituuntur ab etymologia pariter (quae Graeca quidem non est, undecumque sit) et auctoritate idonea. Intubi cocti Scrib. 104. pluraliter. Plin. 20, 8 Intubi quoque non extra remedia sunt: Succus eorum cum rosaceo et aceto capitis dolores lenit. Col. 10, 111 Iam breue

cherophyllum, et torpenti grata palato Intuba. Virg. Georg. 1, 120 Et amarissimum intuba fibris. Charis. 1 p. 77 extr. Intuba Neutro genere Virgilius dixit; (Georg. 1, 120) Et amarissimum intuba fibris. Sed et masculino genere frequenter a veteribus dictum est. Nam Lucilius in

5 deridens rusticam coenam, enumeratis multis herbis, Intubus praeterea pedibus perferpsit equinis. Et Aemilius Macer, — Quales seges intubus herbas. Intubum erraticum Aegyptii Cichorium vocabant. Plin. 19, 8 f. 39. Add. Colum. 8, 14. Pallad. 1, 30. Apul. de Herb. c. 47.

INTVBACEVS, a, um. Adi. [σέπης] Quod est ex intubo. Intubacea folia Plin. 27, 12.

INTVEOR, intuitus sum, ěri. [καθορᾶω, ἀπειρίζω] Videre, et cominus inspicere, et vt ipsum videre ad sensum pariter ac mentem refertur. Plin. Epist. 2, 7 Erit ergo pergratum mihi hanc effigiem eius subinde intueri, subinde respicere, sub hac consistere. Plaut. Bacch. 5, 2, 12 Viden' limulis vt obsecro intuentur? Ter. Eun. 3, 5, 32 Annuo, terram intuens modeste. Quid vt nouerca me intueris? Horat. Epod. 5, 9.

Pectore aliquem Ouid. ex Pont. 2, 10, 47. Plenius atque apertius aliquid Quinctil. 2, 20. Sagaciter Idem 2, 8. Acrioribus oculis aliquid Quinctil. 2, 10. Cic. pro Dom. 47 c. 18 Date hanc Tribun. pleb. licentiam, et intuemini paullisper animis iuuentutem, etc.

Veritatem Cic. Tusc. 5, 9. Aliquid acri et intento animo Idem de Fin. 1, 57 c. 17 fin. Id. Tusc. 3, 9 Qui caeteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiose intuerentur. Haec ille intuens

Nep. 10, 8, 1. Id ille intuens Idem 7, 4, 1. et ita saepius. Aliquid coram Cic. de Prouinc. Conf. 22 c. 9. Huc atque illuc Idem de Orat. 1, 184. Intuere me ipsum, qui, etc. Cic. Fam. 13, 3. Intueri et contemplari aliquem Idem pro Planc. 2. Aliquid intueri, in eoque defixum esse Cic. in Orat. 9. Reuereri aut suspicere: Liu. 37, 50 Apud omne genus humanum, quod vestrum nomen imperiumque, iuxta ac Deos immortales intuetur. Cic. de Vniuers. 31 Quot igitur, et quales animalium formas mens in speciem rerum intuens poterat cernere, totidem et tales in hoc mundo secum cogitauit effingere. Idem de Clar. Orat. 253 Quum ad te ipsum (inquit, in me intuens) de ratione, etc. Sed in te intuens, Brute, doleo, cuius, etc. Idem de Clar. Orat. 331 c. 97. Et de Orat. 1, 6 c. 2 Ac mihi quidem saepenumero in summos homines ac summis ingenis praeditos intuenti, quaerendum esse visum est, etc. ¶ 2 Passive, 70

Amnian. 23, 5 Fulmine contacta loca nec intueri, nec calcari debere. Conf. INTVOR.

INTVENDVS, a, um. Partic. pass. Paullus in l. Promittendo, in princip. D. de iure dotium, Magis enim res, quam verba intuenta sunt. Et in l. 3 §. In amittenda D. de acquir. possess.

INTVITVS, ūs. m. [ἀπεισιμὸς] Laudatur, non recte, puto, Quinctil. 10, 1. Plin. 16, 10 Abies hilarior intuitu.

INTŪMEO, ūi, ěre; et

INTVMESCO, ěre. [ἰζογέουαι] Inflari, Conuertere in tumorem. Plin. 11, 34 Est animal eiusdem turpitudinis, infixum semper sanguini capite viuens, atque ita intumescens. Idem 2, 81 Intumescens fluctus. Locus intumescens, Turgens et paullulum altus Columel. 1, 4. Bilis intumuit sub pectore Pers. 5, 145. Quod si fractum (al. factum) statim non est; sed intumescit (al. indurescit) extrinsecus maxilla Cels. 7, 12, 1. Vidi virgineas intumuisse genas Ouid. Fast. 6, 700 lacrimis. Humus intumescit viperis Horat. Epod. 16, 52. Irae intumescere Stat. Theb. 1, 412. Iure quodam potestatis intumescere Quinctil. 1, 1. Motus intumescens Tacit. Ann. 1, 38. Vena intumescens Cels. 5, 26 pr. Venter intumuit Ouid. Fast. 1, 215. Vulnus intumescit Cels. 5, 26, 26. ¶ 2 Intumescere alicui, pro Irasci, ab eo, quod Bilis intumescere putabatur, vt modo vidimus. Ouid. ex Pont. 4, 14, 34 Intumuit vati non tamen Asra suo. Idem Fast. 2, 607 Iuppiter intumuit: quaque est non vsa modeste, Eripit huic linguam. Add. Id. ibid. 6, 487. Stat. Theb. 1, 412.

INTVMVLĀTVS, a, um. Adi. pro Insepulto. Ouid. Epist. 2, 36 Occurrantque oculis intumulata tuis.

INTVNDO, ěre. Intunduntur Scrib. 71. i. diligenter tunduntur.

INTVOR, tueris, tuitus, vel tuitus sum, tui. [καθορᾶω] Videre. Plaut. Most. 3, 2, 148 Profecto nullam equidem illic cornicem intuor. Antiquum. Quisnam hic adolescens est, qui nos intuitur? Ter. Heaut. 2, 4, 23. Sic et Bentl. Non. 7, 20 ex Turpilio, Tamen oculis longa intercapedine appetunt cupide intui. Et ex Pompon. Incepi contui, etc.

INTVRBĀTVS, a, um. Adi. [ἀτάραχος] Non turbatus. Plin. in Paneg. c. 64 Et sedit inturbatus, interritus, et tanquam ita fieri soleret? 105

INTVRBIDVS, a, um. Adi. [ἀδύλατος] *Non turbidus.* Tac. Ann. 3, 52 Inturbidus externis rebus annus domi suspecta feueritate, etc. Add. Ibid. 14, 22, 6.

INTVRGESCO, ēre, pro turgesco. Veget. 1, 56.

INTVS. Adu. [ἔντρος, ἔντρον] *Plerumque certe significat in loco.* Plin. 10, 52 Intus omne ouum volucrum bicolor. Cic. de Fin. 1, 44 Nec hae sese foris solum iactant, nec tantum in alios caeco impetu incurrunt, sed intus etiam in animis inclusae inter se dissident atque discordant. Intus est, i. in domo Plaut. Amph. prol. 112 Nam meus pater intus nunc est. Intus edocebo Id. Epid. 5, 1, 56. Plaut. Aul. 1, 2, 3 Redi nunc iam intro, atque intus serua. Intus et in cute te noui Perf. 3, 30. Intus agere equos, i. in gyrum arcte flectere: vid. Torrent. ad Horat. Od. 1, 1, 4. et Sat. 2, 5, 17. Lips. ad Senec. de Tranq. An. c. 9. Conf. Ouid. Fast. 6, 585. vid. INTERIOR.

2 De loco: Plaut. Cist. 3, 8 Dic me orare, vt aliquis intus prodeat. Quum mare permotum ventis ruit intus arenam Lucret. 6, 726. vid. Burmann. ad Quinctil. 1, 5 p. 64. Intus euocato Plaut. Most. 3, 1, 147. Idem Pseud. 2, 2, 10 Ostium pultabo, atque intus euocabo aliquem foras. Plaut. Milit. 4, 4, 33 Sed vbi ille exierit intus, istic te procul ita volo assimilare. Intus egreditur, i. E domo Plaut. Perf. 2, 4 extr. Intus efferrī foras iubebo Idem Bacch. 1, 2, 62. Conf. Id. Caf. 2, 6, 42. Intus tellurem Plin. 33, 1. Intus domum nostram, pro Intra: Plaut. Milit. 2, 1, 55 Continuo vide sitne ista haec domum vestram intus. Contraria: Cic. de Senect. 12

25 Nec vero ille in luce modo atque in oculis ciuium magnus, sed intus domique praestantior. Intus sedibus, pro In sedibus Lucret. 2, 964. Intus in crumena Plaut. Amph. 3, 3, 11. Cic. de Vniuers. 30 Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluserat, etc. Intus ad: Varro de R. R. 1, 7 In Gallia transalpina intus ad Rhenum quum exercitum ducerem, etc. Intus hīc cum illa cubat Plaut. Amph. prol. 112. Cic. de L. Agr. 2, 67 c. 26 Atque hoc carmen hic Trib. pleb. non nobis, sed sibi intus canit. Prouerbialis locutio de his, qui sibi, non aliis student. Vid. Erasim. in Chiliad. Conf. supra CANO. Intus, pro Intro dici, negat Lucil. apud Charis. 1 p. 86. Dabimus verba ex

35 emendat. Fr. Doufāe in Reliq. 9, 12

Nam velut INTRO aliud longe esse atque INTV' videmus, Sic et APVD TĒ longe aliud est, neque idem valet AD TĒ: INTRO nos vocat AD sese, tenet INTVS APVD se.

Hinc Quinctil. 1, 5, 50 EO INTVS, et INTRO SVM, Soloecismi sunt. Tamen hoc non semper obseruatur. Ouid. Met. 10, 457 Iamque fores aperit; iam ducitur intus. Plaut. Most. 2, 1, 59 Iube efferrī intus. Et Milit. 4, 4, 60 Illum sat scio hinc esse exiturum intus. Et Perf. 2, 4, 30 Egreditur intus. Sic Cels. 5, 28, 12 Inspirandumque, vt ea medicamenta intus compellantur. Intus nares iniicere

45 Scribon. 46 Intus vulnus conuerti 121. Conf. Rhod. in Lexic. Scrib. Et Lucret. 4, 1088 Nam citus atque humor membris assumitur intus. Vbi intus hanc nouam nuptam deduxi via recta Plaut. Caf. 5, 2, 7. Conf. Rutgers. V. L. 6, 19.

INTVSIVM, vid. INDVSIVM.

INTVTVS, a, um. Adi. [σφαλερός] *Non securus, non tutus.* Liu. 5, 45 Castra Gallorum intuta, neglectaque, ab omni parte nacti, cum ingenti clamore inuadunt. Sic Idem 9, 41 Intuta vrbs. Intutum est scribere stilo, vt vetustissimi prodiderunt Plin. 37, 14. Intuta, quae indecora Tacit. Hist. 1, 33. Intuta moenium firmare Id. Hist. 3, 76, 3. Non intutior tempore, quam Deo tectior Nazar. Paneg. c. 26.

INTYBVS, vid. INTVBVS.

I N V

INVACVVS, a, um. Adi. *Laudatur* Tertull. adu. Hermog. c. 29. Sed ibi ita legitur, Vt sic quoque eam non in vacuum fecisset, faciendo visibilem, et ita habitabilem.

INVADABILIS, e. Adiect. Inuadabilis fluius Guil. Tyr. 4, qui pedibus transiri non potest.

INVADO, si, sum, ēre. [ἀσβάλλω, ἐπιβαίνω] *Aggredi, impetum facere, inuolare, irruere.* Virgil. Aen. 2, 265 Inuadunt urbem somno vinoque sepultam. Sic Liu. 31, 18 Inuasit multitudinem rabies. Ille sumit, hic inuadit Tertull. de Poenit. c. 6 extr. Illud

70 modestiae est, hoc superbae violentiae. Fortissime inuadere Quinctil. 5, 13. Ferro aliquem Virg. Aen. 6, 206. In aliquem: Cic. pro Caecin. 25 c. 9 Vt in Caecinam aduenientem cum ferro inuaderet. Leones inuadunt greges Ouid. Fast. 2, 210. Ventus inuasit nubem Lucret. 6, 174. Magnum aliquid Virgil. Aen. 9, 186. Cic. Verr.

75 1, 54 Iste quod Argenti placuit, inuasit: quae mancipia voluit, abduxit. Capillos alicuius Propert. 3, 8, 5. Castra trepidantia inuadit Virgil. Aen. 9, 747. Certamina inuadere Sil. 17, 473. In collum alicuius Cic. Philipp. 2, 77 c. 31. Aurel. Vict. de Viris Illustr. 68 C. Marius filius vigintiquinque annorum Consulatum inuasit: quem honorem tam immaturum mater fleuit. Add. Sueton. Aug. c. 26. Corpora inuadunt sopore victa Ouid. Met. 14, 580. Imperium inuadens Aur. Vict. Epit. c. 38. Cic. Philipp. 2, 65 c. 26

At quam insolenter statim helluo inuasit in eius viri fortunam? Tac. Ann. 11, 8 Ille, vt erat magnis ausis promptus, biduo tria Millia stadiorum inuadit. Negotia alterius Caius in l. 4 §. ideo D. de act. et oblig. In oculos Plaut. Asin. 5, 2, 58. In oppidum Idem Bacchid. 2, 4, 60. Cic. Philipp. 2, 41 c. 16 In multas praeterea pecunias alienissimorum hominum eiectis veris heredibus tanquam heres esset, inuasit. Tertull. de Poenit. 4 pr. Poenitentia vita

90 est — Eam tu, peccator, — ita inuade, ita amplexare, vt naufragus alicuius tabulae fidem. Martial. 9, 57 in formosum, Tutus vt inuadat Praelia, nudus eat. Virgil. Aen. 9, 186 Aut Pugnam, aut aliquid iam dudum inuadere magnum, Mens agitat mihi: nec placida contenta quiete est. Regnum inuadens Aur. Vict. Epit. c. 45. Viam inuadere, Ingressi: Virgil. Aen. 6, 260 Nunc inuade Viam, vaginaque eripe ferrum: Seruius. Manibus ambabus inuadens Torum Apul. Met. 2 p. 297. Cic. Verr. 1, 54 c. 20 Quas enim sociorum atque amicorum vrbes adisti legationis iure et nomine, si in eas vi cum exercitu imperioque inuasisses, tamen opinor quae

100 signa, etc. Urbem Virgil. Aen. 2, 265. Liu. 10, 10 Per cuniculum trecenti armati in urbem ingressi nocte, portam, quae proxima erat, cepere: qua refracta, Consul exercitusque Romanus sine certamine Urbem inuasere. Quinctilian. 3, 7 Idem praecipit illud quoque, quod mox Corn. Celsus prope supra modum inuasit. Cupiditas bonorum inuasit plerisque, et plerosque Varro apud Marcellum

Non. 9, 7. Sallust. Jug. 84. Tanta libido cum Mario eundi plerosque inuaserat. *i. Incesserat.* Conf. de Republ. Ord. c. 15. et Catil. c. 5. Cupido inuasit homines Plin. Epist. 9, 30, 4. Ter. Hec. 3, 2, 22 Quid fuit tumulti? dic mihi, an dolor repente inuasit? Fames inuasit Sicyonios Plin. 36, 4. Cic. Off. 2, 75 c. 21 Modo enim hoc malum in Rempubl. inuasit. Plaut. Afin. 1, 1, 40 Sed enim morbus inuasit grauis. Cic. Off. 3, 34 Negatque ullam pestem maiorem vitam hominum inuasisse, quam eorum opinionem, qui ista distraxerint. Rabies inuasit Liu. 31, 18. Senectus Columel. 2, 1. Liu. 28, 20 Itaque tantus omnes terror inuaserat, ut quidam ex tutoribus, etc. Idem 28, 29 Nec maior in corpus meum vis morbi, quam in vestras mentes inuasit. Sallust. in Catil. c. 32 Tanta vis auaritia in animos eorum veluti tabes inuaserat. Cic. Fam. 1, 9 Non potui magis in arcem illius causae inuadere. *i. magis serio illam causam oppugnare.* In genua misero inuaserunt flemina Plaut. Epid. 5, 2, 5. Aliquando cum Datio. Inuaserat furor non solum improbis, sed etiam his, qui boni habentur, ut pugnare cuperent Cic. Fam. 16, 12 pr. Quibus inuasit repentinus rei magnae timor Gell. 19, 4. Inuasit plerisque honorum cupiditas Varr. apud Non. 9, 7.

INVADOR, di. Pass. Sallust. Bell. Iugurth. c. 13 Vndique simul ex insidiis inuaditur. Add. Ibid. c. 87. Idem in Fragin. 6, 26 Inuadendarum terrarum causa. Sext. Rufi Breuiar. c. 23 Mesopotamia inuasa. Pallad. 14, 120 Perfuadet moris tetrum mutare colorem Ficus, et inuasit dat sua iura comis, *i. ramis, quos inuasit, quibus insita est.*

INVASVS, ūs. m. Cael. Aurel. Tard. 1, 4. INVASIO, ōnis. f. ἰσχυρισμός Gloss. Cyrill. Symmach. Ep. 10, 48. INVASOR, ōris. m. Aurel. Vict. in Aurel. c. 49 Romanum orbem triennio ab inuasoribus receptauerat.

INVALEO, ēre, vel INVALESCO, ui, ēre. [ἐπιχρῶ] Robur ac firmitatem acquirere. Plaut. Most. 2, 2, 19 Vsque inualuisti? TE. vsque, ut vides. Al. Vsquene valuisti. Inualuit consuetudo, *b. e. Inueterauit* Plin. Epist. 6, 2. Tantum ipse opibus conatuque inualuit Cic. pro Muraen. c. 15. Quinctil. 2, 1 pr. Tenuit consuetudo, quae quotidie magis inualescit. Idem 10, 2, 13 Quum verba interdicant, inualescantque temporibus. *Contraria sunt intercidere, et inualescere.* Quinct. 6, 1, 44 Inualescit affectus.

INVALETUDO, ūnis. f. [ἀσθενεία] Valetudinis infirmitas, et mala valetudo. Cic. Att. 7, 2 Inualetudo tua me valde conturbat. Ibid. Epist. 5 Inualetudine tua moueor.

INVALETVDINARIVS, a, um. Adi. Sen. praef. Quaest. Nat. 1 Non video quare sibi placeat, qui robustior est inualetudinario.

INVALENTIA, ae. f. [ἀσθενεία] Gell. 20, 1 Vitium ali-quod imbecillitatis atque inualentiae demonstratur. *i. Languor aduer-sae valetudinis.* Add. Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 11.

INVALIDVS, a, um. Adi. [ἀσθενός] *Contrarium est Robusto et firmo.* Plin. 11, 39 Inuentae tamen quaedam (*feminae contra consuetudinem*) defluuiio capitis inualidae. Liu. 6, 8 Quod vbi videre Camillum iam ad munera corporis senecta inualidum, vadentem in hostes, procurant pariter omnes. Artus inualidi Ouid. Epist. 21, 245. Auxilium legum inualidum Tacit. Ann. 1, 16. Corpus Ouid. Epist. 21, 207. Corpus fit inualidum Scribon. 187. Colum. 2, 11, 5 Ne alterius generis Herba inualidam Medicam perimat, *i. teneram, nondum adultam.* Manus inualidae Lucan. 5, 275. Milites, Infirmi, et minime robusti Liu. 23, . . . Ouid. Trist. 5, 12, 11 Des licet inualido pectus mihi robore fultum, Fama refert Anyti quale fuisse reo. Sed rectius legendum esse, Hic valido, admonet Heinsius. Plin. 8, 5 Index Suis inualidae cruor in radice fet-tae dorso euulsae, caput obliquum in incessu. Inualidior Augustin. Retr. 1, 9. Vires Ouid. Trist. 1, 5, 72. Superl. Inualidissimum vrso caput Plin. 8, 36. ¶ 2 Sunt et qui volunt Inualidum nonnunquam denotare Valde validum. In aliquando auget, quod patet in Inclytus, et id genus multis. Auctores de hac re laudati sunt, Lucret. 1, 970

Inualidis vtrum contortum viribus ire Quo fuerit missum maus longeque volare, An prohibere aliquid censes, obstareque posse? Hic nonnulla exemplaria exhibent, Id validis: nonnulla vero, Inualidis. Et qui legunt Inualidis interpretantur, Valde validis. Mibi Id validis melius videtur. Et Iustin. 41, 6, 3 Ab inualidioribus Parthis velut exsanguis oppressi sunt. Sed de huiusce loci significatione non inter interpretes conuenit; alii interpretantur Magis validos, alii Minus. Posterior conuenit, si intelligas, a Parthis aliquin et antehac inualidioribus et minus virium habentibus, per banc occasionem oppressos Bactrianos.

INVALIDE. Adu. Arnob. 7 p. 250. Legitur etiam in libris quibusdam ap. Cic. Att. 10, 8.

INVANVM. Adu. Inuanum laborare Tertull. adu. Hermog. c. 37. Add. Fulgent. ad Prob. de Orat. Vulgat. Exod. 20, 7. Melius forte distinguitur.

INVARIATVS, a, um. Adi. Et varianda mouens, inuariata manet Arnulph. Lexou. Carm. 4 v. vlt.

INVECTIO, vid. INVEHO.

INVERBER, ēris. Adi. Quod contrarium est Vberis. Gell. 20, 8 85 Quae quum appositae fuissent, et multae quidem, sed inuberes mae-raeque essent. De ostris loquitur, quas ibidem tenues, et exsuctas eodem significatu vocat, utpote Luna senescente captas. Legitur et Inhuber.

INVDO, āre. Humidum facere. Lambuntque vicissim mulcentem, labrisque manus palpantis inudant Paullin. Nat. Felic. 6, . . .

INVEHO, vxi, vectum, ēre. [ἐπιχρῶ] Intro vehere; cuius contrarium est Eueho. Plin. 6, 19 Alii tellurem exercent, militiam alii capessunt, merces alii suas euehant, res externas inuehant. Cic. Verr. 4, 130 Quum tam multa ex illo mari bella emergerint, tam multa porro in Pontum inuecta sint. Id. Off. 2, 76 c. 22 Tantum in aerarium pecuniae inuexit, ut vnus Imperatoris praeda finem attulerit tributorum. Cic. Tusc. 3, 26 c. 12 Haec mala, o stultissime Aecta, ipse tibi addidisti: non inerant in his, quae tibi casus inuexerat. Add. Ibid. 2 c. 8. Incommoda inuecta per aliquem Cic. de Inuent. 1, 1. Add. Varro R. R. 1, 16. Cic. Tusc. 4, 38 Ut quemcunque casum fortuna inueixerit, hunc apte et quiete ferat. Qualis ille maritimus Triton pingitur natantibus inuehens beluis Id. N. D. 1, 78 c. 28. *i. ut ostendit series orationis, inferiore parte sui in piscem, vel duos pisces, exiens.* Cic. in Somn. Scip. 3 c. 2 Sed quum eris

100

105

100

105

100

105

100

105

- curru Capitolium inuectus, etc. Diuitiae auaritiam inuexere Liu. praef. Idem 8, 9 Euidentiſſimum id fuit, quod quacunq; equo inuectus eſt; ibi haud ſecus quam peſtifero fidere ic̄ti pauebant. Conf. Virg. Georg. 3, 358. Liu. 22, 15. Cic. de Fin. 5, 70 c. 24
- 5 Quem Tiberina decurfio feſto illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paullum quum regem Perſen captum adduceret, eodem flumine inuectum? Inuehi ex alto in portum Id. pro Muraen. 4 c. 2. Inuehere per mare Plin. 12, 1. Tacit. Ann. 2, 23 Legiones claſſi impoſitas per Amiſiam Oceano inuexit. Inuectus portum, inuectus vrbeſem, pro In portum, et in urbem Plin. 6, 22. Liu. 4, 29 Praepoſitoque COS. caſtris, ipſe triumphans inuectus vrbeſem, Dictatura ſe abdicauit. Idem 6, 32 Quantumque Romana ſe inuexit acies, tantum hoſtes gradu demoti. Inuehi in aciem, vid. ACIES.
- ¶ 2 Reciproca ſignificatione ſed metaphorica [*ἀπορροίωμα*] Inſectari, maledictis aliquem aggredi, et quodam impetu ſermonis in aliquem ferri. Vid. INEQVITO. Cic. ad Octau. 3 Itaque in eam palam vehementer inuectus. Id. de Orat. 2, 301 c. 74 Orat reus, vrgent advocati, vt inuehamur, vt maledicamus, denique vt interrogemus. In aliquem Quinctil. 4, 3. Inſectari et inuehi in aliquem acerbius Cic. de Amicit. 57 c. 16. Acerbe et contumelioſe in aliquem Id. de Orat. 2, 304 c. 75. Aperte in aliquem Id. Philipp. 2, 74 c. 29 extr. Aſpere in aliquem Cic. pro Sext. 14. Grauius Idem de Orat. 3, 2 c. 1. Quum in oratione ſua multa inuectus eſſet in Thebanos Nep. 15, 6, 1. Quum non nulla inueheretur in Timolcontas
- 25 Idem 20, 5, 3. Vehementius in aliquam rationem Cic. de N. D. 3, 94 c. 40. Vehementius in cauſam aliquorum Idem de Orat. 1, 24 c. 7 pr. Verbis triſtibus inuectus Ouid. Triſt. 2, 133.
- INVECTVS, a, um. Partic. paſſ. [*ἐποχνηθεῖς*] Intro vectus vel curru vel equo: vt, Virg. Aen. 8, 714 At Caefar, triplici inuectus
- 30 Romana triumpho Moenia, diſ Italis, etc.
- INVECTVS, ūs. m. [*ἐπαγωγῆ*] Ipſe inuehendi actus. Plin. 4, 1 Amnis Achelous e Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Aetolia dirimens, et Artemitam inſulam aſſiduo terrae inuectu continenti annectens.
- 35 INVECTIO, ōnis. f. [*ἐπαγωγῆ*] Idem. Cic. de Off. 2 13 c. 3 Iam vero et earum rerum, quibus abundaremus, exportatio: et earum, quibus egeremus, inuectio, certe nulla eſſet, niſi hiſ muneribus homines fungerentur. Inſectatio, impetus animi in aliquem: Cic. de Inuent. 2, 164 c. 54 Clementia, per quam animi temere in odium
- 40 alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur.
- INVECTICIVS, a, um. Adi. [*ἐπαγωγίμος*] Quod inuebitur externum. Plin. 10, 29 Quippe quum Theophrastus tradat inuecticias eſſe in Aſia etiam columbas. Conf. Sen. Epift. 23.
- INVECTIVVS, a, um. Adi. [*σηλατευτικός*] Quod inuebitur: h. e. Maledictis inſectatur. Vnde, Ammian. 22, 32 Volumen inuectiuum. Ita in antiquis editionibus ex MSS. Liber primus, ſecundus, etc. Inuectiuarum in Catilinam. Inuectiuarum in Verrem liber tertius. Sed neſcio quam antiqui illi tituli.
- INVECTIVALITER. Adu. Symmach. Epift. 1, 11. cum inuectione.
- INVECTOR, ōris. m. Ambroſ. Hex. 2, 3. Symmach. Ep. 10, 27 ad Valent. Frag.
- INVECTRIX, icis. f. Ambroſ. Epift. 82.
- INVELATVS, a, um. Adi. Mart. Capell. 1 p. 3 Inuelatum
- 55 humerorum cacumen.
- INVENALIS, e. Adi. ἀπαρτος Gloſſ. Gr. Lat.
- INVENDIBILIS, e. Adi. Plaut. Poen. 1, 2, 128 Inuendibili merce oportet vltro emtorem adducere, proba merx facile emtorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt.
- 60 INVENDITVS, a, um. Adi. Non venditus. Scaeuola in l. Seius D. de reſcind. vend. Quaefitum eſt, quum neque fideiuſſor datus, neque omnis pecunia ſecundum legem ſuis diebus ſoluta ſit: an praedia inuendita ſint.
- INVENIO, v̄ni, ventum, ire. [*ἐπισηνω*] Quasi In aliquid venire, vel conſilio, quaerendo vel caſu: hic eſt explorare, comperire, deprehendere, etc. Plaut. Ciſt. 4, 2, 93 Quod quaeritabam, filiam inueni meam. Nihil eſt ſimul et inuentum et perfectum Cic. in Bruto c. 18. Ouid. Met. 2, 729 Et quos non habuit ſub nubibus inuenit ignes. Inueneris, pro Inuenias: hoc eſt ſciſcitare Plaut. Bacch. 4, 7, 42. Commiſci, excogitare: Nihil acute inueniri poteſt Cic. de Cl. Orat. c. 9. Ter. Eun. 3, 1, 62 Caeterum idem hoc tuto melius quanto inueniſſes Thraſo. Plaut. Moſt. 3, 1, 159 Igitur tum accedam huc, quando quid agam inuenero. Idem Merc. 2, 1, 29 Hoc quam ad rem credam pertinere ſomnium, nequeo inuenire. Liu. 3, 23 extr. Eodem anno deſciſſe Antiates, apud plerisque auctores inuenio. Plin. 7, 16 Inuenimus in monumentis. Inuenitur inter exempla Idem 14, 13. Ter. Eun. 2, 1, 4 Vtinam tam aliquid inuenire facile poſſis Phaedria, quam hoc peribit: Donatus interpretatur acquirere. Cic. Philipp. 3, 16 Qui propter haefitantiam linguae, ſtuporemque cordis, Cognomen ex contumelia inuenit. Nunc editur Traxerit. Id. Verr. 3, 176 Iam vero ſcriba tuus annulo aureo ſuo, quem ex hiſ rebus inuenit, iſta te ratione vti non ſinet, i. meruit. Cognoscere: Ter. Eun. 5, 9 (8) 6 Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? Donatus. Inuenio Scribon. Epift. 85 i. cauſam video. Satin' iſtuc mihi excuſatum eſt. AR. Tam fatiſ, quam nunquam hoc inuenies ſecus Plaut. Capt. 3, 4, 106. Add. Id. Bacch. 4, 7, 43. et Moſt. 3, 1, 159. it. 2, 2, 46. Quid nunc ſuſpicare aut inuenis de illa Ter. Heaut. 4, 1, 42. ¶ 2 Accuſatiui: Liu. 25, 7 verſ. f. Aditum ſibi ad obſides Tarentinos
- 90 inuenit. Mihi nunc relictis rebus inueniendus eſt Aliquis Ter. Heaut. 4, 7 extr. Idem Phorm. 3, 3, 1 Vnde ego nunc tam ſubito huic Argentum inueniam miſer? Idem Heaut. 5, 2, 36 Poſtquam eſt inuenta filia vera, inuenta eſt Cauſa, qua te expelleret. Add. Id. Andr. 4, 1, 19. Neque Certum inueniri poterat Caef. B. C. 1, 25. i. Sciri. Mala aetas nulla Delinimenta inuenit Afran. ap. Non. 1, 1. Exitum Sen. Epift. 1. Plaut. Aſin. 2, 2, 47 Tantum Facinus modo inuenio ego, vt nos dicamur duo omnium digniſſimi eſſe, quo cruciatus confluant, i. excogitauit. Sic Ter. Heaut. 3, 3, 36 De Fallacia dicis: hem inueni nuper quandam. Liu. 26, 17 Nec poſtero
- 100 die res Finem inuenit. Gloria opesque inuentae Salluſt. B. Iugurth. -73. Sall. Iug. 94 extr. Sic forte correcta Marii temeritas Gloriam ex culpa inuenit. Plin. 19, 5 Plurimis modis auſteritate victa gratiam inuenit. Gratiam ſibi a diis Plaut. Rud. Pro. v. 27. Idem Epid. 2, 2, 106 Quem hominem inueniemus ad eam rem vtilem?
- 105 Hoſtes Liu. 3, 7. Hoſtem populabundum in agro Idem 3, 4. Plaut.

Plaut. Amph. 1, 1, 130 Modo sis, veni huc, inuenies infortunium. Ter. Heaut. 5, 4, 21 Neque quod initium inueniam ad placandum scio. Al. Principium incipiam. Id. ibid. 5, 4, 17 Quaeris id quod habes, parentes: quod abest, non quaeris, patri quomodo obsequare, et vt serues quod Labore inuenierit. i. Acquisierit. Add. Ibid. 4, 7 5 extr. Ter. Andr. 1, 1, 39 Ita vt facillime sine inuidia Laudem inuenias, et amicos pares. Malefacta alicuius Plaut. Truc. 4, 2, 61. Tacit. Ann. 1, 61 Vbi infelici dextera, et suo icu Mortem inuenierit. Multa bene ac diuinitus inuenientes Lucret. 1, 736. Plaut. Epid. 2, 2, 45 Quid istae quae quotannis nomina inueniunt Noua? Plin. in 10 praef. 2 Inde Nomen diuinum inuenit. Nomen Latinum non inuenire Idem 11, 45. i. Non habere. Cic. Fam. 5, 9 Scis meam fortunam, nescio quomodo facile Obtretratores inuenire. Orationem, vid. ORATIO. Plin. 7, 43 Summum Senatorem haberi Pecuniam magnam modo inuenire, multos liberos relinquere. 15 Perniciem aliis, ac postremum sibi Tacit. Ann. 1, 74. Principium Ter. Heaut. 5, 4, 21. Idem in prol. Phorm. 14 Nullum inuenire Prologum potuisset nouus, quem diceret, nisi haberet cui malediceret. Idem Heaut. 1, 1, 56 Si id non facis, ego Quod me in te fit facere dignum, inuenero. Cic. pro Rosc. Amer. 42 Ille Quomodo cri- 20 men commenticium confirmaret, non inueniebat. Ratio inuenta est, cur pecunia sacrorum molestia liberaretur Id. de Legib. 2, 31. Ter. Phorm. 4, 3, 11 Nam hercle ego quoque id quidem mecum agi- tans sedulo, inueni opinor Remedium huic rei. Inuenit Se dolor Ouid. Her. 15, 113. i. mens a primo stupore rediit ad sensum doloris. 25 Salutem fuga Sil. 7, 505. Spelunca vix ipsis inuenienda seris Ouid. Fast. 1, 556. Quae nos Tirones in foro inueniunt Quinctil. 2, 10. Vbi habitat inuenias Plaut. Merc. 3, 3, 23. Venas aeris, auri, argenti penitus abditas, vid. ABDO. Veniam Plaut. Rud. prol. 27. Viam Ter. Eun. 2, 2, 16. Virg. Aen. 4, 478 Inueni 30 germana viam, grate sorori. Viam fata inuenient Id. ibid. 10, 113. et 3, 395. ¶ 3 Obff. Cic. in Catil. 3, 17 Haec tanta in Remp. coniuratio manifesto inuenta atque deprehensa est. Ter. Hec. 3, 1, 19 Tum matrem ex ea re, aut me vxorem in culpa inuen- turum arbitror. Inuenibo, futurum antiquum pro Inueniam. 35 Pompon. . . Buccone adoptato, Saepe annuit, inuenibit saepe. Nonius 7, 96. Inuenitur, imperf. Plin. 10, 21 ad fin. Inuenitur in annalibus, in Ariminensi agro, M. Lepido, Q. Catulo COSS. in villa Valerii locutum gallinaceum.

INVENTVS, a, um. Partic. [ἐρημέως] Ouid. Met. 1, 654 40 Tu non inuenta reperta Luctus eras leuior. Opes inuentae san- guine Ouid. Amor. 3, 8, 54. Quaerit, et inuentis miser abstinet vt Hor. A. P. 170. [ἐπερός] Quinctil. prooem. 8 Inuentis vim afferimus. Ter. Phorm. 3, 3, 26 Age age, inuentas reddam. Subaud. Minas. Plaut. Bacch. 2, 2, 41 Quod ames, paratum est: 45 quod des, inuento est opus. ¶ 2 Substant. Inuentum [ἐρημία] Commentum. Ter. Heaut. 4, 5, 6. Vt te omnes equidem dii deaque, quantum est Syre cum istoc inuento, cumque incepto perduint. Plin. 23, 1 Vinum ieiunos bibere nouicio inuento inuti- lissimum est. Vid. NOVVS. Galliarum inuento Plin. 34, 17. 50 Aemuli inuentorum Zenonis, Stoici nominantur Cic. pro Muraen. 61 c. 29. Id. de Senect. 78 Sic mihi persuasi, sic sentio, quum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria praeteritorum, futurorum pru- dentia, tot artes, tantae scientiae, tot inuenta, non posse eam natu- ram, quae res eas continet, mortalem esse. Memoranda Virg. 55 Georg. 4, 454. Sicca, ac seuera Quinctil. 2, 4.

INVENTVS, ūs. m. [ἐφεός] Ipse inueniendi actus. Plin. 17, 10 Ex eodem inuentu est, furculos abscissos serere. h. e. Eiusdem in- uentionis et artis.

INVENTIO, ōnis. f. [ἐφεός] Idem. Plin. 13, 1 Haec sunt 60 antiquae inuentionis genera. Legum Iustin. 3, 2, 7. Refrige- rato inuentionis amore Quinct. Epist. ad Tryph. Inuentio atque excogitatio Cic. Tusc. 1, 61 c. 25. Vna est de quinque rhetorices partibus. Vid. Quinctil. 3, 3. Vnde etiam exstant libri duo Cicero- nis de Inuentione. Inuentionum ornatus Iustin. 9, 8, 10. de 65 oratione.

INVENTIVNCŪLA, ae. f. Dimin. [ἐρημάρτων] Quinctil. 8, 5, 22 Ad hoc plerique miminis etiam inuentiunculis gaudent, quae excussae risum habent, inuentae facie ingenii blandiuntur.

INVENTOR, ōris. m. [ἐφετής] Qui inuenit: vt, Inuentor 70 olei Aristaeus Cic. Verr. 4, 128. Artium Caes. B. G. 6, 16. Sic Plin. 25, 8 Inuentor plantaginis. Rerum Lucret. 3, 9. de qui- bus Plin. 7, 56. Salutis Stat. Silu. 1, 1, 78. Scelerumque inuen- tor Vlysses Virg. Aen. 2, 164. Stoicorum inuentor et princeps Cic. Acad. 4, 131 c. 42 fin. Veritatis inuentor, et quasi architectus 75 beatæ vitae Id. de Fin. 1, 32 c. 10. Voluptatum Ter. Eun. 5, 9 (8) 5.

INVENTRIX, icis. f. [ἐφετής] Plin. 35, 11 Amavit in iuenta Glyceram municipem suam, inuentricem coronarum. Princeps et inuentrix belli Minerua Cic. de N. D. 3, 53 c. 21. Carminis inuen- trix et auctor Ouid. Fast. 6, 709. Inuentrices doctrinarum Athe- nae Cic. de Orat. 1, 13 c. 4. Inuentrix et magistra legum Idem Tusc. 5, 5 c. 2. Oleae inuentrix Minerua Virg. Georg. 1, 18. Ars inuentrix, et iudicatrix, et enuntiatrix Quinctil. 2, 15.

INVENTARIVM, i. n. Idem quod Repertorium. Vlpian. de Administ. tutor. l. Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgo in- uentarium appellatur, dolo fecisse videtur. 85

INVENVSTVS, a, um. Adi. [ἀχαίρις, ἀχαίριος] est, sine Venere, id est sine gratia, quem omnes respuant, repudientque pul- chrae, et quem deformes appetant. Inuenustus, cui Displicens ob- iicitur; Infelix, cui placens negatur. Haec Donatus ad Ter. Andr. 90 1, 5, 11. Adeone hominem esse inuenustum, aut infelicem quenquam, vt ego sum? Cic. de Clar. Orat. 237 c. 67 C. Cenforinus Graecis literis satis doctus, quod proposuerat explicans expedite, non inuen- stus actor, sed iners et inimicus fori. Arbustum Columel. 5, 6. Sordida res et inuenusta Catull. 12, 5. Illepidum et inuenustum 95 Idem 10, 4.

INVENVSTE. Adi. [ἀχαίριος] Incomite, ineleganter, impolite. Gell. 17, 12 Inibi in eisdem laudibus non hercle hac sententiola inue- nuste luit. Add. Apul. de Mundo p. 70.

INVERECVNDVS, a, um. Adi. [ἀναιδής] Verecundo con- 100 trarium. Suet. de Clar. Gramm. c. 15 At tanto amore erga patroni memoriam exstitit, vt Sallustium historicum, quod eum oris improbi, animo inuerecundo scripssisset. Plaut. Rud. 3, 2, 38 Legirupa, im- pudens, impurus, inuerecundissimus. Deus Hor. Epod. 11, 19. Bacchus. Frons, quae et Perfrieta et perfriata dicitur Quinctil. 105

2, 4. Cic. de Inuent. 1, 83 c. 45 Sin inuerecundum animi ingenium possidet, tamen cum accuses: non enim probus est. Quid enim illis inuerecundius Val. Max. 7, 7, 1.

INVERECUNDE, Adu. Sen. Epist. 114 pr. Aliqua aetas fuerit, quae translationis iure vteretur inuerecunde. Quinctil. 7, 4 Non inuerecunde dicit, multum sua interfuisse. Transitum inuerecunde denegare Aggen. Vrb. de Re Agrar. in fin. Multo inuerecundius cum aliquo agere, quam etc. Hieron. Epist. 12 ad Gaudent. Inuerecundius hoc dicere videor Augustin. Epist. 52.

10 INVERECUNDIA, ae. f. Arnob. 4 p. 150 Obduratus inuerecundia. Tertull. de Poenit. c. 6 Praesumptio inuerecundiae portio est. Add. Id. Apol. c. 7. Arnob. 2 p. 93.

INVERGO, ère. [*ἐπιχεινέω*] Inclinare fundendi, libandive causa. Anus bibosa ad cantharum, apud Plaut. Curc. 1, 2, 12 Ipsum expeto tangere, inuergere in me liquores tuos sino ductim, i. sensim illabi et infuere. Frontique inuergit vina sacerdos Virg. Aen. 6, 244. i. infundit. Ouid. Met. 7, 247 Tum super inuergens tepidi carchesia lactis, etc. Add. Val. Flacc. 2, 611.

20 INVERTO, ti, sum, ère. [*ἐνστροφώω, παρακινέω*] Quasi In contrarium vertere, ut vestem aut pellem. Seu etiam Verba praepostere pronuntiare: ut pro Lauo, Vola. Plin. 32, 2 Infixo hamo inuertere se, quoniam sit dorso cultellato. de Muraena. Cic. Off. 2, 78 Ibi quum palam eius annuli ad palmam conuerterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur, quum in locum annulum inuertat. de Gyge. Campum fractis glebis Virg. Georg. 3, 161. b. e. Arare. Cic. Q. Frat. 3, 2 Quid quaeris? probe premitur, nisi noster Pompeius diis hominibusque inuitis negotium inuertit. Legitur alias Euerterit. Cic. in Partit. 24 c. 7 Vt quum semel dictum sit directe, sicut natura ipsa tulerit, inuertatur

30 ordo, et idem quasi sursum versus retroque dicatur. Palpebram inuertere Scribon. 36. Inuertitur palpebra 37. Inuersa palpebra 26. Scrobes oleis: b. e. Fodere locum pangendis oleis idoneum Cato c. 27. Cic. de Arusp. Resp. 52 Videant ii, qui illum Cn. Pompeium inimicum esse gaudebant, ob eamque causam in tot tantisque sceleribus conuincant, etc. quam se cito inuertit. b. e. Mutarit. Verba, vid. INVERSIO. Nos virtutes ipsas inuertimus Hor. Serin. 1, 3, 55.

40 INVERSVS, a, um. Partic. [*ἐξερρομμένος*] Inuersa manus Plin. 11, 25. Consuetudo Quinctil. 3, 11. Mare; Quando quod imum erat, sursum vertitur Hor. Epod. 10, 5. Mores Idem Carm. 3, 5, 7. i. In peius mutati. Ter. Heaut. 2, 2, 131 Ego autem noui, quam esse soleas impotens, inuersa verba, euersas ceruices tuas, etc. Verba significat inflexa, inquit Turnebus, tropoque mutata, quibus amatores plerumque uti solent, quum aut amicam alloquuntur, aut de ea loquuntur. Vitam enim appellant, colostram, cor, delicias, quae quum temere effutiant aliudque agentes, veretur seruus, ne iis prodant amorem suum Ctespho: Friget, quod Terentiani dicunt interpretes, Inuersa, i. Praepostere et in contrarium pronuntiat: ut pro Lauo, Vola. Haec Turnebus. At non persuadet, ut non potius putem, inuersa esse praepostere per incogitantiam, animo perturbato scilicet effutita. Vomer Hor. Epod. 2, 63.

INVERSUM, Adu. Surculis inuersum superpositis Solin. c. 8.

55 INVERSIO, ònis. f. [*ἐνστροφή*] Quod Transpositum dicimus. Cic. de Orat. 2, 261 c. 64 In verbis etiam illa sunt, quae aut ex immutata oratione ducuntur, aut ex vnus verbi translatione, aut ex inuersione verborum. Est autem Inuersio, Genus ironiae, quum contrarium intelligitur, et quum non recta significatio, sed inuersa accipitur; velut quum apud Ciceronem qui Pulchellus dicitur, Deformis intelligitur: qui Disertus, Indisertus. Cic. ibid. 262 Inuertuntur autem verba, vt Crassus apud M. Perpennam iudicem pro Aculeone quum diceret, aderat contra Aculeonem Gratidiano L. Heluius Lamia, deformis, qui quum interpellaret odiose, Audiamus, inquit, pulchellum puerum, Crassus. Quum esset arrisum, Non potui mihi, inquit Lamia, formam ipse fingere, ingenium potui. Tum hic, Audiamus, inquit, 65 disertum, multo etiam arrisum est vehementius.

INVERSURA, ae. f. Vt versura, cum directio flexu quodam mutatur. Vitruu. 5, 3 Aditus directos et sine inuersuris faciendos.

INVERSIBILIS, e. Adi. Apul. Afclep. p. 100.

INVERSO, àre. Fulgent. de Contin. Virg. p. 241 Munk.

70 INVERSOR, àri. Adfertur ex Lucil. apud Lactant. 6, 5 Queis inuersamur, queis viuimus, rebus adesse. i. In quibus rebus versamur. Sed multo melius disiungitur.

INVESPERASCERE, [*ἐσπερασκέναι*] Vesperum tempus fieri. Liu. 39, 50 Iam inuesperascebat.

75 INVESTIGO, àre. [*ἵκνεύω*] Quaerere et interdum cum effectu suo, i. inuenire. Tractum a venatoribus, qui per vestigia feras quaerendo inueniunt. Plaut. Rud. 5, 2, 35 Quid dare velis, qui istaec tibi inuestiget, indicetque. Plaut. Merc. 3, 4, 79 Certum est praeconum iubere iam quantum est conducier, Qui illam inuestigent, qui inueniant. Ter. Heaut. 4, 2, 8 Nihil tam difficile, quin quaerendo inuestigari possit. Cic. pro Ligar. 1 Sed quoniam diligentia inimici inuestigatum est quod latebat. Idem de Fin. 4 c. 8 Veri inuestigandi cupidus. Inuestigare cum animo Plaut. Aulul. 4, 9, 4. Idem Merc. 4, 5, 4 Nihil inuestigo quidquam de illa muliere. Di-

85 ligenter de aliquo Cic. Att. 9, 6. Idem Verr. Act. 1, 48 Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inuestigare et consequi possim. Cic. in Catil. 3, 11 Vt et quanta, et quam manifesta, et qua ratione inuestigata ac comprehensa sint, scire possitis. Diligentia alicuius inuestigare, quod latet Id. pro Ligar. 1. 90 Cic. Verr. 4, 47 c. 21 Qui inuestigabant, et perscrutabantur omnia. Coniurationem inuestigare, Patefacere, opprimere Id. pro Sull. 85 c. 30. Incredibilis ad inuestigandum canum sagacitas narium Id. de N. D. 2, 158 c. 63.

INVESTIGANS, antis. Part. Vulgata Num. 5, 15. et Eccl. 12, 9.

INVESTIGATIO, ònis. f. [*ἕρεσις, ἵκνευσις*] Cic. de Fin. 5, 10 c. 4 Qua ex cognitione facilius facta est inuestigatio rerum occultissimarum. Idem Off. 1, 13 c. 4 In primisque hominis est propria veri inquisitio atque inuestigatio. Conferre se ad inuestigationem, vid. CONFERO.

100 INVESTIGATOR, òris. m. [*ἵκνευτής, ἕρεσις*] Cic. de Vniuers. 1 Acer inuestigator et diligens earum rerum, quae a natura inuolutae videntur. Idem pro Sull. 85 c. 30 Ego ille coniurationis inuestigator atque vltor. Diligentissimus antiquitatis inuestigator 105 Varro Cic. de Clar. Orat. 60 c. 15.

INVESTIGATRIX, icis. f. Mart. Capell. 5 *post init.*
 INVESTIGABILIS, e. Adj. Tertull. adu. Hermog. c. 45
 Omnia inuestigabilia si ex materia sunt inuestigata et inuenta.
 Lactant. 3, 27 Res non inuestigabiles. Conf. Vulgat. Prouerb. 5, 6.
 et Rom. II, 33.

INVESTIO, iui, itum, ire. Est, vestibis tegere, et simplicis
 significationem aliquantum augere videtur. Plin. 35, 7 Publicas porti-
 cus inuestiuit pictura. Et Sen. Epist. 114.

INVESTITVS, a, um. Part. Ut Nec tumidas fluitante sinu
 inuestita papillas Prudent. adu. Symm. 2, 38. Sic Weitz. ex MSS. 10
 Vulgo Vestita, quae Glossa est.

INVESTITVRA, ae. f. Vox barbara pro Admissione in alicuius
 maneris possessionem. Vid. Voss. de Vit. L. L. 3, 16. et VESTIO n. 3.

INVESTIMENTVM, i. n. Lit. 4, 25 Inuestimentum album
 addere. quod nescio quomodo placere potuerit non modo Rhenano, sed
 Hotomanno etiam, Gifanio, aliisque. Recte Gronou. Duker. Draken-
 borchius ita hunc locum constituunt, Placet tollendae ambitionis causa
 tribunos legem promulgare, ne cui album in vestimentum addere pe-
 titionis liceret causa, simili constructione ut Sall. Catil. 51, 21 Quam-
 obrem in sententiam non addidisti, vti etc. 15

INVESTIS, e. Adj. Tertull. de Pall. c. 3 Nudus et inuestis. 20
 ¶ 2 Inuestes, [ἀνήσος] dicimus Impuberes, vel imberbes. ἀφραπος
 Gloss. Lat. Gr. Nempe Vestem esse barbam, et pubertatem adeo obser-
 uamus s. l. n. 2. Pallad. Iul. l. 8, 7 de Hydromelli, Quinque hora-
 rum spatio continuo per inuestes pueros curabis agitare vasa ipsa con-
 cutiens. Idem Pallad. Oct. l. 11, 14, 16 Inuestis puer hoc, aut ali-
 quis satis purus efficiat. Inuestem a nobis accepisti, vesticipem il-
 lico reddidisti Apul. Apol. p. 336. Conf. Tertull. de Virg. Vel. c. 8.
 et de Anima c. 56. Vid. Aurea vestis, in VESTIS; Nonium 6, 57.
 et Voss. Etymolog. 25

INVEŢERO, are. [παλαιῶν, παλαιοποιῶ] Advetustatem seruare. 30
 Plin. 23, 2 Aquae marinae sextarios quinque pariter coquebant, decies
 deferuescente cortina, atque ita diffundebant, inueterabantque.
 Idem 19, 6 Quod si diutius allium cepeque inueterari libeat. Sic
 Inueteratum vinum Idem 14, 2. Cic. de N. D. 2, 5 c. 2 Nec vna 35
 cum saeculis aetatibusque hominum inueterare potuisset. de opinione,
 qua dii esse putantur. Hac versutia et his artibus veri ac singularis
 Dei notitiam apud omnes gentes inueterauerunt Lactant. 2, 16, 20.
 i. antiquariunt aboleuerunt.

INVEŢERASCO, veterāui, veterātum, ēre. [παλαιόμαι] In- 40
 ualescere. Ter. in prol. Hec. 12 (s. Prol. 2, 4) Nouas qui exactas
 feci, vt inueterascerent. Vbi Donatus: Inueterascerent, i. e. In
 consuetudinem venirent, spectarentur, amarentur. Intellego, in
 nostra ciuitate inueterasse et iam a bonis temporibus, vt Cic. Off. 2, 57
 c. 16. Id. in Catil. 3, 26 c. 11 Memoria vestra Quirites nostrae res 45
 alentur, sermonibus crescent, literarum monumentis inueterascent et
 corroborabuntur. Aes alienum Nep. 25, 2, 5. Caes. B. G. 5,
 41 Atque hanc inueterascerent consuetudinem nolint. Dolor inue-
 terauit Scribon. 5. Cic. pro L. Manil. 7 c. 3 Delenda est vobis
 illa macula Mithridatico bello superiore suscepta, quae penitus insedit 50
 atque inueterauit in Pop. Rom. nomine. Mala Id. Tusc. 3 c. 15.
 Cic. pro P. Sull. 24 At si tibi nos peregrini videntur, quorum iam et
 nomen et honos inueterauit, et huic vrbi, et hominum famae, ac
 sermonibus: quam tibi illos competitores tuos peregrinos videri ne-
 cesse erit, qui iam ex tota Italia delecti tecum, de honore, et de 55
 omni dignitate contendunt? i. Inuauit et corroboratum est nomen.
 Cic. Verr. Act. 1 c. 1 Inueterauit enim iam opinio pernicioſa Reipubl.
 vobisque periculosa. Verbi significatio falsa atque aliena irroborauit
 inueterauitque Gell. 1, 22. (Vinum) album inueterascent
 Plin. 23, 1. Vlcus inueterascent alendo Lucret. 4, 1062. ¶ 2 60

Inueterascerent obsolescere significat, et vigorem suum amittere, si recte le-
 gitur Cic. Tusc. 5, 40 c. 14 Nihil enim inueterascerent, nihil exstin-
 gui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit. Sed
 editur interarescere etiam a Gron. et Dauisio. Caeterum mirum non
 fuerit, si verbum hoc vtrumque significet, inualescere et obsolescere. 65
 Nam aetate et longa die quaedam res magis confirmantur et inualescunt,
 aliae debilitantur, etc. Caeterum Nigidius apud Non. 5, 63 Dicemus,
 quae vetustate deteriora sunt vetustescere; inueterascerent, quae me-
 liora. ¶ 3 Propria significatione v. g. Inueterascerent dicitur
 miles in eo loco, vbi diu commoratur. Caes. B. C. 1, 44 Quod fere 70
 fit quibus quisque in locis miles inueterauerit, vbi multum earum re-
 gionum consuetudine moueatur. Idem B. G. 2, 1. et B. C. 3, 110.
 Cic. ap. August. C. D. 22, 6. Tacit. Ann. 11, 25, 10.

INVEŢERĀTVS, a, um. Part. Inueteratus dolor Cic. Tusc.
 3, 35 c. 16. Vehementius contra inueterata pugnandum est Sen. ad 75
 Marc. c. 1. Contraria: Cic. de Senect. 72 Iam omnis congluti-
 natio recens, aegre: inueterata facile diuellitur. Contraria: Cic.
 Fam. 3, 9 Nostra non instituta, sed iam inueterata amicitia. In-
 uvidia Id. Off. 2, 58. it. pro Cluent. pr. Licentia Nep. 18, 8, 2.

Contraria: Cic. Philipp. 5, 31 c. 11 extr. Omne malum nascens facile 80
 opprimitur, inueteratum fit plerumque robustius. Id. de Amicit.
 32 c. 10 Eorum querela inueterata, non modo familiaritates extinguī
 solere, sed etiam odia gigni maxima atque sempiterna. Seruitus
 Nep. 20, 1, 1. Vinum Plin. 14, 2.

INVEŢERĀTIO, ōnis. f. [παλαιότης] Vetustas, antiquitas. 85
 Cic. Tusc. 4, 81 c. 37 Inueteratio autem vt in corporibus aegrius de-
 pellitur quam perturbatio, etc.

INVEŢĪTVS, a, um. Adj. Non vetitus, non prohibitus. 90
 Sil. 2, 441 It liber campis pastor, cui sine sine villo Inuetitum saltus
 penetrat pecus.

INVICEM. Adu. [ἐκαμωιῶδον, ἐναλλὰξ] i. Mutuo, vicissim,
 quod intelligitur, si separatim in vicem cogites, vel per vicem. Plaut.
 Men. arg. 10 Ii se cognoscunt fratres postremo inuicem. Quintil. . .
 Qui se ardentissimo amore inuicem dilexerunt. Idem 3, 10 Liti-
 gators idem crimen inuicem intentant. i. Inter se. Haec inuicem 95
 obstant Quintil. 4, 5. Et 8, 5, 26 Densitas earum obstat inuicem.
 i. Obstant sibi inuicem, quod sunt nimis densae. Inuicem se mu-
 tuis exhortationibus exacuere Plin. Epist. 3, 7 extr. Inuicem peti-
 tur manus iniectio Quintil. 7, 8. Salutantes inuicem Phaedr. 3, 8.
 Manibus inuicem apprehensis Quintil. 9, 4. Nihil inuicem im- 100
 putare Plin. 8, 17. Inuicem modo aqua modo vinum bibendum
 est Cels. 1, 3. Plin. 6, 1 Alitum quippe cantus, canumque iatra-
 tus inuicem audiuntur. Inuicem faciam, manus manum lauat Sen.
 de morte Claud. Plin. Epist. 2, 11 ad finem, Habes res vrbanas:
 inuicem rusticas scribe. Idem ibid. 3, 7 Scribis te absentia mea 105

non mediocriter affici: vnumque habere solatium, quod pro me libellos meos teneas, saepe etiam in vestigio meo colloces: gratum quod his fomentis acquiescis. Inuicem ego epistolas tuas lectito. Liu. 28, 44 Requiescat aliquando tamdiu vexata Italia: vratur, vasteturque inuicem Africa. Apul. de Herb. III Semina obtecta foliis ab inuicem discernuntur.

INVICTVS, a, um. Adi. [*ἀνικτος, ἀήττητος*] Fortis, et qui vinci non potest. Epitheton Herculi fere proprium Brouckhus. ad Prop. 1, 20, 23. Plin. 29, 4 s. 20 Compositio traditur, qua inuictos faciunt Magorum mendacia. Cic. pro Marcell. 12 Recte igitur vnus inuictus es, a quo etiam ipsius victoriae conditio, visque de- victa est. Id. in Pison. Inuictus ciuis. Acie inuictus, vid. ACIES. Cursu inuictus Ouid. Met. 8, 311. Cic. Off. 1, 68 Nec qui inuictum se a labore praestiterit, vinci a voluptate.

Viribus inuicti Virg. Aen. 6, 394. Substantiua: Adamas, vid. ADAMAS. Animus inuictus aduersum diuitias Sallust. B. Iugurth. 47. Armis inuictus Hannibal Cic. de L. Agr. 3, 94 c. 35. Arx Capitolii inuictissima Tacit. Hist. 3, 78. Corpus inuictum ad vulnera Ouid. Met. 12, 167. Defensio fortis et inuicta salutis meae Cic. post red. in Senat. 28. Dentes inuicti ignibus Plin. 7, 16. Dextera inuicta bello Virg. Aen. 6, 878. Dux Ouid. Trist. 4, 2, 44. Gentes Virg. Aen. 12, 191. Imperium vetustate in-

uictum tabescere Sallust. Fragn. 6, 59. Imperatoris nomen inuictissimi incidatur Cic. Verr. 4, 82 c. 38. Postea in sollemnem Imperatorum titulum assumptum fuit hoc vocabulum, vt Inscript. Grut. p. 276 n. 4 et alibi. Conf. Eumen. de Scholis c. 9. Manu inuicta gestare bellum Ouid. ad Liu. 582. Ratio inuictior August. de Mor. Manich. 2, 11. Quae sententia inuictiore ratione approbatur Idem de Immort. Animi. c. 8 pr. Robur Sil. 11, 157. Virtus Ouid.

ex Pont. 3, 4, III. Inuictus permiscetur cum Inuitus: quod vid. INVICTE. Adu. August. Epist. 28 Inuictissime defendatur. Add. Symmach. Epist. 10, 78.

INVIDEO, vidi, visum, ēre. [*ἰδόντω, βουναίω, μευαίω*] Communissime significat rebus secundis alterius dolere. Cic. Tusc. 3, 20 c. 9 Ab inuidendo inuidencia recte dici potest — quod verbum dictum est a nimis intuendo fortunam alterius. Quod autem laudant Sallust. de rep. ordin. 2, 12, 17 quasi inuideri ibi sic inspicere, nihil est. Sic enim ibi legitur in optimis libris, Mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam diuino numine inuisi. Alii, qui laudant Priscianum auctorem, negatiue exponunt, Inuideo tibi, quasi non videns tibi

fio, h. e. non fere te bene agentem video. Cui sententiae fauet, quod inuidere pro non videre vel male videre posuit Apul. Apol. p. 276 extr. Elmenh. ex Codice Aldino. Nam Pithoeo obsecutus Scipio Gentilis dedit, Non vidit profecto cupiditate laedendi. Ponitur autem vel absolute, vel cum Dativio personae. ¶ 2 Absolute in his, In-

videt aut fauet semper dignitatis iudex iniquus populus Cic. pro Planc. 7 c. 3. Qui inuidet, ne vnquam eorum quisquam inuideat: prorsus commodis Plaut. Most. 1, 3, 149. Qui inuidet egent Id. Truc. 4, 2, 32. Plin. Epist. 6, 17 Disertior ipse es? tanto magis ne inuideris: nam qui inuidet, minor est. ¶ 3 Cum Dativio personae. Qui mihi videtur non solum viuus, sed etiam mortuis inuidere Cic. Ac. 4, 7 c. 2. Paribus aut inferioribus maxime inuidet homines, quum se relictos sentiunt, illos dolent euolasse Id. de Orat. 2, 209 c. 52. Mauelim mihi inimicos inuidere, quam me inimicis meis Plaut. Truc. 4, 2, 30. Sibi inuidet ipsa Ouid. Fast. 2, 591. Fundamentum huius constructionis aperire videtur Plaut. Trucul. 4, 2, 31 Inuidere aliis bene esse, tibi male esse miseria est. Item Bacch. 3, 6

14 Nullus est quoi non inuideant rem secundam obtingere. ¶ 4 Hic Dativus personae consueta metonymia nonnunquam cum Dativio rei permutatur. Sic Inuidere Honori alicuius Cic. Agr. 2 extr. Honori et Labori, Innocentiae, Periculis Sall. Iug. 85, 18. Laudi et Gloriae maxime inuideri solet Cic. de Orat. 2, 208 c. 51. Nouitatem Id. Fam. 1, 7 post med. Virtuti Id. pro Balbo 15 c. 6. Et si Virtuti vestrae Fortuna inuiderit Sall. Catil. 58 extr. ¶ 5 Praeter Dativum personae adicitur Genitiuus rei. Neque illi Sepositi ciceris nec longae inuidit auenae Hor. Sat. 2, 6, 83. Graecismus est. Vid. Vechn. 1, 2, 24, 7. ¶ 6 Hem Accusatiuum rei, vt Honorem Iure mihi inuideat quis Hor. Serm. 1, 6, 49. Non inuiderunt Laudes suas mulieribus viri Romani Liu. 2, 40. Naturam nobis optimam inuidisse vt videantur Cic. Tusc. 3, 3 c. 2. Tene

— Inuidit fortuna mihi Virg. Aen. 11, 43. Metaphora est, vt illa in Catal. Vet. Poet. p. 240 de Luna: Quippe illam lucis egentem Lux aliena fouet: quam cum pars proxima metae Inuidet, h. e. intercipit, etc. Huc referas illud Accii apud Cic. Tusc. 3, 20 c. 9 Quisnam florem liberum inuidit meum. Si quidem hoc loco significationem sollemnem habet. Sed potest fieri, vt idem sit quod, intuendo fascinauit. Et illud sibi potest velle Tullius, cum Male, inquit, Latine videtur, sed praeclare Accius: vt enim videre, sic inuidere florem rectius, quam flori. Vid. locus Quinctil. 9, 3, 1 quem adferimus n. 8. ¶ 7 Sed quod Accusatiuum etiam personae laudant ex Ouid. Her. 13, 137 optimi libri habent Troasim inuideo, non Troadas. Neque hoc inde efficitur, quod Passiuum non nunquam cum Nominatiuo ponitur, vt Hor. Art. 56 Ego cur acquirere pauca si possum inuideor? Est enim hic Graecismus Poetae. ¶ 8 Ablatiuum rei adiecerunt post Ciceronis et anti-

quorum tempora. Hoc indicat locus Quinct. 9, 3, 1 ita a Burmanno et me constitutus, Si antiquum sermonem nostro comparemus, paene iam quidquid loquimur figura est: vt hac re inuidere, non vt omnes veteres, et Cicero praecipue hanc rem. Sic Fl. Caper de Orthogr. pr. p. 2239 Putsch. veteres dixisse ait, Inuideo tibi diuitias, non diuitiis. Sic nempe Lucan. 7, 798 Inuidet igne rogi miseris. Plin. 8, 22 s. 50 Sed et hi (cerui) bono suo inuidet, quod recte interpretatur Harduinus, bonum suum nobis inuidet. Tacit. Ann. 1, 22 ex veteri libro legi iubet Gruterus Ne hostes quidem sepultura inuidet. Et Ann. 15, 63 Seneca ad uxorem Vitae, inquit, delinimenta monstraveram tibi, tu mortis decus maioris. Non inuidebo exemplo. Saepe ita Plinium iuniorum locutum ex Mediceo libro ostenderit iam Burm. ad Quinct. l. c. et exsecutus est Cortius v. g. ad 1, 10 extr. Sic 2, 20, 8 Quousque et tibi et nobis inuidebis, tibi maxima laude, nobis voluptate. Add. 3, 8, 2, 9, 13, 6. Fundamentum forte constructionis huius peti potest ex Cic. pro Flacco 70 c. 29 Adfers faciem nouam, nomen vetus, purpuram Tyriam, in qua tibi inuideo, quod vnus vestimentis tam diu lautus es. ¶ 9 Pass. Illi, quibus inuidetur, rem habent Plaut. Truc. 4, 2, 32. Sibi ne inuideatur, ipsi ignaui recte cauent Idem Bacch. 3, 6, 15. Inuidia tum est cum in-

videtur Cic. Tusc. 3, 20 c. 9. Et Inuidia dicitur in eo, cui inuidetur.

detur Cic. Tusc. 4, 16 c. 7. Non modo non inuidetur illi aetati, sed etiam fauetur Cic. Off. 2, 45. Inuideor *dedimus* n. 7. Nouitati esse inuisum meae Cic. Fam. 1, 7. *Huc pertinet Partic.* Inuidendus. *De quo statim.*

INVIDENDVS, a, um. Part. Cui inuidetur, ob felicitatem, splendorem etc. Aula inuidenda Hor. Od. 2, 10, 6. Postes inuidendi Id. ibid. 3, 1, 45.

INVIDENS, entis. Partic. Speciosis inuidens Vell. 2, 73, 1. Nocere inuidenti Cic. Tusc. 4 c. 8. Add. Hor. Od. 1, 37, 30.

INVISVS, a, um. Partic. Ab Inuideor. [*μωδεις, δουδαιρος*] Odio habitus, odiosus, quem animo aequo videre non possumus. Cic. pro L. Manil. c. 16 Ne aut inuisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur. Id. de N. D. 2, 167 Nec vero ita refellendum est, ut si segetibus aut vinetis cuiuspiam, tempestas nocuerit: aut si quid e vitae commodis casus abstulerit: eum, cui quod horum

acciderit, aut inuisum Deo, aut neglectum a Deo iudicemus. Dis hominibusque inuisus Cic. ad Q. Frat. 3, 1. Facere aliquem magis inuisum Quinctil. 3, 7. Aurum inuisum Propert. 3, 5, 3. Caput Virg. Aen. 9, 496. Dente inuiso carpere aliquem, al. iniusto Ouid. ex Pont. 3, 4, 74. Hostis Idem Trist. 1, 8, 24.

Improbilas licet aduersario molesta sit, iudici inuisa est Quinct. 6, 4. Malum inuisum Scribon. Epist. Negotia Hor. Epist. 1, 14, 17. Persona lutulenta, impura, inuisa Cic. pro Rosc. Com. 20. Salus Ouid. ex Pont. 4, 14, 5. Troia iacet certe Danais inuisa puellis Idem Ep. 1, 3. Vita Id. in Ibin 339. Vox inuisior Sen. de Ira 2, 36. Inuisum et odiosum Plaut. Merc. prol. 79. Inuisior, [*δουδαιρωρεος*] Compar. Tacit. Hist. 1, 12 Quanto potentior, eodem actu inuisior erat. Nulla inuisior umbra Martial. 7, 20. Quo enim quis versutior et callidior est, hoc inuisior et suspectior, detracta opinione probitatis Cic. Off. 2, 34. Vrtica quid esse inuisius potest? Plin. 22, 19. Superl. Plin. Epist. 2 vlt. Cuius marito inimicissimus, ipsi inuisissimus fuerat. Duces Ammian. 31, 12 (Valef. 4). Voluptas Sen. Ep. 51 extr.

INVIDIA, ae. f. [*φθόρος, νέμεσις, βασανία*] Non in eo solum, qui inuidet dicitur, sed etiam in eo, cui inuidetur, ut dictum est a Cicerone Tusc. 4, 16 c. 7. Sed proprie est Inuidia, cum inuidetur; Inuidencia, Quae inuidet Cic. Tusc. 3, 20 c. 9. Verum, ut priore loco docentem modo audiimus Tullium, usus loquendi ista non distinxit, sed Invidiam tribuit tum inuidentibus, tum quibus inuidetur. Sic Nep. 18, 10, 2 Inuidia ducum est odium, quo duces persequerantur virtutis et felicitatis illius causa Eumenem. Sic de vitio, actiue considerato, Hor. Epist. 1, 2, 58 Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum. Digna imitatione, non inuidia, hominum excellentium virtus Cic. Philipp. 14, 17 c. 6. Inuidiae aut odii non dissimilis offensio Idem de Orat. 2, 208. Incendium inuidiae Id. Catil. 1 c. 11 extr. Motus inuidiae longe omnium acerrimus Id. de Orat. 2, 209. Cic. Fam. 1, 1 Senatus religionis calumniam, non religione, sed malevolentia, et illius regiae largitionis inuidia comprobatur. 1. Odio largitionis pecuniariae, qua rex Ptolemaeus multos Senatores corruperat. Lino; inuidiae, vid. IMMACVLO. Assidua eminentis fortunae inuidia Patere. 1, 9 extr. Caeca, vid. CAECVS. Infelix Virg. Georg. 3, 37. Maior, vid. Maior, in MAGNVS. Pestilens Sen. Hippol. f. 4. Firmic. 5, 1 A multis tamen inuidiae stridore pulsabitur. Tristis Sen. Octau. f. 8. Citra inuidiam, vid. CITRA. Ter. Andr. 1, 1, 39 Ita ut Sine inuidia laudem inuenias, et amicos para.

2 Inuidia est in primis odium multitudinis, in quantum illud opinione superbiae, immoderatae potentiae, crudelitatis et similibus vel vitiorum vel criminum excitatur et alitur, cognatum valde illi dolori ex alterius felicitate, et quod ab illo, ut re ipsa distinguere interdum difficile est, ita hic accurate separare nec conamur. Cic. de Inu. 1, 22 c. 16 Odium et Invidiam sic distinguit: In odium adducuntur aduersarii, si quod eorum spurce, superbe, crudeliter, malitiose factum proferetur. In invidiam, si vis eorum, potentia, diuitiae, cognatio, pecuniae, proferentur, atque eorum usus arrogans et intolerabilis; ut his rebus magis videantur quam causae suae confidere. Inuidia in capitale supplicium exitura Liu. 3, 52 extr. it. c. 54 pr. Decemvralis inuidia Liu. 3, 43. Odium, quo Decemviri flagrabant ob Virginiae mortem, quam pater occiderat, ne ad libidinem Appii in seruitutem traberetur. Cic. in Catil. 1, 29 Sed si quis est inuidiae metus, non est vehementius seueritatis ac fortitudinis inuidia; quam inertiae ac nequitiae pertimescenda. Plin. Epist. 9, 13, 4 Ego modestius et constantius arbitratus, reum non communi temporum adductae res Cic. Fam. 1, 1 extr. Aestuarie inuidia, Ardere inuidia, Assumere invidiam, Attingi inuidia, vid. hb. vs. Augere invidiam Cic. Verr. Act. 1, . . . Capere invidiam, vid. CAPIO. Cic. Verr. 5, 19 Si quid vindicatum seuerum est, ut ex eo crudelitatis invidiam colligam. Commouere invidiam, vid. COMMOVO. Cic. . . . Nec minus virium opus sit in Commprimenda inuidia, etc. Patere. 2, 56 extr. Caesari magnam invidiam conciliarat M. Antonius. Concitare invidiam Quinctil. 6, 1, 14. Vid. CONCITO. Cic. pro Flacc. 41 Mortis illius invidiam in Flaccum Laelius Conferebat. Conflagrare inuidia, vid. CONFLAGRO. Conflare invidiam, vid. CONFLO. Cumulare sibi invidiam, vid. CVMVLO. Dare sine inuidia Martial. 3, 65. i. large. Decedere invidiam Cic. pro Cluent. 160. Deonerare ex inuidia Idem Diu. Verr. 46. Detestandae inuidiae causa dixisse Epicurum, quae de DIS immortalibus dixerit, Posidonius disseruit apud Cic. de N. D. 1 extr. i. deprecandae infamiae et odii causa. Detrahere invidiam alicui Sen. Troad. 20. Ouid. Epist. 7, 106. Dissoluere invidiam criminis urbanitate Quinctil. 6, 3. Elevare invidiam Idem 5, 13. Exonerare deos inuidia Martial. 9, 88. Exstinguit invidiam mors, res gestae sempiterna nominis gloria nituntur Cic. pro Corn. Balb. 16. Facere invidiam apud Cic. Fam. 11, 1 extr. Quinctil. 6, 1 Quorum invidiam gratia, odium turpitudine, iram offensio iudicis facit. Add. Suet. Cal. c. 56. Dis Facere invidiam Quinctil. Declam. 8, 14 p. 180 Burm. Ouid. Met. 4, 547 Utque parum iustae nimiumque in pellice saevae Invidiam Fecere deae, i. in odium illam querelis suis adducere volebant. Sen. Herc. Oet. 1861 Invidiam ut Deis lugendo facias, ut DI male audiant ob tuam infelicitatem. Vid. Pulsare Deos inuidia, Tundere caelum inuidia, Obiicere idolis invidiam. Vid. Cuper. Obsf. 2, 4 p. 183 sq. Flagrare inuidia, vid. FLAGRO. Gliscit inuidia crudelitatis Tacit. Ann. 15, 64. Cic. Verr. 4, 29 Cogitasti, si ei reddidisses, te minus inuidiae Habiturum. Idem in Orat. 170. Sed Habet nomen in-

- vidiam, quum, etc. Cic. de L. Agr. 2, 69 c. 26 Sullanus ager a caeteris hominibus latissime continuatus tantam Habet inuidiam, vt veri ac fortis Tribuni plebis stridorem vnum perferre non possit. Incendere inuidia Quinctil. 4, 2. Inflammaré inuidiam, Laborare ex inuidia, vid. hb. vv. Lacerare plerosque solet inuidiae obtrectatio Cic. de Clar. Orat. 156 c. 42. Leuare inuidia Idem Att. 15, 2 in f. Liberare se inuidia Id. Off. 2, 58. Lenire inuidiam Sallust. in Catil. c. 22 extr. Macerat nos inuidia Lucret. 3, 75. Cic. Att. 6, 1 Missus est inuidiae sanguis. i. Decessit inuidia. Mollire inuidiam Tacit. Ann. 4, 30 pr. Obiicere inuidiam idolis Tertull. adu. Psych. 16 vt Facere inuidiam. Obtere, vid. in fine huius paragr. Onerari inuidia Suet. in Othon. c. 6. Onerare Idem Neron. c. 34. Opprimi inuidia Quinctil. 7, 3. Cic. Catil. 2 c. 2. Parare inuidiam alicui ex sua re familiari Cic. in Sallust. 9 c. 3. Pati inuidiam Ouid. Epist. 20, 67. Scias licet ad finem peruenisse, quae ad inuidiam Perducta sunt Triar. apud Sen. Suaf. 2. Placare inuidiam Hor. Serm. 2, 3, 13. Cic. pro Cluent. 159 Sine culpa inuidia ponatur. i. deponatur. Cic. anteq. iret in exil. 6 Cum et inuidia et odio populi, tum Gallia Premeretur. Prosequi aliquid inuidia, vid. PROSEQVOR. Prostrernere, vid. in fine huius paragr. Stat. Silu. 5, 5, 79 Nonne horridus ipsos Inuidia superos iniustaque tartara Pulsem, i. inuidiam illis faciam, de quo paulo ante: sic mox, Tundere caelum inuidia. Pulsari inuidia Firmic. 5, 3. Cic. pro Rabir. Post. 46 Nam in eum, cui misericordia opitulari debeat, inuidia quaesita est. Rapere in inuidiam, quod et Trahere et adducere dicitur: h. e. Facere, vt quis cui inuideat. Cic. de L. Agr. 3, 7 c. 2 Quid ergo ait Marianus Tribunus plebis, qui nos Sullanos in inuidiam rapit? Redundare inuidia Cic. in Catil. 1, 29. Remouere a se inuidiam Ouid. Met. 12, 626. Rumpitur inuidia quidam carissime Iuli Martial. 9, 99. Sum inuidiae: Liu. 4, 49 Nactus inter aduersarios superbum ingenium, immodicamque linguam, quam irritando agitandoque in eas impelleret voces, quae inuidiae non ipsi tantum, sed causae atque vniuerso ordini essent. Non eris inuidiae ferendae Ouid. Am. 3, 6, 21. Add. Met. 10, 628. In inuidia esse, Inuideri: Cic. Att. 2, 9 Non enim poterimus vlla esse in inuidia spoliati opibus, et illa Senatoria potentia. Alia exemplaria non habent Praepositionem In. In inuidia res est Sallust. in Iugurth. c. 25. Sedare inuidiam Cic. Verr. Act. 1 pr. Sustinere inuidiam Idem Verr. 2, . . . Subire inuidiam Id. Diu. Verr. 46. Timere inuidiam et offensionem Cic. pro Cluent. 69. Transferre inuidiam Idem pro Sext. 82. Tundere caelum inuidia Tertull. Apol. 40 eadem figura, qua Facere Inuidiam Deis, etc. Cic. Fam. 11, 1 In Inuidiam porro magnam illa iudicia Venerant. Quinctil. 6, 6 Hoc ad inuidiam eius, qui prouinciae praestit spectat, si quis tam impotenter se gerat, vt omnes metuant aduersus eum aduocationem suscipere. Vlp. in l. Nec quidquam §. sed et si D. de offic. procons. et legati. Tacit. Ann. 13, 50 Ne per tot annos sine querela tolerata nouis acerbitatibus ad Inuidiam Verterent. Vocare aliquid in inuidiam Quinctil. 6, 4. Vid. VOVO. Inuidiae, in Plur. legitur in Vatin. ad Cic. Fam. 5, 9. An verear, ne qui — Pusillorum ac maliuolorum obtrectationes et inuidias non prosternat atque obterat. ¶ 3 Fortunae, Fati, Deorumque adeo inuidiam quo sensu dixerint antiqui Graeci et Latini, explicare studui in Progr. immate, quod habetur Opusc. T. 3 p. 336 sqq. Sic Ab inuidia fortunae se redimi posse sperat Polycrates apud Plin. 37, 1 l. 2. In formosae titulo scriptum Claudian. Epigr. 41 Egregium illius decus inuidiam meruisse Veneris etc. Breuiter inuidia et inuidus in talibus ponuntur non pro affectu, sed pro effectu: cum fieri videntur a Deo quae facere solent, cum inuidet, homines.
- INVIDIOLA, ae. f. Dimin. [ἰνιδίολον] Cic. . . Quum nescio quid inter eos inuidiolae exortum fuisset. Sipontinus Cornucop. p. 99.
- INVIDENTIA, ae. f. Ab Inuidia differt: vt Ebrietas ab Ebriofitate: quippe inuidia est quum inuidetur. h. e. Actus ipse inuidendi. Inuidentia vero est Aegritudo animi suscepta propter alterius res secundas, quae nihil noceant inuidenti: nam si quis doleat eius rebus secundis, a quo ipse laedatur, non recte dicatur inuidia. Haec Cicer. Tusc. Quaest. 4, 17 c. 8. Vid. ibid. c. 7 et 3. c. 9. Apul. de Philos. p. 78. it. INVIDIA. Inuidentiae crimine flagrare Scribon. Epist. in.
- INVIDVS, a, um. Adi. [ἰνιδεὺς, βίαντος] Qui actu alicui inuidet. Plaut. Merc. 4, 5 Suppos. 2, 15 Iracundi, sibi suisque inuidi. Hor. Epist. 1, 2, 57 Inuidus alterius rebus macrescit opimis. Virtutis hostis, laudis inuidus Cic. pro Flacc. 2 c. 1. Idem in Orat. 140 Occurrebat enim posse reperiri non inuidos solum, quibus referata sunt omnia, sed fautores etiam mearum laudum, qui non censerent, etc. Persuaserat nonnullis inuidis meis Cic. Fam. 7, 16. Ab eius Inuidis et obtrectatoribus nomen inductum falsae religionis Cic. Fam. 1, 4. Inuidus, maleuolus, liuidus Idem Tusc. 4, 28 c. 12. Aetas inuida Hor. Carm. 1, 1, 7. Dente mordeor inuido Idem Carm. 4, 3, 16. Fata piis inuida Stat. Theb. 10, 384. Inuida Fatorum ferries Lucan. 1, 70. Fortuna viris inuida fortibus Sen. Herc. fur. 524. Vid. INVIDIA n. 3. Imperator ambitiosus et inuidus Cic. pro Muraen. 20. Lingua Ouid. Amor. 1, 14, 42. Idem Trist. 2, 53 Inuida me spatio Natura coërcuit arcto, Ingenio vires exiguasque dedit. Turba Propert. 3, 1, 21.
- INVIDIOSVS, a, um. Adi. [ἰνιδίοςος] Qui morbo inuidentiae laborat. Ouid. Met. 15, 234 Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas, Omnia destruitis. Add. Id. Met. 5, 513. et Fast. 1, 266. Gell. 9, 12 Inuidiosus dici potest et qui inuidet, et qui inuidetur. ¶ 2 Passiue, Cui alii inuidet, qui laborat inuidia: id cum non superbis modo et crudelibus eueniat; sed etiam simpliciter felicibus, interdum Inuidiosus felicitatis notionem habet. Quinctil. 6, 2, 21 Et metum tamen duplicem intelligi volo, patimur, et quem facimus, et Inuidiam: namque altera (quam quis concepit contra alios) inuidum, altera (quam quis patitur) inuidiosum facit. Cic. Fam. 9, 14 Contingit enim tibi quod haud scio an nemini, vt summa seueritas animaduersionis non modo non inuidiosa, sed etiam popularis, etc. Plin. 35, 2 Inuentione muneris etiam diis inuidiosus. De Varrone. Vid. INVIDIA n. 3. Lucil. . . Neque inimicis inuidiosam, neque amico exoptabilem apud Non. 2, 438. Quinctil. 6, 1, 11 Quid inuidiosum, favorabile, etc. Inuidiosus et multis offensus Cic. pro Cluent. 158. Idem Att. 8, 3 Sed sit, deferet triumphum: non accipere ne periculosum sit, an accipere inuidiosum ad bonos? Cic. de Amicit. 18 Quare sibi habeant sapientiae nomen et inuidiosum et obscurum, Idem Att. 2, 9 Sunt enim illi apud bonos inuidiosi, ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alienam assumissem. Cic. Verr.

- 2, 100 Putabant absentis damnationem, praesertim tantae pecuniae, multo inuidiosorem fore, quam si praesens damnatus esset. Inuidiosorem fore arbitrabatur, si praesens fuisset Plin. Ep. 2, 11. Quae sunt inuidiosa, ea laudando et efferendo inuidiosiora faciunt. Cic. de Orat. 2 c. 75. Ne omnia pariter inuidiosiora essent Iustin. 12, 7, 1. Quod fuit in illo iudicio inuidiosissimum Cic. pro Cluent. c. 37. Sen. Controu. 31 extr. Res inuidiosissima. Apul. Apol. p. 317 Criminatio inuidiosissima. Cic. Verr. 4, . . . Rem claram esse et inuidiosam.
- 3 *Substantiua ordine literarum:* Arma Ouid. Epist. 8, 49. Martial. 1, 2 Inuidiosa feri radiabant Atria regis. Bona Ouid. ad Liu. 10 58. Commentum turpe et inuidiosum Martianus in l. res quae §. lites D. de iure fisci. Cic. pro Cluent. 143 Nullus est locus a nie purgandi istius inuidiosi Criminis praetermissus. Fortuna Caesaris Vell. 2, 60, 1. Cic. pro Cluent. 158 *de iudicio Iuniano*, Perinde quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim, inuidiosum illud fuisse Iudicium. *i. Inuidia flagrasse, quasi corruptum et numarium.* Mors inuidiosior Ouid. Met. 7, 603. Nomen inuidiosum voluptatis Cic. Acad. 4, 138 c. . . et de Fin. 2 c. 4. Oratio Iustin. 2, 8, 9. Cic. pro Corn. Balb. 56 Tum Pecuniam L. Cornelii, quae neque inuidiosa est, et quantacunque est, vt conseruata magis, quam corrupta esse videatur. Possessiones inuidiosas tenere Cic. pro L. Agr. 2, 67 c. 26. Praemia Ouid. Met. 13, 414. Rapina Idem Amor. 1, 8, 55. Spes Id. Met. 4, 795. Turba non inuidiosa Ouid. Fast. 3, 434.
- INVIDIOSE. Adu. [*ἐπιφθόνως*] Cic. Acad. 4, . . . Num minus haec inuidiose dicuntur? *b. e. Odiose et inuise.* Dicere inuidiose Quinctil. 4, 2. Viuere Auct. ad Heren. 4 c. 20. Compar. Neque quisquam aut expulsus est inuidiosus, aut receptus laetius Vellei. 2, 45. Quae ne inuidiosius in se vno conspicerentur Iustin. 12, 3.
- INVIGILO, āre. [*ἐπαιρημένω*] Vigilare, cum designatione rei, ob quam vigilatur. Columel. 10, 159 Inuigilate viri: tacito nam tempora gressu Diffugiunt, nulloque sono conuertitur annus. Cura inuigilat quieti Stat. Theb. 8, 623. Curae inuigilant animo Idem Theb. 3, 4. Curis inuigilat mens Sil. 10, 331. Hereditati tibi delatae a L. Titio inuigilabis Vlpian. in l. si quis mihi §. pater D. de acquir. hered. Malis inuigilare Ouid. Fast. 4, 530. Victu inuigilare Virg. Georg. 4, 158. Victu pro Victui. Carmina inuigilata Cinna apud Isidor. 6, 12.
- INVILITO, āre. *Villem facere vel pronunciare.* Inuilitat, *ἐντιλίτσα* Gloss.
- INVINCTVS, a, um. Adi. *Valde vincētus.* Leg. penult. ff. de 40 Lege Fabia.
- INVINCIBILIS, e. Adi. Apul. Apol. p. 297.
- INVINCIBILITER. Adu. Apul. Flor. 4 p. 360.
- INVINIVS, a, um. Adi. [*ἀνοίος*] *Abstemius: a Vino, quasi sine vino: sicut Inuius, sine via.* Apul. Met. 11 p. 268, 26 Neque vllum animal essem, et inuinius essem. *Antiquum.* In veteri Onom. leg. Inuius.
- INVIO, āre. [*ἐνοδίξω*] *In viam dirigere.* Solin. c. 2 Parcius depauita leuius vestigiis inuiare. *Vid. Salmf. in loc.*
- INVIOLABILIS, e. Adi. [*ἀβλαστός*] *Quod violari non potest aut vulnerari.* Sil. 16, 16 Velut inuiolabile telis Seruabant sacrumque caput. Lucret. 5, 306 Inuiolabilia haec ne credas forte vigere. Iter Prudent. Hymn. Exseq. v. 119.
- INVIOLABILITER. Adu. Marcellin.
- INVIOLATVS, a, um. Adi. [*ἀνεβλαστός*] *Violato contrarium; 55 Integer, incorruptus, illaesus.* Cic. pro Rabir. Perd. reo 11 c. 4 Qui castam concionem, sanctum campum, inuiolatum corpus omnium civium Rom. integrum ius libertatis defendo, seruari oportere? Idem pro Sext. 140 c. 67 Aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt. Dimittere aliquem inuiolatum Vell. 2, 74, 4. Columel. 12, 1 Quae domum autem inferuntur, diligenter inspicere, ne delibata sint, et ita explorata atque inuiolata recipere. Fama Sallust. B. Iugurth. 47. Fides Idem ibid. 38. Mens inuiolata mero Sil. 11, 309. Pudicitia Ouid. ad Liu. 43. *Qui violari non potest.* Liu. 2, 55 Et cum religione inuiolatos eos, tum lege fecerunt.
- INVIOLATE. Adu. [*ἀνεβλαστός*] *Incorrupte.* Cic. de Senect. 81 c. 22 Memoriam nostri pie inuiolateque seruabitis.
- INVISCERO, āre. m. Aurel. Nemes. in Cyneget. 214 Hoc canibus blandis inuiserat aestus.
- INVISCERATVS, a, um. Partic. Augustin. Serm. 5 (6 edit. 70 Sirm. p. 69) Quod eius sanctam caritatem inuiseratam sentimus in cordibus nostris.
- INVISITATVS, a, um. Adi. *Pro non visitato.* Cic. de Diu. 2 c. 67 Quae est enim forma tam inuisitata, tam nulla, quam non sibi ipse fingere animus possit? *Sic ex MS. Dauis.* Quinctil. Declam. 12 Nullus amoenus portus praetermittitur: nulla celebris ciuitas inuisitata transitur. Liu. 27, 39 Galli inuisitati alienigenis. *Vid. h. l. Gronou. Add. Vitruu. 9, 4. Quod sum vobis nec lare alienus, nec pueritia inuisitatus Apul. Flor. 4 p. 359. Aper inuisitatus Id. Met. 8 p. 127 Colu. i. nondum visus.*
- INVISIO, si, sum, ēre. [*ἐπισημειώω*] *Idem quod Viso: nisi quid addat compositio vehementiae.* Cic. Att. 1, 20 Et vt iam inuisas nos, non solum rogo, sed etiam suadeo. Plaut. Stich. 1, 2, 9 Iam ego adero, ad meam maiorem filiam inuiso domum. Conf. Capt. 2, 3, 98. Ambulationem alicuius Cic. Att. 4, 9. Arcadiae inuisere 85 Fines Virg. Aen. 8, 159. Domum alicuius Cic. Att. 4, 6. Catul. Argon. 62, 384. Locum aliquem libenter Cic. de Fin. 5, 5. Omnia inuisere *inspicere, recensere* Scribon. 269 *de medicamento, i. peruidere.* Conf. Rhod. in Lex. Scribon. Vir inuisens praelia Catul. 67, 20. Vrbes inuisere Virg. Georg. 1, 25. Mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam diuino numine inuisi Sallust. de Rep. 2, 12, 7.
- INVISVS, a, um. [*ἀόρατος, μυστήρς* Gloss. Lat. Gr.] *Non visus.* Cic. de Arusp. Resp. 57 c. 27 Occulta et matribus non inuisa solum, sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere peruertit. Quidam introcessit et cantauit inuisus et alius citharam pulsauit, qui videbatur nec ipse Apul. Met. 5 p. 160. Add. Vulgat. Eccles. 20, 32. Hieron. Epist. 15 ad Marcellam.
- INVISE. Adu. *Vt, Inuise aduenire Fulgent.*
- INVISIBILIS, e. Adi. Foramina inuisibilia Cels. 1 praef. *sc. humani corporis.* Anima Tertull. de Carne Chr. c. 12. Add. Borrich. 100 Cogit. p. 149. Lactant. 7, 9 Deus inuisibilis.
- INVISIBILITER. Adu. Paullin. Nolanus Epist. 20 ad Delph. c. 3 Et visibiliter et inuisibiliter operaris. August. de Gen. 6, 6.
- INVISIBILITAS, ātis. f. Tertull. adu. Prax. c. 14 Filio competit in sua inuisibilitate.

INVISOR, ōris. m. *Qui inuidet.* Apul. Flor. p. 345.

INVITATIO, etc. *Vid.* INVITO.

INVITIABILIS, e. Adj. *Sine vitio.* Prudent. Psychom. v. 626
Spes inuitiabilis aevi.

5 INVITO, āre. [*προσκαλέομαι, παραγγέλλω*] *Vocare, allicere.*
Ter. Heaut. 1, 2, 11 *Quam vellem Menedemum inuitatum, vt nobis-*
cum esset hodie amplius. Cic. Fam. 12, 4 *Vellem Idibus Martiis*
me ad coenam inuitasses: reliquiarum nihil fuisset. Idem de Senect.
57 *Ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam inuitat*
10 *atque allecat senectus.* *Delectare.* Virg. Georg. 1, 302 *Inuitat ge-*
nialis hiems, curasque resoluit. Plin. 22, 6 *Pinxerat remedia in*
floribus, visuque ipso Animos inuitarat, etiam deliciis auxilia per-
miscens. Animos inuitat pretiis Virg. Aen. 5, 292. *Appetitum*
animi inuitare et allicere Cic. de Fin. 5, 17 c. 6. *Bonitate inuitari*
15 *Sen. de Benef. 3, 13.* Cic. Off. 3, 58 *Et simul ad Coenam hominem*
in hortos inuitavit in posterum diem. *Vid.* Idem Fam. 10, 28. *Alii*
suos inuitandi causa adducunt Caes. B. C. 1, 74. *i. liberali hospitio ac-*
cipiendi. *Conf.* Graev. ad Iustin. 1, 6. *Ad occasionem* Plin. 10, 8.
Culpam inuitant omnia Quid. Epist. 17, 183. Liu. 3, 14 *Benigne sa-*
20 *lutare, alloqui plebis homines, Domum inuitare, adesse in foro.*
Conf. Sallust. Incurth. 78. Nep. 25, 13, 6. *Inuitantes ad Deditio-*
nem Hirt. B. G. 8, 19. *Gloria inuitantur praeclara ingenia* Cic. ad Brut.
15. *In hospitium, et Hospitio inuitare* Liu. 28, 18 pr. Cic. Phi-
lipp. 12, 23 c. 9 *Possessiones enim sunt P. Clodii, tota familia occurret,*
25 *Hospitio inuitabit propter familiaritatem notissimam.* *Inuitans ad*
Humanitatem Petron. c. 111. *Liberaliter in aliquam legationem in-*
vitari Cic. Att. 2, 18. *Ad legendum inuitare, Allicere* Idem Acad.
1, 8. *Regem inuitavit Liquor fluminis* Curt. 3, 5, 2. Cic. Att. 2,
19 *Cosconio mortuo, sum in eius Locum inuitatus. id erat vocari in*
30 *locum mortui.* *Poculis aliquem inuitare, Propinare et praebere:*
Plaut. Rud. 1, 1, 12 *Neptunus magnis poculis hac nocte cum inuitavit.*
Cic. Verr. 2, 45 *Sed tu quum et tuos amicos in prouinciam quasi in*
praedam inuitabas: ac cum illis, ac per eos praedabare: et eos, etc.
Praemiis aliquem Cic. pro Ligar. 12 c. 6. *Quum se cibo vinoque*
35 *laeti inuitarent* Sallust. Hist. 4 *vbi vid.* Curt. p. 991. Plaut. Amph.
1, 1, 127 *Credo equidem dormire solem, atque appotum probe: mira*
sunt, nisi inuitavit sese in coena plusculum. Suet. in August. c. 77
Postea quoties largissime se inuitaret, senos sextantes non excessit.
Interior medias Sinus inuitatus in aedes Rutil. Itin. 1, 245. *i. deriuatus.*
40 *Somnos* Hor. Epod. 2, 28. *Spes inuitat* Plin. 33, 4. *Sternutatio-*
nem inuitat Scribon. 10. Cic. Verr. 4, 75 *Rex denique equis est,*
qui Senatorem Pop. Rom. Tecto ac domo non inuitet? *Vomitio-*
nes Plin. 22, 24. *Cum Infinito,* Liu. 22, . . *Nudantes ceruicem iu-*
gulumque et reliquum sanguinem inuitantes haurire. ¶ 2 *Me-*
45 *taphora comica inuitare est plagis male mulcare* Plaut. Rud. 3, 5, 31 *Ni*
istunc istis inuitassitis vsque adeo, donec, qua domum abeat, nesciat.
¶ 3 *Inuito, pro vitam tollo, vt Euito.* *Gladium ancilla Casinam ha-*
bere ait, qui me atque te inuitet Plaut. Caf. 3, 6, 21. *Sic etiam Lips.*
Ant. Lect. 2, 11.

50 INVITATIVUS, a, um. Partic. [*προσκληθείς*] *Vt, Inuitata im-*
probitas paruulo successu Plin. 2, 23. *Inuitati per domos hospita-*
liter Liu. 1, 9. *Inuitatus in colloquium* Caes. B. G. 1, 35.

INVITATIVUS, ūs. m. [*πλησις*] *Illecebramentum et inuitamentum,*
rogatus. Cic. Fam. 7, 5 *Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita*
55 *mitto, vt initio mea sponte, post autem inuitatu tuo mittendum*
duxerim.

INVITATIO, ōnis. f. *Iucundior vini* Gell. 15, 2. Cic. Att. 9,
14 *In Epirum vero inuitatio quam suavis? quam liberalis? quam fra-*
terna? *Ad dolendum inuitatio* Cic. Tusc. 3, 82 c. 34.

60 INVITAMENTVM, i. n. [*πρόσκλησις*] *Illecebrae, rationes agen-*
di propositae. Cic. Hortens. apud Non. 4, 232 *Voluptates autem nula*
ad res necessarias inuitamenta afferunt senibus. Idem de Fin. 5,
17 c. 6 *extr.* *Inuitamenta naturae prima.* Liu. 2, 42 *Largitiones, te-*
meritatisque inuitamenta horrebant. Cic. Fam. 10, 10 *Is autem*
65 *qui vere appellari potest honos, non inuitamentum ad tempus, sed*
perpetuae virtutis est praemium. *Inuitamentum sceleris* Patercul.
2, 67 pr.

INVITATIVUNCŪLA, ae. f. Dimin. Gell. 15, 2 *in tit.* *Quod*
Plato largiores, lactioresque in conuiujs inuitatiunculas vini non in-
70 *uitales esse existimauerit.*

INVITATOR, ōris. m. Tertull. adu. Marc. 4, 25 *Christus*
aeternae vitae inuitator. Martial. 9, 93, 1 *Ad coenam si me diuersa*
vocaret in astra *Hinc inuitator Caesaris, ille Iouis.* *Add.* Id. 3, 23 *in*
Lemm. Antiqua Inscriptio Romae apud Gruter. p. 598 n. 6

75 AGATHOPVS. AVGG. LIBERT.
INVITATOR.

Conf. Saluian. de Gub. 1 p. 28. Sidon. Epist. 2, 9. et 9, 13.

INVITATRIX, icis. f. Symmach. Epist. 1, 59 *Placet hortatio*
inuitatrix religionis.

80 INVITATORIVS, a, um. Adj. Hieron. Epist. 1. *Et Tertull.*
de Anim. 57 *Operatio inuitatoria.*

INVITIABILIS, e. Adj. [*προσκλητικός*] *Delectabilis, iucundus.*
Gell. 13, 11 *Sermones iucundos, et inuitabiles, et cum quadam ille-*
cebra et voluptate vtilis. Gloss. Lat. Gr. *προτροπικός.*

85 INVITUPERABILIS, e. Adj. *Vituperationi non obnoxius.*
Inuituperabiles condiciones Tertull. adu. Marc. 2, 10. *Add.* Id. ibid.
4, 1. et de Pudic. c. 6.

INVITVS, a, um. Adj. [*ἄκων, ἀέσιος*] *Qui per vim aliquid*
facit, non libenter, tergiversans, contra voluntatem, repugnans, repu-
90 *gnanter, coactus: cui contrarium est* Libens. Plaut. Casin. 2, 4, 23 *In-*
vitus me vides, viam tamen. *Inuitos, non ambientes in remp.*
collocandos Alex. Seuer. apud Lamprid. c. 19. Cic. Verr. 2, 148
Hoc significant, atque adeo aperte ostendunt, sese ad statuas pecu-
niam metu ac malo coactos inuitissimos contulisse. Idem Att. 16, . .
95 *Et quidem vt a me dimitterem inuitissimus, fecerunt Erotis literae.*
Conf. Idem Fam. 13, 64. *Inuiti per vim atque imperium statuas de-*
derunt Cic. Verr. 2, 144. *Sapiens nihil facit inuitus, nihil dolens,*
nihil coactus Idem in Parad. 5, 1. *Facere inuiti et recusantes coacti*
sumus Cic. de Orat. 2, 18 c. 4 *extr.* *Cogendi iudices inuiti, reti-*
100 *nendi contra voluntatem* Idem pro Muraen. 42. *Extorquendum est*
inuito atque ingratis quod non debet Id. pro Quint. 47. Ter.
Heaut. 4, 6, 1 *Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiet, quam inui-*
tus facias. Cic. de Senect. 39 *Itaque feci non inuitus, vt prodessem*
multis tuo rogatu. *Irrumpent etiam ad inuitos* Quinctil. 9, 4, 89.

105 *i. quos ipsi nolint.* Cic. de Fin. 1, 4 c. 2 *In quibus hoc primum*
est

est in quo admirer, cur in grauissimis rebus non delectet eos patrius sermo, quum iidem fabellas Latinas ad verbum de Graecis expressas non inuiti legant. Rogare inuitum Catull. 8, 13. Vim tulit inuitae Ouid. Met. 4, 239. Vis trahit inuitam Idem Met. 7, 19. Me inuitissimo Cic. Att. 5, 21. Add. Fam. 3, 10. Ad aures inuitas peruenit crimen Ouid. de Arte Am. 2, 449. Inuitis diis hominibusque absolutus Cic. Verr. 1, 72. Inuitis vobis Plaut. Caf. 2, 5, 7. Inuita Minerua aliquid dicere aut facere: i. e. Aduersante aut repugnante natura Cic. Off. 1, 110. Hor. in Arte Poët. 385 Tu nihil inuita facies dicesue Minerua. Oculis inuitis adspicienda Ouid. Epist. 9, 124. Vlpian. in l. quod seruus D. depositi. Vel creditur dominum non inuitum fore huius solutionis. i. e. Domino non inuito fieri hanc solutionem.

¶ 2 Vita inuita, βίος, ἀβίωτος, si audimus Bern. Martinum Var. Lect. 3, 9 dicta ab Attio f. Accio in Medea, cuius verba ita ponit, Fors dominatur inique, illi vita prope inuita est: vocat hanc veterem lectionem, quae sua auctoritate et fide vel venientem in suas partes trahat. Sed apud Nonium 4, 346 Gothofredus et Mercerus, itemque H. Stephanus in fragm. sic dederunt, Fors dominatur, neque vita vlli propria in vita est.

¶ 3 In MSS. confundi Inuitus et Inuitus docent Burm. ad Quinct. Decl. 377 p. 773. Drakenb. ad Sil. 4, 679. INVITE, ius, illime. Adu. [ἀκαίως] Ingrato animo, contra voluntatem. Cic. Att. 8, 3 Inuite cepi Capuam, non quo minus illud defugerem. etc. Idem de Orat. 2, 364 c. 89 Quem ego paullo sciebam, vel prudentius, vel inuitius (nolo enim dicere de homine fastidiosius) ad hoc genus sermonis accedere. Inuitissime apud Cic. Fam. 3, 10. olim lectum fuit.

INVIVS, a, um. Adi. [δυσβατος] Per quod iri non potest: cui contrarium est Peruius. Plin. 12, 14 Saba regio vndique rupibus inuia. Lustra Virg. Aen. 4, 151. Maria inuia Teucris Idem Aen. 9, 130. Regna inuia viuis Id. Aen. 6, 154. Saltus inuii Liu. 9, 14. Templa facere inuia Ouid. Met. 11, 414. i. cultum illorum prohibere. Via Virg. Aen. 3, 383. et Ouid. Met. 14, 113. Idem Fast. 5, 582 Et circumfusis inuia fluminibus. sc. gens. Dumosa inuia Sil. 4, 306. Saxa Virg. Aen. 1, 541. Liu. 21, 35 Per inuia pleraque et errores.

INVULA, ae. f. [ἐλέγιον] Herba est, cuius condiendae rationem docet Columel. 12, 46. Vid. Plin. 20, 95. Colum. 10, 119. Pallad. Febr. t. 24. et Nou. t. 18. Acidiae inulae Hor. Serm. 2, 2, 44. Inula arida campania Scribon. 128. Conf. Apul. de Herb. c. 95. Amaras inulas coquere Hor. Serm. 2, 8, 51. Mollicella inula Catull. 23, 2. al. Imula oricilla. Inula rustica Scribon. 83.

INVULTVS, a, um. Adi. [ἀνευδικτυος] Impunitus, de quo non est sumtum supplicium. Cic. de Diuin. 1 c. 27 Mortem suam ne inultam esse pateretur. Idem pro Cluent. 172 Cur hunc esse inultum tamdiu sinis? Impunitum et inultum. Cic. Diu. Verr. 53 Vt caeterorum quoque iniuriae sint impunitae atque inultae. Auferre aliud inultum Ter. Andr. 3, 5, 4. Iacere inultum, vid. IACEO. Hostis Medae nullus inultus erit Quid. Heroid. 12, 182. Pati et relinquere aliquid inultum Cic. pro L. Manili. 11 c. 5. Patiemur haec inultae Ouid. Fast. 4, 595. Cic. pro L. Manil. 11 c. 5 Ius legationis verbo violatum persecuti sunt: vos legatum Pop. Rom. omni supplicio interfectum, inultum relinquetis? Inultus, Cuius iniuriam aut mortem nemo ultus est. Liu. 25, 37 Et ne inultos Imperatores suos iacere sinerent, volebat L. Martius P. et Cn. Scipionum a Carthaginensibus occisorum necem vlcisci. Conf. Cic. Verr. 3 c. 41. Pro Indemni, vel qui est extra periculum. Curt. 3, 4, 4 Vnde inultus subeuntem aut prohibere aut opprimere hostem potuisset. A librariis permutatatur cum Multus: quod vid.

INVUMBRO, aere. [ἐπιανιδίζω] Tegendo umbram facere, et quod dicitur Opacare. Virg. Aen. 11, 66 Instructosque toros obtentu frondis inumbrant. Ora inumbrant coronis Lucret. 3, 926. Tacit. Hist. 3, 19 Inumbrante vespere vniuersum; Flauiani exercitus robur aduenit. Per metaphoram, pro Tueri ac defendere accipitur, inquit Perottus. Plin. in Paneg. 19 Est haec natura sideribus, vt parua et exilia, validorum exortus obscurat: similiter Imperatoris aduentu, legatorum dignitas inumbratur. Varro de L. L. 5, 2 p. 44, 19 Vt Praeneste incisum in Solorio vidi, quod Cornelius iis Basilica Aemilia et Fulvia inumbravit, i. horologio, quod umbra instruxit, posito gnomone.

INVUMBRANS, antis. Part. Apul. Met. 5 p. 162, 22 Iuuenis lanoso barbitio genas inumbrans.

INVUMBRATUS, a, um. Part. Curt. 3, 4 Cydnus multa riparum amoenitate inumbratus. Spelunca frondibus inumbrata Apul. Flor. 1. ¶ 2 Simulatus, umbram veri habens. Furiosus in conspectu inumbratae quietis constitutus Celsus l. 18 §. 1 ff. de acquir. possess.

INVUMBRATIO, onis. f. Mart. Capell. 1 p. 20 Lucifuga inumbratione pallescens, in Plutonis descriptione.

INVUNCO, aere. [ἐναγκιστρέω] Quasi Vnco inuadere et arripere. Lucil. apud Non. 2, 425 Aut qui numos tristis inuncat. Columel. 7, 3 Tum etiam quotidie minuitur lana: quae quanto prolixior in pecore concrefcit, tanto magis obnoxia est rubis: quibus velut hamis inuncata, a pascentium tergoribus auellitur. Vfus est et Apul. Flor. 1 p. 341. it. Apul. p. 293. Clausus inuncans Paullin. Nol. Natal. Felic. 7, 272.

INVUNCTIO, INVUNCTVS, vid. INVUNGO.

INVUNDO, aere. [πλημμύρω] Crescere et extra alueum transfundi, de fluminibus autem proprie dicitur, quae undas suas latius emittunt. Plin. 2, 97 Omnes aestus in Oceano maiora integunt spatia inundantque, quam in reliquo mari. Idem 17, 2 Ergo humor ex his (niuibus) — velut ex vberibus alit omnia, quae non inundat. Aestus maris non inundat insulam Plin. 5, 1. Cic. de N. D. 1, 104 c. 37 Vt terra infimum teneat, hanc inundet aqua, superior aether, ignibus altissima ora reddatur. Liu. 24, 38 Itaque crastino die aut vestro, aut Ennensium sanguine Enna inundabitur. Fossae inundant sanguine Virg. Aen. 10, 24. Cruore campos inundauerit Lactant. de falsa Relig. c. 18. Vrina inundare Valer. Max. 1, 7 ext. 5. Densi inundant Troes Virg. Aen. 12, 280. Hac inundatus Eumolpus invidia Petron. c. 101. Viri diuino Spiritu inundati Tertull. Apol. c. 18.

INVUNDATIO, onis. f. [πλημμυρῖς, ἐπιβροή] Alluuius. Columel. 3, 11 Vel etiam valles, quae fluminum alluuiis et inundationibus concreuerint, aptas esse vineis affeuerat. Plin. 16, 36 Quum igitur anno permanserit inundatio. Ioppe Phoenicum antiquior terrarum inundatione Plin. 5, 3. i. diluuius.

INVUNGO, unxi, unctum, aere. [ἐπαλήνω, ἐπαλείφω] Vix mutat simplicis Vngere significationem. Plin. 8, 54 Mira solertia visco

inungunt oculos. Plin. 18, 30 Sunt qui lentem ficutam oleo inungant. Si quando aliquis hoc fuerit inunctus Scribon. Larg. Compos. 90.

INVUNCTVS, a, um. Partic. Hor. Serm. 1, 3, 25 Oculis male lippus inunctis.

5 INVUNCTIO, ōnis. f. [ἐπάλαμμα] *Mollis frictio ex oleo, siue aspersio.* Plin. 28, 8 Felle glaucomata et suffusiones corrigi prope creditur, tridui inunctione. Idem 20, 5 Magis vero succi inunctione. Add. Cels. 7, 7. Columel. 6, 33.

INVNGITO, āre. Capillum cinere Cato apud Charif. 1 p. 78.

10 INVNITVS, a, um. Adi. Tertull. de Resur. c. 30 Natura tri-formis inunita in Adam. Citatur ex Apul. in Apol. Radii mixti et inuniti. Sed Elmenb. p. 283, 30 Radii nostri — Iunini extrario mixti atque ei vniti. Sic etiam Flor. Al. atque ita vniti. Al. atque ei muniti. Vnde inuniti suspicatur, i. ἐνωθέντες, tanquam magis Africa-

15 num, Pricaeus p. 38, 27.

INVOCO, āre. [ἐπικαλέομαι] *Subsidium petere: et proprie ad deum refertur.* Cic. de N. D. 2, 68 c. 27 Apud nostros Iunonem Lucinam in pariundo inuocant. Inuocare aduocatum ad defendendum

20 Cic. de Orat. 2, 196 c. 47. Auxilia libertati inuocat Tacit. Ann. 15, 59. Blandius alia ad aurum inuocabat Quinctil. 4, 2. Perfae iustissimum ac mitissimum dominum, Macedones optimum ac fortissimum regem inuocantes Curt. 10, 5, 9. i. vocantes. Conf. Id. 3, 11, 25. Sic Acerbae nomine inuocato Iustin. 18, 6, 5. Pseudo-Cic. anteq.

25 iret in exil. 10 Auxilium ab alienis efflagitabit, quum ciues vestros deferatis? sociorum inuocem subsidium, quum a ciuibus interclusum sit praesidium? Deos Ouid. Fast. 6, 516. In auxilium aliquem Quinctil. in proem. 4.

INVOCANS, antis. Partic. Vnde metus et iustae preces inuocantium Tacit. Hist. 4, 79, 2. Add. ib. 4, 73, 3.

30 INVOCATVS, a, um. Part. [ἄκλητος] *Non vocatur.* Cic. Fam. 8, 8 At ego simulatque audiui, inuocatus ad subsellia rei occuro. Cic. de N. D. 1, 109 c. 38 extr. Quid quod etiam ad dormientem eueniunt inuocatae? Inuocati opponuntur inuitatis Vitruu. 6, 8. Conf. Nep. 5, 4, 3.

35 INVOCATIO, ōnis. f. Deorum et Dearum inuocatio Macrobi. Saturn. 1, 16. Quinctil. 6, 1. 9, 2. et 10, 1. Vid. Ascon. Pedian. in Cic. Diuin. p. 32.

INVOLATVS, vid. mox sub INVOLVO.

40 INVOLENTIA, ae. f. Saluian. de Gub. Dei 7, . . . Etsi inuolentia non carent, maleuolentia carent. Baluz. leg. p. 166 inuolentia Vid. deinde INVOLVNTAS.

INVOLVO, āre. [ἐπιπνῶω] *Ad aliquid, in aliquid volare.* Columel. 8, 3 Neque enim debent ipsis nidis inuolare: ne dum adfiliunt, pedibus oua confringant. Varro de R. R. 3, 7 At in villam intro

45 inuolant columbae, de quibus merula, etc. Metaph. Ter. Eun. 4, 3, 5 Qui nunc si detur mihi, vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem venefico. Ibid. 5, 2, 20 Vix me contineo, quin inuolem in capillum. Add. Apul. Met. 6 p. 673. Tacit. Ann. 1, 49 Truces etiam tum animos cupido inuolat. Cic. de Orat. 3, 102 c. 31

50 Ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam, abundantes otio nobis occupatis inuolauerunt. Lucan. 6, 588 — Quid corpore magni Prolecto rapiat, quod Caesaris inuolet artus. Plin. 9, 59 Singulos inuolat verius quam capit. Callist. in l. 6 expugnatur D. de incendio, ruina et naufr. Expugnatur

55 nauis cum — vela conscinduntur, aut ancorae inuolantur de mari. Euolare et Inuolare, contraria Varro de R. R. 3, 11. Colum. 8, 15.

INVOLATOR, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. κλέπτης, Fur, inuolator.

INVOLATVS, ūs. m. Vox Augurum de autum volatu. Cic. Fam. 6, 6 Non ex alitis inuolatu tibi auguror.

60 INVOLITO, āre. Hor. Carm. 4, 10, 3 Et quae nunc humeris inuolitant, deciderint comae.

INVOLVCRIS, e. Adi. [ἀπτήν] *Quod volare adhuc non potest.* Gell. 2, 29 Pulli etiam tunc inuolucres erant.

INVOLVCRVM, vid. INVOLVO.

65 INVOLVNTAS, ātis. f. Tertull. Apol. c. 45 Ex inuoluntate seu necessitate delinquens. Conf. ibid. Rigalt. Vid. INVOLENTIA.

INVOLVNTARIVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 1, 4 Actus inuoluntarius.

INVOLVNTARIE. Adu. Digest. l. 1 t. 3 l. 2.

70 INVOLVO, volui, volūtum, āre. [ἐνέλω, ἐνυλίττω] *Proprie significat voluendo tegere, circumcirca tegere, obruere. Per metaphoram tamen saepius, pro implicare ponitur.* Plin. 11, 24 Aranei lacertarum catulos primum inuoluunt. Virg. Aen. 2, 250 Vertitur interea caelum, et ruit Oceano nox Inuoluens umbra magna terramque polum-

75 que. Carmina historiis caecis Ouid. in Ibin 57. Crinem inuoluit casside Sil. 7, 460. Diem inuoluere nimbi Virg. Aen. 3, 198. Ex fasciola inuoluere Scribon. 47. Feno inuoluere aliquem Ouid. Fast. 4, 705. Fumo vndique inuoluitur Idem Met. 2, 232 de Phaethonte. Saeuum Ingenium variis inuoluens modis Phaedr. 4, 6, 14.

80 Me mea virtute inuoluo, i. Mea virtute me munio aduersus fortunam Hor. Carm. 3, 29, 54. Membrana inuoluat libellum Tibull. 3, 1, 9. Virg. Aen. 6, 336 Auster aqua inuoluens Nauemque virosque. Nemus inuoluunt flammis Idem Georg. 2, 308. Cic. Fam. 9, 20 Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo, aut scribo. Se otio Plin. Ep.

85 7, 3. Trabes et saxa super aliquem Ouid. Met. 12, 507. b. e. Provoluere. Vera obscuris inuoluens Virg. Aen. 6, 100. Ouid. Ep. 9, 86 de Hercule, Scilicet immanes elisos faucibus hydros, Infantem caudis inuoluiffe manum: quinque Syllabis. Virg. Georg. 1, 282 Scilicet atque Ossae frondosum inuoluere Olympum.

90 INVOLVTVS, a, um. Partic. [ἐλυθείς] *Vt, Inuolutum caput, Inuolucris opertum et velatum* Cic. Philipp. 2, 77. Et Verr. 4, 65 c. 28 Imperat suis, vt id in Praetorium inuolutum quam occultissime deferatur. Auriscalpium lana inuolutum Scribon. 230. Cic. Philipp. 7, 19 c. 6 Nec ego pacem nolo: sed pacis nomine Bellum

95 inuolutum reformido. Causa inuoluta obscuritate Cic. de Diuin. 1, 35 c. 18. Manus linteo inuolutae Scribon. 180. Nequitia inuoluta integumentis Cic. in Pison. 12. Notio inuoluta et tecta de fortitudine Idem Tusc. 4, 52. Res inuolutae et occultae Id. Acad. 1, 15 c. 4. Occulta quaedam et quasi inuoluta aperio Cic. Fin. 1, 30

00 c. 9. Res inuolutissima Sen. Quaest. Nat. 6, 5.

INVOLVTE. Adu. Spartian. in Carac. c. 2.

INVOLVTIO, ōnis. f. Vitruu. 10, 1 Tabulae pertegant etiam inuolutionem.

INVOLVTŌ, āre. Apic. 2, 1 Singula inuolutantur folia lauri.

105 INVOLVŌLVS, i. m. [ἄψ] *Idem vermiculus, qui et Conuoluolus dicitur,*

dicitur, quod sese foliis arborum et vitium circumuoluat et implicet. Plaut. Cist. 4, 2, 53 Sed quidnam amabo? L. inuoluolum, qui in pampini folio intortus implicat se. Festus: Inuoluolus, Vermiculi genus qui se inuoluit pampino.

INVOLVCRE, is. n. [*ἐλκτρον*] Linteum, quod tonsores humeris sondendorum inuoluunt, ne capillorum recisamenta, et praesegmina vestem sordident. Plaut. Capt. 2, 2, 17 de sene auro iam emungendo, Nunc senex est in tonstrina; nunc iam cultros attinet: Ne is quidem inuolucra iniicere voluit, vestem vt ne inquinat.

INVOLVCRUM, i. n. [*ἐλκτρον*] Quidquid aliquid tegit et operit. Cic. de N. D. 2, 37 c. 14 Vt clipei causa inuolucrum, vaginam autem gladii, sic praeter mundum caetera omnia aliorum causa esse generata. Idem de Orat. 1, 161 Sic modo in oratione Crassi diuitias ac ornamenta eius ingenii per quaedam inuolucra atque integumenta prospexi: sed ea quum contemplari cuperem, vix adspiciendi potestas fuit. Cic. Q. Fratr. 1, 1 Multis enim simulationum inuolucris tegitur, et quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura. Penultima nonnunquam correpta legitur a Prudentio sed perperam. u. g. Hamart. 921 Corporis inuolucris tumultu frigente repositis.

INVOLVEMEN, inis. n. [*ἐνέλημα*] Gloss. Gr. Lat.

INVOLVMENTVM, i. n. Vulgat. Sap. 7, 4.

INVRBANVS, a, um. Adi. [*ἀπορῆτος, σκαιός*] Urbano contrarium. h. e. Inciuilis, rudis, rusticis moribus praeditus. Cic. de Orat. 2, 40 Inopem quendam humanitatis atque inurbanum. Add. Ib. c. 25 90. Idem de Clar. Orat. 227 Sed omnium oratorum siue tabularum qui et plane indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt, etc. Dicitur Hor. de Arte Poët. 273. Gestus non inurbanus Quintil. 6, 4.

INVRBANE. Adu. [*σκαιός*] Inciuiliter. Cic. de N. D. 3, 50 c. 19 Apud quos non inurbane Stratonicus, vt multa quum, etc. Subaudi, Inquit. Conf. Plin. Epist. 2, 14, 5.

INVRGEO, ēre. Lucret. 5, 1034 Cornua nata prius vitulo, quam frontibus existent Illis iratus petit, atque infensus inurget. h. e. Vrgendo impingit in arbores aut aliud quidpiam.

INVRINO, āre. [*ὑποδύομαι*] Idem quod Vrinare; i. In aquam mergi, et natando emergere. Columel. 8, 14 Lacus piscinaque manu fiant, vt sint quibus inurinare possint aues.

INVRO, ussi, ustum, ēre. [*ἐγκαίω*] Ignito ferro imprimere, vt stigma fronti, et equorum coxis, vt cognoscantur a venditore. Notae et nomina inurunt vitulis Virg. Georg. 3, 158. Adhibito igni pingere: quod genus picturae, encaustice dicitur. Plin. 35, 4 Cuius supra caput tabula bigae dependet: Niceas scripsit se inuisse, tali enim vsus est verbo. Metaphora a priori genere inurendi. Cic. de Pro-

vinc. Consul. 16 c. 7 Sed fruatur sane hoc solatio: atque hanc insignem ignominiam, quoniam vni praeter se iniusta est, putet esse leniorem. Cic. Verr. 1, 113 c. 44. Item Tusc. 3, 19 Proprium est enim irati cupere, a quo laesus videatur, ei quam maximum dolorem inurere. Add. Id. Att. 1, 16. Cic. pro Muraen. 8 c. 4 Quae si causa non esset, tamen vel dignitas hominis, vel honoris eius, quem adeptus est, amplitudo, summam mihi superbiae, crudelitatisque Famam inuississet, si hominis et suis et Pop. Rom. ornamentis amplissimi causam tanti periculi repudiassem. Cic. pro Milon. 33 Quas ille leges (si leges nominandae sunt, ac non faces vrbs, et pestes Reipub.) fuerit impositurus nobis omnibus, atque iniustus? i. In perpetuam Reipubl. ignominiam laturus. Liu. 3, 58 Prehensabat singulos, orabatque, ne Claudiae genti eam iniustam maculam vellent, vt carcere et vinculis viderentur digni. Notae aeternas memoria alicuius Vell. 2, 64, 3. Aeternas maculas alicui Declam. in Sallust. Notam Censoriam alicui Plin. Epist. 9, 13.

INVSTVS, a, um. Partic. [*ἄδικος*] Sanguis iniustus vulnere, h. e. In ipso vulnere vsus: Ardenti enim titione factum erat vulnus Ouid. Met. 12, 275. Iniusta testis candentibus vetus hominis vrina Columel. 7, 5. In quam demersae sint et extinctae testae prae ardore candentes. ¶ 2 Ossa neruis et iniustis plena medullis Lucan. 8, 787. i. non vsis.

INVSITATVS, a, um. Adi. [*ἀπίθης*] Insolitus, praeter consuetudinem, nouus, inauditus. Cic. in Orat. 11 c. 3 Aut reprehendet quod inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus. Idem de Fin. 3 c. 1 Inusitatis verbis vtrentur. Acies inaudita ante id tempus, inusitataque Liu. 4, 33 pr. Clementia Cic. pro Marc. c. 1. Gloria Plin. Paneg. c. 3, 3. Species nauium inusitatio Caes. B. G. 4, 25. Est inusitatum, regem capitis reum esse Cic. pro Deiot. c. 1. Magnitudo Plin. 8, 48.

INVSITATE. Adu. [*ἀπίθων*] quod et INVSITATO dicitur: h. e. Praeter morem et consuetudinem. Plin. in Paneg. 5. Absurde et inusitate scriptae epistolae Cic. Q. Fratr. 1, 2. Et de Clar. Orat. 260 c. 75 Inusitate loqui. Poeta inusitatus contraxerat meum factum pro meorum factorum Cic. in Orat. c. 46. Verbo inusitatus facto dixit Laberius Gell. 11, 15. Decemviri inusitatissime nox pro noctu dixerunt Macrobi. Saturn. 1, 4.

INVSQVE. Adu. Aditum sibi inusque fauces fecit Solin. c. 35. Conf. Auien. in Ora Marit. v. 525. 606. 641.

INVSVS, ūs. m. Ego sum inusu factus nimio nequior Plaut. Most. 1, 2, 65. i. ignauia, non vsu.

INVTILIS, e. Adi. [*ἀχρηστος, ἀχρηστος, ἀχρηστος*] Vtili contrarium. Vt non tantum neget aliquid vtile esse, sed illud saepe intelligatur, esse rem noxiam. Plaut. Pseud. 3, 2, 5 Multiloquum, gloriosum, insulsum, inutilem. Cic. de Inuent. 1, 1 Is inutilis sibi, perniciosus patriae ciuis alitur. Ter inutilis haesit Lingua, ter in primo destitit ore sonus Ouid. Heroid. 4, 7. Cic. de Fin. 1 c. 4 Ab hisque M. Brutus dissentiet, quod et acutum genus est, et ad vsus ciuium non inutile. Nomen Hor. Carm. 1, 14, 13. Qui consensus priuatis interdum inutilis esset, i. noxius Liu. 3, 33, 8. Sic Plin. 27, 7 l. 28 Sed hic (absinthii succus) inutilis stomacho capitique est, cum sit ille decocti saluberrimus. Cels. 3, 21 Promptius iis succurritur, qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas est. Vell. 2, 47, 4 Clodius a Milone exemplo inutili, facto salutari Reip. iugulatus est. Ouid. ex Ponto 2, 8, 59 Quod quoniam nobis inuidit inutile fatum, ubi ostendit Burmannus, qui hanc significationem illustrauerint, nempe Cuper. Obs. 1, 14. Dauif. ad Hirt. B. Alex. 65. Sciopp. Verif. 1, 20. Addimus Cels. 1, 3 de Vomitu, Inutilis et gracilibus et imbecillem stomachum habentibus. Et p. ante h. l. Ex labore sudanti frigida potio perniciosissima est, atque etiam itinere fatigatis inutilis. A balneo quoque venientibus Asclepiades eam inutilem

- iudicauit. Qui mores aut viles, aut inutiles sint Cic. de Ditiu. 2, 11. Alga Hor. Carm. 3, 17, 10. Factu inutile Idem Serm. 1, 4, 124. *i. noxium.* Sic etiam Ouid. Met. 13, 38 — Donec fo-
 5 lertior isto, Sed sibi inutilior, timidi commenta retexit Naupliades
 animi. Stomacho inutilissimum Plin. 22, 24. *i. noxium.*
 INUTILITER. Adu. [*ἀχρηστος*] Hirt. de B. Alex. 65 Multa Ro-
 mae male et inutiliter administrari. Quinctil. 2, 4. Non inutili-
 ter Liu. 3, 51. Compar. Varro de R. R. 3, 5.
 INUTILITAS, atis. f. [*ἀχρησία*] Cic. de Inuent. 2, 158 c. 52
 10 Ex his illud conficitur, vt appetendarum rerum partes sint honestas et
 vtilitas: vitandarum, turpitudine et inutilitas. *i. noxia.*
 INVULGO, are. Vulgare. Gell. 20, 5 Disciplinas libris foras
 editis inuulgasset. Graeuus etiam hanc vocem Ciceroni tribuit
 Att. 2, 1.
 15 INVULGATUS, a, um. Vulgaris. Gell. 11, 7 Inuulga-
 ta et sordentia.
 INVULNERABILIS, e. Adl. Sen. Epist. 9 Animus inuulnera-
 bilis. Add. Id. ad Helu. c. 13.
 INVULNERATUS, a, um. Adl. [*ἀσπυτος*] Vulnerato con-
 20 trarium. Cic. pro Sext. 140 c. 67 Aut omnino inuulnerati, inuolati-
 que vixerunt.
 INVVS, i. m. Idem qui Incubus. Nec diuersus est a Pane, vt
 tradit Seruius. Virg. Aen. 6, 775 Pometios castrumque Inui. Vid.
 FAVNVS.
 25 INVXORVS, a, um. Adl. Summus inuxorae virginitatis gra-
 dus Tertull. de Cast. c. 9.

I O

- IO, ius. f. [*Ἰώ*] Filia Inachi, a Ioue adamata, quam ob Iunonis
 30 interuentum, ne agnosceretur, in vaccam conuertit, eique custodiendas
 Iuno Argum praefecit. Deinde interfecto Argo a Mercurio, post longos
 terrores erroresque restituta formae et Isis Aegyptiorum dea facta est.
 Vid. Ouid. Met. 1, 588 sqq. Et Epist. 14, 85 sqq. Vaga Io Valer.
 Argon. 7, III.
 35 IO, [*ἰώ*] exclamantis Particula est. Tibul. 2, 4, 6 Vtor, io re-
 moue faeuu puella faces. Sil. 4, 781 Clamat io coniux, quocumque
 in cardine mundi Bella moues, huc signa refer. Add. Ouid. Fast.
 4, 447. Exprimit gestientis laetitia affectum. Ouid. de Arte Am. 2, 1
 Dicite io Paean, et io bis dicite Paean. Plaut. Casin. 4, 3, 3 Io hy-
 40 men hymenaeae, o hymen. Io triumphe Hor. Carm. 4, 2, 49.
 Vid. IUBILO. Irridentis interiectio: Plaut. Merc. 5, 2, 110 Nunc
 domi sic decet, sic fieri oportet. E. io! quae tu somnias? hic
 homo non sanus est. al. Eho! Priorem produxisse videtur Ouid.
 Met. 5, 625 Et bis Io Arethusa, Io Arethusa vocauit. Sic Mart. 11, 2
 45 Clamant ecce mei Io Saturnalia versus. Sed apparet, posse enumerari
 diuersimode Syllabas.

I O C

- IOCASTA, ae. f. [*Ἰοκάστη*] Filia Creontis, et uxor Laii, regis
 50 Thebanorum, post cuius necem imprudens nupsit Oedipodi filio suo, ex quo
 suscepit Polynicem et Eteoclem: qui quum mutuis sese vulneribus occidif-
 sent, ipsa quoque se necauit. Hoc est argumentum tragoediarum Graeca-
 rum Latinarumque. De exitu illius Stat. Theb. 11, 625 Regina extule-
 55 rat notum penetralibus enses, etc. Ibid. 8, 642 Prima videt, ca-
 ramque tremens Iocasta vocabat. Et 7, 475 Exfanguesque Iocasta
 genas, etc.
 IOCAVNDVS, IOCATIO, IOCVLATIO, vid. IOCVS.
 IOCVS, i. m. [*κωιδία, κωιδιον*] Plur. hi Ioci, vel haec Ioca.
 60 Iocum vocamus, quod est contrarium Serio. Differt autem Iocus a Ludo,
 quod ludus factis: iocus praecipue verbis fieri dicitur. De iocis et io-
 candi generibus dedita opera agit Cic. de Orat. 2 c. 54 sqq. Quinctil.
 6, 3. Macrob. Sat. 2, 1 — 6. Plaut. Stich. 5, 2, 10 Iocos ridi-
 culos vendo, agite licemini. Cic. Att. 14, 14 Itaque Ioca tua
 65 plena facetiarum, etc. Illi quidem iusiurandum iocus est Cic.
 pro Flacc. c. 5. Quam multa ioca solent esse in epistolis Cic. Phil.
 2 c. 4. Idem de Fin. 2, 85 At quicum ioca et seria, vt dicitur,
 quicum arcana, quicum occulta omnia? Add. Id. Off. 1 c. 29.
 Apta ioco verba Ouid. Epist. 15, 48. Antiqui fabula plena iocis
 70 Ouid. Fast. 2, 304. Extra iocum Cic. Fam. 7, 11. Furtiui iocis
 Ouid. de Arte Am. 3, 640. Illiberalis, vid. ILLIBERALIS.
 Inhumanus Quinctil. 6, 3. Insanus Claud. in Eutrop. 2 praef. 6.
 Lasciuus cuiuspian cum aliquo Plin. 8, 40. Liberales Idem Pa-
 negyr. 49. Liberior Ouid. Fast. 4, 946. Magnus risus iocusque
 75 Hor. Serm. 1, 8, 50. Opportunus Quinctil. 6, 3. Remoto ioco
 Cic. Fam. 7, 11. Ridens Stat. Silu. 1, 6, 6. Saeuus Hor. Carm.
 1, 33, 12. Idem Epist. 2, 1, 149. Superbi Lucan. ad Pison. 103.
 Venenatus Ouid. Trist. 2, 566. Admittere iocos, vid. ADMITTO.
 Ouid. Met. 3, 320 — Vacuaque agitasse remissos Cum Iunone io-
 80 cos. Difficile est, tristi fingere mente iocum Tibull. 3, 7, 2.
 Inferere turpes iocos historiae Ouid. Trist. 2, 444. Mouere alicui
 risum et iocum Hor. Epist. 1, 19, 20. Si quid per iocum dixi, no-
 lito in serium conuertere Plaut. Poen. 5, 5, 41. Conf. Amph. 3, 2, 39.
 Vti Cic. Off. 1 c. 29. Petron. c. 57 Spero me sic viuere, vt nemini
 85 iocus sim. Idem c. 17 Religionis iocum facere. Vid. Ludus et
 Iocus, in LVDVS.
 IOCVLVS, i. m. Dimin. [*κωιδιόλιον*] Plaut. Mostell. 3, 3, 20
 Egone te ioculo modo ausim dicto aut facto fallere? Conf. Idem
 Truc. 1, 2, 11.
 90 IOCO. Adu. Per iocum, quod et Iocose dicitur: h. e. Festiue.
 Ter. Heaut. 3, 2, 30 Iocone, an serio illaec dicat, nescio. Idem
 Eun. 1, 2, 89.
 IOCOSVS, a, um. Adl. [*κωιδώδης*] Serio contrarium. Fur-
 tum iocosum Hor. Carm. 1, 10, 7. Martial. 1, 20 Non potuit me-
 95 lius litem finire iocosam. *i. Iocis et ridiculis plenam.* Ludi Ouid.
 Fast. 5, 183. Plin. 35, 10 Idem iocoso nomine Gryllum ridiculi ha-
 bitus pinxit. Quinctil. 6, 4 Dictorum vrbanozum alia seria, alia
 iocosa, alia media. Res Cic. Off. 1 c. 37. Sermo tristis et
 Iocosus, contraria Hor. Serm. 1, 10, 11. Verba Ouid. Fast. 6, 692.
 100 Varro de R. R. 2, 5 At Quintus Luceius Senator homo quamuis huma-
 nus et iocosus. Hor. Epist. 1, 19, 89 Oderunt hilarem tristes: tri-
 stemque iocosi.
 IOCOSE. Adu. [*κωιδιώς*] Festiue, hilariter. Cic. Q. Frat. 2, 12
 Eumque lusi iocose satis. Idem Fam. 9, 24. Compar. Dicere
 105 aliquid iocosius Hor. Serm. 1, 4, 103.

IOCVLARIA, ac. f. Sarisb. Epist. 245 Importuna narratio instar musicae est in luctu funeris ioculariam exercentis. *Proprie Adiectivum est, intellecto nomine Ars.*

IOCVLARIVS, a, um. Adi. [*παίζόμενος*] Quod ioco dicitur, et ioco dignum est, neque serium est aut graue. Hor. Seru. 1, 1, 23 Praeterea ne sic, vt qui iocularia ridens Percurram. Iocularium in malum insciens paene incidi Ter. Andr. 4, 5, 43. Vbi Donatus: Iocularium e contrario pro graui, et molesto ac nimio: iocularium igitur καὶ ἀντιφράσει.

IOCVLARITER. Adu. [*παίζόμενος*] Per iocum. Plin. 22, 22 10 Haec est quam Aristophanes Euripidi Poetae obiicit ioculariter. Suet. Aug. c. 75 Festos et sollemnes dies profusissime, nonnunquam ioculariter tantum celebrabat. Conf. Spart. Hadr. c. 12.

IOCALITER. Idem. Ammian. 15, 12 Quos iocaliter Murcos appellant.

IOCVLĀTOR, ōris. m. [*παίκτης*] Iocosus. Cic. Att. 4, 16 Huic ioculatorem senem illum, vt noras, interesse sane nolui. *al.* Ioculatorium.

IOCVLĀRIS, e. Adi. Idem. Ter. Phorm. 1, 2, 84 Iocularem audaciam. Casus Cic. de Fato c. 8. Ammian. l. 20. Cic. de Fato 15 c. 8 O licentiam iocularem. Idem de Legib. 1, 53 c. 20 Ioculare istud quidem, Pomponi, et a multis saepe derisum. Conf. Suet. Neron. c. 42. Et Liu. 7, 2. Phaedr. 4, 1, 1 Ioculare tibi videtur et sane leue. Nomen Aufon. Parental. 5.

IOCVLATIO, ōnis. f. Firmic. 5, 4 *ad fin.* Ioculationibus dediti, canticis, et voluptatibus. Idem 5, 5.

IOCVLATORIVS, a, um. Adi. Diomed. Gramm. . . . Ioculatoria quaedam pronunciare. Vid. IOCVLATOR.

IOCVLAX, ācis. Gloss. Gr. Lat. γελῶν, ioculax.

IOCVLOR, āri. Vnde

IOCVĪANS, antis. Part. Liu. 7, 10 Inter carminum propemodum incondita quaedam militariter ioculantes, Torquati cognomen auditum.

IOCVLANTER. Adu. Sidon. Ep. 1, 2.

IOCOR, āri. Dep. [*παίζω*] Non serio, sed per ludum, item facete, et cum venustate aliqua loqui. Ter. Eun. 2, 3, 86 Quid agis? iocabar equidem. CH. garris? Cic. de Fin. 4, 30 Habent enim accessionem dignam in qua laboretur, vt mihi in hoc Stoici iocari videantur interdum, quum ita dicant. Idem Fam. 2, 4. In faciem per multa iocatus Hor. Seru. 1, 5, 62. Carum nescio quid lubet iocari Catul. 2, 6. ¶ 2 Iocabo, actiue dicit Plaut. Caf. 4, 4, 20.

IOCANS, antis. Part. [*παίζων*] Ioco aliquid dicens, nec serio agens. Cic. Acad. 4 c. 6 Fabriciusque si opus erit, verba: ne id sibi (me appellabat iocans) hic licere putet sibi. Mimi obscena iocantes Ouid. Trist. 2, 497. Iocantium libido Petron. c. 26.

IOCĀTIO, ōnis. f. Iocosa et faceta narratio aut locutio. Cic. Fam. 9, 16 Nunc venio ad iocationes tuas. Idem Att. 2, 8.

IOCABVNDVS, a, um. Adi. Valer. Max. 2, 15 Iuuentus rudi atque incomposito motu corporum iocabunda gestus dedit. Idem 1, 8 ext. 8. Et 3, 2 ext. 6. Et Laetant. 2, 7.

IOCISTA, ac. m. Qui iocatur. Gloss. Isidor. Vid. Barb. Aduers. 11, 29.

I O H et I O L

IOHIA, Interiectio renuentis Plaut. Merc. 4, 3, 31.

IOĪ. n. Indecl. Numidiae vrbs, quae postea Colonia Caesarea dicta est, de qua sic Strabo lib. vlt. In hac ora ciuitatem fuisse nomine Iol, quam quum Iuba, Ptolemaei pater, munit, mutato nomine Caesaream vocauit. Caesarea igitur dicta est non ob Claudium, cuius iussu Colonia facta est, sed in gratiam Augusti magis, cuius liberalitate, quum post victum patrem Iudam, Romae in triumpho ductus esset, miro in eo elucente ingenio, restitutus est in regnum. Vid. Melam 1, 6. et Plin. 5, 2. Oliuarius dicit nunc vocari Bugiam.

IOĪAS, ac. m. Virg. Ecl. 2, 57. et 3, 76. Augustum intelligi volunt dictumque Iolam, quasi Iulum.

IOĪAVS, i. m. [*Ἰόλαος*] Iphicli filius fuit, a quo Sardinii Iolenses Strab. 5 dicti sunt: quia illam insulam ad pacem reduxit. Hyantaeus Iolaus Ouid. Met. 8, 310. Idem 9, 399.

IOĪCOS, i. f. [*Ἰωλκός*] Oppidum Thessaliae. Pompon. 2, 3. et Plin. 4, 9. Conf. Lucan. 3, 192. Et Hor. Epod. 5, 21.

IOĪCIACVS, a, um. Adi. Vt, Vota Iolciaca Virg. in Ciri 377. Portus Iolciacus Ouid. Met. 7, 153.

IOĪLE, es. f. [*Ἰόλη*] Euryti Aetoliae regis filia fuit, quam amauit Hercules. Vid. Ouid. Met. 9, 594. Et Epist. 9, 133.

I O N

ION, i. n. Gemma, apud Indos violacea, quae raro saturo colore luccit Plin. 37, 10.

ION, ōnis. m. [*Ἴων*] Ion, Xuthi filius: a quo Ionia dicta est Atheniensium ciuitas; sicut a Cecrope conditore Cecropia, et a Mopso Mopsopia. Conf. Stat. Theb. 8, 454. Plin. 18, 32. 34, 8. et 37, 10.

IONAS, ac. m. Propheta V. T. Vid. Prudent. Cath. 7, 101. Et Sidon. Carm. 16, 26.

IONES, IONIA, etc. vid. statim.

IONAEVS, a, um. Adi. Iuuen. 2, 711 Hic et Ionacis monitis potiora iubentur.

IONES, um. m. Populus Ioniae. Vid. Isidor. 9, 2.

IONIA, ac. f. [*Ἰωνία*] Regio minoris Asiae, media inter Cariam et Aeoliam, ab Ionio Atheniensium duce cognominata, qui eam regionem subegit. Vel a Iano Iaphet filio: vt Iosephus inquit Antiq. 1, 11. Ionia, Regio est Graecorum, in qua sunt vrbes, Ephesus, Miletus, Priene, Clazomene, etc. Ab Ortu Lycaones et Lydos habet, a Septentrione Aeoles, vt a Meridie Cares. Ioniae situm describit Plin. 5, 29. Diues Ouid. Fast. 6, 175. Mollis Propert. 1, 6, 21.

IONICVS, a, um. Adi. [*Ἰωνικός*] Quod est ex Ionia. Ionicus, nullo adiuncto, pro Saltatore. Plaut. Stich. 5, 5, 28 Qui Ionicus aut cinaedicus, qui hoc tale facere possit? Ionicum autem saltatorem fere molliculum et effeminatum delicatiusque se mouentem interpretor. Sic Pseud. 5, 1, 29 Orant me vt saltem — Qui probe Ionica perdidici. Huc pertinet Perf. 5, 2, 4-5. Huc respicit Hor. Carm. 3, 6, 21 Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo, etc. Ad has saltationes pertinuisse videtur Ionicus a maiori, Pes constans ex spondeo et pyrrhichio: vt praeconium. Ionicus a minori, ex pyrrhichio et spondeo: vt

Diomedes. Vid. Mart. Capell. 5. Et Isidor. 1, 16. *Multa sunt apud Vett. Grammat. v. g. p. 1823. it. 2658 sq.*

IONICE. Adu. Per dialectum Ionicam Gell. 6, 14.

IONIACVS, a, um. Adi. [*Ἰωνιακός*] Vt, Puellae Ioniacae

5 Ouid. de Arte Am. 2, 219. Conf. Idem Epist. 9, 73.

IONIVS, a, um. Adi. Ionium mare, ab Ionia regiuncula extremae Italiae Solinus dictum ait: vid. c. 36. *Alii aliter. Est certe mare inter Italiam et Graeciam interiectum.* Plin. 3, 6 et 8. Aequor Ionium nauigat Ouid. Met. 15, 700. Immensum Ionium Idem

10 ibid. 4, 534. Mare Ionium Virg. Aen. 5, 193. Liu. 23, 33.

Magnum Ionium Virg. Aen. 3, 211. Sinus Ionius Hor. Epod. 10, 19.

Trucis Ionii rabies Stat. Theb. 6, 52. Ponamus adhuc Catulli 83

extr. in Arrium anbelatorem, Quum subito adfertur nuncius horribilis

Ionios fluctus, postquam illuc Arrius isset, Iam non Ionios esse,

15 sed Hionios.

IONTHVS, i. m. [*Ἰωνθός*] Tumor in facie. Priscian. 1, 18.

IONTHĪTIS, idis. f. Herba, quae et Aristolochia. Apul. de Herb. c. 19.

I O P

20 IOPAS, ae. m. Nomen Afri coniuuae Didus. Virg. Aen. 1, 744

Cithara crinitus Iopas Personat aurata, docuit quae maximus Atlas.

IÖPE, es. f. Nomen Nymphae apud Propert. 2, 28, 52.

IOPPE, es. f. [*Ἰόπη*] Vrbs Iudaeae maritima antiquissima, regia

25 quondam Cephei regis, patris Andromedae, ut scripsit P. Mela 1, 11.

Et Plin. 5, 13.

IOPPICA, ae. f. Iudaeae toparchia. Plin. 5, 14.

I O R et I O S

30 IORDANIS, is. m. [*Ἰορδάνης*] Fluuius Iudaeae eximiae suauitatis, ut scribit Plin. 5, 5. Vide interpretationem nominum Hebraicorum, inter Opp. Hieron. Et Isidor. 13, 21. Tacit. Hist. 5, 6, 4 dicitur Iordanes.

IÖS, ii. f. [*Ἰός*] Insula vna ex Cycladibus, in qua sepultus est Homerus oraculo iubente: quoniam mater eius ex Io esset, ipse certa matre, incerta esset patria Plin. 4, 11.

IÖSEPH, vel IOSEPHVS, i. m. Vid. Iuuen. 4, 721 Hic ab

Arimathia nomen gestabat Ioseph, Conf. Arat. Apost. 1, 105.

40 ¶ 2 Historicus, Hierosolymae Vespasiani captiuus. Vid. Suet. Vesp. c. 5.

I O T

IÖTA, n. Indecl. [*ἰώτα*] Nomen literae Graecae. Cic. de Orat. 3, 43

45 c. 12 Quare Cotta noster, cuius tu illa lata Sulpicii nonnunquam imitaris, ut Iota in literam tollas, et e plenissimum dicas. Martial. 2,

93 Vnum de titulo tollere Iota potes.

IOTACISMVS, i. m. Grammaticis est, ubi litera I concumulatur: ut Iuno Ioui irascitur; vel quoties in hac litera duplicatur sonus; ut

50 Troija, Maija. Mart. Capell. 5 p. 167 Iotacismus, ut si dicas Iunio Iuno Iouis iure irascitur. Et Isidor. 1, 31.

IÖVIS, olim recto casu dictus. Priscian. 6 p. 695 fn. Iouis Nominatio quoque casu inuenitur. Caccilius in epistola, Nam nouus quidem Deus reuertus est Iouis. Actius — Lucifera lampade

55 exurat Iouis arietem. Varro L. L. 7, 38 extr. p. 98, 35 Nunc in consuetudine dicere pro Iouis Iuplter etc. Plura collegerat iam

Briffon. de Form. 1, 70 p. 39. Sic Apul. Met. 4 p. 157 Quem tremit ipse Iouis. Petron. c. 47 Hoc solum vetare ne Iouis quidem potest.

Idem 58 Tibi Iouis iratus est. Etiam Liu. 1, 10 liber Modii MS. ita

60 habet Iouis Feretri, haec tibi victor Romulus. Sed merito uni Codicet hoc tribuere noluit Drakenborchius, uti lectionem vulgatam, Iupiter, mutaret. Iouis nominandi casu est in Enniani versiculis de Dis consentibus, vid. CONSENTES. Apul. Met. 4 p. 157, 30 Quem tremit ipse Iouis, quo Numina terrificantur, de Cupidine. Saepe ita Hyginus v. g. Fab. 53. 54. 63. 75 etc. Obliquos damus voce

IÖPITER.

IÖVIÄLIS, e. Adi. Iouialis incontinentia Arnob. 5 p. 162. Pel-

lacia Ibid. p. 171. Iouialium poculorum minister Macrob. Saturn. 5, 16.

70 IÖVISTAE, Compositum a Ioue et iustae Fest. Sed locus corruptus est.

IÖVIVS, a, um. Adi. Arnob. 6 Ex nomine Iouio. De Iouii et

Herculis appellationibus in numis. Vid. Spanh. Diff. 12 p. 495.

I P H

IÖPHI, [*Ἰφι*] In compositis Graecis vim et impetum significat: ut

Iphianassa sit viribus et potenter regnans, etc.

IÖPHIANASSA, ae. f. [*Ἰφιανασσα*] Melampodis vxor fuit, et

80 Proeti filia, ob pulchritudinem a Iunone in furorem versa, sed a Melampo sanata. ¶ 2 Agamemnonis filia, quae Iphigenia alias.

Lucret. 1, 86 Triviai virginis aram Iphianassai turparunt sanguine foe-

de. Vid. Muncker. ad Hygin. Fab. 98.

IÖPHIAS, vid. post IÖPHIS.

85 IÖPHICLES, is. [*Ἰφικλῆς*] s. IÖPHICLVS, i. m. [*Ἰφικλος*] Amphitryonis et Alcmeneae filius, uno partu cum Hercule editus, Iolae pater; sepulcrum habet apud Pheneum, Arcadiae urbem, ut scribit Pausanias. Conf. Strab. 5. Vid. Seru. ad hunc locum Virg. Aen. 8, 288 Vt prima nouercae Monstra manu, etc.

90 IÖPHIGENIA, ae. f. [*Ἰφίγενεια*] Agamemnonis filia, quam ad placandum Numen Dianae, et navigationem classis ab Aulide impetrandam, Calchas maclandam in sacrificio apud Aulidem censuit: reliqua dicemus verbis Hygin. f. 98 Quam cum in Aulidem adduxisset, et parens eam immolare vellet, Diana — ceruam pro ea supposuit, Iphigeniam-

95 que per nubes in terram Tauricam detulit, ibique templi sui sacerdotem fecit. Vid. Seru. ad illud Virg. Aen. 2, 116 Sanguine placatis ventos, etc. Propert. 3, 5, 53 Hoc iuvene amisso classem non soluit Atrides, Pro qua maclata est Iphigenia mora. Vid. ARGYN-

NIS. Conf. Ouid. Met. 12, 32. et Beroald. ad Apul. 8 p. 72.

100 IÖPHIMEDIA, ae. f. Vxor fuit Aloei, quae compressa a Neptuno, duos peperit, Otum et Ephialtem: qui digitis nouem per singulos menses crescebant. Haec Seru. ad illud Virg. Aen. 6, 582 Hic et Aloidas geminos, immania vidi Corpora. Vid. ALOEVS.

IÖPHINASSA, vid. IÖPHIANASSA.

105 IÖPHINÖE, es. f. Soror Iphianassae, quam supra vide. Conf. Virg.

Virg. Ecl. 6, 48. et Ouid. Met. 5, 326. ¶ 2 *Mulier Lemnia, quae cum reliquis consilium cepit, viros ab expeditione Thracica reducere trucidandi.* Vid. Val. Flacc. 2, 162 et 327.

IPHINOVS, i. m. *Vnus ex Centauris, apud Ouid. Met. 12, 210.*
 IPHIS, idis. m. [*Iphis*] *Puer liberali specie quum Anaxareten puellam incredibili amore prosequeretur, neque tamen redamaretur ab ea, laqueo se suffocauit, atque onus infelix elisa fauce pependit, inquit Ouid. Met. 14, 700.* ¶ 2 *Mercurii filius, vnus Argonautarum* Val. Flacc. 1, 441. ¶ 3 *Dux aut Miles* Stat. Theb. 8, 447. ¶ 4 *Puella Cretensis nuptiarum die in marem mutata:* 10
 Vid. Ouid. Met. 9, 700 sq.

IPHIAS, adis. f. *Iphidis filia Euadne, quam alii Martis filiam volunt.* Vid. suo loco. EVADNE, quae dicitur Iphias. Ouid. Trist. 5, 14, 38. Et ex Pont. 3, 1, III. Et de Arte Am. 3, 22.

IPHITVS, i. m. *Vir fuit Troianus, quem Homer. Iliad. 8. Maximus armis esse dixit.* Virg. Aen. 2, 435 *Iphitus et Pelias mecum etc.* ¶ 2 *Filius Praxonidis, siue Hemonis, qui primus Olympiada instituit.* Naubolides Iphitus Val. Flacc. Argon. 1, 363.

I P S

IPSE, a, um. [*αὐτός, αὐτή, αὐτό*] et antique IPSVS, Gen. ipsius, cuius Media sine discrimine corripitur et producitur. Vid. Virg. Georg. 1, 452. et Aen. 5, 410. Ter. Andr. 2, 3, 3 *Ipsus sibi esse iniurius videatur.* Conf. Plaut. Aul. 3, 1, 7. Nil mihi rescribas, attamen ipse veni Ouid. Heroid. 1, 2. *Opponit virum epistolae.* Pronomen demonstratiuum, aliis Pronominibus iunctum, eorum accipit significationem. Ut, Ego ipse, Tu ipse. Ter. Adelph. 4, 2, 44 *Apud ipsum lacum.* Idem Adelph. 4, 4, 18 *Ipsum id metuo vt credant, etc.* Absque aliis per ellipsim prolatum, et tamen eorum habens significationem, quae cum eo subaudiuntur. Virg. Aen. 2, 5 — *Quaeque ipse (ego) miserima vidi.* Ut ipsum (illud) quod maneam in vita, peccare me existimem Cic. Fam. 4, 13 pr. Virg. Ecl. 1, 10 — *Et ipsum (me) Ludere quae vellem calamo permisit agresti.* Quint. 11, 1, 22 *Ipsos erubescere etiam quum ab aliis laudamur, decet.* b. e. Nos. ¶ 2 *Cum Pronominibus, Me, mihi, te, tibi, se, sibi, non semper casu conuenit, sed potius nominandi casu tanquam subiectum agens potius Verbo suo accommodatur. Si quid sit differentiae, ista forte fuerit, quam sub exemplo indicabimus: Medice cura te ipse, noli expectare alios medicos: Medice cura te ipsum, non alios.* Ter. Andr. 3, 2, 15 *Se ipse fallit.* Et Adel. Pr. 4 *Indicio de se ipse erit.* Cic. Fam. 3, 11 pr. *Mihi ipse assentior.* Ibid. 4, 5 *Mali medici ipsi se curare non possunt.* Et 4, 13 *Mihi ipse displiceo.* Idem 6, 10 *Agam per me ipse, et moliar, etc.* Add. 4, 8. Sum mihi ipse testis Cic. Fam. 6, 10. Vid. Riuus ad Cic. Fam. 7, 1. Indicio de se ipse erit Ter. Adel. Prol. 4. Nihil audacter per se ipsi sine P. Sulla facere potuerunt Cic. pro Sulla c. 24. Nunc tibi met ipse supplicia irroga Sen. Hippol. v. 1217. Cic. Tusc. 1, 40 c. 17 *utraque ratio coniungitur, Ego enim ipse cum eodem ipso non inuitus errauerim.* ¶ 3 *Relatiuum est Ter. Eun. 2, 2, 32. Tanquam philosophorum habent disciplinae ex ipsis vocabula.* Ibid. 3, 3, 9 *Ipsi accumbere.* Pro recipro. Cic. Off. 1, 16 *Si lumen de suo lumine accendat, facit vt nihilominus ipsi luceat.* Conf. Nep. 23, 2, 2. Curt. 7, 10, 4. Et Sen. Benef. 3, 23. Cic. pro Sext. 151 *Quis vnquam Consul Senatam ipsius decretis parere prohibuit? i. suis.* 55
 Et pro Balbo 2 *Nihil vnquam audiui, quod mihi — dici videretur — de (se) ipso modestius.* Sic Inter ipsos, pro Inter se. Quint. 8, 6 *Circa quem inexplicabilis et grammaticis inter ipsos, et philosophis pugna est.* Idem 10, 2 *Diuersa est causarum inter se ipsas conditio.* Repetito Nomini adiunctum est Cic. Att. 1, 1 *Rogavit me Caecilium, vt adessem contra Satyrum.* Et paulo post sequitur, *Sane sum perturbatus cum ipsius Satyri familiaritate, tum Domitii.* b. e. Praedicti vel praefati Satyri. ¶ 4 *Emphasim, id est expressionem alicuius rei, quam sic inuimus, habet: vt si dicam, Ipse pater, de quo minus credendum esset, qui hoc fecit.* Ter. Adelph. 4, 7, 43 *Ipsa si cupiat Salus, seruare prorsus non potest hanc familiam.* Ter. Adel. 1, 2, 59 *Iste tuus ipse sentiet posterius, quod nunc aliis non credit, ipse sentiet.* Virg. Aen. 2, 264 *Et ipse doli fabricator Epeus.* Idem ibid. 4, 365 *Ioue missus ab ipso.* Ipse egomet solui argentum: maiorem quandam vim habet quam ego ipse Ter. Adelph. 4, 70 4, 18. Tute ipse Ter. Andr. 1, 1, 124. Homo ipse nusquam est Ter. Eun. 3, 4, 5. Flos ipse Ter. Eun. 2, 3, 27. Idem ibid. 5, 2, 66 *Adest optime ipse frater.* Se Ipsa res aperit Nep. 4, 3, 7. Rem Ipsam loqui Ter. Andr. 1, 2, 28. Res ipsa Idem ibid. 3, 3, 49. Et Eun. 4, 4, 37 *Res ipsa indicat.* Item, Rem ipsam dic Ter. Andr. 5, 3, 2. Re ipsa mihi dolet Idem Adel. 4, 7, 15. Ecce ipsum video Ter. Andr. 3, 4, 26. Et Eun. 5, 1, 19 *Habemus hominem ipsum.* Et ibid. 2, 3, 64 *Istunc ipsum.* Ipsum me nosti Ter. Eun. 3, 5, 18. Te ipsum expectabam Ibid. 4, 6, 5. In ipsis nuptiis Ter. Andr. 5, 4, 13. In tempore ipso Ibid. 5, 6, 10. 80

¶ 5 *Observat. Superl. comicus, Plaut. Trin. 4, 2, 146 Ergo ipse es? c. ipissimus: abi hinc ab oculis.* Ipsusce, pro Ipsius Maer. Sat. 5 ult. *Observat Casaub. ad Theophrasti Charact. περί κολωνίας, et apud Graecos Pronomen αὐτός, et apud Latinos Ipse, voces seruorum aut discipulorum fuisse, quibus vel dominos vel magistros suos appellarent, proprio nomine dissimulato.* Sic Plaut. Cas. 4, 2, 10 *Quid tu hic agis? A. ego eo, quo me ipsa misit.* i. Hera. Vid. Heins. ad Hesiod. O. et D. p. 226. Sic αὐτός ἐξου discipulorum vox erat, cum de praeceptore loquerentur. Ita Ille apud Cic. Fam. 6, 19 et 20. *Caesarem notat.* Vid. Pet. Victorium. Ipse cum Numerabilibus indicat, nos accurate non rotunde designare numerum velle, 90
 vt Cic. Att. 3, 21 *Triginta dies erant ipsi, quum has dabam literas, per quos nullas a vobis acceperam.* Idem Fam. 2, 8 *Ego cum Athenis decem ipsos dies fuisset: vbi plura Man. et Gronou.* Cic. Brut. 61 c. 15 *Cato qui — mortuus est annis LXXXIII ipsis ante me consulem.* Ipse, pro Sponte sua, per se. Cic. de Clar. Orat. 95

34 *Ipsa enim natura circumscriptione quadam comprehendit concluditque sententiam.* ¶ 6 *Connubia Pronominum: Cic. de Diuin. 1, 104 c. 46 extr. Sed idipsum est deos non putare, quae ab his significantur, contemnere.* Hoc ipsum ita iustum est Cic. Off. 1 c. 9. Hoc ipsum nihil agere et plane cessare, delectat Cic. de Orat. 2, 24 c. 6. 100
 Hoc est ipsum esse contra se copiosum, disertum Cic. de Diuin. 2, 83. Hoc ipso tempore Idem Off. 2 c. 2. Quod ipsum Cic. in Somn. Scip. 20. Idem de Orat. 1, . . . Quod ipsum est tamen magnum. Idem pro L. Manil. 17 *Quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent.* Qui ipse tum fuit Cic. de Clar. Orat. 29. Idem 105

¶ 7 *Idem pro L. Manil. 17 Quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent.* Qui ipse tum fuit Cic. de Clar. Orat. 29. Idem 105

¶ 8 *Idem pro L. Manil. 17 Quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent.* Qui ipse tum fuit Cic. de Clar. Orat. 29. Idem 105

¶ 9 *Idem pro L. Manil. 17 Quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent.* Qui ipse tum fuit Cic. de Clar. Orat. 29. Idem 105

¶ 10 *Idem pro L. Manil. 17 Quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent.* Qui ipse tum fuit Cic. de Clar. Orat. 29. Idem 105

¶ 11 *Idem pro L. Manil. 17 Quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent.* Qui ipse tum fuit Cic. de Clar. Orat. 29. Idem 105

¶ 12 *Idem pro L. Manil. 17 Quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent.* Qui ipse tum fuit Cic. de Clar. Orat. 29. Idem 105

¶ 13 *Idem pro L. Manil. 17 Quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent.* Qui ipse tum fuit Cic. de Clar. Orat. 29. Idem 105

¶ 14 *Idem pro L. Manil. 17 Quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent.* Qui ipse tum fuit Cic. de Clar. Orat. 29. Idem 105

¶ 15 *Idem pro L. Manil. 17 Quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent.* Qui ipse tum fuit Cic. de Clar. Orat. 29. Idem 105

¶ 16 *Idem pro L. Manil. 17 Quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent.* Qui ipse tum fuit Cic. de Clar. Orat. 29. Idem 105

¶ 17 *Idem pro L. Manil. 17 Quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent.* Qui ipse tum fuit Cic. de Clar. Orat. 29. Idem 105

pro Muraen. 50 Nisi eum, qui ipse miser esset. Cic. Att. 8, 23 Nec
 me Consules mouent, qui ipsi pluma aut folio facilius mouentur.
 Idem hoc ipsum, *maximam emphasis et repetitionis gratiam habet.* Cic.
 Tusc. 3, 26 Nihil grauius, nihil Philosophia dignius, nisi idem hoc
 5 ipsum honeste, sapienter, iuste ad voluptatem referre. Idem ipse
 Mithridates Cic. pro L. Manil. 49. Ego ipse cum eodem ipso Id.
 Tusc. 1 c. 17. Ob eam ipsam causam Cic. de Amic. c. 20. Idem
 de Orat. 2, 75 Quaerebant ab Annibale, quidnam ille ipse de illo phi-
 losopho iudicaret. Idem pro Marcel. 8. Illi ipsi custodes Nep.
 10 10, 9, 6. Ille ipse diuinationis auctor Chrysippus Cic. de Diuin. 2,
 61. Illud ipsum quod est optimum Idem in Orat. 6. In illo ipso
 malo Cic. pro L. Manil. c. 9. Illo ipso tempore, illo ipso anno
 Idem post Redit. in Senat. 4. Et Att. 4, 1 Ipso illo die, quo lex
 est data. *Add. ibid. 5, 4. Isti ipsi qui, etc.* Cic. Tusc. 2. Isti
 15 ipsi virtutis magistri Idem pro Mur. c. 31. Istum ipsum, inquam,
 Brute, dico librum Cic. de Clar. Orat. . . . Cur Respub. COS.
 isto ipso defensa non est Idem Att. 7, 3. Si quis istas ipsas artes
 illustrare velit Cic. de Orat. 1, 61. Eo ipso die Cic. Att. 1, 1.
 Idem Fam. 15, 18 Longior epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita
 20 esset a me, quum iam iretur ad te. Idem . . . Ea enim ipsa
 hora acceperam literas tuas. Ii tamen ipsi dii Cit. de N. D. 3, 77.
 Idem Fam. 15, 17 Atque id ipsum facerent commodius, si, etc.
 Cum id ipsum dicere, nunquam sit non ineptum Cic. de Orat. 3, 112.
 Et Att. 7, . . . Nisi forte id ipsum est falsum, discessisse illum, etc.
 25 Hic ipse, et Hoc ipsum: Cic. de Fin. 2, . . . Velut in hoc ipso de
 quo nunc disputamus. *Ibidem, Itaque hinc ipse iam pridem reie-*
ctus est. Cic. de Orat. 1, 73 Sic in orationibus hisce ipsis. Idem
 Att. 7, . . . Sed ego hoc ipsum velle miserius esse duco. Natall
 suo ipso die Cic. Att. 4, 1. Idem de Arusp. Resp. 36 Hoc quid
 30 sit, per se ipsum non facile interpretor, sed ex eo, quod sequitur,
 suspicor, etc. *A librariis permisceri Ipse et Iste, notat Drakenb. ad*
Sil. 6, 309.
 IPSIPSVS legunt Plaut. Cist. 2, 3, 58 *quidam ex MSS. Sed Is*
ipsum obtinet. Vid. Taubm. Similis varietas est Trucul. 1, 2, 23. Sic
 35 *valde controuersum est IPSIPE Festi, quod interpretatur, ipsi, neque*
alii. forte ipsipte, ut suspicatur viri docti. Vet. Gloss. ipsi-
pte avros.
 IPSVLICES, um. f. Pl. quasi Ipsillices, ab Ipse et Illex, apud
 Festum, Braeteae in virilem muliebremque speciem expressae. *Voss.*
 40 *Etym. p. 269. Videntur signare Imagunculas, quibus magi utebantur, ut*
eum cuius imago esset, pellicerent in amorem.

I R

45 IR. n. [Vet. Gloss. τὸ Ἰένω, κοῖλον τῆς χειρὸς] *Vola, cauum ma-*
nus. Priscian. 6 p. 698 extr. Ir est indeclinabile, quamuis quidam, ut
Charisius, Ir, iris declinauerint. Vid. HIR.

I R A

50 IRA, ae. f. [ἰρῆ, ἰρῆς, ἰρῆς] *Motus grauior animi et sangui-*
nis ob iniuriam. Irae graphica descriptio et velut Prosopopoeia est Sen.
de Ira 2, 35 post alia: Talem nobis iram figuremus, flamma lumina
ardentia, sibilo mugituae et gemitu et stridore, et si qua his inuisior
 55 *vox est, perstreptentem, tela manu vtraque quatentem. Neque enim*
illi tegere se cura est: toruam cruentanque, et cicatricosam, et ver-
beribus suis liuidam, incessibus vesanis, offusam multa caligine, in-
curstantem, vastantem, fugantemque, et omnium odio laborantem,
sui maxime. Cic. Tusc. 4, 21 c. 9 Quae autem libidini subiecta
 60 sunt, ea sic definiunt, ut ira sit libido puniendi eius, qui videatur lac-
 sisse iniuria. Fortitudinis cos Cic. Acad. 4 c. 44. Initium
 insaniae Idem Tusc. 4 c. 23. Amantium irae amoris redintegra-
 tio est Ter. Andr. 4, 3, 20. Firmissimus ira Ouid. Met. 7, 457.
 Furens ira Sen. Herc. fur. f. 9. Ille asper et improbus ira Sae-
 65 vit in absentes Virg. Aen. 9, 62. Iniqui ira Quinctil. 6, 1. Im-
 patiens irae Ouid. Met. 13, 3. Terribilis ira Virg. Aen. 12, 946.
 Tumidus flagrante ira Claud. de Laudib. Serenae 135. Fluxus ira-
 rum Lucret. 3, 299. Frena irarum Stat. Theb. 3, 425. Sti-
 muli acres irarum Lucan. 2, 324. Fulminis ira Ouid. Met. 15,
 70 871. Maris ira Ouid. Met. 12, 36. Liu. 27, 7 Qui ex Practo-
 ris exercitu ob similis iram fugae missi eo ab Senatu fuerat. *i. punien-*
dae illius fugae causa, cui iratus est Senatus. Sic 4, 50 Ira Quaestio-
num. Et 4, 57 Ira dictatoris creati. Et 5, 33 Ira vxoris
corruptae etc. quae pluscula Gron. et Drakenb. ad 4, 50. et ad 37, 51.
 75 ¶ 2 Epitheta: Acerbae Lucret. 5, 1194. Agitata magnis causis
 Sen. Thyest. 552. Ampliores, vid. AMPLIUS. Armigerae
 Stat. Theb. 6, 828. Atrac genis pallentibus Valer. Argon. 2, 205.
 Bellatrix Claud. in Ruff. 2, 118. Caelestis, vid. CAELVM. Ca-
 ligantes Stat. Theb. 10, 281. Capitalis Hor. Serm. 1, 7, 12. Cru-
 80 enta Idem Carm. 3, 2, 12. Feruens oculis dabat ruborem Ouid.
 Met. 8, 466. Flexa ad mitius Idem Trist. 3, 5, 41. Graues Hor.
 Carm. 3, 3, 31. Immedicabilis Sil. 1, 147. Inanis, vid. IN-
 ANIS. Inexorabilis Sen. de Clement. 1, 5. Ingens Ouid. Met.
 1, 166. Iniqua Idem ibid. 5, 345. Lenta Ouid. Epist. 3, 22.
 85 Magna, vid. MAGNVS. Manifesta Ouid. Met. 6, 313. Man-
 fuctior Ouid. Trist. 3, 23. Minax Sen. Agam. 7. Mollior Ouid.
 Trist. 2, 28. Plumbeae Plaut. Poen. 3, 6, 17. Praeceptus Sen. Hippol. 4.
 Rapida Stat. Theb. 3, 410. Saeua Virg. Aen. 10, 813. Sanguinea Val-
 ler. Argon. 7, 330. Tenax Ouid. ex Pont. 1, 28. Tristis Virg. Ecl. 2, 14.
 90 Tumida Ouid. Met. 2, 602. Vasta Idem ib. 10, 551. Violenta
 Idem ib. 8, 106. ¶ 3 Praepositiones. Cum ira nihil
 recte, nihil considerate fieri potest Cic. Off. 1 c. 38. In ira muli-
 ebre maxime et puerile vitium est Sen. de Ira 1, 16 *sub fin.* Ira
 supra modum Virg. Georg. 4, 236. ¶ 4 Verba: Abiecta
 95 ira redit frater Sen. Thyeste 431. Abscedit ira Ter. Hec. 5, 2, 14.
 Abstinerere irarum, vid. ABSTINEO. Ira procul Absit Cic. Off.
 1 c. 38. Abundare ira, vid. ABVNDO. Accedit illi ira Sil.
 16, 62. Accendit ira spiritum Sen. de Ira 1, 9. Accendere
 iras Sil. 17, 443. Accensus in iram Lucan. 3, 133. Accingi ira,
 100 vid. ACCINGO. Acuum magnis stridoribus iras Virg. Aen. 12,
 590. Acuebat iras ingentes Sen. Troad. 9. Addidit dolor
 iram Ouid. Met. 12, 532. Al. Adicit. Adicit iram luctibus Id.
 ib. 2, 384. Admouere iras alicui Stat. Theb. 5, 158. Afficere ali-
 quem dolore et ira Tac. Ann. 1, 41. Aggerare iras Virg. Aen. 4,
 105 197. Agit animus viuaces iras Sen. Herc. fur. 1. Tac. Hist. 2, 29
 Irent

Irent propere, neu remorando iram victoris Asperarent. Asperat
 iras strictis mucronibus Claud. de Magnete 609. Assurgunt irae
 Virg. Aen. 12, 494. Attollere iras Idem ib. 2, 381. Cadit ira
 metu Ouid. Amor. 2, 13, 14. Cadat ira naso Pers. 5, 91. Calet
 ira Stat. Theb. 6, 230. Cohibere iras Virg. Aen. 12, 314. Col-
 ligere iram Hor. de Arte Poët. 160. Commissa, vid. mox Vlciscitur iram. Stat. Theb. 4, 75 Cui bella fauent, cui Commodat
 iras Cuncta cohors. Commota est ira tyranni Ouid. Met. 6, 549. Comprimere iras Sen. Med. 6. Concire iram Ter.
 Hec. 3, 1, 33. Ouid. ex Pont. 4, 14, 41 At malus interpretis populi
 mihi Concitat iram. Concitus rabida ira Ouid. Met. 7, 413. Con-
 cedere in iras, vid. CONCEDO. Tac. Ann. 2, 28 Adeo iram
 Considerat, cunctaque eius dicta, factaque quum prohibere posset,
 scire malebat. Constitit ira infracta Ouid. Met. 6, 627. Idem
 ib. 2, 660 Non fuerant artes tanti, quae numinis iram Contraxere
 mihi. Contundere iras, vid. CONTVENDO. Coquere iras
 Sil. 7, 403. vid. COQVO. Crudefcunt irae Stat. Theb. 2, 680.
 Cic. pro Cael. 37 Nunc enim mihi animus ardet: nunc meum cor
 Cumulatur ira. Decedet haec ira, vid. DECEDO. Decurrere
 ad acres iras Lucret. 3, 312. Deseruescere iram Cic. Tusc. 4, 78-20
 Liu. 40, 10 (8) Sed interdum spes animum subibat, Desagrare iras ve-
 stras, purgari suspiciones posse. Diffundimus iram flendo Ouid.
 Epist. 8, 61. Effudit habenas omnes irarum Virg. Aen. 12, 499.
 Eluctari iram Grat. Cynege. 520. i. impetum magnanimum. Terent.
 Adolph. 3, 2, 14 Nihil est, quod malim, quam illam totam familiam
 dari mihi obuiam, vt iram hanc in eos Euomam omnem. Exae-
 stuat ira tacita Ouid. Met. 6, 623. Excitat iras indomitas dolor
 Virg. Aen. 2, 594. Exercuit iras horribiles Idem Georg. 3, 152.
 Exercent iras rostris et vnguibus Ouid. Met. 13, 613. Extulit ira
 deum Stygiis sese vndis Virg. Aen. 3, 215. Facere iram Quintil.
 6, 1. Facere missam iram, vid. MITTO. Facere aliquid per
 iram Cic. Tusc. 4, 79 ab ira: vid. Drakenb. ad Sil. 11, 246. Fi-
 nire iram Ouid. Met. 11, 398. Finire veteres iras Idem ib. 14, 582.
 Fluctuat aestu irarum Virg. Aen. 4, 532. Frenare nescit iras Sen.
 Med. 11. Quintil. 6, 3. Quum odium, iramque frequentissime Fran-
 gat. Gerere iram Ter. Hec. 3, 1, 30. In promptu Plaut. Pseud.
 1, 5, 34. Iras plumbeas Idem Poen. 3, 6, 17. Ignescunt irae,
 vid. IGNIS. Imperat irae accensae non fortiter Ouid. Met. 9, 28.
 Implet animum Sen. de Ira 1, 9. Indulgere irae Liu. 23, 3. Tu-
 midae non Imperat irae Ouid. Epist. 11, 15. Incendi ira, vid. IN-
 CENDO. Incendit pectus principis truci ira Sen. Octau. 5. In-
 citat iras stimulis haud mollibus Virg. Aen. 11, 728. Cic. Off. 1, 24
 Qui iniuste impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturba-
 tione Incitatus est, vid. INCITO. Indulgere irae, vid. INDVL-
 GEO. Induere iras sibi Sil. 1, 38. Infecerat ira immani oculos
 Claud. de B. Get. 585. Ingenerare iras alicui Stat. Theb. 4, 230.
 Intercedere iram inter aliquos Ter. Hec. 3, 1, 25. Interit ira mo-
 ra Ouid. de Arte Am. 1, 374. Quintil. 3, 8 Nam et concitanda, et
 Lenienda frequenter est ira. Minuere iram, vid. MINVO.
 Mistus amor ira Ouid. Epist. 6, 76. Moderari irae Hor. Epist. 1, 50
 2, 59. Mollire iras, vid. MOLLIS. Mouere iram alicuius Sen.
 Octau. 5. Occupatus ira Quintil. 4, 2. Oriri iram Ter.
 Hec. 3, 2, 16. Parcere irae Virg. Aen. 2, 534. Permulcere iras,
 vid. PERMVLCEO. Placare iram deorum sacris Ouid. Met. 10, 399.
 Ponere iram, et Colligere iram, contraria Hor. de Arte Poët. 160. 55
 Ponere iras fideliter Ouid. Fast. 6, 41. Ponere frena irae Iuuen.
 Sat. 8, 88. Praecipitant furor iraque mentem Virg. Aen. 2, 316.
 Premit iras graues Lucan. 2, 251. Procedunt longius irae Virg.
 Aen. 5, 461. Prohibenda maxime est ira in puniendo Cic. Off. 1, 86.
 Recanduit ira Ouid. Met. 3, 707. Recessit ira Idem ib. 12, 36. Re-
 mittere iras Virg. Georg. 4, 536. Reprimere iram Ouid. Met. 1,
 755. Residunt irae Idem de Arte Am. 1, 373. Al. Aurae. Re-
 suscitare iram positam Idem Met. 8, 474. Satiare iram Claud. de
 B. Gildon. 36. Ouid. Met. 3, 252. Sedare iras Lucan. 10, 54. Sol-
 vere iras Ouid. Met. 9, 273. Subit ira Virg. Aen. 2, 575. Sub-
 ridens mista ira Idem ib. 10, 742. Sunt irae inter Glycerium et
 gnatum Ter. Andr. 3, 3, 20. Succensi ira Poeni Sil. 1, 169. Su-
 mere nouas iras Ouid. Met. 2, 175. Temperat iras Virg. Aen.
 1, 61. Tenere iram Ouid. Met. 5, 420. Vertere iram in ali-
 quem Hor. Epod. 5, 13. Liu. 7, . . . In iram luctus Vertit. Vin-
 dicat ira memori te Ouid. Epist. 21, 9. Vitare iram alicuius Idem
 Met. 3, 7. Vlciscitur Furiis iram commissam Proserpina Grat.
 374. Furiis videtur Ablatiuus esse, i. poenis, pestilentia, vlciscitur
 iram suam commissam, contractam culpa hominum. Alias sententias de
 lectione et intellectu dabit Burm. Vtendum ira non vt duce, sed vt
 milite Sen. de Ira 1, 9.

IRACVNDVS, a, um. Adi. [ὀργίλος, ὀσσοργος, κοήης] Qui
 parua, vel nulla causa praecedente irascitur, inquit Donatus: quique
 natura ad iram proclius est, etiamsi tunc nulla moueatur ira. Plaut.
 Merc. 4, 5 suppos. 1, 15 Garruli, osores, infensi, iracundi. Idem 80
 ib. 4, 5 suppos. 1, 30 Video equidem, auscultemus: nescio, quid se-
 cum iracunda mussitat. Iracundissimus Sen. de Ira 2, 6. Adria
 iracundior Hor. Carm. 3, 9, 23. Fulmina iracunda Idem ib. 1, 3, 40.
 Plaut. Bacch. 4, 3 pr. Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito,
 incogitato. Leones Ouid. Met. 15, 86. Mens Lucret. 3, 296. Se-
 nes Cic. de Sen. c. 18.

IRACVNDIA, ae. f. [ὀργιλότης] Vitium facile irascentis. Do-
 natus, Ira de causa est: Iracundia de vitio multum irascentis, siue
 de moribus. Conf. Cic. Tusc. 4 c. 12. Sen. de Ira 1, 4 c. not. Lips.
 Iracundia vitium leuis esse animi atque infirmi videtur Cic. ad Q. Frat. 90
 1, 1, 13. Idem pro M. Marcel. 9 c. 3 At vero quum aliquid clemen-
 ter, mansuete, iuste, moderate, sapienter factum, in iracundia prae-
 fertim, quae est inimica consilio, etc. Suet. Claud. Caes. c. 38
 Irae atque iracundiae conscius sibi, vtrumque excusauit edicto. Cic.
 Tusc. 3 c. 5 Quanquam ipsa iracundia, libidinis est pars, sic enim de-
 finitur, Iracundia, vlciscendi libido. Ter. Adolph. 1, 2, 66 Ve-
 rum si augeam, aut etiam adiutor sim eius iracundiae, insaniam pro-
 fecto cum illo. Plin. 10, 43 Hunc iracundia subita incitatus man-
 cept proxima sutrinae exanimauit. Adducere ad iracundiam Auct.
 ad Herenn. 3, . . . Ter. Adolph. 3, 2, 11 Ah me miserum, vix
 sum compos animi, ita Ardeo iracundia. Augere iracundiam,
 Cohibere iracundiam, Continere iracundiam, vid. bb. vv. Di-
 mittere iracundiam Caes. B. C. 1, 8. Cic. Fam. 1, 9 Sed cum me
 disputantem, non lacescentem laesisset, Exarsi non solum praesenti cre-
 do iracundia, sed quum inclusum illud odium multarum eius in me
 VOL. II.

iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen insciente me fuisset, omne repente apparuit. Exercere iracundiam Cic. ad Brut. 2. Efferrī iracundia Idem de Orat. 2, 305. Fluētuate inter aestus iracundiae Macrobi. Saturn. 4, 2. Habere iracundiam Cic. Fam. 10, 23. Inflammarī iracundia Idem Tusc. 4, 50. Iratus mediocri iracundia, vid. MEDIOCRIS. Ter. Adolph. 4, 7, 37 Iam vero omite Demea tuam istanc iracundiam. Permotus iracundia, vid. PERMOTVS. Remittere iracundiam Cic. Philipp. 8, 19. Resistere iracundiae Idem ad Q. Frat. . . . Terent. Adolph. 5, 3, 8 Tandem Reprime iracundiam, et ad te redi. Servire iracundiae, pro Obsequi. Non parebo dolori, nec iracundiae Seruiam, etc. Cic. de Prou. Conf. 2. Sedare iracundiam Idem in Brut. . . .

IRACUNDE. Adu. [*ἰρακύνδης*] Cum ira, animose. Cic. Philipp. 8, 17 c. 5 Nam me tecum iracunde agere dixisti solere, non est ita: vehementer me agere fateor; iracunde nego. Compar. Cic. pro Rosc. Com. c. 11 Quo quisque est solertior et ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius.

IRACUNDITER. Adu. antiq. ut refert Nonius 11, 45 citans Caecilium Subditicio, Quaesio ne temere hanc rem agas, et ne iracunditer. Est etiam Ennii apud Priscian. 15 p. 1010 extr.

IRASCOR, ēris, irātus sum, sci. [*ἰρασκω*] Ira commoueri, stomachari, succensere. Ter. Adolph. 1, 2, 86 Rursum Demea irascere. Celer irasci Hor. Epist. 1, 21, 25. Facilis irasci Idem ib. 1, 20, 25.

Implacabilius irasci alicui Tac. Ann. 1, 15. Si irascamur Intempestiue accedentibus Cic. Off. 1 c. 25. Molliter irasci alicui Propert. 1, 5, 8. Vehementer alicui Plaut. Pseud. 5, 2, 30. Idem Merc. 4, 5 suppos. 2, 15 Istud dictum tibi non amplius irascor. i. Ob istud dictum.

De nihilo Idem Truc. 4, 2, 56. Liu. 34, 32 Remittimus hoc tibi, nostram ne vicem irascaris. Irascor, quod sim euocatus Plin. Epist. 3, 9. Irascuntur admonitioni Quinctil. 2, 6, 3. Apud eund. 8, 3, 23 Aliquis in luxuriosum dicit, Necte laqueum: habes, quod faucibus tuis irascaris.

Arabioni de Sicio nihil irascor Cic. Att. 15, 17. Idem pro Rosc. Com. 46 Dii immortales hominibus irasci et succensere consueverunt. Idem de Clar. Orat. 326 Saepe videbam cum irridentem, tum irascentem, etiam stomachantem Philippum. ¶ 2

Irascere, pro Irasci, Infinitiuus antiquus. Pompon. Arista, Noli quaeso irascere: more sit, moriri suam quisque uxorem, ut velit. Ex Nonio 2, 446.

IRASCENS, entis. Part. Mater irascens Ouid. Met. 6, 269. Irascens montibus Idem ib. 9, 209.

IRASCENTIA, ae. f. Apul. Dogm. Plat. p. 58.

IRASCIBILIS, e. Adl. Firmic. 5, 9.

IRĀTVS, a, um. Adl. [*ἰρατῆρος, ἀργισμένος*] Ira commotus.

Nunquam, iratus, qui accedet ad poenam, mediocritatem tenebit Cic. Off. 1 c. 25. Idem pro Cael. 22 Huic homini ego fortasse et pauci deos propitios, plerique autem iratos putabant. Iratum inter alia sic describit Sen. de Ira 2, 35 Linquit decōr omnis iratos —

capillorum natura vel arte iacentium non informis est habitus, cum animo inhorrescunt: tumescunt venae, concutitur crebro spiritu pectus, rabida vocis eruptio colla distendit. Tunc artus trepidi, inquietae manus, totius corporis fluctuatio. Qualem intus putas esse animum, cuius extra imago tam foeda est? Cic. Att. 1, 1 Pompeii amici nostri negant me ei iratum fore, si ad mea comitia non venerit.

Iratum fore dixit, quia non erat in usu Futurum in RVs, hoc est Iraturus, vel Irasciturus. Vnde minus pure videtur Senec. de Ira 3, 8 pr. scripsisse his verbis, Fugere itaque omnes debet, quos iraturos iracundia sciet, sed vera lectio est, irritaturos iracundiam. Cic. Att. 14, 21 (19) Nolo te illum iratum habere. Facere iudicem iratum aduersario Cic. de Orat. 1, 20. Et sibi et hosti iratus pariter Hor. Epist. 2, 2, 58. Iratus et offensus alicui Idem Att. 14, 8. Iratus, pro Abalienato: Cic. . . . Marcellum tibi esse iratum scis.

Proprium est irati, cupere a quo laesus videatur, ei quam maximum dolorem inurere Idem Tusc. 3, 19. Mare iratum Hor. Epod. 2, 6. Ocelli Ouid. Amor. 2, 8, 15. Sitis Propert. 4, 10, 62. Venter Hor. Serm. 2, 8, 5. Compar. et Superl. Cic. Att. 15 Antonio est enim fortasse iratior. Sic Philipp. 8, 19 c. 6 Caesar ipse, qui illis fuerat iratissimus, tamen propter, etc. Idem pro M. Marc. c. 5, et Tusc. 4 c. 36. Conf. Plaut. Poen. 2, 1, 4. Lactant. 5, 19. In

MSs. confunduntur iratus et Ingratus: Brouckb. ad Tibull. 2, 2, 17.

IRĀTE. Adu. [*ἰρατῆρος*] h. e. Animo commoto. Columel. 7, 12 Satis est seueros esse nec blandos, ut nonnunquam etiam conseruos iratius intueantur, semper excandescant in exteros. Phaedr. 4, 24, 14 Irate dimissus.

IRCEVS, i. m. Genus farciminis in sacrificiis Festus. Ab hircino deriuant, ut sit ex hircino sanguine.

IRENAEVS, i. m. Polycarpi discipulus, Lugdunensis Episcopus, martyr, cuius antiquum interpretem interdum citamus. Omnium doctrinarum curiosissimum exploratorem vocat Tertull. aduers. Valent. c. 5.

IRENARCHES, siue IRENARCHA, ae. m. [*ἰρηνάρχης*] Pacator, Irenarcha Vet. Gloss.] dicitur, Qui ad tollendas discordias et pacandos ciuim animos in ciuitate praeficitur. Vid. Martianus in l. Diuus Hadrianus D. de custod. et exhib. reor. Irenarchae (inquit Vlpianus in l. Munerum D. De muneribus et honoribus) sunt, Qui disciplinae publicae et corrigendis moribus praeficiuntur. Vid. Augustin. Epist. 140 et 159.

I R C et I R E

IRCEVS, i. m. Genus farciminis in sacrificiis Festus. Ab hircino deriuant, ut sit ex hircino sanguine.

IRENAEVS, i. m. Polycarpi discipulus, Lugdunensis Episcopus, martyr, cuius antiquum interpretem interdum citamus. Omnium doctrinarum curiosissimum exploratorem vocat Tertull. aduers. Valent. c. 5.

IRENARCHES, siue IRENARCHA, ae. m. [*ἰρηνάρχης*] Pacator, Irenarcha Vet. Gloss.] dicitur, Qui ad tollendas discordias et pacandos ciuim animos in ciuitate praeficitur. Vid. Martianus in l. Diuus Hadrianus D. de custod. et exhib. reor. Irenarchae (inquit Vlpianus in l. Munerum D. De muneribus et honoribus) sunt, Qui disciplinae publicae et corrigendis moribus praeficiuntur. Vid. Augustin. Epist. 140 et 159.

Augustin. Epist. 140 et 159.

I R I

IRIS, iridis et iris. f. [*ἰρις*] Arcus caelestis. Ab ἴρις, quod est nuntiare. Nam Poetae deorum nuntiam fingunt. Virg. Aen. 9, 2 Irim de caelo misit Saturnia Iuno. Ergo Iris croceis per caelum roscida pennis, Mille trahens varios aduerso sole colores Virg. Aen. 4, 600. Irim vulgo arcum esse aiunt, quando imago solis vel lunae humidam et cautam nubem densamque ad instar speculi colorat, et medietatem orbis eius secat Apul. de Mundo p. 64, 11. Add. Virg. Aen. 5, 606. Ouid. Met. 4, 480. Iunonia Iris Idem ibid. 14, 85. Roscida Virg. Aen. 4, 600. Iri, Vocatiuus: Idem ib. 9, 18 Iri, decus caeli. ¶ 2

Iris Ponti flumen Val. Flacc. 4, 600. ¶ 3 Herba, cuius radix est suauissimi odoris, dicta quidem a similitudine colorum, qui in flore sunt, cum ipsa caelesti iride. De hac sic Plin. 21, 7 Illa quoque non

non omittenda differentia, odoramentorum multa nihil pertinere ad coronamenta, ut irin atque saluincam: quanquam nobilissimi sit odoris utraque. Sed iris radice tantum commendatur, unguentis et medicinae nascens. *Et paullo post*, Caulera habet cubitalem et rectum. Floret diuersi coloris specie, sicut arcus caelestis, unde et nomen. *Vid.* Columel. 12, 20. *Genit.* Iris Scribon. *passim*: Iridis Idem 220. Irin contundere 89. Iris Illyrica 44. ¶ 4 Iris sexangulata, *Gemma pretiosa in Arabia* Solin. c. 46. Plin. 37, 9. IRICOLOR, ōris. Adi. Auson. Epist. 3, 15 Iricolor vario pinxit quas pluma colore. IRINVS, a, um. Adi. [*ἱρινός*] *Quod ex iride factum est: vi*, Irinum unguentum Plin. 13, 1. Oleum irinum Scribon. 189. Irinum, simpliciter Id. 261. IRIO, ōnis. m. *Herba, quam ἱριόμων Graeci vocant.* Plin. 26, 7 f. 25 *Inter frumenta numerat* Idem 18, 7 *pr. et iterum* Hard. L. 10, 5.

I R N et I R O

IRNEA: *vid.* HIRNEA. *Cognata.* IRNELLA, ae. f. Vasis genus in sacris, *ut inquit Festus.* IRNEVM, f. ERNEVM, i. n. Placentae genus, *de quo etiam in HIRNEA.* IRONIA, ae. f. [*ἰρωνία*] *Tropus est verbi in contrarium sensum arrepti. Graeci enim ἰρωνοῦσαι cauillari dicunt, quum aliud verbis significamus, aliud re ipsa sentimus: ut Cic. pro Rabir. 29 At credo, quum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione reipubl. liberasset, omnia sua secum vna moritura arbitrabatur. Non ita est Quirites. Idem Acad. 4, 17 c. 5 de Socrate, Ita quum aliud diceret, atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci ἰρωνίαν vocant. Cic. de Orat. 2, 270 Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore, et humanitate omnibus praestitisse. Vid. Quinctil. 9, 2. et 6, 3. Item 8, 6. Bella ironia Cic. in Bruto 293. Conf. Id. ib. c. 85. Coruini Dubia Rhet. Fascic. 8 Dub. 3. Mart. Capella 5 p. 171.* IRONICE. Adu. Afcon. Proem. Act. in Verr. p. 49 Ironice dictum est.

I R P - I R R

IRPEX, fcis. m. Iripices, Genus ferreorum rastorum, quod plures habet dentes ad extirpandas herbas in agris. Festus. *Vrpicem vocat Cato R. R. c. 10. Seruius ad illud Virg. Georg. 1, 95 Vimineasque trahit crates: inquit, ad agrorum scilicet exaequationem, quam Iripicem rustici vocant, etc. Ab ἰρπιζ deducit Scaliger ad Varr. L. L. 4, 31.* IRPĪNI, orum. m. *Plur.* [*ἱρπῖνοι*] Appellati sunt nomine Lupi, quem irpum dicunt Samnites: eum enim ducem secuti, agros occupauere. Festus. *Hirpinos cum aspiratione vocat Seruius ad Aen. 11, 785. Vid. HIRPIAE.* IRPĪNVS, a, um. Adi. *ut*, Iripinus fundus Cic. de L. Agr. 3, 8. IRRADIO, are. [*ἀκτιβαλλῶ*] *Illustrare, et quasi radios ammittere. Plaut. . . . Faciunt, quod consueuerunt, irradiant salibus mensam, omnes ad risum prouocant. Stat. Theb. 6, 64 Hoc vndique gemmae irradiant. Passive. Quinctil. Trib. Mar. c. 8 p. 81. Burm. Nemo si degenerat a virtute, Patrum potest irradiari fulgoribus. Conf. Arat. in Act. Apost. 2, 2. Coeperat Irradiare dies Sedul. in Matth. 28.* IRRADIATVS, a, um. Part. Mart. Capell. 8 p. 273 Candore luminis irradiati refulgere Diui. IRRADIATIO, ōnis. f. *Apud Augustin. . . .* IRRADO vel INRADO, ēre. Cato R. R. c. 157 Eodem Silphium inradito. *Hinc* IRRASVS, vel INRASVS, a, um. Part. *Rafus. ut*, Laserpitium iurasum Cato *ibid.* *Sed* ¶ 2 Irrasus, [*ἀκκερόμης*] Adi. *Raso contrarium.* Plaut. Rud. 5, 2, 16 *Dī te ament cum irraso capite. Sic certe Pistoris. Lambino placet, pro raso poni. Claua Sil. 8, 586 Rudis, et impolita.* IRRATIONABILIS, e. Adi. [*ἄλογος, ἀλόγιστος*] Quinctil. 7, 4 Falsa est finitio, si dicas, Equus est animal rationale, Nam est equus animal, sed irrationabile. *Alia exemplaria habent Irrationale. Conf. Cels. Praef. Lactant. de Ira Dei c. 7. Idem Quinctil. 8, 6 Secantur haec in plures, ut a rationali ad rationale, et idem de irrationabilibus. Alii legunt Irrationalibus. Sic 10, 7. Impetus animorum Quinctil. Decl. 325. Irrationabilia sunt, quibus non subest ratio Mart. Capella 9 p. 321. Casus Quinctil. Decl. 9. Conf. Borrich. Cogitt. p. 159.* IRRATIONABILITAS, ātis. f. Apul. ad Aesclep. p. 92 Irrationabilitas bonorum omnium. IRRATIONABILITER. Adu. Hieron. Homil. 2. Idem Epist. 150. et Tertull. de Poenit. c. 2 *pr.* IRRATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Prax. c. 15. IRRATIONALIS, e. Adi. Quinctil. 7, 3 Est equus animal, sed irrationale. *Conf. Senec. Epist. 92. et 113. Tertull. de Resurr. c. 52. Est vsus quidam irrationalis (quid. irrationabilis) quem Graeci ἄλογον τρεβήν vocant, quo manus in scribendo decurrit, etc. Quinctil. 10, 7, 11.* IRRATIONALITER. Adu. Tertull. de Fuga c. 4. IRRAVCESCO, ēre. [*ἐπιβραγχιάζω*] *Raucum fieri. Cicer. de Orat. 1, 259 c. 6. Itaque nos raucos saepe attentissime audiri video. tenet enim res ipsa atque causa: at Aesopum si paullum irrauerit, explodi video. Priscianus legit Irrauescit, eiusque et MS. vnus auctoritate Grut. et qui post edidit. Vid. Schurtzsch. Ep. arcan. p. 505 T. 2.* IRRAVCVS, a, um. Adi. *Idem ac Raucus.* Plin. Valer. 1, 2 Irrauca vox. IRECITABILITER. Adu. Irrecitabiliter manans de corde parentis Venant. Carm. Pasch. v. 49 *i. ineffabiliter.* IRECOGITATIO, ōnis. f. Irrecogitationem excessus sui pati Tertull. de Cast. c. 4. *i. obliuionem.* IRECONCILIABILIS, e. Adi. *Barbara vox: vid. Voss. de Vit. 3, 16 p. 484.* IRECORDABILIS, e. Adi. Arnob. 2 p. 62. IRECVPERABILIS, e. Adi. [*ἀνακαίτητος* Gloss. Gr. Lat.] *Immunditia irrecuperabili tabiosus Tertull. de Pudic. c. 14. Conf. h. / Rigalt.* IRECVPERABILITER. Adu. Acron ad Horat. Art. Poët. v. 452.

- IRRECUSABILIS**, e. Adi. Irrecusabilis occasio Cod. 3
t. 1 l. 13 §. 8.
- IRREDIVIVVS**, a, um. Adi. [ἀνεπισχεύστος] Irredivivus pons
Catull. 18, 3 *pro Irreparabili*.
- IRREDVX**, ūcis. Adi. [ὁ μὴ παταγόμενος] Lucan. 9, 408 Irredu-
centque viam deserto limite carpit. *h. e. A qua vix saluus redibit.*
- IRREFRAGABILIS**, e. Adi. Sarisb. . . *ut apud. Philof.*
- IRREFVTATVS**, a, um. Adi. Lactant. 5, 16 *extr.*
- IRREFVTABILIS**, e. Adi. Arnob. 4 p. 139.
- IRREGIBILIS**, e. Adi. Irregibile se parieti impingit Veget.
de re Vet. 2. Corporis fluxa et irregibilis laxitas Cael. Aurel. Acut.
1, 14, 107. *i. immoderata.*
- IRREGVLARIS**, e. Adi. Irregularis ventorum concursus Guil.
Tyrinus 13, 26. Irregularem regulam profiteri Sarisb. 7, 26.
- IRRELIGĀTVS**, a, um. Adi. [ἄδετος] *Idem quod Solutus, et
non ligatus.* Ouid. de Arte Am. 1, 530 Utque erat e fomno tunica ve-
lata recincta Nuda pedem, croceas irreligata comas.
- IRRELIGĪOSVS**, a, um. Adi. [ἀσεβής] *Quod est contrari-
um Religioso.* Plin. Epist. 9, 35 Sed eam reuerentiam cum literis ipsi-
tum scriptis tuis debeo, ut sumere illa, nisi vacuo animo, irreligio-
sum putem. Liu. 5, 40. Irreligiosi in Caesares Tertull. ad Nat. 1,
17 *pr.* Irreligiosius quippiam Arnob. 5 p. 185. Irreligiosiores
Tertull. ad Nat. 1, 10. Factum irreligiosissimum Idem de Orat. c. 12.
- IRRELIGĪOSE**. Adu. Quinct. Decl. 8 p. 108 Irreligiosus ille
25 anhelus pectoris pallor inspicitur. Arnob. 1 p. 13 Vestra sunt haec ir-
religiose opinata et irreligiosus credita.
- IRRELIGIOSITAS**, ātis. f. Tertull. Apol. c. 24. Saluian.
de Gub. Dei 6 p. 143.
- IRRELIGIO**, ōnis. f. Apul. ad Aselep. p. 91 Haec et talis fene-
30 ctus veniet mundi, irreligio, inordinatio, etc.
- IRREMEABILIS**, e. Adi. *Vnde remeare non possis.* Error ir-
remeabilis Virg. Aen. 5, 591 *de Labyrintho.* Viae Sen. Herc. fur.
1. 7. Vnda Virg. Aen. 6, 425 *de Styge.* Conf. Sil. 5, 40.
- IRREMEDIALIS**, e. Adi. [ἀνίατος] *Cui mederi, siue re-
35 medium adhibere non possumus.* Plin. 28, 7 E quibus dixisse non pudeat,
si in defectu Lunae Solisue congruat vis illa, irremediabilem fieri.
Idem 25, 13. Conf. Sen. Epist. 114.
- IRREMISSIBILIS**, e. Adi. Delicta alia remissibilia, alia ir-
remissibilia Tertull. de Pudic. c. 2. *Add. Venant. Epist. 7.*
- IRREMOTVS**, a, um. Adi. Hoc munus implet sedule, et ir-
40 remotus excubat Prudent. Perist. 5, 407. *Al. irretortus.* Comes
irremota rerum Prosper.
- IRREMVNERATVS**, a, um. Adi. Cassiodor. Ep. 2, 16 *extr.*
- IRREMVNERABILIS**, e. Adi. Apul. Met. 3 p. 139. et 11 p. 269.
- IRREPARABILIS**, e. Adi. [ἀνεπίστος] *Quod reparari non pot-
45 est.* Virg. Georg. 3, 284 Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.
Conf. Aen. 10, 467.
- IRREFARABILĪTER**. Adu. Sarisber. 2, 27 Irreparabiliter
stratus.
- IRREPERTVS**, a, um. Adi. [ἀνάλκτος] *Non repertus.* Hor.
50 Carm. 3, 3, 49 Aurum irrepertum et sic melius situm Quam ter-
ra celat.
- IRREPLETVS**, a, um. Adi. Cogimur victo, licet irrepleti,
Cedere voto Paulin. Nol. Carm. 17 ad Nicetam v. 67.
- IRREPERCVSSVS**, a, um. Adi. Ne quid rumoris irreper-
55 cussum, quasi de conscientia, praeterissemus Tertull. Apol. c. 16 *extr.*
i. irrefutatum. *Al. impercussum.*
- IRRĒPO**, pſi, ptum, ēre. [καρνησπίτω, ἰσοδομαί, καρνησχομαί]
Latenter more reptilium ingredi. Plin. 19, 8 Et ecce quum maxime coe-
60 pit irrepere. *de caprina lactuca.* Columel. 7, 5 Haec vbi coepit
irrepere, sic intelligitur, vitiosum locum, etc. Plin. 26, 1 Non
fuerat haec lues apud maiores patresque nostros. Et primum Tiberii
Claudii Caesaris principatu medio irrepſit in Italia. Cic. pro
Arch. 10 Quum caeteri non modo post ciuitatem datam, sed etiam
65 post legem Papiam, aliquo modo in tabulas eorum municipiorum ir-
reperſerunt, etc. Idem de Arusp. Resp. 52 Quid existimatis eum, si
reditus ei gratiae patuerit, esse facturum, qui tam libenter in opinio-
nem gratiae irrepſit? Crudelitas in mentem Planc. Cicer. Fam.
10, 23. In sensus Cic. in Orat. 97 c. 28. Sic de Orat. 3, 201
70 c. 53 Irrepſit in hominum mentes, alia dicentis ac significantis dissimu-
lacio. Cic. Off. 3, 75 Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut si
digitis concrepauerit, possit in locupletum testamenta nomen eius irre-
pere: haec vi non vtatur, etc. Vlpian. in l. Qui autem D. de
constit. pecu. Si quis constituerit se pignus daturum, quum utilitas
75 pignorum irrepſerit, etc.
- IRREPTIO**, ōnis. f. Augustin. Epist. 107.
- IRREPTOR**, ōris. m. Agrorum irreptor Cod. Theod. 1. 2 tit. 26.
- IRREPTO**, āre. Frequent. Stat. Theb. 4, 386 Pampineum ne-
mus irreptare. *Add. Idem ib. 11, 751.*
- IRREPOSCIBILIS**, e. Adi. Apul. Apol. p. 332. et Sidon.
80 Epist. 8, 15.
- IRREPREENSVS**, a, um. Adi. [ἀμώματος] *Sine repre-
hensione, sine crimine.* Ouid. Trist. 5, 14, 22 Nam tua dum stetimus,
turpi sine crimine mansit, Et tandem probitas irreprehensa fuit. Conf.
85 Idem Met. 3, 340.
- IRREPREENSIBILIS**, e. Adi. *Qui reprehendi non potest.*
Firmic. 1, 3 Scipio post peragratam Asiam, Graeciam, Bithyniam,
Syriamque lustratam, post Dictaturae irreprehensibiles actus, intra
priuatos parietes domesticorum insidiis confectus est. Conf. Lactant.
90 4, 6. Arnob. 2 p. 53. Hieron. Epist. 16. et Tertull. de Resurr.
Carn. c. 23.
- IRREPREENSIBILĪTER**. Adu. Ambros. Epist. 7.
- IRREPROBABILIS**, e. Adi. Sanum et irreprobabile Vet.
Interpr. Iren. 4, 45.
- IRREQUIES**, ētis. f. *Sine quiete.* Paull. Nolan. Orat. 16 Ir-
95 requies, cuncta ipse mouens, vegetator inertum. Aufon. Eidyll. 12, 42
Qua caret Aethiopiū plaga, pernigil irrequies gens.
- IRREQUIĒTVS**, a, um. Adi. [ἀκωνος] *Quod contrarium est
Requieto.* Agitatio Sen. de Breu. Vit. c. 10. Circuitus Plin. 2, 5.
100 Idem 2, 3 Aeterno et irrequieto ambitu, etc. Martial. 4, 34 Dis-
curris tota vagus vrbe, nec vlla cathedra est, Cui non mane feras ir-
requietus, aue. *Add. Stat. Silu. 5, 1, 187.* Bella Ouid. Trist. 2, 236.
Sors Idem Met. 2, 386.
- IRREQUIEBĪLIS**, e. Adi. Sitis irrequiebilis et inextinguibili-
105 lis Scrib. Larg. Comp. 105. Conf. Marc. Empir. c. 20.

IRREQVISITVS, a, um. Adi. Tabellarius transiit irrequi-
situs Sidon. Epist. 9, 3.

IRRESECTVS, a, um. Adi. [ἀκατάκριτος] Hor. Epod. 5, 47
Hic irrefectum faeva dente liuido Caudia rodens pollicem. i. Val-
de et saepius sectum, quod furentium et impatientium est, qui ungues ro-
dere solent: vel Irrefectum, i. Non sectum aut purgatum: quod im-
mundae veneficae conueniebat.

IRRESOLVTVS, a, um. Adi. [ἀδιάλυτος] Quod nunquam re-
mittitur. Ouid. ex Pont. 1, 2, 22 At semel intentus neruo leuis areus
equino, Vincula semper habens irrefoluta manet. Boëth. 3 Metr. 2. 10

IRRESOLVBILIS, e. Adi. Apul. Doctr. Plat. 2 p. 19 Vt pa-
res paribus irrefolubili nexu iunguntur.

IRRESPIRABILIS, e. Adi. Tertull. de Idolol. c. 24.

IRRETIO, iui, itum, ire. [πριβάλλω, σαγιλεύω] A Rete fit:
et significat Reti inuoluere, et quasi capere, ac detinere. Vnde Irreti-
tus, Qui aliqua fraude vel blanditiis, aut dolo, quasi reti captus est.
Cic. Acad. 4, 94 Quid enim ad illum, qui te captare vult, vtrum ta-
centem irretiat te, an loquentem? His se adolescens improuida
aetate irretierat erratis Idem Tusc. 5 c. 21 extr. Idem in Catil. 1,
13 c. 6 Cui tu adolescentulo, quem corruptelam illecebris irretisses, 20
non ad audaciam ferrum, ad libidinem facem praetulisti? Cic.
de Fin. 5, 49 c. 18 Vidit Homerus probari fabulam non posse, si can-
tiunculis tantus vir irretitus tenetur: scientiam pollicentur, quam
non erat mirum sapientiae cupido patria cariorem. Irretiuit veste
furiâli me insecum Idem Tusc. 2, 20. 25

IRRETORTVS, a, um. Adi. [ἐπίρριος] Pro Recto. Hor. Carm.
2, 2, 23 Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat acervos. Conf.
Quinct. Decl. 8, 9 p. 174.

IRRETORQVIBILIS, e. Adi. Augustin. . . .

IRRETRACTABILIS, e. Adi. Non irretractabilem senten-
tiam proferens August. Confess. 10, 33. Add. Sarisb. 3, 11.

IRREVERENS, entis. Adi. Tertull. contra Marc. 2, 14 extr.
Idem ad Nation. 1, 10. Symmach. Epist. 8, 23. et Dig. 49 t. 16 l. 13 §. 4.

IRREVERENTER. Adu. [ἀναίδειος] Sine reuerentia et honore.
Plin. Epist. 2, 14 Caeteri audaces, atque etiam magna ex parte adule-
scentuli obscuro ad declamandum huc transeunt, tam irreuerenter et
temere, vt mihi Atilius noster expresse dixisse videatur, sic in foro
pueros a centumviralibus causis auspicari, vt ab Homero in scholis.
Idem Epist. 6, 13.

IRREVERENTIA, ae. f. [ἀναίδεια] Superbiae genus reuerenti-
am, quibus oportebat, non tribuentis. Tac. Ann. 13, 26, 3 Quibusdam
coalitam libertate irreuerentiam, eo prorupisse frementibus. Idem
ib. 3, 31, 4 Maiores iuuentutis irreuerentiam grauibus decretis notaue-
runt. Conf. Idem Hist. 3, 51, 1.

IRREVOCABILIS, e. Adi. Quod reuocari non potest. Plin. 45
Epist. 3, 7 pr. Cuius taedio ad mortem irreuocabili constantia decurrit,
vsque ad supremum diem beatus et felix. Aetas praeterita irreuo-
cabilis Lucret. 1, 468. Verbum irreuocabile volat Horat. Epist.
1, 18, 71. Irreuocabile pondus ancorae, b. e. Ancora, quae
difficile retrahi potest. Plin. 32, 1 Et cogit stare nauigia: quod non
vincula vlla, non ancorae pondere irreuocabili iactac. de echineide.
Compar. Tac. Agric. 42, 6 Domitiani natura quo obscurior, eo irre-
uocabilior: tanto minus reuocari ab ira et crudelitate poterat, quo ma-
gis eam segeter, vt adeo locum non daret deprecationi.

IRREVOCABILITER. Adu. Prosper apud Sirmund. in Sidon. 55
Epist. p. 77. Augustin. de Ciu. Dei 22, 20.

IRREVOCANDVS, a, um. Adi. Error irreuocandus Claud.
de B. Get. 123.

IRREVOCATVS, a, um. Adi. Hor. Epist. 2, 1, 223 Quum
loca iam recitata reuoluimus irreuocati. Irreuocatus ab acri caede 60
Ouid. Met. 11, 401.

IRREVOLVTVS, a, um. Adi. Contrarium Reuoluto. Martial.
11, 1 Vadas, et redeas irreuolutus. i. Non lectus. Librum suum allo-
quitur. Al. Ineuolutus.

IRREVVLVS, a, um. unde Adu. IRREVVLSE ap. Theod. Stud. Serm. 76. 65

IRRĪDEO, iſi, iſum, ĩre. [χλευάζω] Rideo in alium, i. illius
contemnendi causa. Terent. Heaut. 5, 2, 29 Irrides in re tanta, neque
me quidquam consilio adiugas? Cic. de Diuin. 2, 39 Dolto tan-
tam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse. Bo-
nis tuis rebus meas res irrides malas Plaut. Trin. 2, 4, 45. Irri- 70
dere et contemnere aliquem Cic. de L. Agr. 2, 93. Idem de Nat.
D. 2, 8 c. 3 Etiam per iocum deos irridens, quum caeca liberati pul-
li, etc. Quae irrideri ab imperitis solent Idem Fin. 3 c. 22. Tac.
Ann. 1, 29 Multum irridentibus, qui ipsi viderant. Alii irrident
alios Lucret. 4, 150. Cic. Fam. 9, 26 An tu id melius, qui etiam 75
In Philosophum irriferis. Lectio temere mutata ab his, quos constructio
varior offenderet: sei optimorum librorum. Nepos 23, 11, 3 Quod ad
irridendum eum pertinet.

IRRĪDENS, entis. Part. Nep. 1, 1, 5 Lemnii irridentes responderunt.

IRRIDENTER. Adu. Laber. apud Charif. p. 181 Irridenter petiit. 80
August. Epist. 5 Irridenter eos admonere voluit.

IRRĪSVS, a, um. Part. [χλευαδής] Tac. Ann. 4, 9 Ad va-
na, et toties irrisa reuolutus. Conf. Plaut. Epid. 3, 4, 83.

IRRĪSVS, ſs. m. [χλευασία] Plin. 37, 9 Quae quidem scri-
psisse eos non sine contentu et irrisu generis humani arbitrator. Tac. 85
Ann. 1, 20 Retinentes centuriones irrisu, et contumeliis, postremo
verberibus insectantur. Irrisui esse: b. e. Ludibrio haberi. Plin.
22, 5 Immo vero plerisque vltro etiam irrisui sumus, ista commentan-
tes, ac friuoli operis arguimur. Conf. Tacit. Ann. 14, 39, 3. et Hist.
1, 7, 5. et Liu. 7, 10.

IRRĪSIO, ōnis. f. [χλευασμός] Subſannatio. Cic. Off. 1, 137
c. 39 Deforme etiam est de se ipso praedicare falsa praesertim, et cum
irrisione audientium imitari militem gloriosum. Idem de Orat. 1 c. 12.
et Auct. ad Herenn. 1 c. 6.

IRRĪSOR, ōris. m. [χλευαστής] Cic. Parad. 1 c. 4 Veniant ſgi-
tur isti irrisores huius orationis ac sententiae, et iam vel ipsi iudi-
cent, etc. Irrisor potius quam blandus Victor Epit. in Constant.

IRRISORIVS, a, um. Adi. Irrisoria conuiuiarum gula Sarisb.
8, 8. Conf. Mart. Capel. 8 p. 273.

IRRISIVE. Adu. Ammian. 16, 12 extr. Irrisive Victorinum ideo 100
nominabant. Al. Iniuriissime.

IRRIDICVLE. Adu. [ἀκαταγέλως] Inficite, ineleganter.
Caes. Bell. Gall. 1, 42 Quod quum fieret, non irridicule quidam ex
militibus decimae legionis dixit, plus quam pollicitus esset, Caesa-
rem facere. 105

IRRIDICVLVM, i. n. *Res irridenda.* Plaut. *Cal.* 5, 2, 3 Irri-
diculum fumus ambo. Idem *Poen.* 5, 4, 10 Ab iuuentute ibi irri-
diculo habitac.

IRRIGO, are. [*ἀρδεύω, βρέχω, ὀχετηγέω*] *Adaquare, et quasi*
5 *riuos in agrum aut hortum per rigationem vel rigando deducere.* Cic. *de*
N. D. 2, 130 c. 52 Aegyptum Nilus irrigat. Ibid. 1, 121 c. 43 Mi-
hi quidem etiam Deinocritus vir magnus in primis, cuius fontibus
Epicurus hortulos suos irrigauit, nutare videtur in natura deorum.
Hic per translationem. *Declamatorie de terra* Plin. 2, 6 Quamque
10 sanguine nostro irrigamus, infepultis ossibus tegimus. *Proprie*
Cato c. 151, 4 Si quando non pluet, vti terra non sitiat, aquam ir-
rigato leniter in areas: si non habebis vnde irriges, gerito, indito-
que leniter. Genae irrigantur assiduo rore Senec. *Hippol.* f. 4.
Transitiue Virg. *Georg.* 4, 115 Figat humo plantas, et amicos irriget
15 imbres. Claud. *de Nupt. Hon. et Mar.* 101 — Largos haec ne-
ctaris imbres Irrigat. *Vid. Not. Barb.* Quietem per membra
irrigat Venus Aescapio Virg. *Aen.* 3, 696. Sopor irrigat artus
Idem ib. 3, 511.

IRRIGĀTVS, a, um. Part. Solum irrigatum aquis Colum. 2,
20 17. Irrigatus plagis homo Plaut. *Epid.* 1, 2, 18.

IRRIGATIO, ōnis. f. [*ἀρδία, ὀχετηγία*] Cic. *Off.* 2, 14 c. 4
Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes,
moles oppositas fluctibus, etc. Idem *de Senect.* 53 c. 15. et Plin. 36, 12.

IRRIGATOR, ōris. m. Gloss. Lat. Gr. *ἐναρδωτής.*

IRRIGVVS, a, um. Adi. [*ἐπιρριυός*] *Quod irrigatur, vel fa-*
25 *cile irrigari potest.* Plaut. *Trin.* 1, 1, 9 Interim mores mali, quasi
herba irrigua, succreuerunt vberime. Campi Lucan. 4, 296.
Corpus irriguum mero Hor. *Serm.* 2, 1, 9. Horrus Idem ib. 2, 4,
16. Pratum Propert. 1, 20, 37. Plin. 5, 14 Hiericuntem palme-
30 tis consistam, fontibus irriguam. *Quandoque in significatione actiua,*
Qui irrigat. Virg. *Georg.* 4, 32 — irriguumque bibant violaria fon-
tem. Tibul. 2, 1, 44 Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.
Conf. Burm. ad Calpurn. Ecl. 2, 35. Irrigua aquarum, *Loca per quae*
35 *aqua riuos producit ad irrigandum* Plin. 6, 26. Idem 5, 4 Diarrhy-
tum a Graecis dictum, propter aquarum irrigua.

IRRIPIO, ēre. Irripiunt se in aedes Cic. *ut dicunt.*

IRRISIO, **IRRISOR**, **IRRISVS**, *vid. IRRIDEO.*

IRRITO, are. [*ἰρριζέω, παροξύνω, παραπικραίνω, παροργίζω*] *Fru-*
40 *quentat, ab Irrio, vel Hirrio, de quo supra.* Donat. *ad Adelph.* 2, 4, 18
Ne si magis irritatus fiet, vt clamet scilicet: et proprie de lenone, quem
irritari dicit, vt canem. Nam *irritari* proprie canes dicuntur. Lu-
cilius de litera R. Irritata canes quod, homo quam, planius dicitur.
Non. 1, 132 Irritare dictum est proprie prouocare; tractum a canibus,
qui cum prouocantur irriunt (*hirriunt al.*) *Lauat deinde l. . Lu-*
45 *cilii, et post alia,* Varronis *Sesquiulysse,* Omnes irritans ventos,
omnesque procellas. Virg. *Aen.* 10, 644 Irritatque virum telis,
et voce lacessit. *Amores face sua irritat Cupido* Ouid. *Met.* 3, 461.
Vt Flammas Ouid. *Fast.* 2, 644. Plaut. *Amph.* 2, 2, 75 Irritabis
50 crabrones. Ibid. 1, 1, 298 Si me irritassis, hodie lumbifragium
hinc auferes. Cupiditatem Senec. *Epist.* 7. Cic. *ad Brut.* 17
Nescio, quid scribam tibi, nisi vnum, pueri et cupiditatem et licenti-
am potius esse irritatam, quam repressam a Cicerone. Irritare ali-
quem ad iram Ouid. *Met.* 8, 418. Segnius irritant animos demissa
per aurem Hor. *de Arte Poet.* 180. Tac. *Ann.* 13, 1 Non quia in-
55 genii violentia exitum irritauerit. *Conf. Sen. Epist.* 7. et *Patere.* 2,
66, 3. — Ad necem alicuius Vell. 2, 66, 3. Irritandae ad discen-
dum infantiae gratia Quinct. 4, 1. *Add.* 1, 1. Pocula irritantia lu-
xum Sil. 13, 355. Vitia irritare vetando Ouid. *Amor.* 3, 4, 2. ¶ 2
Aliud est Irrito pen. corr. de quo mox sub IRRITVS.

IRRITĀTVS, a, um. Partic. [*ἰρριδιδεύς*] Gens irritata Ouid.
60 *Met.* 13, 565. Terra ira irritata Virg. *Aen.* 4, 178. Voluptas
Ouid. *de Arte Am.* 2, 681. *Pro Irato:* Ter. *Phorm.* 1, 5 (2, 1) 10
Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituire.
Animis irritatis Liu. 2, 46. Canis irritata Plaut. *Capt.* 3, 1, 25.
65 *Compar.* [*ἰρριδισβρεπός*] Gell. l. vlt. c. vlt. Quo fit quorundam male-
dicorum hominum saeuitas et inuidencia irritatior. Taurus irri-
tator Idem 10, 19.

IRRITATE, Adu. *cuius Compar. apud Amniam.* 20, 37 Gingiuam
irritatus titillare.

IRRITATIO, ōnis. f. [*ἰρριδιουδός, παραπικρασιουδός*] *Accensio.*
70 Liu. 31, 14 Et irritatio animorum ea prima fuit. Tac. *Germ.* c. 19.
1 Nullis conuiuorum irritationibus corruptae. Partis irritatio
Scribon. 142. *Pro Cupiditate.* Senec. *Consol. ad Helu.* c. 6 Inue-
nio, qui dicant, naturalem quandam inesse animis irritationem com-
mutandi sedes, et transferendi domicilia. Idem *Epist.* 9.

IRRITATOR, ōris. m. Sen. *Epist.* 108.

IRRITATRIX, icis. f. Vulg. *Interp.* Ezech. 24, 3.

IRRITABILIS, e. Adi. [*ἰρριδιδεύς*] *Quod facile irritatur: cui*
80 *opponitur Placabilis.* Cic. *Att.* 1, 17 Nam si ita statueris, et irri-
tabiles animos esse optimorum saepe hominum, et eisdem placabi-
les, etc. Genus irritabile vatium Hor. *Epist.* 2, 2, 102. *Conf.*
Lactant. 6, 23.

IRRITABILITAS, atis. f. Apul. *de Doctr. Plat.* 1 Excande-
scentia et irritabilitas.

IRRITĀMEN, inis. n. [*ἰρριδιουμός*] *Quo quis irritatur et accen-*
85 *ditur.* Ouid. *Met.* 12, 103 Haud secus exarsit, quam circo taurus aper-
to, Quum sua terribili petit irritamina cornu. *Add. Prudent Ham-*
mart. 523. Amoris irritamen Ouid. *Met.* 9, 133. Opes, animi
irritamen auari Idem ib. 13, 535.

IRRITAMENTVM, i. n. [*ἰρριδιουμός*] *Idem.* Plin. 5, 9 Sub-
90 inde infulis impactus, totidem incitatus irritamentis postremo, etc.
Irritamentum certaminum. Liu. 30, 11 Paruum fuit irritamentum.
Opes, irritamenta malorum Ouid. *Met.* 1, 140. Veneris irritamen-
tum Iuuen. *Sat.* 11, 165.

IRRITVS, a, um. Adi. [*ἀδερός*] *Non ratus, Vanus, effectus*
95 *carens.* Cic. *de Legib.* 2, 21 c. 8 Quaeque augur, iniusta, nefasta, vi-
tiosa, dirae dixerit, irrita, infectaque sunt. Ter. *Phorm.* 5,
7, 58 Quod dictum, indictum est: quod modo erat ratum, irritum
est. Dicere irrita Ouid. *Met.* 11, 39. Inceptum Liu. 29, 35.
100 Irritus consilii Vell. 2, 63, 2 *Qui frustra dedit consilium.* *Vid. Vir*
vita ac morte consentaneus, in **CONSENTIO.** Labor irritus
anni Ouid. *Met.* 1, 273. Lingua Propert. 3, 13, 65. Oua, *Ste-*
rililia; quae Hypenemia quoque dicuntur, et Zephyria. *Vid. VRINVM*
Ouum. Preces, *Vanae, fuitiles, et incassum rogatae:* Plin. in
105 *Paneg.* c. 26 Ac plerique irritis precibus surdas principis aures adstre-
pebant.

- pebant. Sic Poenae Plin. 2, 7. Promissa irrita linquens Catul. Argon. 62, 59. Spes Stat. Theb. 10, 45. Spei irritus Curt. 6, 5, 1. *h. e. Sua spe frustratus.* Liu. 2, 6 Incensus Tarquinius non dolore solum tantae ad irritum cadentis spei, sed etiam odio. *Vid. AD.* Tela Virg. Aen. 11, 735. Verba Ouid. Rem. Amor. 286. 5
Virg. Ecl. 4, 14 Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri, Irrita perpetua soluent formidine terras. Legationis irritus rediit Tac. Hist. 4, 32. Incepti irritus Sil. 12, 57.
- IRRITO**, are. *Infingere, ad nihilum redigere.* ICt. l. 2 C. de Feriis, Quod contra hoc factum fuerit omnibus modis irritatur. 10
- IRROBORO**, are. [*ἰρροβόωμι*] *Robur et vires augere ac confirmare.* Gell. 1, 22 Irroborauit, inueterauitque falsa atque aliena verbi significatio, quod dicitur, hic illi superest.
- IRROGO**, are. [*ἰρρογέωμι*] *Est comitiorum verbum proprie, q. d. rogare populum in aliquem. Vt poenam irrogare est rogare populum de poena, et rogatione illa perficere, ut aliquis puniatur. Deinde, ut sit latius extendente significationem usu, irrogare est instigare, imponere rem molestantem nempe.* Ignominiam irrogare Papinian. in l. Ob haec D. de iis, qui not. infamia. Infamiam Papin. in l. Ex ea D. de postulando. Cic. pro Domo 43 c. 17 Vetant leges sacrae, vetant XII tabulae, leges priuatis hominibus irrogari: id est enim priuilegium. Tacit. Ann. 4, 10 Sibimet irrogaret Mortem, quam patri struxerat. Multam, idem quod dicere multam. Plin. . . Non modo culpam omnem, sed etiam multam irrogauit. Sic Cic. pro Domo 58. *it. pro Mil. c. 17. Vid. Bud. in l. 2 in fine D. de Iudic.* Quinctil. 6, 5 25 Mitior solet irrogari Poena verecundiae. Hor. Serm. 1, 3, 118 — adfit Regula, peccatis, quae poenas irroget aequas. Poenas irrogare sibi ipsi Sen. Herc. Oet. f. 7. Cic. de Legib. 3, 11 Priuilegia ne irroganto. Supplicium tenuioribus Tacit. Ann. 16, 5, 4. *Opposita:* Plin. in Paneg. c. 37 *pr.* His vicesima reperta est, Tributum tolerabile, 30 et facile haeredibus duntaxat extraneis, domesticis graue. Itaque illis irrogatum est: his remissum. Sic Hirt. B. Afric. 97 Tributis vectigalibusque regiis irrogatis, ex regno prouinciaque facta, etc. *Al. Abrogatis.* Quinctil. 10, 3, 26 Labori non plus irrogandum est, quam quod somno supererit, haud decriit, *i. Dandum.* 35
- IRROGĀTVS**, a, um. Partic. [*ἰρρογᾶμένος*] Tacit. Ann. 13, 23, 4 Exiliumque accusatori irrogatum, et tabulae exustae sunt.
- IRROGATIO**, ōnis. f. [*ἰρρογῆσις*] Cic. pro Rabir. 8 c. 3 Nam quid ego ad id longam orationem comparem, quod est in eadem multae irrogatione praescriptum, hunc nec suae, nec alienae pudicitiae 40 pepercisse?
- IRRORO**, are. [*ἰρρορέω*] *Rore aspergere, siue madefacere.* Columel. 12, 22 Noctibus autem labrum operire conueniet, ne irroretur. Sic 9, 14 Irroratis floribus. *Dicitur enim, vel Aquam irrorare agro, vel Agrum irrorare aqua.* Ouid. Met. 1, 371 Inde vbi libatos irrorauere liquores Vestibus, *i. Insperere.* Antiqui enim templa ingressuri, deosque precaturi, prius se aqua aspergebant, quam consuetudinem Deucalion et Pyrrha diis supplicari feruauerunt. Ter caput irrorat Ouid. Fast. 4, 315. *Add. Met. 9, 108.* Crinem irrorauit aquis Idem Met. 7, 190. *i. Aspersit.* Oleo aliquid Columel. 12, 47. Sedulus irrorans Olitor Idem 10, 148. Somnus irrorat quietem oculis Sil. 10, 357. Idem 11, 202. et 2, 122. Irrorat, *Impersonale: ut Ningit, Grandinat:* Columel. 11, 2 Septimo Idus Decembris Aquila mane oritur, Africus, interdum Auster, irrorat.
- IRROTO**, are. Min. Fel. Oet. 3, 7 Testam super vndas irrotare, 55 *i. libratam manu ita proicere, ut summam aquam stringat, et in ea velut rotetur.*
- IRRŪBEO**, ui, ire. vel **IRRUBESCO**, ere. [*ἰρρῦβέωμι*] *Rubrum fieri.* Stat. Theb. 9, 647 Irrubuit caeli plaga fidere misto, de coniunctione Solis et Lunae. Ignis tuus irrubuit mihi vultibus Stat. 60 Silu. 5, 3, 31. *i. te cremari vidi, rogo tuo adfuiti.* Solin. c. 5.
- IRRŪCTO**, are. [*ἰρρῦκτέωμι*] *Ructum emittere.* Plaut. Pseud. 5, 2, 6 Quid tu (malum) ergo in os mihi ebrius irructas?
- IRRŪFO**, are. Crinem irrufare Hieron. Epist. 7. *i. rufo colore inficere.* 65
- IRRŪFĀTVS**, a, um. Tertull. adu. Psych. c. 16. Et Apol. c. 22.
- IRRŪGIO**, iui, ium, ire. [*ἰρρῦγέωμι*] *Valde rugire.* Cuius verbi nullum exemplum legimus praeterquam in literis sacris. *Vid. Genes. 27, 34 Esau irrugiit clamore magno.*
- IRRŪGO**, are. [*ἰρρῦγέωμι*] *Rugas contrahere.* Gell. 12, 1 Ne aequor illud ventris irrugetur.
- IRRŪMO**, are. *A Ruma, id est mamma ductum verbum. Irrumat, quae mammam praebet.* *Vid. SVBRVMVS.* Sed vulgo obscenitatis extremae est Martial. 2, 7 Quae faciat, duo sunt: irrumat, aut futuit. *Conf. Idem 2, 47 et 83. It. 4, 50 etc.* Catull. 15, 1. et 75, 5. 75
- IRRŪMĀTVS**, a, um. Adi. Martial. 2, 70 Vndis ne fouearis irrumatis, *i. Aquis contaminatis ablutione mentularum.* *Add. Catull. 21, 13.*
- IRRŪMĀTOR**, ōris. m. Iulius Firmic. 8, 20. Catull. 10, 12.
- IRRŪMATIO**, ōnis. f. Catull. 19 (21) 6 Tangam te prius irrumatione. 80
- IRRŪMPO**, ūpi, uptum, ere. [*ἰρρῦπᾶωμι, ἰρρῦπᾶζέωμι*] *Violenter et cum impetu ingredi.* Ter. Eun. 5, 6, 26 Cesso huc intro irrumperere? In aerarium Cic. pro L. Agr. 2, 46. In animos nostros irrumperunt intrinsecus imagines Idem Acad. 4, 125. In castra irruerunt Caes. B. G. 4, 14. In pectora irrumperat Quinctil. 2, 5. Cic. Fam. 15, 2 85 Si ex Syria egredi, atque irrumperere In meam prouinciam conarentur. Quinctil. 2, 1, 2 Grammatici ad Profopopoeias vsque et ad suasorias irrumperunt. Animos populi fama irrupit Lucan. 1, 465. Fores Idem 5, 127. Lumenta domus irrumperit Virg. Aen. 4, 645. Caes. B. C. 1, 27 Et quo facilius impetum Caesaris tardaret, ne sub ipsa profectioe milites Oppidum irrumperent, portas obstruit, etc. Plin. 35, 4 Hostilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruerat. Portas apertas Ouid. Met. 15, 598. Portas irrupere patentes Virg. Aen. 11, 879. Irrumpere alicui, *vid. Drakenborch. ad Sil. 2, 378.* Stationes hostiles irrupit Tacit. Hist. 3, 9, 1. *Add. Idem Ann. 2, 25, 2.* 95
- IRRŪMPENS**, entis. Partic. [*ἰρρῦπᾶζέμενος*] Irrumpens ventus, *h. e. Ita perflans, ut omnia dirumpat et confringat* Plin. 11, 24. Fluius Idem 3, 1.
- IRRŪPTVS**, a, um. *Non ruptus.* Hor. Carm. 1, 13, 18 Felices ter et amplius, Quos irrupta tenet copula, etc. Copula irrupta, 100 *i. Anoris coniunctio non interrupta, nec rixis aut iurgiis dissoluta.*
- IRRŪPTIO**, ōnis. f. *Impetus, incurso.* Cic. pro L. Manil. 15 c. 6 Nam quum hostium copiae non longe absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur. Plaut. Poen. prol. 42 Dum ludi stant, in popinam pedisequi irruptionem facite. 100

IRRUMPIBILIS, e. Adi. Gloss. Gr. Lat. ἀρρηκτον.

IRRUO, ui, ūtum, ěre. [ἰρροῦμαι, ἰρροῦμαι, προσκίπτω] Cum impetu ferri, impetum in aliquem facere. Donatus ad Ter. Eun. 4, 7, 18

Irruere proprie dicuntur, qui cum furore praelium ineunt. Plaut.

5 Amph. 1, 1, 88 Illico equites iubet dextera irruere. Ter. Adolph. 1,

2, 8 Fores effregit, atque in aedeis irruit alienas. In mediam aciem

Cic. de Fin. 2, 61 c. 19. Idem ibid. 5, . . . Et quum in mala scientes irruunt,

tamen se optime sibi consulere arbitrantur. Idem pro

Domo 106 In quem quisque per homines concitatos irruerit, quem

10 impetu perculerit. Cic. Verr. Act. 1, 35 c. 12 Et sunt homines, quos

libidinis, infamiaeque suae neque pudeat, neque taedeat, qui quasi de

industria in odium offensionemque Pop. Rom. irruere videantur.

Irruimus ferro Virg. Aen. 3, 222.

IRRVPTVS, vid. IRRVMPO.

15 I R T et I R V

IRTIOLA, ae. f. Genus vitis. Columel. 3, 2, 28.

IRVDO, quam quidam sanguifugam vocant Scribon. 199. Vid.

20 IRVDO.

IRVS, i. m. [Ἴρως] Ithacensis mendicus ac turpissimus, ut 18

Odyssae describitur ab Homero, corpore praegrandi, sed debili et foedo,

quem Vlysses post errores domum reuersus pugno interfecit. Binominis

Iri fortuna Ouid. in Ibin 417. Egens Idem Epist. 1, 95. Propert.

25 3, 5, 17. Idem Trist. 3, 7, 42 Iruis et est subito, qui modo Croesus erat. Add. Martial. 5, 41. et 6, 77.

I S

30 IS, ea, id. [ἴσως] Pronomen, cognatam significationem habet Pro-

nomini Hic, et eundem locum retinet: maxime vtuntur si praecedat, aut

sequatur Qui: vt, Qui diuitias cupit, is, vel hic auarus est. Terent.

Adolph. 1, 1, 16 Is adeo dissimili studio est iam inde ab adolescentia.

Idem Andr. 4, 6, 6 Estne hic Crito sobrinus Chrysidis? is est. Idem

35 Eun. 3, 4, 8 Quisnam hinc a Thaide exit? is est, an non est? ipse est.

Is, pro Qui: Ter. Andr. 1, 3, 17 Fuit olim quidam fenex mercator:

nauem is fregit apud Andrum insulam: Donatus. Eius generis

40 Scribon. 22. i. eiusdem. Sic Eius mensurae Idem 180. Aliquando

pro reciproco ponitur: Cic. Fam. 15, 14 Diligitur propter summam eius

humanitatem. Caes. B. G. 1, 11 Liberi eorum. Idem ibid. 5, 4

Vna cum iis. Liu. 3, 40 Priuatos eos iudicatos. Is, pro Talis:

Ter. Andr. 1, 5, 29 Eine ego vt aduerser? i. tali, tam leni, et indul-

45 genti? Cic. pro Caecin. 14 Is enim illi fuit Ebucius, etc. Idem

Acad. 4, . . . Quumque esset ea memoria, quam ante dixi, ea saepe,

45 etc. Non sum is, qui Nep. 17, 5, 3. Ego is in illum sum, quem

tu me esse vis Cic. Att. 7, 8. Non is sum, vt Id. ad Brut. Ep. 15.

Si nos ii sumus, qui esse debemus Idem Fam. 5, 8. Add. ibid. 3, 10.

et 10, 8. it. ad Att. 1, 4. Off. 2 c. 2. Ea aetate sum, vt non sit

50 peccato mihi ignosci aequum Ter. Hec. 5, 1, 10. Liu. 10, 3 pr. Id

magis credo, quam Quintum Fabium ea aetate, atque iis honoribus,

Valerio subiectum. Ea nostra ratio est, vt, etc. Cic. Q. Frat. 1, 1

Atque is dolor est, quod, etc. Ter. Andr. 1, 1, 22 Rem omnem a

principio audies: Eo pacto et gnati vitam scies, et consilium meum

55 cognosces. Ea re, Propterea, id est ob eam rem: Cic. Att. 8, 9 O rem

turpem, et ea re miseram: sic enim sentio, etc. Idem Off. 3, 12 Ea

re quia turpe sit, non esse faciendum. Idem ad Brut. 17 An hoc

ipsum ea re facit, quod illi propter, etc. Ea, qua sibi respondent in-

tellecto nomine via. Loca patefecit, itinera muniuit, effecitque, vt ea

60 elephantus ornatus ire posset, qua antea vnus homo inermis vix pote-

rat reperere Nep. 23, 3, 4. ¶ 2 De Casibus huius Pronomi-

nis obseruat. Negat Bentl. ad Hor. Od. 3, 11, 18 locum esse Genitiuo

Eius in Poësi sublimiore (sermones enim s. satiras excipit) quoties salua

sententia abesse possit: quod ita moderatur Burm. ad Ouid. Met. 8, 16 vt

tamen nihil contra MSCtorum consensum mutari velit illius eiiciendi causa:

65 Retinet igitur l. c. Saxo sonus eius inhaesit; et Tib. 1, 7, 25 Saepe ve-

lut gemmas eius signumue probarem: it. Prop. 4, 6, 67. Add. Burm.

ad Gratii Cyneg. 224. Eae, pro Ei Cato R. R. c. 64, 1. Eabus, pro

Iis Idem c. 152. Eii, pro Ei Plaut. Curc. 4, 3, 12 Iibus, pro Ibus.

Eodem hercle vos pono et paro: parissimum estis iibus Id. Curc. 4, 2, 20.

70 Eii metri causa etiam Lucret. 2, 1134. et 3, 857. Sic 6, 674 Scilicet et

fluuius, qui visus maximus eii. Vid. Priscian. 1 p. 545 post pr. Alias

corripitur, vt Iuuenal. 14, 122 Vt illam Ire viam pergant, et eidem in-

cumbere sectae. Ein, pro Eum Festus. Eapse, pro Ea ipsa:

Plaut. Cist. 1, 2, 17 Puerum, aut puellam alicunde, vt reperirem sibi,

75 recens natum eapse, quod sibi supponeret. ¶ 3 Et id,

Atque id, Idque, vehementians significant. Et id quidem Scrib. Ep.

Cic. Off. 1, 1 Quamquam te, Marce fili, annum iam audientem Cratip-

pum, idque Athenis. Et Orat. 3 Quaeris igitur, idque iam saepius.

Et id, pro eo vsque Varro R. R. 2, 9, 16. Cic. in Orat. 59 Excurtio

80 moderata, eaque rara. Idem Att. 1, 16 Per vnum seruum, et eum

ex ludo gladiatorio. Idem ibid. 2, 6 Et id ipsum sine stomacho.

Cic. Fam. 9, 21 pr. Priuatas causas et eas tenues agimus. Liu. 4, 57

Vno atque eo facili praelio caesi hostes. Sic Idem 5, 33 Sonum lin-

95 guae nec eum incorruptum retinens. Conf. Cic. Att. 5, 1. Contra

ea minuit sententiam subiecta quidem. Cic. Att. 12, 11 Tuus dolor

humanus is quidem, sed magnopere moderandus. Conf. Idem Catil.

4, 8. Et Tusc. 5 c. 3. Isce, pro Is ipse: Cic. pro Rosc. Amer. 109

c. 38 Nullum esse ius tam sanctum atque integrum, quod non eiusce

vis ac perfidia violaret. Isce etiam ap. Gell. 3, 14 extr. reperit Falser.

90 Sed apud Cic. alii eius scelus. In Gellio, Neque quisquam — his

verbis — vsus est. Ter. Adolph. 1, 1, 24 In eo me oblecto, solum

id est carum mihi. Id, Ob id: Ter. Andr. 2, 3, 2 Si id succenseat

nunc, quia non det tibi vxorem Chremes, etc. Idem 2, 2, 25 Id gau-

deo. Cic. Philipp. 10, 22 Qui id pugnant, id agunt, vt contra Rem-

95 pub. restituti esse videantur. Ita Plaut. Rud. 2, 3, 66 Id misera

moesta est. Sed simpliciter demonstratiuum est in illis: Ter. Eun. 4,

4, 56 Id modo dic, abisse Dorum. Idem Adolph. 5, 9, 29 Quae

istaec subita est largitas? D. dicam tibi: vt id ostenderem, quod te

100 isti facilem, et festiuum putant, id non fieri ex vera vita, neque adeo

ex aequo et bono. Id ita esse Ter. Eun. Prol. 29. ¶ 4

Obseruatu, aliae. Id quod, pro Ideo quod, veteres dicebant. Sic lo-

cutus est Ter. Heaut. 5, 3, 16 Id quod est confamilis moribus, conuin-

ces facile ex te natum. Idem Hec. 3, 3, 8 Illico laetae exclamant,

venit, id quod me repente aspexerant. Liu. 41, 29 Id quod erat

105 vetusta coniunctio cum Macedonibus. Cic. Q. Frat. 3, 1 Terreo ab

accusando, vix me hercule, sed tamen teneo, id quod iudices nullos habemus. *Ex P. Manut. commentario ad Q. Frat. Ad id, vid. A D Praep.* Id cyathum sumito pro eius Cato R. R. 122. Id aetatis: Plaut. *Afin.* 1, 1, 56 Neque puduit eum id aetatis sycphantias struere, *i. In ea aetate, vel tam senem.* Cic. *Fam.* 6, 20 Ita viximus, et id aetatis iam fumus, ut omnia, quae non nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. *Idem de Orat.* 1 c. 47. *Et Att.* 4, 15. *Tacit. Ann.* 12, 18 *pr.* Romanorum nemo id Auctoritatis aderat. Id Dici veniebam in, etc. *Cic. Att.* 3, . . . *Legitur et* Eo autem die. *Tacit. Ann.* 16, 4 Postquam id Honoris indicibus, tanquam promptum ad caedes principem accepit. *Expone,* Id Honoris indicibus, *i. Quum eo in honore agerent indices* *Idem ibid.* 12, 18, 1. Id Hostium *Liu.* 22, 4. Id Locorum, ea ratione dicitur, qua Interea Loci: *Plaut. Poen.* 1, 1, 16 Post id Locorum tu mihi amanti ignoscito. Ad id Locorum, pro *In eo Loco* *Liu.* 22, . . . Ad id Locorum, pro usque ad id tempus *Sallust. Iugurth.* c. 63. *Vid. A D.* Id plus concidito, id tanto magis *Cato R. R.* 44. Id Solitudinis repente erat *Tacit. Ann.* 11, 32. *h. e. Ea repente Solitudo erat.* *Cic. de Orat.* 1, 265 Et nos ipsi, quoniam id Temporis est, valetudini demus operam. *Id. ibid.* 2, 25. *Et pro Mil.* c. 10. *Cic. de Fin.* 5, 1 Maxime quod is locus ab omni turba id Temporis vacuus esset. *Idem Att.* 13, 33 Venit enim ad me, et quidem id Temporis, ut retinendus esset. Id Virium, pro eae Vires *Tacit. Ann.* 13, 41. ¶ 5 *Connubia quaedam huius Pronominis.* *Plaut. Amph.* 1, 3, 32 Redibo actutum. A. id actutum diu est. *Ter. Andr.* 2, 1, 16 Interea fiet aliquid spero. B. id aliquid nihil est. *Id* populus curat scilicet; *ironice dictum* *Ter. Andr.* 1, 2, 14. *Cic. Att.* 13, 33 Id populus curat scilicet, non me hercule arbitror. *Idem Att.* 8, 9 Sic enim sentio, id demum, aut potius id solum esse miserum, quod turpe sit. *Conf. Ter. Adelph.* 2, 3, 2. Id est profecto: id amicae dabitur *Ter. Heaut.* 4, 8, 16. *Cic. Att.* 7, 8 Assentiar Cn. Pompeio, id est T. Pomponio. *Eidem,* Senatus hodie futurus erat, id est Calend. Octob. Pro Id est, Cicero dicit Quod est, ut de Opt. genere *Orat.* 21 Pure et emendate loquentes, quod est Latine, Id genus hominum est pessimum, *Id genus homines* *Ter. Andr.* 4, 1, 5. *Cic. de Orat.* 1, 210 Epaminondam atque Annibalem atque eius generis homines nominarem. *Idem Att.* 13, 13 Scis me antea orationes aut aliquid, id genus solum scribere, ut Varronem nusquam possem intexere. *Eleganter repetitur:* *Cic. pro Sull.* c. 31 Ne hanc labem relinquat, id laborat, id metuit. *Id. Off.* 1 c. 10. *Et Q. Frat.* 1, 1. *Et de Amicit.* c. 23. *Suet. Neron.* c. 24 Quamvis id ipsum in rege Mithridate carmine quodam suo reprehendisset. Incidit in id ipsum, quod modo timebat, *vid. INCIDO.* Id quod; *relativum* *Liu.* . . . Id quod ex monumentis patet. *Ter. Adelph.* 2, 1, 52 Verum cogito id, quod res est, quando eum quaestum occeperis. *Vbi* Donatus, Id quod res est, Id quod verum est: Bona locutio. *Conf. Cic. de Orat.* 1 c. 44. *Et pro Sext.* c. 13 et 17. *Et Nep.* 7, 6, 3. Id vero, pro Id certe: *Ter. Eun.* 5, 4, 8 Tum hoc alterum, id vero est, quod mihi puto palmarium. *Ad.* *Idem Eun.* prol. 34. *Cic. pro Quint.* 1 Gratia Sexti Naeuii, ne P. Quintio noceat, id vero non mediocriter pertimesco. *Sueton. Tib.* c. 35 Femenae famosae — profligatissimus quisque — Eos easque omnes — exilio affecit. *Nonnunquam abundat: vid. Burm. ad Quinct.* 8, 3 p. 707. ¶ 6 *Idem, Eapfe, Eatenus, vid. ff. l.*

I S A

ISAEVS, i. m. [Ἰσαῖος] Assyrius rhetor, adolescentiam variis corporis voluptatibus tradidit: deinde vir factus, frugalissimus omnium fuit. Characterem orationis non profusum habuit, sed parcum castigatumque, ac secundum naturam, qui tantum rebus breuiter enarratis suppeteret. Nam totum quidem argumentum paucis, summaque complecti, ipsius primum inuentum est: ut Lacedaemoniis de ordinibus consultantibus ac sollicitis illud Homericum iactauerit, Scutum scuta premunt, galeam galeaque, virum vir. *Ex Philostrato.* Isaeus, alius rhetor: *Vid. Plin. Epist.* 2, 3. Sermo promptus et Isaeo torrentior *Iuuen. Sat.* 3, 74. ISAGŌGE, es. f. [Ἰσαγωγὴ] Latine Introductio dicitur, siue Principium: ut quum res a primis initiis et rudimentis traditur. Latini Elementa dicunt. Erat etiam magistratus Athenis, cuius munus fuit audire accusatores, Ἰσαγωγὴ. Pueriles isagogae *Gell.* 1, 2. *Id.* 16, 8 Quum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necessum fuit adire atque cognoscere, quas vocant dialectici Ἰσαγωγὰς. ISAGOGĪCVS, a, um. *Adi. Gell.* 14, 7. ISĀPIS, is. m. [Ἰσᾶπις] Fluvius propinquus Caesennae, ut *Strabo* scribit. *Lucan.* 2, 406 Crustumiumque rapax, et iunctus Isāpis Isauro. Sed doctiores legendum putant Sapis. ISĀRA, ae. m. [Ἰσᾶρα] Fluvius Galliae, Rhodano se iungens, ubi Cemenus mons Rhodano se applicat. *Vid. apud Caes. . . et Plin.* 3, 4. *Lucan.* 1, 399 Hi vada liquerunt Isarae, qui gurgite ductus, etc. ISĀTIS, is, vel Idis. f. [Ἰσᾶτις] Herba, de qua *Plin.* 20, 7 f. 25 Tertium genus lactucae in silvis nascens, Isatin vocant. Huius folia trita cum polenta vulneribus profunt. Quarto (ea Isatis fatiua *Oribasio, Dioscoridi, et Galeno apud Harduin.*) infectores lanarum vtuntur: simile erat lapatho filuestri foliis, nisi plura haberet et nigriora. *Plin.* 26, 7 f. 22 Tripolium — folio Isatis crassiore. *Putant quidam idem esse Glastrum, de quo f. l.* ISAVRIA, siue ISAVRICA, ae. f. [Ἰσαυρία] Regio est Ciliciae proxima ad Taurum montem, quam P. Seruilius subegit, qui inde dictus est Isauricus. Haec *Strab.* 12. ISAVRI, ōrum. m. Populi Isauriam tenentes. Indomiti Isauri *Eutrop.* 6, 3. *Adiective ponitur, Isaurum int.* oppidum, *Ammian.* 14, 25. *Ouid. Fast.* 1, 594 Africa victorem de se vocat: alter (*Servilius*) Isauras Aut Cretum (*Metellus*) domitas testificatur opes. *Iserum* *Ammian.* 14, 25 *Claudiopolis*, quam deduxit coloniam *Claudius Caesar*, Isaura ante. ¶ 2 Isaurus Italiae fl. ex *Lucan.* 2, 406 incertus ob varietatem lectionis, nec aliunde prolatus. ISAVRICVS, a, um. *Adi. Gens Isaurica* *Plin.* 5, 27. *Forum* *Cic. Att.* 5, 21.

I S C

ISCE, *vid. IS n. 3.* ISCHAEMON, onis. f. [Ἰσχαμων] Medicamentum, quod valet ad sistendum sanguinem, ἰσχυρὸν τὸ αἷμα. *Vid. Plin.* 26, 12. et 25, 8. ISCHION, i. n. et Plur. ISCHIA, ōrum. [Ἰσχία] Apud Graecos vocatur os vel ossa coxendicis. Hinc ISCHIAS, ādis. f. [Ἰσχιάς] Dolor coxendicis, quem medici recan- VOL. II.

tiore sciaticam dicunt. Plin. 27, 5 Bibitur propter ischiada et stranguriam e vino.

ISCHIACVS, *sive* ISCHIADICVS, a, um. Adi. [*ἰσχιᾶδος, ἰσχιᾶδικός*] Qui ischiade morbo laborat. Cato c. 123 Vinum ad ischiacos sic facito. de iunipero, etc. Medentur ischiadicis Plin. 27, 4. Ischiadicos dolores et spinae leuat agaricum potum Plin. 26, 7 extr.

ISCHNON, i. n. [*ἰσχόν*] Gracile, macrum. Lucret. 4, 1159 *ἰσχὸν ἐρωτικόν* tum fit, cum viuere non quit, q. d. tenuis amatula. Est etiam Subtile genus dicendi apud Quinctil. 12, 10, 58.

ISCHNOTES, is. f. [*ἰσχότης*] Gracilitas, Inter vitia oris refert Quinctil. 1, 5.

ISCHOMACHE, es. f. [*Ἰσχομάχη*] Compositum ex *ἰσχω* et *μάχη*. Quo nomine dicta est Hippodamia, quae habuit in nuptiis suis pugnam Centaurorum. Haec fuit Atracii filia, quae nupsit Pirithoo. Ischomache, Lapithae genus Heroinae Propert. 2, 2, 9.

ISCIA, ae. f. Insula est e regione Veliae: alio nomine Oenotris dicta Plin. 3, 7.

I S E et I S I

ISELASTICA, orum. n. Quae vox in Epist. Plin. 10, 119 reperitur, Certamina sunt, quae a Graecis *ἰσχυρὰς ἰσχυρατικοὶ* vocantur: de quibus Sibylla, *μάχας γὰρ ἰσχυρὰς ἰσχυρατικὸς ἔσαι*. Eorum autem ludorum et certaminum victores triumphantium more in patriam inuehebantur, et vestigal de publico accipiebant. Vitruu. praef. 9 Nobilibus athleticis, qui Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicissent, Graecorum maiores ita magnos honores constituerunt, uti non modo in conuentu stantes cum palma et corona ferant laudes, sed etiam quum reuertantur in suas ciuitates, cum victoria triumphantes, quadrigis in moenia et in patriam inuehantur, e reque publica perpetua vita constitutis vestigalibus fruuntur.

Quum igitur quadrigis inuehebantur, dicebantur *ἰσχυραῖνοι*, unde Iselastica nomen deductum. Turneb. Aduers. 1, 19.

ISIACVS, i. m. [*Ἰσιακός*] dictus Isidis sacerdos Plin. 27, 7. Valer. Max. 7, 3, 8 Assumto Isiaci habitu per itinera viasque stipem petens. Sic Suet. Domit. c. 1 Isiaci celatus habitu, interque sacrificulos vanae superstitionis.

ISIACVS, a, um. Adi. Cic. de Diuin. 1, 58 Isiaci coniectores.

ISIS, is. f. Urbis Romae pars tertia, coniuncta Caelimontanae, sita in ea Esquiliarum parte, quae latus australe respicit. Describunt illam Rufus et Victor. Conf. Nardin. Rom. Vet. 3, 8.

ISIS, Isis et ISIDIS, Isim. [*Ἰσις*] Inachi filia, Io prius dicta. Quae olim pererrans, quum ad Nili fines peruenisset, Iouis amatoris ope formam vaccae immutauit, estque ab Aegyptiis pro dea celebrata. De qua Lucan. 8, 831 Nos in templa tuam Romana recepimus Isim. Tacit. Germ. c. 9 Pars Sueuorum et Isidi sacrificat. Apul. de Afin. Aur. 1 totus est de illius cultu et ritibus. Linigera Isis Ouid. Amor. 2, 2, 25. De Isis cognominibus, Athenedoria, Patricia, Pelagia, Pharia, Regina atque Triumphali, vid. plura in Lex. Pitisc.

¶ 2 Isidis crinis frutex corallio similis, de quo ibi agimus ex Plin. 13 extr. Isis emplastrum Scribon. 206.

ISITIVM, *sive* ISICIVM, i. n. Varro de L. L. 4, 22 p. 98, 30 In Suillae carnis partibus, Inficia ab eo, quod insecta caro, ut in carmine Saliorum est, quod in extis dicitur nunc profectum. Macrobi. Saturn. 7, 8 Dicis quaeaso, quae causa difficile digestu facit isicium, quod ab infectione inficium dictum (amissione enim literae, postea, quod nunc habet nomen obtinuit) quum multum in eo digestionem iuuerit tritura tam diligens, et quidquid graue erat carnis assumerit, (forse leg. absumserit) consummationemque eius multa ex parte confecerit. Locus velut classicus est Apic. 2, 1 et 2 ubi formulae Isiciorum plurimae e genere piscium, carnum, omento, spongiolis, caet. Vbiq. concisum, tunsu, tritum, aromatis conditum, inuolutum nonnunquam foliis, siccatum, denuo perfusum liquamine, cibarium deprehendes. Salicium vulgare, faucisse, ex falso isicio ortum videtur. Isicia minuta, quadrata Apic. 5, 3.

Apud eundem inuenies amygdala, hydrogarata, marina, omentata, plena, porcina, simplicia, simulata. Idem 4, 3 formulas habet Minutatis de Isiciis. Meminit et Arnob. aduersus gentes l. 2 p. 73. Esitium, Hysitium, sunt errores librariorum.

ISICIOLVN, i. n. Apic. 2, 1. et 5, 4.

ISICIATVS, a, um. Adi. ut, Pullus isiciatus Apic. 8, 7.

70 Add. Id. 8, 8. et 2, 5. Al. Hysitiatus. Conf. ESITIATVS in EDO.

ISICIVS, a, um. Adi. Isicia patella Apic. 4, 2. Sed Listerus aliter distinguit, ut isicia Substantiuum maneat.

ISLANDIA, ae. f. Vid. THVLE.

I S M

ISMARVS, i. m. in Singul. ISMARA, n. in Plural. [*Ἰσμαρος*] Mons Thraciae, partim asper et incultus, partim fertilis vineis et oliuetis, quem Orpheus incoluit, ubi Ismara Ciconum vrbs fuit.

80 Virg. Ecl. 6, 30 Nec tantum Rhodope miratur, et Ismarus Orpheae. Et rursum Georg. 2, 37 Iuuat Ismara Baccho Conferere, atque olea magnum vestire Taburnum. Lucret. 5, 30 Thracen, Bistoniasque plagas, atque Ismara propter.

ISMARIVS, a, um. Adi. [*Ἰσμαρίος*] Equi Ismarii Ouid. Epist. 1, 46. Gentes Idem Met. 10, 305.

ISMARICVS, a, um. Adi. Auien. Descript. Orb. 33 Ismarici fabris Aquilonis.

ISMENE, es. f. [*Ἰσμήνη*] Oedipi filia, cuidam Athy, iuueni Cyrrheo desponsata, qui ante nuptias a Tydeo occisus est. Agenorea 90 Ismene Stat. Theb. 8, 622.

ISMENIS, idis. f. [*Ἰσμήνης*] Ouid. Met. 3, 734 Turaque dant, sanctasque colunt Ismenides aras, i. Thebae ab Ismeno fl.

ISMENIAS, ae. m. Nomen Thebani optimi tibicinis. Apul. de Deo Socr. p. 53 Nescio, ut Ismenias tibiis canere, ut Apelles pingere, ut Lysippus fingere. De hoc Plutarchus in Pericle, Quum audisset Aristhenes Ismeniam optimum esse tibicinem, respondit, Malus igitur. Nam si probus esset, tibicen non esset. Vid. Voss. Inst. Orat. 2 p. 271.

ISMENVS, i. m. [*Ἰσμήνης*] Fluius Boeotiae, ab Ismeno Pelasgi filio cognominatus. Stat. Theb. 1, 40 Horruit ingenti venientem Ismenon aceruo. Ripae Ismeni Stat. Theb. 11, 179. Celer Ismenos Ouid. Met. 2, 734.

I S O

ISOCINNAMON, i. n. Herba, quae ut Daphnois dicitur Plin. 12, 20.

ISOCŌLON, i. n. [*ἰσοκῶλον*] Graeci vocant, quod Latine Compar dicunt Rhetores, quod duabus aut pluribus sententiis breuibus, et inter se paribus exigitur: ut est illud, Nequaquam mihi cum eo res est, qui neque finem habet cupiendi, neque modum statuit vtendi. Nam et multum desiderare, egentis est signum: et nihil parcere, egestatis est initium. Conf. Mart. Capell. 5 p. 174. Et Quinctil. 4, 2.

ISOCRĀTES, is. m. [*ἰσοκράτης*] Nomen maximi oratoris Graeci, qui perfectus magister, scripsit multa praeclare, et docuit alios. Cuius domus, cunctae Graeciae quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Hic fuit auditor Platonis, suauissimus orator, et in diuerso genere dicendi nitidus et comtus, de quo multa Cicero et Quinctilianus. V. g. ille de Orat. 2 c. 1. Et Brut. c. 12 ubi eloquentiae patrem vocat. Hic praefertim 10, 1, 79 Isocrates nitidus et comtus, et palaestrae quam pugnae magis accommodatus, omnes dicendi Veneres sectatus est; nec inmerito: auditoriis enim se non iudiciis compararat: in inuentione facilis, honesti studiosus; in compositione adeo diligens, vt cura eius reprehendatur.

ISOCRATEVS, a, um. Adi. [*ἰσοκράτης*] Cic. in Orat. 207 Placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more. Idem Fam. 1, 9 Isocratea ratio oratoria.

ISOCRĀTICVS, a, um. Adi. Quinctil. 9, 4.

ISODŌMON, i. n. [*ἰσοδομον*] Genus structurae in aedificiis aequaliter directum. Plin. 36, 22 Graeci e lapide duro ac silice aequo construunt veluti latericios parietes. Quum ita fecerint, isodomon vocant genus structurae.

ISOETES. f. Herba, sedum minusculum Plin. 25, 13.

ISONOMIA, ae. f. [*ἰσονομία*] Cic. de N. D. 1, 50 Summa vero vis infinitatis, magna ac diligenti contemplatione dignissima est, in qua intelligi necesse est eam esse naturam, vt omnia omnibus, paribus paria respondeant: hanc *ἰσονομίαν* appellat Epicurus, id est aequabilem distributionem.

ISOPLEVROS, i. m. i. aequilaterus Trianguli epitheton. Vid. Mart. Capell. 6 p. 229 et 230.

ISOPSEPHOS, i. m. [*ἰσοψηφος*] Aequalem habens numerum et potestatem. Versus isopsephi Gell. 14, 6 quorum literae vtrique pro valore numerali computatae eandem summam efficiunt: qua in re lusus laboriosus Graecorum quorundam exstant in Anthologia Epigrammatum Graecorum 6, 12 sub hoc ipso titulo. Primus detexisse hoc videtur Muretus V. L. 14, 13 qui ita declarauit Anthol. 2, 43, cum ostenderet *ἰσοψηφα* esse nomina *Δαμαγόρα* et *Λοιμῶς*, quia literae valore numerali vtrique efficiunt 420. Deinde reliqua in clara luce posuit Pet. Dan. Huetius, qui sibi illo inuento ita placuit, vt illud poneret in Comment. de vita sua p. 60. In Cogitationibus diuersis Francice scriptis p. 253: in Huetianis denique c. 102.

ISOPYRON, i. n. Vocant aliqui Phafelium, quoniam eius folium, quod est aniso simile, in pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthii Plin. 27, 11. Sed variat lectio. Add. Diosc. 4, 121.

ISOSCELES, is. n. Figura est trianguli, quod duo tantum aequalia habet latera. Eucl. Elem. I. Aulon. Centon. nupt. praef.

ISOSTATES, ac. m. [*ἰσοστάτης*] Aequalitatis recognitor in Co-dice esse dicitur.

I S R et I S S

ISRAEL, elis. m. Nomen Patriarchae Iacobi, totiusque populi ab eo prognati. Irahel sive Hifrahel, inter Iudaeorum reges post Da-masum, Azelum, Adorum et Abrahamum memoratur a Iustin. 36, 2, 3. Isidor. 77.

ISRAELITAE, arum. m. Pl. Iuuen. 1, 234 Israëlitarum cumulatæ gloria plebis. Conf. Paullin. ad Nicet. 166.

ISSA, ae. f. Nomen catellae apud Martial. 1, 110.

ISSO, pro IVERO. Festus.

ISSVLVS, i. m. Dimin. ab Issa; Blandimentum parentum, qui Istili et Delicii trienni puero nomen dederunt, vt ariolatur Fabret. Inscript. p. 45 L. APONIVS ET Aponia illa ISSVLO ET DELICIO SVO FECER.

ISSVS, i. f. [*Ἰσσοῦς*] Vrbs inter Ciliciam et Syriam, a qua Sinus Iflicus. Ptolemaeus 3, 8. Alexander magnus hic dicitur vicisse Darium. Conf. Curt. 3, 7, 6.

ISSICVS, a, um. Adi. Sinus Iflicus Ammian. 26, 25.

I S T

ISTE, ista, istud: Gen. istius, vel ius. Vid. Virg. Aen. 12, 648. Et Martial. 14, 171 dicitur Ille, qui apud te est, aut de quo loqueris. Ter. Eun. 4, 4, 44 Mirum ni tu credas, quod iste dicat. Cic. Fam. 2, 10

Putaresne vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent, neque solum ista vestra oratoria, sed haec etiam leuia nostratia? Idem pro S. Rosc. 49 c. 17 Non tu in isto artificio accusatorio callidior es, quam hic (Roscius cliens meus) in suo. Cic. Acad. 4, 106 Iisdem enim

hic sapiens, de quo loquor oculis, quibus iste vester caelum, terram, mare, intuebitur: ubi aperte hic ad primam personam, iste ad secundam refertur. Sic Cic. Acad. 1, 3 Ista (de quibus loqueris) iam diu expectans non audeo tamen flagitare. Et 9 c. 3 Sunt, inquam, ista, (quae dicis) Varro.

In orationibus itaque causarum et iudiciorum orator eum, contra quem, in aduersis nempe subselliis constitutum, dicit, Pronomine Ilte designare solet; vti clientem suum altero Hic, quem nempe ad manum et prope se in suis subselliis haberet. Hinc est, quod Ilte ad contemptum refertur et odium videtur, vt Ipse, quod suo loco obseruamus, ad honorem. Cic. Verr. 1, 119 Quum edictum totum eorum arbitratu, quamdiu fuit designatus, componeret, qui ab isto ius ad vtilitatem suam nundinarentur. Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate Idem Phil. 2 c. 25. Et hoc fere perpetuum, vt nempe non alio facile Pronomine de aduersario vtatur Tullius, nisi distinctionis forte gratia, vt in Verr. 2, 134 c. 54 Qua ratione hic tantum apud istum libertus potuerit (Timarchides apud Verrem) — hunc Timarchidem ad istius libidines — aptum fuisse. Nam ipsum Verrem, etc. Sed hoc non eo accipiendum, quasi Ilte semper indicaret contentum. Cic. de Orat. 1, 107 Ego vero istis obsequi studeo: Crassus de Costa et Sulpicio, quos amat et magni facit. De Claris Or. 266 Nec istos excellentes viros Resp. perdidisset. De Sen. 24 Age vt ista diuina studia omittamus. Nempe relatiuum saepe et demonstratiuum simpliciter est: qua ratione Istuc pro Istud frequentissimum, maxime apud Comicos. Ter. Heaut. 1, 1, 58 Ego istuc aetatis, non amori operam dabam, i. Quum in ea essem aetate. Idem Andr. 2, 2, 13 Rem tenes. P. istuc ipsum. D. atque istuc ipsum nihil periculi est. Cic. 105

- Acad. 1, 13 c. 4 Istuc quidem considerabo. Quincil. 11, 1 Nos institutionem professi, non solum scientibus ista, sed etiam discipulis tradimus. Cic. Acad. 1, 4 Itaque non haesitans respondebo: sed ea dicam, quae mihi sunt in promptu, quod ista ipsa de re, multum, vt dixi, et diu cogitavi. Idem Verr. 2, 87 Quare de hospitio violato, et de isto tuo nefario scelere nihil queror. Columel. 9, 14 Notior est ista vere agricolis concepta opinio. Cic. Acad. 1, 14 Et simul affidamus inquam, si videtur. Sane istud quidem, inquit, sum enim admodum infirmus, i. Istud quod dicis, vt affidamus, faciendum est.
- 10 **ISTO.** Adu. ad locum. Plin. Epist. 3, 6 Destino enim, si tamen officii ratio permiserit, excurrere isto. Isto venire Cic. Fam. 9, 16. Idem Q. Frat. 3, 1.
- ISTIC, vel ISTHIC,** istaec, istoc. *Iste hic.* Ter. Heaut. 3, 3, 1 Quid istuc quaeso? qui istic mos est Clitipho? Plaut. Rud. 2, 1, 11
- 15 Nullum istac facie, vt praedicas, venisse huc scimus, i. *Qui talem habeat faciem.* Plaut. Trin. 5, 2, 38 Istac lege filiam tuam sponden' mihi? Cic. Att. 12, 14 Primum tibi persuade, me istaec non curare. *Laudatur etiam Att. 1, 19. In neutro loco inueniebam.* Istaec res est, i. *Sic res habet, vt dicis* Plaut. Merc. 3, 1, 25. Istuc aetatis Terent. Heaut. 1, 1, 58. Istoc modo Plaut. Truc. 1, 2, 60. Ter. Heaut. 4, 3, 35 At enim spem istoc pacto rursus nuptiarum omnem eripis. Ter. Adolph. 5, 9, 24 Reddet tibi cito. M. istoc vilius. *Vbi Donatus, Istoc vilius, quasi, Nihil minus, negatio enim est floccum ostendentis, aut quid tale, cum ἄλλοι, qua subauditur Quidquam: et, Non dabo.* Pulchre comparat cum b. l. Bentleius Charis. p. 180 med. Isto vilius. Rex, qui vocabat ad coenam, si sibi ea res exhibenda indiceretur, (a conuiuis) quam exhibere non posset, respondit, vt tranquillus refert, Isto vilius; hoc est, erit coena. *Pro hoc est editum adhuc hominis: quod in hoc est ingenio Bentleii mutatum. Sed adhuc vnum me moratur: Isto vilius erit coena! non bene cohaerent, debet suppleri, Isto vilius coenabitur, etc. Rem interim teneamus. Qui dicit Isto vilius! is in alia liberalitate se hoc vnum, quod nouissime rogatus sit negare.* Istuc quidem considerabo Cic. Acad. 1 c. 4. *Add. Id. Diuinat. 2 c. 15. Ter. Eun. 2, 3, 64 Illumne obsecro, inhonestum hominem, quem mercatus est here, senem, mulierem? P. istunc ipsum.* Plaut. Amph. 5, 1, 11 Istic iamdudum mihi maxima memorauit mira. Idem ibid. 2, 1, 25 Tu istic vbi bibisti? *Att. ὅ ἕτος. Encliticum CE aliquando adiungitur: Plaut. Truc. 3, 2, 16 Istaece ridicularia. Istace: Cato c. 132 Maeste istace dape pollucenda esto.*
- 40 **ISTVCCINE,** Interrog. Ter. Eun. 5, 1, 14 Istuccine interminata sum hinc abiens tibi? i. *Istudne. Conf. Valla 2, 4.*
- ISTIVSMODI,** Nomen indecl. b. e. *Istius formae et speciei, vel talis.* Plaut. Most. 3, 2, 59. Cic. Verr. 4 c. 5 pr. Videte maiorum diligentiam, qui nihil dum etiam istiusmodi suspicabantur. Terent. Heaut. 2, 4, 7 Et vos esse istiusmodi, et nos non esse, haud mirabile est. *Istius modi, disiunct.* Plaut. Trin. 2, 4, 15 Detrudi maleficos aequum videtur, qui quidem istius sint modi.
- ISTIMODI.** Plaut. Truc. 5, 98 Qui, malum, bella aut faceta es, quae ames hominem istimodi, i. *istiusmodi, vt etiam legit Pareus, metri seruandi causa.*
- ISTIC, vel ISTHIC.** Adu. [*ἄλλοι, ἄλλοι*] In loco vbi tu es. Ter. Eun. 4, 6, 27 Omittit: iam istic adero. Cic. Fam. 1, 10 Et ibi malis esse, vbi aliquo numero sis, quam istic, vbi solus sapere videre. Ter. Andr. 2, 5, 9 Neque istic, neque alibi tibi vsquam erit in me
- 55 mora. Cic. de Fin. 5, 78 Istic sum, inquit, exspectoque, quid ad id, quod quaeram, respondeas, i. *attendo, hoc ago.*
- ISTHINC, vel ISTINC.** [*ἄλλοθεν*] Adu. de loco. Cic. Att. 7, 10 (21) pr. De malis nostris tu prius audis, quam ego: istinc enim emanant. Idem Fam. 1, 10. *Istinc idem, sec. Graeu. ad Cic. Att. 2, 7 pr.*
- ISTHOC, vel ISTOC.** Adu. [*ἄλλοθεν*] pro *Ab isto loco.* Ter. Adolph. 2, 1, 15 Accede illic Parmeno, nimium istoc abisti. *Vid. NIMIS.*
- ISTHAC, vel ISTAC.** [*ἄλλοθεν*] Adu. per locum. Ter. Heaut. 65 3, 3, 27 Abi sane istac, istorsum, quouis.
- ISTACTENVS.** Adu. Plaut. Bacch. 1, 2, 58 Istactenus tibi, Lyde, libertas data est.
- ISTORSVM.** Adu. [*ἄλλοθεν*] *Versus eum locum, vbi tu es.* Ter. Phorm. 5, 1, 14 Concede hinc a soribus paullulum istorsum sodes Sophrona. Idem Heaut. 3, 3, 27 Abi sane istac, istorsum, quouis.
- ISTVC.** Adu. *Ad istum locum.* Ter. Heaut. 2, 2, 33 Hoc, quod coepi, primum enarrabo, post istuc veniam.
- ISTER,** Istri. m. Fluius Europae permagnus, quod et Istrum dicitur, quando scilicet Flumen sequitur, vt ait Probus. Hoc et Afdubanum, et Danubius vocatur, auctore Seruio ad Virg. Georg. 2, 497 Aut coniurato descendens Dacus ab Istro. Ripa ferox Istri Ouid. ex Pont. 4, 9, 76. Binominis Ister Idem ibid. 1, 8, 11. Frigidus Idem in Ibin 138. Gemmifer Sen. Herc. Oct. l. 5. Multifidus Lucan. 3, 202. Opacus vitibus Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 199.
- 80 Rapidus Idem de B. Get. 489. Saeuus Idem Conf. Hon. 6, 220. *Intelligit accolae Istri.* Septemgeminus Valer. Argon. 4, 718. *Quia in septem ostia diuiditur.* Toruus Valer. Argon. 8, 185. Turbidus et torquens fluentes Ister arenas Virg. Georg. 3, 350.
- ISTHMOS, suae ISTHMVS,** i. m. [*ἰσθμὸς*] *Proprie Collum significat. A cuius similitudine Terra angusta inter duo maria, Isthmos etiam dicitur: cui Porthmos, id est fretum, etiam opponitur, Maris scilicet inter duas continentes angustiae.* Mela 1, 18 vbi de Aeolide, Isthmos paruis vrbibus adpersus est, quarum clarissima est Cistena. Id. 2, 2 de Thracia, et speciatim de Chersoneso, Angustias Isthmon —
- 90 appellant. *Tandem de omnium nobilissimo, cui hoc nomen simpliciter haesit,* 2, 3 Megarensium tractus Isthmon attingit; hoc illi cognomen est, quia quinque millium spatium Aegeum mare ab Ionio submouens, angusto tramite Helladi Peloponneson annexit. In eo est oppidum Cenchreae, fanum Neptuni, ludi quos Isthmicos vocant celebres, Corinthos, etc. *Audiamus etiam Plin. 4, 4 de Peloponneso, Angustiae vnde procedit, Isthmos appellantur. In eo loco irrumpentia e diverso — maria — eius omnem ibi latitudinem vorant, donec contrario cursu aquorum tantorum — exesit vtrinque lateribus, angusta ceruice Peloponnesum contingat Hellas. — Perfodere nauigabili alueo angustias tentauere Demetrius rex, Dictator Caesar, Caius princeps, Domitius Nero, inaususto (vt omnium patuit exitu) incepto. Medio hoc interuallo, quod Isthmon appellauimus, — habitatur colonia Corinthus, etc. Bimaris Isthmus Ouid. Met. 7, 406. Lacrimabilis Stat. Silu. 3, 1, 142.*
- 105 **ISTHMVS,** a, um. Adi. *Ad isthmum pertinens. vt, Neptunus Isth-*

Isthmius, scil. Cuius delubrum fuit in Isthmo Peloponnesi. Plin. 4, 5. Curt. 4, 5 Sollemne ludicrum Isthmiorum, quod conuentu totius Graeciae celebratum est. Ludi Isthmii Liu. 33, 32. Vid. I S T H M V S. Isthmia, quae in honorem Neptuni celebrabantur, quinquennalia fuisse restantur Plin. 4, 5. Et Solin. c. 9. Aufon. Eidyll. 25 Haec quoque temporibus quinquennia sacra notandis Isthmia Neptuno data sunt. Exstant Pindari, graeci Poetae, ut Olympia, Nemea, et Pythia, ita etiam Isthmia.

I S T H M I A C V S, a, um. Adj. [Ἰσθμιακός] Isthmiacus portus Stat. Silu. 2, 1, 179. Idem Theb. 6, 597 Et bis in Isthmiaca victor clamatus arena. Corona Plin. 15, 10. Fretum Sidon. Carm. 11, 6.

I S T R I A, ae. f. [Ἰστρία] Italiae regio, de qua Plin. 3, 19 Istria ut peninsula excurrit, etc. Conf. c. 18 extr.

I S T R I, siue H I S T R I, ōrum. m. Istriae populi. Liu. 21, 16.

I S T R I A N I, ōrum. m. Pl. Idem. Iustin. 9, 2 Rex Istriarum. 15

I T A

I T A. [ita, ἴτα] Aduerbum respondendi, siue affirmandi, et confirmandi, quae vel praecessere vel sequuntur, vel certe conuenientiam quamcumque indicandi. Ter. Andr. 5, 2, 8 Quid istic tibi negotii est? C. mihin? s. ita. Add. Cic. de Orat. 2 c. 11 pr. Ita Darius. Hor. Seru. 2, 7, 2 Dariusne? ita Darius. subaud. Est. Ter. Eun. 1, 2, 44 Nam hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit. T. ita est. Non est ita, pro Non est verum Cic. pro Cluent. . . Ita est, sentio 25 Plaut. Pseud. 1, 5, 51. Plin. 13, 3 Utinamque dicere possemus, quis primus instituit. Ita est, nimirum hac mercede corruptae terrarum orbem deuicere aquilae. Idem 7, 40 Ita est profecto, alius de alio indicat dies, et tamen supremus de omnibus. Locutio est Plinio familiaris. Ter. Andr. 3, 1, 1 Ita pol quidem res est, ut dixi Lesbia. Est ita, ut dicitur Cic. Verr. 4, 117 c. 52. Plaut. Pseud. 4, 7, 53 Tuus herus? H. ita dico. B. miles? H. ita loquor. Plaut. Most. 4, 2, 31 Herus hic noster potat. T. E. herus hic vester potat? D. ita loquor. Paulo aliter Idem Aul. 5, 21 Soleo hercle ego nugas garrire, ita loquor. Cic. de Amicit. 19 c. 9 Humilem sane relinquunt, et minime generosum (ut ita dicam) ortum amicitiae, formula excusandi verbum paullo durius. Plaut. Amph. 1, 1, 254 Quid, domum nostram? S. ita enim vero. Idem ibid. 1, 1, 206 Haecce tua domus est? S. ita inquam. Idem ibid. 1, 1, 214 At mentiris etiam, certo pedibus, non tunicis venis. S. ita profecto. Cic. Tusc. 2, 67 40 Sed tibi hoc video non posse deberi. A. ita prorsus. Plaut. Men. 5, 9, 36 Quid ais tu? Menaechmum opinor te vocari dixeras. M. N. ita vero. Ter. Heaut. 4, 8, 11 Inmo haec, quae apud te est, Clitiphonis est amica. M. ita aiunt. C. et tu credis? M. omnia. Id. Andr. 5, 3, 4 Ita praedicant. ¶ 2 Ita, ut indicauimus, 45

qualemcumque conuenientiam significat, ut Talis. Ter. Adelph. 1, 2, 64 Nam ita est homo: quum placo, aduersor sedulo, et deterreo, tamen vix humane patitur. Ita vestra est benignitas Plaut. Poen. 3, 3, 30. Ter. Phorm. 1, 3, 20 Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet poenitet. Plaut. Stich. 5, 5, 3 Nam ita est ingenium muliebre, bene cum lauta est, tersa, ornata, ficta est, infecta est tamen. Ita natio est hominum Idem Men. 2, 1, 33. Ita pars libertinorum est: nisi patrono, qui aduersatus est, Nec satis liber sibi videtur, nec satis frugi, nec satis honestus, non satis gratus est Plaut. Pers. 5, 2, 57. Idem Trin. 3, 2, 42 Ita est amor, balista ut iacitur, nihil sic celere est, neque volat. Ita animatus fui, ut te hoc donarem, i. Sic in animo habebam Plaut. Amph. 2, 2, 130. Alii sunt ita, ut in rem esse ducunt suam Idem Men. 5, 6, 19. Ita iustum est, si est voluntarium Cic. Off. 1, 28. i. Ea conditione et pacto. Idem de Amicit. 1 Ego autem a patre ita eram deductus ad Scaeuolam sumta virili toga, ut quoad possem et liceret, a senis latere nunquam discederem. Add. Idem de Orat. 3 c. 10. Et Att. 2, 12. It. Fam. 7, 26. Ter. Eun. 1, 2, 108 Ita facere certum est: mos gerundus est Thaidi. Ita res erat, faciendum fuit Idem ibid. 1, 2, 17. Ita negotium est Plaut. Pers. 4, 6, 11. Ter. Andr. 4, 2, 32 Quapropter? D. ita opus est facto. 65 Cic. Acad. 4, 5 Hoc autem si ita sit, ut vnum modo sensibus falsum videatur. Ita iudices, ne Plaut. Curc. 3, 3, 26. Ter. Heaut. 4, 5, 35 Ita tu istaec tua misceto, ne me admisceas. Ita iustas, quasi pro noxio Plaut. Merc. 4, 3, 26. Ita spero quidem Ter. Andr. 1, 5, 63. Idem Heaut. 3, 1, 96 Continuo hic adero. M. ita quaeso. 70 Columel. 4, 2, 2 Quod mergi mox facile radicantur, ita ut quaeque vitis suis radicibus — innitatur. Ita moratus, ut prae se probitatem quandam et ingenuitatem ferat Cic. Acad. 1, 33. Ita magnae, ut sperem posse auelli, pro Adeo Ter. Andr. 3, 3, 12. Cic. de Amicit. 19 Sic enim mihi perspicere videor, ita hatos esse nos, ut inter omnes esset societas quaedam. Idem ibid. 37 Videtis quam nefaria vox, et hercle ita fecit, vel plus etiam quam dixit. ¶ 3 Seruit

formulis iurandi, cum velut conditionem ponimus, sub qua amari a Deo velimus, vel quae optamus cuenire. Ter. Eun. 3, 2, 21 Ita me di ament, honestus est. Ibidem 4, 1, 1. Ita me di amabunt, ut nunc Menedemi vicem miseret me Idem Heaut. 4, 5, 1. Cic. Verr. 5, 41 c. 14 Ita mihi deos omnes propitios esse velim, ut, tamen mihi iucundissimus est honos populi, tamen nequaquam, etc. Vid. h. l. Afcon. Cic. Fam. 10, 12 Ita te victorem complectar, ut magnam partem laetitiae mihi tua dignitas affert. Idem Catil. 4, 11 c. 6 Ita mihi salua rep. vobiscum perfrui liceat, ut ego — non atrocitate animi moueor. Cic. Att. 16, 15 de Octauio, Iurat, Ita sibi parentis honores consequi liceat. Plautus ad Cic. 10, 9 Ita ab imminentibus malis Resp. me adiuuante liberetur! omisso illo ut, sic tamen, ut non obscurum sit, quid ita confirmetur. Balbus ad Cic. sub Att. 9, 8 fin. Ita incolumi Caesare moriar. Augustus ad Tiberium apud Sueton. Tib. c. 22 Iucundissime, et ita sim felix! vir fortissime, et dux vniuersarum, vale. Hinc etiam in adiuuatione simili plane sententia. Ita te amabit Iuppiter, ut tu nescis Plaut. Aul. 4, 10, 31. Rursus Ita me Venus amet, ut ego te hoc triduum nunquam finam Idem Curc. 1, 3, 52. Ita viuam, ut maximus sumtus facio Cic. Att. 5, . . . Ita me seruet Iuppiter, ut propior illi, quam ego sum, ac tu nemo est Plaut. Amph. . . . Ita mihi atque huic sis superstes, ut ex me atque hoc natus es Ter. Heaut. 5, 4, 7. Sic Di seruent, ut hic pater est vester Plaut. Poen. 5, 4, 88. Ita vero me amabit Iuppiter, vxor, ut ego illud nunquam dixi Idem Merc. 4, 4, 22. ¶ 4 Connubia particularum. Ter. Heaut. 3, 2, 13 Ita non ut olim, sed uti nunc sane bona. Ita nunc viget mos: ita nunc seruitium est Plaut. Curc. 2, 3, 21. Idem Poen. 1, 2, 149 Dum te exspecto, neque vsquam aliam mihi parauit copiam, neque istuc vsquam apparet, ita nunc nihilominus fernio. Haut ita magna 102

¶ 2 Ita, ut indicauimus, 45

¶ 3 Seruit

¶ 4 Connubia particularum. Ter. Heaut. 3, 2, 13 Ita non ut olim, sed uti nunc sane bona. Ita nunc viget mos: ita nunc seruitium est Plaut. Curc. 2, 3, 21. Idem Poen. 1, 2, 149 Dum te exspecto, neque vsquam aliam mihi parauit copiam, neque istuc vsquam apparet, ita nunc nihilominus fernio. Haut ita magna 102

¶ 5

¶ 6

¶ 7

¶ 8

¶ 9

¶ 10

¶ 11

¶ 12

¶ 13

¶ 14

¶ 15

¶ 16

- Nep. 4, 1, 2. Non ita multi fuerunt Cic. de Clar. Orat. 244 c. 69
 extr. Et Verr. 2, 49 Tadius, qui erat reliquus, non ita multum
 tecum fuit. Non ita valde de his laboro Idem Fam. 11, 21. Non
 ita, i. Non valde: Ter. Prol. Andr. 11 Non ita dissimili sunt argu-
 5 mento. Cic. de Senect. . . . Non ita longa disputatione. Non
 multum ita dicendi laude procefferat Idem de Clar. Orat. 41. Nec
 ita multum prouectus, reiectus Austro sum in eum ipsum locum, vnde
 conscenderam Cic. Philipp. 1, 7. Quod si ita fecissent, id non ita
 esse fixum deberet Idem pro Cluent. 26. Ita, pro deinde Scribon.
 10 43. 65. Cic. Off. 2, 19 c. 6 pr. Quibus autem rationibus hanc facul-
 tatem assequi possimus, vt hominum studia complectamur, eaque tenea-
 mus, dicemus, neque ita multo post: sed pauca ante dicenda sunt.
 Quo mortuo, nec ita multo post in Galliam proficiscitur Cic. pro
 Quint. 15. Plaut. Trinum. 5, 2, 51 Ita subito est, prope quod
 15 eum conuentum volo. Ita res subita est Id. Curc. 2, 3, 23. Cic.
 de Amicit. . . . Ab eis ita amantur, vt facile earum apparet sensus.
 Idem pro Deiot. 21 Dii te perdant fugitiue: ita non modo nequam, et
 improbus, sed et fatuus et amens es. Ter. Eun. 4, 2, 2 Dum rus eo,
 coepi egomet mecum inter vias, ita vt fit, vbi quid in animo est mole-
 20 stiae, aliam rem ex alia cogitare. Ita vt ingenium est omnium ho-
 minum Ter. Andr. 1, 1, 50. Ita, vt si esset filia Idem Eun. 1, 2, 37.
 i. Quemadmodum. Cic. Verr. 1, 40 Quaesturam ita gessit, quemad-
 modum cognouistis. Idem pro Quint. 15 Qua in re ita diligens erat,
 quasi ii, qui magna fide societatem gererent. Conf. Id. Verr. 4 c. 22.
 25 Ita tanquam Cic. Verr. 4 c. 22. ¶ 5 Comparandi parti-
 cula est, cum est in apodosis, Vt autem in protasi. Ter. Andr. 2, 1, 4
 Vt animus in spe atque in timore vsque antehac attentus fuit: ita,
 postquam adempta spes est, lassus, cura confectus, stupet. Id. Adelph.
 3, 3, 77 Vt homo est, ita morem geras, etc. Et conuersim, Cic. de
 30 Amicit. 24 Orestes autem, ita vt erat, Orestem se esse, perseueraret.
 ¶ 6 Conclusionibus et Epiphonemasi seruit. Cic. Tusc. 5, 94 Ita nobil-
 issima ciuitas Graeciae, et olim potentissima, sepulcrum cuius sui igno-
 rasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. de Archimedis sepulcro. Et
 in conclusionibus: Cic. de Fin. 3, . . . Ita fit, vt quod bonum fit, id
 35 etiam honestum sit. Idem Off. 1, 149 Ita fit, vt vincat cognitionis
 studium, confociatio hominum atque communitas. Id. pro Quint. 8
 Ita fit, vt ego, qui tela depellere, et vulneribus mederi debeam, tunc
 id facere cogar, etc. Cic. de N. D. 1, 111 Virtus autem actiuosa est,
 et deus vester nihil agens: expers virtutis igitur: ita, ne beatus qui-
 40 dem est, vid. I T A Q V E. ¶ 7 Itane, sciscitantis parti-
 cula. Ter. Eun. 5, 9, 27 Quoduis domum, et praemium a me optato:
 id optatum feres. G. Itane? Cic. pro Rosc. Amer. 112 Perditissimi
 est igitur hominis simul et amicitiam dissoluere, et fallere eum, qui
 laesus non esset, nisi credidisset. itane est? Commiserantis: Ter.
 45 Andr. 4, 6, 7 Saluus sis Crito. C. itane Chrysis? hem. Donatus.
 Indignationis nota: Ter. Andr. 3, 2, 12 O Daue, itane contemnor abs
 te? Vbi Donatus, Indignatio est, ad aestimationem reuocantis eius
 dicta vel facta, a quo contemnitur quis. Ter. Andr. 1, 5, 9 Itane
 obstinate operam dat, vt me a Glycerio miserum abstrahat? Idem
 50 ih. 5, 4, 23 Fabulam inceptat. CH. sine. CR. itane vero obturbat?
 Cic. de N. D. 2, 11 Itane vero ego non iustus, qui et Consul rogauit,
 et augur, et auspicato? Idem Verr. 1, 40 Itane vero, quibus fuit
 portus apud eum, contra quem arma tulerunt, iis apud te, etc.
 I T A Q V E. [ταραγών, ὄψα, ἔν] Concludentis Particula. Cic.
 55 de Amic. 6 Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa, breuiter et
 commode dicta memoriae mandabam. Add. Idem Partit. c. 7. In-
 terdum simpliciter est et ita sine conclusione. Ter. Andr. 3, 3, 18 Im-
 mo ita volo, itaque postulo, vt fiat. Add. Nep. 7, 4, 2. Cic. Fam. 3,
 3, 2. Ter. Eun. 2, 3, 25 Reddunt curatura iunceas: itaque ergo
 60 amantur. Vbi Donatus, Itaque, Atque ita fit, vt amentur. Ita-
 que ergo Liu. 28, 12. Idem 3, 31 Itaque ergo vt magistratu abiere,
 a Sp. Tarpeio et Aeternio dicta dies est Consulibus. Vid. h. l. Gronou.
 Item 1, 25, 9, 31, 28, 12. Itaque adeo vno animo Terent. Hec. 2, 1, 4.
 Nunc itaque et versus Hor. Epist. 1, 1, 10.
 65 I T A E O M E L I S, is. f. Vini facticii species in iis, quorum iam
 oblitteratam esse rationem fatetur Plin. 14, 16.
 I T A L I A, ae. f. [Ἰταλία] Europae regio, prius Hesperia
 itemque Ausonia, et Oenotria v. v. Virg. Aen. 1, 530
 70 Est locus, Hesperium Graii cognomine dicunt,
 Terra antiqua, potens armis atque vberem glebae
 Oenotri coluere viri: nunc fama, minores
 Italiam dixisse duces de nomine gentem.
- Seruius ad h. l. Italus rex Siciliae ad eam partem venit, in qua regna-
 75 vit Turnus, quam a suo nomine appellauit Italiam. Sed Varro
 R. R. 2, 1, 9 Italia a vitulis dicta, vt dicit Piso. Idem 2, 5, 3
 Graecia antiqua (vt scribit Timaeus) tauros vocabant Ἰταλίδες, a quo-
 rum multitudine et pulchritudine, et fetu vitulorum, Italiam dixe-
 runt. Alii scripserunt, quod e Sicilia Hercules persecutus sit eo no-
 80 bilem taurum, qui diceretur Italus. Add. Colum. 6 pr. 7. Buchart.
 Hieroz. 1, 2, 28. Splendidum est elogium Italiae, quo opus suum
 velut obsequat Plinius, Et iam peractis omnibus naturae operibus —
 pulcherrima est omnium, rebusque merito principatum naturae obti-
 nens, Italia, reatrix parensque mundi altera, viris, feminis, duci-
 85 bus, militibus, seruitiis, artium praestantia, ingeniorum claritatibus,
 iam situ ac salubritate caeli atque temperie, accessu cunctarum genti-
 um facili, litoribus portuosiss, benigno ventorum afflatu, aquarum
 copia, nemorum salubritate, montium articulis ferorum animalium
 innocentia, soli fertilitate, pabuli vbertate. Quidquid est, quo
 90 vita carere non debeat, nusquam est praestantius: fruges, vinum,
 olea, vellera, lina, vestes, iuueni: ne equos quidem in trigariis
 praeferrere vllis vernaculis, animaduerto. Metallis auri, argenti,
 aeris, ferri, quam diu libuit exercere, nullis cessit, et nunc iis in
 se grauida pro omni dote varios succos, et frugum pomorumque sa-
 95 pores fundit. Italiae situs describitur a Siculo Flacco De conditio-
 nibus agrorum p. 2 ed. Goef. Ab Alpibus in mare porrigitur: a tribus
 lateribus exteras gentes intuetur: a Sicilia vsque ad Galliam omne li-
 tus Africum ei est contrarium: sursus a Leucopetra pars, quae ad
 mare attingit, Macedoniae aliquam Epiri partem spectat. Adriati-
 100 cum vero litus Illyricum contra se habet. Italiam in pariete pi-
 ctam Varr. R. R. 1, 2, 1 intelligo tabulam Geographicam. Sumen
 Italiae Idem ib. 1, 7, 10. Bellifera Italia Claud. in Eutrop. 1, 429.
 Magna Virg. Aen. 4, 345. Potens Claud. in Eutrop. 2, 527. Ter-
 ra Italia Varro R. R. 1, 9, 1 vt terra Graecia.
 105 I T A L V S, a, um. Ad. [Ἰταλός] Ad Italiam pertinens. Cae-
 lum

lum Italum Hor. Carm. 2, 7, 4. Gens Virg. Aen. 6, 757. Regna Idem ib. 3, 185.

ITALICVS, a, um. *Aliud Adi.* [*Ἰταλικός*] *ut*, Orac Italiae Ouid. Met. 15, 9. Italici Sillii *cognomen unde ortum sit, incertum esse docuit Cellarius.*

ITALIS, idis. m. [*Ἰταλός*] *Patronym.* *ut*, Matres Italides Ouid. Fast. 2, 441. Nymphae Sil. 7, 428.

ITALICA, ae. f. [*Ἰταλική*] *Urbs in Italia, quae alio nomine Corfnium dicitur, ut ait Strabo, quod nomen non diu durasse debet.* ¶ 2 *Alia Ciuitas est Baeticae Hispaniae Ptolemaeo 2, 4 patria Traiani Caesaris, Eutr. 8, 2.*

ITAQVE, *vid.* ITA.

ITARGVS, i. m. *Germaniae fluius Ouidio, quem alii omnes Visurgin vocant.* Sic enim ait, ad Liu. 386 Decolor infecta tectis Itargus aqua: *quam lectionem contra coniecturas tuetur Cluverius.*

I T E

ITEM. [*ὁμοίως, ὁμοίως*] *Saepe Coniunctionis Copulativae vim habet, saepe Adverbium Similitudinis vel comparandi refert.* Vnus et item alter Ter. Andr. 1, 1, 50. Plaut. Aul. 2, 2, 50 Venit hoc mihi in mentem Megadore, te esse hominem diuitem factiosum, me item esse hominem pauperum pauperrimum. Cicer. in Orat. 147 c. 43

Nam omnium magnarum artium, sicut arborum altitudo nos delectat, radices, stirpesque non item. Idem de Inu. 2, 165 c. 54 Quae omnia item vti contraria rerum bonarum in rebus vitandis reperiuntur. Eadem causa est M. Planii Heredis, qui est item Calenus Leptae nostri familiarissimus Cic. Fam. 9, 13. Idem de Orat. 1, 118 Nullae enim lites, neque controuersiae sunt, quae cogant homines sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. Item, vt Plaut. Truc. 2, 1, 41. et ib. 4, 2, 36. Cic. in Orat. 202 Ita fit vt non item in oratione, vt in versu numerus existet. Ter. Phorm. 2, 2, 66 Itane tandem quaeso, ciuem item vt meretricem, vbi abusus sis, mercedem dare lex iubet ei, atque amittere? Add. Idem Heaut. 3, 1, 8. Idem Andr. 1, 1, 62 Item alio die quaerebam. Varro R. R. 2, 7, 15 Equi, quod alii sunt ad rem militarem idonei, alii ad vecturam, alii ad admissuram, alii ad cursuram, non item sunt spectandi atque habendi: *i. non similiter, non eodem modo.* Cic. de Amic. 7 Pergratum mihi feceris, spero item Scaeuolae, si, etc. Ibid. 71 Itaque ex me quaerunt, credo ex hoc item Scaeuola. Item, que; *pro Deinde, vel Praeterea:* Cic. Acad. 4, 22 Itemque si id, quod officii sit, non occurrit animo, nihil omnino aget. Idem de Diu. 2, 17 Solis defectiones, itemque lunae praedicuntur. Conf. Idem de Legg. 2, 52 c. 21. Nep. 23, 7, 1.

ITER, itineris. n. (*de iteris antiquo Genit. postea n. 5. de Nominatio autem ITINER f. l.*) [*ἰτέρας, ὁδός*] *dicitur ab Eundo, cuius Sappinum est Itum: siue ab Ito frequentatiuo. Quid differant Iter, Actus, Via, vid. in Actus pr. sub AGO.* Itineri porta longissima est Varr. R. R. 1, 2, 2. *i. in apparatu et ingressu itineris, dum ad portam, quae exeundum est, venias, multum saepe temporis consumitur. De mari etiam dicitur: Ter. Hec. 3, 4, 1 Ain' tu tibi hoc incommodum euenisse iter? s. non hercle Parmeno verbis dici potest tantum, quam re ipsa nauigare incommodum est.* Iter diei, *pro Spatio, quod uno die conficere possumus:* Liu. 25, 15 Qui nuntiarent duos COSS. ad Beneuentum esse, diei iter a Capua. Abest paucorum dierum iter, etc. Vid. AB-SVM. *Itionem significat: Iter illi saepius in forum, saepius tamen in campum Plin. Paneg. c. 77.* In diuersum iter equi concitati Liu. 1, 28 extr. Cicer. Att. 3, 7 Sed itineris causa vt diuertirem primum est deuium, deinde ab Antonio, et caeteris quadridui. Dicam in itinere, *i. Inter eundem Ter. Phorm. 3, 3 extr. Pro ipsa Via aliquando: Iter pontis Vet. Schol. ad Iuuen. Sat. 14, 134. Conf. Nep. 18, 3, 5. Lubricum iterum Tac. Hist. 1, 79, 3. Urbis itinera Tac. Hist. 1, 81. Sen. Epist. 31. Suet. Caes. c. 84. Itinera quae extra murum ad portam ferebant Caes. B. C. 1, 27. Hoc iter varie per prouincias interruptum refici imperauit Inscript. vet. Hispan. ¶ 2 Epitheta: Angustum formica terens iter Virg. Georg. 1, 380. Ambiguum Perf. 5, 34. Amoenum, ac molle Quinct. 4, 2. Plin. Epist. 2, 17 Vtraque excipit iter aliqua ex parte arenosum, iumentis paullo grauius et longius, equo breue et molle. Caecum Ouid. Met. 10, 456. Campestre, vid. CAMPESTRIS, in CAMPV S. 70 Clausum vetito Sen. Herc. fur. 4. Commodum Colum. 1, 3. Latitant. de Opific. Dei c. 20 Noluist deus hominem ad immortalem illam beatitudinem Delicato itinere peruenire. Deuium, *Inaccessum, et a Via remotum:* Cic. Att. 14, 10 Tribonius itineribus Deuiis proficisceretur in prouinciam. Conf. Nep. 18, 3, 5. Durum Valer. Argon. 1, 565. Felix parum Ouid. Epist. 21, 74. Flexum Lucret. 4, 91. Flexuosum Cels. 8, 1. Immensum, vid. IMMENSVS. Imperuia Tac. Ann. 3, 31. Inexplicabile, vid. INEXPLICABILIS. Infestum viac Lucret. 5, 1123. vid. INFESTVS. Infestum per iter gelidas enauit ad Aretos Virg. Aen. 6, 16. Vid. IN-SVETVS. Interrupta et imperuia Tacit. Ann. 3, 31. Interseptum, vid. INTERSEPIO. Irremcabile Claud. in Eutrop. 2, 406. Leue Ouid. in Ibin 620. Longinqua, vid. LONGVS. Longulum sane iter, et via inepta Cic. Att. 13, 23. Longum, vid. Garpere, paullo post. Modestum ac Placidum Plin. Pan. 20, 1. 85 Molle Quinct. 4, 2. Noctiuagum Valer. Argon. 2, 44. Patens Hor. Carm. 3, 16, 7. Peruium cunctis Sen. Octau. l. 7. Ratio, *summa, vel tempus itineris Cic. Fam. 3, 5. Rectum Plin. Epist. 5, 8. Secretum Hor. Epist. 1, 18, 103. Supremum, vid. Carpere, infra. Tenebricosum Catul. 3, 11. Plin. 6, 17 Quin- que non amplius dierum Terrene itinere, ad Phasim, etc. Trans- uersis itineribus quotidie castra mouebat Sallust. in Iugurth. c. 45. Tu- tum et patens Hor. Carm. 3, 16, 7. ¶ 3 Verba: Accele- rare iter, vid. ACCELERO. Agere iter in rectum Ouid. Met. 2, 774. de volante Mercurio. Plin. 8, 42 Sarmatae longinqua itinera Acturi, inedia pridie praeparant eos. Altius egit iter Ouid. Met. 8, 226. de Icaro. Aperire iter, vid. APERIO. Auertere iter, vid. AVERTO. Carpere longum iter Hor. Serm. 1, 5, 95. Vid. CARPO. Carpere supremum iter, *Mori Idem Carm. 2, 17, 12. Tacit. Hist. 4, 24 Vt quam maximis per ripam itineribus Celeraret. Claudere iter alicui Ouid. Met. 8, 543. Manantia corpuscula per inuisibilia foramina subsistendo iter Claudunt Cels. Praef. Co- arctare iter, vid. COARCTO. Committere se itineri Cic. Philipp. 12, 25. Comparare iter ad aliquem Nep. 7, 10, 3. Comparare se ad iter, Componere itinera, vid. hb. vv. Cic. Fam. 11, 13 105***

- Meumque iter eo Contuli. Cic. Att. 5, 14 Nunc iter Conficiebamus aestuosa et puluerulenta via. Idem in Vatin. 12 c. 5 Quum illud iter Hispaniense pedibus fere Confici soleat, aut si quis nauigare velit, etc. Consequi itinere, Consumere iter in legendo, Contendere iter, Continuare iter nocte et die, *vid. bb. vv.* Cic. Att. 3, 1 Vibonem statim venias, quo ego multis de causis conuerti iter meum. Caes. B. G. 7, 56. Conuertere iter ad, *vel* in Provinciam, *vid. CONVERTO.* Conuertit iter ad urbem Lucan. 3, 373. Currit tutum iter classis Virg. Aen. 5, 862. Decedere itinere, *vid. DECEDO.* Desectis iter rapidum Lucan. 3, 337. Desistere itinere Caes. B. G. 5, 11. Ouid. Met. 2, 598 Nec coeptum Dimittit iter. Cic. Fam. 10, 11 Quum ipse iter ad Mutinam Dirigerem, in itinere de praelio factio audiui, etc. Dirige nauis iter Ouid. Fast. 1, 4. Doctus iter melius Horat. de Arte Poët. 68.
- 15 Ducebat iter in fraudem Sil. 5, 43. Effectum iam est iter Ouid. Met. 6, 519. Emensi iter Virg. Aen. 7, 160. Expedire iter Fugae Liu. 38, 2 *extr.* Explicare iter Plin. Epist. 8, 1. Cic. Att. 8, 13 Confestimque cum Q. fratre et liberis nostris iter in Apuliam Facere coepi. Plin. Epist. . . . Ita inde postquam vehiculis iter Facere coepi. Cic. Att. 5, 9 Cogitabam sine vlla mora iusta itinera Facere. *Conf. Nep. 2, 5.* Ferre iter per medium mare Virg. Aen. 7, 810. Ferre iter impaudum Stat. Theb. 1, 326. Flectere iter Virg. Aen. 7, 35. Frangere iter Stat. Theb. 12, 232. Gubernare iter Cic. Fam. 2, 17. Idem Att. 8, 11 Caesarem iter Habere Capuam. *Et ad Q. Frat. 2, 6 pr.* Quod ille in Sardiniam iter Habebat. Impedire iter Ouid. Epist. 21, 74. *Vid. IMPEDIO.* Tac. Ann. 1, 51 Incessitque itineri, et praelio. *b. e. Ad iter et praelium.* Incipere, Inceptare, Indicare, *vid. ff. ll.* Inducere in iter, *vid. INDVCO.* Ingredi iter Quinct. 3, 1. Ingredi iter pedibus, et equo Cic. de Senect. 34. Inire Idem Tusc. 1, . . . Infidere itinera, *vid. h. v.* Instare iter Cic. Att. 13, 23. Instaurabat iter ad Argos Stat. Theb. 2, 473. Instituire iter Cato Cic. Fam. 15, 5. Intendere iter, Intendere ad Praetorem, Intendere iter coeptum in Italiam, Intercipere iter, Intercludere itinera, Intermittere iter, *vid. bb. vv.* Ire iter, *vel* itinere Cic. Q. Frat. 3, 4. Iungere iter, *vid. IUNGO.* Maturare iter Caes. B. C. 1, 63. Mittere ex itinere, *vid. MITTO.* Moliri iter Senec. Oedip. 13. Munire iter, Obspire iter alicui, *vid. bb. ll.* Pandit iter latum Sen. Herc. fur. f. 9. Parare iter sollempne Claud. in
- 10 Eutrop. 2, 97. Patefacere iter Cic. pro L. Manil. 30. Peragunt iter inceptum Virg. Aen. 6, 384. Peragunt iter propositum Hor. Serm. 2, 6, 99. Pergere iter, *vid. PERGO.* Cic. pro Planc. 97 Iter a Vibone Brundisium terra Petere contendi. Liu. 3, 46 Dum praecipere, iter nuntii missi in castra. *b. e. Anse caperent.*
- 45 *In vulgatis codicibus perperam legitur,* Praeriperent iter. Praecluserat iter vnda Ouid. Met. 14, 790. Plin. 9, 32 Iter corniculis Praetentant cochleae. Procedere iter Caes. B. G. 6, 24. Properabant iter continuum die noctuque Tac. Ann. 15, 12 *extr.* Et si coeptum iter Properasset Idem Hist. 3, 40. Radit iter liquidum
- 50 Virg. Aen. 5, 217. *de columba volante.* Raptat nos iter ad ostia ponti Valer. Argon. 2, 775. Remensus iter fesso gradu Stat. Theb. 3, 324. Remorari iter alicuius Ouid. Met. 11, 232. Repetere iter Idem de Arte Am. 3, 745. Reprimere iter Cic. Att. 10, . . . Rumpere iter coeptum Ouid. Amor. 3, 6, 88. Rumpere iter institutum Hor. Carm. 3, 27, 5. Soluit iter puppis Stat. Silu. 5, 1, 242. Stratum militari labore iter Quinct. 2, 13. Supprimere iter Caes. B. C. 1, 46. Sum: *vt*, Est iter ei in Asiam, *b. e. Proficiscendum illi, vel proficiscitur.* Cic. Att. 3, 6 *extr.* Nobis iter Est in Asiam maxime Cyzicum. Iter Est ei aliquo Idem pro Mil. c. 10. Idem
- 60 Fam. 1, 20 Haec quum audissem, et iam in itinere Essem. Est iter per insidias Ouid. Met. 2, 78. Tendebat iter ad naues Virg. Aen. 1, 660. Tenebat medium iter classe Idem ib. 5, 1. Vertere iter aliquo Idem ib. 5, 23. Vertere iter a portu Ouid. in Ibin 620. Vestigare iter Stat. Theb. 11, 137. Vicit iter durum pietas Virg. Aen. 6, 688.
- 65 ¶ 4 *Metaphorae, et formulae.* Iter, *pro Incepto et instituto:* Cic. Q. Frat. 3, 4 Quare neque ego impediri Ciceronis iter, atque illam disciplinam volo, et ipse puer magis illo clamatorio genere duci et delectari videtur, in quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus. *i. Nostro dicendi genere.* Recto itinere lapsi plerumque diuertunt Quinctil. 2, 3. Columel. 8, 27 Itineraque si loci natura permittit, omni lateri piscinae dari conuenit. *i. Meatus, quibus aqua intret et exeat.* Duo itinera audendi Tac. Hist. 4, 49, 5. *Tralate: vt,* Iter prouum ad honores, *Via facilis et compendiosa.* Plin. Epist. 75 8, 10 Quibus videor a meo, tuoque latere prouum ad honores iter, et audita latius nomina, et non subitas imagines relicturus. *Add. Idem 5, 8.* Manifestum iter ad ingenii lumen ostendit Quinctil. 1 in Prooem. Instruere iter ad bonam famam, *vid. INSTRVO.* Cic. Att. 4, 10 Ne occupationi quidem tribuas: quae etsi summa est,
- 80 tamen nulla esse potest tanta, vt interrumpat iter amoris nostri, et officii mei. Cibis digestis iter praebetur Colum. 8, 5, 20. Salutis iter monstrat fortuna Virg. Aen. 2, 388. Senectae iter decline Ouid. Met. 15, 227. Surculo factum scalpro Colum. 4, 29, 9. Quod Vitae sectabor iter Auson. Eid. 15 *pr.* *Conf. Hor. Epist. 1, 18, 103.* Vocis iter habere Ouid. Met. 2, 830. Vrinae iter Cels. 7, 25. Si in vrinae itinere, quod est angustius, inhaeret Idem 7, 26, 4 *sed plures editi habent,* Si in primo, quod est angustius, etc. Facere iter sceleri Ouid. Met. 15, 106. Pergere iter ambitione, ac periculis vacuum Tac. Ann. 4, 20. ¶ 5 *Iteris pro itineris dixere anti-*
- 90 *qui.* Laudat Non. 8, 13 Naevii locum, Ignoti (*i. ignari*) iteris sumus, tute scis. Accii, Exprobre quid fers; nam te longo itere cerno vadere, etc. *Sed etiam* Lucret. 5, 652 Ignes Concusos itere, et labefactos aëre multo. Propert. 2, 10, 40 Hoc itere ad lapides cana venire meos.
- 95 I T E R D V C A, ae. f. Iuno Mart. Capella lib. 2 p. 37 *extr.* Iuno pulchra — Iterducam (*al. Interducam*) et Domiducam — mortales puellae debent in nuptias conuocare, vt earum et itinera protegas, et in optatas domos ducas. *Sed* Augustino de C. D. 7, 3 Iuno — iterduca est pueris, et opus facit cum deabus ignobilissimis, Abona et Adeona.
- 100 I T E R O, are. [*ἀναλαμβάνω*] Rursus aliquid agere; et quasi Per iter factum reuerti. Plaut. Pseud. 1, 3, 157 Nolo bis iterare, sat sic longae fiunt fabulae. Liu. 6, 32 Resistere, atque iterare pugnam iubet. Sic Columel. 8, 8 Iterare dicta. Aciem, *vid. ACIES.* Aequor apud Hor. Carm. 1, 7, 32 *pro Iterum nauigare,* — cras ingens iterabimus aequor; Acron. Fortuna tristi clade iterabitur Hor. Carm.

Carm. 3, 3, 62. *Curfus iterare* Hor. Carm. 1, 34, 4. *Verba iterata* Cic. in Partit. 21 c. 6. *Iterans Vias Vulgata* Ierem. 2, 36. *Vitam morte* Plin. 7, 55. *Voces* Hor. Epist. 1, 18, 12. *Vulnera iterata fixi* Stat. Silu. 1, 2, 84. *Plaut. Casin. 5, 2, 6* Ita ridicula auditu, iteratu ea sunt, quae ego intus tuli. Cic. Tusc. 2, 44. *Itera dum eadem ista mihi: non enim intelligo, quid summum dicas esse, quid breue.* Idem Att. 14, 15 *Vbi mendose ab aliquibus legitur Iterandum.* *Iterare campum, terram, agrum, pro Iterum profcindere, siue arare:* Iterat, ἰέρει Vet. Gloss. *Iteratum, παλινοσκαφέν* Vet. Gloss. *Columel. 2, 4* Colles pinguis soli, etc. *Februario statim profcindendi sunt.* Deinde de Aprili medio vsque in solstitium iterandi, tertiandique. *Sic Plin. 18, 19.* *Iterare iudicium, est Iterum iudicare apud Ictos; ut L. 1 C. Theod. de Episc. Iudicio.* *Conf. Sulp. Seuer. H. S. l. 2.* *Causas iterare, et aliter distinguere* Lampr. in Seuer. l. 22. ¶ 2 *Nescio, qua auctoritate dicitur* Iterare, *pro Ire. posuisse* Gell. 3, 18 *Sed eos Senatores, qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus iterauisse in curiam.* *Gron. Certe itauisse, non facta alterius lectionis mentione.* *Interim Iterare ὀδομαρτίον* Gloss. Lat. Gr. *et itare ab iterare in MSS. vix apice ad t. app. sito differt.*

ITERATVS, a, um. Part. *Tertull. de Anima 35 extr.* Sed enim *Metempsychosis illorum reuocatio est animae iam pridem morte functae, et in aliud corpus iteratae.*

ITERATIO, ōnis. f. *Repetitio.* Cic. in Orat. 85 c. 25 *Itemque si quae verborum iterationes contentionem aliquam et clamorem requirerent, erunt ab hac submissione orationis alienae.* Idem de Orat. 3, 20. *Quinctil. 10, 1* Lectio non cruda, sed multa iteratione mollita. Idem 4, 2 *Nam iterationes quidem, et ταυτολογία, et περισσολογία, quas in narratione euitandas quidam scriptores artium tradiderunt, transeo.* *Aratationis genus: σκαφετός, διαρρηγιδε* Gloss. Lat. Gr. *Plin. 18, 20* Aratatione per transuersum iterata, occatio sequitur: *vbi res poscit, crate vel rastro, et fato semine iteratio.* *Complures iterationes* Colum. 2, 4, 2. *Iteratio arationis peracta esse debet* Idem 11, 2, 64. *De repetita sarritione vitur* Idem 2, 12, 9. *Oleum secundae pressurae, aut Ipsa secunda olearum pressura:* *Columel. 12, 50, 11* Nam plurimum refert non miscere iterationem, multoque minus tertiationem cum prima pressura.

ITERATIVVS, a, um. Adi. *Iteratium, ἰπανοληπτικόν* Gloss. Vet.

ITERABILIS, e. Adi. [*ἰπανοληπτικὸς* Gloss. Gr. Lat.] *Tertull. adu. Marc. 2, 28* Iterabilem magis iniuriam facit *leuitate poenae inuitat homines ad saepius peccandum.*

ITERATO. Adu. *Idem quod Iterum.* *Vlpian. in l. qui bonis D. de cessione bonorum.* *Iustin. 5, 4, 2* Vinci iterato. *Add. 5, 9, 2.*

ITERVM. Adu. [*αἶ, αἶθις, πάλιν*] i. *Secundum, denuo, iterato.* *Plaut. Poen. 5, 2, 117* Iterum mihi natus videor, quod te reperit. *Iterum repetit dolor* *Scribon. 122.* *Cic. de Inuent. 1, 71 c. 39* *Primo quidem decipi, incommodum est: iterum, stultum: tertio, turpe.* *Viç. de Viris illustr. c. 27 pr.* *Iterum, et tertio Consul, multa domi militiaeque gessit.* *Cic. pro Rosc. Amer. 60 c. 22* *Iterum ac tertio nominavi.* *Add. Plaut. Men. 2, 3, 51.* *Iterum et saepius testis est Italia* *Cic. pro L. Manil. 30 c. 11.* *Iterum ac saepius* *Plin. 10, 12.* *Semel atque iterum ac saepius* *Cic. pro Font. c. 8.* *Iterum atque iterum fragor intonat ingens* *Virg. Aen. 8, 527.* *Ingeminans iterumque iterumque vocavi* *Idem ibid. 2, 770.* *Iterumque iterumque monebo* *Idem ib. 3, 436.* *Conf. Quinctil. 2, 13.* *Iterum consul* *Nep. 23, 5, 3.* *Cic. Diuin. in Verr. c. 35.* *Iterum ac tertium tribuni* *Liu. 3, 19.* *Add. Varr. R. R. 1, 18 extr.* *Celf. 4, 4. Plin. 27, 9.*

ITERVM, i. n. [*ἰερίον*] *Aedificationis nomen, idem quod Chalcidicum vbi vid. n. 3 sub CHALCIS.* *V. Gl. ἰερίον (sic leg. pro ἰερίον)* *iterum, iteratum.* *Et ἰερίον, pergula, tabulum.* *Hinc lo penult. ff. de V. S. legendum* *Prophurum [περόφορον]* id est *Iterum, quod in aedibus fieri solet, aedium est.* *Haec Salmaf. ad Spartian. Nigr. 12 p. 677.* *Quae si probamus, addere licet, Iterum dictum esse ut Deambulatorium, ab itinere, vel itu adeo, cum in Solario, Domate, Moeniano, deambulare solerent. Conf. nomina, quae modo laudauimus.*

I T H

ITHACA, ae. f. [*Ἰθάκη*] *Ionii maris parua insula, Vlyssis patria.* *Incaetiam vrbs eiusdem nominis, ut inquit Ptolemaeus 3, . . . Ibi etiam mons Neritos; a quo tota insula quandoque dicta Neritos fuit.* *Virg. Aen. 3, 272* *Neritos ardua saxis. . . Plin. 8, 58* *In Ithaca lepores illati moriuntur.* *De hac et Cicero de Orat. 2, 196.* *Sum patria ex Ithaca* *Virg. Aen. 3, 613.* *Non est aptus equis Ithacae locus* *Hor. Epist. 1, 7, 41.*

ITHACVS, i. m. [*Ἰθακός*] *Vlysses: dicitur et ITHACENSIS.* *Virg. Aen. 2, 104* *Hoc Ithacus velit, et magno mercentur Atridae.* *ITHACENSIS* *Vlyssis remigium i. socii* *Horat. Epist. 1, 6, 63.*

ITHAGESIVS, a, um. *Aliud* *Adi. [Ἰθακήσιος]* *Sedes Ithacae* *Sil. 8, 540.*

ITHOME, es. f. *Oppidum in Peloponneso, itemque in Thessalia; unde Ithomeus Iupiter.* *Stat. Theb. 4, 179* *Planaque Messena, montanaque nutrit Ithome.* *Al. Ithone.*

ITHONEA, ae. f. *Ciuitas in Boeotia, ab Ithonio Amphylionis filio, quam alii Ithonem vocant.* *A qua et Pallas Ithonia est appellata; siue, ut Strabo inquit, ciuitas Thessaliae ad Amphrysium fluiuium sita.* *Quidam scribunt Itonia* *Stat. Theb. 2, 721.*

ITHONABI, *huius vrbs incolae.* *Idem ib. 7, 330.*

ITHYPHALLVS, i. m. *Priapus.* *Columel. 10, 31* *Sed truncum forte dolatum Arboris antiquae numen venerare Ithyphalli.*

ITHYPHALLICVS, a, um. *Adi. Obscenus.* *Caes. Rhodig. Ant. Lect. 4, 16. Scalig. Poët. 1.*

ITHRA et **ITHYREI**, *vid. ITVRAEA.*

I T I

ITIDEM. Adu. [*παρὰπλησίως*] *Similiter, eodem modo: quasi reduplicatio auget significacionem particulae* *Item.* *Omnia nos itidem depascimur aurea dicta* *Lucret. 3, 12.* *Ter. Eun. 2, 2, 4* *Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona.* *Cic. de Legib. 2, 7 c. 3 Q. Quorsum istuc? M. Quia nunc itidem ab eodem et a caeteris diis immortalibus sunt nobis agenda primordia.*

Ter. Eun. 1, 2, 13 Vt aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet. Idem Hec. 5, 4, 26 Placet non fieri hoc itidem, vt in comoediis, omnia omnes vbi resciscunt. Itidem quasi Plaut. Moss. 1, 3, 120. Idem Truc. 1, 1, 19 Quasi in piscinam rete, qui iaculum parat, etc. itidem est amator. Idem Capt. prol. 44 Imprudens itidem et saepe iam in multis locis plus insciens quis fecit, quam prudens boni.

ITINER, Cris. n. Idem ac Iter v. v. Vox apud antiquos. Plaut. Merc. 5, 2, 72 Inceptum hoc itiner perficere exsequor. Sic et Manil. 1, 88 Fecit et ignotis itiner commercia terris. Martian. Cap. 9 p. 304 Mundanae discursionis itiner subeundum. Conf. Non. 8, 54.

ITINEROR, Ari. Iter facere. Apuleii aiunt; negat Index Floridi.

ITINERANS, antis. Partic. Saluian. de Gubern. 1 p. 33 (22 Baluz.).

ITINERARIUS, a, um. Adi. Suntus itinerarius Lanprid. in Commod. c. 9. et Alexand. Seu. c. 27. Ammian. 21, 15 Motus itinerarius.

ITINERARIUM, i. n. Veget. 3, 6 Itineraria regionum plenissime habere perscripta. Miles itinerarium ab imperatore accipit et custodit illud Ambros. in Psalm. 118 (119) Octonario V ineunte. Prouinciarum adnotata, — picta Id. ibid. Ita supersunt Itineraria, vt vocantur, Imp. Antonini, et Rutilii. Itinerarium sonare lituos iubet Ammian. 24, 1. i. signum itineris ingrediendi.

ITIO, ITO, ITVR, ITVRVS, ITVS. Vid. EO, is.

ITIS vox Tusca. Macrobi. Sat. 1, 15 med. Idem nomen a Tuscis, apud quos is dies Ivis vocatur, sumtum est. Item autem illi interpretabantur Iouis fiduciam. — Iure hic dies Iouis fiducia vocatur, cuius lux non finitur cum Solis occasu, sed splendorem diei et noctis continuat illustrante luna, quod semper in plenilunio, id est, medio mense fieri solet. Diem igitur, qui vel nocturnis caret tenebris, Iouis fiduciam Tusco nomine vocauerunt, vnde et omnes Idus Iouis ferias obseruandas finxit antiquitas.

I T V et I T Y

ITVRAEA, ae. f. [Ἰτυραία] Regio est, a qua ITVRAEI populi, qui ITHYREI quibusdam in libris. Strabo 17 Montanam regionem Ituraei et Arabes habent, malefici omnes. Plin. 5, 23 In parte Syriae, quae Coele dicitur, scribit esse Ituraeorum gentem.

Conf. Luc. Euangel. 3, 1. Ioseph. Ant. 13, 19. Cic. Philipp. 2, 19 c. 8. et 112 c. 44 Ithyrei scribuntur, quibus Antonius Senatum obsidebat. Apud Poetas Ituraeus etiam pro Parthico videtur poni. Virg. Georg. 2, 448 Ityraeos (sic ibi etiam Burm.) torquentur in arcus. Seruius Parthicos dicit. Lucan. 7, 250 Ituraeis cursus fuit inde sagittis. Et 7, 514 Tunc et Ituraei, Medique, Arabesque soluto Arcu turba minax.

ITYS, Ityos, Ityn. m. [Ἰτυς] Filius Tereci, regis Thracum, conuersus in phasianum auem, dum epulandus patri Tereo a matre Progne apponeretur. Seruius apud Virgil. Ecl. 6 extr. Vid. tota historia Ouid. Met. 6, 626. Virg. Aen. 9, 574.

ITYLVS, i. m. Dimin. [Ἰτυλος] Catul. 64, 14 Daulias assumti fata gemens Ityli.

I V B

IVBA, ae. f. [χαιῖρα] Crines animalium a collo pendentes. Cic. de Nat. Deor. 2, 111 c. 43 Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti. Ex Poeta. Caes. B. G. 1, 48 extr. Iubis equorum subleuati. Plin. 8, 16 Leoni praecipua generositas tunc, quum colla armosque vestiunt iubae. Iubae gallinaceorum, pro Plumis, quas dum ceruices erigunt, attollere videntur: Columel. 8, 2 Iubae deinde variae, vel ex auro flavae, per colla ceruicesque in humeros diffusae. Crispiores iubae, vid. CRISPVS. Densa Virg. Georg. 3, 86. Dextrae Ouid. Met. 2, 674. Effusa Idem Amor. 3, 4, 16. Equinae

Id. Met. 12, 88. Ludunt per colla iubae Virg. Aen. 11, 492. Lunata, vid. LVNA. Rutila Catul. de Berecynth. 63, 83. Sanguinae anguium Virg. Aen. 2, 206. Seruius interpretatur aut cristas, aut barbas. Piscis Barbo iubas tribuit Auson. Mosell. 134 Propexique iubas imitatus gobio Barbi. Conf. Buchner. ad Prudent.

Hymn. de Nat. Dom. v. 9. Burm. ad Nemes. Cyneg. v. 143. In masculino genere positum deprehendit Barth. Aduers. 17, 3. it. ad Nemes. Cyneg. v. 143. Triplici iuba crinita galea Virg. Aen. 7, 785. Idem Georg. 3, 92 Talis et ipse iubam ceruice effudit equina Coniugis aduentu pernix Saturnus. de Saturno in equum mutato. Iuba

fusa, h. e. Ampla. Martial. 1, 32 Dum nulla teneri, sordent lanugine vultus, Dumque decent fusae lactea colla iubae. Ventilataura iubas Sil. 16, 444.

IVBĀTVS, a, um. Adi. [χαιῖρας] Quod iubas habet: vt, Iubatus equus: Iubati angues, i. Cristati et ceruicibus erecti. Plaut. Amph. 5, 1, 56 Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo. Fera Sen. Herc. fur. f. 13. Pompeius M. in Circo DC, in iubatorem CCCXV dedit Plin. 7, 16. sc. leonum. Leo Sen. Thyest. f. 8. Lycaon lupus est ceruice iubatus Solin. c. 43 (Salm. 30).

IVBA, ae. m. [Ἰόβας] Rex Mauritaniae, Pompeii partes secutus, quem Caesar vicit, eiusque filium in triumpho duxit. De quo Plutarchus in Caesare.

IVBAR, aris. n. [σέλας, σελῖος] Proprie stella, quae ante solis ortum, Lucifer: post solis occasum, Vesper appellatur; Φωσφῆρος a Graecis dicta. Iubar autem appellatur, quod iubata appareat: vel quod (vt ait Festus) splendor eius diffundat in modum iubae leonis, radios. Varro de L. L. 5, 2 p. 45, 2 Eadem stella, Hesperus, vocabatur iubar, quod iubata. Et disertius 6, 4 p. 77, 31 Iubar dicitur stella lucifer, quae in summo habet diffusum lumen, vt leo in capite iubam. Huius ortus significat, circiter esse extremam noctem.

Itaque ait Pacuuius, Exorto iubare, noctis decurso itinere. Virg. Aen. 4, 130 It portis iubare exorto, Troiana iuuentus. Pro ipso splendore lucis: Ouid. Fast. 1, 78 Et tremulum summa spargit in aede iubar. Iubar enim non tantum de solis seu stellae, sed etiam de cuiuscunque rei splendore dicitur, vt Auri, argenti, gemmarum. Ardens iubar Sen. Octau. 231. de cometa. Fiant (cometae) et in austrino polo, sed ibi citra vllum iubar Plin. 2, 25 f. 23. Cristatum galeae Stat. Theb. 3, 223. Flammeum Sen. Troad. 6. Graue iubar aduersi sideris Stat. Theb. 7, 709. Nitidum Ouid. Met. 15, 117. Rubrum Lucret. 4, 406. Ad hominis Maiestatem transfert Claud.

in Ruff. 2, 144 Per fratris regale iubar, h. e. Splendorem regium.

7 S

Sic

Sic Purpureum fundens Caesar ab ore iubar Martial. 8, 65. de Domitiano, cui Vultum ruboris plenum tribuit Sueton. c. 18.

IVBELIVS, vid. TAVREA.

IVBEO, iussi, iussum, bēre. [καλέω] Vehementer volo, quae voluntas suffragio, imperio, precibus, consilio, hortatu, etc. declarari potest, adeo ut iubere dicatur interdum, qui sententiam fert, imperat, etc. Est ergo iubeo, velle me verbis quibuscumque significo; ut veto, declaro me nolle. Ter. Eun. 2, 3, 97 Iubes ne? C. H. Iubeo, (serio velle me declaro) cogo (robustior imbecilliore) atque impero (herus seruo). Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas Iuvenal. 6, 223. Plaut. Aul. 1, 1, 19 Iubet sententiam, ut dicant suam. ¶ 2. Ordinarie, certe frequenter admodum, construitur, cum Infinitivo, qui suum sibi Accusativum, quoties opus est, adiunctum habet. Plaut. 2, 5, 2 Iubeto habere animum bonum. Cic. Fin. 1, 1 Primus est ausus Leontinus Gorgias in conuentu poscere quaestionem, id est, iubere dicere, qua de re quis vellet audire. Hor. Od. 3, 24, 42 Magnam paupertas opprobrium iubet Quidius et facere et pati. Cic. Att. 12, 6 Caesar — te sine cura esse iussit. Et Verr. A. 1, 19 c. 7 Cum hoc consistit, hunc amplexatur, hunc iubet sine cura esse. Virg. Aen. 5, 552 Ipse omnem longo decedere circo Infusum populum, et campos iubet esse patentes. Plaut. Afin. 2, 2, 30 Iubeo te saluere voce summa. Ter. Adelph. 3, 4, 15 Saluere Hegionem plurimum iubeo. Hor. Epist. 1, 10, 1 Fuscum saluere iubemus. Cic. Att. 4, 14 Dionysium iube saluere. ¶ 3. Ille Infinitivus interdum reticetur, non modo in salutandi formula, ut Ter. Andr. 3, 3, 1 Iubeo Chremetem, ubi pulchre Donatus, Firme aliquid velle, iubere est. (ita quidem leg. vid. pro vulgato iubere velle est). Iubeo, ergo, volo: et deest saluere; quod exprimitur (i. eliditur, extruditur) ab alterius personae interuentu. — Volumus animo, iubemus verbis. Et hic quidem manifesta Infinitivi omisso. Sed etiam in aliis. Plaut. Aul. 1, 1, 19 Aut si respexis donec ego te iussero respicere. Ter. Andr. 3, 2, 4 Deinde quod iussi ei (dari) date bibere, et quantum imperavi, date. Verum Faern. et Bentl. ex MSS. non date priore loco habent; sed ipsum, quod alias desiderabitur, date. Liu. 37, 37 Tradito frumento (iis) quibus (tradi) iusserat Consul. Ter. Eun. 4, 7, 20 Qui scis, an quae iubeam, (ipsum facere) sine vi faciat. Cic. Att. 5 ult. Et hercle, ut me iubet Acastus (confidere) confido te iam valere. Liu. 27, 55 pr. Et senatus eam pacem seruandam censuit, et paucos post dies populus (eam seruari, in comitiis, suffragiis suis) iussit. Petron. 71 Aedificas monumentum meum, quemadmodum te (aedificare) iussi? Quin ne opus quidem semper est ellipsi. Si enim iubeo est velle me significo, ut vidimus, potest etiam quartum Casum sine interuentu alterius Verbi regere. Lucan. 1, 298 Tumultum Composuit vultu, dextraque silentia iussit, eadem ratione, ut Ovidianus Harpocrates Met. 9, 691 Digito silentia suadet. Lucan. 8, 684 de capite Pompeii M. Quo, nunquam, bella iubente, Pax fuit, i. velle se ostendente. De eodem homine et de re eadem idem Poeta 2, 528 Ianque secuturo iussurus classica Phoebos, i. die proximo praelium commissurus. Stat. Theb. 7, 32 Pacemque iubebo omnibus. Et 373 Et tuus armatis iubet ecce silentia frater omnibus. Non referimus huc Plaut. Stich. 2, 2, 71 I. 1 intro Dinacium, iube famulos rem diuinam mihi apparent: nam illud est ex 20 genere, in quo Graecos imitatus dicere solet, fac me ut sciam, pro fac me scire, etc. de quo Perizon. ad Sanct. 2, 5, 5 p. 188. Huc retulerim etiam illud Ter. Andr. 2, 5, 1 Herus me relictiis rebus iussit Pamphilum hodie obseruarem. Sic Bentl. quam immerito scabiem vocat Burm. ad Sueton. Vesp. c. 23. At illae huc pertinent formulae in quibus Populus iubere dicitur leges. Cic. pro Balbo 38 c. 17 pr. Responderem, Legem Populum Rom. iussisse de ciuitate tribuenda. Nempe, qui legem ferunt, ita ad populum ferunt, VELITIS, IVBEATIS (hoc vos velle verbo vel tabella significetis) uti hoc vel illud fiat. Vid. v. g. Gell. 5, 19. Cic. ad Brut. 4 Quod nondum Senatus censuit, nec Populus Rom. iussit, id arroganter non praeciudico. Sen. ad Helu. 5 extr. Ita enim populus iussit. Sed populi scita ex magna parte sapientes abrogant. Cic. de Orat. 1, 60 c. 14 Quaero enim, num possit — dici — apud populum de legibus iubendis aut vetandis. Liu. 1, 22 Tullum Hostilium regem populus iussit. Idem 3, 30 Id modo exceperere patres, ne postea eosdem Tribunos iuberent. Et 3, 34 Eas leges habiturum Populum Rom. quas consensus omnium non iussisse latas magis, quam tulisse, videri posset. Sall. Jug. 84 pr. Postquam ei prouinciam Numidiam populus iussit: simili ellipsi, qua alias dicimus cupio, aut volo tibi, Populus voluit Mario esse, prouinciam: ut Liu. 26, 18 Ad unum omnes non centuriae modo, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispania iusserunt. Et 30, 41 Ut plebem rogarent, cui iuberent in Hispania imperium esse. Liu. 6, 39 pr. De fenore atque agro rogationes iuebant, de plebeio consulatu antiquabant. Flor. 2, 6, 2 Vrebat nobilem populum — dare tributa, quae iubere consueuerat: ut alias imperare. Sed tamen etiam de Senatu adhibuit hoc verbum Liu. 7, 19 Censuit igitur Senatus — consulesque fortiri prouincias iussit. ¶ 4. Dubium ergo non est, quin dicatur ab antiquis et classicis iubere aliquem facere, iubere aliquem tribunum, iubere alicui imperium. Sed an dicitur etiam simpliciter iubere aliquem, i. imperare illi? Sic certe Martial. 9, 67 (al. 65) ad Herculem, Argolico famulum non te seruire tyranno Vidissent gentes saenaque regna pati: Sed tu iussisses Eurysthea. Potest ellipsi res expediri, iussisses Eurysthea tua regna pati. Sueton. Vespas. c. 23 Nunciantes legatos, decretam ei — statuam, iussit vel continuo ponere, causam manum ostentans, ne opus quidem est ellipsi: iussit, velle se ostendit, legatos ponere, i. ut ponerent legati. ¶ 5. An dicatur iubeo tibi, i. iubeo te facere, vehementer disputatum est, pro Datio illo praeter caeteros propugnante Perizon. ad Sanct. 2, 4, 6 p. 183. Ac de Analogia linguae Latinae, et de argenteae aetatis scriptoribus non dubitatur. V. g. Tacit. 13, 15, 3 Britannico iussit, (se velle ostendit) exurgeret, etc. Curt. 5, 6, 8 Tandem suis rex corporibus et cultu feminarum abstinere iussit: nisi placet suis iungere corporibus, ut corpora sua sint, quae ante hanc calamitatem libera fuerant, ut Plaut. Pers. 4, 3, 3. Laudatur 7, 1, 18. Armigero lanceam ei dare iussit. Sed Freinsb. edidit, Desideranti Amyntae, ut habitus quoque redderetur armigero, lanceam dari iussit. Sic 7, 5, 31 Postero die occurrentibus, Branchidas secum procedere, iubet. Possit tamen occurrentibus absolute positum intelligi. Claudian. in 2 Conf. Stilich. 85 Ipsa (Roma) iubet signis, bellaturoque togatus Imperat. Verum de huius aetatis scriptoribus non laboratur: quamquam non desit hic illic, quod moneri queat. Videamus de aureis. Cic. Att. 9, 13 pr. Quamquam haec mihi literae Dolabellae iubent ad pristinas cogitatio-

nes reuerti. *Mihi videtur ex familiari illo genere loquendi esse, unde est vide mihi hominem, etc.* Catull. Epithal. Pel. l. 63, 140. *Sealiger ex MSS. dedit, quem sequuntur alii, At non haec quondam nobis promissa dedisti Voce: mihi non haec miserae sperare iubebas. Recte, Est ellipsis, non iubebas (me) sperare mihi haec.* Caes. B. C. 3, 98 Omnes conseruauit, militibusque suis iussit, ne qui eorum violarentur, neu quid sui desiderarent. *Sic edidit Dauis, qui tamen non dissimulat aliquot MSS. lectionem, commendauit.* Liu. 27, 24 Inde portas custodire iussit tribunus militum, praefectisque socium et centurionibus. *Sed ex antiquissimo libro restituit, iussit tantum pro iussit scribens, Gronouius, quem Drakenborchius sequitur, custodire iussit tribuni militum, praefectique socium et centuriones. Notauit ad h. l. Drakenborchius plura loca, ubi in uno alteroque MS. sic variatur.* Liu. 30, 15 Fidum e seruis vocat, sub cuius custodia — venenum erat: ei mixtum in poculo ferre ad Sophonisbam iubet. *Sed Gron. et, firmantibus MSS. postea consultis. Sic nihil probat Liu. 42, 43* Queis legati nullo in praesentia responso dato, Chalcidem se sequi iusserunt. *Datiuus Queis pendet non a iusserunt, sed a dato.* Liu. 42, 28 Consul Romam rediit aliquanto ferius, quam Senatus censuerat: cui primo quoque tempore magistratus creari — iussum erat. *Sed nihil blandius in loco, ex uno tantum MS. edito, quam legere visum erat: iussum s. iussum et visum saepe misceri in MSS. obseruatum ad Liu. 9, 24 4. Taceo quod cui iussum erat, potest significare, qui iusserat, ut tibi audita sunt, tu audisti. In uno Liuui loco reliquit hanc constructionem sine animaduersione Gronouius 27, 16, 8 Marcellus interroganti scribae, quid fieri signis vellet? — Deos iratos Tarentinis relinquere iussit. Sed potest et hoc librariis deberi, restituique facile potest, interrogante scriba.* Ouid. Met. 8, 752 Famulisque iubet succidere facrum Robur. *Sic unius MS. auctoritate legi volebat Heinsf. Sed seruauit receptum olim famulosque Burmannus. Etiam Sil. 12, 608 frustra aduocatur, modo cogites, esse Ablatiuos consequentiae Caelicolis raptim excitis, et addi, defendere (illos) tecta Dardana, et in septem discurrere iusserat arces. Etiam Frontin. Strat. 4, 1, 43 Consistere omnibus iussit non amplius fauet Datiuo, postquam magno consensu in MSS. ordinibus esse, Ablatiuo casu intelligendum, ostendit Oudendorpius. ¶ 6 Pass. Virg. Aen. 7, 616 Hoc et tum Aeneadis indicere bella Latinus More iubebatur. Iuberis proferre Hor. Epist. 1, 13, 7. Iubetur ire Id. ibid. 1, 7, 75. Martial. 1, 71 Vade salutatum: pro me, liber, ire iuberis. Vlpian. in l. quoties §. seruus D. de hered. instit. Iuberi adire ab eo potest, cui alienatus est. ¶ 7 Ut imperare, parere, iniussus; sic ipsum verbum iubere adhibetur de arte naturam velut mutante. Mart. 1, 68 Antumnum sterilis ferre iubetur hiems. Vid. IVSSVS. ¶ 8 Iusso pro Iussero dicebant veteres Sen. Epist. 58 p. 200 Dicebant antiqui, Si iusso, id est, si iussero. Hoc nolo mihi credas: sed fide Virgilio (Aen. 11, 467) Caetera, qua iusso, mecum manus inferat arma. Vid. Seruium in loc. et Turneb. Aduers. 15, 15. A quibus dissentit Barthius Aduers. 35, 3 qui putat rō Iusso Frequentatiuum esse verbi Iubeo. Eadem forma Dixis pro Dixeris habet Plaut. Mil. 3, 2, 29 Si falsa dixis, coclo, excruciabere. Similia frequenter occurrunt. Sil. 12, 175*

— Ab ubi iusso

Per tacitum ruptis Iubita vi fundite portis

Telorum in campos nimum. *Conf. h. l. Drakenb.*

Iussitur: Cato c. 14 Parietes omnes, vi iussitur, calce et caementis, etc. *Significatio aperta, iussus est, vel iubetur adeo. Sed forma insolita, et Praesenti similis a Verbo frequentatiuo, Iusso, ēre. Certe in hoc probabilis videtur sententia Barthii modo indicata.*

IVBENS, entis. Partic. Caes. B. G. 7, 26 Hortante et iubente eo. Fatis iubentibus Petron. c. 123. Mihi iubenti Ouid. Met. 9, 596.

IVBENDVS, a, um. Part. Cic. de Orat. 1, 60 c. 14 iam attulimus. Id. de Legib. 3 c. 16 Carbonis est tertia de iubendis legibus aut vetandis. Liu. 6, 42 Ut tempus rogationum iubendarum proferretur.

IVSSVS, a, um. Partic. [ἐπιταγμένος] Virgo iussa mori Virg. Aen. 3, 323. Martial. 1, 34 Amissum non flet, quum sola est, Gellia patrem: Si quis adest, iussae profiliunt Lacrimae. Liu. 1, 5 extr. Sed aliis alio itinere iussis certo tempore ad regiam venire pastoribus. Iussus abire Idem 23, 23 extr. Propius accedere Curt. 5, 11, 5. Fames iussa seruire Lucan. 1, 319. Fuga Ouid. Trist. 4, 10, 90. Gutta quoque ex oculis non nisi iussa cadit Propert. 4, 1, 144. Labores Ouid. Met. 9, 22. Mors Tacit. Ann. 16, 17, 2. Poena Id. ibid. 15, 18, 2. Riui iussi Colum. 10, 48. ut Lacrimae, Gutta, illi manu facti, haec vi expressae. Nempe hoc Participium de

75 iis adhibetur frequenter, ubi ipsi velut naturae vis fit, et imperio efficiuntur, quae alias natura sibi relicta solet facere. Vid. Barth. ad Claudian. 4 Conf. Hon. 483. et copiosissime Drakenb. ad Sil. 9, 504. A librariis Iussus et Visus permutantur: Drakenb. ad Sil. 13, 372. Conf. IVSTVS.

80 IVSSVS, ūs. m. [ἐπιταγῆς] Imperium: vix reperitur, praeterquam in Ablatiuo Iussu. Plaut. Amph. prol. 19 Iouis iussu venio. Sallust. Catil. 29 extr. Sine populi iussu. Vestro iussu coactus Cic. pro L. Man. c. 9.

85 IVSSVM, i. n. [ἐπιταγή, ἐπιταγμα] Idem. Plaut. Cure. 2, 3, 50 Postquam sum tuo iussu profectus, perueni in Cariam. Populi iussu dat ciuitatem Sis. ap. Non. 2, 472. Virg. Ecl. 8, 11 — accipe iussis Carmina coepta tuis. Cic. pro Caecin. 96 c. 33 Sed quaero abs te, putesne si populus iusserit, me tuum, aut item te meum seruum esse, id iussum ratum atque firmum futurum? Dura iussa Ouid. Met. 7, 14. Fera iussa imperii mei Idem Rem. Amor. 496. Al. Iura. Horrida Virg. Aen. 4, 378. Ingentia Idem ibid. 7, 241. Haud mollia Id. Georg. 3, 41. Regalia Valer. Argon. 1, 820. Saevissima Id. ibid. 3, 47. Capessere iussa Virg. Aen. 1, 81. Exsequi iussa alicuius Id. ibid. 4, 396. Tacit. Ann. 95 11, 19 Ac ne iussa Exuerent. Facere Virg. Aen. 1, 306. Ferre Id. ibid. 9, 804. Facessere Id. ibid. 4, 295. Fallere Id. ibid. 12, 877. Flectere iussa alicuius Virg. Aen. 10, 35. Festinare Id. ibid. 6, 177. Obtemperare iussis magistri Ouid. Trist. 4, 6, 7. Al. Monitis. Parare iussa Virg. Aen. 4, 503. Pati aliena Idem ibid. 10, 866. Tacit. Hist. 4, 83 Exitium ipsi, regnoque denuntiaret, ni iussa Patrentur. Peragere iussa alicuius Ouid. Met. 2, 119. Rescindere iussa alicuius Id. ibid. 2, 677.

IVSSIO, ōnis. f. [πέλευσις Gloss. Lat. Gr.] Epit. Liu. 67 Secundum Populi Romani iussionem. Lactant. 4, 15 Verbo ac iussione ne faciebat. Conf. Arnob. 2 p. 49. Principalis l. 2 §. 2 ff. de Iudic.

IVSSOR, ōris. m. *καλευσης* Gloss. Vet.

IVBĪLVM, ī. n. [*ἀγαλλίαμα*] *Cantus pastoricius f. rusticus, vel inconditus etiam clamor, quem Graeci Tragici per ἰὲ solent exprimere.* Sil. 14, 475 Et laetus scopulis audiuit iubila Cyclops, *int. Daphnidis canentis Gronou. leg. Sedauit, ut prae studio audiendi Daphnin suam vocem Cyclops continuerit.* Non montana sacros distinguunt iubila cantus Calpurn. Ecl. 1, 30. *ubi Barth. rusticas cantiones intelligit: possis etiam voces probantium, incitantium.* Calpurn. Ecl. 7, 2 Et tua moerentes expectant iubila tauri. *Al. fibila.*

IVBĪLO, āre. Est rustica voce inclamare, *Inquit Festus.* Varr. 10 de L. L. 5, 7 p. 58, 4 Ut Quiritare urbanorum (*Quiritium fidem implorare*) sic Iubilare rusticorum. Itaque hos imitatus Aprisius (*Scal. aperte Attius*) ait in Bacche (*Scal. Bacchis*) Quis me iubilat? Vicinus tuus antiquus. Sic Triumphare appellatum, etc. *Vid. TRIUMPHO. Sed ad Festum aliter emendat Scaliger l. c. Varronis, nempe Attius in Chrysippo, Io Buco. Quis me iubilat? Vicinus Atus antiquus. Prius enim (sic pergit Scal.) iobulare: nam io rusticorum ἐπιφθόγμα.*

IVBILATVS, ūs. m. Vet. Gloss. Eiulatus; Iubilatus, *κραυγή, ὄλογγμός ἀγροίκων, Clamor rusticorum.*

IVBILATIO, ōnis. f. Apul. Met. 8 p. 209 Canes rabidos et immanes, et quibusuis lupis et vrsis faciores, iubilationibus solitis et cuiuscemodi vocibus nobis inhortantur.

IVBILAEVS, f. *rectius IOBELAEVS*, a, um. Adi. *Vt, Annus iubilaeus apud Hebraeos.* *Vid. Leuit. 25, 10. Arator in Act. Apost. c. 19 Quinquagesimus annus Cum Iubilaeus adest, proprii distractio ruris, etc. Add. Isidor. 5, 37.*

I V C

IVCVNDVS, a, um. Adi. [*τερπνός*] *A Iuuo quasi tu iuicundum dicas. Docet hoc ipse Cic. de Fin. 2, 14 c. 4. Dicitur autem iucundus, qui causa fuit alteri, ut ille gaudeat. Cuius officia iucundiora saepe mihi fuerunt, nunquam tamen gratiora Cic. Fam. 4, 6. Sic distinguit etiam Fam. 5, 15. et Att. 1, 17. Cic. Att. 1, 8 Quod te de Tadiano negotio decidisse scribis, id ego Tadio et gratum esse intellexi, et magnopere iucundum. Idem in Catil. 4, 1 Est mihi iucunda in malis, et grata in dolore vestra erga me voluntas. Mulsum dixit, cum dixit iucunda in malis, ut quae sensum mali auferre possit. Accidunt iucunda, vid. ACCIDO. Mutare iucunda se-40 veris, vid. MVTO. Adolescens idem seni Sullae fuit iucundissimus Nep. 25, 16, 1. Iucundi Agri et fertiles Cic. pro L. Agr. 2, 40. Aurae iucundae Zephyri Catul. 44, 3. Conspectus vester longe mihi iucundissimus Cic. pro L. Manil. pr. Error Ouid. de Arte Am. 3, 729. Homo iucundus alteri, Obsequiosus et obtemperans. 45 Cic. pro Sext. 51 Qui instituta maiorum neglexerunt, et imperitiae atque concitatae multitudini iucundi esse voluerunt. Imperator iucundissime Plin. Praef. pr. Ioci Ouid. ex Pont. 2, 4, 10. Labores acti Cic. de Fin. 2 c. 32. Lumen iucundum caeli Virg. Aen. 6, 363. Memoria praeteritorum malorum Cic. de Fin. 2 c. 32. Mu-50 nera Catul. de Coma Berenice f. 64, 82. Odor, Gratus et delectabilis: Plin. 12, 4 Virtus ebenus odore iucundo. Sapor, apud eundem 10, 60. Paupertas Tibul. 3, 3, 23. Quies Propert. 1, 10, 1. Rebus in iucundis viue beatus Hor. Serm. 2, 6, 96. Sapor, vid. Odor, paullo ante. Tempus iucundum agere Ouid. Trist. 3, 3, 26. 55 Verba ad audiendum iucunda Cic. de Orat. 1 c. 49. Viam iucundam efficere alicui Ouid. ex Pont. 2, 10, 32. Vita iucunda, et grauis, contraria Hor. Epod. 1, 6. Vita mihi iucundior Catul. Argon. 62, 215. Voluptas iucunda Lucret. 2, 3.*

IVCVNDITAS, ātis. f. [*τερπνότης*] *Delectatio. Opponitur Tristitia a Plin. Paneg. c. 49. et Paciano Paraen. ad Poenit. Cic. de Fin. 2, 14 In eo autem voluptas, omnium Latine loquentium more ponitur, quum percipitur ea, quae sensum aliquem moueat iucunditas. Hanc quoque iucunditatem, si vis, transfer in animum: iuuare enim in vtroque dicitur, ex eoque iucundum. Vocis iucunditas, ac claritas Quinctil. in prooem. 6. Cic. Off. 1, 122 c. 34 Atque etiam quum relaxare animos, et dare se iucunditati volent, caueant intemperantiam, meminerint verecundiae. Iucunditate perfundi Id. de Fin. 2, 37 c. 3. Vid. PERFVNDO. Permulcere iucunditate Quinctil. 2, 5. Iucunditates, Pl. [*ἠδοναίαι*] Cic. Att. 10, 870 Nihil mihi vnquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quam quod meam Tulliam suavissime, diligentissimeque coluisti.*

IVCVNDE. Adu. [*τερπνός*] *Suauius, dulciter.* Cic. de Fin. 1, 38 c. 12 extr. Clamat Epicurus is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, non posse iucunde viui, nisi sapienter, honeste, iusteque vivatur. Idem pro Deiot. 19 Quum in conuiuio comiter et iucunde fuisses. Curare corpora iucunde Lucret. 2, 31. Iucunde aliquid narrare de aliquo Cic. de Amicit. 1. Plin. 31, 3 Vnus in toto orbe traditur fons aquae iucunde olentis in Mesopotamia. Iucundius Cic. pro Muraen. c. 31. Iucundissime loqui cum aliquo Val. Max. 7, 2 ext. 8. Iucundissime viuere Cic. de Fin. 2, 70.

IVCVNDOR, āri. Dep. *Agere iucunde.* Lactant. 4, 6 Iucundabar ante faciem eius, quum laetaretur orbe perfecto. Non. 2, 407 per Iucundetur explicat verbum Hilaretur. Etiam actiue Consolationes Dei iucundant animam Augustin. de Genes. ad lit. 12, 34. 85

IVCVNDANS, antis. Partic. Oros. prooem. 4 Infantes iucundantes, iudentes.

IVCVNDĀTVS, a, um. Adi. Brito Phil. 12, 813 Plausibus omnis Iucundata nouum suscepit Gallia regem. *Vid. Barth. Advers. 32, 18.*

I V D

IVDAEA, ae. f. [*Ἰουδαία*] *Pars Palaestinae latius dictae. Sed Plin. 5, 14 Supra Idumaeam et Samariam Iudaea lateque funditur: pars eius Syriae iuncta Galilaea vocatur, Arabiae vero et Aegypto proxima Peraea — Reliqua Iudaea diuiditur in toparchias decem, etc. Dedita sacris incerti Iudaea dei Lucan. 2, 593.*

IVDAEVS, a, um. Adi. [*Ἰουδαῖος*] *Qui ex Iudaea est.* Cic. de Provinc. Consul. 10 Iudaei et Syri nationes natae feruituti. Apella Iudaeus Hor. Serm. 1, 5, 100. Quod pellem in parte genitali non habeat Porphy. *Sed probabilius est Apellam esse proprium. Vid. APELLA. Curti Hor. Serm. 1, 9, 70. Curtos dixit propter virilis membri recisam pelliculam Porphy. Cultaque Iudaeo septima sacra viro Ouid. de Arte Am. 1, 76. Recutiti Martial. 7, 29. Iuuen. Sat. 6, 546 Quali acunq; voles Iudaei somnia vendunt. 100*

IVDAEVS, a, um. Adi. Brito Phil. 12, 813 Plausibus omnis Iucundata nouum suscepit Gallia regem. *Vid. Barth. Advers. 32, 18.*

I V D

IVDAEA, ae. f. [*Ἰουδαία*] *Pars Palaestinae latius dictae. Sed Plin. 5, 14 Supra Idumaeam et Samariam Iudaea lateque funditur: pars eius Syriae iuncta Galilaea vocatur, Arabiae vero et Aegypto proxima Peraea — Reliqua Iudaea diuiditur in toparchias decem, etc. Dedita sacris incerti Iudaea dei Lucan. 2, 593.*

IVDAEVS, a, um. Adi. [*Ἰουδαῖος*] *Qui ex Iudaea est.* Cic. de Provinc. Consul. 10 Iudaei et Syri nationes natae feruituti. Apella Iudaeus Hor. Serm. 1, 5, 100. Quod pellem in parte genitali non habeat Porphy. *Sed probabilius est Apellam esse proprium. Vid. APELLA. Curti Hor. Serm. 1, 9, 70. Curtos dixit propter virilis membri recisam pelliculam Porphy. Cultaque Iudaeo septima sacra viro Ouid. de Arte Am. 1, 76. Recutiti Martial. 7, 29. Iuuen. Sat. 6, 546 Quali acunq; voles Iudaei somnia vendunt. 100*

IVDAEVS, a, um. Adi. Brito Phil. 12, 813 Plausibus omnis Iucundata nouum suscepit Gallia regem. *Vid. Barth. Advers. 32, 18.*

IVDAEVS, a, um. Adi. Brito Phil. 12, 813 Plausibus omnis Iucundata nouum suscepit Gallia regem. *Vid. Barth. Advers. 32, 18.*

IVDAEVS, a, um. Adi. Brito Phil. 12, 813 Plausibus omnis Iucundata nouum suscepit Gallia regem. *Vid. Barth. Advers. 32, 18.*

- De populo Iudaeo vera falsis mixta passim veteres, v. g. Tacit. Hist. 5, 2. Flor. 3, 6. Iustin. 36, 2. Plutarch. Symp. 4 Qu. 5. Petron. in Catal. p. 683. *Burm. necnon et Origenes contra Cels. 5.*
- IVDAÏCVS, a, um. Adi. [*Iudaikos*] Idem. Cic. pro Flacc. 5 66 Aurum Iudaicum. Iuven. Sat. 14, 101 Iudaicum ius ediscunt. Superstitio Quinctil. 3, 7. Velis Iudaicis pingitur India Claud. in Eutrop. 1, 357.
- IVDAÏCE. Adu. Contradicere Iudaice atque apostatice Ep. Iustin. §. 1 Cod. 1. 1 tit. 1.
- 10 IVDAÏZO, ãre. Vulg. Interpr. Gal. 2, 14 *Iudaeorum more et legibus vivere.*
- IVDAISMVS, i. m. Mos et ritus Iudaeorum. Vulgat. Gal. 1, 13 seq. Tertull. . .
- IVDEX, IVDICATIO, IVDICIUM, vid. IVDICO.
- 15 IVDICO, ãre. [*κρίνω, δικάζω, διαγιγνώσκω*] Quasi Ius dicere. Varro de L. L. 5, 7 p. 56, 17 Hinc iudicare, quod tunc ius dicatur: sed proprie loquendo haec distincta esse mox observabitur. Sed latius etiam patet, et ad omnes sententias et cogitata, de quacunque re, nostra, aliena, mente conceptas, ore vel scripto prolatas, etc. refertur. Bre-
- 20 viter et dilucide iudicare Quinctil. 4, 1. Ad poenitentiam prope- rant, cito, qui iudicant P. Syr. Mim. Cominus iudicari Plin. 11, 42. Plaut. Rud. prol. 19 de Ioue, Iterum ille eam rem iudicatam iudicat. Perperam iudicare, Incorrupte atque integre, vid. hb. ll. Ter. Adelph. 5, 6, 5 Hominem maximi pretii esse hodie te iudicavi animo meo. Ab eorum consiliis abesse iudicasti Caes. ad Cic. Att. 10, 8. i. decrevisti. Mihi iudicatum est Cic. Fam. 7, 33 extr. Aliquem exulem Nep. 23, 7, 7. Cic. Fam. 11, 7 Quae suum Con- sulem hostem iudicauerunt, seque ad salutem Reipubl. defendendam contulerunt. Ter. Eun. 1, 2, 118 Atque ex aliarum ingeniis nunc
- 30 me iudicet. Plura multo iudicant homines odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, etc. quam veritate Cic. de Orat. 2 c. 42. Id. de Amicit. 70 Sed ut mihi videris, non recte iudicas de Catone. Add. Ibid. c. 2. Pompeius de Caesaris consilio coniectura iudi- cans Caes. B. C. 3, 78. De meo sensu iudico Cic. in Catil. 4, 11. Caes. B. G. 7, 43 Nihil se propter inscientiam leuitatemque vulgi grauius de ciuitate iudicare. Simulabat Caesar, se defectionis consilia non toti ciuitati imputare. Cic. de Amicit. 95 Concio, quae ex im- peritissimis constat, tamen iudicare solet, quid intersit inter popula- rem, id est inter assentatorem, et leuem ciuem: et constantem, fe-
- 40 verum et grauem. Cic. de Petit. Consul. 19 In iis omnibus generi- bus, iudicato atque perpendito, quantum quisque possit. Idem de Amicit. 6 c. 2 Athenis vnum accepimus, et eum quidem Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. Id. Diu. Verr. 15 Nunc vero, quum id ita perspicuum sit, ut oculis iudicare possitis, nescio cur hoc
- 45 mihi detrimento esse debeat. Plaut. Men. 1, 2, 21 Nam ego ad Menaechmum nunc eo, cui iam diu sum iudicatus, vltro eo ut me vinciat. b. e. Cui sum adiudicatus, siue iudicis sententia addictus. Liu. 1, 26 Duumuiros, qui Horatio perduellionem iudicent secundum legem, facio. i. eum perduellionis damnent. Cic. Verr. 3, 152 Sed
- 50 hoc miror, quomodo de quo homine praeciudicium noluerit fieri per recuperatores, de hoc ipso non modo praeciudicari, verum grauiissime ac vehementissime iudicari. Gell. 20, 1 Quantaque pecuniae iudicatae essent, praedicabatur. Idem 1, 1 non procul a fine, Con- fessis igitur aeris, ac debiti iudicatis, triginta dies sunt dati conqui- rendae pecuniae causa. Iudicatis, i. Condemnatis. Sic Liu. 6, 14 Centurionem iudicatum pecuniae quum duci vidisset, medio foro cum caterua sua accurrit. Cic. pro Flacc. 48 Itaque recuperatores contra istum rem minime dubiam prima actione iudicauerunt. Iudicare aliquid ex aequo et bono Id. pro Caecin. 65 c. 23. Iudicare
- 60 de re aliqua inter aliquos Id. de Orat. 1, 176. Cic. Q. Frat. 2, 12 Vestra culpa haec acciderunt Equites Romani: Dissolute enim iudica- tis. Iudicavit iudicium inclitum inter deas tres, de Paride Cic. de Diuin. 1, 114 c. 50. Liu. 26, 3 Quum Tribunus bis pecunia an- quisisset, tertio capitis se anquirere diceret: Tribuni plebis appellati,
- 65 Quum collegae negarent se in mora esse, quo minus quod ei more maiorum permissum esset, seu legibus seu moribus mallet, anquire- ret, quoad vel capitis, vel pecuniae iudicasset privato: tum Sempro- nius perduellionis se iudicare Cn. Fulvio dixit: diemque comitiis a Caio Calpurnio Praetore vrbs petit. Probabile mihi sit perduellio- nis indicasse Fulvio Sempronium, cum anquisitione peracta, et inuentis
- 70 probatisque criminibus Fului, iam rogaret Populum, -an vellet illum damnare capitis, iudicare ergo hic etiam est damnare per populum. Cic. de Legib. 3, 6 Cum magistratus iudicasset, interrogassetque, per popu- lum multas, poenae certatio esto. Res iudicare formula sollempnis,
- 75 i. iudicem esse, iudicare simpliciter. V. g. Cic. Phil. 2, 20 c. 8 Viri fortissimi atque honestissimi, qui ordines duxerunt, res et iudicant et iudicauerunt. i. Centuriones sunt in Decuriis iudicium. Cic. Verr. 2, 76 c. 31 Retinete hominem in ciuitate, — ut sit, qui nobiscum res iudicet. Sic Res iudicatae, vid. mox IVDICATVS. Seneca
- 80 de Clement. 2, 7 Clementia liberum arbitrium habet, nec sub for- mula, (cui adstricti sunt iudices) sed ex bono et aequo iudicat. Contra ac Deiotarus sensit, victoria belli iudicavit, i. causam Caesa- ris et Pompeii decedit. Cic. Phil. 11 c. 13. Vid. Graeu. ad Cic. Fam. 10, 10 pr. Aliud Iudicare est, aliud Ius dicere; et quemadmodum
- 85 ciuilibus in rebus Praetor non cognoscit, neque iudicat, sed ius dicit; sic qui ab ipso iudices sunt dati, non ius dicunt, sed cognoscunt et iudi- cant. Praetor urbanus non solebat iudicare, sed cum iudices ab ipso dati de controuersia cognouissent, ac iudicassent, tum ille exsequebatur. Ideo in Edictis Praetorum plerumque legitur, Iudicium dabo. Quae-
- 90 dam tamen erant, in quibus nec iudicabat, nec ius dicebat Praetor urba- nus, sed, omissa iurisdictione, imperio praetorio exsequebatur; ut cum restituebat in integrum, et nonnulla huiusmodi. Vid. Manut. de Legib. c. 19. ¶ 2 Obs. Iudicasset pro iudicauerit, modo vidimus ex Cic. de Legib. 3, 6. A librariis solent confundi Iudicare et Vindi-
- 95 care: vid. Brouckhus. ad Prop. 4, 11, 20. . .
- IVDICATVS, a, um. Partic. [*δικηνηδεις*]. Cic. Verr. 2, 118 Atque ut aliquando de rebus ab isto cognitis iudicatisque, et de iudi- ciis datis dicere desistamus. Appendicula causae iudicatae atque damnatae Id. pro Rabir. c. 4. Iudicatum facere, pro Parere iudi- cato, siue Persolvere, quod iudex dependendum esse pronuntiauit: Vlpian. l. 6 de Feriis Lege cautum est, ne his diebus iudicium sit, nisi ex vo- luntate partium: et quod aliter aduersus ea iudicatum erit, ne quis iudicatum facere, neue soluere debeat: neue quis ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat. Cic. pro Flacc. 48
- 105 Quum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, et ab hoc ductus est.

est. Cic. pro Sull. 63 Status Reipubl. maxime iudicatis rebus continetur. Iudicium res iudicatas irritas facere Id. Phil. II c. 5: Liu. 6, 14 Eximendo de neruo ciues vestros, prohibendo iudicatos, (damnatos) addictosque duci. Cic. de Orat. 2, . . . Qui iudicatum duci videt. *i. Condemnatum.* Non. 2, 458 ex Plauti Afinaria (5, 2, 87) Male cubandum est, iudicatum me vxor abducit domum. ¶ 2 *Substantiue* Iudicatum, *res iudicata.* Cic. de Inuent. 2, 68 c. 22 De quo iam ante sententia alicuius aut aliquorum constitutum est. Conf. Ibid. 1, 48 c. 30. Idem pro Flacc. 49 Frater meus pro sua aequitate prudentiaque decreuit, vt si iudicatum negaret, in duplum iret. Iudicati confirmatio Cic. de Inuent. c. 40.

IUDICATIO, ōnis. f. *Cognitio, iudicatus.* Graece κρινόμενον, Latine *Id de quo agitur.* Cic. in Topic. 95. Idem de Inuent. 2, 15 Quaestio in coniecturali eadem, quae iudicatio. Quinctil. 3, 8 Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fieri non potuisti, iudicatio est, an potuerit? Add. Cic. de Inuent. I c. 13 et 14. *Iudicandi facultas:* Quinctil. 6, 5 Consilium est ratio quaedam alte petita, habensque in se et inuentionem et iudicationem.

IUDICATRIX, icis. f. [*κρινή*] Quinctil. 2, 17 Ars inuentrix, et iudicatrix, et enuntiatrix.

IUDICATVS, ūs. m. [*κρίσις*] *Iudicatio, iudicandi facultas.* Cic. Att. 12, 19 De Cocceio et Libone, quae scribis, approbo: maxime quod de iudicatu meo responsum sit.

IUDICATIO. Adu. [*προνόσις*] Gell. 14, 1 An ita ferio iudicatoque pronuntiaret. *Proprie est Ablatiuus absolutus, vt* Audito, 25 *postquam auditum est.*

IUDICATORIVS, a, um. Adi. δικαστικόν Gloss. Gr. Lat.

IUDICATORIVM, i. n. [*δικαστήριον*] *Iudicii locus.* Gloss. Gr. Lat.

IUDICABILIS, e. Adi. Mart. Capell. 5 p. 149.

IUDEX, icis. c. [*κρίτης, δικαστής*] *Dicitur quasi Ius dicens populo: h. e. Iuris et aequitatis minister.* Varr. de L. L. 5, 7 p. 56,

18 Hinc iudex, quod ius dicat accepta potestate. *Sed diuersa esse iudicare et ius dicere monuimus.* Add. Ibid. 18, 15. Cic. pro Rosc.

Amer. 84 L. Cassius ille, quem Pop. Rom. verissimum et sapientissimum iudicem putabat, identidem in causis quaerere solebat, cui bono fuisset? — Hunc quaesitorem ac iudicem fugiebant — Tamen facile me paterer, vel ipso acerrimo iudice quaerente, vel apud Cas-

fianos iudices, quorum etiam nunc ii, quibus causa dicenda est, nomen ipsum reformidant, pro S. Roscio dicere. Iudex et quaesitor hic

Synonyma sunt: nempe Iudex Quaestionis intelligitur, de quo Sigonius de Iudiciis 2, 5. Apparet autem sic vocatum praefidem quandam iudicium, non ipsum tamen Praetorem, qui quaestionem, h. e. iudicium capitale exerceret. Intelligitur hoc praefertim ex Cluentiana Ciceronis.

Nam 55 c. 20 Cum in consilium iri oporteret, quaesivit ab reo C. Iunius, quaesitor — clam an palam de se sententiam ferri vellet? — Tum 74 c. 27 Conuicium C. Iunio, iudici quaestionis, maximum fecit, vt ne sine Staleno in consilium iretur. — Denique 79 c. 29 C. Iunium, qui illi quaestioni praefuerat, — hominem aedilicium iam praetorem opinionibus hominum constitutum — de ciuitate esse sub-

latum. Ergo Iudex quaestionis, qui mittit iudices in consilium, qui praest quaestioni, idem tamen nondum Praetor. Ab eo porro Iunio illud iudicium passim Iunianum vocatur. Cic. Vatin. c. 14 Iudices

quaestionum de proximis tribunalibus esse depulsos. Neminem vouerunt maiores nostri non modo de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset Cic. pro Cluent. 120.

Morum iudex Iuuen. Sat. 4, 12. Candidus Hor. Epist. 1, 4, 1. Corruptus Idem Serm. 2, 2, 8. Critici Suet. Claud. c. 11. Editicii iudices ab accusatore editi in iudicio ambitus Cic. pro Muraen. c. 23. Grauis Ouid. 60

Amor: 3, 8, 56. Iniquus Idem Met. 13, 190. Iurati iudices, quae cognouissent, vt ea non esse facta, sed vt videri pronuntiarent Cic. Acad. 4, 146 c. 47. Manipularis, vid. MANIPVLVS. Numarius, *Qui numis corruptus fuit:* Cic. Att. 1, 13 Insectandis, exagitantisque iudicibus numariis. Conf. Suet. Domit. c. 8. Obno-

xius gratiae, Optimus, vid. hb. vv. Priuatus Suet. Claud. c. 14. *i. Qui causas priuatas et ciuiles diiudicat.* Iudice te Virg. Ecl. 2, 27. Pedaneus, vid. sub PES. *Notabilem de iudicibus locum Plinii 33, 1 f. 7 totum ponemus: Quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniae iudices tribuunt. (i. pecuniis iudicatur, vtrum aliquis*

Eques Rom. sit) Duo Augusto decurias ordinante, maior pars Iudicum in ferreo annulo fuit, iique non Equites, sed Iudices vocabantur. Equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum. (Credo, de formulis sollempnibus loquitur, et eo, quem nunc stilum Curiae dicimus) Iudicum quoque non nisi quatuor decuriae fuere primo: vix-

que singula millia in decuriis inuenta sunt, nondum prouinciis (i. prouincialibus) ad hoc munus admissis: seruatumque in hodiernum est, ne quis e nouis ciuibus in iis iudicaret. Decuriae quoque ipsae pluribus discretas nominibus fuere, Tribunorum aeris, et Selectorum, et Iudicum. Praeter hos etiamnum Nongenti vocabantur ex omnibus selecti ad custodiendas cistas suffragiorum in comitiis. Et diuisus hic quoque ordo erat superba vsurpatione nominum, cum alius se Nongentum, alius Selectum, alius Tribunum appellaret. Haec, et totus ille locus, peculiari disputatione opus habent. Multa iam pulchre declarata post alios a Io. To. Krebsio Diff. de Decuriis iudicum. 85

Qui, diuersis temporibus Romae res iudicauerint, vid. IUDICIUM n. 4. Capere iudicem, Citare iudices, Cogendi iudices inuiti, vid. hb. vv. Constituire iudicem de re aliqua Cic. pro Domo 33 c. 13. Contorquere iudicem ad laetitiam Idem de Orat. 2, 72. Id. Verr. 3, 152 De conuentu nullum vnquam iudicem nec recuperatorem dedit. 90

Add. Ibid. 2 c. 12. Dicere ad iudices, i. apud, vid. AD Praeposit. Eligere iudicem, vid. paullo post, Sortiri iudicem. Facere iratum iudicem aduersario, vid. IRATVS. Ferre alicui iudicem, vid. FERO. Cic. pro Rabir. Post. 9 Accusauit de pecuniis repetundis, iudex sedi, Praetor quaesui, defendi plurimos. Idem pro Cluent. 95

105 A quibus si quis quaereret sedissentne iudices in C. Fabricium: sedisse se dicerent. Plin. in praef. Quamplurimum refert sortiatur aliquis iudicem, an eligat. Cic. Fam. 6, 4 Flauius noster de controuersia quam habet cum Dyrhachinis hereditariam, sumisit te iudicem. Sic pra. Quintio c. 9. et pro Rosc. c. 4. Sen. de Benef. 3, 7. 100

¶ 2 Interdum Consul Rom. iudex vocatus. Liu. 3, 55 extr. memorauerat legem Valeriam et Horatiam, Vt qui tribunis pl. aedilibus, iudicibus, decemuiris nocuisset, eius caput Ioui Sacrum esset. Deinde Fuere, ait, qui interpretarentur eadem hac Horatia lege consulibus quoque et praetoribus — cautum esse: iudicem enim consulem ap-

105

pellari. Quae refellitur interpretatio, quod his temporibus nondum consulem iudicem, sed praetorem appellari, mos fuerit. *Etiam Provinciae Praefidem dictum interdum esse iudicem, ostendit Bynkersh. Obs. 1, 2 p. 16. Qui essent Iudices in veteri lege apud Liu. 3, 55* Vt
 5 qui tribunis pl., aedilibus, iudicibus, decemviris, nocuisset, *disputaciones virorum doctorum, exhibet, nihil definire audet, Drakenb. Iudices in ludis dicti, qui ludos moderabantur, et controuersias ortas dirimebant.* Suet. Neron. c. 12 Citharae coronam a iudicibus ad se delatam adorauit. Iudex morum Iuuenal. 4, 12. *Censor videtur.*
 10 Iudex cognitionum sacrarum, *Praefectus urbi, qui cognoscebat ex delegatione principis.* Inscript. apud Gruter. p. 284 n. 8 MEMMIVS. VITRASIVS. ORFITVS. V. C. ITERVM. PRAEFECTVS. VRBI. IVDIX. SACRARVM. COGNITION. TERTIVM. Iudex constitutionum sacrarum, *Cui cura controuersiarum commissa est, quae ex constitutionum interpretatione ortae sunt.*
 15 Inscript. apud Gruter. p. 282 n. 3 ANICIVS. PAVLLINVS. IVN. V. C. CONS. ORDINARIVS. ET IVDIX. SACRARVM. CONSTITVTIONVM. ¶ 3 *Saepe, ut, iudicare ad quamcumque aestimationem, et sententiam refertur, ut*
 20 Hor. A. P. 363 *de pictura, Volet haec sub luce videri Iudicis arguti quae non formidat acumen.* Hor. Serm. 2, 7, 101 *At ipse Subtilis veterum iudex et callidus audis.* Aequus aestimator et iudex rerum Cic. de Fin. 3, 6. *Idem pro Sulla 50 c. 18 Ego non modo tibi non irascor, sed ne reprehendo quidem factum tuum. Te enim existimo tibi statuisset, quid faciendum putares, et satis idoneum officii iudicem posuisse.* Id. Off. 1, 114 c. 31 *Suum igitur quisque noscat ingenium, acremque se et bonorum et vitiorum suorum iudicem praebeat.* Et Fam. 5, 2 *extr. Ego dolori tuo — ignosco — A te peto, ut tu quoque aequum te iudicem dolori meo praebeas.*
 30 ¶ 4 *Obj. Iudex, fem. Ouid. Met. 2, 429 — De cespite virgo Se leuat, et Salue numen, me iudice, dixit. Posteritas iudex Rutil. Itin. 1, 308. A librariis permisceri nomina Iudex et Vindex, vid. in VINDEIX.*

IUDICIUM, i. n. [*κρίσις, ἡφίστασις*] *Et actum iudicandi significat, et collegium iudicantium, et sententiam; interdum omnia complectitur, interdum modo vnum aut alterum notat.* Cic. pro Caecin. 6 *Omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum malefactorum causa reperta sunt.* Idem pro Cluent. c. 35 *Non fuit igitur illud iudicium: iudicii simile, iudices, non fuit.* Cic.
 40 Tusc. 1, 1 *His et talibus rationibus adductus Socrates, nec patronum quaesivit ad iudicium capitis, nec iudicibus supplex fuit.* Id. pro Rosc. Com. 10 c. 4 *Aliud est iudicium et arbitrium: iudicium est pecuniae certae, arbitrium incertae.* Ad iudicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium
 45 hoc animo adimus, ut neque nihil, neque tantum, quantum postulauimus, consequamur. *Add. quae sequuntur, praesertim 25 c. 9* Quem per arbitrum circumuenire non posses, cuius ea de re proprium erat iudicium (*qui ea in causa sententiam ferre debebat*) hunc per iudicem condemnabis, cuius de ea re nullum est arbitrium (*cum ad*
 50 *formulam adstrictus sit, ut non possit ex aequo et bono, quod hic opus est, pronuntiare*) *Quin tu hoc crimen aut obiiice, ubi licet agere: aut iacere noli, ubi non oportet.* Capitale iudicium Quinctil. 4, 1. Censorum Cic. pro Cluent. 124 c. 44. Centumuirale, v. h. v. Coniunctum cum re, i. tale, quod res postulat, verbo verum, Cic. pro
 55 Cluent. 124 c. 44. Constupratum, vid. h. v. Corruptum Quinctil. 2, 12. Vid. CORRUMPO. Damnatorium, vid. DAMNO. Euntum stupratumque Cic. Att. 1, 18. Inuidiosum, Numarium, vid. ff. II. Priuata, de causa priuata Nep. 2, 1, 3. Cic. Verr. 75 c. 30. Prudens sincerumque Id. in Orat. 25. Publicum interdum
 60 priuato opponitur, nempe quod est de causa publica, et apud populum in comitiis agitur, ut Cic. Bruto 127 c. 33 *extr. Sed alio respectu omnia iudicia sunt publica, ut pro Archia c. 2.* Purum Cic. de Inuent. 2, 60. Quadruplex iudicium, idem quod Centumuirale. Plin. Epist. 1, 18 *Eram in quadruplici iudicio.* Add. 4, 24 *pr.* Idem
 65 *ibid. 6, 33* Femina splendide nata, nupta Praetorio viro, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices centum et octoginta: tot enim quatuor consiliis conscribuntur. Stipatum tribunal: atque etiam ex superiore Basilicae parte, qua feminae, qua viri, et audiendi et visendi studio imminebant. Magna expectatio: Secutus est varius euentus: nam duobus consiliis vicimus, totidem victi sumus. Notabilis prorsus res et mira: eadem in causa, iisdem iudicibus, iisdem aduocatis, eodem tempore, tanta diuersitas accidit. *Haec non satis intelligo; minus etiam, si conferam* Quinctil. 12, 5, 6 *Habuit Oratores aetas nostra copiosiores: sed quum diceret, eminare inter aequales Trachallus videbatur: ea corporis sublimitas erat, is ardor oculorum, vox quidem non ut Cic. desiderat, paene tragoedorum, sed super omnes, quos ego quidem audierim, tragoedos. Certe quum in Basilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia (ut moris est) cogerebantur, atque omnia clamoribus fremerebant, et auditum eum et intellectum, et (quod agentibus caeteris contumeliosum fuit) laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini.* Recuperatorium Cic. de Inuent. 2, 60. Vid. RECUPERATOR. Cic. Att. 4, 16 *ante med. p. 431 Graeu. Senatus decreuit, ut tacitum iudicium ante comitia fieret, etc.* Tacitum iudicium vocat, *Quod factum non ederetur.* Hoc autem decreuit Senatus, ut qui nullo pudore prohiberentur ab effuso ambitu, largitionem ommitterent, quum intelligerent futurum, ut irrita esset designatio, si damnati tacito iudicio fuissent. *Erat igitur ad cohibendam largitionis impudentiam quasi frenum quoddam taciti iudicii timor.* Manut. Turpe, fratre cum fratre litigante, Cic. Fam. 9, 25. Sed pro Rosc. Am. c. 38 *quo damnari ignominiosum et turpe est, ut Furti, Mandati, etc.* Absoluere se iudicio ab aliquo, vid. ABSOLVO. Cic. pro Quint. 41 *Fatetur enim libellos Alphenum deiecisse, vadimonium promississe: iudicium, quum acciperet in ea ipsa verba, quae Naeuius edebat, non recusasse.* Sic Accipere iudicium pro aliquo Cic. pro Quint. 63. Id. de Opt. gen. Orat. 20 *Hunc igitur Ctesiphonem in iudicium Adduxit Aeschines, i. accusauit.* Vid. ADDVCO. Adesse iudicio et ad iudicium, vid. h. v. Adire iudicii periculum Scribon. Ep. fin. Adumbrare iudicium, vid. h. v. Agi iudicium dicitur. Plin. 9, 35. Arcessere aliquem iudicio, Auferre iudicio, Cadere sub iudicium, Calent iudicia, Circumueniri iudicio, vid. h. v. Quinctil. 4, 2 *Aut si Cn. Pompeius, qui propter aliquam gratiam iudicium militibus armatis Clauserat, tanquam aduersus existimaretur.* Cic. pro Rosc. Amer. 11 *Iudicium inter sicarios hoc primum committitur.*
 105 *Condemnari maturo iudicio, vid. MATVRYS. Condonare iudicium*

dicium alterius potentiae, *i. metu potentiae illius sic, non aliter iudicare* Cic. Fam. 5, 18. Conflare iudicium Id. pro Rosc. Amer. 132. Confligare iudicio, *vid. Confligto sub CONFLIGO.* Cic. . . .
 Nunc meum iudicium multo magis confirmo, *etc.* Constituere in aliquem capitis iudicium, *vid. CONSTITVO.* Contaminare iudicium Cic. Diu. Verr. 76. Conticere iudicium Id. in Pison. 26. Contradictum iudicium Vlpian. in l. Quum de consuetudine, D. de legib. Deducere rem aliquam in iudicium, *vid. DEDVCO.* Deferre iudicium a subselliis in rostra: *i. A iudicibus ad populum* Cic. pro Cluent. 6. Dictare iudicium Paullus in l. actione D. Pro socio. Differre alicuius rei iudicium Quinctil. 2, 4. Dimittere iudicium, *i. iudices* Cic. Verr. 70 c. 29. Dare iudicium, *vt Dare actionem:* Cic. Verr. 2, 30 Dubium nemini est, quia omnes omnium pecuniae positae sint in eorum potestate, qui iudicia dant, et eorum, qui iudicant. *Sic* Id. ibid. 1, 137 c. 52. *Et* pro Flacc. 88 In Lurgonis libertum iudicium ex edicto Dedit. Edere iudicium Iulian. in l. Si sine iudice D. Rem rat. haberi. Emendare vrbes iudiciis Quinct. 1 pr. Emtum stupratumque iudicium, *quo absolutus Clodius* Cic. Att. 1, 18. Exercere iudicium Praetor dicitur: Cic. pro Cael. 1 Omnibus negotiis intermissis, vnum hoc iudicium Exerceatur. *Add.* pro Arch. c. 11. Exercere iudicia alicuius rei Quinctil. 6, 1. Cic. pro Quint. 9 Praetor iudicium prius de probro quam de re maluit Fieri. Id. post Red. in Sen. 19 c. 8 Domesticum hostem, si legibus vti liceret, iudicio esse Frangendum; sin ipsa iudicia vis Impediret ac Tolleret, audaciam virtute, *etc.* Habuit nullum iudicium Atticus Cornel. 25, 6, 3 *nunquam accusatus est: nam opponitur, In ius de sua re nunquam iit, i. praetorem non adiit.* *Sic* Cic. Verr. 1, 139 c. 53 Id iudicium, quod prope omnium fortunarum suarum C. Mustius Habuit, me vno defendente vicit. *Ad utrumque litigatorum retulit* Cic. Verr. 2, 71 c. 29 Nam caeteri quoque impetrant, ne retineantur, qui se velle dicebant alterutri eorum, qui tum illud iudicium Habebant, adesse. *Vid.* Nactus est iudicium. *Sed aliter* pro Planc. 93 c. 39 pr. Tum Hercle me confitear, non iudicium, aliquod Habuisse de reip. vtilitate (*rationem habuisse publicae utilitatis*) sed hominibus amicum aut inimicum fuisse. Intendere iudicium Cic. de Arusp. Resp. 1. Iudicare iudicium inelytum Id. de Diu. 1, 114 c. 50. Id. Tusc. 5, 63 M. Aquilium, et quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat, iudicio liberauerunt. Moliri corruptelam iudicii, *vid. MOLIOR.* Sallust. Jug. c. 4 Profecto existimabunt me magis merito, quam ignominia iudicium animi Mutasse. Nactus est iudicium cum Considio publicano Val. Max. 9, 1, 1. *i. ab illo accusatus est.* *Vid.* Habere iudicium. Vlpian. in l. 2 §. 1 D. Si quis cautionibus, Si ad testimonium desideratus, ad iudicium Occurrere non potuit: erit ei subueniendum. Opprimere iudicio, *vid. OPPRIMO.* Passuros se esse iudicium, Agrinenses dicebant Cic. Verr. 3, 68 c. 28. Perfundere iudicio Id. pro Rosc. Amer. 80. Tacit. Ann. 13, 27 Cuius iussu Perpetratum ingenuitatis iudicium erat. Praesse iudicio Cic. pro Arch. c. 12 extr. Id. in Pison. 97 Tum tu ipse de te sententiam tulisti, tum iudicium Pronuntiauiisti. Auct. ad Herenn. 19 Quod genus M. Drusus Praetor vrbanus, quod cum herede mandati ageretur, iudicium Reddidit, Sextus Iulius non reddidit. *Add.* pro Quintio 72 c. 22. Ter. Phorm. 2, 2, 57 At tu qui sapiens es, magistratus adi, iudicium de eadem causa iterum, vt Reddant tibi. Cic. . . Simulac tute coeperis tua iudicia Rescindere, *etc.* Conf. Id. pro Planc. 30. Silere iudicia Id. in Pison. 32. Sistere iudicio, *vel in iudicium, vid. SISTO.* Solicitare iudicium alicuius donis Ouid. Epist. 16, 80. Sortiri iudicium, *i. iudices* Cic. Verr. 2 c. 18. Stupratum iudicium, *vid. modo* Emtum. Subscribere iudicium cum aliquo, *vid. SVBSCRIBO.* Tollere iudicia Cic. de Prouinc. Conf. 46. Vlpian. in l. 1 §. Dolum D. de eo, per quem factum erit, quo minus quis in iudicio Sistat. Si quis venienti ad iudicium aliquid pronunciauerit triste, propter quod hic necesse habuerit ad iudicium non Venire. *Paulo post:* Si ex stipulatu conueniatur de poena, quod ad iudicium Venerit. Iulian. in l. 3 eod. tit. Si a fideiussore quinquaginta stipulatus fueris, si in iudicium non Venerit, petiturus a reo centum: et dolo Sempronii factum fuerit, ne in iudicium reus veniat: centum a Sempronio consequar, tanti enim mea interfuisse videtur: quia si venisset in iudicium, actio mihi centum aduersus eum competeat. Vicit iudicium Mustius, *i. absolutus est* Cic. Verr. 1, 139 c. 53. Vocare in vel ad iudicium Id. pro Corn. Balb. 1. ¶ 2 Sed latius multo patet hoc nomen, et eandem fere habet rationem, quam de consilio supra obseruauimus. Nempe non sententiam modo significat priuatam, publicam, de quacunque re, ore, scripto, actu ipso, et re, prolata: sed etiam fontem iudicii, *i. facultatem a natura vel ab exercitatione, bene, male iudicandi.* ¶ 3 Ponamus quaedam per lancem velut saturam, quando omnia accurate digerere a tempore exclusi non possumus. Acre tersumque iudicium Quinctil. 1, 6, 3. Acre et certum Cic. de Orat. 3, 181. Aurium Quinctil. 9, 4, 118. Idem in proem. 4 Pr. 2 Cum vero mihi Domitianus Augustus sororis suae nepotum delegarit curam, non satis honorem caelestium iudiciorum intelligam, nisi, *etc.* Circumspectum, *vid. CIRCUMSPICIO.* Firmius Quinctil. 1, 8. Firma iamque extra periculum posita Idem 2, 5. Graue subire Claud. in praef. de B. Get. 10. Intelligens, *vid. INTELLIGO.* Interruptum Liu. 4, 6 extr. Liberale Quinctil. 6, 3. Limatum et politum Cic. Fam. 7, 34. Nonnullum de suo ingenio iudicium fieri, Peracre, *vid. hb. vv.* Strictum, asperum, nimis ratum Sen. Exc. Controu. 1, 4 praef. Subtile Hor. Epist. 2, 1, 243. Sincerum et subtile Cic. Fam. 15, 6. Varia sunt iudicia: vt in Graecis Id. in Orat. 36. Varia sunt hominum iudicia, variae voluntates Plin. Epist. 1, 2. ¶ 3 Verba: Quinctil. 2, 4 Ita et ingenio gaudebant, et iudicio non Fallebantur. Fecit vestrum iudicium, *i. Vobis iudicandi copiam dedit* Ter. Heaut. prol. 12. Sed Cic. Bruto pr. de Hortensio, Cooptatum me ab eo in collegium (augurum) recordabar, in quo iuratus iudicium dignitatis meae Fecerat. Id. de L. Agr. 2, 1 Quare dignus summo vestro honore iudicioque sim, *i. consulatu.* *Add.* pro L. Manil. pr. Caes. B. G. 1, 41 Gratias egit Caesari decima legio, quod de se optimum iudicium Fecisset, quam praetoriam cohortem ille sibi futuram dixerat. Cic. pro L. Man. 43 c. 15 De quo homine vos — tanta et tam praeclara iudicia Fecistis? de imperiis Pompeio mandatis a populo loquitur. Id. Fam. 13, 29 Vt primum per aetatem iudicium Facere potueris, quanti quisque tibi faciendus esset. *Add.* Id. pro Flacco 93 c. 57. Facere iudicium de publica causa Cic. Att. 7, 33. *Add.* Fam. 11, 29. Cic. Fam. 16, 19 Si Flexerit aduersus alios iudicium suum, quod tanta firmitate ac

magnitudine direxit in exturbando Antonio. Cic. Philipp. 1, 36 Et populi quidem Romani iudicia multa ambo Habetis. Anton. Cic. Att. 14, 13 Si bonitas tua responderit iudicio meo, quod semper Habui de te, gaudebo. *Aliter*: Cic. pro Planc. 95 Tuu hercle me confitear non iudicium aliquod Habuisse de Reip. utilitate. *i. Nihil respexisse Remp. ut p. a. obseruabamus.* *Aliter* Cic. Fam. 6, 18 Quidquid iudicii Habuerim de dicendo, *i. intellexerim, iudicare potuerim.* Id. Att. 8, 3 Scripsique sedatiore animo, nullum meum iudicium Interponens, sed exquirens tuum. Quinctil. 1, 7 Iudicium autem suum grammaticus Interponat his omnibus. Ostendere iudicium Idem 9, 4 pr. Permittere omnia iudicio alterius, *vid. PERMITTO.* Perpendere acri iudicio aliquid Lucret. 2, 1041. Praebere iudicia alicuius rei Quinctil. 1, 2. Praeditus iudicio minus firmo Cic. in Orat. . . Id. Off. 3, 110 Non enim suo iudicio stetit, sed suscipit causam, ut esset iudicium Senatus. Subire iudicium graue Id. de Orat. 1, 125 c. 27. Subicere se alicuius iudicio Ter. Phorm. 5, 8, 56. Cic. de Clar. Orat. 190 Qui vulgi opinione disertissimi habiti sint, eosdem intelligentium quoque iudicio Fuisse probatissimos. Emereri hominum iudicium, *i. bonam existimationem.* Quinctil. in proem. 4. Cic. Fam. 5, 19 Etsi meo iudicio nihil ad tuum prouinciale officium addi potest. Id. de Clar. Orat. 205 Intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio est postea consecutus. *i. Opinione mea, siue quantum iudicare possum, et ut sentio.* Add. Ibid. c. 8. Iudicio nostro Virg. Ecl. 5, 18. Cic. Tusc. 1, 1 Sed meum semper iudicium fuit, omnia nostros aut inuenisse per se sapientius quam Graecos, aut accepta ab illis fecisse meliora, *i. ita semper existimaui.* Nep. 25, 10 pr. At ille sui iudicii, *i. suum sequens sensum et iudicium, non alienum.* Prudentiam significat in illo Nep. 25, 15, 3 Non inertia, sed iudicio fugit reip. procuracionem. Cic. Fam. 5, 19 Magnum cepi fructum iudicii — tui — quod intelligo, te — nihil putare utile esse, nisi quod rectum honestumque sit. Sui iudicii rem non esse Caes. B. C. 1, 23. *Conf. Ibid. c. 35.* Testamenta iudicia vocantur. Sen. de Ira 2, 7 Alius iudicia patris accusat, quae mereri satius fuit. *Querelam inofficiosi testamenti intelligit.* Vid. de Benef. 4, 11 Nunquam diligentius damus, nunquam magis iudicia nostra torquemus, etc. *de testamentis loquitur.* Frequens admodum est *ICtis.* Sic Supremum iudicium vocat Vlpian. l. 20 §. 3 Familiae ereisc. Extremum iudicium l. 20 C. Th. de Episcopis. ¶ 4 Historia iudiciorum et iudicium apud Romanos ex Manut. de Legib. Rom. c. 15 et Eius Comment. ad Epist. ad Qu. Ciceronem excerpta olim et in Stephani thesaurum relata, quam huc reponere visum est immutatam, nisi quod Birrii V. C. citationes adiecimus. Satis est obscura et perturbata iudiciaria cognitio, itaque studiosis utile futurum putamus, si quae legendis veterum libris obseruauimus, afferantur, sic enim aut tota res patebit, aut certe minus obscura videbitur. Ac primum illud ponam, decem leges a me esse notatas, quae diuersis temporibus Romae de iudiciis latae sint, Semproniam, Seruiliam, Liuiam, Plotiam, Corneliam, Vatiniam, Aureliam, Pompeiam, Iuliam, Antoniam: quibus de singulis agendum est. Ante C. Sempronii Gracchi tribunatum soli senatores, vetustissima, ut opinor, Romuli lege, iudicabant, exceptis causis, in quibus de pecuniis ob iudicandum captis ageretur, nam de his ad equites quaestio pertinebat, idque non antiquum fuisse, sed tributum esse equestri ordini aetate Ti. Sempronii Gracchi Tiberii, et C. patris, qui etiam senatum, quod id fieri passus esset, reprehenderit, cum futuras ex eo publicas discordias calamitatesque praediceret; Appianus historiae suae libro 1. scriptum reliquit. C. Gracchus, Tiberii filius, Tribun. pleb. Cn. Domitio Abenobarbo et C. Fannio Nepote COSS. legem tulit, quam paucis ante annis frater eius Tiberius ferre conatus erat, ut equites soli iudicarent, sic enim ex Velleio, Pediano, Appiano, Cicerone ipso cognoscitur. Postea Q. Seruilius Caepio consul, qui postea cum Cimbris male pugnavit, legem rogauit, ut cum equitibus, qui antea lege C. Gracchi soli iudicauerant, etiam senatores iudicarent: hanc tamen legem, quam et Cassiodorus, et Obsequens, et Cicero ipse latam significant, non multo post esse abrogatam, ex eo suspicor, quod paucis post annis C. Norbanum, qui accusante Caepione damnatus erat, non ab equitibus et senatoribus, sed a solis equitibus esse iudicatum, Cic. de Oratore 2, 199 declarat his verbis, Animos equitum Romanorum, apud quos tum iudices causa agebatur, ad Q. Caepionis odium, a quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renouabam, atque reuocabam. Facit etiam mecum illa ratio, quod, quum M. Liuius Drusus Tribunus pleb. Philippo et Caesare COSS. legem tulerit, ut cum equitibus senatores iudicarent; manifestum est, solos equites ante Drusi tribunatum iudicasse. Praeterea, scriptum est apud Ciceronem in oratione pro C. Cornelio, non ante legem Plotiam senatores cum equitibus iudicasse, at, legem Plotiam Pompeio, Strabone, et Porcio Catone COSS. latam esse, Pedianus docet, ex quo, legis Seruiliae de communicandis inter equites et senatores iudiciis nullam habitam esse rationem, ac ne Liuiae quidem, quae id sinxit, facile est cognoscere. Post Caepionem M. Liuius Drusus tribunus pleb. eius Drusi filius, quo Tribuno pleb. ad labefactandam C. Gracchi potentiam senatus usus erat, L. Marcio Philippo Sextum Iulio Caesare COSS. tulit ad populum, ut cum equitibus senatores causas cognoscerent, cuius legis, Philippo consule referente, S. C. sublatis, in eundem, quo antea fuerat, statum re iudiciaria restituta, soli equites ex lege Gracchi iudicarunt. Anno deinde interiecto, M. Plautius Silanus Tribun. pleb. Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone COSS. qui fuit annus belli Italici secundus, tulit ad populum, ut singulae tribus e suo numero quinos denos, per annum iudicatos, suffragio crearent, quo factum est, ut senatores quoque in eo numero essent, et quidam etiam ex ipsa plebe. Post victor Sulla, dictator primus Reip. constituendae causa factus, infensus equitibus, quia pro Cinnanis partibus steterant, legem tulit, ut nemo, nisi qui senator esset, iudicare posset, quod ante C. Gracchi tribunatum fieri solitum esse diximus. Sulla mortuo, quod ille sanxerat, per annos XI seruatum est, hoc est usque ad Cn. Pompeii et C. Crassi primum consulatum: quo anno L. Aurelius Cotta praetor populum rogauit, populusque iussit, ut tres ordines; senatores, equites, tribuni aerarii simul iudicarent, tamen, et centurionibus aditum ad res iudicandas patuisse hac ipsa lege, et sequentibus duabus, de quibus dicemus, Pompeia, et Iulia, censu tamen praefinito, Cic. docet in Philippica 1, 20. Videtur autem Paterculus, nisi mendosi libri sunt, neque tempus, neque sententiam huius legis perfecte nouisse: qui 2, 32 legem a Cotta latam per id tempus significet, quo Gabinius Tribunus pleb. rogationem tulit, ut Pompeius contra piratas summo cum imperio mitteretur, quod falsum esse constat. nam Gabinius biennio post Pompeii consulatum, hoc est Pisone et Glabrione COSS. eam legem tulit: quod et Velleius 2, 31 ipse asserit, et inde facile licet existimare, quod, absoluta bello piratico, statim C. Manilius

Tribunus pleb. tulit ad populum, ut Mithridaticum bellum Pompeio mandaretur, id Plutarchus Velleiusque 2, 33 confirmant. Maniliam autem legem Cicerone praetore latam esse; luculenta ipsius oratio declarat: porro Ciceronem gessisse praeturam Lepido et Tullo COSS. qui fuit annus post Pisonis et Glabronis consulatum proximus, quis est qui ignoret? 5

testem habemus Pedianum in pr. Cornelianae: ut alia, quae facile probarent, argumenta praetermittam. tulit igitur de piratico bello rogationem Gabinus tribun. pleb. Pisonis et Glabrone COSS. At Cotta, quum rogationem de iudiciis eo anno tulerit, quo designatus aedilis Cicero Verrem accusavit, defendente Hortensio consule designato; plane videtur eo 10

anno tulisse, quo Pompeius et Crassus consules fuerunt. quod aperte Dionarrat. Hoc de tempore. Quod ad sententiam attinet; non video, quiprobari possit id, quod idem narrat, Cottam iudicandi munus inter equites et senatum aequaliter esse partitum; quum eam potestatem non his 15

modo, sed praeterea tribunis aeriariis esse permissam, sexcenti loci demonstrant: nisi forte illud, (libenter enim tueor antiquitatem) aequalitatem inter utrumque ordinem partitus est, ideo Paterculus dixit, ut significaret, non solum senatum, ut antea, sed equestrem pariter ordinem post legem Aureliam iudicasse: ut acriarios tribunos, qui deinde cum senatoribus et equitibus iudicarent, etsi non nominavit, non tamen exclusisse 20

videatur, quo modo et Cic. in Verrem 3, 177 locutum videmus. ait enim, quum Cottae legem significet: Iudicium de iudicibus, et de te futurum est: at quo tempore futurum est? nempe eo, quum populus Roman. aliud genus hominum, atque alium ordinem ad res iudicandas requirit, nempe ea lege de iudiciis iudicibusque novis promulgata. Alium ordinem, dixit, quum tamen non uno de ordine, sed de 25

tribus, hoc est de Senatoribus, equitibus, tribunis aeriariis in ea lege mentio fieret. Eodemque modo, quum censorum iudicia rescissa esse iudicium sententiis, significare vellet, in oratione pro Cluentio 121 loquutus est. Senatores, inquit, equitesque Romani in compluribus iam reis, 30

quos contra leges pecunias accepisse subscriptum est, suae potius religioni, quam censorum opinioni, paruerunt. et in Diuinatione 8 iudiciorum leuitate ordo quoque alius ad res iudicandas postulat. Pedianus etiam in commentario 2 orationis in Verrem, Act. 1, 2 Cottam, inquit, Praetorem significat, qui legem promulgat de restituendis equestri ordini iudiciis. quum tamen Cottae lex non de uno 35

equestri ordine, sed de Senatoribus, equitibus, tribunis aeriariis mentionem faceret. Plutarchus etiam in Pompeio iudicia ad equites, ait, esse translata: quum tamen lege Cottae inter tres ordines essent communicata. Quod si quis putat in uno ordine, quem Cicero ad res iudicandas requiri 40

significat, simul cum equitibus tribunos aeriarios intelligi: opinione fallitur. nam Senatores, equites, tribuni aeriarii, non ordines duo, sed tres a scriptoribus antiquis appellantur. itaque Pedianus in commentario Cornelianae, post pr. L. Cotta, inquit, lege sua iudicia inter tres ordines communicauit, Senatum, equitem, tribunos aeriarios: et in 45

commentariis duarum orationum, in Pisonem, in extremo; pro Milone, in principio. Lex Vatinia secuta est. tulit enim eam, ut opinor, P. Vatinius tribunus pleb. Caesare et Bibulo COSS. qua sententia, nondum inuenire potui: Sed fuisse popularem, quum Vatinius Senatuum, Senatus illum vehementer oderit, facile possum existimare. Lex 50

Pompeia, quam tulit Cn. Pompeius Magnus in consulatu 2; nihil ab Aurelia de tribus ordinibus discrepabat, (nam postea de tribus ordinibus iudicantibus exempla multa sunt, maximeque apud Pedianum) sed ex amplissimo censu, e centuriis legi iudices iubebat. Iulia, quam C. Iulius Caesar, rerum potius, tulit, iudicia ad duo genera iudicum redegit, equestrem ordinem, ac senatorium: tribunos aeriarios, quod erat tertium, 55

sustulit Sueton. in Caes. c. 41. Antonia consularis, M. Antonii, qui Triumuir fuit, hoc sanxit, ut ad duas iudicum decurias accederet tertia e centurionibus, hoc est, ut cum equitibus, et Senatoribus (tertium enim ordinem, tribunos aeriarios lex Iulia sustulerat) centuriones iudicarent, 60

quod genus hominum ne superiores quidem leges, Iulia, Pompeia, Aurelia, iudicandi iure excluderant; sed praescripserant, quo censu eos esse oporteret: sicuti Senatoribus quoque, et equitibus et tribunis aeriariis census erat praefinitus: quum in iudice, ut ait Cic. Philipp. 1, 20. et fortuna 65

spectari deberet, et dignitas. Antonii vero lex plus aequo impudens et dissoluta, quae rationem census nullam habuit, omnibus, quicumque ordinem duxissent, iudicandi potestatem permisit. atque hanc Antonii legem de tribus decuriis non esse abrogatam, quum ille hostis iudicatus est, quum eiusdem legem de sacerdotiis abrogatam esse videam, e Suetonio cognoscitur: qui in Augusto c. 32 ita scripsit: Ad tres iudicum decurias quartam 70

addidit, ex inferiore censu, quae ducenariorum vocaretur, iudicarentque de leuioribus summis. Haec de ordine iudiciorum, pro variis legibus, vario. De numero autem iudicum, lex Gracchi CCC fecit, omnes ex equestri ordine, totidem, quot antea Senatores iudices fuerant: lex Drusi CCC equites, et CCC senatores, numero pariter 75

lex Plautii DXXV: iussit enim ex singulis tribubus, quae XXXV erant, quinos denos creari: lex Sullae CCC omnes ex ordine senatorio. lex Aurelia cum lege Sullae de numero, ut opinor, congruebat, quum in ordinibus discreparet. nam libro Epist. Fam. 8, 8 de iudicibus CCC, quum lex Aurelia seruetur, mentionem fieri video. quod si ita est, auctum 80

deinde numerum esse lege Pompeii, vere dicemus: quia Velleius 2, 76 pr. auum suum inter CCCLX a Pompeio lectum esse narrat, eundemque numerum Plutarchus in Pompeio tradidit. Lex Caesaris, quum de tribus ordinibus unum, ut diximus, sustulerit; numerum simul iudicum, ut ego sentio, commutauit. Lex Antonii, quum tertiam decuriam 85

addiderit; satis liquet, eorum, qui res iudicarent, ampliolem numerum esse factum, quem rursus et ab Augusto esse auctum, quum ad tres decurias quartam addidit, facile cognoscitur. De iudicum aetate legem fuisse, ne quis intra XXX aetatis annum iudicaret, facile possum ex eo coniectere, quod Suetonius de Augusto scripsit: Iudices a XXV aetatis anno elegit, id est quinquennio maturius, quam solebant. Calistratus quidem Iurifconsultus, l. 41 D. de recept. qui arb. lege Iulia cautum esse, ait, ne minor annis XX iudicare cogereetur, neue minorem annis XX compromissarium iudicem liceret eligere. Sanxit idem 95

eadem lege, ut opinor, de numero patronorum, nam ante L. Domitii Abenobarbi et Ap. Claudii Pulchri consulatum, raro quisquam pluribus, quam quatuor, patronis usus erat: his consulibus M. Scaurum, de repetundis accusatum, sex defenderunt. eoque progressa res est, ut eadem causa post bella ciuilia nonnunquam a duodecim patronis ageretur. cui licentiae, ut in Padiano in Or. pro M. Scauro pr. scriptum est, C. Caesar dictator 100

lege modum imposuit. Et fortasse idem Caesar, qua in lege de numero patronorum, in eadem tulit de ratione iudicandi; quod Gellius 14, 2 significare videtur his verbis: Atque in rerum quidem diffisionibus, comperendinationibusque, et aliis quibusdam legitimis in rebus ex ipsa lege Iulia, et ex Sabini Massurii, et ex quorundam aliorum iuris- 105

peritorum commentariis commoniti sumus. Legimus etiam apud Priscianum 18 fol. 225, a Ald. de lege Laetoria, quae minorem annis XXV stipulari vetabat.

Addatur aliquid de personis, quae iudicare possent, et de causis, in quibus possent, tum de iudiciis, deque testimonii dicendi potestate. ac primum illud ponatur, legibus eos iure iudicandi non esse exclusos, quos ignominia censorum notassent. id Cicero significat his verbis in oratione pro Cluentio 120 In omnibus legibus, quibus exceptum est, de quibus causis aut magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accusare, haec ignominiae causa praetermissa est. timoris enim causam, non vitae poenam, in illa potestate esse voluerunt. et ibidem, paullo post, Praetores urb. qui iure debent optimum quemque in selectos iudices referre, nunquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse duxerunt. Postea tamen inductum video lege Iulia, ut Senatu moti iudicare non possent, quod et lege Cassia, de Senatoribus, traditum est; et Paullus quoque significat. Turpi autem iudicio damnatis ademptam esse iudicandi potestatem, idem Cicero in eadem oratione, paullo ante, 119 demonstrat: Quod si, inquit, illud iudicium putaretur: ut caeteri, turpi iudicio damnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate priuantur; sic hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. Turpia vero, famosaeque iudicia erant, calumniae, praeuarcationis, furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, pro socio, mandati, tutelae, depositi, et alia quaedam a Iuliano memorata Digest. 3 l. 1 de his, qui not. inf. Famosos etiam, non minus, quam qui turpi iudicio damnati essent, Pegasus et Nerua filius eos iudicarunt, qui quaestus causa in certamina descendissent, aut propter praemium in scenam prodissent. athletas autem, quia ludicram artem non facere, sed virtutis gratia exerceri viderentur, infamia liberabant Sabinus et Cassius. quae scripta sunt apud Vlpian. l. 2 fin. t. eod. et l. 4 Athlet. Praeterea, quum ab eodem ita traditum sit libro Digest. 48 l. 4 Is, qui D. de accus. et inscript. qui iudicio publico damnatus esset, cum ius accusandi non habuisse, nisi si libertorum, vel patronorum suorum mortem, vel rem suam exsequeretur; consentaneum videri potest, eundem iudicandi munere exclusum, quanquam ad rationem accedit auctoritas: nam ita scriptum postea comperi apud Marcellum iurisconsultum. Omnes etiam de vi priuata damnatos, iudicare lex Iulia prohibebat. qua de re Martianus his verbis lib. Digestorum 48 l. 1 pr. ad l. Iul. de vi priu. De vi priuata damnati pars tertia bonorum ex lege Iulia publicatur: et cautum est, ne senator sit, aut decurio, aut vllum honorem capiat: neue in eum ordinem sedeat, neue iudex sit. Huc illa pertinent, quae tradita sunt a Paulo iurisconsulto l. 12 cum praetor §. 2 non autem D. de Iudiciis, quae seruata credimus etiam Reipublicae temporibus; nihil enim a iure, aut aequo dissentiunt. Quidam, inquit, lege impediuntur, ne iudices sint; quidam moribus: quidam natura. natura, ut surdus, mutus, et perpetuo furiosus, et impubes, quia iudicio carent: moribus, ut feminae, et serui; non, quia non habeant iudicium: sed, quia receptum est, ne ciuilibus fungantur officiis: lege, qui Senatu motus est. qui vero possunt esse iudices, nihil interest, in potestate, an sui iuris sint.

Cum iudicibus recte coniunguntur testes. itaque subscribemus ea, quae de testimoniis dicendo idem Paullus tradidit, l. 4 lege Iul. D. de testib. Lege, inquit, Iulia, et Papia iudiciorum publicorum cauetur, ne cui inuito denunciatur, ut testimonium dicat aduersus socerum, generum, vitricum, priuignum. Cassius etiam Longinus, cuius libri non exstant; sed eorum testimonio Martianus Digest. lib. 1 vitur; putabat, ei, qui ob turpitudinem Senatu motus, nec restitutus esset, non licere, neque iudicare, neque testimonium dicere: quia lex Iulia repetundarum ea fieri vetaret. Calumniae damnatis publico iudicio quid liceret, satis aperte Papiniani praecleara sane verba demonstrant, l. 13 quaesitum D. de testib. Quaesitum, inquit, scio, an in publicis iudiciis calumniae damnati testimonium iudicio publico perhibere possint. sed neque lege Rhemmia prohibentur: et leges Iuliae de vi, repetundarum, peculatus eos homines testimonium dicere non vetuerunt. veruntamen, quod legimus, omisium est; non omitteretur religione iudicantium: ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonii fidem, quod integrae frontis homo dixerit, perpendere. Mulieribus quoque videtur licuisse testimonium dicere: si quidem non licuisse de adulterio damnatis, Paullus indicat his verbis, l. 18 ex eo D. de testib. Ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulteriis testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur, etiam mulieres testimonium in iudicio dicendi ius habere.

Dictum est de iudicio, et testimonio: superest de iudicio. Senatori iudicium profiteri saluis legibus non licebat, aliis impunitas dabatur, nec tamen omnibus in causis, sed prodicionis, maiestatis, et si quid huiusmodi: in causa repetundarum non dabatur: itaque nec per iudices agi solitum esse legimus. Non est ab hoc genere aliena Memmia lex: quae, si vocarentur in iudicium ii, qui Reipublicae causa abessent, eorum recipi nomina vetabat. Itaque C. Caesar, quum in Prouinciam, peracto consulatu, abiisset, et ab L. Antistio tribuno pleb. Romae appellatus esset, appellato collegio obtinuit, ne, cum Reipubl. causa abesset, reus fieret. Sueton. Iul. c. 23. Non abhorret a legibus de iudiciis lex illa, quam C. Calpurnio Pisone, M. Acilio Glabrione COSS. C. Cornelius tribunus pleb. tulit, ut Praetores ex edictis suis perpetuis ius dicerent: quum antea, ut quisque avaritia, aut ambitione ducebatur, varie ius dicere consueissent. de quo scriptum est apud Pedianum in commentario Cornelianae. Sortiebantur autem iudices de tribus ordinibus, id est Senatoribus, equitibus, tribunis aerariis, primum quaestores urb. deinde Praetor urb. Ita fiebat, ut non modo praetorii, verum etiam consulares interdum una cum iis, qui nullos gesserant magistratus, iudicarent. Dies autem, quos reo Praetor dabat, ut adesset in iudicio, decem erant. Sic ad Quintum fratrem 2, 13 pr. Decimus erat Caelio dies. et Pedianus in commentario Cornelianae, Quum, inquit, L. Cassius praetor decimo die, ut mos est, reum adesse iussisset, eo die ipse non affuisset: circumuenti sunt ante tribunal eius accusatores a notis operarum ducibus.

IUDICIOLVM, i. n. Dimin. Ammian. 27, 11 Iuste an secus non est iudicioli nostri.

IUDICIALIS, e. Adi. [νομικός, δικαστικός] Quod ad iudicium pertinet. Annus iudicialis, vid. ANNVS. Iudiciale genus dicendi: Cic. de Inuent. 1, 7 Iudiciale est, quod positum in iudicio habet in se accusationem et defensionem, aut petitionem et recusationem. Id. Att. 2, 1. et in Bruto c. 83. Quinctil. 2, 1. Causae Auct. ad Her. 2, 26. Consuetudo Cic. pro Arch. c. 12. Regnum, vid. Regnum, in REGO. Suppressiones Idem pro Cluent. 68. Molestia Cic. Att. 13, 6. Oratio Id. Orat. c. 51.

IUDICIALITER, Adu. Sidon. Epist. 5, 15.

IUDICIOLVM, i. n. Dimin. Ammian. 27, 11 Iuste an secus non est iudicioli nostri.

IUDICIALIS, e. Adi. [νομικός, δικαστικός] Quod ad iudicium pertinet. Annus iudicialis, vid. ANNVS. Iudiciale genus dicendi: Cic. de Inuent. 1, 7 Iudiciale est, quod positum in iudicio habet in se accusationem et defensionem, aut petitionem et recusationem. Id. Att. 2, 1. et in Bruto c. 83. Quinctil. 2, 1. Causae Auct. ad Her. 2, 26. Consuetudo Cic. pro Arch. c. 12. Regnum, vid. Regnum, in REGO. Suppressiones Idem pro Cluent. 68. Molestia Cic. Att. 13, 6. Oratio Id. Orat. c. 51.

IUDICIALITER, Adu. Sidon. Epist. 5, 15.

IUDICIARIUS, a, um. Adj. [*δικαστικός*] *Quod ad iudicem, suae iudicium pertinet.* Cic. Verr. 1, 5 c. 2 *Vt finis aliquando iudiciariae Controversiae constitueretur, quis iudicare debeat, Senatus, an ordo Equestris, an tres ordines? de qua re modo vid.* **IUDICIUM**, n. 4. Cic. in Pison. 94 c. 39 *Ecquid vides, ecquid sentis, Lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri?* Id. pro Cluent. 72 *Hic ille planus improbissimus Quaestus iudiciario passus, etc.* Res iudiciaria Cic. Verr. 2, 31.

I V E

IVERNIA, ac. f. [*Ίσερνία*] *Ptolemaeo 2, 2. IERNA Straboni; Caesari HIBERNIA; Plinio, Melae et Iuuenali IVERNIA dicitur.* Iuuen. Sat. 2, 158

— Arma quid ultra

Litora Iuvernæ promouimus et modo captas
Orcadas, etc.

Claudian. Conf. Hon. 4, 33 *Scotorum cumulos fleuit glacialis Iernæ.*

I V G

IUGALIS, **IUGAMENTUM**, **IUGARIUS**, **IUGATUS**, vid. **IUGVM**.

IUGERVM, i. (*cuius etiam Genit. Iugeris, Abl. Iugere et Iugeribus inuenitur*) n. [*πλάθρον, πέλαθρον*] Iugerum vocabatur (*inquit Plin. 18, 3*) *Quod vno iugo boum in die exarari posset.* Colum. 5, 1 *dicit Gallos femiugerum, arepennem vocare.* Varro de R. R. 1, 10 *In Hispania vltiore metiuntur iugis: in Campania versibus: apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Iugum vocant, Quod iuncti boves vno die exarare possint. Versum dicunt, Centum pedes quoquo versum quadratum. Iugerum, Quod quadratos duos actus habeat.* Add. Varro de L. L. 4, 4. *et apud Non. 1, 265. Quinct. 1, 10. Tibull. 2, 6, 24 Vt multo innumeram iugere pascat ouem, quam lectio- nem tuetur Brouckh. aduocato etiam Graeuio, qui Cic. Verr. 3 c. 47 bis Iugere e MSS. legendum censet.* Iuuen. Sat. 9, 60 *Quantum erat exhausti lumbos donare clientis Iugeribus paucis.* Caes. B. Ciu. 1, 17 *Militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur, quadraginta in singulos iugera.* Vid. Cic. Att. 2, 16. Colum. 5, 1, 5 *Actus quadratus vndique finitur pedibus CXX, hoc duplicatum facit iugerum: et ab eo, quod erat iunctum, nomen iugeri vsurpauit.* Add. Quinct. 1, 10, 42. *Arat falerni mille fundi iugera Hor. Epod. 4, 13. Ieiuna foli iugera Sen. Herc. Oet. f. 2. Forensia iugera Varr. R. R. 1, 2, 9 eademque Liciniana, de quibus C. Licinius tribu- nus pleb. in foro solebat agere cum populo et septem illis promittere de agro publico.*

IUGERĀLIS, e. Adj. Tabula iugeralis Pallad. 3, 9, 9.

IUGERATIO, ōnis. f. [*Gloss. Gr. Lat. ζυγάτιον.*] *Adde Aucl. de Limit. p. 253. Frontin. de Colon. p. 146. et Rigalt. Gloss. it. Goef. Ind. Scriptorum de Re Agrar. Breuiter, est diuisio et assignatio agro- rum per iugera.*

IUGERĀTIM. Adu. [*κατὰ πέλαθρα*] *Per singula iugera.* Co- lum. 3, 3, 3 *Vt primæ vineae centenae amphoras iugeratim praebent.*

IUGIS, vid. **IUGVM**.

IUGLANS, andis. f. *quae et Nux iuglans dicitur, [*κάρνον βα- σιλικόν, διὰς βάλανος*] Nonnulli a Iuuando et Glande appellatam putant. Alii quasi Iouis glandem existimant vocatam: quod haec arbor nuces ha- beat suauiori sapore, quam glandes.* Varro de L. L. 4, 21 p. 26, 34 *Iu- glans, quod haec nux ante quam purgetur, similis glandi. Haec glans optima et maxima ab Ioue et glande iuglans est appellata.* Vid. Plin. 15, 22 *qui est locus velut classicus.* Cic. Tusc. 5, 58 c. 20 *Insti- tuitque, vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capil- lum adurerent.* Vid. Seru. ad Virg. Ecl. 8, 30. Isid. Orig. 17, 7.

IUGO, vid. **IUGVM**.

IUGŪLA, ac. f. Stella Orion, quod amplior sit caeteris, quasi nux iuglandis, *nugatur Festus. Sed aliter Varro de L. L. 6, 3 p. 74, 23 Iugula signum est, quod Accius appellat Orionae* — Huius signi caput dicitur e stellis quatuor, quas infra duae clarae, quas appellant humeros: inter quas quod videtur iugulum: vnde iugula dicta. Isid. Orig. 3, 70 *Hunc Latini iugulam vocant, quod sit armatus, vt gladius, et stellarum luce terribilis atque clarissimus. (voluitne de iu- gulando aut iugulo potendo aliquid dicere? sed et in his, quae sequuntur, de Etymologia conicere forte vsuit)* In quo si haec fulgeant omnia (iuncto et iugi lumine) serenitas portenditur: si obscuratur huius acies, tempestas cernitur impendere. Manil. 5, 175 *Consur- gunt Iugulae, quibus adspirantibus orti.* Sic Plaut. Amph. 1, 1, 19 *Neque Iugulae, neque Vesperugo, neque Virgiliae occidunt.*

IUGŪLVS, i. m. et **IUGŪLVUM**, i. n. [*κατάκλις, σφαγή*, Gloss. Lat. Gr.] *Iugulum vocatur Os illud incuruum, quod humerum iungit crati pectoris, duplex adeo, dextrum et sinistrum.* De hoc Cels. 8, 8 *Iugulum si transversum fractum est, nonnunquam per se recte coit — nonnunquam elabitur, fereque id, quod a pectore est, super id, quod ab humero est, in posteriorem partem inclinatur — cum humeri motu consentit, etc.* A dextro iugulo, si id fractum est, ad alam sinistram; a sinistro ad dextram — fascia dari debet. *Est igitur Os iugulum, quod nomen plerumque sub Adiectiuo intelligitur.* Ac forte non multum fallatur, qui putet Adiectiuum fuisse, vt Iugus, ita Iugulus, non minus quam Coniugus, Coniugulus. vid. **IUGVM**.

¶ 2 *Iugulus, locus cauus, ad ossa iugula, sub quo vitalis succi et spi- ritus comneatus cum sit, facilis est telo depresso hominem ibi interficere. Haec causa est, quod Graeci σφαγήν, quasi tu mactationem dicas, voca- runt illum locum; a loco autem Latini fecere verbum iugulare.* Caete- rum, vt Locus, loca etiam facit, ita iugula dixit Cic. de Fato c. 5 *Zopyrus physiognomen — stupidum esse Socratem dixit et bardum; quod iugula concava non haberet, obstructas eas partes et obturatas esse dicebat.* Add. Arnob. 1 p. 36. *Hinc formulae: Accipit en- sem iugulo Virg. Aen. 10, 907. Confodiam iugulum senilem Lu- can. 3, 743. Cruentauit tecta aperto iugulo Ouid. Epist. 8, 53. De- mittere cruorem iugulis Virg. Georg. 4, 542. Dare iugulum cultris Ouid. in Ibin 106. Cic. pro Milon. 31 c. 11 *Quod si ita putasset, certe optabilius Miloni fuit, Dare iugulum P. Clodio non semel ab illo, neque tum primum petatum, quam iugulari a vobis, quia se illi non iugulandum tradidisset. Ferire iugulum dixerunt veteres, pro Interficere.* Intenta tela iugulis ciuitatis, *pro Imminente mortis periculo.* Cic. in Pison. 5 *Ego tela extremo mense Consulatus mei in- tenta iugulis ciuitatis de coniuratorum nefariis manibus extorfi.**

Ostentare iugulum pro capite alicuius, *Velle se obicere periculo capitis, pro vita alterius.* Cic. Att. 1, 13 Me vero teste producto, credo te ex acclamatione Clodii aduocatorum audisse, quae confurrectio iudicum facta sit, vt me etiam circumsteterint, vt aperte iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint.

Hinc Metaphor. Petere iugulum, *in agendis causis tunc dicitur orator, quando quod est potentissimum, id inuadit, ac premit validissime aduersarium, videturque illum iugulare argumentis, perinde ac vibratis telis.* Plin. Epist. 1, 20, 14 Dixit aliquando mihi Regulus, — Tu omnia quae sunt in causa, putas

exsequenda: ego iugulum statim video; hunc premo. (Premeat sane, quod eligit, sed in eligendo frequenter errat) Respondi ego, Possit fieri, vt genu esset, aut tibia, aut talus, vbi ille iugulum putaret. At ego, inquam, qui iugulum perspicere non possum, omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίσσον κινῶ. Quinctil. 8, 6, 51 Nam illa agendis causis iam detrita, pedem conferre, et iugulum petere, et sanguinem mittere, inde sunt, nec offendit tamen. Parabant iugulum contumaciter Quinctil. Decl. 305 p. 590. *int. ad ferrum interfectoris recipiendum.* Ouid. Met. 6, 553 Iugulum Philomela parabat, spemque suae mortis viso conceperat ense.

Plus adhuc est Praebere iugulum. Praebendus erat iugulus, et fundenda vita cum sanguine Quinctil. Decl. 9, 21. Resoluere iugulum ferro Ouid. Met. 6, 643. Resoluere iugulum mucrone Id. Met. 1, 227.

IVGVLARIS, e. Adi. apud Medicos, *Venae epitheton a loco.*
IVGVLO, āre. [σφάζω, σφάπτω] *Inferre mortem, et veluti con-*
fosso iugulo vita priuare. Cic. pro Quint. 51 Iugulare ciuem, ne ipse quidem quisquam bonus vult. Medio iugulaberis ense Ouid. Met. 12, 484. Homines iugulare Horat. Epist. 1, 2, 32. Pecudes iugulant Virg. Aen. 12, 214. Iugulatus ab Achille Ouid. Met. 12, 81. Conf. Vell. 2, 64, 1. et 71, 3. Iugulare hominem suis verbis, b.

e. conuincere: Ter. Eun. 3, 1, 27 Pulchre me hercle dictum, et sapienter: papae, iugularas hominem; quid ille? *Sic apud Cic. Verr. 5, 166* Omitto ac negligo caetera, sua confessione induatur ac iuguletur necesse est. Iugulare hominem suo sibi gladio Ter. Adelph. 5, 8, 35. *Suis ipsius dictis reuincere, suoapte inuento, doloue capere, vid. GLA-*

DIVS. *Etiā de Morbo et Aquis dicitur: Cels. 3, 15 extr. Quartana neminem iugulat.* Martial. 4, 18 Aut vbi mors non est, si iugulatis aquae? *Add. Scribon. 84. Ad inanimata transfertur: Mar-*
tial. 1, 19 — Scelus est iugulare Falernum.

IVGVLATIO, ōnis. f. [ἀπόσφάξις] Hirt. Bell. Hisp. 16 Iugulatione oppidanorum facta.

IVGVLATOR, ōris. m. Interfectior. Saluian. ad Eccl. 1. 3 Adulationes gladii sunt iugulatores tui. Gloss. Vet. Lat. Gr. φονεύς, σφάπται.

IVGV M, i. n. *videtur natura sua Adiectiuum nomen fuisse, (vid.*

IVGV S, a, um, et dicta modo voce IVGV LVS) *dētum a iungendo. Iugum cacumen montis, i. continuum, connexum: iugum lignum, vel lorum, quo iunguntur iumenta ad aratrum, vel currum: iugum lignum, vel ferrum, quo iunguntur lances, etc. Sed eualuit usus, vt substantiue dicantur ista omnia. Nempe Iugum, [δειρός, κολωνός] est*

perpetuum, et vno tenore iunctum Montis cacumen. Virgil. Ecl. 5, 76 Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit. Caes. Bell. Gall. 7, 67 Tandem Germani ab dextro latere summum iugum nacti, hostes loco depellunt. Accliuum iugum Ouid. Fast. 5, 154. Aquosa Stat. Silu. 4, 6, 101. Arduo iugo surgit alta rupes Sen. Theb. 1. Asperum, Continentia, vid. hb. vv. Frondosa Ouid. Rem. Amor. 202. Immensis iugis tumet Ida Ouid. Epist. 5, 138. Saxosum Idem in Ibin 288. Spinosi terga iugi Propert. 4, 4, 48. Circummissus iugo, vid. CIRCVMMITTO.

¶ 2 Iugum, [ζεύγος] *Ligneum, vel loreum instrumentum, quo iunguntur boues, et ad inuicem arctantur. Etiam lora, quibus iunguntur iumenta currui, Iugum vocantur.* Iustin. 11, 7 Alexander iugum plaustrum Gordii requirit: quo exhibito, cum capita loramentorum, etc. vid. GORDIVS. De eadem re Aufon. Epist. 23, 48

Ocius illa iugi fatalis soluere lora
Pellaeum potuisse ducem reor, abdita opertis
Principiis, et vtroque caput celantia nodo.

Etiā praef. Eidyll. 27 f. Bissulae, fatalis iugi lora vocat. Recte ergo Curt. 3, 1, 15 Notabile erat iugum adstrictum compluribus nodis in semet ipsos implicatis et celantibus nexus. *Alioquin ex ligno solido et robusto esse debuit iugum in curru Darii Curt. 3, 3, 16 quod imagines sustineret. Iam formulas ponemus, bonam partem Metaphoricas, cum iugum sit omnis aliena potestas, quae facit, vt agamus, quae vult alius.* Plin. 9, 15 Nec nisi bouum iugis extractus. Ceruices bouum natae ad iugum Cic. de Nat. Deor. 2 c. 64. Iuga cum loris ornata Cato R. 10, 2. Asinarium, Plostrarium, Vinarium Ibid. 11, 2. Cornibus an ceruicibus inferendum sit, disputatur Colum. 2, 2, 22. Quo tres iungantur boues Idem 6, 2, 10. Adamantina, vid. ADAMAS. Curtum temone Iuuenal. 10, 135. Curua Ouid. Fast. 4, 216. Demere iuga fatigatis bobus Horat. Carm. 3, 6, 42. — Equis Ouid. Fast. 2, 74. Detrectans iuga bos Virgil. Georg. 3, 57. Excudere iugum Curt. 4, 15, 16. Plin. Paneg. c. 11. Ferunt iuga tauri Ouid. Epist. 6, 97. Incidit ceruicibus iugum, vid. INCIDO. Passa iugum nullum bos Ouid. Met. 3, 11. Catull. 61, 76 Vbi iuncta iuga Resolvens Cybelea leonibus. Soluet arator iuga tauris Virgil. Ecl. 4, 41.

Plin. 8, 16 Iugo Subdidit eos, primusque Romae ad currum iunxit M. Antonius. Idem 10, 45 pr. Leones iugum Subeant. Sustinere debile iugum Ouid. ex Pont. 3, 1, 68. Catull. 61, 33 Veluti iuvenca Vitans onus indomita iugi. *Hinc Iugum, pro Pari bouum: Cic. Verr. 3, 27* Quid qui in singulis iugis arant, qui ab opere ipsi

non recedunt, etc. ¶ 3 *Hinc porro: Iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare possunt Varr. R. R. 1, 10, 1. Sed etiam aliarum rerum paria iuga sunt.* Plin. 10, 4 Ex eo notatum non fere legionis vnquam hibernasse castra, vbi aquilarum non sit iugum. *Sic Iugum hominum impiorum Cic. Philipp. 11, 6 de Antonio et Dolabella.*

¶ 4 *Formulae metaphoricæ: Liu. 37, 36* Concesso vero in Asiam transitu, et non solum frenis, sed etiam iugo accepto: quae disceptatio ex aequo, quum imperium patiendum sit, relicta est? Abire sub iugum, vid. ABEO. Acceptare iugum Sil. 7, 41. Adactus iugo Rhenus, vid. ADIGO. Cic. Philipp. 1, 6 c. 2 Patriae liberatores vrbe carebant ea, cuius a ceruicibus iugum seruire Deiecerant. Eripere colla turpi iugo Horat. Sermon. 2, 7, 91. Exuere iugum. Tacit. Agric. 31, 7. Ferre seruitii iugum Stat. Silu. 3, 4, 33. Iactare iugum, i. excudere: Iuuen. Sat. 13, 21 Felices qui ferre incommoda vi-

tac Nec iactare iugum vita didicere magistra. Imponere iugum alicui

7 T 2

alicui Ouid. Epist. 9, 6. Laxatus famulus herili iugo Claud. Conf. Hon. 4, 613. Premit animum iugo turpis Cupido Sen. Agamemn. 3. Repellere a corpore iugum acerbissimum feruitutis A. Declam. anteq. ir. *sub init.* Subeat iugum famulare collo nobili Sen. Troad. 8. Subtrahe colla iugo Ouid. Rem. Amor. 90. ¶ 5 Iugum, sub quo ignominiae gratia victi hostes mittebantur. Nam fixis in terram duabus hastis, super eas ligabatur tertia, et tunc victi hostes discingebantur, et sub illa transire cogebantur inermes. Haec ex Festo. Liu. 3, 28 Tribus hastis iugum fit; humi fixis duabus, superque eas transversa vna deligata. Sub hoc iugo dictator Aequos misit. De Romanis sub iugum missis a Samnitibus, vid. Liu. 9, 5 et 6. Aufon. Eidyll. 12 Hostilis, quae forma iugi est, hanc efficit II. Inde Subiugare, pro Debellare, ac subiicere. ¶ 6 Hinc Iugum dicitur pertica transversa in vinea. Plin. 17, 21 et 22. Quatuor eius genera Varr. R. R. 1, 18, 1 et 2. Plinius 16, 37 Salices quaedam in proceritatem magnam emittunt iugis vinearum perticas. Idem 17, 21 Simpliciter iugo constat porrecto ordine, canterium appellant. Add. ibid. c. 22. Columel. 4, 17. et 4, 19. ubi Vineaticum etiam vocatur. Sub iugum mittitur vinea Columel. 4, 22, 1. Potest etiam iugi militaris, de quo n. 5. forma ab hoc iugo sumpta esse, itemque illud, quod iugum vocatur series militum ad latus sibi inuicem stantium, ut versus, quorum primus tergum obuertit secundo, et ita porro. ¶ 7 Iugum etiam est Lignum, quo textores telam conuoluunt, nempe cylindrus transversus stantibus duabus trabeculis impositus, ad formam literae II, vel iugi ignominiosi. Ouid. Met. 6, 56 Tela iugo est iuncta. ¶ 8 Iugum, [ζυγόν] pro Libra, sidere caelesti Cic. de Diu. 2, 98 c. 47 L. quidem Tarutius Firmanus familiaris noster, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, vrbis etiam nostrae natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus: Romamque in Iugo quum esset Luna, natam esse dicebat. Quem locum velut exponens Solinus, sic ait c. 2 Romulus auspiciato fundamenta murorum iecit duodeuiginti natus annos, vndecimo Calendas Maias, hora post secundam ante tertiam, sicut Lucius Tarutius prodidit mathematicorum nobilissimus, Ioue in Piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra constitutis. Manil. 1, 609 Et iuga Chelarum medio volitantia gyro. ¶ 9 Tandem Iuga, [ζυγα] Tabellae nauium, in quibus sedent remiges, quae Transstra vocantur. Virgil. Aen. 6, 411 Inde alias animas, quae per iuga longa sedebant Deturbat, laxatque foros. Nempe transversa sunt, iungunt duo latera nauis.

IVGATĪVS, i. m. Deus coniugii. Augustinus de Ciuitat. Dei 6, 9.

IVGŌSVS, a, um. Adi. Iugis abundans, montosus. Ouid. Amor. 1, 1, 9 Quis probet in filiis Cererem regnare iugolis? Lege pharetrae virginis arua coli? i. permutari vices Dianae et Cereris.

IVGO, āre. [ζυγών] Coniungere; quasi Ad vnum iugum alligare. Cic. Tusc. 3, 17 c. 8 Hoc quidem commune est virtutum: omnes enim inter se nexae et iugatae sunt. Par pari iugator coniux, quidquid impar, dissidet Aufon. in Solone v. 2. Iugare aliquam alicui Virg. Aen. 1, 349. Puellae iugare iuuenem Catull. Argon. 62 (65) et 59. Feminae iugandae Horat. in Carm. saecul. 18. Corda face iugant Stat. Silu. 1, 2, 183. Iugari vineae dicuntur, Quae in iugum constituuntur: Columel. 4, 20 Sequitur iam adminiculandae, iugandaeque vineae cura. Add. Id. 4, 26. et 12, 39. Terentian. p. 76.

IVGO, ēre. et IVGIO, īre. [Iugit, ἰγρῖν Soz., Vet. Gloss.] Milvi dicuntur iugere, cum vocem emittunt. Festus. Iugere volitans milvus visus Varro apud Non. 2, 846. Sed plane aliter Mercer. p. 179 pr.

IVGĀTVS, a, um. Part. Iunctus. Cic. Tusc. Quae. 3, 17 Virtutes inter se nexae et iugatae sunt. Vineae Varro R. R. 1, 8. Colum. 4, 20. et de Arb. c. 4. Vites Plin. 17, 23.

IVGĀTIO, ōnis. f. Varro de R. R. 1, 8.

IVGĀTOR, ōris. m. Qui iungit iugo. Arnob. 5 p. 174.

IVGARIVS, i. m. [ζευγαλῆτης] i. Bubulcus: et Auriga boum, sive arator, qui iuga ducit et regit. Columel. 1, 6 Lata bubilia esse oportebit, pedes decem, vel minimum nouem: quae mensura et ad procumbendum pecori, et iugario ad circumeundum laxa ministeria praebet. ¶ 2 Vicus Iugarius Romae Fest.

IVGATORĪVS, a, um. Adi. [ζυγίος] Iugatorius bos, Qui iugo subditur Varro de R. R. 2, 5, 9.

IVGAMENTVM, vel IVGVMENTVM, i. n. [ζυγώμα] Catoni de R. R. 14, 1 Iugamenta et antepagmenta, quae opus erunt, ex lapide indito. de redemptore loquens. Intelligere autem videtur Cato trabes transversim impositas arrectariis, ut superliminaria in ianuis. Quorsum etiam pertinet

IVGVMENTO, āre. cuius Partic. est Vitruu. 2, 1 Alii luteas glebas arefaciebant, struebant parietes, materia eos iugumentantes, i. arrectarios transversariis iungentes.

IVGĀLIS, e. Adi. [γαμικός] Iugale vinculum, pro Copula matrimonii. Virgil. Aen. 4, 16 Si cui me vinclo vellem fociare iugali. Concubitus Nemesian. Ecl. 2, 57. Iumenta Curt. 9, 10, 22. Iura Ouid. Met. 7, 715. h. e. coniugalia. Lectus Virgil. Aen. 4, 496. Sacra Ouid. Met. 7, 700. Taeda iugali accepta mulier Idem Epist. 4, 121. Tela iugalis, vel iogalis Cato R. R. 10, 5. et 14, 2. i. iugo textorio iuncta, de quo n. 7. Tori Stat. Silu. 3, 5, 69. i. coniugales. Ingales elliptice, pro Equis: Virgil. Aen. 7, 280 Absenti Aeneae currum, geminosque iugales. Socii Sil. 16, 401. Emeritos vertunt ad pascua nota iugales Claud. de Rapt. Proserp. 2, 318.

IVGĀBĪLIS, e. Adi. Iugo habilis. Macrobi. Somn. Scip. 2, 2.

IVGĀLITAS, ātis. f. Fulgent. Myth. 3, 7 Ergo in conceptione hominis ex elementorum iugalitate tres deae, tres vitae certant, i. coniunctione. Et 1, 15 Quae vna eademque feruoris humorisque iugalitate gignuntur.

IVGES, um. m. Pl. [δμόζυγες] Eiusdem iugi pares: vnde et Coniuges et Seuges. Festus. Nempe

IVGIS, e. Adi. [διγενής] Perpetuus, continuus; quasi iunctus, ut interstitium, intercapedo, fieri non possit. Plaut. Pseud. 1, 1, 82 Istocine pacto me adiutas? do id, quod mihi est: nam is mihi thesaurus iugis in nostra est domo. Cic. de Diu. 2, 31 Qui quum vidisset, exhaustam aquam de iugi puteo, terrae motus dixit instare. Idem ibid. 2 c. 1 Etiamne futurum esse, aquae iugis colore praesentium? Horat. Serm. 2, 6, 2 Tecto vicinus iugis aquae fons. Putei perennes iugis (al. dulcis) aquae Horat. Epist. 1, 15, 15. Iuge aspiciam, vid. AVSPICIUM. Fest.

IVGĪTER. Adu. [ἰφεγής, Vet. Gloss.] Continuus. Plaut. Mil. 3, 1, 61 Venerem, amorem, amoenitatemque accubans exerceo,

et quidem edepol omnes mores ad venustatem iugiter. *Add.* Apul. de Mundo p. 71. Prudent. Cathem. 4, 54. et Hyinn. Epiph. 161.

IVGVVS, a, um. Adi. [*ἄγυος*] *Idem fere, quod iunctus, itemque ad iungendum aptus.* Cato R. R. 10, 1 Vasa olearia instructa, iuga, v. quae coniuncta sunt in usu, et simul adhibentur. Forte hinc etiam Gemellar dictum. Locum Catonis repetit etiam Varro 1, 22, 3. Iterum Cato 145, 1 de olea facienda, Si sex vasis iugis opus erit, facito. Ab hoc Adiectiuo dictum Iugum, s. l. monemus. Hinc Iuga etiam Iuno Dea coniugii apud Festum. vid. ZYGIVS.

IVGITAS, atis. f. Diuturnitas. Marcell. c. 8 Lacrimarum iugitatem sedare et reprimere. *Add.* l. 7 C. de Repud.

IVGIFLVVS, a, um. Adi. Paullin. de Amne, Iugifluus semper biberis.

IVGVRTHA, ae. m. [*Ἰογόρθης*] Rex Numidarum callidus, bellicosus et perfidus, victus tandem a Mario Consule Romano, et Romae in carcere necatus. Hoc est argumentum Iugurthae Sallustii, et Vell. Patere. 2, 12. Traximus inmanem Marii sub vincula Iugurtham Claud. de Bell. Gildon. v. 92. Nuda triumphati iacuit per regna Iugurthae Lucan. 2, 90.

IVGVRTHĪNVS, a, um. Adi. Quinctil. 8, 3 Iugurthina historia. Bellum Iugurthinum Horat. Epod. 9, 23.

I V L

IVLIA gens, quae ab Iulo, Aeneae filio, qui alias Ascanius vocatur, orta videri volebat. Virgil. Aen. 1, 292 Iulius a magno demissum nomen Iulo. Conf. Liu. 1, 30. Vell. 2, 41 Nobilissima Iuliorum familia: quam super omnes alias extulit Iulius Caesar Dictator, Dius a suis dictus, qui adoptavit C. Octavianum, ab eo tempore et ipsum Iulium Caesarem, sed et Octavianum Augustum. Ab hoc Iulii et Iuliae, vel nascendi iure, vel adoptione, tota domus imperans cum Nerone exstincta. Sed magis placuit Caesarum nomen, quod s. l. observatum est.

Sunt infiniti alii Iulii, non huius illi gentis omnes, sed a Iuliiis illis primigeniis, ut ita loquar, manumissi, ciuitate donati, etc.

Iulius mensis, qui ante Quinctilis erat, Iulii Caesaris honori dictus est. Vid. Macrobian. Sat. 1, 12. Mart. 10, 62 Tostamque feruens Iulius coquit messem.

Iuliae etiam Leges urbes, coloniae: sed non nostri instituti.

Ad Iulium Caesarem, et eius Augustum filium pertinent: Sidus Iulium Hor. Carin. 1, 12, 47. i. Stella Caesaris, ut ait Porphyrio. Domus Ouid. Fast. 4, 40. Vnda

Virg. Georg. 2, 163.

IVLEVS, a, um. Adiect. [*Ἰάλευος*] *Idem, quod Iulius.* Ouid. Fast. 6, 797 Tempus Iuleis cras est natale Calendis, b. e. mensis Iulii. Propert. 4, 6, 17 Actia Iuleae pelagus monumenta carinae. Iuleae voces, quae sint apud Lactantium in Phoenice v. 47 quaerebant viri docti. Sed restituit Cellarius ex MSS. Quam nec aedoniae voces, etc. Martial. 9, 36 Cuius Iuleae capiti nascuntur oliuae, i. coronae ab Imperatore datae.

IVLIANVS, a, um. Adiect. [*Ἰαλιανός*] unde Iuliani milites, apud Suetonium Caes. c. 75 dicti sunt Caesariani. Et Iuliani anni, quas idem ordinavit. Similiter Iuliana vectigalia Cic. Philipp. 13, 30.

IVLIS, idis. f. Piscis genus. Plinio 92, 9 Optimum e scorpionibus et iulide, et saxatilibus, nec virus respicientibus. Conf. Aslian. H. A. 2, 144. Item, Oppidum insulae Coae Plin. 4, 12.

IVLVS, i. m. [*Ἰάλος*] Filius Aeneae, alio nomine Ascanius. Virg. Aen. 1, 271 At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo. Iulus vox appellatiua est Lanugo pomorum et arborum. Et hinc Seruius tradit Ascanium et Mezentium singulari certamine dimicasse, et occiso Mezentio, Ascanium Iulum coeptum vocari a prima barbae lanugine, quae ei tempore victoriae nascebatur. Dardanius Iulus Ouid. Met. 15, 767. Formosus Idem Epist. 7, 83. Pulcher Virg. Aen. 7, 107.

Vt iam monuimus, iulus est Lanugo pomorum et arborum. Plin. 16, 29 Ferunt et Auellanae iulos compactili callo ad nihil viles. Sunt autem iuli non flores proprie, sed antecedunt, vt in fico grossuli.

I V M

IVMENTVM, i. n. [*ἰποζύγιον, κτήνος*] A Iuuando, vt mox videbimus, deriuat Columella; alii a iugo, quasi iugamenta. Hac appellatione continentur Animalia, quae vel sarcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terram excolunt: vt Equi, muli, asini, cameli, boues. Columel. in praefat. 6 Nec tamen vlla regio est, in qua modo frumenta gignantur, quae non, vt hominum, ita armentorum adiumento iuuetur: vnde etiam iumenta nomen a re traxere, quod nostrum laborem vel onera subuectando, vel arando iuuarent. Plin. 8, 18 de camelis, Omnes autem iumentorum in iis terris, (ministeriis Salmaf.) dorso furiguntur. Elephanti et cameli iumentorum operam praestant l. 2 ff. ad L. Aquil. Malam rem iumento suo arcessere Plaut. Amph. 1, 1, 171. Columel. fere Iumentum nomine intelligit Equos, non autem

Boues, vt l. 6 Non altius edita esse praesepia conuenit, quam vt bos, aut iumentum sine incommodo stans vesci possit. Sic 6, 3, 3 aperte a bobus distinguit. Et 6, 19 pr. Sed et machina fabricanda est, qua iumenta bouesque curentur. Iumentorum appellatione Boues non continentur, sed Pecoris Vlpian. in l. Aediles aiunt D. de Aedil. edicto.

Add. l. 89 de V. S. Iumenta sarcinaria Caes. Bell. Gall. 1, 81. i. quae sarcinas vebunt. Aetolis onerata plagis (retibus) iumenta Hor. Epist. 1, 18, 46. Liu. 4, 41 Eo missa plaustra iumentaue alia ab Vrbe, exercitum affectum praelio ac via nocturna exceperere. Vectabula omnia, et animalia dorso ferentia videntur intelligi. Apud Gell.

20, 1 S. Caecilius disputat ad verba legis XII tabb. Qui in ius vocabit, iumentum dato: An tu forte — putas — iumentum dici pecus aliquod vnicum tergo vehens? — Iumentum quoque non id solum significat, quod nunc dicitur: sed Vectabulum etiam, quod iunctis pecoribus trahabatur. Veteres enim nostri iumentum a Iungendo dixerunt. Non. 1, 269 Iumentum a iungendo veteres dictum putant, g litera in eo nomine attrita.

IVMENTARIVS, a, um. Adiect. Iabolenus in l. Dolia D. de instr. vel instrum. Molas manuaras quidem supellectilis, iumentarias autem instrumenti esse. Conf. Apul. Miles. 9 p. 222. ἐπιπληνής, iumentarius agaso Vet. Gloss. Iumentarius, κτηνσφόρος, Vet. Gloss.

CONLEGIO IVMENTARIORVM Inscript. Fabrett. p. 707.

I V N

IVNCTIO, IVNCTVRA, etc. vid. IVNGO.

IVNCVS, i. m. [*ἰόνος*] A Iungendo dici quidam aiunt, quod

ad

ad iuncturas utilis. Plin. 21, 18 *varia iunctorum refert genera.* De duplici eius specie, vid. Cels. 3, 21. Iunci odorati flos Scribon. 167. Iunci rotundi flos Idem 169. Fiscella leui detexta est vimine iunci Tibul. 2, 3, 19. Ex iunco factum Scribon. 271. Lucus densus iuncis Ouid. Fast. 6, 411. Bibulus, vid. BIBO. Leuis Propert. 4, 2, 44. Limosus Virgil. Ecl. 1, 49. Molli iunco detexere aliquid Id. Ecl. 2, 72. Palustres Ouid. Met. 8, 336.

IVNCIVS, a, um. Adi. [*ἰουνικός*] Plin. 15, 7 *de olei generibus*, Sic et Rhodinum e rosis, Iuncinum e iunco. ¶ 2 Iuncina, s. Iunciua, orum. n. Pl. *Iunceta*. Innocent. de Casis p. 234 et 236 *Goef.*

IVNCEVS, a, um. *Aliud* Adi. [*ἰουνικός*] *Quod ex iunco factum est.* Iunceae cratis Plin. 21, 14. Sporta Columel. 12, 6. Vincla Ouid. Fast. 4, 870. Iunceae virgo, per translationem, tenuis et flexilis: Ter. Eun. 2, 3, 24 Deducunt cibum, tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas. Donatus interpretatur Tenuis et pallidas.

IVNCIDVS, a, um. Adi. *Tenuis, exilis, qualis est iuncus.* Varr. de R. R. 1, 31 Iuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest eicere vitem, etc. al. Eiuncidus, v. v.

IVNCOSVS, a, um. Adi. [*ἰουνώδης*] *Iuncis plenum.* Plin. 18, 20 Iuncosus ager verti pala debet. Litora Ouid. Met. 7, 231.

IVNCETVM, i. n. [*ἰουνών*] *Locus iuncis confitus.* Varro de R. R. 1, 8 Primum genus, quod dixi, maxime quaerit saliccia, secundum arundineta, tertium iunceta.

IVNGO, iunxi, iunctum, ěre. [*ἑνωῶ, ἑνωῶμαι*] *Copulare; quasi in unum agere; proprie de iumentis dicitur.* Tibull. 2, 1, 87 Ludite, iam nox iungit equos, currumque sequuntur Matris lasciuo sidera fulua choro. Stat. Silu. 1, 2, 143 Iungit Amor, laetamque vehens per nubila matrem Gemmato temone sedet. Cic. de Diu. 2, 149 Religio, quae est iuncta cum cognitione naturae. *Et omissa Praepositione* Cic. de Orat. 3 c. 14 Quae quo maior est vis, hoc est magis probitate iungenda, summaque prudentia. *Sed* Plin. Ep. 10, 11 Rosianum — arctissimo vinculo mecum tua in me beneficia iunxerunt. Cic. de Orat. 1, 222 c. 51 An haec inter se iungi, copularique possint. Idem de Amicit. 20 Ita contracta res est, et adducta in angustum, vt omnis caritas aut inter duos, aut inter paucos iungeretur. Orbiculatim iungere, vid. ORBIS. Affinitates iungere cum aliquo, b. e. *affinitate cum eo coniungi.* Liu. 1, 1 Duplex exinde fama est: alii praelio victum Latinum, pacem cum Aenea, deinde affinitatem iunxisse tradunt. Cic. pro Deiot. c. 9 Cum hominibus nostris consuetudines, Amicitias, res, rationesque iungebat. Amores iungere Tibull. 1, 1, 69. Liu. 1, 2 Haud grauatim focia Arma Rutulis iunxit. Articulos incisos iungere Scribon. 208. Conubio iungam stabili Virg. Aen. 4, 126. Dextram iungere dextrae Id. ibid. 1, 412. Equos curru Id. ibid. 7, 724. Equum equo alterius Caef. B. G. 8, 48. Fistulas iungere Scribon. 208. Sic Oras, Sinum, Vulnura. Flumina ripae glacie vel pontibus iungi dicuntur: vid. Curt. 3, 7, 1. 5, 1, 29. 5, 9, 9. Liu. 7, 30 Neque enim foedere Samnitium, ne qua noua iungeretis foedera, cautum est. Foedere alicui regi iungi Liu. 26, 24. Gradus iungere Sil. 4, 374. Lateri alterius iungi Ouid. Met. 2, 449. Leones iunxit ad currum Antonius Plin. 8, 16. Manus iungere et foedus concipere Stat. Achill. 2, 228. Orae iunctae Cels. 7, 9. Oscula Ouid. Met. 2, 357. Ostia Iuu. 9, 105. Locum damus in FENESTRA. Parotidas suppuratas iungere Scribon. 206. Partem diuisam iungere Id. 206. Sic Fistulas. Preces humiles Ouid. de Arte Am. 2, 254. Al. Manus. Rhedam equis Cic. Att. 6, 1. Mulos ad vehiculum Sueton. in Caef. 31. Se viro Virg. Aen. 4, 28. Cic. pro Rosc. Amer. 236 Quo in certamine perditu civis erat, non se ad eos iungere, quibus incolumibus et domi dignitas, et foris auctoritas retinetur. Sinum iungere Scribon. 209. Sinus Id. 208. Sic Fistulas. Societate gentibus iungi Liu. 26, 49. Idem 24, 6 pr. Per hos iuncta Societas Annibali ac Syraculano tyranno. Virg. Aen. 8, 316 Queis neque mos, neque cultus erat, nec iungere Tauros, Aut componere opes norant, aut parcere parto. Taedas iungere Stat. Silu. 3, 4, 54. Torus iunxit te mihi Ouid. Met. 1, 353. Verba iungere Martial. 6, 54. Verba iungere, pro Componere Cic. in Topic. Quinctil. 9, 4. Vulnura iungere Scribon. 212. Sic Fistulas etc.

IVNCTVS, a, um. Part. [*ἑνωμένος*] *Iunctus illi cognatione* Liu. 25, 15. Iuncta ista atque indiscreta sunt Quinctil. 1, 2 pr. Amicitia vetusta puer puero iunctus Ouid. ex Pont. 4, 3, 12. Amore iunctus alicui Id. ibid. 1, 7, 31. Foedere aliquo iuncti Idem Trist. 1, 7, 6. Foedere amor legitimo iunctus Idem ibid. 2, 536. T. Quintio Crispino Badius Campanus hospes erat perfamiliari Hospitio iunctus Liu. 25, 18. Matrimonio iuncta puella Idem 30, 14. Ex horum partibus iunctum Cic. de Inuent. 2, 157. Ex me et ex te iunctus M. Pomponius Cic. Att. 4, 14. A Sanguine materno iunctus Ouid. Met. 2, 368. Scelere iuncta improbitas, i. in qua est scelus. Cic. de Orat. 2, 237 Nam nec insignis improbitas, et scelere iuncta, nec rursus miseria insignis agitata ridetur. Idem in Brut. 162 Sed est etiam L. Crassi in Consulatu, pro Q. Caepione, defensione iuncta, non breuis, vt laudatio: vt oratio autem, breuis. Ab vsu modico tibi iunctus Ouid. ex Pont. 2, 5, 7. Amici iuncti Hor. Serm. 1, 3, 54. Ars iuncta cum viribus Ouid. Met. 8, 29. Cic. de Fato 36 c. 16 Post autem causa fuit propior, et cum exitu iunctior. Columbae in amore iunctae Propert. 2, 15, 27. Cic. Att. 1, 19 Ego autem, vt semel Nonarum illarum Decembrium iunctam inuidiae ac multorum inimicitias eximiam quandam atque immortalem gloriam consecutus sum. Indignatio iuncta conuestioni Cic. de Inuent. 2, 38. Columel. 2, 22 Arbores ferendi causa collo, vel mulo clitellario afferre, sed iuncto aduchere non permittitur. Ouid. Trist. 2, 284 Hic sedet ignoto iuncta puella viro. Salus nostra iuncta est Idem Epist. 20, 233. Sapientia iuncta eloquentiae Cic. de Orat. 3, 140. Versus impariter iuncti Hor. de Arte Poët. 75. Vineae moenibus iunctae, i. Admotae Liu. 5, 7 pr. Loquitur de tormentis bellicis. sed verior lectio iniunctae. Compar. Ouid. ex Pont. 1, 4, 31 Iunctior Aemonia est Ponto. Superl. Aduersa ad iunctissimos pertinent Tacit. Hist. 4, 52. Ouid. Met. 9, 548 Sed quae, cum tibi sit iunctissima, iunctior esse Expetit. ¶ 2 Obs. Poëticum huius vocis vsus docet Drakenb. ad Sil. 6, 690. et 9, 641. In MSS. confunduntur Iunctus et Cunctus, obseruante Drakenb. Il. cc. it. Iunctus et Vincetus, Id. ad 8, 487 et Interpp. Varr. R. R. 1, 59, 3.

IVNCTVRA, ae. f. [*ἑνωσις, ἄφθ*] *Coniunctio.* Plin. 13, 15 Maiusque miraculum in ea est artis, latente iunctura. Boum iun-

Stura Columel. 2, 2. Genuum iunctura Ouid. Met. 2, 823. Lapidum iuncturae Suet. Aug. c. 92. Tignorum iunctura Caes. B. G. 4, 17. Iunctura sine salebra Sen. Ep. 114. Verborum iunctura, pro Compositione Quinctil. 9, 4. Verticis iunctura Ouid. Met. 12, 288. Hor. de Arte Poët. 47 Notum si callida verbum reddiderit iunctura nouum. Iunctura, posituraque ligni scite periteque facta Gell. 5, 3.

IVNCTIO, ōnis. f. [*ζεύγμα*] Cic. Tusc. 1, 71 c. 29 Est enim interitus, quasi discessus et secretio ac diremtus earum partium, quae ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

IVNCTVS, ūs. m. *Idem.* Varr. de L. L. 4, 8 p. 14, 38 Locus a carinarum iunctu dictus carinae.

IVNCTOR, ōris. m. [*ζευκτής* Gloss. Gr. Lat.] Iunctores erant Serui, qui iungebant rhedam equis, vel mulis Alphen. l. 203 fin. D. de V. S.

IVNCTIM. Adu. [*ζυγάδην*] *Sine interuallo.* Suet. Tiber. c. 9 Magistratus et maturius inchoauit, et paene iunctim percurrit. Conf. Manil. 4, 467.

IVNICVLVS, i. m. *In vite dicitur, quem Draconem alio nomine vocant.* Plin. 17, 22 Nec veterem placet palmitem in longum, et ad quartum vsque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii iuniculos vocant, vt faciant, quae maculeta appellant.

IVNIOR, *vid. IUVENIS.*

IVNIPĒRVVS, i. f. [*ἀρκευθός*] Arbuscula, quae in arenosis frequens nascitur, coma virens perpetua, vnde et topiario operi idonea, et cariosam senectam non sentit. *Vid.* Plin. 16, 25. et 24, 8. Iuniperi grauis umbra Virg. Aen. 10, 76. Conf. Ecl. 7, 53. Iuniperi tritae Scribon. 186. Grana iuniperi Scribon. 109.

IVNIVS Mensis [*Πυκνεψιών*] teste Festo, a Iunone putatur dictus, quem Iunoniam, et Iunonium dicebant. Sed postea detritis quibusdam literis, ex Iunonio Iunius est dictus. Sunt qui putant a Iunio Bruto dictum Iunium. *Vid.* Macrobi. Saturn. 1, 12. *Alii a Iunioribus deriuant: sicut Maium a Maioribus.* Ouid. Fast. 6, 88 Iunius est iuuenum, qui fuit ante senum. Iunius a iuuenum nomine dictus adest Id. ibid. 5, 78.

IVNIVS, a, um. Adi. Familia Iunia apud Tacit. Ann. 3, 24. *E qua v. g. ille Iunius Brutus expulsor Tarquiniorum: et Caesaris Interfectores, etc.*

IVNIANVS, a, um. *Aliud* Adi. Iunianum iudicium apud Cic. pro Cluent. 1.

IVNIX, icis. f. [*δαμάλη. δάμαλις* Gl. Gr. Lat.] *Tenerae aetatis bos femina, quae iam cessauit vitula esse, nec dum tamen ad summam magnitudinem peruenit. Dicta quasi Iuuenca, a Iuniorae aetate.* Pers. 2, 47 Tot tibi quum in flamma iunicum omenta liquecant. Plaut. Milit. 2, 2, 33 *Quam mox ad stabulum iunix recipiat se e pabulo. Vid. Taubm. ad loc.*

IVNO, ōnis. f. [*Ἥρα*] *Dea credita est, Iouis soror et coniux, a Ioue suo, an a Iuando nominata. Iunonis multa sunt nomina. Est enim Curulis, quae utitur curru et hasta: Virg. Aen. 1, 20 Hic illius arma, Hic currus fuit. Seruius ad h. l. in sacris Tiburtibus, ait, sic precantur: Iuno Curulis, tuo curru clipeoque tuere meos curiae vernulas sane. Curitis, vid. f. l. Est et Lucina, quae partibus praest: Ter. Andr. 3, 1, 15 Iuno Lucina fer opem. Est Regina: Virg. Aen. 1, 50 Ast ego quae diuum incedo regina Iouisque Et Soror et coniux. Et quia praest nubentibus, Pronuba dicitur: Virg. Aen. 4, 166 — et pronuba Iuno. Iunonis amiculum est pellis caprina. Vid. Festus voce FEBRUARIUS. Couella Iuno apud Varronem (L. L. 5, 4 p. 49, 29) legitur, quae dictio, quia palato hominum delicatiorum non est placita, scribunt Iuno nouella. Atqui quum veteres ad Lunae cursum menses suos exigerent, et prima Lunae visitatio, primumque eius lumen diem Calendarum efficeret, et Calendae essent ipsum nouilunium, dubium non est, quin tum et Nonis esset luna caua. Prisci autem Varrone ipso auctore Cauum, Couum dicebant, vnde Couelli diminutio. Ergo Iuno couella, est Iuno lucina, et Luna caua. Turneb. Sed vid. COVELLA. Inferna Iuno Virg. Aen. 6, 138. Magna Id. ibid. 3, 437. Per Iunonem Matrem familias iurat Alcmena Plaut. Amph. 2, 2, 201. Hinc suam Iunonem viri per iocosas blanditias appellant uxores Plaut. Casin. 2, 3, 14. it. Bacch. 2, 2, 39. Matrona Hor. Carin. 3, 4, 59. Maxima Virg. Aen. 4, 371. Moneta, vid. f. l. Omnipotens Virg. Aen. 4, 693. Profunda Iuno, Proserpina Claud. de Rapt. Proserp. 1, 2. Pronuba Virg. Aen. 4, 166. Regia Id. ibid. 1, 118. Regina Liu. 5, 30. Saturnia Virg. Aen. 3, 380. Sceptrifera Stat. Theb. 10, 51. Stygia, i. Proserpina Reines. Inscr. 1, 34 p. 61, qui suspicatur Sdygiam esse debere, i. Zygiam de qua f. l.*

¶ 2 Iunonis Stella est Hesperus, planeta, cui Veneris nomen nunc haeret vnice. Plin. 2, 8 de Veneris stella, In magno nominum ambitu est. Alii enim Iunonis, alii Isis, alii Matris Deum appellauerunt. Hygin. Poët. Astron. 42 p. 416 Quarta stella est Veneris, Lucifer nomine, quam nonnulli Iunonis esse dixerunt. Apul. de Mundo p. 58, 12 Quintus Phosphorus, Iunonia, immo Veneris stella censetur. Augustin. de C. D. 7, 15 Luciferum quidam Veneris, quidam dicunt esse Iunonis. Sed, vt solet, Venus vincit. Nam multo plures eam stellam Veneri tribuunt. ¶ 3 Iuno in feminis id est, quod in viris Genius. Sen. Epist. 110 Sepone in praesentia, quae quibusdam placent, Vnicuique nostrum paedagogum dari Deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notae, ex eorum numero, quos Ouidius ait de plebe deos. Ita tamen hoc seponas volo, vt memineris, maiores nostros, qui crediderunt hoc, Stoicos fuisse: singulis enim Genium et Iunonem dederunt. Apparet, nihil aliud eos intellexisse, quam se ipsos suumque animum. Indicat hoc etiam Plin. 2, 7 Maior caelitem populus quam hominum etiam intelligi potest, cum singuli quoque ex semetipsis totidem Deos faciant, Iunones geniosque adoptando sibi. Propert. 2, 4, 17 At tu per dominae Iunonis dulcia iura Parce tuis animis, vita, nocere tibi, per genium illam suum obtestatur. Tib. 4, 13, 15 Haec tibi sancta tuae Iunonis numina iuro. Et 3, 6, 48 Etsi perque suos fallax iurarit ocellos, Iunonemque suam, perque suam Venerem. Eadem est, de qua Tib. 4, 6, 1

Natalis Iuno, sanctos cape turis honores,
Quos tibi dat tenera docta puella manu.
Tota tibi est hodie; tibi se laetissima comsit,
Staret vt ante tuos conspicienda focos, etc.

Vt igitur natali die genium curant et colunt peculiariter viri, sic feminae Iunonem. Persecutus hoc est Politian. Miscellan. c. 89, qui huc trahit Virg. Ecl. 4 extr. Nec Deus (genius) hunc mensa, Dea (Iuno) nec dignata cubili (lecto geniali) est. Item Douza Praecid. ad Tib. c. 19.

¶ 3 Iuno in feminis id est, quod in viris Genius. Sen. Epist. 110 Sepone in praesentia, quae quibusdam placent, Vnicuique nostrum paedagogum dari Deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notae, ex eorum numero, quos Ouidius ait de plebe deos. Ita tamen hoc seponas volo, vt memineris, maiores nostros, qui crediderunt hoc, Stoicos fuisse: singulis enim Genium et Iunonem dederunt. Apparet, nihil aliud eos intellexisse, quam se ipsos suumque animum. Indicat hoc etiam Plin. 2, 7 Maior caelitem populus quam hominum etiam intelligi potest, cum singuli quoque ex semetipsis totidem Deos faciant, Iunones geniosque adoptando sibi. Propert. 2, 4, 17 At tu per dominae Iunonis dulcia iura Parce tuis animis, vita, nocere tibi, per genium illam suum obtestatur. Tib. 4, 13, 15 Haec tibi sancta tuae Iunonis numina iuro. Et 3, 6, 48 Etsi perque suos fallax iurarit ocellos, Iunonemque suam, perque suam Venerem. Eadem est, de qua Tib. 4, 6, 1

Natalis Iuno, sanctos cape turis honores,
Quos tibi dat tenera docta puella manu.
Tota tibi est hodie; tibi se laetissima comsit,
Staret vt ante tuos conspicienda focos, etc.

Vt igitur natali die genium curant et colunt peculiariter viri, sic feminae Iunonem. Persecutus hoc est Politian. Miscellan. c. 89, qui huc trahit Virg. Ecl. 4 extr. Nec Deus (genius) hunc mensa, Dea (Iuno) nec dignata cubili (lecto geniali) est. Item Douza Praecid. ad Tib. c. 19.

Hinc Quartilla Petroniana c. 25 iurat, Iunonem meam iratam habeam, si vnquam me meminerim virginem fuisse. Et Iuven. 2, 98 effeminatum hominem sic notat, Et per Iunonem Domini iurante ministro. Hinc titulus GENIO et IVNONI in sepulcris coniugum apud Spon. Miscell. Erud. antiq. c. 63. Add. Grut. p. 24, 12 IVNONI AVGVSTAE, et ibid. 4 IVNONIBVS AVGVSTIS. et p. 25, 9 IVNONI CLAVDIAE etc. et p. 24, 13 IVNONI GAVIAE ALBINAE. et p. 25, 11 IVNONIBVS IVLIAE ET SEXTILIAE.

IVNONIVS, a, um. Adi. [*Ἰουώνος*] Aus Iunonia, Pauo Ouid. 10 de Arte Am. 1, 627. Mensis Iunonius Ouid. Fast. 6, 61 est Iunius apud Laquentes, Aricinos, Lanuvinos. Puer Iunonius, dicitur Augustus a Pseudo-Cicerone ad Octavianum, Ego ipse Senatui sibi manus afferre coëgi, quum te Iunonium puerum, et matris tuae partum aureum esse dixi. i. Martialem et acerrimum propugnatorem libertatis publicae, quasi Martem quendam iunctum aduersus hostes Senatus, et bonorum. Nam Mars, Iunonis filius fuit. Tempia Iunonia Ouid. Trist. 2, 291.

IVNONICOLAE, arum. m. Pl. [*Ἰουονεβόας*] Phalisci Ouid. 20 Fast. 6, 49.

IVNONIGENA, ae. m. [*Ἰουονεγῆς*] Dicitur Vulcanus, qui ex sola Iunone natus fuit. Quid. Met. 4, 173.

IVNONALIS, e. Adi. Ouid. Fast. 6, 63 Iunonale leges tempus, etc. i. Menses Iunonium, eundem qui Iunius. 25

I V P

IUPITER, vel quod fere est in numis et lapidibus IUPPITER, Deorum ille hominumque rex et pater, qui cum a Graecis Ζεὺς vocaretur, inde ortum est Iouis; et ex eo, quod isti in precibus dicerent Ζεῦ πάτερ, 30 Iupiter. ut a ζῦρον iugum, ζευγνῖς iungo etc. quae derivatio placet etiam Diomedis 2 p. 417 pr. Caeterum Aptoton est, ut vocat v. g. Prisc. 5 p. 669. Itaque obliqui Casus sumuntur a Iouis, de quo s. l. Tamen idem Priscian. 6 p. 695 post med. Inveniuntur tamen apud vetustissimos — Opiter, Opiteris et Opitris: Maspiter (s. pro Marspiter) Maspiteris et 35 Maspitris: Diespiter, Diespiteris et Diespitris. Sic etiam Iupiter, Iupiteris et Iupitris, ut Caesellio Vindici placet, debuit declinari. Et sic Hygin. Poët. Astron. 2, 13 editt. antiquae Quae postea Iupitris fuisse nutritrix — demonstratur. Sed Munck. ex MSS. Iouis. Cauillatur Probus Cathol. p. 416 extr. Qui declinat hic Iuppiter huius Iouis, 40 potest et hic Phoebus huius Apollinis declinare, et haec Minerva huius Palladis, et hic Hercules huius Alcidae. Cauillatur, inquam: quod Phoebus Phoebi possum dicere, Iupitris non item etc. Caeterum Gell. 5, 12 superiora firmat, Quod est. elisis aut immutatis quibusdam literis Iuppiter, id plenum atque integrum est Iouis pater. Sic et Neptunus- 45 pater coniuncte dictus est, et Saturnus pater, et Ianus pater, et Mars pater, hoc enim est Marspiter, itemque Iouis Diespater appellatus, id est diei et lucis pater. Iupiter accusandi casu Iouem patrem Liu. 2, 45, 14. De hoc igitur Ioue patre iam non historias trademus, sed formulas, ac nomina: et ne haec quidem omnia, quae quidem Iouis omnia plana, ut ex Arato Virg. Ecl. 3, 60. A Poëtis (inquit Cic. de N. D. 2, 94) dicitur Diuum atque hominum pater: a maioribus autem nostris Optimus maximus. Idem pro Domo 144 Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia Populus Rom. Optimum, propter vim Maximum nominavit. Cic. de N. D. 3, 42 c. 16 Ioues quoque complures in 55 Graecorum literis inuenimus. Et 53 c. 21 Principio Ioues tres numerantur ii, qui theologi nominantur, ex quibus primum et secundum natos in Arcadia: alterum patre Acthere, etc. Alterum patre Caelo, etc. Tertium Cretensem, Saturni filium, cuius in illa insula sepulcrum ostenditur. Ille velut historicus Iupiter: naturalis caelum est aër, et vis 60 ea mouens. Hinc Hor. Carm. 1, 1, 25 Manet sub Ioue frigido Venator, tenerae coniugis immemor. Iuuenal. Sat. 5, 79 Fremet saeva quum grandine vernus Iuppiter. Unde et Sub dio dicimus, quum Aë Iouem vocent Graeci, quem omnia esse voluerunt. Ut Valerius Soranus apud Augustin. de C. D. 7, 9 ex Varrone, Iuppiter omnipotens regum 65 rerumque, deumque Progenitor, genitrixque deum, Deus vnus et omnes. Alibi pro Anima mundi, alibi pro Pluuia. Virg. Georg. 2, 419 Et iam maturis metuendus Iupiter visus. Est et Iupiter nomen Stellae illius salutaris, quae in ordine secunda est. Plin. 2, 18 Suus cuique color; Saturno candidus, Ioui clarus, Marti igneus. A capra et 70 apibus nutritum fuisse praedicarunt Graeci: vid. Lactant. 1, 21. et Ouid. Fast. 3, 43 et alibi. Vid. AMALTHEA. Sepulcrum Iouis ostendunt Cretenses. Vid. Lactant. 1, 11, 46 ex Ennio. Plane Lactantius de Ioue videndus, praefertim 1, 10. it. 11, 21. 22 etc. ¶ 2 Epitheta Iouis: Altitonans Iupiter, vid. h. v. Aequoreus, Neptunus 75 Claud. de Conf. Mall. 282. Altifonus, vid. Altifonus in ALTIVS. Aequus Hor. Carm. 1, 28, 29. Altus Ouid. de Arte Am. 2, 38, Amnon, vid. s. l. Arbitrator, vid. h. v. Arduus Valer. Argon. 5, 304. Barbatus et Imberbis Min. Fel. 21, 15. Capitolinus gerit fulmina Idem 21, 15. Celsus Valer. Argon. 4, 75. Corni- 80 gero de Ioue natus; De Ioue Hamone Ouid. in Ibin 298. Dextro Ioue liber est Perf. 5, 114. Elicius Liu. 1, 20. Aufon. Epit. 33 in Glauciam, Aut Iouis Elyfii tu Catanitus eris, i. Plutoni eris, quod Ganymedes Ioui. Feretrius, vid. h. v. Fulminantis magna manus Iouis Hor. Carm. 3, 3, 6. Gelidus Claud. in Conf. Prob. et Olyb. 37. Hospi- 85 talis v. s. l. Humidus Virg. Georg. 1, 418. Hiberni Iouis fragor Stat. Theb. 3, 26. Imberbis, vid. BARBATVS. Imperator Liu. 6, 29. Cic. Verr. 4 c. 58. Templum eius Romae in octaua vrbis regione apud Victorem. Add. Plin. Paneg. 5, 4. Indiges Aeneas Liu. 1, 2. Inuicti Iouis vxor Hor. Carm. 3, 27, 73; Latiaris Min. Fel. 21, 15. Luce- 90 tius Naeu. apud Gell. 5, 12. Maximus Hor. Serm. 1, 2, 17. Magni Iouis nuntius Idem Carm. 1, 10, 5. Malus Iupiter, cum tempestates ciet Stat. Theb. 10, 368 Sic vbi nocturnum tonitru malus aethera frangit Iupiter, affiliunt (potius Absiliunt) nubes, et fulgure claro Astra patent etc. Ipse Hor. Od. 1, 22, 19 Quod latus mundi nebulae Malus- 95 que Iupiter vrgent. Minianus, vid. sub MINIVM. Nigri Iouis regna; Plutonis Sen. Herc. Oet. 13. Olympicus, vid. OLYMPVS. Optimus Maximus Cic. de Nat. Deor. 2, 64 c. 25. et pro Domo c. 57 pr. Pistor, vid. Ouid. Fast. 6, 394. Pluuus, v. h. v. sub PLVO. Salutaris Cic. de Fin. 3 c. 20. Seueri Iouis vultus Stat. Theb. 9, 839. 100 Stator Liu. 12, 10, 36. Stygius, Pluto Virg. Aen. 4, 638. Summus, vel Supremus Idem Aen. 1, 123. Hor. Carm. 1, 32, 14. Tonantis annus hibernus Iouis Hor. Epod. 2, 28. Tremendi solium Iouis, Plutonis Valer. Argon. 3, 385. Victor Liu. 10, 29. Vimineus Iupiter Varr. L. L. 4, 8 p. 15, 34 a quo dictum suspicatur Viminalem 105

collem, quod ibi arae sint eius.

¶ 3 Iouem lapidem iurare: Gell. 1, 21 Quum Phauorino Hygini commentarium legissem, atque ei statim displicita esset insolentia et insuauitas amaroris, Iouem lapidem inquit, quod sanctissimum iusiurandum est habitum, paratus ego iurare, Virgilium hoc nunquam scripsisse. Festus 10 Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iouem, haec verba dicentes, Si sciens fallo, tum me Diespiter salua vrbe, arceque, bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem. Liu. 1, 24 Patris patrati ad iusiurandum patrandum, id est sancendum, creati verba in foedere faciendo sic exprimit: Audi Iupiter, audi Pater patrante populi Albani, audi tu populus Albanus, vt illa palam prima postrema ex illis tabulis ceraue recitata sunt, sine dolo malo, vtique ea hic hodie rectissime intellecta sunt, illis legibus Populus Romanus prior non deficiet. Si prior defexit publico consilio, dolo malo, tu illo die Iupiter Populum Romanum sic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque. Liu. 21, 45 Eaque vt rata scirent fore, agnum laeua manu, dextra silicem retinens, si falleret, Iouem caeterosque precatus deos, ita se maestarent, quemadmodum ipse agnum maestasset, secundum precationem caput pecudis saxo elisit. Apud Polybium 3, 25 describuntur iidem plane ritus, et vocatur Romanorum ἕρκος ὀδὴ λίδρα, vel διὰ λίδρων, quod recte Casaubonus vertit, Morem iurandi Iouem lapidem. Puto autem in Romana formula esse figuram Asyndeton, qua in publicis formulis alias vtuntur, vt in ipso loco Liu. 1, 24 Prima postrema, vt Patres Conscripti etc. Iouem Lapidem iurare est, per Iouem et lapidem iurare. Sic Cic. Fam. 7, 12 Quomodo autem tibi placebit Iouem lapidem iurare, quum scias, Iouem iratum esse nemini posse? Viuere cum Ioue, profiteri religionem Iouis et aliorum Deorum. Vid. locus Persii 5, 138 quem datus in BARO. Barba Iouis arbuscula, quam describit Plin. 16, 18. Flamma Iouis Idem 27, 6. Flos Iouis Id. 21, 10 et 11. Gemma Iouis Plin. 37, 10 f. 61. Glans Iouis Plin. 15, 22. Ignis rapidus, i. fulmen Virg. Aen. 1, 42. Finimus in praeclaro loco Senecae de Vit. Beat. c. 26 Sic vestras hallucinationes fero, quemadmodum Iupiter Optimus Maximus ineptias Poëtarum: quorum alius illi alas imposuit, alius cornua: alius adulterum illum induxit et abnoctantem: alius faeuum in deos, alius iniquum in homines: alius raptorum ingenuorum corruptorem, et cognatorum quidem: alius parricidam, et regni alieni paternique expugnatorem. Quibus nihil aliud actum est, quam vt pudor hominibus peccandi demeretur, si tales Deos credidissent.

I V R

IVRA, ae. m. [Ἰσραῦσός] Mons est Galliae, Sequanos ab Helvetiis diuidens: Auctor Caesar B. G. 1 pr.

IVRAMENTVM, IVRATVS, vid. IVRO.

IVRGO, Ære. [ἰურῶ, ἐρίζω] Ex iure et Ago; quasi De iure ago et contendo. Seruauit Non. 5, 34 locum e Ciceronis de rep. 4 Admiror nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam (de XII tabulis, puto, loquebatur Cicero) SI IVRGANT, inquit: beneuolorum concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur. — Iurgare igitur putat inter se vicinos non litigare. Cedo, quid iurgabit tecum Ter. Andr. 2, 3, 15. Et Andr. 5, 1, 19 Cum Dato egomet vidi iurgantem ancillam. Liu. 10, 35 Haec iurganti increpantique respondebant, confectos se pugna hesterna esse. Ne saeuus iurgares Hor. Epist. 2, 2, 21. Conf. Varr. de L. L. 6, 5. ¶ 2 Dep. Hor.

Serm. 2, 2, 100 Iure, inquit, Trahus istis Iurgatur verbis.

IVRGIVM, i. n. [δίκη, ἀφιμαχία, ἀμφισβήτησις, προπηλακισμός, ἀντιλογία Gloss. Lat. Gr.] Contentio. Cic. de Amicit. 80 Cauendum vero, ne etiam in graues inimicitias conuertant se amicitiae, e quibus iurgia, maledicta, contumeliae gignuntur. Ne quis in certamine iurgioe — commilitoni obieçaret Tacit. Hist. 4, 72, 9. Acre iurgium Idem ibid. 4, 6. Vid. ACER. Inimica Senec. Thyest. 7. Infana Ouid. Fast. 1, 74. Notabile Tac. Hist. 2, 53. Euax! iurgio tandem vxorem abegi a ianua Plaut. Men. 1, 2, 18. Abstinere iurgiis, Auferre iurgium, Committere iurgia, Contendere iurgio cum aliquo, vid. hb. vv. Gliscunt iurgia Lucret. 3, 479. Irrita iurgia iactas Virg. Aen. 10, 95. Nectere iurgia cum aliquo Ouid. Amor. 2, 2, 35. Rabiosa iurgia vendere Senec. Herc. fur. 3 de caudicis. Lucan. ad Pison. 74 Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus. Iurgium et Lis hanc habent distantiam, quod Iurgium leuior res est; si quidem Inter beniuiolos aut propinquos dissensio vel concertatio, Iurgium dicitur: Inter inimicos dissensio, Lis appellatur. Haec Non. 5, 34 et ponit locum Ciceronis, quem modo in IVRGO dedimus.

IVRGIOSVS, a, um. Adi. [Φιλωνανιώδης] Contentiosus et litigiosus. Gell. 1, 17 Mulier morosa admodum fuisse fertur, et iurgiosa. De Xanthippe Socratis vxore.

IVRGATIO, ðnis. f. Festus.

IVRGATOR, ðris. m. Mart. Capell. . .

IVRGATRIX, icis. f. Hieron. Epist. 47.

IVRGATORIVS, a, um. Adi. Ammian. 27, 1.

IVRIDICVS, IVRISDICTION, vid. IVS.

IVRO, ðui et ðtus sum, ðre. [ἰνύω, ἰνυμι, ἰμύω] A iure fit: nam iurare proprie est, iure, lege, sollempniter, affirmare aliquid, negare vel promittere, adhibitis testibus. Deo ipso etiam inuocato vt teste vel vindice. Iurare tui ciues Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt Cic. Att. 1, 16. Decies iurasti, vid. DECEM. Aras iurare, Poëtice dixit Horat. pro Aris tactis Epist. 2, 1, 16 Iurandasque tuum per. nomen ponimus Aras. Bellum ingens iuratur Stat. Achill. 1, 455. Fidem iurata fefellit Ouid. Amor. 3, 3, 1. Iouem lapidem, vid. IVPITER.

Iusiurandum, quod iuraretur Gell. 5, 19. Quod ita iuratum est, vt mens conciperet fieri oportere, id seruandum est Cic. Off. 3 c. 29. Iuratur Honorius absens Claud. Conf. Hon. 4, 447. Add. Stat. Theb. 7, 103. Lucan. 5, 396. Maria aspera iuro Virg. Aen. 6, 351. Sancte Ter. Hec. 1, 1, 3. Tellurem hanc iuro Sil. 8, 105. Conf. b. l. Drakenb. Verbis conceptis iurare, i. Dictatis a deferente iuramentum, et ex arbitrio adiurantis, hoc est adigentis ad iusiurandum, pernotatis: Plaut. Pseud. 1, 3, 119. Idem Cist. 1, 1, 100 At ille conceptis, iurauit verbis apud matrem meam, me vxorem ducturum esse. Conf. Liu. 43, 16 extr. Calumniam Cael. ad Cic. Fam. 8, 8. Liu. 33, 47. i. Je non calumniari. Plin. in Paneg. c. 68 Scis tibi vbique iurari, quum ipse iuraueris omnibus, i. fidem pollicitus sis. Per: Cic. pro Rabir. Post. 36 Vbi semel quis peieraverit, ei credi postea, etiam si per plures deos iuret, non oportet. Per caput hoc iuro Virg. Aen. 9, 300. Per Deos Cic. Acad. 4 c. 20. Per mala sua, per manes: vid. Quinctil. 6 prooem. ibique Burmann. p. 495. Per sidera Virg. Aen. 6, 458. In aliquem iurare, i. In perniciem

perniciem alicuius coniurare. Ouid. Epist. 10, 117 In me iurarunt formus, ventusque, fidesque. *Sed plane aliter* Tacit. Hist. 1, 76 Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuncius, iurasse in eum Dalmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones, *i. fidem illi iurasse, in verba illius iurasse.* In facinus aliquod Ouid. Met. 1, 242. In leges alterius, *i. Iurare se seruaturum leges alterius* Victor de Viris Illust. c. 62 pr. Cic. pro Cluent. 91 Multam petiuit, qua lege? quod in legem non iurasset: quae res nemini vnquam fraudi fuit. Sic de Finib. 2, 55. et pro Sext. c. 16 et c. 28. Cic. pro Rosc. Com. 4 c. 1 Quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet? *Add.* Tit. ff. de in litem iurando. Caes. B. C. 1, 76 Princeps in haec verba iurat ipse, ad idem iusiurandum adigit Afranium. In verba alterius Suet. Oth. c. 8. *i. homagium praestare, ut nunc loquuntur.* Sic ipse Liu. 28, 29 extr. Hor. Epist. 1, 1, 14 Nullius addictus iurare in verba magistri. Liu. 2, 45 Idem deinceps omnis exercitus in se quisque iurat, *Praecessit formula, Si fallat, Iouem patrem, Gradivumque Martem, aliosque iratos inuocat (contra se vocat et excitat quasi) Deos.* Cic. Fam. 5, 2 Magna voce iuravi verissimum pulcherrimumque iusiurandum, etc. Iurare morbum, *Iurare se male valere, et morbo laborare:* Cic. Att. 1, 1 Qui denegat, et iuravit morbum, et illud suum regnum iudiciale opposuit. *i. Valitudinem, et simul iuris ciuili occupationem excusauit.* Sic Iurabo perpetuum morbum Id. Att. 12, 13. In rem iurare dicitur aliquis, *quum de re in iudicium deducta:* In personam, *quum de persona sua iurat.* Non potest facilius dari exemplum, quam ex textu l. 1 §. 1 D. Quorum rerum actio non datur. Iurare de persona: Vlpian. l. 1 D. quar. rer. act. non datur. Iurare in rem: Vlpian. l. 1 D. quar. rer. act. non datur. Iurarunt inter se, *pro Coniurarunt:* Cato apud Plin. 29, 1 Iurarunt inter se Barbaros necare omnes medicina. Iurare ex sui animi sententia Cic. Acad. 4, 147. Ouid. Epist. 21, 133 Quid tibi nunc prodest iurandi formula iuris, etc. *i. iurisiurandi.* Iurandi formulas passim inuenias. *Cumulatas comica lasciuia plures habet* Plaut. Cistell. 2, 1, 36 sq. At ita me DI Deaque superi atque inferi, et medioximi, Itaque me Iuno regina, et Iouis supremi Filia, Itaque me Saturnus patruus eius. ME. Ecastor pater. (*Corrigit errantem in Genealogia, ut mox*) Al. Itaque me Ops opulenta, illius aua. ME. Immo mater quidem — DI me omnes, magni minutique et patellarii Faxint, ne ego dem viuos faviuum Silenio, Nisi ego teque tuamque filiam, neque hodie obtruncavero. *Quas Ciceroni in Antonium dicenti formulas tribuit Dio 45 p. 286, C illae ad Demosthencam illam per occisos Marathone, confictae videntur: & μὰ τὰς θάλασσας τὰς Ὀυαδερῖς, καὶ τὸν νόμον τῆς Περσῖς, & μὰ τὸ σκέλος τῆ Ὀρεκτῖς, καὶ τὴν χάρα τῆ Μελῖς, & μὰ τὸ δόρυ τῆ Δελῖς καὶ τὸ ξίφος τῆ Βοκτῖς.*

IURANS, antis. Partic. [*ἰουράων*] Falsa iurans Ouid. Met. 13, 50. Verba iurantis Idem Epist. 21, 143. *Add.* Vulg. Sirac. 23, 12.

IURANTVS, a, um. Partic. [*ἰουράωντος, ἐνωμότος*] Qui iurauit. Cic. pro Caecin. 3 Si enim sunt viri boni, me adiuuant, quum id iurati dicunt, quod ego iniuratus infimulo. Iuratus est mihi, *pro Iurauit:* Plaut. Rud. 5, 3, 17 Num tu iuratus mihi es? L. iuratus sum, et nunc iurabo. *Add.* ibid. v. 20 et 23. Idem Curc. 3, 88. et 4, 4, 10. *it.* Perfa 3, 2, 2. Iudici demonstrandum est, quid iuratus sit Cic. de Inuent. 2 c. 43 extr. Ex lege, in quam iurati fitis Ibid. c. 45. Statimque ut iurati erant, ad Hannibalem profecti sunt Gell. 7, 18. Regulus iuratus missus est ad Senatum Cic. Off. 3 c. 26. Conf. Sil. 6, 346. Ouid. Her. 20, 227. Ut malim iurato suam, quam iniurato aliorum tabellas committere Cic. in Verr. Act. 1 c. 10. Quis vnquam ab historico iurato res exegit Sen. de Morte Claud. *ubi conf. Gronou.* Lucan. 8, 219 Mihi per Latium iurata Tonantem. *i. Quae iurauit mihi per Iouem Latialem.* Hygin. Poët. Astron. 2, 15 Neque id, quod fuerat iuratus, remisit. Plin. praef. p. 4, 15 Scito enim conferentem auctores me deprehendisse a iuratissimis et proximis veteres transcriptos ad verbum, neque nominatos. Iuratissimos intelligo, qui magna cum asseueratione, tanquam iurati testes, narrant observationes de rerum natura pro suis alienas. Sumta formula a iuratis iudicibus, quibus ob id ipsum creditur. Sic Plin. 7, 34 Vir optimus iudicatus est Scipio Nafica a iurato Senatu. Iuratus, *Passiue:* Bellum iuratum Sil. 11, 145. Foedus iuratum Ioui Idem 1, 9. Numina Ouid. Epist. 2, 23 per quae iurauimus. Senatus, Iudices, *h. e. Iureiurando confirmati* Plin. 7, 34. Cic. Acad. 4, . . Quaeque iurati iudices cognouissent etc.

IURANDVS, a, um. Partic. Hor. Epist. 2, 1, 16 Augustum alloquens, Iurandasque tuum per nomen ponimus aras.

IURATO. Adu. Paullus in L Qui D. Qui fatisd. cog. Qui iurato promisit iudicio sisti, non videtur peierasse, si ex concessa causa hoc deseruerit.

IURATOR, ōris. m. [*ἰουράτης*] Sen. de morte Claud. pr. Quis vnquam ab historico iuratores exegit? *i. testes iuratos.* Gronouius dedit iurato res: et negat, iuratorem esse qui iurat. Sed refellitur loco Macrob. Saturn. 5, 19 Testatum faciebat esse iurator, de quo iuraret — mox in lacu amittebat vitam falsus iurator. Interim certum est, quod alias disputat 2 Iuratorem etiam esse, cui iuratur. Sic Censur iuratori recte rationem dedi Plaut. Trin. 4, 2, 30. *i. Censori.* Ut enim iuratus, qui iurauit, ita Iurator, qui iureiurando adigit ciues. Viderat Turnebus, et probat Gronou. Obs. 4, 3. Eodem modo Plaut. Poen. prol. v. 58 Nam argumentum hoc hic censetur: locus argumento est suum sibi profcenium: vos iuratores estis, quaeso operam date. De testibus etiam hunc locum accipiunt Lips. Epist. quaest. 2, 24. et Voss. Instit. Or. 1 p. 61. Sed pro Turnebo (Adu. 19, 12) et Gronouio est ipsum Verbum Censetur.

IURATORIVS, a, um. Adi. Cod. 12 t. 19 l. 12 pr. Cautio iuratoria.

IURATIO, ōnis. f. Actus iurandi. Macrob. Saturn. 1, 6 Verba iurationis concipit. Tertul. de Idol. c. 21 Cum te alius per Deos suos obligat iuratione. Augustin. de Ciu. Dei 16, 32 Iuratione Dei firmata promissio.

IURAMENTVM, i. n. [*ἰουρκωμοσία*] *i. iusiurandum affertur ex Seneca de Clement. 2, 1 O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius verba principes regesque iuramentum faciant. Sed iurent post Lipsium Gron. qui tamen malit iurarent, et originem mendi pulchre aperit. Vfus est Vlp. in lege iusiurandum §. Si de qualitate iuramenti: sicque in Florentinis libris legitur, inquit Budaeus. Vfus est et Ammian. 21, 9. et 24, 2. Sulpic. Seuer. 1, 8, 2. Vid. Cellar. Cur. Post.*

IURANDVM, i. n. [*ἰουρκωμόσιον*] Idem quod Iusiurandum. Plaut. Cist. 2, 1, 26 Verum haud metuo, ne iurandum nostrum quis-

quam culpitet. *Add. Id. Pseud. 1, 2, 63* Lanios, qui itidem ut nos iurando iure malo quaerunt rem. *Sed hic iunguntur iurando iure. Auf. Popma de usu ant. Locut. 1, 7.*

IVREIVRANDVM apud Cic. pro Flacco c. 5 *quidam legisse dicuntur.*

IVREIVRO, Ære. [*ἰσχυρισμός*] Idem quod Iurare. Praetores ambo in eadem verba iureiuraverunt Liu. 41, 15. *Sed merito dubitant viri docti recipere verbum hac sola auctoritate ex loco misere deformato, quem unus tantum MS. habet. Si sit a Livio, potest ille separatim possuisse, iure, i. lege, formula praescripta, iurarunt, ut tribus iure rogatae, etc.*

IVRVLENTVS, *vid. IVS pro Liquore.*

I V S

IVS, iuris. n. [*ζῶμος*] Liqueor eorum, quae coquantur. *Plaut. Most. 1, 3, 120* Itidem olent, quasi quum vna multa iura confundit coquus. *Ter. Eun. 5, 4, 17* Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent. *Cic. Fam. 9, 20* In ea coena coquus meus praeter ius feruens nihil potuit imitari. *Varr. de R. R. 3, 17* Sic hos pisces nemo coquus in ius vocare audet, *lepide alludit ad forum. Cic. Tusc. 5, 98 c. 34*

Quid victum Lacedaemoniorum in Phiditiis nonne videmus? ubi quum tyrannus coenavisset Dionysius, negavit se iure illo nigro, quod coenae caput erat, delectatum. Tum is, qui illa coxerat, Minime mirum, condimenta enim defuerunt. *Ius hoc nigrum forte est, quod Graecorum consuetudine αἰματώα vocabatur. Ex quo suspicamur sanguine vel mixto vel incocto atrum colorem iuris illius redditum fuisse, cuiusmodi*

Ius botulorum videmus. *Hoc autem in mensa Lacedaemoniorum erat praecipuum, ut senes eo cibo acquiescerent plerumque, ut ait Plutarchus, nec opsonium aliud desiderarent. Turnebus 7, 15. Hor. Sat. 2, 8, 69* Ne male conditum ius apponatur. *Tepidum ligurire ius Hor. Serin.*

1, 3, 81. Ius gallinaceum, agninum, quam pinguisimum et salissimum Scribon. 185. Ius gallinae pinguis, vel bubulae Idem 188. — pingue agninum, vel ex bubula factum Scribon. 189. — album, pingue, et salsum Idem 200. — suillum pingue Id. 190.

IVREVS, a, um. *Adi. Quod ex iure fit. ut, Iurea placenta, quae e iure tota constat. Plaut. Perf. 1, 3, 17* Quasi iuream esse ius decet collyricum. *Subaudiendum est Placentam, quasi dicat ut Ius collyricum non liquidum sit neque macrum, sed tam crassum et concretum, quam si e iure placenta fieret. Turnebus. Salmastius ad h. l. Iuriam vult esse liquidioris pastaee genus, farinam coctam in aqua usque ad crassitiam maiorem quam est iuris. Fundum laudat huius sententiae Varronem de Re rustica.*

Respicit, *puto ad 2, 9, 8* ubi editur, Cibatus canis propior hominis, quam ovis. *Pascitur enim e culina et ossibus, non herbis aut frondibus. Libri antiquissimi pro e culina habent curia, unde, credo, iuria suum vel forte e libro alio habet.*

IVRVLENTVS, a, um. *Adi. [ζῶμωνός] Cibi epitheton, cum ius ei additum est. Cels. 2, 18* Tum res eadem magis alit iurulenta quam assa: magis assa, quam frixa. *Cibus minime iurulentus 1, 6. Et pro eo*

IVSSVLENTVS, a, um. *Adi. [ζῶμωνός] Formavit Apuleius in Apol. p. 299 Elmenh. sic de Ennio dicens, Ostendit qualiter quisque piscium assus aut iussulentus optime sapiat. Sic etiam edidit Florid. p. 470.*

IVRVLENTIA, ae. f. *Tertull. de Ieiun. c. 1* Siccantes cibum ab omni carne et omni iurulentia. *Add. Id. Apol. c. 8.*

IVSCVM, i. n. *Idem quod Ius volunt esse, et laudant Apul. Met. 2 p. 117, 30* ubi *Elmenh. Parabat viscum fartim concisum.*

IVSCVLVM, i. n. *Dimin. [ζῶμιον] Cato c. 156* Postea inde iusculum frigidum sorbere.

IVSCVLLVM, i. n. *Aliud Dimin. Theod. Priscian. 2, 13* Iuscellum Gallinarum. *Add. Apic. 5, 3. et Lister. ad Eund. p. 152.*

IVSCVLLARIVS, i. m. *ζῶμοποιός* Gloss. Gr. Lat.

IVSCVLLATVS, a, um. *Adi. E iusculo coctus. ut, Pullus iuscellatus. Vid. Reines. Var. Lect. 2, 8.*

IVS, iuris. n. [*δική, τὸ δίκαιον*] *Regula actionum, praescriptum, quod sequi debent alii, legum comprehensio: tum facultas, quam tribuit illud ius, agendi aliquid, habendi, petendi: res vel actio regulae illi conveniens, locus ubi ius dicitur, i. pronuntiat, quid dare, facere, pati, habere, possidere aliquis debeat. Sed ea ipsa saepe sibi implicita sunt, ut non semper satis queant a se distingui. Ter. Adel. 1, 1, 27* Non necesse

habeo omnia pro meo iure agere, i. pro ea facultate, quam mihi dat patris nomen, et adoptio. *Donatus ad h. l. Ius est, quod omnia recta et inflexibilia exigit; Aequitas est, quae de iure multum remittit. Ius et vis sibi velut e diametro opponuntur. Cic. pro Sext. 91 c. 42* Atque inter hanc vitam perpolitam humanitate, et illam immanem nihil tam

interest, quam ius atque vis. *Horum utro uti nolimus, altero est utendum. Vim volumus extinguere? ius valeat necesse est, id est, iudicia, quibus omne ius continetur. — Milo et vidit, et fecit, ut ius experiretur, vim depelleret, etc. Cic. de Legib. 3, 61 ex Legib. XII Tabb. Quod is, qui bellum geret imperasset, id ius ratumque*

esto. *Vlpian. l. 3 D. de Legat. Non ambigitur, Senatium ius facere posse. i. Scitum vim legis habere. Ter. Heaut. 4, 1, 29* Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque aequum sciunt? *Vlpian. De iustitia et iure l. 1* Nomen iuris a iustitia appellatum. *Melius forte dicturus erat, Iustitiae cognatum. Cels. definit apud Vlp.*

in l. 1 D. de Iustitia et iure, *Ius est ars boni et aequi. Nullum est genus hominum tetrus, nec minus bono cum iure. i. minus aequum. Plaut. Most. 3, 1, 129. Sic Ius bonum dicis impetrare oportet, quia aequum postulas Plaut. Stich. 5, 4, 44. Idem Epid. 1, 1, 23* Te volo percontari, operam da, opera reddetur tibi. *T. ius dicis. b. c. Aequum est. Idem Rud. 4, 4, 108* Ius bonum oras. *Plaut. Aul. 4, 10, 17*

Nam si istuc ius est, ut tu istuc excusare possies Luce, claro, deripiamus aurum matronis palam. *Cic. Philipp. 2, 72* Ius postulas: sed quid ad rem plus ille poterat, ius, i. rem iustam et aequam. *Cic. pro Caecin. 68 c. 24* Neque enim fieri potest, ut aliud iudicari de iure, aliud responderi oporteat: nec ut quisquam iuris numeretur peritus, quid id statuat esse ius, quod non oporteat iudicari. *At est aliquando contra iudicatum? Primum utrum recte, an perperam? si recte: id fuit ius, quod iudicatum est. Sin aliter: non dubium est, utrum iudices an iurisconsulti vituperandi sint, etc. Plaut. Bacchid.*

4, 3, 2 *Sine modo et modestia sum, sine bono iure, atque honore. Ter. Andr. 2, 3, 20* Ut quum velit, tibi iure irasci non queat. *Cic. Verr. 5 c. 8* Quamobrem iure in eum animaduverteretur. *Iure ac merito Iuven. Sat. 2, 34. Iure damus poenas Ovid. Trist. 4, 4, 43. Ter. Andr. 1, 3, 9* Quo iure, quaque iniuria praecipitem me in pistriam dabit. *Cic. Verr. 2 c. 61* Non quaero iure, an iniuria sint

105 *inimici*

inimici. *Plenius dicunt pro iure.* Ter. Adelph. 1, 1, 26 Do, praetermitto: non necesse habeo omnia pro meo iure agere. Multa multis de iure suo cedere Cic. Off. 2 c. 18. Idem de Orat. 2, 294 Duo illa, quae facillima videntur, quoniam quae difficiliora sunt, non possum, mihi pro meo iure sumo. Cic. pro Marcell. 6 Maximam vero partem quasi suo iure fortuna sibi vindicat: et quidquid est prospere gestum, id paene omne ducit suum. Idem Att. 3, 2 pr. Itineris nostri causa fuit, quod non habebam locum, vbi pro meo iure diutius esse possem, quam in fundum Sicae. Optimo iure, vel Optima conditione praedia quae eripi nullo titulo possunt, Cic. pro L. Agr. 3, 7 c. 2 Optimo enim iure ea sunt profecto praedia, quae optima conditione sunt. Vid. Briss. de Form. p. 136. Gronou. ad Liu. 9, 34. Complecti aliquem aequo iure Tacit. Ann. 2, 82. Cic. Verr. 2, 32 Siculi hoc iure sunt, vt quod ciuis cum ciue agat, domi certet suis legibus, haec illis facultas legibus tributa est. Add. ib. 2 c. 27. Quum mihi rostra tenere Ius erat Lucan. 1, 274. i. licentia. Vlp. in l. Vti frui D. Si vsufructus petatur, etc. Negauit ius esse vtendi fruendi fructuario: vel sibi ius esse prohibendi. Paull. in l. 3 D. de feruit. vrb. praed. Ne ius sit vicino inuitis nobis altius aedificare. In his omnibus ius est, quod vel natura, vel ciuitas, vel populus, vel gens, vel victor, vel lex, vel consuetudo iubet. Plaut. Epid. 3, 4, 86 Atque me minoris factum, prae illo, qui omnium legum, atque iurium fitor, conditor, cluet. Paullus l. 11 De Iust. et iur. Ius pluribus modis dicitur: vno quidem modo id, quod semper aequum ac bonum est, ius dicitur, vt est ius naturale. Altero modo, quod omnibus aut pluribus in quacunque ciuitate vtile est: vt est ius ciuile, nec minus ius recte appellatur in ciuitate nostra ius honorarium. Praetor quoque ius reddere dicitur, etiam cum inique decernit relatione scilicet facta non ad id, quod ita praetor fecit, sed ad illud, quod praetorem facere conuenit. Nempe illud etiam ius est, facere vel peti quod praetor inique pronuntiauit. ¶ 2 Addit Paullus, Alia significatione ius dicitur locus, in quo ius redditur; appellatione collata ab eo, quod fit in eo, vbi fit: quem locum determinare hoc modo possumus, vt, vbicunque Praetor, salua maiestate imperii sui, saluoque more maiorum, ius dicere constituit, is locus recte ius appelletur. In hac nempe formula, vt in tropo omni, notandum, non simpliciter poni unum pro altero, sed designari unum per alterum, vel cum altero. Qui primus dixit In ius ambula, ille hoc voluit ad ius audiendum, ad sententiam, qua tibi standum sit. Et ita semper intelligitur. Neque enim ille v. g. qui rei priuatae causa, v. g. vt Medicus, vt coniuua, ad Praetorem vocatur, in ius vocatur. Haec subinde cogitare oportet, qui accurate intelligere bonos scriptores, qui recte ipse loqui velit. Sic qui de Romanis rebus loquuntur, Praetorem intelligunt, cum in ius vocant: comici in fabulis suis palliatis, i. Graecos homines in scenam producentibus, vnumquemque iudicem. Ter. Phorm. 5, 7, 43 In ius ambula. P. in ius? Donatus, Ad iudicium eamus scilicet: nam Ius pro Loco est. Plaut. Most. 5, 1, 40 Quin et illum in ius iube ire. Idem Men. 4, 2, 19 Aut ad populum, aut in iure, aut ad iudicem, Res est. Hic Romano more iudicem a iure, i. praetoris iurisdictione distinguit. Id. Rud. 3, 6, 21 Ego hunc scelestum in ius raptam exulem. Age, ambula in ius etc. Et mox 28 In iure dicitio causam. Cic. pro Muraen. 26 c. 12 formulas aliquot Ictorum commemorat, in quibus etiam illa, Quando te in iure conspicio. Pro Caecin. 54 c. 19 ita effert, Quandoquidem te in iure conspicio. Cic. pro Quint. 79 c. 25 Biduo post, aut vt statim de iure aliquis cucurrerit, non toto triduo DCC millia passuum conficiuntur? Verr. 2, 187 c. 76 In ius ad Metellum Carpinatium voco. Sic 4, 147 c. 65 Cum ad Praetorem in ius adissemus; excogitat sane diligenter et caute, quid decernat: nam antequam verbum facerem, de sella surrexit atque abiit. Itaque tum de foro, cum iam aduersperasceret, discessimus. Et mox 148 c. 66 Copulati (cum uterque teneret manu tabulas, de quibus disceptabatur) in ius peruenimus. Sed etiam de iudicio dici ius, tum illa comicorum loca ostendunt, quae modo allata sunt, tum illud Quinctil. 6, 1, 41 Puer, quem in ius productum, quid fletet, interrogabat, ex paedagogo se vellicari, respondit. Cic. de Orat. 1, 173 Nam volitare in foro, haerere in iure, ac Praetorum tribunalibus iudicia priuata magnarum rerum obire. ¶ 3 Videamus Substantiua, quibus hoc nomen iungitur: Adiutorium iuris Quinctil. 3, 6, 83 quo quis elabatur ex crimine, quod neque negari, neque defendi potest, vt non videatur iure actio intendi. Cunabula iuris, vid. CVNAE. Expers iuris gens Sen. Troad. 12. Fiducia Quinctil. 4, 2. Forma, contra iuris formam facta pactio Vlpian. in l. Iurisdictionum §. Si paciscar D. de pactis. Inscitia Hor. Serm. 2, 2, 131. Interpretes Cic. pro Caecin. . . . Nodos, soluere Iuuen. Sat. 8, 50. Nundinatio, vid. NVNDINAE. Peritus iuris legumque Hor. Serm. 1, 1, 9. Seruitus Quinctil. 2, 16. Studium Idem 2, 8. ¶ 4 Genera et species iuris: Aelianum: Quod continebat actiones quas S. Aelius composuerat. Pompon. l. 2 §. 7 D. de or. iur. Applicationis Cic. de Orat. 1, 177. Belli iura Liu. 5, 27. Ciuile ius aequitas est constituta eis, qui eiusdem ciuitatis sunt, ad res suas obtinendas Cic. Topic. c. 2. Vlpian. l. Ius Ciuile D. de Iustitia et iure, Ius ciuile est, quod neque in totum a naturali vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit. Itaque quum aliquid addimus vel detrahimus, iuri communi, ius proprium, id est ius ciuile efficimus. Papin. l. Ius autem, illo titulo, Ius autem Ciuile est, quod ex legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, decretis principum, auctoritate prudentum venit. Pompon. l. 2 de Or. iur. §. 7 Postea cum Appius Claudius proposuisset et ad formam redegisset actiones: Gnaeus Flauius, scriba eius, subreptum librum populo tradidit — Hic liber, qui actiones continet, appellatur ius Ciuile Flavianum, etc. Et §. 6 Haec disputatio fori, et hoc ius, quod sine scripto venit, compositum a prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, vt caeterae partes iuris suis nominibus designantur, datis propriis nominibus caeteris partibus, sed communi nomine appellatur ius Ciuile. Ciuile ius qui contemnendum putat, is vincula reuellit non modo iudiciorum, sed etiam vtilitatis, vitaeque communis. Qui autem interpretes iuris vituperat, si imperitos iuris esse dicit, de hominibus non de iure Ciuili detrahit Cic. pro Caecin. 74. Ciuile ius amplecti, vid. AMPLECTOR. Ciuilia iura Hor. Serm. 1, 9, 39. Ciuica Idem Epist. 1, 3, 23. Coniugialia Ouid. Met. 6, 536. Connubialia Idem Epist. 6, 41. Constitutum moribus ius, est Ius non scriptum. Iulian. in l. De quibus D. de Legibus, Inueterata enim consuetudo pro lege non immerito custoditur: et hoc est ius, quod dicitur moribus Constitutum. Diuersum Quinctil. 7, 7, 2. Vid. Varium. Diuinum ius interdum idem quod naturale, vt Cic. pro Sext. 91 c. 42 Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, inuento et Diuino et humano iure, moenibus seferunt. Modo dixerat Nondum neque na-

turali neque civili iure descripto. Cic. pro Arusp. 34 c. 16 Ius legatorum — etiam Diuino iure esse vallatum. Sed hoc potest etiam ad religionem proprie dictam pertinere, cum in Iouis tutela putarentur esse legati. Pontificum decreta respicit ibid. 14 c. 7: sed ponamus totum locum, Multae sunt domus in hac vrbe — iure optimo, sed tamen iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipi, iure nexi. Nego esse vllam domum aliam aequae priuato iure atque optimae lege, publico vero omni praecipuo, humano et diuino iure munitam. Famularia iura dare, i. Leges seruiles, quibus ciues, ut seruos, oporteat obedire Ouid. Met. 15, 597. Caedes legatorum rumpit ius Gentium Liu. 4, 17 pr. Neque Vero hoc solum natura, id est iure Gentium Cic. Off. 3 c. 19 pr. Gentium ius, ut inquit Vlpian. in l. 1 D. de Iustitia et iure, est Quo gentes humanae vtuntur: quod a naturali recedere inde facile intelligere licet: quia omnibus illud animalibus, hoc solis hominibus inter se commune fit: veluti, ut inquit Pomponius l. sequenti, erga deum religio, ut parentibus et patriae pareamus. Liu. 5, 27 Ius Humanum vocat. Caius in l. Omnes D. de Iustitia et iure, Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peraeque custoditur, vocaturque ius Gentium: quasi quo iure omnes gentes vtuntur. Aliud Ius Gentium Romae erat, quo patricii distinguerentur a plebeis, apud Liu. 7, 6 extr. Add. 3, 1 pr. Genialia iura cordi Stat. Silu. 3, 3, 108 quae matrimonium imperant, vel simpliciter de matrimonio cogitat, ut Claudian. 3 Stilic. 262 O sociae, mecum thalami quae iura perosae, coniugium. Simile Sen. Hippol. 416 Toruus, auersus, ferox, in iura Veneris redeat. Honorarium, est Viua vox iuris ciuilibus, ut ait Martian. l. Nam et ipsum D. de iustitia et iure. Nempe est Praetorium ius, v. v. Imperatorium, vid. IMPERO. Incorporale Quinctil. 5, 10. Italicum ius, de quo passim in Pandectis, tit. de censib. nihil aliud est, quam Immunitas a tributis. Posteaquam enim Italiae solum immune factum est, prouinciale autem tributarium, multae ciuitates in prouinciis ius Italicum impetrauerunt, ut coloniae, quae iuris erant Italici, quas plurimas Iurisconsulti commemorant in titulo de censibus. Ex Turnebo. Legitimum, vid. LEX. Mancipii ius, est Ius domini emptione acquisiti, vid. h. v. Maritale, a Romulo concessum marito in uxorem, si pudicitiam violasset, et vinum bibisset, horum conuictam pro arbitrio punire, vbi causam cum propinquis cognouisset. Vid. Gell. 10, 23. Municipale, vid. post MVNVS. Ius Naturae, quod nobis non opinio, sed quaedam innata vis afferat, ut religionem, pietatem, gratiam etc. Cic. de Inuent. 2 c. 22. Add. ibid. c. 53. Vlp. in l. 1 §. Ius naturale D. de Iustitia et iure, Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam Ius istud non solum humani generis proprium est, sed et omnium animalium, quae in terra, quae in mari nascuntur, auium quoque commune est. Hinc descendit maris atque feminae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim caetera quoque animalia, feras etiam bestias istius iuris peritia censerit. Sed Sall. Fragm. Hist. 6 Cott. 5 Nam vita et mors iura naturae sunt: vel ut alii, iure naturae sunt, i. a natura est, et immutabile, ut nascantur homines et maritima. **Optimum, Oppidanum, v. ff. l. Ordinarium, opponitur Cognitioni: Suet. Tiber. c. 31. et Claud. c. 51. Conf. Interpp. it. Turneb. Adu. 27, 19. Pacis iura Liu. 5, 27. Pontificium, vid. in PONTIFEX. Precarium Tacit. de German. 44. Praetorium: Papinianus l. ius autem D. de iustitia et iure, Ius Praetorium est quod Praetores introduxerunt adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilibus gratia propter vtilitatem publicam, quod et honorarium dicitur, ab honore Praetorum sic nominatum. Priuatum, est (inquit Vlpian. in l. 1 §. huius studii D. de iustitia et iure) Quod ad singulorum vtilitatem pertinet. Et paullo post, Priuatum ius autem tripertitum est: collectum est enim ex naturalibus praeceptis aut gentium, aut ciuilibus. Proprium: Caius in l. omnes D. de iustitia et iure, Quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est: vocaturque ius ciuile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Publicum: Cic. Fam. 4, 14 Videbam quanto periculo de iure Publico disceptaretur armis. Eadem 6, 1 med. Sermo autem est de bello Caesaris ac Pompeii, quorum hic Senatus iura videbatur defendere. Vlpian. de iustitia et iure l. 1 Ius Publicum est, quod ad statum rei Romanae spectat, Et p. p. in sacerdotibus, in magistratibus consistit. Aliter Ter. in Phorm. 2, 2, 65 Etsi mihi facta iniuria est, etc. P. ha ha he, homo suavis. D. quid est? num iniquum postulo? anne hoc quidem adipiscar ego, quod ius Publicum est, i. quo omnibus uti licet, quod nemini sine iniuria negatur. Cic. Off. 3, 98 c. 26 ex Pacuio, Fide sacratum ius perpetuo falleret, i. iusiurandum. Sed Virg. Aen. 2, 157 Fas mihi Graiorum sacra resoluere iura, oracula fileri iussa. **Sacrum, publicum, priuatum Quinctil. 2, 4. Signata iura sequi Lucan. 3, 302. Singulare ius est, Quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate constituentium introductum est Paulus l. ius singulare D. de Legibus. Summum ius, est quod Iurisconsulti Strictum ius vocant. Cic. Off. 1, 32 c. 10 Existunt etiam saepe iniuriae calumnia quadam, et nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud, Summum ius, Summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbiatum. Ter. Heaut. 4, 5, 48 Ius summum summa saepe est malitia. Summum ius antiqui summam putabant crucem Columel. 1, 7, 2. Cic. Verr. 5, 4 c. 2 Non agam Summo iure tecum: non dicam id, quod debeam forsitan obtinere. Cic. pro Quint. 38 c. 11 Si quid in controuersiam veniret, aut intra parietes, aut Summo iure experiretur? Hotomannus ita explicat, Summo iure agere vel experiri tum dicimur, cum quam maxime possumus duriter et praefraete cum aduersario contendimus, eumque quam asperrimo et vehementissimo iudicio possumus, persequimur. Infra c. 15 sic extulit Cicero, Ad extrema et inimicissima iura cupide decurrere: Inimicissime et infestissime contendere. Add. c. 23. Summo iure contendere, vid. CONTENDO. Triste sepulcri Ouid. Met. 13, 472. Cic. pro Caecin. 69 c. 24 Deinde si de iure Varro quippiam iudicatum est, non potius contra Iurisconsultos statuunt, etc. i. incerto, in quo diuersae sententiae Ictorum. Vetussum Tacit. Ann. 4, 26. Anceps Hor. Serm. 2, 5, 34. Honesti iuris seruator metus Claud. in pr. Conf. Stil. 1, 163. Improba iura Sil. 17, 620. Inclyta Sen. Troad. l. 7. Iniustum, vid. n. 6. Venerabile Stat. Silu. 5, 1, 115. **¶ 5 Verborum formulae: Abire a iure Cic. Verr. 2, 31. Adhibebatur fraus iuri, quo non licebat pro altero agere Quinctil. 2, 15, 30. Adire in ius, vid. ADEO. Tacit. Hist. 4, 48 Prauo certamine legatorum ius Adoleuit. Adducere in ius Cic. pro Quint. 12. Agere iure Lucret. 3, 976. Agere pro suo iure Ter. Andr. 1, 1, 27. Assuetus in iura, vid. ASSUESCO. Calcata iuris nulla restant vestigia******

gia Claud. in Eutrop. 2, 348. Callere iura, Cedere de suo iure, Cedere ius, *vid. hb. vv.* Ius a maioribus nostris ita Comparatum est, ut cuius Roman. libertatem nemo possit inuitus amittere Cic. pro Domo 106. Competebat stricto iure Iabolen. in l. Pannonius Auitus D. de acquir. hered. Liu. 36, 14 Ita Athamania omnis in ius, 5 ditionemque Philippi Concessit. Concurrere de iure, *vid. h. v.* Concedere noua iura Ouid. Rem. Amor. 465. Confringere iura, *vid. CONFRINGO.* Constituire iura Lucret. 5, 1143. Constituire ius in verbis, *vid. h. v.* Liu. 39, 40 Idem, posteaquam ad magnos honores peruenit, summus imperator, et idem in pace, si ius 10 Consuleres, peritissimus: de Catone. Conuenire aliquem in ius, *vid. CONVENIO.* Decurrere ad extrema et inimicissima iura Cic. pro Quint. 48 *est Summo iure uti, siue rigore iuris.* Hic (zephyrus) vites putandi frugesque curandi ius Dabit Plin. 18, 34. *i. tempus ostendet.* Dare ius Cic. de Legib. 2, 31. Ius luxuriae publicae Datum 15 est Sen. Epist. 18. Iusque Datum sceleri Lucan. 1, 2. *i. euentum felicem habuit scelus.* Deducere in ius, *vid. DEDUCO.* Dicere ius Romae Praetoris est, cum illa tria sua verba fatur, DO, DICO, ADDICO. *vid. FASTI dies.* Sed de aliis etiam magistratibus et illorum sententiis dicitur. *vid. IURISDICTIO.* Quin et ad priuatam patrisfamilias velut iurisdictionem pertinet illud Plaut. Bacch. 3, 3, 43. Itur illinc iure dicto, Sit summa in iure dicendo seueritas Cic. Q. Frat. 1, 1, 16. Cum iure Dicendo conuentus circumiret Suet. Caes. c. 7. Praetor ius dicit, etiam cum iniqua Decernit l. pen. de iust. et iur. *vid. Freinsb. ad Flor. 3, 23, 3.* Educere in ius Cic. Verr. 3, 12. 25 Egredi contra ius fasque professionis Scribon. 199. Exsequi ius suum Caes. de B. G. 1, 6. Experiri summo iure Cic. pro Quint. 58. Facere ius dicitur, *Quod iuris atque legis vim habet:* Vlpian. in l. non ambigitur D. de Legib. Non ambigitur Senatum ius Facere posse. *h. e. Senatusconsulta pro lege haberi. Verbum est iurisper-* 30 *ritis notum.* Ferre ius in armis Liu. 5, 36. Facere ius ense Lucan. 3, 821. Iniustum ius sibi vbique Facit Albinou. ad Liu. 54. Firmare ius Tacit. Ann. 4, 11. Imminuere ius, vel violare Cic. pro Rosc. Amer. 109. Inflectere ius gratia, *vid. INFLECTO.* Tacit. Ann. 4, 19 Nec Infringendum Consulibus ius. Intercedit ho- 35 mini cum genere humano quasi ius ciuile, *vid. INTERCEDO.* Ire in ius Nep. 25, 6, 3. Migrare communi iure, *vid. MIGRO.* Mutare ius, *vid. MVTO.* Iura neget sibi Nata nihil non arroget armis Achilles Horat. A. P. v. 122. Nouatum ius naturae Ouid. Met. 4, 279. Obrutum vi ius Patere. 2, 3. Obterere iura, *vid. OB-* 40 *TERO.* Obtinere suum ius Cic. pro Quint. 34 c. 9. Orare Plaut. Trin. 5, 2, 37. Persequi suum Cic. pro Caecin. 8. Peruertere Idem Off. 1, 26. Postulare Liu. 5, 36. Plant. Pseud. 5, 2, 16 Ius Petis, fateor, *i. Aequum est.* *vid. Ius bonum dicis etc. supra n. 1.* Curt. 5, 7, 8 Vnde tot gentes ante iura Petebant, *quem iudicem agno-* 45 *scebant.* Petere iura in Baeticam, *vid. Ad Seras aliquid peteret, in AD Praeposit.* Perdiscere iura benevolentiae, *vid. PERDISCO.* Procurrunt in ius Hor. Serm. 1, 7, 20. Proditum est hoc iuris a maioribus, etc. Cic. pro Domo. Rapere aliquem in iura Hor. Serm. 2, 3, 72. *Conf. Plaut. Rud. 3, 6, 22.* Reddere ius Praetor 50 quoque dicitur, etiam quum inique decernit, relatione scilicet facta non ad id, quod ita Praetor fecit, sed ad illud, quod Praetorem facere conuenit Paullus in l. ius pluribus D. de iustitia et iure. *vid. REDDO.* Rumpere ius gentium Liu. 4, 17. Resoluere iura pudoris Virg. Aen. 4, 27. Respondere ius, vel de iure Cic. de Orat. 1, 198. et 2, 55 142. Sum: ut, Esse sui iuris Sen. Epist. 11. Pari iure Esse quo caeteri Suet. Aug. c. 56. Liu. 21, 10 Vicerunt ergo dii hominesque: et id, de quo verbis ambigebatur; vter populus foedus rupisset, euentus belli, velut aequus iudex, vnde ius Stabat, ei victoriam dedit. 60 Quinctil. 1, 4 Non propter historias modo, sed verba, quae frequenter ius ab auctoribus Sumunt. Tenere ius suum Cic. pro Caecin. 74. Quinctil. 5, 10 Quia ad illum ius, ad hunc res Transeat. Viuere aequo iure cum caeteris Liu. 21, 3 *extr.* Vocare in ius Cic. pro Quint. 61. et Verr. 2 c. 76. Ad iura vocare Iuuenal. 15, 135. ¶ 6 *Etiam de potentia et vi dicitur iusta iniusta, cum illa velut succedit in locum iuris et ea, quae alias iure fiunt, efficit.* Sallust. Iug. 3, 1 Quoniam neque virtuti honos datur, neque illi, quibus per fraudem ius (honorum) fuit, tuti, aut eo magis honesti sunt. Liu. 1, 49 Neque enim ad ius regni quidquam praeter vim habebat. Tacit. Ann. 14, 50 Venditata ab eo munera principis, et adipiscendorum 70 honorum ius. Iterum Sallust. Catil. 20, 7 Nam postquam Resp. in paucorum ius atque ditionem concessit. Sen. de Ira 1, 8 Nihil rationis est, vbi semel affectus inductus est, iusque illi aliquod voluntate nostra datum est. Quinctil. Decl. 12, 9 Deuorauimus homines, et quidem auide, qui diu nihil ederamus: et tamen coepisse difficillimum fuit. Postquam ius factum est (*ex ipsa nempe consuetudine, vel ut ipse statim explicat*) postquam nemo erat in ciuitate, quem confiteri puderet, etc. Apparet, non mutare ius plane significationem suam, sed significare certe personatum vel simulatum, affectatumque ius. Sic et Poetae. Albinou. ad Liu. 54 de Fortuna, Iniustum ius sibi vbique facit. Sic Lucan. pr. Iusque datum sceleri, *i. successus, et impunitas, ut si iudex aliquem iniuste absoluit, quod Germanice etiam dicimus recht geben.* Idem 4, 811 Ius licet in iugulos nostros sibi fecerit ense Sulla. Add. 8, 642. 9, 1073. Sic etiam Plin. 2, 7 Imperfectae vero in homine naturae praecipua solatia, ne deum quidem posse omnia, etc. nul- 85 lumque habere in praeterita ius, praeterquam obliuionis. Habere ius in aliquem Lucan. 9, 890. Habet ius abdicandi Quinctil. 3, 6. Petit ius et moderamen equorum Ouid. Met. 2, 48. In ius potestatemque venire Liuius. Ius et ditionem saepe coniungit. *vid. Drakenb. ad 32, 33, 8.* Liu. 34, 57 Quae ex his habere victori, quibus multari eos velit, ipsius ius atque arbitrium esse. Add. 24, 37. Captis superioribus iugis in subiectos suo iure detonuit Flor. 1, 17, 5. Equites Rom. tanta potestate subnixi peculabantur suo iure Remp. Id. 3, 17, 3. Nimium sui iuris sententiaeque Cic. Verr. 1 c. 7. Iuris sui esse, ac mancipii: *i. Sui arbitrii, et nemini parere,* Cic. Fam. 16, 7 90 Quaerenda esse arma putasti, quibus dominari prohiberetur: scilicet ut illo prohibito, rogaemus alterum, qui se reponi in eius locum pateretur? an ut esset sui iuris ac mancipii Respublica? *Conf. Sen. Epist. 11.* Facere legiones sui iuris Vell. 2, 69, 2. *i. in suas partes adsciscere.*

IURISPRVDENTIA, ac. f. (*inquit Vlpian. in l. iustitia D. de iustitia et iure*) est Diuinarum atque humanarum (*naturalium ac moralium*) rerum notitia, iusti atque iniusti scientia. Magnam prudentiam iuris ciuilis et rei militaris tribuit Cimoni Nep. 5, 2, 1.

IVSIVRANDVM, iurisiurandi. n. [*ἵρκος, ἵρκιον, ἰρκιωμοσία*] Est Affirmatio religiosa, Quod autem affirmate, quasi deo teste, promissio-

- ris, id tenendum est. — Praeclare Ennius, O fides alma apta pennis (*Fides Dea alata fingeatur*) et iusiurandum Iouis, Qui igitur iusiurandum violat, is fidem violat. — Et n. 107 Fides iurisiurandi saepe cum hoste seruanda. *Ponamus, quia hic fumus etiam ista: n. 98*
- 5 c. 26 Cuius ipse princeps iurisiurandi fuit, — solus neglexit fidem — Fide sacratum ius perpetuo falleret. Fide sacratum ius Pacuio *hic est* iusiurandum. Sic Naeuius apud Festum voce Sagmina, Ius sacratum Iouis iurandum sagmine. Apul. de Deo Soer. p. 45, 8 Nam et Iusiurandum Iouis iurandum dicitur, ut ait Ennius. Terent.
- 10 Hec. 5, 1, 24 Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem, sanctius quam iusiurandum, id pollicerer tibi, Me segregatum habuisse — Illic iusiurandum pollicere illis: exple animum illis, teque hoc crimine expedi. Plaut. Pseud. 1, 2, 63 Qui item ut nos, iureiurando malo quaerunt rem. Caes. B. C. 1, 76 Sic terror oblat
- 15 tus a ducibus, crudelitas in supplicio, noua religio iurisiurandi, spem praesentis deditiois sustulit. Cic. Off. 3, 111 Nullum enim vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. *Formulas vid. apud* Plaut. Rud. 5, 2, 51. Sollemnè iusiurandum Tacit. Ann. 16, 22. Iurandi formula iuris Ouid. Epist. 21, 133.
- 20 ¶ 2 *Formulae:* Accipere iusiurandum, *vid.* ACCIPIO. Accommodare iusiurandum, *vid.* ACCOMMODO. Addicere aliquem ad iusiurandum, *vid.* ADDICO. Adigere iureiurando, *sive* ad iusiurandum: *vid.* ADIGO. Caes. B. C. 1, 67. *vid. h. l. Giaccon.* Adactum iusiurandum: Vlpian. in l. Iurisgentium §. item si quis D. de pactis, Nec iusiurandum de hoc Adactum, ne quis agat, seruandum, Marcellus scribit. Affirmare cum iureiurando Scribon. Perorat. Alligauit fidem iureiurando suam Sen. Troad. 6. Tacit. Hist. 4, 41
- 25 Senatus inchoantibus primoribus iusiurandum Concepit. Idem Hist. 4, 31 Et quum caetera iusiurandi verba Conciperent, etc. Condere iusiurandum, *vid.* CONDO. Conseruandi iurisiurandi causa ad cruciatum reuertisse Cic. Off. 3, 103 c. 28. Idem Off. 3, 112 Iuravitque se illum statim interfectorum, nisi iusiurandum Dedisset, se patrem missum esse facturum. *Add.* Plaut. Most. 5, 1, 36. Deferre iusiurandum Quinctil. 5, 6 *ad fin.* Liu. 32, 5 *pr.* Ita et in Achaïam
- 35 legatos misit, qui iusiurandum in verba Philippi Exigerent, simul qui redderent Achaeis. Facere gratiam iurisiurandi Plaut. Rud. 5, 3, 58. Cic. de Legib. 2, 16 c. 7 Quum intelligat, quam multa Firmentur iureiurando, etc. inter ipsos homines diis immortalibus interpositis, tum iudicibus tum testibus. Interponere iusiurandum, *vid.* INTERPONO. Negligere iusiurandum Cic. de Arusp. Resp. 36. Obstringere aliquem iureiurando Hor. Serm. 2, 3, 179. *Vid.* OBSTRINGO. Offerre iusiurandum, *vid.* OFFERO. Offerre et deferre iusiurandum Quinctil. 5, 6. Polliceri *habuimus* ex Ter. Hec. 5, 1, 25. Remittere iusiurandum de calumnia parentibus et patronis Paull. in l. de
- 40 die §. vlt. D. qui sat. cogant. Seruare Nep. 17, 2, 5. Stare alieno iureiurando, quam suo mauult Quinctil. 5, 6. Tradere ab iureiurando Scribon. Ep. *med.* Violare iusiurandum, *i. fidem* Cic. Off. 3, 104. *Plur.* Iurairanda ex Pacuio dicitur esse apud Festum.
- 45 IURISDICTION, ònis. f. [*δικαιοσύνη*] *Facultas atque potestas iuris dicendi, quae proprie Rep. quidem libera est* Praetoris Urbani, Peregri, et Prouincialis, quae constat Edicto, et decretis ex edicto, ubi tribus illis verbis utitur, DO, DICO, ADDICO. Cic. Verr. 2 c. 48 An dubitabit quisquam, quin is venalem in Sicilia iurisdictionem habuerit, qui Romae totum edictum atque omnia decreta vendiderit,
- 50 Pulchre, ut caetera, hoc ostendit Ernestus in Clauae Cic. ubi Causis priuatis Ciceronis aeuo ita propriam fuisse demonstrat, ut publicis quaestionem. Cic. pro Flacc. 6 Praeturae iurisdictione res varia et multiplex ad suspensiones et similitates non attingitur, etc. Idem Q. Frat. 1, 1. In iurisdictione postulatoribus nisi sequenti die ac per libellos non temere
- 60 respondit Suet. Ner. c. 14. Libera iurisdictione, *vid.* Suet. Calig. c. 16. Abrogare iurisdictionem, *vid.* ABROGO. Conficere iurisdictionem Cic. Fam. 2, 13. Intermittere iurisdictionem Idem de Arusp. Resp. 55. Obuenit Tac. Agric. 6, 5. Mea iurisdictione est Sen. de Clem. 1, 1. ¶ 2 Iurisdictiones mediterraneas Plin.
- 65 5, 28 *vocat, quos alias* Conuentus dicit, v. v. n. 2.
- IURISCONSULTVS, et IURECONSULTVS, i. m. [*νομικός*] Cic. de Legib. 2, 48 Sed Iurisconsulti, siue erroris obiciendi causa. etc. *Vid.* CONSVLO. Iurisconsultus in eodem iudicio utriusque litigantium operam dare poterat. Cic. pro Muraen. 26 c. 12 ubi, postquam formulam actoris in litis contestatione protulit, subiicit, Quid huic tam loquaciter litigioso responderet, vnde petebatur, non habebat. Transit idem Iureconsultus, tibicinis Latini modo, vnde tu me, inquit, in iure manu confertum vocasti etc. *Add.* 9 c. 4 Si tibi necesse putas etiam aduersariis amicorum tuorum de iure consulentibus respondere,
- 70 et si turpe existimas, te aduocato illum ipsum, quem contra veneris (*tanquam aduocatus amici tui, sed cui de iure ante responderis*) causa cadere (*quod optas pro amico, metuis pro consultore*) noli tam esse iniustus, ut, cum tui fontes vel inimicis tuis pateant, nostros riuiolos etiam amicis putes clausos esse oportere. Nempe Icti erat verum de
- 80 iure omnibus dicere, etiam inimicis; illud verum unum est, et immutabile: patroni vero erat omni consilio, studio, opera, arte, mendacio etiam iuuare clientem, oppugnare, in illa quidem causa, aduersarium. *Add.* Cic. de Orat. 1 c. 45. Consultus iuris Hor. de Arte Poët. 369. Ouid. Her. 20, 30 Amor Iurisconsultus est. Nam sic scribit Cydippae Acontius, Dictatis ab eo feci sponsalia verbis, Consultoque fui iuris Amore vaser. Coniugia in malos Iurisconsultos habet Cic. de Orat. 1 c. 55 extr. Leguleius quidam cautus et acutus, praeco actionum, cantor formularum, auceps Syllabarum.
- 85 IURISCONSULTOR, òris. m. Rufus Breuiar. 16, 8 de Vlpiano.
- 90 IURISPERITVS, IUREPERITVS, IURISPRVDENS, vix inueniuntur, nisi disiunctim. Sic Cic. pro Cluent. 107 c. 38 Quis iure peritor? Idem de Clar. Orat. 81 c. 21 Fabius iuris bene peritus. Claudian. in Eutrop. 2, 347 Prudensque mouendi Iuris.
- IURIDICVS, a, um. Adj. [*ἰουδικός*] Ut Iuridicus dies, Quo rite ius dici potest: et Iuridica actio, Quae secundum ius est, apud Ictos. Plin. 3, 1 Iuridici conuentus ei quatuor. *i. In quibus iura redduntur.* ¶ 2 *Substant.* Iudex Flentes Eurydicen iuridici sedent Sen. Herc. fur. 581. *Add.* Tit. ff. de Officio Alexandrini Iuridici. *Hic δικαστὸς in* Gloss. Lat. Gr. dicitur. *Vid.* Ictos.
- 100 IURIDICINA, ae. f. Tertull. de Pall. c. 3 Praetura est, Cato iuridicinae suae tempore humerum exsertus.
- IURIDICIALIS, e. Adj. [*δικαιολογικός*] Cic. de Inuent. 1, 14 c. 9 Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit, deliberatiuam, demonstratiuam, iuridicialem, negotialem. Conf. Id. Top. 105 c. 24 extr. Quinctil. 3, 8 Iuridicialis status.

IVSCVLVM, vid. IVS pro Liquore.

IVSQVIAMVS, i. m. i. *hyoscyamus*. Pallad. 1, 35. Macer. 2, 35.

IVSSVS, a, um. Partic. a Iubeo: et IVSSVM, iussi. Vid.

IVBEO.

IVSTVS, a, um. Adi. [*δικαιος*] Qui praecepta iuris servat, vel quod cum regula sua congruit, quod formulae, definitioni, mensurae respondet: nam a Iure dicitur. Plaut. Pseud. 1, 3, 72 Non est iustus quisquam amator, nisi qui perpetuat data. Annos iustos peragere, fato praefinitos Ouid. Met. 10, 36. Arma iusta mouere Ouid. de Arte Am. 2, 398. Bella iusta gerere Idem Met. 8, 58. Iusta causa Cic. de Fin. 4, . . . et Phil. 2 c. 22. — Iustior Liu. 4, 53. Causa iustissima Ouid. ex Pont. 1, 5, 25. Cic. de Amicit. 80 Magna etiam dissidia, et plerumque iusta nasci, quum aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur. Idem Catil. 3, 23 extr. Nam multi saepe honores diis immortalibus iusti habiti sunt ac debiti, sed profecto iustiores nunquam. Imperium iustissimum Caes. B. G. 1, 45. Litem iustam intendere Lucret. 3, 963. Ouid. Met. 13, 70 Adspiciunt Oculis superi mortalia iustis. Potestas Hor. Serm. 2, 7, 63. Preces Ouid. Met. 3, 406. Princeps iustior Val. Max. extr. op. Querela Ouid. ex Pont. 4, 3, 22. Seruitus, In qua nihil iniquum iubetur, inquit Donatus Ter. Andr. 1, 1, 9. Vir iustus et tenax propositi Hor. Carm. 3, 3, 1. Iusti dies auctore Macrobio Sat. 1, 16 dicebantur Continui XXX dies, quibus exercitu imperato vexillum ruffi coloris in arce positum erat. Erant et Iusti dies, XXX dies, qui concessi aeris et debiti damnatis conquirendae pecuniae causa dabantur lege XII Tab. auctore Gell. 19, 1. it. Fest. Plaut. Mil. 3, 1, 50 Et meae orationis iustam partem persequi, etc. Cic. de Legib. 2, 22 Praeter Idaeae matris famulos, eosque iustis diebus, ne quis stipem cogito. Plin. 10, 53 Post solstitium nata non implent Magnitudinem iustam. Ouid. Met. 2, 103 Utque labant curvae iusto sine Pondere naues. Tempus iustum pugnae Virg. Aen. 10, 11. Iustum est, vehes XVIII iugero tribui Plin. 18, 23. i. neque excedens neque deficiens. Add. Id. ib. p. p. Plin. in Praef. 8 Opere iusto temporum nostrorum historiam orsi, quod mereatur opus vocari, non opusculum. Asconius in Verr. 1, 15 Iustas inimicitias, pro Magnis, apud Ciceronem exposuit: male sane. Sunt ibi quoque iustae, idonea causa susceptae. Iustum exercitum dicimus, iustum item praelium, quod hoc nomine dignum esse significare volumus, non leuem velitationem. Liu. 39, 2 Deinde eos, qui in montibus erant, adortus, primo leuibus praeliis fatigauit: postremo coactos in aciem descendere, iusto praelio deuicit. Sic 26, 3 extr. Prius quam dies Comitiorum aderat, Cn. Fuluius exulatum Tarquinius abiit: id ei iustum exilium esse sciuit plebs. i. Plebs decreuit spontaneum exilium Fuluium plenum et verum esse, aut pro pleno et legitimo cedere. Acies iusta Quint. 1, 10. Annis Liu. 1, 4. non modo riuus. Exercitus Vell. 2, 61, 2. Libertas Suet. Aug. c. 20. Triumphus Suet. . . . Victoria Cic. Fam. 2, 10. ubi conf. Manut. Volamina Vell. 2, 48, 5. et c. 119, 2. Caius in l. 2 D. de adoptionibus, de arrogatione loquens, Is qui adoptat, inquit, rogatur, id est interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse. Omnibus partibus, ut ita dicam, filiationis veri filii vicem obtinentem, naturalis et legitimi filii loco assumptum. Cic. Off. 1, 43 Quare L. Sullae et Caii Caesaris pecuniarum translatio a iustis Dominis ad alienos, non debet liberalis videri. Varro de R. R. 2, 10 In emtionibus dominum legitimum sex fere res perficiunt, si Hereditatem iustam adiit: i. legitima requisita habentem. Iustis legibus operata iuuentae femina, i. menstruata Col. 10, 349. Vid. n. 3 iusta. Liu. 39, 53 pr. Nam etsi minor aetate quam Perseus esset, hunc tamen iusta Matrefamiliaris, illum pellice ortum esse. Cic. Tusc. 1, 85 Metellus ille honoratus quatuor filiis, ac quinquaginta Priamus, quibus decem et septem iusta Vxore natis, etc. Liu. 24, 60 14 pr. Bona fortique opera eorum se ad eam diem usum: neque ad exemplum Iusti militis quidquam eis praeter libertatem, deesse. Add. Suet. Galba c. 12. Operam iustam reddere, i. Pensum, opus debitum et consuetum perficere Columel. 6, 3. Pax Lucan. 4, 385. Testamentum iustum dicitur, Quod est sollempniter factum Vlpian. in l. 1 D. de except. rei iudicatae. Iustum vadem, Idoneum sponso- rem vocabant veteres, inquit Festus. Cic. de Fin. 1, 2 Ut prope- modum iustioribus utamur illis, qui. i. Videantur nobis iustiores. Iusto, Ablatiuus vice Aduerbi: Ferocior iusto Vell. 2, 49, 4. Quint. Sil. 9, 4. Membrum longius iusto, tardum: breuius, instabile est. Iusto liberius viuere Nep. 2, 1, 2. In MSS. permisceri Iustus et Iustus notat Drakenborch. ad Sil. 13, 379. ¶ 2 Iusta, orum. n. Pl. [*εὐαίμακτα*] Sunt Exsequiae, i. Sacrificia, quae mortuis impenduntur, quod iure fierent his, qui de nobis viuentes bene meriti fuerant. Cic. pro L. Flacc. 95 Iusta Catilinae facta sunt. Ouid. Fast. 2, 569 75 Hanc quia iusta ferunt, dixere feralia lucem. Facere iusta, in praecedentibus exemplis. it. Cic. de Legg. 2 c. 22. et Sall. Jug. 11, 2. Plin. 2, c. vlt. Eae quum secutis diebus iusta peragerent, inuenisse dicuntur in sepulcro epistolam Dionysodori nomine ad superos scriptam. Perficere iusta manibus alicuius Cenotaph. Pis. v. 18. Perfolui iusta patri Sen. Oedip. 14. Add. Cic. de Legg. 2 c. 22. Iusta funebria Liu. 1, 20. Curt. 4, 12, 2. Cic. de Legib. 2, 57 c. 17 Non solum vita cruciati atque dedecore, verum etiam sepultura et iustis exequiarum caruerunt. Cic. pro Rosc. Amer. 24 Hunc miserum luctu perditum, qui nondum etiam paterno funeri iusta soluisset, nudum eiecit domo, etc. Iusta funerum reicere Cic. de Legib. 2, 67. Reddere iusta funeri Plin. 10, 2. ¶ 3 Sed etiam de aliis usurpatur, quae lege, more, modo suo fieri indicatur. Iusta feminarum praecipitantur, i. menstrua Plin. Valer. 4, 1. de amygdalis. Iustas leges iuuentae vocat Colum. 10, 349. Liu. . . . Venientibus obuiam cunctus Senatus egressus, iustis omnibus hospitalibus, publicisque et priuatis fungitur officiis. Columel. 11, 2 Item vinearum fossio iisdem locis peragenda, arborumque, siue putatio, siue alligatio fumenda est, quorum iusta certa esse non possunt. Iusta militaria Liu. 24, 48. Columel. 2, 4 Tum etiam ratio rustici aggrauatur exiguo operis profectu, iusta enim fieri nequeunt, quum induruit ager. Ad iusta perducere Columel. 6, 14. Iusta operum peragere Columel. 9, 8. Idem 1, 8 Quaerat an ex sua constitutione iusta percipiant. Iusta reddere Columel. 2, 8. Persequi et exigere iusta Columel. 12, 3.

IVSTE. Adu. [*δικαιως*] Iure, recte, legitime. Cic. Fam. 4, 2

At hoc ipsum inquires, inique facis, immo iustissime. Add. Id. Ep. ad Brut. 4. Val. Max. 1, 1, 13. Idem in Sallust. 1 Id vos si forte offendimini, iustius huic quam mihi succensere debetis. Iustius fieri Cic. de Fin. 1 c. 20. — reprimi Horat. Sat. 2, 4, 86. Add. 10

Prudent. Pass. Vincentii v. 188. Iuste et legitime imperare Cic. Off. 1, 13 c. 4. Neque ille exotico puluere dentes emaculet, quos iustus carbone de rogo obtriuierit Apul. Apol. . . . Iustissime in vtero esse Gell. 3, 10. *i. per legitimum tempus.*

5 **IUSTITIA**, ae. f. [*δικαιοσύνη*] est (inquit Cic. de Fin. 5, 65) Animi affectio suum cuique tribuens, atque hanc quam dico societatem coniunctionis humanae, munifice et aequae tuens. *Aliquando pro Aequitate: ut Nepos Aristide c. 2 Eius aequitate factum est, cum in communi classe esset Graeciae simul cum Pausania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut summa imperii maritimi transferretur ad Athenienses. Namque ante id tempus, et mari et terra duces erant Lacedaemonii: tum autem intemperantia Pausaniae, et iustitia factum est Aristidis, ut omnes ciuitates Graeciae ad Atheniensium societatem se applicarent.* *Pro Clementia.* Ter. Heaut. 4, 1, 33 Nunc hoc te

15 obsecro, quanto tuus est animus natu grauior, ignoscentior; ut meae stultitiae in iustitia tua sit aliquid praesidii. *Sic, Iusta seruitus est Clemens Idem Andr. 1, 1, 9. Sic item Iustitiam et Lenitatem, tanquam Synonyma coniungit Cic. pro Marcel. 12. Ordinata erat in XII Tabulis tota iustitia, i. Iuris ratio Flor. 1, 24. Cura iustitiae Ouid. Epist. 20, 169. Alienigena iustitia, vid. ALIENVS. Inluta iustitia, religioque ea tempestate Numae Pompilii erat, vid. INCLYTVS. Potens Hor. Carm. 2, 17, 15. Salubris Idem de Arte Poët. 99. Agitare iustitiam, vid. AGITO. Colere iustitiam, vid. COLO. Confedit iustitia in mente, vid. CONSIDEO. Fre-*

25 nare gentes iustitia Virg. Aen. 1, 523. Temperare vires iustitia Ouid. ex Ponto 3, 6, 24. ¶ 2 Plur. Cic. de Fin. 3, 70 c. 21 Nec Iustitiae esse omnino poterunt, nisi ipsae per se expetantur. ¶ 3 Iustitia ut aliae virtutes pro Popopoeia quadam inter Deas relata. Virg. Georg. 2, 474 Extrema per illos Iustitia excedens terris vestigia fecit. Petron. c. 124 p. 591 *Burm.* Huic comes it submissa Fides, et crine soluto Iustitia, ac moerens lacera Concordia palla. *Nempe haec Δίκη Graecorum, it. ASTRAEA, f. Virgo, de qua Hesiodus, et Aratus Phaen. 133 sqq. Add. Hygin. f. 130 Erigone signum Virginis, quam nos Iustitiam appellamus.*

35 **IUSTIDIVM**, i. n. *Tempus 30 dierum, iudicato faciendo destinatum: vid. Salmaf. de Modo Vfur. p. 810 qui prouocat ad Vet. Gloss. itemque ad Gell. 20, 1, 43 Confessi aeris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati, conquirendae pecuniae causa, quam dissoluerent. Eosque dies decemviri iustos appellauerunt, velut quoddam iustidium (sic ait in veteri libro esse: sed describitur a Gronouits, qui iustitium retinent recte) id est iuris inter eos quasi interstitutionem quandam et cessationem, quibus diebus nihil cum his agi iure posset.*

40 **IUSTIFICVS**, a, um. Adj. [*δικαιοποιός*] *Qui facit iustitiam.* Catul. Argon. 62, 406 Iustificata mens deorum.

45 **IUSTIFICO**, are. Tertull. adu. Marc. 4, 17.

IUSTIFICANS, antis. Part. Vulg. 1 Reg. 8, 32. et Rom. 3, 26.

IUSTIFICATVS, a, um. Part. Prudent. Apoth. 885. Vulg. Rom. 5, 1.

IUSTIFICATIO, onis. f. *pro legibus diuinis* Saluan. de

50 *Gub. p. 381. Item* **IUSTIFICATOR**, oris. m. et **IUSTIFICATRIX**, icis. f. Tertull. adu. Marc. 4, 36. *Voces apud Scriptores Ecclesiasticos.*

IUSTITIVM, i. n. *Iurisdictionis intermissio, tum ob alias causas, tum in luctu publico.* Liu. 26, 26 Ac prope iustum iustitium omnium rerum futurum videbatur, donec Consul ad urbem redisset, i. *Omnia acta publica esse suspensa.* Cic. Att. 4, 17 Fauere iustitio, et omnium rerum licentiae. Gell. 20, 1 modo dedimus in **IUSTIDIVM**.

60 *Ferale iustitium* Lucan. 2, 17. *Tristi iustitio clausa fora* Lucan. 5, 31. *Conf. Id. ib. v. 116. Cic. de Arusp. Resp. 55 Quae sunt occultiora, quam eius, qui in concione ausus est dicere iustitium edici oportere, iurisdictionem intermittere, claudi aerarium, iudicia tolli? Add. Id. pro Planc. c. 14. Indicere iustitium, vid. INDICO. Remittere iustitium, sicut Indicere iustitium Liu. 10, 21. Seruatum est iustitium per aliquot dies Liu. 3, 5. Iustitium est luctus publicus Fulgent. de Prisco Serm. Statim a funere ad negotiorum consuetudinem rediit, iustitio longiore prohibito Suet. Tib. c. 52. Eadem (Drusilla) defuncta iustitium indixit, in quo risisse, lauisse, coenasse cum parentibus, aut coniuge liberisque, capitale fuit Id. Calig. c. 24. Sic affectae domus triste fatum tota etiam ciuitas conge-*

70 mebat, luctuque publico confestim congruens edicitur iustitium Apul. Met. 5 sub fin. *Add. Sidon. Epist. 2, 8.*

I V T

75 **IUTVRNA**, ae. f. *Nympha Latina, soror Turni, a Ioue vitata, cuius meminit Virg. Aen. 12, 146 Disce tuum, ne me incuses Iuturna dolorem.* ¶ 2 *Item Fons, vbi aegroti bibere solebant valetudinis causa Varr. de L. L. 1, 10.*

I V V

80 **IUVAMEN**, vid. **IUVVO**.

IUVENALIA, **IUVENALIS**, vid. **IUVVENIS**.

85 **IUVENCVS**, i. m. [*πρόβαξ, δαμάλη*] et **IUVENCA**, ae. f. *a Iuuando: Qui iam (ut ait Varro de L. L. 4, 19) ad agrum colendum iuuare posset. Videtur tamen maxime ad aetatem referri.* Plaut. Truc. 2, 2, 64 Vidi equidem iuuenem ex indomito domitum fieri, atque alias beluas. Est in iuuenis, est in equis patrum Virtus Horat. Od. 4, 4, 30. Fortes iuueni Virg. Georg. 3, 50. Laborifer Ouid. Met. 15, 129. Lunati fronte Stat. Theb. 6, 267. Petulans torua fronte Sen. Hippol. l. 3. Pulcher Virg. Aen. 5, 399. Rudes operum Ouid. Fast. 1, 83. Toruus Idem Met. 10, 237. et

90 6, 115. Consuefcere iuuenem aratro, vid. **CONSVESCO**. *Disiungere fessos iuuenos* Ouid. Met. 14, 648. *Proscindere terram validis iuuenis* Virg. Georg. 2, 237. *Aratra iugo referunt suspensa iuueni* Virg. Ecl. 2, 66. *Sociare iuuenos imposito aratro* Stat. Theb. 1, 132. *Cornigeras iuuenas* Ouid. Met. 13, 927. *Formosa* Virg. Georg. 3, 219. *Nitens* Ouid. Met. 1, 611. *Niuea* Idem ibid. 1, 652. ¶ 2 *Metaph. de Homine quoque iuente: Hor.*

100 *Carm. 2, 8, 21*

Te suis matres metuunt iuuenis,

Te senes parci, miseraeque nuper

Virgines nuptae.

Porphyrius: Iuueni ergo non tantum Boues dicuntur, sed Homines: quamuis in vsu sit, ut non nisi per diminutionem Iuuenulos dicamus.

105 Equus

Equus iuuenus Lucret. 5, 1073. ¶ 3 *Etiam Femininum*
est. Varro R. R. 2, 5, 6 Iuuenus et iuuenca. Ouid. Epist. 5, 117
Graia iuuenca venit, quae te, patriamque domumque Perdat. Iu-
uencae aues Plin. 10, 53.

IUVENCVLVS, i. m. Dimin. [*δομάλιον*] Catul. 22, 1 Qui 5
flosculus es iuenculotum. ¶ 2 Iuenculae viduae Ter-
tull. de Monogam. c. 1.

IUVENCVLASCO, Ære. Ambros. de Cain. c. 1.

IUVĒNIS, Adi. [*νῆος, νεότης*] *adjuuando, quod ea aetas maxi-
me sit apta ad laborem tolerandum. Vel, ut Varro ap. Censorin. c. 14 10*
Quod Remp. in re militari possunt iuuare. *Et q Jurisconsultis Iuue-
nes dicuntur, Qui adolescentium excefferunt aetatem, quoad incipient*
*inter seniores numerari. Aetas haec a XXX ad XLV annum nume-
ratur Varr. ap. Censorin. de Die Nat. c. 14. Conf. Gell. 10, 28. Ma-
nut. ad Cic. Fam. 2, 1. Voss. Inst. Or. 1 p. 291. Plin. 7, 36 Cornelia 15*
enim iuuenis est, et parere adhuc potest. Furor iuuenum Sen.
Theb. f. 2. Princeps iuuenum Ouid. de Arte Am. 1, 194. Sic
iuuenis, similisque tibi fit natus Ouid. Trist. 4, 5, 31. i. filius. Add.
Tacit. H. 2, 77, 2. Nouem iuuenes eadem matre geniti patrem
comitabantur Curt. 6, 5, 4. Conf. Id. 8, 2, 33. Agrippa iuuenis, 20
Antonius iuuenis Suet. . . Marius iuuenis, Pompeii iuuenes Flor. . .
Add. l. 4 §. 10 D. de re milit. Telluris iuuenes Hor. Od. 2, 12,
7. i. filii f. gigantes. Praelia differ In iuuenem Claud. Conf. Hon.
4, 385. i. aetatem iuuenilem. Egregius iuuenis Virg. Aen. 5,
361. Feruidi Hor. Carm. 4, 13, 26. Feruus Sen. Hippol. 2. 25
Imberbis Hor. de Arte Poët. 161. Laudatus Stat. Silu. 5, 1, 11.
Proterui Hor. Carm. 1, 25, 2. Valens Ouid. Met. 15, 207. Ad-
stringere iuuenem, vid. ADSTRINGO. Fieri iuuenem Quinctil. 2,
2.

¶ 2 Iunior in Comparatio facit. Columella Iuuenior
dixit 9, 11 de apibus, Iuueniori examini solet accidere. *Alia exem- 30*
plaria habent Iuniori. Aetate iuuenior Apul. Met. 8 p. 210. Add.
Plin. Ep. 4, 8, 5. *ubi etiam Curtius retinet, et ex MSS. et Apuleio firmat.*
Plin. 18, 3 Iuniorum familiae bubulcum nominauerunt. Toto iu-
nior anno Hor. Epist. 2, 1, 44. Galeria iuniorum (tribus) quae
forte praerogatiua erat Liu. 27, 6. Iuniores cerui Plin. 8, 32. 35

¶ 3 Iuuenis, *Adiectiuum esse ostendit, quod etiam de femina dicitur.*
Apul. Met. 7 p. 197 med. *Visa quadam honesta iuuenes in eam furiosos*
*direxit imperus. Columel. 7, 3 Femina post bimatam maritari de-
bet, iuuenisque habetur quinquennis. Ouid. Met. 7, 295 — Et*
admonitus iuuenes nutricibus annos Posse suis reddi. Iuuenem 40
praestare capillum Sammon. p. 2.

IUVĒNILIS, e. Adi. [*νεανιός, νεαρός*] *Quod in iuuenes depre-
benditur, eum decet etc. ut Iuuenilis ludus vel iocus Liu. 1, . . . et*
5. . . . Annis iuuenilibus iuncti Ouid. Met. 8, 632. Ardor
Sen. Octau. 4. Val. Max. 5, 6 ext. Calor, vid. CALOR. 45
Carmina Ouid. Trist. 2, 339. Corpus Virg. Aen. 5, 475. Decus
Lucan. ad Pison. . . . Gratia Stat. Silu. 2, 2, 10. Incepta
Ouid. Epist. 18, 35. Superfluentes iuuenili quadam dicendi Impunitate
et Licentia Cic. de Clar. Orat. c. 91. Opus nitidae iuuenile palaestrae Ouid.
Met. 6, 241. *De ανυστοξ* Ouid. Rem. Am. 399. Subiti Praeceptus iuuenile 50
pericli Stat. Silu. 1, 4, 51. Robur velut iuuenile, de viribus Colum.
4, 3, 4. Vis Ouid. Met. 12, 461. Laeta et iuuenilia lusi Idem
Trist. 5, 1, 7. Iuuenile, *Aduerb.* Vagamem Stat. Silu. 3, . . .
Iuuenilior: Ouid. Met. 14, 639 Silenusque suis semper iuue-
nilior annis. 55

IUVĒNILITAS, ātis. f. pro Iuuentus: Antiquum. Varr.
Tithono, Quam dereliquit multicupida iuuenilitas. Ex Nonio
2, 418. et 5, 42.

IUVĒNILITER, Adu. [*νεανικώς*] *More iuuenum, quemadmo-
dum et Pueriliter. Cic. de Senect. 10 c. 4 Quum plane grandis ef- 60*
fet, et Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua mollie-
bat. Venatum in silvas iuueniliter ire solebam Ouid. Met. 7, 805.
Ingenio uti iuueniliter Ouid. Trist. 2, 117.

IUVĒNALIS, e. Adi. [*νεαρός*] *Idem quod Iuuenilis. Plin.*
33, 22 Quum C. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principem 65
popinarum poenis aucupatur, etc. Animo iuuenali senex Aufon.
Prof. Burdig. 15, 1. Et mihi quae fuerint iuuenali in corpore vires
Virg. Aen. 5, 475. *vid. b. l. Pier. it. Drakenb. ad Sil. 2, 312. Pu-
bertas Apul. de Mundo p. 67. Conf. Sidon. Ep. 1, 2. et 4, 13. et*
9, 6. Dies iuuenalis, *Iuuenili aetati peculiariter celebrandus. 70*
Sueton. de Caligula c. 17 Adiecit diem Saturnalibus, appellauitque
iuuenalem. Iuuenalia, *Ludi, qui pro salute iuuenum celebrantur.*
Vid. Suet. Ner. c. 11. Ludi iuuenalium Tacit. Ann. 14, 15. Conf.
Lipf. ad Tac. Iuuenalia peracta Sidon. Carm. 23, 428. i. studia
iuuentutis. 75

IUVĒNESCO, Ære. [*νεανόμομαι*] *Iuuenem fieri. Plin. 21, 11 Ro-
sa et quinquennium perfert non recisa, nec adusta. Illo enim modo*
iuuenescit. Sic 8, 57 extr. *de gliribus, Rursus aestate iuuenescunt.*
Ouid. Amor. 3, 7, 41 Illius a tactu Pylius iuuenescere posset. Vitu-
lus iuuenescit in herbis Hor. Carm. 4, 2, 55. Iam senuit, ex quo 80
iuuenit Tertull. Exhort. ad Cast. c. 6.

IUVĒNOR, āri. Dep. [*νεανίζω*] *dixit Hor. in Arte Poët. 246*
Aut nimium teneris iuuenentur verbis vnquam. i. iuueniliter loquan-
tur, aut lasciuant.

IUVĒNTVS, ūtis. f. [*νεότης*] *Aetas iuuenilis, quae et Iuuenilitas et 85*
Iuuenta dicitur. it. Iuuenes collecti. Nulla est spes iuuentutis Plaut. Capt.
1, 2, 19. Sall. Cat. 5 pr. *Ibique iuuentutem suam exercuit. Cruda iuuentus*
Sil. 3, 303. Docilis Hor. in Carm. faec. 52. Effera Virg. Aen.
8, 5. Torosa Perf. 3, 86. Acuere iuuentutem, vid. ACVO. Plaut. Most.
1, 1, 29. Caef. B. G. 3, 16 Nam quum omnis iuuentus, omnis etiam gra- 90
uioris aetatis, in quibus aliquid consilii aut dignitatis fuit, eo conue-
nerant, tum, etc. Cic. Tusc. 2, 34 Iuuentutem laboribus cru-
diunt. Conf. Sall. Catil. c. 12. ¶ 2 Iuuentus, *Dea.*
Vid. mox IUVĒNTAS.

IUVĒNTA, ae. f. [*νεότης*] *Aetas iuuenilis. Valer. Argon. 4, 95*
233. Plin. 7, 13 Aliis sterilis est iuuenta, aliis semel in vita datur
gignere. Non ita se a iuuenta eum gessisse Liu. 35, 42 extr.
Ab iuuenta, vid. AB Praepositionem. Calida iuuenta Claud. de
B. Get. 498. Dulcis Hor. Carm. 1, 16, 23. Audax Virg. Ge-
org. 4, 565. Nerua tua iuuenta, tuo robore inualuit Plin. Paneg. 100
c. 8. Lumēn purpureum iuuentae Virg. Aen. 1, 590. Flo-
rente iuuenta feruidus Hor. de Arte Poët. 115. Imbellis Idem
Carm. 3, 2, 15. Mediae iuuentae robore ille Liu. 40, 6. Pri-
ma florescente iuuenta Sil. 15, 741. Pubescens Idem 16, 678.
Rosea Valer. Argon. 5, 395. Senilem iuuentam, praematurae 105

- mortis esse signum Plin. 7, 51. Viridis Virg. Aen. 5, 295. Exercere iuuentam Catul. in Epithalam. Iuliae 59, 233. Multitudo iuuenum: Martial. 2, 98 Quintiliane vagae moderatior summe iuuentae. ¶ 2 Dea Iuuentas. Ouid. ex Ponto 1, 10, 11 Nectar et ambrosiam, laticesque, epulasque Deorum Det mihi formosa Graia Iuuenta (Hebe) manu.
- IVVENTAS, ātis. f. Eadem quae Iuuentus et Iuuenta. Lucret. 5, 886 Tum demum pueris, aeno florente, Iuuentas Occipit, et molli vestit lanugine malas. Hor. Carm. 2, 11, 6 Fugit retro leuis iuventas et decor. Sic 4, 4, 5 Qualem ministrum fulminis alitem — iuventas et patrius vigor — propulit. ¶ 2 Iuventas [Ἥβη] Dea, quae iuuentuti praeesse putabatur. Iuuentatis sacra pro iuuenibus sunt instituta. Fest. Hor. Carm. 1, 30, 7 ad Venerem, Et parum comis sine te Iuventas. Cic. Tusc. 1, 65 c. 26 Non enim ambrosia Deos aut nectare, aut Iuuentate pocula ministrante lactari arbitror. Cic. Att. 1, 18 p. 142 Graeu. Instat hic nunc ille annus egregius. Eius initium eiusmodi fuit, vt anniuersaria sacra Iuuentatis non committerentur. Idem Bruto c. 18 Ludis Iuuentatis. Liu. 5, 54 Hic Capitolium est — Hic cum augurato liberaretur Capitolium, Iuventas Terminusque moueri se non sunt passi. Liu. 36, 36 Iuuentatis aedem in circo maximo C. Licinius Lucullus Duumvir dedicauit etc. est enim ibi eius historia. Idem 21, 62 Romae lectisternium Iuuentati. Nempe Iuuentas Dea non Iuuentus, quod quibusdam librariis et editoribus placuit: vt ostenderunt ad ll. cc. Gronou. Drakenb. Add. Merula ad Enn. p. 110. et Viri docti ad Flor. 1, 7, 8. Etiam in Plinio 29, 4 pr. et 35, 10 l. 36, 22 Iuuentatis aedem et aediculam expressit Harduinus, qui etiam numo Aurelii Caesaris post Vrsinum ad Cic. Att. 1. c. utitur, ubi est IVVENTAS SC.
- IVERNA, vid. IVERNA.
- IVVO, iuui, iutum, āre. [ὄνω, ὠφέλω] Auxiliari, et opem ferre. Iuuari admota Ope Ouid. ex Pont. 1, 3, 90. sc. medicinae. Conf. Plin. 17, 24. Ter. Heaut. 1, 1, 34 Crede inquam mihi, aut consolando, aut consilio, aut re iuvero. Iuuaire aliquem consilio Cic. Off. 2, 32. Iuuaire aliquem, quibuscunque Rebus possis Cic. Fam. 13, 22. Idem pro Corn. 23 Si consilio iuuaire ciues et auxilio aequa in laude ponendum est, pari, etc. Supplicibus iuuantibus assuetus Ouid. ex Pont. 3, 3, 107. Facundia iuuat causam Idem Met. 7, 505. Cic. Att. 16, 21 Multum potes nos apud Plancum iuuaire. Iuuaire ad beatam vitam Cic. de Fin. 1, 71 c. 21. Id. Verr. 1, 123 Legis Corneliae meminit, quae proscriptum iuuari vetat. Liu. 37, 28 pr. Iuuisse eos omni comitatu classem hostium. ¶ 2 Iuuat, i. Delectat. Τέρας Gloss. Lat. Gr. Aures iuuaire Lucret. 5, 1380 sq. de musica. Plaut. Capt. 1, 2, 33 Neque vnquam quidquam me iuuat quod edo domi. Idem Cist. 4, 1, 18 Quando ita tibi iuvat, vale atque salue. Ter. Adel. 2, 3, 2 Verum enimvero id demum iuuat, si, quem aequum est bene facere, is facit. Virg. Ecl. 4, 2 Non omnes arbusta iuuant, humilesque myricae. Conf. Ibid. 5, 83. Hoc iuuat et melli est Hor. Sat. 2, 6, 32. Cic. in Verr. 4, 12 Iuuat me haec praeclara nomina sic concidisse. Cic. Fam. 3, 1 pr. de Phania, Ita est homo non modo prudens, sed etiam, quod iuuet, curiosus, i. non vitiose, non inuante, sed quantum iuuat, iuuaire potest patronum illius et amicos. Te esse animo hilari, valde me iuuat Cic. ad Q. Fratr. 2, 12. Iuuat euasisse tot vrbes Virg. Aen. 3, 56. Iuuat indulgere labori Idem ibid. 6, 135. Bonum iuuat habentem Sen. Ep. 4. Quae Scire magis iuuat quam prodest Sen. Ep. 6. Pass. pro Adiuuari et auxilium suscipere. Plin. 17, 24 Quod sic etiam iuuaire. Ope admota iuuari Ouid. ex Pont. 1, 3, 90.
- IVVANS, antis. Partic. [ὠφέλων] Cic. Fam. 7, 21 (20) Meque diis iuuantibus ante brumam expectabis. Add. Liu. 7, 10. Ite, Diis bene iuuantibus Liu. 25, 38. Iuuaire Deo Cic. de Nat. D. 2 c. 66.
- IVVATVRVS, a, um. Part. Sall. Iug. c. 47. Plin. Ep. 4, 13 et 15. Ammian. 20, 4.
- IVTVS, a, um. Part. Lingua offensione dentium Lactant. de Opif. D. c. 13. Rami stercocati et humoribus iuti Pallad. 4, 10.
- 65 Solertia tempore iuta Tac. Ann. 14, 4, 1.
- IVTVRVS, a, um. Restituitur Columel. 10, 131. ab Heinss. ad Sil. 7, 354.
- IVVAMEN, inis. n. ὄνως Gloss. Gr. Lat. Et confert haemoptoicis hoc saepe iuuaire. Macer.
- 70 IVVAMENTVM, i. n. Praestare Veget. 3, 4.

I V X

- IVXTA, (quidam IVXTA malunt) [παρά] Praepositio, Apud 75 vel Prope, Proxime, significans. Sepultus est iuxta viam Appiam Nep. 25, 22, 4. Virg. Aen. 4, 255 Humilis volat aequora iuxta. Plaut. Trin. 3, 2, 82 Iuxta te sum, te pie tuearis oportet. Statua iuxta posita Nepos 13, 2, 3. Furiarum maxima iuxta accubat Virg. Aen. 6, 606. Iuxta genitorem adstat Lavinia virgo Virg. Aen. 7, 72.
- 80 Iuxta diuinas religiones fides humana colitur Liu. 9, 9. Tac. Ann. 6, 13 Iisdem Consulibus grauitate annonae iuxta seditionem ventum. Varro ap. Non. 4, 233 Quum interea lucubrando facere iuxta ancillas lanam. i. Vna cum ancillis. Secundum, siue Post. Plin. 7, 45 Iuxta haec Variana clades. Gell. 4, 9 Nigidius Figulus homo (vt ego arbitror) iuxta M. Varronem doctissimus. i. Secundum, hoc est post eum, et eo excepto doctissimus. Velocitas iuxta formidinem Tac. Agr. c. 30, 5. i. vicina. Vilitate iuxta beluas esse Plin. 2, 7. Iuxta deos, in tua manu positum est Tacit. Hist. 1, 76. Idem Ann. 6, 42 Nam populi imperium, iuxta libertatem, paucorum dominatio regiae libidini proprior est. Sed periculosiores sunt inimicitiae iuxta libertatem, i. inter liberos Tac. Germ. 21, 2. Iuxta esse, pro Familiarem esse: Suet. in Calig. c. 10 Tantique in auum, et qui iuxta erant, obsequii, vt non immerito sit dictum, Nec seruum meliorem vllum, nec deteriozem dominum fuisse. ¶ 2
- 95 Iuxta. Adu. [ἐπίσης] i. Aequae, similiter, eodem modo. Spem ac metum iuxta grauatus Tacit. Ann. 5, 8. Eorum ego vitam et mortem iuxta aestimo Sallust. Cat. 2. Idem in Iugurtha c. 67 Iuxta boni, malique, strenui et imbelles multi obtruncati sunt. h. e. Aequae boni ac mali. Plin. 9, 35 A feminis iuxta virisque gestarentur. Quae bonis malisque temporibus iuxta valent Tac. H. 1, 73, 3. Cic. post Reditum in Senat. 20 Tum reliquis officiis iuxta, ac si meus frater esset, sustentauit. b. e. Quasi vel tanquam si, vel aequae ac si. Vestrum nomen imperiumque iuxta ac Deos immortales iam pridem intuetur Liu. 37, 54. Idem 24, 19 Fabius omittendam rem par-
- 105 vam ac iuxta magnis difficilem, abscedendumque inde censebat. i. Non minus

minus quam sunt magnae. Liv. 2, . Absentium bona iuxta atque interentorum diuisa fuerunt. *Conf.* Idem 28, 20. et 5, 6. Literis Graecis atque Latinis iuxta doctissime eruditus Sallust. Jug. 95. Plaut. Pseud. 4, 7, 62 An nescis quae sit haec res? s. iuxta cum ignarissimis. *i. Tam scio, quam qui maxime ignorant.* Ibid. 4, 3, 75 5 Haecine illa est furtiua virgo? T. iuxta tecum aequo scio. *Add.* Id. Plaut. Aul. 4, 7. et Trin. 1, 2, 160. Non. 4, 233. Sallust. in Catil. c. 58 Nunc vero quo in loco res sitae sunt, iuxta mecum omnes intelligitis. ¶ 3 Iuxta in citandis auctoritatibus, ut, iuxta Plinium: *Exempla Nazarii*, Hieron. Solini *congeffit Cellar. Cur. Post.* 10 p. 249. *Add.* Iustin. 1, 7, 1. 2, 12, 15. 12, 3, 11.

I V X T I M. Adu. [*ἔγγυς*] Significat Prope. Suet. in Tiber. c. 33 Magistratibus pro Tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium: assidebatque iuxtim vel ex aduerso in parte primori. Lucret. 4, 1206. Non. 2, 451 ex Sisenna, Iuxtim Numicium flumen 15 obtruncatur. Et ex Liuius Poëta, In sedes collocat se regias, Clytemnestra iuxtim, tertias natae occupant. *Vtitur et Apul. Met.* 2 p. 120, 31. et Florid. 22 f. p. 364, 17.

I X I et I X O

20

IXIA, ae. f. *Genus herbae.* Plin. 22, 18 Chamaeleonem aliqui ixiā vocant. *Vid. ibidem utriusque nominis rationem.*
IXINOS agrios *herba ap.* Apul. de Herb. c. 81. 24

K

Litera, Faucibus palatoque formatur Mart. Capella 3 p. 58. K'ΑΠΠΑ Graecorum, ad quos proprie pertinet. Quatenus 39 ad Latinos transferit, non conuenit: credas, eatenus moda, ut haberent ludum et miseras in illa Grammatici. Videamus quaedam, non omnia. Quincil. 1, 4, 12 Grammati-

cos vult quaerere, an quaedam literae reddunt, ut K, quae quorundam nominum nota est. Et 1, 7, 10 K in nullis verbis utendum pu- 40 to, nisi quae significat etiam, ut sola ponatur. Quae vero significet, mox apparebit. Iam Grammaticos audire pergamus. Diomed. 2 p. 419 med. K Consonans muta, superuacua, qua utimur, quando A corre-

pta sequitur, ut Kalendae, Kaput, Kalumniae. Martian. Cap. 3 p. 57. K nunc nota putatur esse, nunc litera: nam eius effectus C in-

tegrare non dubium est, absque his Kapite (al. Kāpua) Kalendae, Ka-

lunniae. Priscian. 1 p. 543 K et Q quamuis figura et nomine vi-

deantur aliquam habere differentiam cum C, tamen eandem tam in fo-

no vocum, quam in metro continent potestatem: et K quidem super-

vacua est penitus: nulla enim ratio videtur, cur, A sequente, K 50 scribi debeat. Carthago enim et Caput siue per C siue per K scriban-

tur, nullam faciunt, nec in sono, nec in potestate eiusdem Consonan-

tis differentiam. Similia p. 560 med. Val. Prob. p. 1486 extr. K-litera non scribitur, nisi in principiis nominum, ante A literam —

Kamenae, Kaleo, Kareo. Vel. Long. p. 1218 med. Qui K expellunt, 55 notam dicunt esse magis quam literam, qua significamus Kalumniam, Kaput, Kalendas, hac eadem nomen Kato notatur. Et mox: At

qui illam esse literam definiunt, necessariam putantes (f. putant) no-

minibus, quae cum A sonante hanc literam inchoant. Vnde etiam

religiosi quidam epistolis subscribunt Karissime, per K et A. Quod 60 si adeo necessariae videntur, verendum est, ne et alias literas requira-

mus, quibus aut Cicero scribatur, aut Commodus. Mar. Victorinus

p. 2456 post med. Kadamitatem pro Kalamitatem quosdam scripsisse me-

morat etc. Terentian. Maurus p. 2400 fin.

K similiter otiosa caeteris sermonibus,

Tunc in vsu est cum Kalendas annotamus aut Kaput.

Saepe Kaefones notabant hac vetusti litera.

Ausonius Eidyll. 12, 133 Haec tribus in Latio tantum addita Nominibus

K. Haec fere antiqui. Ex recentioribus instar omnium est Voss. de 70

Arte Gram. 1, 17 unde petent, qui subtilius ista disputare amant. Nos

illud modo addimus, antiquissimum illius vsum apud Romanos non videri:

certe non comparet in primae vetustatis monumentis. Et Graecorum K 85

vel in C Latinum mutatur, ut in κύκνος, κύκλος, κύβος, quae sunt

cycenus, cyclus, cubus etc. vel in G, ut κυβερνήω gubernō. Quae sunt

in inscriptionibus hodie exstantibus, Arka, Euokati, Karissimus, Vol-

kanus et similia, ea Graeculis lopicidis forte debentur, et possunt videri

in Indice Grammatico Scaligeri Inscriptt. Gruteri. Quae Nomina per

K scripserint quidam, intelligetur etiam ex notis, quas damus n. 2.

Primum vsum illius Isidorus 1, 4 ad Sallustium quendam ludimagistrum 90